LEXICON GEOGRAPHICUM,

In quo

Universi Orbis Oppida, Urbes, Regiones, Provinciæ, Regna, Emporia, Academiæ, Metropoles, Fontes, Flumina, & Maria Antiquis Recentibusque Nominibus appellata, suisque distantiis descripta recensentur;

In duas partes divisum: in priori quarum antiqua nomina recentibus, in altera recentia antiquis præponuntur.

Opus perquam utile, & necessarium omnibus Humaniorum literarum Professoribus, Historicis, Poetis, & Antiquariis.

Authore Fr. PHILIPPO FERRARIO *Alexandrino*, Ordinis *Servorum*, S. T. D. atque in *Ticinensi* Academia Regio Mathematices Professore.

Editio nova, multo quam prior accuratior.

Adnectitur

Tabula Longitudinis ac Latitudinis Urbium & Oppidorum per totum terrarum Orbem, ex ejusdem PHILIPPI FERRARII *Epitome Geographica* desumpta.



LONDINI,

Ex Officina ROGERI DANIELIS, Anno Domini

cIↄ Iↄc LVII.


BIBLIOTHECA · BODMERIANA ·



Ad Lectorem Præfatio.



QUantum ad *Historiam* conferre solet *Geographiæ* studium, næ illi mihi videntur intellexisse, qui utrumque *Historiæ* oculum statuerunt cognitionem temporum & locorum. Quemadmodum enim occasiones, consilia, eventusque rerum gestarum constare nequeunt (quæ tamen *Historiæ* anima, prudentiæ nervi, *Politicæ* basis ac fundamentum censenda sunt) nisi temporum successionibus, ac internodiis rite constitutis: ita profecto sublata è medio *Geographia*, non dico ornari *Historia*, sed ne consistere quidem, aut intelligi posse videatur; sine qua lusca foret, ac altero saltem oculo viduata. Quid enim? *Historia* Ciceroni est *Testis temporum, Lux veritatis, Vita memoriæ, Magistra vitæ, ac Nuncia vetustatis*; Magnificæ vero laudes! & quidem *Historiæ* non minus debitæ, quam summo, à quo profectæ sunt, oratore dignæ: at quantam exinde *Geographia* partem decerpit, & quasi suo jure sibi vendicat, non est quod ostendere laborem pluribus; Unicum illud *Vita memoriæ* è toto laudum quasi *armento segregemus*; in quo quidem suas habet non minimas partes *Geographia*. Ita enim nobis à natura comparatum est, ut nihil fere quicquam (earum præsertim rerum, quæ certis geruntur locis, & quadam (ut ita dicam) localitate vestiuntur) distincta & accurata cognitione complecti, aut memoria conservare valeamus, nisi singula certis quibusdam locis distincta, ac suis quasi cancellis circumscripta coerceantur; adeo quidem ut qui locorum ratione susque deque habita res gestas concipere voluerit aut explicare, idem profecto is eadem opera cœlum terræ miscere, atq; adeo omnia in pristinum *Chaos* συγκυκᾶν, & confundere quodammodo vel-

le videatur; poterit is fortasse minutal aut moretum conficere, non *Historiam*. Enimvero neque strui convivium, nec acies instrui potest, nisi si spatium fuerit concessum; neque certe aut geri res ulla, nisi in scena quadam, aut pingi demum absque tabella potest. Et quoniam adeo fæliciter cespitavimus, age, lubet, in eam cogitationem descendamus; Nempe contingere nonnunquam experimur, ut in charta male bibula characteres, ut legitime fortasis depicti fuerint, adeo tamen diffluant ac dissipentur, ut disperdantur prorsus, ac in unam perpetuam lituram, noctem continuam, ac veluti universale quoddam atramenti diluvium confluant ac coalescant: quod idem profecto animis nostris usu-venire necessum est, nisi rerum gestarum historiam aggressuri, aliquali saltem locorum cognitione imbuamur. Quocirca de *Historia* præclare quidem illi sunt promeriti, qui Orbem terrarum, ---*terrasque tractusque maris*, aut scriptis suis illustrarunt, aut in chartis, tabulisque Geographicis pulchre sunt mentiti: Cujusmodi (ne ingrati simus) inter alios sunt, prioris quidem commatis, *Ptolemæus*, *Strabo*, *Plinius*, cum *Dionysio Eustathius*, *Mela*, & qui deinde; chartis vero ornandis edendisque operam suam fæliciter collocarunt, secundum *Ptolemæum Bertius*, *Ortelius*, *Cellarius*, *Hondius*, *Mercator*, ac hujus memoriæ *Ianssenius*, *Cæsius*, *Brietius*, *Hornius*. Quorum immortali beneficio effectum est, ut, (postquam *non cuivis homini contingit adire Corinthum*, aut Ulysis errores emetiri concessum est) intra privatos nostros parietes Orbem Terrarum universum perlustrare, adeoque terras, regiones, ac imperia singula quasi comminus intueri valeamus. Hujus autem quanticunque beneficii fructus neque percipi à nobis, neque profecto intelligi unquam satis potuisset, nisi operam suam quasi obstetriciam contulissent *Lexicographi*; qui quæ apud alios authores sparsa passim, aut confusa fuerant, sub certis suis signis militare coegerunt, & variam urbium, locorumque per omnia secula nomenclaturam, viciniam, fortunamque breviter complecti conati sunt. Quorum, post *Stephanum* Byzantinum, Princeps & Coryphæus *Abrahamus Ortelius* eminebat;

bat; quem excepit hoc nostro seculo *Philippus Ferrarius* Alexandrinus, scientiarum Mathematicarum in Academia *Ticinensi* Professor Regius; vir in hoc genere laudatissimus, & ad hæc studia promovenda totus à natura factus & comparatus. Is anno salutis 1605. *Ticini* edidit *Epitomen* suam *Geographicam*, in libros quatuor dispertitam; quorum primus Urbium nomina (longitudine ac latitudine earundem Margini adscriptis) exhibebat, secundus Fluviorum, tertius Montium, ultimus Lacuum & Paludum. Deinde vero post annos quatuor *Venetiis* in lucem data est ejus *Topographia in Martyrologium Romanum* in 4to itidem. Tum vero anno 1618. prodiit *Ticini* ejusdem *Topographia Poetica*, minore volumine, è Poetarum præcipue Scriptis concinnata, verum non minus cæteris humaniorum literarum studiosis profutura. Οὐκ οὖν ἐτελείαξε; Sed nondum quiescere potuit ejus tam mirifica diligentia, quin pergeret *Lexicon Geographicum* adornare, opus longe absolutissimum, in quo cum priora rectius figeret, tum vero etiam alia innumera à superioribus prætermissa complecteretur. Quod quidem anno 1627. (denato jam tum authore) *Mediolani* prelum Typographicum *Iacobi Comi* enixum est: & quamvis non ea qua debuit cura fuerat vel descriptũ, vel certe impressũ, communi tamen omnium literatorum plausu excipiebatur, & quantũ quidem ex illo tempore ætatis ei, tantundem accessit & pretii. Vnde tandem effectũ est, ut, quum exemplaria paucissima superessent, neq; (ut fere fit) nisi summo pretio comparanda, eruditi homines novam ejus editionẽ duplicatis votis deposcerent; Qua, dubio omni procul, nunquam hucusque caruissent, si Typographi infæliciter aliquoties tentati operis difficultate absterriti animos suos non despondissent. Verum extitit tandem aliquando unus ex omnibus *Rogerus Daniel* (vir musis plaudentibus natus, atque in gratiam studiosorum semper ad audendum paratissimus; è cujus officina plures authores illustres Græci Romanique, quam ex equo Trojano Heroes olim prosilierunt; Quid *Bezam* memorem, aut *Heinsium*, aut *Bedam* Saxonice & Latine editum? quid *Photium*, *Hieroclem*,

Euſtachium, Wendelinum? quid denique *Verſionem* τῶν ό commodiſſime excuſam, & *Novum Inſtrumentum* græce non ſemel?) *Is* novam *Ferrarii* editionem promptus & ultro profitetur. At quis Augiæ ſtabulum expurgabit? Exoriare nobis aliquis ἀλεξίκακος, qui librum ab innumeris mendorum monſtris liberet vindicetque! Enimvero, id quod occœperam dicere, quamvis (ſi *Como* fides) Author paulo ante obitum ſuum hoc opus eidem tradiderit excudendum, manum certe ultimam non appoſuerat; quod nimium teſtantur loca plurima luxata, confuſa, tranſpoſita, lacunæ fœdiſſimæ, ſolidum tamen nonnunquam improbe mentientes, & quidem (ut cætera diſſimulem) urbium catalogi modo confuse, mox ordine deſcripti, quos utroſque retinuit *Comus*; nimium ſane oſcitanter.

Sed *Rogero* noſtro percommodum ſane adfuit frater meus; qui hos labores exantlare, has devorare moleſtias rogatus non detrectabat. Quin ergo protinus operi ſe accingit; quod quanta cum fælicitate abſolverit, id æqui Lectoris judicium eſto: at certe quidem curam tantam ac induſtriam in eo collocavit, quanta novo Lexico conficiendo ſufficere profecto potuiſſet. Verum ne operis difficillimi tædio animus ei fortaſſis aliquando obtunderetur, conſultum eſt, ut quoties nodus aliquis occurreret difficilior, ac præ librorum inopia, temporiſque anguſtiis, ei non ſatis expedite diſſolubilis, ad me tranſmitteret *Cantabrigiam*, ipſe interim ad alia tranſiret. Ego autem quoties proprio Mercurio, & privata mea bibliotheca adjutus non ſufficiebam, protinus me ad *Publicam* Academiæ *Bibliothecam*; cum propter ſummam inibi librorum copiam ac variam ſupellectilem, tum vero præcipue ut *Morum* noſtrum, virum doctiſſimum amiciſſimumque, ac primarium ejuſdem cuſtodem convenirem, ejuſque conſilium & opem adhiberem.

Habes, *Lector*, conſilium ſuſcepti operis, quid vero in hac editione præſtitum fuerit deinceps erit exponendum.

Atque

Atque illud quidem imprimis intelligas velim, non pauca loca fuisse restituta ex *Epitomes* & utriusque *Topographiæ* contentione. Palantes dictiones ad suas sedes & signa revocavimus; confusis ordinem, obscuris quandoque lucem fœneravimus; Authores, quos laudat *Ferrarius*, consuluimus, eorumque plures, quoties opus erat, editiones adhibuimus. Ubi versus occurrit, sæpenumero integrum Poetam evolvimus, quum tamen versus quandoque ex alio tandem existebat; nunquam certe destitimus, quoad spes ulla inveniendi superesset: unde factum est, ut, quum antea plerunque vel in versu describendo vel in authore laudando fuisset erratum, perpauci jam supersint (nisi si fortassis, qui ex Itinerariis afferuntur, aliqui) quorum non certissima constet ratio. Quinetiam ubi *Ptolemæus* ad partes venit, è Clarissimi *Seldeni* codice Manuscripto diversam quandoque lectionem subnectere visum est.; sed & alias etiam variantem subinde lectionem, conjecturam probabilem, vel sententiam quandoque integram sanitati denuo restitutam, duobus uncis in fine fere dictionis complexi sumus: est & ubi quæ explicandæ sententiæ videbantur necessaria similibus notis inseruimus; quod consultius factum arbitramur, quam ad calcem operis cuncta in unum velut acervum rejecisse. At favete nobis aliquando *Ferrarii* manes, si quum ad *Britanniam* nostram deventum fuerit, ampliandum esse nobis existimavimus.

Quæ hactenus dixi Antiqua nomina fere spectant; verum porro est quod recentioribus sigillatim examinandis (ubi non ex aliena fide afferuntur) *Ortelium*, *Miræum*, *Brietium*, alios adhibuimus; quandoque etiam hospites indigenas, ut qui urbium suarum nomenclaturam callere debent ac solent accuratius; tam variam autem eorum sententiam experti sumus, ut non supersit quod miremur ultra idem nomen apud *Ferrarium* non uno semper eodemque modo conscriptum reperiri. Quinimo indicem *Ferrarii*, monente ipso (aut certe *Como*) sæpius respeximus; utpote quo dictiones recentes visus est sibi haud paulo accuratius exhibuisse. Quod è *Camdeno* nostro allatum

est,

eſt, ad editiones ejuſdem citeriores amplioreſque exigendum cenſuimus, in quibus non ſine ſumma ratione mutatam aliquoties ejus ſententiam depiehendimus; Siquidem *Ferrarius*, ſeu *Ortelii* veſtigiis inſiſtens, ſive corruptos *Camdeni* ſecutus Indices, nonnulla profert quæ in Operis ipſius ſex editionibus nullibi comparent. Invenies quandoque in Urbium catalogis appellationes recentiores veteribus additas (id quod in nonnullis ipſe author præſtiterat) prout eæ ſuis quæque locis in Lexico exhibentur: hoc in *Britannia*, *Gallia*, *Germania*, *Hiſpania*, ac paſsim alibi factum comperies; haud tamen extra *Europam*, propter ſummam vocum incertitudinem. Quæ *Ferrarius authori Theſauri Linguæ Latinæ* objicere videtur intemperantius, ut nullius fere momenti ſint, & per ejus latera veteres plerumque petant, movenda tamen eſſe non cenſuimus, ne authorem hunc noſtrum mutilare potius, quam emendare alicui fortaſſe videremur. Tandem ad *Indicem* perducta res eſt, ubi *Italica* quidem *Latine* reddidimus, flagitante id communi omnium utilitate, amputavimus ſuperflua, quæ deerant ſuffecimus, dictiones carioſas extrivimus, morbidis, quoad ejus fieri potuit, medelam adhibuimus, cunctis ordinem ac nitorem conciliavimus; quod quidem ut accurate præſtare poſſemus, abeſſe nequibat quin ſemel atque iterum totum Indicem tranſcriberemns. Ecquid poſt Indicem dicendum reſtat? reſtat. Subjunximus enim tabulam longitudinis ac latitudinis Urbium & Oppidorum ex *Epitome* Geographica *Ferrarii* decerptam; incongruum enim ac inconcinnum ſumus arbitrati, quod inchoatum opus exhibebat, id à conſummato jam opere non comprehendi. Denique in toto Lexico, quum nullam neque libri neque chartæ medelam afferre potuerunt, non diffitemur nos conjecturis noſtris quandoque locum conceſsiſſe; verum adeo perſpicuis iis ac manifeſtis, ut ſilentibus libris res ipſa loqui videretur, quibuſque non potuimus non aſſentiri. verbi cauſa; in Nomine *Clarus fons* hæc habuit editio prior, *--ubi olim 16. fuit Sarisburienſ. Epiſcopi.* Conjecimus authoris codicem loco (16.) habuiſſe *ſedes*, pro quo Typographus

phus legiſſe videtur *ſedecim*, quod proinde notis Barbaris ſignificabat. Sic ergo reſtituendum curavimus, cui hiſtoria favet, fidemque facit. Vi'n' aliam? habe ſis illam; *Cunaxa* dicitur *locus Aſſyriæ, ubi inter Artaxerxem Regem & Cyrum ejus fratrem dimicatum eſt: à Babylone Soaſtro.* ubi *Soaſtro* vox corrupta, pro quingentis ſtadiis, hoc modo fortaſſis in *Ferrarii* codice ſignatis 500 *ſtad.* totidem enim diſtant *Ortelio*, aliiſque teſtibus.

Hæc fere ſunt, *Benigne Lector*, quæ in hac editione cònati ſumus; in qua ſi nonnullas, poſt tot millia ſublata, mendas ſupereſſe comperies, erit quod emendes, erit & quod ignoſcas; neque enim aliter fieri potuit, inter alia preli negotia, ac urgentibus operis, unde ne retroſpiciendi quidem venia nobis concedi potuit: verum & nos quoque non pauca obſervavimus, quæ nobis plane ἀνίατα ſunt: &, ne quid ipſe temere fortaſſe ſtatuas, intellige modo, prima facie ſuſpecta nobis fuiſſe plurima, quæ tamen penitius inſpicientibus perſpecta tandem ſunt ac abſoluta. Et certe quidem plurimum intereſt ad recte judicandum quid Author ſua, quid aliorum fide conſtare voluerit diligenter attendere, editiones Authorum plures conſulere, dimenſionis multifariæ rationem habere; nonnihil etiam quandoque tempori concedere, non ſolum in nominibus, verum etiam (quod mirere) in diſtantiis locorum immutandis; non dico urbium, ſed inſularum; ſic enim accidit in *Cea* & *Andro* inſulis. Quarum illa ab hac diſtare dicitur decem millibus paſſuum; at poſtquam illi quatuor partes è quinque à mari ſunt abſorptæ, dicitur *Andros* ab illa diſtare millibus paſſuum triginta novem; quem proinde numerum in dictione *Andros* retinendum eſſe non dubitavimus. Sed modus aliquis ponendus, ne tædio ſim. Quocirca, Lector, perge tandem ad *Ferrarium* tuum, amplectere, gratulare; ac de nobis interim ſic tibi perſuadeas velim, ut, quicquid in

illo edendo, emendando operæ impendimus, id omne à propensissima studia tua promovendi voluntate profectum esse arbitreris. *Vale, & Fruere.*

Scribebam Cantabrigiæ in Collegio Emmanuelis

Guilhelmus Dillingham.

Martii 17. 1657.



Nomina Authorum in hoc opere citatorum.

Actius Sincerus
Acron
Adamus Franciscus
Ado
Adrianus Alphonsus
Ælianus
Agatharchides
Agathias
Aimoinus
Alciatus Andreas
Alexander ab Alex.
Alphanus Salernitanus
Altamerus
Amasæus
Ananias Laurentius
Anconitanus Cyriacus
Angiolellus Maria
Annius Ioannes
Antigonus
Antoninus
Apion
Apollonius
Appianus Alexandrinus
Appianus Petrus
Apuleius
Archilochus
Aretinus Leonardus
Argentræus Bertrandus
Aristarchus
Aristophanes
Aristoteles
Arnobius
Arrianus
Arretius Claud.
Artemidorus
Asconius
D. Athanasius
Athenæus
Aventinus Ioannes
Avienus Sextus
Ausonius

B.

Baccius Andreas
Balsamon
Barbarus Iosephus
Bargæus Petrus Angelus
Barius Ioannes
Barletius
Baronius Cæsar
Barrius Gabriel
Barrosius Ioannes
Becanus Ioannes Goropius
Beda
Belforestius Franciscus
Bellonius
Benjamin Tudelensis
Bermudesius Ioannes
Beutherus Antonius
Biblia sacra
Blacuodæus
Blondus
Boccatius
Boethus Hector
Bonacciolus
Bonfinius Antonius
Bordonius Benedictus
Bovillus Carolus
Bredenburchius
Breitenbachius
Brochardus
Brocius Gasper
Bruno Georgius
Bruschius
Brusonius
Busbequius

C.

Cæsar Iulius
Cæsarianus Cæsar
Calaber Quintus
Calcagninus Cælius
Calderinus Domit.
Calentius Elysius
Callimachus
Callistus
Calphurnius
Camdenus Gulielmus
Capella Martianus
Capitolinus Iulius
Capreolus Helias
Cardulus Fulvius
Carolus Novariensis episc.
Casaubonus Isac.
Caßiodorus
Castaldus Iacobus
Castilionæus
Cato
Cepias Curiolanus
Chalcondylas
Chytræus
Chrysanthus
Cicero
Ciofanus Hercules
Cittadinus Celsus
Claudianus
Clearchus
Clusius Carolus
Cœnalis Robertus
Cognatus
Collenutius Pandulphus
Columella
Conciliorum liber
Conon
Constantinus Robertus
Contractus Hermannus
Coquus Henricus
Cratinus
Cromerus Martinus
Cruquius
Crucius
Curæus
Curckinius Antonius
Curio Augustinus
Curopalates
Curtius Quintus

D.

Dalechampius Iacobus
Damasus
Decius Ludovicus
Decretorum liber
Delgatus Iacobus
Diaconus Paulus
Diodorus Siculus
Diogenianus
Diogenes
Dion Prusæus
Dionysius Ælius
Dionysius Afer
Dionysius Byzantinus
Dionysius Halicarnasseus
Dioscorides
Divæus Petrus
Dobravius Ioannes
Dorotheus

E.

Edictum Desiderii regis
Egesippus
Egnatius Baptista
Eginarthus
Ennius
Ephorus
Eratosthenes
Erberstenius Sigismundus
Erythræus
Etrobius Ioannes
Euagrius
Evangelia sacra
D. Eulogius
Eumenius rhetor
Eusebius Cæsariensis
Eutropius

F.

Fabricius Georgius
Falconius Benedictus
Fara Franciscus
Faroldus Iulius
Favolius Hugo
Fazellus Thomas
Festus
Flaccus Valerius
Floriacus
Florianus
Florus
Folietta Hubertus
Fortunatus Venantius
Frisingensis Otho
Froardus
Frontinus
Fulvius Andreas
Fustillarius Matisconensis

G.

Galateus
Galenus
Galesius
Gallus Cornelius.
Garcias ab Horto
Garibaus Stephanus
Gellius Aulus
Gemistus
Gemma Frisius
Gennadius
Gerundensis episc. Alexander
Geufræus Antonius
Gildas
Girava Hieronymus
Gistellus Iustus
Glareanus
Glycas
à Goes Damianus
Golluzius
Gomesius Bernardinus
Goreccius Leon
Gothus Ioannes
Gratius
Gregoras
Guarinus
Guiciardinus
Guilandinus
Gyllenius Petrus
Gystenius

H.

Haytonus Armenus
Hecatæus
Heduus Quinctius
Heliodorus
Helmoldus
Heraclides
Herbeest Sigismundus
Hermolaus Barbarus
Herodianus
Herodotus
Heroldus Ioannes
Hesiodus
Hesychius
D. Hieronymus
Hirtius Aulus
Homerus
Honterus Ioannes
Hubertus Leodiensis

I.

Iazzolinus Iulius
Inscriptiones antiquæ
Interianus Georgius
Iornandes
Iosephus

Iovius Paulus
Irenicus
Isacius
D. Isidorus
Itineraria varia
Iuvencus
Iunius Franciscus
Iuvenis Ioannes Tarentinus
Ivo
Iustinianus Augustinus
Iustinus
K.
Kempius Cornelius
L.
Lactantius
Laertius Diogenes
Laiestanius Petrus
Lampridius Vulcatius
Laonicus
Lazius Wolfgangus
Leander
Legendæ variæ
Lelandus Ioannes
Leo Ambrosius
Leo Ioannes
Leodius Henricus
Leodius Thomas
Leonardus Sidoniensis episc.
Lessabæus Iacobus
Leunclavius Ioannes
Lhuydus Humphredus
Ligorius Pyrrhus
Limburgius Gilbertus
de Limitibus liber
Livius
Loffredus Ferdinandus
Lombardus Franciscus
Lucanus
Luccarus Iacobus Ragusæus
Lucianus
Lucilius
Lucretius
Luitprandus
S. Lupus
Lusignanus Stephanus
Lycophron
Lydus Ioannes
M.
Macarius Ioannes
Macrobius
Maldonatus Ioannes
Manasses
Mantuanus Baptista
Manutius Aldus
ManZolius Nicolaus
Marcellinus Ammianus
Marcellinus Comes
Mardenus Moses
Mariana Ioannes
Marinæus
Marmolius Ludovicus
Marlianus
Marsus Petrus
Martialis
Martyrologium Romanum
Masius Andreas
Maßonus
Masurius Ludovicus
Maximus Tyrius
MazZella Scipio
Medina Petrus
Mela Pomponius
Mercator
Merula Georgius
Merula Gaudentius
Metaphrastes
Metellius
Meyerus Iacobus
Michovius Matth.
Minadoius Thomas
Molanus Ioannes
Moletius
Montanus Arias
Monumenta vetera
Moralis Ambrosius
Morillonius Ambrosius
Mosellanus Clemens
Munsterus Sebastianus
Mutianus
N.
Nardus
Navagerius Andreas
NaZianZenus Gregorius
Nebrissensis Antonius
Nevilius Alexander
Nicephorus
Nicetas
Niger Dominicus
Niger Marius
Nivemontius Petrus
Notitia dignitatum
O.
Obsequens Iulius
Olaus Magnus
Olivarius
Onuphrius
Optatus Afer
Orbus
Orlandus Cæsar
Orontius
Orosius
Orpheus
Ortelius
Ovidius
P.
Pacatus Latinus
Palæmon
Palæphatus
Palladius
Pamphilus Franciscus
Paradinus
Paravicinus Petrus Paulus
Paterculus
Paulinus
Pausanias
Perondinus Petrus
Perottus
Petus Lucas
Peucerus Caspar
Peutingeri tabulæ
Philostratus
Philargyrus
Pighius
Pigafetta
Pindarus
Pinetus
Pingonius Philibertus
Pirchaimerus
Placidus Lutatius
Platina
Plato
Plautus
Plinius
Plutarchus
Poldus Ioannes
Pollio Trebellius
Pollux Iulius
Polybius
Pompeius Sextus
Pontanus
Pontificiæ literæ
Pontus Ludovicus
Porcatius Thomas
Porphyrogenneta
Posidonius
Postellus
Prisæus
Procopius
Proculus
D. Prosper
Provinciarum liber
Prusæus Dion
Ptolemæus
Pyramius
Pyrrhus Ianus
Q.
Quintilianus
R.
Rantzovius
Ranzanus
Rawolfius
Regino
Resendius Andreas
Reyneckius
Rhamusius
Rhenanus Beatus
Rhodiginus Cælius
Rithaymerus
Roserius Franciscus
Rubeus Hieronymus
Rufinus Aquileiensis
Rufus Sextus
Rutilius
S.
Sabinus Georgius
Saccus Bernard.
Salmonius
Salustius
Sambucus Ioannes
Sanfelicius
Sannazarius Iacobus
Sanutus
Saxo Grammaticus
Scaliger Iulius
Scardionius Bernardus
Scepperus Cornelius
Schottus Andreas
Scoppa Ioannes
Scriptores variarum regionum
Scudus Ægidius
Sedulius
Sempronius
Seneca
Serapion
Servius
Sidonius Apollinaris
Sigebertus Gemblacensis
Silius Italicus
Simeon Gab.
Simlerus Iosias
Sluperus Iacobus
Smetius
Smyrnæus Q.
Solinus
Sophianus Nicolaus
Sophocles
SoZomen
Spangebergius Cyrus
Spartianus Ælius
Staniharstius
Statius Alexandrinus
Statius Papinius
Stella Erasmus
Stephanus
Strabo
Stratonicus
Stuchius Augustinus
Stunica
Suetonius
Suidas
Sulpitius Severus
Syncerus Actius
T.
Tacitus
Talbotus Robertus
Tertullianus
Theocritus
Theodoretus
Theodosianus codex
Thevetus Andreas

Thucy-

Thucydides
Traditiones antiquæ
Trallianus Phlegon
Trogus
Tudelensis Benjamin
Turlerius
Turnebus
Turonensis Gregorius
Turpinus
Tyrius Guilelmus
Tzetza Isacius

V.

Vadianus
Valerius Maximus
Varrerius
Vasaus
Vasconcellus Iacobus
Vegetius
Velleius Andreas
Venetus Helias
Vergetius
Verrerius Gaspar
Verrutius Hieronymus
Vibius Sequester
Victor Aurelius
Victor Vticensis
Victorinus Marius
Vigenereus
Villanovanus
Vinetus Elias
Virgilius Maro
Virunnius Ponticus
Vita Sanctorum
Viterbiensis Gothfridus
Vitius Robertus
Vitruvius
Volaterranus
Vopiscus Flavius
Vbicus
Vsuardus

W.

Wandelt
Wasserburgius
Welserus
Westmonasteriensis Mat.
Wilychius
Witichindus

X.

Xenophon
Xiphilinus
Xylander

Z.

Zanchio
Zardus Alexander
Zenodotus
Zetzes
Zieglerus Nicolaus
Zosimus
Zurita Hieronymus



Index Catalogorum qui in hoc opere reperiuntur.

Academiæ Europæ pag. 456, 457
Ædificia Romæ 328, 329
Coloniæ Romanæ in Italia & extra Italiam 105 &c.
Emporia 142
Emporia Africæ 451
  Asiæ ibid.
  Europæ ibid.
Fontes 150
Familiæ & Gentes Romanæ 329, 330, 331
Fora Romana 152
Insulæ maris Ægæi 190, 191
Legiones Romanæ 202
Metropoles Africæ 449
  Americæ 450
  Asiæ 449, 450
  Asiæ minoris 38
  Europæ 448
  Græcorum 166
Mira & Prodigiosa 311
Miracula orbis 357
Monarchiæ 237
Montes 238, 239
Montes urbis Romæ 239
Municipia Romana in Italia 241, 242
Nomi Ægypti 254
Oceani nomina 258
Oracula 264
Paludes 272
Peninsulæ 281
Populi Italiæ extincti 455
Populi & comitatus Angliæ & Walliæ 67, 68
Populi Prodigiosi & Monstruosi 298, 299
Portæ urbis Romæ 299, 300
Portus à veteribus memorati 301
Præfecturæ Romanæ in Italia 242, 302
Principes Italiæ clariores 195
Provinciæ Romanæ 304, 305, 306
Reges Europæ, Africæ, Asiæ 321, 322
Regiones Africæ 10
  Asiæ magnæ & minoris 38
  Constantinopolis 317
  Europæ 147
  Germaniæ 162
  Hispaniæ 181
  Italiæ 195
  Romæ urbis 316
Regna A[illegible]æ 319 Americæ 321 Asiæ 320 Europæ 318
Satrap[illegible]arum 416, 417
Sinus [illegible]editerranei & Oceani 364, 365, 366
Sylvæ veteres 378
Templa urbis Romæ antiqua 190, 191
Thermæ Romanæ 396
Tribus Israel 409
Tribus Romanæ 409, 410
Viæ urbis Romæ 429, 430
Urbes Achaiæ 173
  Ægypti 7
  Æmiliæ 8
  Africæ 10
  Africæ à quibus conditæ 447, 448
  Africæ excisæ 456
  Asiæ à quibus conditæ 446, 447
  Asiæ excisæ 456
  Allobrogum 16
  Angliæ 66, 67
  Aprutii 340
  Apuliæ utriusque 27
  Apuliæ Dauniæ 126
  Armeniæ minoris 81
  Austrasiæ 47
  Batavorum 54
Urbes Belgii 55
  Bohemiæ 61
  Brutiorum 69
  Burgundiæ 71
  Campaniæ Gallicæ & Italicæ 79
  Cappadociæ 81
  Carnorum 84
  Cenamanorum Italiæ 92
  Ciliciæ 99
  Cretæ 118
  Cypri episcopales 120
  Cyrenaicæ 123
  Daniæ 125
  Epiri 143
  Eubœæ 145
  Europæ 147
  Europæ à quibus conditæ 444, 445, 446
  Europæ excisæ 452
  Franconiæ 153
  Frisiæ utriusque 154
  Gallæciæ 156
  Galliæ Aquitanicæ 156, 157
    Belgicæ 157, 158
    Celticæ 157
    Narbonensis 157
    Subalpinæ i. e. Pedemontii 158
  Germaniæ 162, 163
  Germaniæ inferioris 55
  Helladis 173
  Helvetiis fœderatæ 173
  Hetruriæ 177
  Hiberniæ episcopales 177
  Hispaniæ 179, 180
  Hungariæ 274
  Iazygum ibid.
  Illyrici 188
  Imperiales seu liberæ 451
  Insubriæ 190
  Irpinorum 193
  Istriæ 194
  Liberæ 451
  Liguriæ 209
  Lotharingiæ 47
  Macedoniæ 217
  Marmaricæ 123
  Mauritaniæ 227
  Moschorum 240
  Mysiæ Europææ 244
  Norici 162
  Normanniæ 255
  Numidiæ 256, 257
  Pannoniæ 274
  Pedemontii 158
  Piceni 291
  Picentinorum ibid.
  Poloniæ 343, 344
  Quadrangulares 311
  Regiæ Africæ 450
    Asiæ ibid.
    Europæ ibid.
  Salentinorum 338
  Samnii 340
  Sardiniæ 342
  Sarmatiæ Europææ 343, 344
  Saxoniæ 346
  Scandinaviæ 347
  Scotiæ 68
  Siciliæ 360
  Venetorum 425, 426
  Umbriæ 435
  Walliæ 67

Index

Index Adagiorum *quorum in Lexico obiter mentio habetur, unà cum illorum usu ac significatione.*

A*Bderitica mens*, in stupori mentis obnoxios. in voce *Abdera*

Abi in malam rem, cum alicui malum imprecamur. in voce *Macaria*

Acesei & Heliconis opera, de re exquisitissime facta. in v. *Patara*

Achaicum telum, pro scommate. in v. *Achaia*

Ad Cynosarges, cum quis notatur esse nothus. in v. *Cynosarges*

Ad Herculis columnas, de eo qui ad summam sapientiam pervenit. in v. *Columnæ Herculis*

Ad Sirenum scopulos [vel *apud Sirenas*] *consenescere*, alicui rei valde diuque inhærere. in v. *Sirenussæ*

Aderit Temesæus genius, cum gravia mala alicui minamur. in v. *Temesa*

Adria iracundior, in irritabilis ingenii & animi iracundi hominem. in v. *Adria*

Advena Atticus, de violentis in vicinos. in voce *Attica*

Ænigmata Bœotica, de oblique & obscure dictis. in v. *Bœotia*

Ægyptius laterifer, de onera instar asini ferente. in v. *Ægyptus*

Æthiopem lavas, frustra te fatigas. in v. *Æthiopia*

Æthiops non albescit, in eos qui nunquam mutant ingenium aut mores. *ibidem*

Ætnæus cantharus, in magnum aliquem statura & fœdum. in v. *Ætna*

Ætoli, in petaces ac improbos. in v. *Ætolia*

Afra avis, de pingui & lauta; vel, in grandes & timidiores. in v. *Libya deserta*

Alabandicum opus, de re inepta. in v. *Alabanda*

Alabandicus sermo, de sermone inepto. *ibidem*

Alcinoi horti, de loco divitiarum seu deliciarum pleno. in v. *Alcinoi horti*

Alcinoi mensa, de lauta & opipara mensa. *ibidem*

Aluta Sicyonia, de re pulchra, at quæ minus deceat. in v. *Sicyon*

Ambrones, in rapacitati & prædæ deditos. in voce *Ambrones*

Amyclas perdidit silentium. in v. *Amyclæ*

Anagyrim vel *Anagyrum commoves*, de eo qui sibi malum procurat. in v. *Anagyrus*

Andabatarum more pugnare, pro imprudenter facere. in v. *Andabatæ*

Apinæ & Tricæ, de rebus inutilibus & nugatoriis. in v. *Apina*

Apparatus Persicus, de exquisita ac sumptuosa mensa. in v. *Media*

Arabia tibia, & *Arabius tibicen*, de loquaci. in v. *Arabia*

Arabum gaza, de opibus cumulatissimis. in v. *Arabes*

Arcades imitari, in eos qui non sibi sed aliis laborant. in v. *Arcadia*

Arcadiam me oras, in eos qui magna & difficilia petunt. *ibid.*

Arcadium germen, de ignavis. *ibid.*

Argiva calumnia, de detrectatoribus & calumniatoribus. in v. *Argivi*

Argivi fures, in palam improbos. *ibid.*

Argivo clypeo dignus, de generoso & venerando. *ib.*

Armenen muro cingere, de stolidis cœptis. in voce *Armene*

Asinus Antronius, de magnis corpore & stolidis mente. in v. *Antron*

Aspendius citharista, in rapaces & omnia in sui utilitatem derivantes. in v. *Aspendus*

Atheniensis probus, de eo qui in republ. male instituta si probus est, verissime probus nominatur. in v. *Athenæ*

Athos celat latera bovis Lemniæ, de iis qui gloriam aliorum obscurant. in v. *Athos*

Atlantes, in eos qui remp. sublapsuram fulciunt. in v. *Atlas*

Atlas cœlum, in eos qui sibi malum causant, aut qui sese magnis & molestis negotiis involvunt. *ibidem*

Attica Eleusinia, de iis qui inter se secreto de re aliqua tractant. in v. *Attica*

Attica fides, de fide integra & incorrupta. *ibid.*

Attica Musa, de oratione venusta & eleganti. *ibid.*

Atticus etiam moriens porrigit manus, in lucri & munerum cupidos. *ibid.*

Atticus lepos. vide Attica Musa. *ibid.*

Atticus testis, de teste incorrupto & probatissimo. *ibid.*

Aufidus Adriam retrofugit, de re inverisimili & non consistente. in v. *Aufidus*

Avis Numidica, de homine prægrandi & timido. in v. *Numidia*

Aula Sicula, de imperio duro. in v. *Siculi*

Auris Bœotica, de homine crassi judicii. in voce *Bœotia*

Azanæa mala, de re difficili ac nullius utilitatis. in v. *Azania*

B.

B*Atava auris*. in voce *Batavi*

Bœotica cantio, de rudi & indocta cantione; vel, de vita primum læta, postea luctuosa. in v. *Bœotia*

Bœotica sus, de homine agresti & rudi. *ibidem*

Bœoticum ingenium, de stulto & insulso. *ibid.*

Britannica mensa. in v. *Britanni*

C.

C*Æritæ cera digni*, in indignos & ignominiosos. in voce *Cære*

Calabri hospitis xenia, de donis rusticanis quæ sunt contemptui; vel quæ accipientem magis onerent quam juvent. in v. *Calabria*

Calathum Sycaminorum in mala habes, in eos qui sibi malas fucant. in v. *Sycaminus*

Calceamentum Colophonium, in stolidum ac rusticum. in v. *Colophon*

Calcei Sicyonii, de re pulchra, at quæ minus deceat. in v. *Sicyon*

Calvus Myconius. in v. *Myconos*

Camarinam movere, cum quis sibi malum accersit. in v. *Camarina*

Campana arrogantia, de summa superbia. in v. *Capua*

Cannace more plorare, de gravi & miserando luctu. in v. *Phrygia*

Capra Scyria, in eos qui beneficium maleficio contaminant. in v. *Scyros*

Carica Musa, pro insuavi. in v. *Caria*

Caricum sacrificium, de sacrificio vili. *ibidem*

Caricum schema, pro modo congressus libidinosi spurco & turpi. *ibid.*

Caricus hircus, in hominem vilem & contemptibilem; vel sacrificium vile. *ibid.*

Car-

Carpathius leporem, in eum qui testem, in sui malum adducit, vel aliquid aliud in sui perniciem affert. in v. *Carpathus*
Carpathius testem, idem. *ibid.*
Caryca Lydorum, de cibis opiparis & cupediis. in v. *Lydia*
Cassioticus nodus, in vafros & versutos. in v. *Casium*
Cave à Thorace, à maledictis abstine. in v. *Thorax*
Cercyræa scutica, de supervacaneo cultu. in voce *Cercyræ*
Cercyræum flagrum, idem. *ibid.*
Cescon habitas, in bardum, stultum & vecordem. in v. *Cescus*
Cetus Tanagræus, de obeso & prægrandi corpore. in v. *Tanagra*
Chalcidissare, in fœdos puerorum amatores. in v. *Chalcis*
Charybdis, vorax & avida meretrix. in v. *Charybdis*
Chius Coum loqui non sinit, in eos qui multiloquio alios impediunt obstrepentes. in v. *Cos*
Chius dominum emit, in eos qui sibi mali sui causa sunt. in v. *Chios*
Chius malus, de gente improba. in v. *Leria*
Chius risus, de lascivo luxu & intempestivo jocatione. in v. *Chios*, & *Megara*
Cilices non facile verum dicunt, in lucri cupidos magis quam veri. in v. *Cilicia*
Cimmeria tenebræ, de multa animi obscuritate & caligine. in v. *Cimmerii*
Citharœdus Aspendius qui intus canens, sibi, non aliis canit. in v. *Aspendus*
Colophonem addere, summam rei manum imponere. in v. *Colophon*
Colophonium aurum, pro auro probatissimo. *ibidem*
Colophonium suffragium, de suffragio magis verbis quam re; vel, de suffragio alicujus in re aliqua plurimum valentis. *ibid.*
Coquus Siculus, de vitam opiparam degentibus. in v. *Siculi*
Corcyra libera. in v. *Corcyra*
Corinthia videris, de muliere prostituta. in v. *Corinthus*
Corinthiari, in eos qui vitam impudicam ducunt. *ibid.*
Corycæus auscultavit. in v. *Corycus*
Coturnix Herculem, de iis qui à periculo servati sunt, à quibus non sperabant. in v. *Phœnice*
Cretensis cum Ægineta, quoties improbus cum improbo agit. in v. *Creta*
Crisonem Himeræum præcurrere, de maximo cursore. in v. *Himera*
Crocum in Ciliciam, in eos qui merces eo deferunt ubi maxima illarum copia. in v. *Cilicia*
Crotone salubrius, de re saluberrima. in v. *Croton*
Cumani sero sapiunt, de iis qui post pluviam portum subeunt. in v. *Cuma*
Cum Care Carissa, cum rustico rustice agas. in voce *Caria*
Cum Care Cariza, mendaciis cum mendacibus utendum. in v. *Creta*, & *Caria*
Cum Cretense Cretensis, improbus cum improbo. in v. *Creta*, & *Caria*
Cum Cretense Cretiza, mendaciis cum mendacibus utendum. in v. *Creta*
Cum vulpe vulpizandum, ejusdem significationis. *ibid.*
Currus Lydius, de veloci cursu. in v. *Lydia*
Cyclobori vox, in clamosos & obstreperos. in v. *Cycloboros*
Cyclopis donum, de munere tyranni aut latronis. in v. *Cyclopum scopuli*
Cyclopum vita, de vita barbara, & sine legibus aut disciplina. *ibid.*
Cyrenæus videris, de voluptuosis in conviviis; & de studiosis in edendis libris nunquam saturis. in voce *Cyrene*
Cyrnia jactura, de magnis dispendiis. in v. *Cyrnos*
Cythnica calamitates, de magnis cladibus. in voce *Cythnus*
Cyziceni stateres, de re sculpta diligenter. in voce *Cyzicus*

D.

Dardania artes, de magicis artibus. in voce *Dardanium*
Dathus bonorum, de magna rerum opulentia. in v. *Dathus*
Daulia cornix, de valde garrulo. in v. *Daulis*
De asini umbra, de re nihili. in v. *Delphi*
De Delphica umbra, idem. *ibid.*
De plaustro loqui, pro libere quemlibet taxare. in v. *Eleusis*
Delitiæ Alexandrina, in molles & effœminatos. in v. *Alexandria Ægypti*
Delitiæ Asiana, de magnis delitiis & summa lautitia. in v. *Persia*
Delitiæ Persica, de iisdem. *ibidem*
Delphicus gladius, de re in diversos usus accommodabili. in v. *Delphi*
Delphinum non capit patina, exigui ingenio non possunt magna capere. in v. *Selencia*
Dodonæum æs, de homine importunæ loquacitatis. in v. *Dodona*
Doribus Dorice loqui, in eos quorum oratio moribus & ingenio respondet; vel, in loquaces natura. in v. *Dores*
Dorica Musa. in v. *Doris*
Dorice concinere, in eos qui aliud verbis, aliud factis ostendunt. *ibidem*
Dorice incedere, in eos qui depositis vestibus magna ex parte nudi incedunt. in v. *Dores*

E.

E Massilia venisti, de nimis cultis. in v. *Massilia*
Eamus Athenas, cum quis patriæ, aut prioris fortunæ desiderio tenetur. in voce *Bottiæi*
Eleusina servat quod ostendat, contra eos qui in una epistola aut oratione omne effutiunt quod sciunt. in v. *Eleusis*
Ephesia litera, de iis qui mira felicitate gaudent, quæcunque optant consequentes. in v. *Ephesus*
Equa Thessala, de equis præstantissimis. in v. Thessalia
Est Pylus ante Pylum, in eos qui supra alios gloriantur quasi in aliqua re præstantiores. in voce *Pylus*
Euripus homo, in inconstantes, & in varias fortunæ vices. in v. *Euripus*

F.

Fames Meliaa, de fame extrema. in vocibus *Melos*, & *Perusia*
Felis Tartessia, de copia rerum. in v. *Tartessos*

G.

Gargara, de immensa rerum copia; & de magna hominum strepentium multitudine. in v. *Gargara*
Generosior Sparta, de generosis ac minime timidis. in v. *Sparta*
Gordius nodus, de vinculo arctissimo & indissolubili. in v. *Gordium*

Graca

Græca fides, pro certa & indubitata fide. in voce *Græcia*

Græcia non novit fidem, cum perfidiam notamus. *ibidem*

Gyaro dignum, cum facimus aliquid pœna non mediocri dignum. in v. *Gyaros*

H.

HÆc tibi & *Pythia & Delia*, cum supremum opus quod quis est in vita gesturus significamus. in voce *Pytho*

Hamaxiæa, de rebus magnis & amplis. in voce *Hamaxobii*

Hamaxobii, in dure sordideque viventes. *ibid.*

Heraclius lapis, de homine acri ingenio prædito. in v. *Heraclea ad Lathmon*

Herculeus nodus, de vinculo arctissimo & indissolubili. in v. *Gordium*

Hermionis vice, pro asylo. in v. *Hermione*

Hic Rhodus, hic saltus, in eos qui se jactant alibi grandia fecisse. in v. *Rhodus*

Hymettia mella, pro suavi eloquentia. in voce *Hymettus*

I.

IMbrii, in eos qui judicium vel aliam rem subterfugientes, absentiam causantur. in v. *Imbros*

Impudicus digitus. in v. *Siphnos*

In Care periculum facere, cum periculo exponitur res, cujus jactura gravis non fit. in v. *Caria*

In Macariam abi, cum alicui malum imprecamur. in v. *Macaria*

In Pisa animum confirma, cum aliquem ad pugnam vel disceptationem animamus. in v. *Pisa*

In sola Sparta expedit senescere, de iis apud quos senectus in honore habetur, vel virtus in pretio. in v. *Sparta*

Incidit in Scyllam cupiens vitare Charybdim, quo monemur è duobus malis minus eligendum; vel de iis qui volentes periculum minus vitare, in majus incidunt. in v. *Scylla*, & *Charybdis*

Inter Sosias & Tybios referre, quoties immeritos in classem inferiorem quam merentur redigimus. in v. *Tybii*

Invulnerabilior Cæneo. in v. *Cæneum*

Iracundior Adria, de homine irritabilis ingenii & animi iracundi. in v. *Adria*

Iro pauperior, de mendico. in v. *Irus*

Italica mensa, de mensa lauta. in v. *Italia*

Iterum atque iterum via versus Python, in molestos in percunctando. in v. *Pytho*

Iuxta Lydium currum curris, de eo qui longe cæteris in aliqua re inferior est. in v. *Lydia*

L.

LAbrax Milesius, propter magnitudinem, aviditatem, & stoliditatem. in voce *Milesii*

Labyrinthus, de studio difficillimo & inextricabili. in v. *Labyrinthus*

Laconica cœna, de cibis parum exquisitis, in voce *Laconica*

Laconicus tithymallus, in lippientes. *ibidem*

Lapithæ, in eos qui sibi tantum arrogant, ut omnes in sui admirationem trahere præsumant. in voce *Lapithæ*

Lemnia manu, impia & proterva. in voce *Lemnos*

Lemnii, in eos qui judicium vel aliam rem subterfugientes, absentiam causantur. *ibid.* & in *Imbros*

Lemnium malum, de malo grandi & miserabili. in v. *Lemnos*, & *Pelasgi*

Leontini semper juxta pocula, in voluptuosos. in v. *Leontini*

Lerii mali, cum gentem improbam significamus. in voce *Leria*

Lerna malorum, de malis multis in unum congestis. in v. *Lerna*

Lesbia regula, cum ratio ad factum, non factum ad rationem; vel lex ad mores, non mores ad legem accommodantur. in v. *Lesbos*

Lesbiari, & λεσβιάζειν, turpiter polluere. *ibid.*

Lesbius Prylis, de divinandi arte prædito. *ibid.*

Libethriis inelegantior, de valde idiota & agresti. in v. *Libethrii*

Libyca avis, de prægrandi. in v. *Libya*

Libyca fera, in hominem vafrum, versipellem, & variis moribus imbutum. *ibid.*

Lorica Carica. in v. *Carica*

Locrensis bos, de re vili & munere sordido. in voce *Locri*

Locrense pactum, in fœdifragos

Luna Laconica, in eos qui promissa aut pacta incerta faciunt, aliquid ne promissum fiat causantes. in v. *Laconica*

Lydius lapis, de homine acri ingenio prædito. in v. *Lydia*, & *Naxos*

Lydus cauponatur, in effœminatos. in v. *Lydia*

Lydus in meridie, de homine insatiatæ libidinis. *ibidem*

M.

MÆandri, pro consiliis vafris & obliquis. in voce *Mæander*

Magnetum mala, de malis ingentibus, vel in authores suos recidentibus. in v. *Magnesia*

Maleam legens, obliviscere quæ sunt domi, nihil aliud curandum quando in magno discrimine versamur. in v. *Malea*

Malum Lemnium, de malo maximo & miserando

Manus manum lavat, cum officium officio compensatur. in v. *Calauria*

Mariandynus ejulator, de incompto poeta aut scriptore. in v. *Mariandyni*

Mariandynus tibicen, idem. *ibidem*

Massiliam navigas, de nimis cultis & luxuosis. in v. *Massilia*

Medica mensa, de exquisita & sumptuosa mensa. in v. *Media*

Megarensis ars, in dolosos & astutos. in v. *Megara*

Megarenses lacrymæ, de fictis. *ibidem*

Melitæus catellus, de eo cujus opera nulli rei seriæ conducit. in v. *Melita*

Mella Attica, pro suavi eloquentia. in v. *Hymettus*

Mensa Asiana, de conviviis ac cœnis lautis. in v. *Persia*

Mensa Italica, idem. *ibid.*

Mensa Persica, idem. *ibid.*

Mensa Sicula, idem. *ibid.* & in *Siculi*

Mensa Sybaritica, idem. in v. *Media*, *Sybaris*, & *Persia*

Mensa Syracusana, idem. in v. *Persia*, *Sybaris*, & *Syracusæ*

Messena servilior, in eos qui alieno vivunt arbitrio. in v. *Messene*

Milesii lascivi, in luxui deditos. in v. *Milesii*

Milesii quondam strenui, in eos qui à pristina fortuna exciderunt. *ibid.*

More Lydio, in voluptuosos. in v. *Lydia*

Mores Massilienses, de probatissimis. in voce *Massilia*

Mores Smyrnæi, de iis qui ita deliciis se dedunt, ut quæ viros fortes decent non omittant. in voce *Smyrna*

Mulier Thessala, de maga & venefica. in voce *Thessalia*

Multa Syrorum olera, in eos qui in rebus plus voluptatis quam utilitatis afferentibus occupantur, in voce *Syria*

Myconiorum more, de iis qui etiam non vocati ad convivium accedunt. in v. *Myconos*

Myconius conviva, in alienæ cædis appetentes. *ibid.*

Myconius crispus, de re rara, seu raro inventa. *ibid.*

Mysorum postremus vel *ultimus*, de valde despecto & humili. in v. *Mysia*

Mysorum præda, de iis qui injuriis affecti, illas ulcisci non curant. *ibid.*

Mysorum & Phrygum termini discreti, de rebus toto genere differentibus; vel, de hominibus inter quos nihil conveniat. *ibidem*

N.

Navigare Trœzenen, in eos qui imberbes barbati videri volunt. in voce *Barba*

Navigat Anticyram, in amentes. in v. *Anticyra*

Naupactum excubare, in eos qui pereunt ignavia sua; vel, qui munus suscipiunt plenum discriminis. in v. *Naupactus*

Naxia cos, de re, sive de homine apto ad dijudicandum. in v. *Naxos*

Ne decima quidem Syracusanorum pars, in eos qui se divites ventitant. in v. *Syracusæ*

Ne temere Abydum. in v. *Abydus*

Nemesis ad pedes adest, cujus legem nemo potest effugere. in v. *Rhamnus*

Neque Phasis mala eluat, de malorum magnitudine quibus occurri non potest. in v. *Phasis*

Nili cataracta, de magna eloquentia. in v. *Nilus*

Niloa fluenta, de oratione fluenta. *ibidem*

Noctua Lauriotica, de vi pecuniarum ingenti. in v. *Laurios*

Noctuas Athenas, in eos qui merces eo deferunt ubi maxima illarum copia fit. in v. *Cilicia*

Noli movere Camarinam, cum quis sibi malum accersit. in v. *Camarina*

Non Chius sed Cius, de rebus valde discrepantibus. in voce *Cia*

Non Chius sed Cous. *ibidem*

Non navigamus ad Hippolaitas, in pauperes mercatores. in v. *Hippola*

Non omnibus licet adire Corinthum. in v. *Corinthus*

O.

Oenoa charadram, in eos qui sibi malum creant. in voce *Oenoe*

Oetæus genius, contra feroces & arrogantes. in voce *Oeta*

Ogygia mala, de malis vetustis. in v. *Ogygia*

Osce fabulari, de iis qui Latine nesciunt loqui. in v. *Osci*

Osce loqui, pro turpiter & impudice loqui. *ibidem*

Osculana pugna, quoties quis victus, paulo post victor evadit. *ibid.*

P.

Pactolos sibi polliceri, de eo qui sibi ingentes divitias promittit. in voce *Pactolus*

Pactolus, de summis opibus. *ibidem*

Paros frigidam habet aquam & mulieres formosas, non esse commodum absq; incommodo; seu, bonum malo compensari, misceri ve. in v. *Paros*

Parthi quo plus biberint, eo plus sitiunt, de avaris & studiosis. in v. *Parthia*

Pelasgi olim, postea Danaidæ, in eos qui ex magna in tenuem fortunam devenerunt. in v. *Pelasgi*

Perusina fames, de extrema fame. in v. *Perusia*

Phasim usque navigat, de longinqua navigatione. in v. *Phasis*

Phocensium desperatio, de stulto & insano consilio. in v. *Phocæa*

Phocensium exsecratio, de jurejurando multis vinculis adstricto. *ibid.*

Phœnicium mendacium, de mendaci negotiatione; sive, de portentosa & fabulosa narratione. in voce *Phœnice*

Phœnicum commutatio, cum contrahentes incertæ fidei rem præsentem dant & recipiunt. *ibidem*

Phœnicum more, de compensatione quæ fieri solet de manu in manum. *ibid.*

Phœnicum pacta, in vafros & astutos. *ibid.*

Phryx verberatus melior, in eos qui non monitis nec pudore, sed verberibus tantum emendantur. in v. *Phrygia*

Piræus non fert vasa inania, in eos qui asymboli ad cœnam veniunt. in v. *Piræus*

Pitane sum, de iis qui redacti ad extremam calamitatem rursus ad priorem fortunam restituti sunt. in voce *Pitane*

Pocula Siphnia, de poculis affabre factis. in voce *Siphnos*

Poculum Laconicum, pro potatione moderata. in v. *Laconica*

Pœnus fidus, de re rara. in v. *Myconos*

Porcus Trojanus, de opiparis conviviis; aut, de homine variis deliciis delectato. in v. *Troja*

Post Lesbium cantorem, de eo qui non primas, sed secundas tenet. in v. *Lesbos*

Prienensis justitia, de integerrimo judicio. in voce *Priene*

Procellus Acarnanius, in lascivos. in voce *Acarnania*

Pro Delo Calauriam, cum officium officio compensatur. in v. *Calauria*

Pro Pytho Tanarum, cum permutantur inæqualia. in v. *Tanaria*

Psyra Bacchum, de vino quod nemo in convivio gustat; sive, de sordido apparatu. in v. *Psyra*

Pygmæorum acrothinia Colosso aptare, in eos qui operam inanem & stultam sumunt; vel, qui minima maximis adaptare conantur. in v. *Pygmæi*

Pythia & Delia eadem tibi, quo supremum opus quod quis est in vita gesturus significatur. in v. *Pytho*

Q.

Quadrupes, bipes, & demum tripes, de triplici hominis ætate. in voce *Bœotia*

Quæ ex antiqua Tyro, de extremo malo. in voce *Tyrus*

Quasi Sutrium eant, cum quid celeriter fit & instructe. in v. *Sutrium*

Quem Cos non nutrit, hunc neque Ægyptus, in eos qui nec plus quam mediocri fortuna sunt contenti; in v. *Cos*

Quid non fies Arbelas profectus? in eos qui licet nihili sint, sibi tamen aliquid esse videntur. in voce *Arbelo*

R.

Rana Seriphia, in taciturnos. in voce *Seriphus*

Rheginis timidior, in formidolosos. in voce *Rhegium*

Rhodiorum oraculum, in scrupulosos, nimisque de re minuta sciscitantes. in v. *Rhodus*
Rhodus hic, hic saltus, in eos qui se jactant alibi grandia fecisse. in v. *Rhodus*
Risus Chius, in eos qui intempestive jocantur, & quorum artes in contemptum venere, novis succedentibus. in v. *Megara*, & *Chios*
Risus Megaricus, idem. *ibidem*
Risus Sardonicus, in simulatos risus. in v. *Sardonii*

S.

SAcrificium Phaselitarum, de munere sordido, & de tenui sumptu. in voce *Phaselis*
Sacrum sine fumo, idem. *ibidem*
Saguntina fames, de magna & extrema. in v. *Saguntum*
Salaminia navis, de navigio præveloci. in voce *Salamis*
Samii literati, in stigmate notatos. in v. *Samos*
Samiorum flores, de perditæ libidinis hominibus. *ibidem*
Samiorum laura, in turpi voluptati addictos. *ibid.*
Sardi venales, de negotio prolixo; vel, in homines dubiæ fidei, & omni vento mobiles. in v. *Sardinia*
Sardonica tinctura, de colore præcellenti; seu, de eo qui pudore rubescit, aut plagis sanguine conspergitur. *ibidem*
Sardonius risus, in eos qui intus tristes, foris lætitiam simulant. *ibid.*
Sarpedonium littus, de rebus valde turbulentis. in v. *Sarpedonium Littus*
Scolon ne proficiscaris ipse, nec alterum comiteris, abstinendum à convictu alicujus, vel à loco, à quibus nihil sit sperandum boni. in v. *Scolus*
Scopuli Caucasi. in v. *Caucasus*
Scyrius principatus, de tenui regno. in v. *Scyros*
Scytha doctus, de re rara. in v. *Myconos*
Scytha equum, in eos qui rem aversari videntur, quam maxime expetunt. in v. *Scythæ*
Scytharum oratio. *ibidem*
Scytharum potatio, de vita aspera. *ibid.*
Scytharum solitudines, ob magnitudinem. *ibid.*
Securis Tenedia, de expedita & severa justitia. in v. *Tenedos*
Seriphia rana, in hominem canendi dicendique imperitum. in v. *Seriphus*
Sero sapiunt Phryges, in eos quos sero pœnitet male vel stulte factorum. in vocibus *Cuma*, & *Phrygia*
Sicilissare, astute loqui. *ibid.*
Siculus miles, de mercenario milite; ac de nullum ministerii genus lucri gratia recusante. in voce *Siculi*
Siculus omphacizat, in eos qui etiam vilia furantur. *ibid.*
Sinopissare, pro lascivire. in v. *Sinope*
Siphniazare & Σιφνιάζειν, in libidinosos. in voce *Siphnos*
Siphnia arra, de digito infami. *ibid.*
Sirenas præternavigas, de eo qui præceptis philosophiæ optime munitus, præterit voluptates. in voce *Sirenussæ*
Stultior Adonide Praxillæ, in homines nullius judicii. in v. *Sicyon*
Summa Thassus bonorum est, de bonis splendidis quæ quis pollicetur. in v. *Thassus*
Surdior Toronæo portu, in surdos. in v. *Torone*
Sybarita per plateas, in fastuosos. in v. *Sybaris*
Sybaritica calamitas, de ingenti. *ibid.*
Sybaritica mensa. vide Mensa Sybaritica
Syri adversus Phœnices, in versipelles, & fraudulentos mutuo. in v. *Syria*
Syrissare, molliter vivere. *ibid.*
Syrus cum non sis ne Syrissa, ne alius velis videri quam sis. *ibid.*

T.

TÆnarium malum, cum crudelius in servos sævitur. in voce *Tænaria*
Tagus, de summis opibus. in v. *Pactolus*
Temesæus genius, cum ferocibus & arrogantibus minamur; &, de pœna res sacras violantibus imminente. in v. *Oeta*, & *Temesa*
Tenedius tibicen, de falso teste. in v. *Tenedos*
Tenedius vir, de severo judice. *ibid.*
Terra Cyrnia, in eos qui vitam infamem latrociniis transigunt; vel, de regione latrociniis infami. in voce *Cyrnos*
Thasium infudisti, ubi quis vinum temperat non aqua, sed alio vino potentiore. in v. *Thassus*
Thessala bucca, in edaces. in v. *Thessalia*
Thessalicum numisma, de pecunia adulterina; vel, pro fuco & fraude. *ibid.*
Thessalicus missus, de mensa lauta & splendida. *ibid.*
Thessalorum commentum, in eos qui fraude alios circumveniunt. *ibid.*
Thmuitarum hircus, in hominem lascivum & mulierosum. in v. *Thmuis*
Thracium commentum, in eos qui pacta astu aliquo infringunt. in v. *Thracia*
Thurium lema, de intrepido & ad bellum parato. in voce *Thuria*
Tinctura Cyzicena, in eos qui aliquid indecorum metu faciunt. in v. *Cyzicus*
Tolosanum aurum, in eum qui quasi fatalibus malis afficitur, sive in calamitosos; seu, in eum qui pœnas dat sacrilegii. in v. *Tolosa*
Totam spirare Arabiam, de unguentis pretiosis. in voce *Arabia*
Trica, de nugis rebusque futilibus; ac de impedimentis. in v. *Apina*, & *Trica*
Trœzenen navigat, in eos qui, cum imberbes sint, pilis tamen apposititiis barbam sibi effingunt. in voce *Trœzen*
Troja non producit Thracem, ex degenere prosapia non gignitur generosus. in v. *Troja*
Trojanus equus, de insidiis occultis, & tacita impostura. *ibid.*
Tunica Pellenica vel *Pellenæa*, de splendida veste. in voce *Pellene*
Tyria maria, de re periculosa & turbulenta. in voce *Tyrus*

U.

UBi per Harma fulgur, de iis quæ sero, & admodum raro eveniunt. in voce *Harma*
Vinum Caricum, pro tenui. in v. *Caria*
Una Myconus, de re indistincta & indiscreta. in v. *Myconos*
Volsce fabulari, de iis qui Latine nesciunt loqui. in voce *Osci*
Voracitatis Athos, in hominem voracem. in voce *Athos*

Insigniores aliquot utriusque sexus homines ubi nati, floruere, mortui sunt, *&c. secundum* Ferrarium.

ABrahæ patria *Orchoe*, *Ur*
Accius tragœdus floruit *Romæ*
Aceseus textor ortus Pataræ
Achillis patria *Phthia*, *Larissa*
S. Ægidius vixit *Anatiliæ*
Æmilius Macer natus *Veronæ*
Æsculapius natus apud *Lethæum* fluvium; floruit *Pergami*
Ætius orator natus *Pisauri*
Afranius comicus floruit *Romæ*
Agrippina mater Neronis exulavit in *Pandaria* insula
Ajax sepultus *Mecone* insula
Alcibiades obiit apud *Elaphum* montem vel *Elephum*
Alexander Epiri rex cæsus *Pandosiæ*
Alexander Magnus natus *Pellæ*
Alexander V. Pontifex natus *Anagniæ*
Amalisuntha uxor Athalarici cæsa in insula *Volsiniensis lacus*
Amilcar cæsus apud *Castrum altum*
Amphiaraus vates terra absorptus apud *Thebas*
Amphicrates rhetor exulavit *Seleuciæ Mesopotamicæ*
Anacreontis poetæ patria *Teium*, vel *Teos*
Anaxagoræ patria *Clazomenæ*
Alciatus natus *Alsiati*
Andronicus epicus floruit *Romæ*
Anius rex periit *Aniene* fluvio
D. Anselmus floruit *Maoni*
S. Antiochus martyrio affectus in insula *Sulcitana*
Antipater poeta extemporaneus natus *Sidone*
Apelles pictor *Co* natus
Apollo natus in monte *Cyntho*
Apollodorus comœdus floruit *Athenis*
Apollodorus tragœdus floruit *Tarsi*
Apollonius philosophus natus *Tyanæ*
Apuleius natus *Madauræ*
Aratus poeta natus *Sicyoni*, *Solis*
Arbogastus tyrannus mortem sibi conscivit *Viennæ*
Archilochi poetæ patria *Paros*
Archimedes floruit *Syracusis*
Architas astronomus natus *Tarenti*
S. Arethas martyrio affectus *Negræ*
Aristarchus poeta floruit *Tegeæ*
Aristeas poeta natus *Proconnesi*
Aristolochus poeta natus *Parii*
Aristotelis patria *Stagira*
Asclepiades medicus claruit *Prusæ*
Attila cæsus in *Cathelauniis campis*, vel *Tolosæ*
Attilius tragœdus floruit *Romæ*
Atys sepultus *Pessinunte*
D. Augustinus episcopus *Hipponis Regii*; corpus servatur *Cælo aureo*
Augustus Cæsar educatus *Ulubris*; obiit *Nolæ*
Aurelianus imperator cæsus *Cænophrurii*
Aureolus tyrannus interfectus apud *Aureoli pontem*
Ausonius natus *Burdigalæ*
Authores Langobardorum rex veneno sublatus *Ticini*
S. Auxentius abbas vixit in monte *Auxentio*
Axiothea Platonis discipula nata *Phliunte*
Azelinus Romanus tyrannus obiit misere *Soncini*

B.

BAcchus enutritus in *Mero* monte
Bacchus & Sergius martyres passi *Rhæsapha*, *Sergiopoli*
Basiliscus imperator exsul mortuus est *Lymini*
D. Basilius episcopus fuit *Cæsareæ magnæ*
S. Bertrandus tutelaris *Convenarum*
Biantis patria *Priene*
Bibaculus Cremonensis poeta floruit *Romæ*
Bonifacius IV, Pontifex natus *Anagniæ*
Brennus ortus ex *Prausis* Galliæ
S. Brigita *Laginæ* nata; corpus *Duni* conditum
S. Britius floruit *Martulanæ* vel *Martanæ*
J. Brutus Cæsaris interfector occisus *Philippis*

C.

CAdmi patria *Miletus*
Cæcilius Gallus poeta floruit *Romæ*
Cælius Rhodiginus natus *Rhodigii*
Cajeta Æneæ nutrix sepulta *Cajetæ*
Callimachi patria *Thera* insula
Callimachus poeta *Cyrenæus*, de quo in voce Samos
Candacis regia *Napata*, *Saba*
S. Carilefus abbas vixit *Aninsulæ*
Carinus imperator obiit *Margi*
Carolus V. imperator natus *Gandæ*
S. Carolus Borrhomæus natus *Aronæ*
Cassius Severus poeta natus *Parmæ*
Castoris & Pollucis patria *Amyclæ*, *Therapnæ*
D. Catharinæ corpus conditum in monte *Sina*
Cato Uticensis obiit *Uticæ*
Q. Catullus *Veronæ* natus; *Romæ* floruit
S. Cerbonius martyrium passus *Meruli*
Chœrilus poeta ortus *Samo*
Christi sepulchrum *Hierosolymis*
S. Christina virgo passa est martyrium in *Tyro* insula
S. Chrysogonus martyr *Aquis Gradatis*
D. I. Chrysostomus exsul *Cucussi*
Cicero natus *Arpini*; Quæstiones scripsit *Tusculani*; exsul *Dyrrachii*; interfectus apud *Asturam* vel *Astyram*
Claudiani poetæ patria *Canopus*
D. Clemens papa exsilio mortuus est *Cherronesi*
Cleopatra se interemit *Necropoli*
Clodius causidicus & poeta floruit inter *Sabinos*
S. Columbæ abbatis corpus *Duni*
Constantia Augusta Galli uxor obiit apud *Canos Gallicanos*
Constantinus Copronymus misere obiit *Strongyli*
Constantinus junior cæsus ad *Alsam* fluvium
Constantinus Magnus accepto veneno *Sosteropoli*, obiit *Nicomediæ*
Q. Cornificius poeta floruit *Romæ*
M. Crassus natus & educatus *Cirrhæati*
Crassus cæsus *Carrhis* à Parthis
Crœsi regio *Sardis*
D. Cyprianus martyrio affectus *Sexti*

D.

DAmasus papa natus *Egitæ*
Daphitas grammaticus crucifixus in *Thorace* monte
Decentius imperator apud *Senonas* laqueo vitam finivit
Decius consul se pro patria devovit *Sentini*
Democritus natus *Abderæ*
Demolchus comicus floruit *Syracusis*
Demosthenes obiit *Calauriæ*
Diana nata in monte *Cyntho*

Diblo-

Diblobatazius imperator Græcus regnavit in *Zacyntho* insula
Diocletiani imperatoris patria *Dioclea* (in Doclea)
Diodorus Siculus natus *Agurii*
Diogenis cynici patria *Sinope*
Dion Prusæus floruit *Prusa*
Diopœnus sculptor floruit *Sicyoni*
Dioscoridis patria *Anazarbus*
Drusus obiit apud *Tropæa Drusi*

E.

Eliphaz ex Iobi amicis patria *Thaman*
Elizabetha mater D. Joannis vixit *Montanis Judææ*
D. Elphegus occisus *Bathoniæ*
Ennius poeta floruit *Romæ*, natus *Rudiis*
Epaminondas Thebanorum dux cæsus *Mantineæ*
Epicharmi patria *Castrum*, vel *Crastus*; floruit *Syracusis*
Epicuri patria *Gargetus*
Erinnæ poetriæ patria *Teos*
Erythræus rex sepultus in *Ogyri* insula
S. Esychius episcopus *Carthesæ*
Euclidis patria *Megara*
Ezechiel propheta natus & sepultus *Saritæ*

F.

Fabii cæsi apud *Cremeram* fluvium prope *Veios*
S. Feliciani corpus *Legioduni* servatur
S. Felini corpus servatur *Aronæ*
Ferrarius (autor hujus libri) natus *Oviliis*; in voce Forum Statiellorum
D. Franciscus natus *Æsisii* vel *Assisii*, *Patyci*
Fridericus II. imperator dolo necatus *Panormi*
S. Fulgentius episcopus floruit *Ruspiis*

G.

Galeatius Mantuanus in flumen se præcipitem dedit *Papiæ*
Galenus natus *Pergami*
Galerius imperator natus *Geroicæ*; cæsus *Callinici*; sepultus *Romuliani*
Gallus Cæsar interfectus apud *Sanguinarium pontem*
Glauci histrionis patria *Glauci* insula
Glycerium meretrix *Thespiis* famosa
Gordianus imperator sepultus *Phatusis*, *Rhesenæ*
Gorgias rhetor natus apud *Leontinos*
S. Gratiniani corpus servatur *Aronæ*
D. Gregorius Nazianzenus natus *Nazianzi*; episcopus *Sasimæ*
Gregorius VII. pontifex natus *Suanæ*
Gregorius IX. pontifex natus *Anagniæ*

H.

Hadrianus imperator natus *Adriæ* vel *Atriæ*, *Italicæ*
Hamilcar cæsus in *Beteronibus*
Hannibal sepultus *Libyssæ*
D. Haymonis corpus *Medæ*
Hecubæ sepulchrum apud *Cynossema*
Helena nata *Therapnis*; stuprata in insula *Helene*
Helle filia Athamantis regis submersa in *Hellesponto*
Hermagoras natus *Temni*
S. Hermelandus abbas vixit *Antri*
Hesiodus natus *Ascræ*; occisus *Nemeii*
D. Hieronymus natus *Sidronæ*, *Stridoni*
D. Hilarioris patria *Thabatha*
Hipparchus astronomus natus *Nicææ*
Homeri patria *Smyrna*; sepulchrum in *Io* insula
Horatii Flacci patria *Venusia*
Hunnericus rex Vandalicus misere obiit *Bagæ* vel *Vagæ*

I.

Jacob obiit in *Achad*
Jesus Christus educatus *Nazareth*
Innocentius III. pontifex natus *Anagniæ*
D. Joachim Deiparæ pater natus *Sephori* vel *Sepphori*
D. Joannes apostolus exsul in insula *Pathmo*
Iob patria *Hus*; sepulchrum *Capitoliadi*, *Suhit*
Jovinianus imperator mortuus est *Dadastanæ*
D. Irene virgo martyr *Scalabi*
Jubæ regia *Sittici*
S. Juliani diaconi corpus *Gaudiani*
Justiniani imperatoris patria *Tauresium*
Justinus martyr natus *Flaviæ*
Justus Judaicus historiographus natus *Tiberiade*

L.

Lais nata *Hyccaræ* vel *Hyccari*
S. Leodegarius episcopus occisus *Sircinii*
Licinius epigrammatista floruit *Romæ*
Licinius Gallus floruit *Romæ*
T. Livius natus *Aponi*, *Pataviæ*
P. Lombardi patria *Novaria*
Lucanus natus *Cordubæ*
Lucianus apostata natus *Samosatæ*
Lucilius Auruncanus satyrographus floruit *Romæ*
Lycurgi sepulchrum *Pergamiæ*

M.

Machabæorum patria *Modin*
Mammæa uxor Severi imperatoris cæsa *Vosaviæ*
Marius occisus apud *Sacros portus*
Marsyas sepultus *Pessinunte*
D. Marthæ virginis corpus *Tarasconi*
Martialis natus *Bilbili*
D. Martini papæ patria *Tuder*
D. Martinus obiit *Condati*
Masinissæ regia *Cirtha*
D. Matthæus martyrium passus *Naddaveri*
Maumethis patria *Iesrab*; obiit apud *Schenitas*
Mauritius imperator occisus *Eutropii*
Maximianus imperator occubuit *Tarsis*
Medea nata *Cytæ*; sepulta *Buthroti*
Mela geographus natus *Mellariæ*
Melchiadis papæ patria *Tucca*
Meleager regnavit in *Meleagrea*
Memnonis regia *Abydus*
Mercurius natus *Cyllene*
Micheæ prophetæ patria *Morasthi*; sepultura *Celæ*
Milo interfectus *Carissani*
Milo athleta natus *Crotoni*
Milo tyrannus demersus *Pisæ*
Misenus Æneæ comes sepultus *Miseni*
Moses legem accepit in monte *Sina*; edidit signa in *Tani*; sepultus in monte *Phasga*

N.

Naboth patria *Iesrael*
Nerva imperator natus *Narniæ*

Nestoris patria *Pylus*
Nevius poeta obiit *Uticæ*
Nicetes sophista natus *Smyrnæ*
S. Ninianus episcopus *Candidæ casæ*
Nonnus natus *Panopoli*
Numæ Pompilii patria *Cures*

O.

Octavianus literas didicit *Apolloniæ*
S. Onuphrius abbas floruit *Onuphi*
Ormisda papa natus *Frusinoni*
Osiris sepultus in *Abato* insula
Othomanæ familiæ ortus *Itea*
Ovidii patria *Sulmo*; locus exsilii *Tomis*

P.

B. Pacificus colitur *Ceredani*
Pacuvius poeta *Brundusii* natus, floruit *Romæ*, obiit *Tarenti*
Palinurus Æneæ nauclerus mersus *Palinuri*
D. Palladii corpus colitur *Forduni*
D. Panacea colitur *Agamii*
Parthenius poeta natus *Nicææ*
S. Pastor tutelaris *Compluti*
S. Patricii corpus conditur *Duni*
D. Paulus natus *Tarsi*
S. Paulus eremita vixit in monte *Phermis*
Pauli medici patria *Ægineta*
Persii poetæ patria *Volaterræ*
Petrus Aloysius Farnesius cæsus *Placentiæ*
D. Petrus Martyr occisus *Bretinæ*
Phædonis philosophi patria *Elis*
Pherecydis patria *Syra* insula
Philemon comicus floruit *Syracusis*
Philippus imperator natus *Bostris*
Philippus pater Alexandri magni natus *Pellæ*
D. Philippus ordinis Servorum vitam solitariam duxit *Rusellanis*
Philistion comicus risu exspiravit *Nicææ*
Philoctetæ patria *Melibœa*
Photinus comicus floruit *Syracusis*
Phrisne meretrix *Thespiis* vixit
Pius II. pontifex natus *Senæ*
Platina natus *Platinæ*
Plato natus *Academiæ*
Plautus natus *Sarsinæ*; floruit *Romæ*
Plutarchus natus *Cheroneæ*
Pollux, Castor & Helena nati *Therapnis*
Polybii patria *Megalopolis*
Pompeii sepulchrum *Casii*
S. Pompeius cæsus *Lauroni*
S. Pontianus papa exsul occubuit in *Hermææ*, *Bucinæ*, insula prope Sulcitanam
Porsenæ regia *Clusium*
Praxilla poetria floruit *Sicyoni*
Praxitelis patria *Peripolis*
S. Primi corpus *Legioduni*
Probus imperator cæsus apud *Turrem Ferratam*
Propertii patria *Mevania*
Prudentius natus *Calaguri*, vel *Saliæ*
Ptolemæus Lagi natus *Orestiæ*
Pyrrhi regia *Ambracia*
Python. vide Sibylla Samia

R.

Rhœsus occisus *Olinthi*
Roderici Gothorum regis sepulchrum *Lanciæ*

S.

S. Sabas natus *Mutalæ*, submersus *Musæo* fluvio
Sallustii patria *Amiternum*
S. Samona vixit *Thelseæ*
Sampson sepultus *Saraæ*
Cn. Scipio cæsus à Pœnis *Ilorci*
Scipio Africanus obiit *Linterni*
Io. Scotus natus *Duni*
Scylesis sculptor floruit *Sicyoni*
Seleucus Nicator natus *Oropi*
Seneca natus *Corduba*
Sergius & Bacchus martyres passi *Rhasaphæ*, *Sergiopoli*
Sertorius interfectus *Oscæ*
Severus imperator cæsus ad *Tres Tabernas*
Sibylla Hellespontica nata *Marmessi*, vel *Marpessi*
Sibylla Samia orta *Samo*
Silius poeta natus *Italicæ*
Silverius papa natus *Frusinoni*
Simon Magus natus *Gittæ*
Siphacis regia *Siga*
Sirenes sepultæ apud *Sirenussas*
Stephanus geographus natus *Lametiis*
Stesichori patria *Himera*, *Metaurus*
Strabonis patria *Amasea*
Syrus mimographus floruit *Romæ*

T.

Telamon regnavit *Salami*
Terentius comicus floruit *Romæ*
Terentius Varro Attacinus floruit *Romæ*
Tetricus occisus in *Cathelauniis campis*
Themistocles obiit *Magnesiæ*
Theocritus claruit *Syracusis*
Theodatus rex cæsus *Quinti*
D. Theodorus martyrium passus *Theodoropoli*
Theodosius senior imperator natus *Italicæ*
Theodosius poeta natus *Tripoli*
Theogiton philosophus natus *Tragiæ*
Theophrasti patria *Eressus*
S. Thomæ apostoli corpus inventum *Calaminæ*, vel *Caticardamnæ*, vel *Melange*
D. Thomas *Aquini* natus
Tiberius imperator factus apud *Tropæa Drusi*
Timocreon heluo *Rhodi* vixit
S. Timotheus lapidatus in monte *Pione*
Tiresias obiit ex aqua *Telphissæ*, vel *Tilphossæ* fontis hausta
Totilas occisus *Capris*
Trabeas comicus floruit *Romæ*
Trajanus imperator natus *Italicæ*, *Metercosæ*; obiit *Pompeiopoli*, *Selinunte*
Turpilius comœdiographus floruit *Romæ*; obiit *Sinuessæ*

V.

Valentini hæretici patria *Phœnebythis*
Valentinianus imperator natus *Cibali*

Valerii

Valerii Flacci patria *Setia*
Valerius Setinus poeta ortus *Patavii*, *Aponi*
Venantius Fortunatus apud *Duplavonenses* natus; educatus *Ravennæ*
D. Veremundi corpus *Medæ*
Vespasianus imperator natus *Falacrini*
Virgilii patria *Andes*, *Mantua*; sepulchrum apud *Cryptam Neapolitanam*
Vitellius imperator cæsus *Bebriaci*
Ulysses regnavit in insula *Dulichio*, & *Ithaca*

X.

Xenarchus bibax *Rhodi* vixit
Xenophon scripsit historiam *Scillunte*

Z.

Zacharias propheta natus *Chaphar*; sepultus *Betharia*
Zacharias pater D. Joannis vixit *Montanis Iudææ*



ERRATA.

In Ænos lege *Melanen*
Amantia Pannoniæ l. *Amantini* Plin.
Ammon l. Libyæ *inter*.
Ancyra l. Honterus *lib.* 3.
Antonia dele *Fortun.* in margine, & ſuſtolle *Ioſeph.*
Antonnacum reſtitue *Fortun.* in margine
Azotus l. *Hont*. & poſtea *pariterque Azotia*
Batulum l. *Quique Rufas*
Belgii urb. l. Bruxellæ *Brabantiæ*, & Duſſeldorpium *ducatus*
Betius l. Vide *Zametes*
Bibonum l. *Febiana*
Blandona l. in *Hiſtria*
Bliteræ l. *Beſiers*
Brennoburgum l. unus eſt ex 7.
Callirrhoe l. Eſt & *Callirhoe*
Cana, opp. l. *quæ* [*forſan quod*]
Canovaci l. *Cornabios*
Capſa l. *Caps*, urbs
Caſtra Hannibalis l. *le* Caſtelle
Caſtillo) includat *S. Eſtephan*
Cayſter l. Et alius (ſcil. Ovid. 5. metamorph.) *Nomine Perguſa*
Chorſa l. *Mediæ* urbe
Clylipenus ſinus l. *Pautzkerwyck*

In Colarni l. *Colarnum*
Echetta l. *Echetra*
Echinades l. ante *os* ſinus
Elis l. *Iudaica*
Enoſis l. *S. Pietro*
Epoiſſius l. 4 diſtans
Eretria l. Eſt & *Eretria*
Erythræ l. *dites pecorum*
Foſſa Carbulonis l. *Corbulonis*
Geſſoriacum l. excidium *Tarvannæ*
Laciniū numerus 2300 minuendus, 50 augendus videtur
Laſcura numerus 102 minuendus videtur
Locri, pop. l. *Epicnemidii*
Matalla l. *Matalia*
Minthe l. *Olono*
Motenuni l. *Motenum*
Oetius l. *Oeteus*
Olyſſippo l. Bonifacio 9
Palantia l. *Halcyonii* [*forſan Alcinoi*]
Phthuth, l. Phthuth. Phut Plin.
Region. urbis Romæ, in 6. l. Fortunæ *ſejæ*
Roxolani l. Ruſſia, *Ruſſen*
Segoi l. *Segor*
Verona l. *Quantum parva ſuo*
Volcelum l. *Volceium*

LEXICON GEOGRAPHICUM.

Plin. ABa mons Armeniæ majoris, qui & Capotes nominatur, a Simyra urbe 12. mil. pass. in Boream distans: ex quo Euphrates fluv. originem habet. vulgo apud incolas *Caicol*, teste And. Theveto. Est & nomen urb. Arabiæ fel. & opp. Phocidis, Abæ num. plur. Strab. unde Abæi pop. vide Abas.

Pauf. Ptol. Abæa, *Chiores* teste Moletio, opp. Messeniæ littorale Pheris proximum; cujus pop. Abæatæ. Fuit & urbs Phocidis, cum templo Apollinis (ubi responsa dabantur, unde Apollo Abæus cognominatus est) ab exercitu Xerxis incensa. vide Abea.

Lib. Not. Aballaba *Appleby*, opp. Albionis in regno Angliæ in ora occidua Cumbriæ reg. inter Walliam & Scotiam. [in regione Westmariæ.]

Anton. Aballo *Avallon*, opp. Gall. Celt. in duc. Burgundiæ, inter Augustodunum & Antissiodorum, inde 51. hinc 18. mil. Gallic. distans.

Strab. Abantis inf. vide Euboea. Inde Abantæus nomen gentile, Ovid. lib. 15. metamorph.

" *Nuper Abantæis templo Junonis in Argis.*

Herod. Abantes pop. inter Iones & Achivos ab Herodoto lib. 1. memorantur.

Euagr. Abares, Abari Niceph. pop. Scythiæ inter Hamaxobios, Turcis finitimi: qui & Avares, & Avari aliis dicuntur.

Bibl. Abarim, mons excelsus Arabiæ petreæ Ammonitidem & Moabitidem à Palæstina separans contra Hierichuntem, Moysis tumulo celebris.

Ptol. Abarinus *Navarino*, opp. Peloponn. in ora Messeniæ apud Coryphasium prom. & Pylum. Errant qui Pylum *Navarino* indigitant.

Plin. Abas mons Armeniæ majoris, sive Aba. vide ibi. utroque enim modo legitur.

Luc. Abatos insula est Ægypti paludis Memphiticæ, sic dicta quasi inaccessa, lini & papyri copia olim celebris, ubi Osiris rex sepultus fuit; de qua Luc. lib. 10.

" *Hinc, Abaton quam nostra vocat veneranda vetustas,*
" *Terra potens----*

Strab. Ptol. Abdara *Adra*, opp. Hisp. Bæticæ in ora australi regni Granatens. ab Almeria (quæ illi in episcopali sede successit) 7. leuc. in austrolybicum. Abdera Pomp. Melæ: cui tanquam Hispano magis fidendum censeo.

Ptol. Abdera urbs Thraciæ episc. sub archiep. Philippensi, *Polystylo* teste Curopal. ab Abdera Diomedis sorore teste Solino condita, & nominata, anno à Troja capta 104. posteaq; à Clazomeniis Olympiade 31. instaurata; in ora maris Ægæi inter ostia Nesti & Hebri fluv. Democriti patria, qui se luminibus privavit, ut contemplationi magis vacaret. Ejus meminit Ovid. in Ibin;

" *Aut te devoveat certis Abdera diebus.*

Pop. Abderitæ, & Abderitani. Mart. lib. 10.

' *Abderitanæ pectora plebis habes.*

Hinc adagium *Abderitica mens*; Abderitanos enim stupori mentis obnoxios scribit Cicero in lib. de nat. Deor. Plin. quoque lib. 25. cap. 8. apud Abderam pascua esse testatur, in quibus equi pasti in rabiem vertuntur: quemadmodum apud Potniam asini.

Conc. Cartag. Abditana, *Arriana* teste Lud. Marmolio, opp. Africæ apud Tunetim, seu Tunesim urbem, olim urbs episc. sub archiep. Carthaginensi.

Abdua. vide Addua, sic enim apud vet. scribitur.

Ptol. Abea, Thuria & Æpea Strab. *Calamata* teste Nicol. Sophiano, opp. Peloponnesi in ora Messeniæ apud Pheras & Leuctrum, inter ea, quod aliis nunc *Chiores* dici videtur. vide Abæa.

Abela, opp. Palæstinæ geminum, unum in terra Ammonitarum, ubi Jephte dimicavit, à Philadelphia 7. mil. pass. distans, etiamnum *Abela* appellatum; alterum à Gadaris 12. m. pass. in ortum recedens. Josepho.

Abella *Avella*, opp. Campaniæ, & col. in Hirpinorum confinio, inter Neapolim 13. & Abellinum 18. mil. pass. occurrens. vide Avella, sic enim etiam scribitur. Strab. Ptol.

Abellaba *Appleby*, opp. Albionis in Cumbria reg. & comit. Westmariæ ad Itunam fluv. vide Aballaba, utroque enim modo legitur. Lib. Not.

Abellinum *Avellino*, urbs episc. Hirpinorum sub archiep. Beneventano, inde 16. mil. pass. recedens, apud Calorem flu. subterfluentem, inter eum & mont. Virginis inde 4. mil. pass. distantem, à Neapoli 30. dissita. Pop. Abellinates Plin. Ptol.

Abelmaia, sic in lib. paralipom. Abelmea D. Hieron. opp. Palæstinæ, nunc pag. inter Neapolim urbem Samariæ, & Scythopolim urb. Galileæ. Bibl.

Aberdonia & Aberdona, olim Devana, *Aberdeen*, urbs Scotiæ episc. & empor. & acad. in ora orientali, ab Andreapoli ejus metropoli supra 60. mil. pass. in Cæciam. Script. Scot.

Abernæthum, postea Andreapolis, S. *Andrews*, urb. archiep. & academia Scotiæ in ora orientali, inter Edimburgum 20. & Aberdonam supra 60. mil. pass. in Cæciam distantem. Hect. Boeti

Abila, quæ & Abilene in evang. *Bellinas* hodie, opp. Cœlesyriæ circa ortum Jordanis fluv. inter Paneadem & Damascum. Sed Abilene reg. esse videtur. Plin. Ptol.

Abitacum, lacus Gall. apud Claromontem urb. in Arvernis, qui nunc *Sorlivia* vulgo dicitur, teste Massono. Sidon.

Abnobi, & Arnobæ, montes Germ. circa ortum Danubii fluv. nunc *die Baar* dicti, testibus Ægid. Scudo, & Wilychio. Fontes autem Danubii in comit. *Baar* à Friburgo urb. Brisgoiæ 4. leuc. Rotovillam urbem versus ad 3. conspiciuntur. Ptol. Plin.

Aboni teichos sive Aboni mœnia, *Bolli* nunc teste P. Gyllio, urb. Galatiæ marit. seu Paphlagoniæ in ora maris Euxini, inter Teuthraniam ad occ. & Sinopen ad ort. quam *Arcane* nunc dici scribit And. Thevetus. Ptol.

Abonis, sive Abon, opp. & fluv. Albionis. opp. *Avington* teste Guilielmo Camdeno, & fluv. *Avon* nominatur: à Venta Silurum 9. mil. pass. ex itiner. Ant. distans. Sed aliis est *Porshut* pag. ad ostia Abonis è regione Bristolii urbis proximæ. Anton.

Aborigines pop. fuere Latii, qui ut Tac. lib. annal. 11. scribit, literas ab Euandro Arcade didicere ante usum papyri inventum. unde in corticibus arborum scribebant incisis lignorum taleolis. Liv. Plin.

Abrincæ *Auranches*, urb. episc. sub archiep. Rotomag. Gall. Celticæ in Normannia in ora maritima juxta fines Britanniæ, à Baiocis 18. leuc. in occ. à Fallesia 21. à Constantibus castris seu à Constantiensi urb. 7. in austrum distans. Pop. Abrincatui Plin. Lib. Conc.

Abrotonum urb. Africæ ad Syrtim parvam. vide Tripolis. Strab. Plin.

Absarum. vide Apsarus. opp. Cappad. in ora maris Euxini ultra Trapezuntem 150. mil. pass. in Colchorum confinio ad fluv. cognominis ostia. Plin.

Absorus, Absyrtium Plin. Apsorrus Ptol. *Osero*, inf. Liburniæ cum urbe episc. cognomine, cui Crepsa fere juncta est; ambæque Absyrtides à Strab. nominantur, Vegiæ proximæ 5. tantum mil. pass. distantes in austrum, à Senia 35. Tragurium versus 140. in ortum. Absyrtos à Luc. lib. 3. dicta. Melæ.

B " Col-

" *Colchis, & Adriacas spumans Absyrtos in undas.*
Forte Absyrtis legendum est.

Ptol. Abudiacum, opp. olim geminum Vindeliciæ, nunc pag. in Bavaria, unus inter Ratisponam & Abusinam vix 2. leuc. *Abach* vulgo: alter apud Rosenhemimium opp. *Happing* in Norici finibus. Sunt qui *Fuessen* interpretentur, hoc est Fauciacum opp. Sueviæ in Tyrolens. comit. confinio; sed situs repugnat.

Ptol. Abula *Avila*, urb. episc. Hisp. Tarraconens. in Castella vet. media ferme inter Madritum & Vallisoletum 18. leuc. utrinque, à Salmantica totidem in ort. Segoviam versus 10. sub archiep. Compostellano.

Ptol. Abus *Humber*, fluv. Albionis ex præcipuis Angliæ, per Eboracenses in Eurum fluens multis auctus fluminibus, maxime Derventione. Umber à Beda nominatur.

Plin. Abus, Abas sive Aba Plin. mons Armeniæ majoris. vide Aba. Is Pariedri mont. pars est, ex quo Euphr. fluv. profluit, *Caicol* à Georgianis teste Theveto appellatus.

Ant. Abusiacum, sive, ut alii codd. habent, Abusacum, & Abuzacum, *Fuessen*, opp. Rhætiæ ad Lycum fluv. intra montium angustias situm, quod propterea Fauces (unde Faucense cœnobium) etiam Latine dicitur, à Campidona 3. leuc. in Eurum in via quæ Tridentum ducit occurrens.

Lib. Not. Abusina *Abensperg*, opp. Vindeliciæ in Bavaria à Ratispona paulo supra 3. leuc. Augustam versus distans, ab Ingolstadio 5. in ort. Neostadio proximum.

Strab. Pl. Abydus, urbs gemina, una Ægypti, *Abutich* testibus Castal. & Mol. ad Nilum, inter Ptolemaidem ad arctos 22. & Diospolim ad merid. 28. mil. pass. à Memphi 290. in austrum Syenen versus. Ibi Memnonis regia, & templum Osiridis. Altera Phrygiæ min. seu Mysiæ, in ora contra Seston urbem Thraciæ, mari ad 7. stadia interfuso, urb. episc. sub archiep. Lampsaceno, inde 21. mil. pass. in austrum distans; *Aveo*, & *Aidos* Turcis teste Leunclavio. Hinc Abydenus nom. gent. Ovid. lib. 1. trist.

" *Quaque per angustas male vectæ virginis undas*
" *Seston Abydena separat urbe fretum.*

Abydenos sycophantas & effœminatos fuisse, ac in proverbium abiisse testantur Pausan. & Suidas; sicuti & Abydus civitas apud Aristoph. ex qua adagium, *Ne temere Abydum*, apud Steph. & Suid.

Strab. Plin. Ptol. Abyla, & Alybe, mons & urbs Mauritaniæ Tingit. in ora contra Calpen urbem & mont. Hisp. inde 12. mil. pass. freto Herculeo interfuso, distantem. Urbs *Ceuta*, & Latine Septa, episc. sub archiep. Eborensi, & mons *Almina* teste Carolo Clusio nominatur; licet Marmol. urbem *Alcudia*, & mont. *Sierra de la Ximiera* longius à Calpe distantes, nunc dici velit.

Ptol. Abystrum, *Ursimarso* teste Gabr. Bario, opp. Brutiorum in Calabria Lao finitimum, inde & à littore 12. mil. pass. Sed hoc opp. potius Ursentini apud Plin. nominari videtur.

Plin. Academia *Bagni di Tritoli*, villa Ciceronis in Camp. inter Puteolos urbem & Avernum lacum, teste Turlerio. Locus item Atticæ nemorosus apud Athenas, ubi Plato natus (unde illius sectatores Academici appellati, teste Laertio) sic dictus ab Academo Deo: de quo Horat. l. 2. ep. 2.

" *Atque inter sylvas Academi quærere verum.*

Strab. Plin. Acalandrus *fiume di Rosero*, fluv. Lucaniæ Rosetum opp. alluens, atque in sin. Tarentinum inter Heracleam & Metapontum urbes mag. Græciæ excisas influens, ab Heraclea 4. mil. pass. olim Thurios à Tarentinis disseparans.

Hesych. Ptol. Strab. Acamas *Crusocco*, mons & prom. Cypri, quod & *Capo di S. Epifanio* teste Steph. Lusignano nominatur, in ora occid. ubi olim urbs ejusdem nominis episc. erat, ex libro concil. à Clidibus prom. orientalissimo 1400. stad. (quanta est Cypri longitudo) distans in oce. à Sida urbe Pamphyliæ 1060. in austrum, teste Strab. urbs vero seu potius pag. hodie etiam *Crusoccho* dicitur. Hinc Cyprus Acamantis dicta. Scribitur & Achamas.

Acanthina, *Angotina* hodie, teste A. Stuchio, ins. sin. Arabici, proxima Daphninæ, inter ins. Magorum & Orneon. Ptol.

Acanthos, sive Acanthus, *Erisso* teste Sophiano, urb. Macedoniæ episc. sub archiep. Thessalonicæ, ad sin. Singiticum apud Athon mont. inter Nymphæum prom. & Singum opp. Xenoph. Thucyd. Ptol.

Acarnania, *Carnia*, & *Despotato* teste Mario Nigro, reg. Epiri in austrum vergens Ætoliæ in ort. vergenti confinis. Pop. Acarnanes Polyb. Liv. & al. quorum urbes Ambracia, Actium, Leucas, Halyzæa, & intus Astacus. flumina Arachthus, & Achelous. Hos annum (quem Græci dierum 354. faciunt) sex mensibus computare solitos scribit Macrob. lib. 1. Saturnal. c. 12. Meminit Acarnanum Ovid. lib. 8. metam. Strab. Plin. Pauf.

" *Amnis Acarnanum lætissimus hospite tanto.*

Acarnanes mollitiei & lasciviæ apud vet. notati leguntur, apud Lucian. in meretriciis; unde proverbium apud Evad. *Procellus Acarnanius*, in lascivos. procellus enim vox est obscœna. Cum Ætolis assiduas rixas propter vicinitatem hi pop. exercebant, ut aliis accidere solet.

Accaron urb. Palæstinæ in Philistinorum finibus, Azoto, Jamniæ, & Geth urbibus finitima. Nunc vicus *Accaron* adhuc dictus teste Brochardo, à littore & ab Azoto 8. mil. pass. in austrum, ab Ascalone 20. in Bor. à Geth 14. Lib. 1. Reg.

Acci *Guadix*, urb. episc. & col. Hisp. Bætic. episc. sub archiep. Hispalens. in regno tamen Granatensi, à Granato 9. leuc. in ort. Basti versus 7. media fere inter Giennium & Almeriam ad merid. vergentem 14. olim colon. Accitana, inter Rom. colonias non obscura. Plin. Ptol.

Accitum *Finiana*, opp. Hispaniæ Bæticæ apud Granatum urbem, inter Acci & Almeriam ad 10. leuc. extra viam tamen rectam occurrens. Vet. inscrip.

Acedum postea Ceneta, *Ceneda*, urb. episc. Venetiæ sub patriarch. Aquileiensi, inter Tarvisium & Belunum 20. mil. pass. quot ab Opitergio, (cui in episcopali sede successit) Feltriam versus 15. vide Ceneta. Ptol.

Acellium pagus est Insubriæ inter Verbanum lacum & vallem Ugiam, haud procul ab Arona opp. & Fontaneto vico: quæ loca perantiqua esse testantur plures inscript. Rom. antiquæ & marmoreæ.

Acelum *Asolo*, opp. Venetiæ non obscurum in colle, à Bassano opp. amplo 7. mill. pass. in ort. à Tarvisio 22. in Bor. Plin.

Acema. vide Cema, sic enim legitur apud Plin. licet Ortel. sic scribat. Plin.

Acernum *Acierno*, urb. Picentium episc. sub archiep. Salernit. inde 20. mil. pass. à monte Corvino 7. Prov. Rom.

Acerræ *l'Acerra*, urb. Camp. episc. sub archiep. Neapolitano apud Clanium fluv. à Neapoli 8. mil. pass. in via Beneventum ducente occurrens, à Nola 6. Capuam versus, ægre habitata, cujus mem. Virg. lib. 2. georg. Strab. Liv. & al.

" ---------- *& vicina Vesevo*
" *Ora jugo, & vacuis Clanius non æquus Acerris.*

Fuerunt & Acerræ, teste Polyb. urbs Galliæ cisalpinæ inter Alpes & Padum à Rom. excisa, ubi nunc Carpum opp. amplum, ut aliquib. videtur. Sed teste And.

And. Alciato pag. est ad Padum in agro Ticinensi *l' Agerola* dictus. Carolo vero à basilica Petri episcopo Novariens. videtur esse pagus agri, seu diœcesis Ticinens. in Novariens. confinio, vulgo *Acere* appellatus.

Thucyd. Acesines, Asines Plin. *Alcantara*, seu *Cantara* teste Thoma Fazello, fluv. Siciliæ ex Ætna mont. apud Randacium opp. oriens, ac per agrum Tauromenitanum in mare à Tauromini o 18. m. pass. fluens. Acesinus vero fluv. est ingens Indiæ in Indum influens, juxta quem arundines ejus magnitudinis proveniunt, ut singula internodia navigii vicem suppleant, teste Plin. estque teste eod. gemmifer. Alter hujus nom. fluv. à Plin. in Taurica juxta Panticapen fluens memoratur.

Virg. Acesta urbs Siciliæ. vide Egesta, & Segesta. ejus mem. Virg. lib. 5. Æn.

" *Urbem appellabunt promisso nomine Acestam.*

Diodor. Achabytos, mons Rhodi ins. celsissimus: in quo Jovis delubrum erat.

Lib. Gen. Achad locus erat Palæstinæ trans Jordanem fluv. in quo Jacob patriarcha obiit.

Stra. Liv. Arrian. Achæi pop. Græciæ in universum maxim. apud poetas appellantur. Sunt & pop. Sarmatiæ Asiat. in ora maris Euxini apud Heniochos occ. versus incolentes: de quibus Plin. & Ptol. Orchomeniorum col. Ovid. lib. 4. de Ponto,

" *Nec potes infestis conferre Charybdin Achæis.*

Steph. Achæmenia, reg. Persidis felix à veteribus plurimum commendata. Pop. Achæmenii Ovid. Achæmenidæ Strab. vide Persis. sic ab Achæmene rege dicta. Telæ Achæmeniæ apud Auson. in epigr.

" *Laudet Achæmenias orientis gloria telas.*

Plin. Achæorum portus, *Porto bon* teste Nigro, vide portus pulcher in Sarmatia. Est & statio Troadis apud Sigeum prom.

Polyb. Strab. Plin. & al. Achaia, quæ & Hellas, & Græcia teste Plinio, reg. præclara Europæ, nunc *Livadia*, & *Rumelia* teste Castal. cui ad arctos Thessalia confinis est, ad occ. Epirus, ad austrum Peloponnesus, mari ad ortum & austrum circumfluæ. In Bœotiam, Atticam, Megaridem, Phocidem, Locros Ozolas, & Doridem regiones dividitur; sic ab Achæo rege nominata. Est & Achaia reg. Peloponnesi inter Corinthum & Patras sinui Corinthiaco exposita. Achaiæ mem. Ovid. epist. Paridis.

" *O quoties dices, Quam pauper Achaia nostra est?*

Hinc Achaicus nom. gent. Virg. lib. 5. Æn.

" *O miseræ, quas non manus, inquit, Achaica bello*
' *Traxerit ad lethum*-----

Adagium, *Achaicum telum*, pro scommate.

Strab. Achara opp. Lycaoniæ apud Galatiæ & Pisidiæ fines ad stagnum, ab Iconio 43. mil. pass. in occ. recedens. Achara item à Cic. in Verr. memoratur. opp. olim, nunc pag. Siciliæ in agro Syracusano, nunc *Carrano* teste Faz. Pop. Acharenses.

Sil. Achates, *Cantara* ut nonnullis videtur, fluv. Siciliæ, idem cum Acesine, sive Asine: qui teste Plin. lib. 37. cap. 10. achatem gemmam gignit. De quo Sil. lib. 14.

" *Et perlucentem splendenti gurgite Achatem.*

Strab. Plin. Mel. & al. Achelous, *Aspropotamo* Soph. *Geromlea* Nig. & aliis *Pachicolmo*, fluv. ingens Acarnanum eos ab Ætolis secludens, ex Pindo mont. ortum habens, ac in mare Ionium contra Echinades ins. sese exonerans. Alter apud Strab. & Pauſ. in Thessalia Lamiam urbem alluens. Ovid. lib. 3. amor.

" *Nescio quem spectans Acheloon & Inachon amnes,*
' *Et potui nomen, Nile, referre tuum.*

Hinc Acheloius nom. gent. Virg. lib. 1. georg.

" *Poculaque inventis Acheloia miscuit uvis.*

Est & Achelous fluv. Peloponnesi Dymam urbem præterfluens. Idem Thoas à celeritate apud poetas nominatus fuit, & pro quavis aqua, ut apud Virg. usurpatur.

Polyb. Acheræ sive Acherræ, opp. olim, nunc pag. Insubriæ in agro Novariens. *Acerano* teste Gaudentio Mer. vide Ceredanum, & Acerræ, sic n. legendum videtur.

Strab. Pl. Ptol. Acheron fluv. geminus, unus Brutiorum in Calabria citer. apud Pandosiam urbem excisam fluens, inque sin. Terinæum desinens, *Campaniano*, & *Sauuto* teste Bario: alter Epiri ex Acherusia palude in sin. Ambracium decurrens, *Velichi*, seu *Verlichi* Nig. *Fanar* Ant. Nebrissensi: ejus ostia à fontibus 36. mil. pass. distant. Est & Acheron fluv. Inferorum apud poetas, quasi sine lætitia. Unde Acherontæus nom. gent. Claud. lib. 2. de rap. Proserp.

" *Tunc Acherontæos mutato gurgite fontes*
' *Lacte novo tumuisse ferunt.* ----

Hujus fluv. Virg. lib. 7. Æn.

" *Flectere si nequeo superos, Acheronta movebo.*

Hor. Acherontia, Acheruntus Liv. *Acerenza*, urb. Lucaniæ in Apuliæ confinio archiep. fere media inter Venusiam ad occ. & Mateolam ad ortum ad 20. mil. pass. Pop. Acherontini Plin. Ejus mem. Hor. lib. 3. carm.

' *Quicunque celsæ nidum Acherontiæ,*
' *Saltusque Batinos, & arvum*
' *Pingue tenent humilis Ferenti.*

Strab. Pl. Acherusia, *Lago della Colluccia* teste Bened. Falconio, pal. Campaniæ inter Misenum & Cumas urbes extinctas ad 2. mil. pass. Acherusia item palus Epiri à Plin. memor. per quam Acheron fluv. labitur, sive ex qua ille emittitur, in Thesprotia, ab Ambracia 36. mil. pass. distans. Hanc ad Chimerium port. & opp. per Thesprotiam in mare exire scribit Thucyd. Est & Acherusia teste Mela specus Bithyniæ apud Heracleam Ponti; unde Cerberum extractum fabulantur. De Acherusia pal. Sil. lib. 14.

" *Serpit pascendo crescens Acherusia pestis.*

Sil. Achetus, Acithius Ptol. ut aliquibus videtur, *fiume di Noto*, fluv. Siciliæ apud Netum urbem fluens. Acithius vero de quo Ptol. longe hinc in oram occiduam fluit. Hujus solus Silius Ital. mem. Pop. Achetini Cic. Sil. lib. 14.

" *Et Netum, & Micite, pubesque liquentis Acheti.*

Plin. Achillea, *Cacearia* teste Nig. ins. Sarm. Europ. ante ostia Borysthenis, quæ & Macaron, & Leuce. Achillea item apud Ptol. Pauſ. & Max. Tyrium, ins. & urbs ad ostium Istri Boreal. gemina, nova & vetus, *Kilia* vulgo, apud Albam urbem, inde 2. mil. Germ. Hanc Pauſ. & Max. Tyr. ostio Danubii opponunt, & Leucam vocant. Achillea quoque apud Strab. & Plin. quæ & Dromos Achillis, peninſ. est priori Achilleæ proxima, *Fidonisi* teste Nigro dicta.

Strab. Ptol. Achillæum, *Capo di Croce* Villanovano & Mol. opp. & prom. Sarmatiæ Asianæ ad Bosphorum Cimmerium, & fauces Mæotidis paludis.

Hor. Achivi Græci dicuntur apud poetas, qui & Achæi ab Achæo Jovis filio, teste D. Isid. lib. orig. Hor. epist. 2. lib. 1.

" *Quicquid delirant Reges, plectuntur Achivi.*

Lib. Jos. Achor, vallis & locus Palæstinæ juxta Galgala opp. Hierichunti proximus ad Bor.

Procop. Achris, & Achridus teste Cedreno, Lychnidus Ptol. & postea Justiniana prima à Justiniano imp. & instauratore dicta, *Achrida*, & *l' Ochrida*, & Turcis *Giustandil*, urb. Macedoniæ archiep. & olim Serviæ & Bulgariæ metrop. ad Lychnidum lac. unde Drinius amnis effluit: sub qua metropoles 6. erant, & episcopatus 10. Abest à Dyrrachio 118. mil. pass. in ort. Thessalonicam versus.

Strab. Plin. Acila prom. & urb. Arab. fel. contra Diram urb. & prom. Æthiopiæ, sinu Arabico intercedente, Ocila, Plin. alibi, Ocelis Ptol. emporium Arabiæ ad sin. Arabicum, *Zidem* teste Nig. inter Heropolim ad intimum sin. recessum 160. & fauces ejusdem sin. 195. leuc. Hispanicis, à Mochura, seu Mecha, (ut nunc vocant) 40. Sed teste Rhamnusio *Capo Celi* potius dicitur, prom. ad sinus Arabici fauces, olim emporium Arabiæ, ex quo, teste Plin. in Indiam navigabatur. vide Ocelis.

Vet. inscrip. Acilia Augusta, *Azelburg*, opp. olim Vindeliciæ, nunc pag. Bavariæ apud Straubingam urbem, à Ratispona urb. 6. leuc. in ort.

Servio. Acilius, *Acilino* nunc teste Faz. fluv. Siciliæ inter Lilybœum urbem & Acithium fluv. in mare labens, à Lilybœo 8. mil. pass.

Ant. Acincum. vide Aquincum.

Strab. Plin. Aciris *Acri*, fluv. cum opp. cognomine, in Lucania oriens, ac per magn. Græciam in sin. Tarentinum apud Metapontum urb. excisam fluens, haud procul à Turso urbe decurrens. Est & Aciris *Acri* opp. Brutiorum non obscurum inter Roscianum & Besidianum urbes Calabriæ citer.

Ovid. Theoc. Acis, *Freddo* nunc, ob ejus frigiditatem, teste Faz. dictus, fluv. Siciliæ ex Ætna monte in mare apud Taurominium influens, inde ad 5. mil. pass. haud procul ab Acesine fluv. ubi arx nomen antiquum adhuc retinens *Aci*. Cursu citissimus est, & herbifer. De quo Ovid. l. 13. metam.

" *Acis erat: & sic quoque erat tamen Acis in amnem*
" *Versus*—

Acis item apud Plin. ins. parva est, una Cycladum.

Ptol. Acithius, *Birgi* teste Faz. fluv. Siciliæ haud procul à Salemio opp. inde ad 6. mil. pass. oriens, ac in mare inter Lilybœum & Drepanum urbes post Acilium amnem proximum labens.

Ant. Acius, *Iacis* teste Josia Simlero, locus Siciliæ apud Catinam urbem.

Plin. Acmodæ, insulæ Silurum Solino, *Silley*, 7. insulæ maris Britannici, Britanniæ minori adjacentes, à Leona urb. 8. leuc. distantes; quæ ab aliis *Sorlinges* appellantur: sed hæ Albioni adjacent à 7. insulis diversæ, inter illas & prom. Albionis extremum ad occ. sitæ, inde ad 8. leuc. recedentes. Quamobrem insulæ Silurum (qui sunt pop. Albionis) ab Acmodis diversæ esse videntur.

Ptol. Acmonia urbs Daciæ, quæ teste Nig. *Severino* esse videtur, urbs ad Danubium apud pontem Trajani à Severo imp. condita, & Severinum dicta, à Temesuaria 12. leuc. in Eurum. Fuit & urbs Phrygiæ magnæ episc. sub archiep. Laodiceno, Eumeniæ finitima.

Plin. Steph. Acone & Aconæ, port. & opp. Bithyniæ in ora maris Euxini apud Heracleam Ponticam, cujus est navale, *Naxio* nunc Mol. & al. ab Acone fluv. cujus mem. Val. Flac. lib. 4. Argon.

" *Quid memorem quas Iris aquas, aut torqueat Acon?*

Non longe Aconitus collis, ubi Aconis herba, ex qua aconitum venenum conficitur, teste Dioscoride lib. 4.

Sunt qui Aconen *Lagula* nunc dici scribant, ab Heraclea 20. mil. pass. in ort.

Ant. Acontisma locus Macedoniæ in Thraciæ confin. inter Neapolim & Topirim, à Philippis 21. mil. pass. Topirim versus 18. occurrens.

Plin. Ptol. Acra Japygia, quæ & Salentine Ptol. dicitur, *Capo di Leuca*, & *Capo di S. Maria*, prom. Salentinorum, seu Japygiæ & Messapiæ, in ortum contra Ceraunios Epiri montes excurrens, ab Hydrunto in meridiem, & à Gallipoli in Bor. ad 20. mil. pass. distans.

Thucyd. Liv. Acræ, Acrææ Ptol. *Acremont*, opp. Siciliæ excisum in finibus Syracusanorum apud Palatiolum & Claromontem opp. ac apud Bussemam opp. & ortum Anapi fluv. ad 2. mil. pass. à Ragusa opp. amplo 12. in Bor. Ejus mem. Sil. lib. 14.

" *Non Tapsus, non è tumulis glacialibus Acræ.*

Polyb. Thucyd. Acragas *Drago*, fluv. Siciliæ apud Agrigentum fluens. vide Agragas.

Ptol. Acrath, *Velez de Gomera* Marm. incolis *Deyrat Bediz*, al. *Agenna*, al. *Mezemme*, opp. Maur. Ting. littor. contra Malacam Hisp. urb. inde 80. leuc.

Strab. Ptol. Acria, *Ormoas* teste Mol. opp. Laconicæ marit. apud ostia Eurotæ fluv. inter Gythium ad occ. 140. & Asopum ad ort. 60. stad. dissitum.

Cedr. Acrida. vide Achris, & Lychnidus.

Strab. Acrisione urbs fuit Peloponnesi apud Argos ab Acrisione Acrisii regis filia nomen habens. Unde Acrisionæus nom. gent. Virg. lib. 7. Aen.

" *Acrisionæis Danae fundasse colonis.*

Strab. Ptol. Acritas prom. geminum; unum Bithyniæ, *Capo Acria* ad Bosphorum Thracium, quod & Acra Melæna, hoc est prom. nigrum appellatur apud Orpheum, haud procul à Chalcedone urbe, teste P. Gyllio. Alterum Messeniæ, *Capo di Gallo* teste Soph. cum aliis, inter Methonen ad Bor. & Coronen ad austrum proximas urbes: unde sin. Coronæus, sive Asinæus incipit; qui & Messeniacus sinus appellatur.

Plin. Acroathon, sive Acrothon, ut apud Plin. & Melam, Acrothoon Herod. Athos Acron Ptol. *Cima di monte santo*. Jugum Athi cum opp. cognomine, ubi nunc cœnobium ingens est celebre Græcorum, quod aliis cœnobiis, & opp. ejusdem mont. præest. Ibi bibliotheca recondita, & literis opera navatur sedulo, cum inde episcopi deligantur.

Plin. Ptol. Acroceraunia, Acroceraunii, & Ceraunii Melæ, *Monti della Chimera*, teste Alphonso Adriano cum aliis, montes Epiri altissimi inter Aulonem urb. Macedonicam in Bor. 35. & Buthrotum in merid. 92. mil. pass. à Japygio Italiæ prom. 700. stad. in ort. quot à Corcyra in Arctos. Sic montes etiam Armeniam ab Iberia disterminantes dicuntur, quod à fulminibus ob eorum celsitudinem feriantur.

Acroceraunium prom. Epiri, pars Acrocerauniorum mari Ionio imminens, Lacinio prom. magnæ Græciæ adversum, inde 75. mil. pass. in ort. recedens, *Capo della Chimera*. Hic olim Acroceraunia urb. episc. sub archiep. Dyrrachino, quæ nunc *la Chimera* dici videtur. De Acrocerauniis Ovid. lib. 2. de remed. amor.

" *Hæc tibi sint Syrtes, hæc Acroceraunia vita.*

Strab. Pl. Pauf. & al. Acrocorinthos arx & mons Corintho urb. imminens, non secus ac Ithome Messenæ imminebat. Hic mons à media Græcia teste Plutarcho ortum habet. De ea Stat. lib. 7. Theb.

" *Jam pronis Gradivus equis Ephyræa premebat*
" *Littora, qua summas caput Acrocorinthos in auras*
" *Tollit*-----

Mel. Acronius, Brigantinus Plin. Podamicus posterioribus, *Bodensee* lac. maximus inter Rhætos & Helvetios, cui Venetus apud Constantiam urb. copulatur: per quos Rhenus fluv. decurrit. Illum circumstant San-Gallum urb. libera, Brigantium opp. Lindavium urb. lib. & Podamium opp. cum aliis opp.

Dion. & Steph. Acropolis *Luco*, opp. Marmaricæ inter Bathracum port. ad occ. & Scythranium port. ad ort. à Creta 500. mil. pass. in austrum. vide Antipyrgus.

Jornand. Acroventum *Governo*, pag. Venetiæ apud Padum, ubi is Mincium fluv. excipit, in agro Mantuano, inter Mantuam 10. & Concordiam apud Mirandulam 26. m. p. haud procul à D. Benedicti cœnobio.

Strab. Actæ reg. Helladis. vide Attica. Hinc Actæus nom. gent. Ovid. lib. 12. metam.

" *Sit super Actæas Horos Cyllenius arces.*

Actania,

Plin. Actania, *Heilichlandt* teste Ortel. inf. maris Germanici in alto contra Albis fluv. ostia Ditmarsiæ oræ adjacens.

Euseb. Cæsar. Actianus, sive Accianus fundus, locus Umbriæ circa Pisaurum urbem; qui nunc *Farnazzano* nominatur.

Cic. Stra. Plin. Liv. & al. Actium *Figalo*, urb. & prom. Epiri ad os sin. Ambracii contra Nicopolim urb. proximam vix milliario distantem, à Buthroto & Corcyra 50. mil. pass. in merid. Leucadem versus 30. olim templo Apollinis clarum. Ibi August. Marc. Antonium vicit. Hinc Actius, & Actiacus nom. gent. Ovid. lib. 1. Fast.

" *Frondibus Actiacis comptos redimita capillos,*
' *Pax ades-----*

Sil. lib. 15.

" *Leucatæ, & Phœbi vidit citus Actia templa.*

Ptol. Acula, sive Aquula, *Acqua pendente*, opp. Hetruriæ loco sublimi apud Peliam flumen aquis abundans, inter Sænam 40. & Volsinios Romam versus 10. mil. pass. media fere inter Oropitum ad ort. & Suanam ad occ. 12. m. p. Cujus pop. à Plin. Aquenses nominantur. Sunt qui aquas Taurinas esse velint.

Ptol. Acumincum *Zalonkemen*, opp. Pannoniæ infer. ad Danubium inter Petrovaradinum ad occ. & Taurunum ad ort. 6. leuc. vel ut aliis libet, *Cametz* pag. apud Petrovaradinum.

Ptol. Acusio col. (non Acusiorum col. ut Ortel. cum aliis legit) postea Gratianopolis ab instauratore dicta, *Grenoble*, urb. Gall. Narbon. in finibus Allobrogum ad Hisaram fluv. episc. sub archiep. Viennensi, inde 15. leuc. totius Delphinatus conventus juridica, à Civarone urbe primaria Sabaudiæ 6. leuc. distans. Sed potius *Agu* pag. est ejusdem tractus.

Sil. Acys fluv. Siciliæ. vide Acis. Sil. lib. 14.

" *Quippe per Ætnæos Acys petit æquora fines.*

Ant. Ad ansam, *Ithancester* teste Camd. opp. Albionis in Essexia reg. Angliæ, inter Combretonium 15. & Camolodunum 6. mil. pass. occurrens.

Ant. Ad aquas Larodas, opp. Siciliæ apud *Xaccam* opp. vide Thermas.

Ant. Ad aquilas *Igle*, pag. apud Treviros, & opp. Gall. Celt. in Normannia, *Aigle*, inter Druides 11. & Falesiam 9. leuc.

Ant. Ad caballos *Bagnacavallo*, opp. Æmiliæ. vide Tiberiacum.

Ant. Ad casas Cæsarianas *S. Cassiano*, pag. Hetruriæ à Florentia 8. mil. pass. Sænas versus.

P. Diac. Ad columellas, locus Æmiliæ apud Ravennam, inde 6. mil. pass. ubi Majoranus Augustus creatus est, teste Hieron. Rubeo.

Ant. Ad fines *Pfin*, opp. non Rhætiæ, ut scribit Ortel. sed Helvetiæ, ad Taurum fluv. à Constantia urb. vix milliario Helvetico Tigurum versus distans. Ad fines etiam *Tuin*, opp. Belgii in Hannoniæ & Leodiens. ditionis conf. ad Sabim fluv. à Montibus 4. leuc. in ort. Namurcum versus. Ad fines quoq; in Liburniæ & Pannoniæ conf. *Samaguar*, inter Quadrata 14. & Sisciam 21. mil. pass. occurrens.

Ant. Ad Herculem, portus Hetruriæ, qui *Livorno* videtur Ortel.

Beda. Ad lapidem, *Stoneham* teste Camd. locus Angliæ in reg. Vitarum.

Ant. Ad matrem magnam *M. Vergine*, cœnobium præclarum Hirpinorum in monte excelso, ab Abellino urb. 4. mil. pass. distans.

Lib. Not. Ad Mauros *Maurkirchen*, teste Laz. pag. Norici in Austria.

Ant. Ad muros *Sumerein*, teste eod. Laz. pag. Pannoniæ sup. in insula Cituorum, à Posonio urbe 2. leuc. muro cinctus. Amm. videtur idem cum sup.

Ad murum, *Wall town* teste Camd. villa seu pag. Albionis apud Vallum in Angliæ Scotiæque conf. *Beda.*

Ad palatium *Palazzo*, pag. Venetiæ à Tridento 4. mil. pass. in austrum Veronam versus, ad Athesim, inter Tridentum & Roboretum opp. *Ant.*

Ad pontem, *Paunton* teste Camd. opp. Albionis in Anglia, Pons Ælius in lib. not. medium inter Lindum urb. & Verometum opp. 19. mil. pass. Londinium versus. *Ant.*

Ad pyrum *Speir*, urb. Germ. sup. vide Spira. *Ant.*

Ad septem aras, *Azumar* teste Jacobo Vasconc. pag. Lusitaniæ in regno Portugallico à Medobriga 14. mil. pass. Emeritam versus. *Ant.*

Ad septem fratres *Ceuta*, urb. Mauritaniæ Tingit. sic dicta ab æqualitate septem montium. vide Septa. *Ant.*

Ad sorores, *Val de Fuentes* teste Jac. Delgato, pag. Hisp. Lusit. apud Emeritam urbem. *Ant.*

Ad statuas Colossas, Colocia posterioribus, *Coloczza*, urb. Pannoniæ infer. archiep. ad ulteriorem Danubii ripam Altinio proxima, à Buda 12. leuc. in Eurum. *Lib. Not.*

Ad turres, *S. Biaso* teste Bario, opp. seu pag. Brutiorum in Calabria citer. inter Martoranum & Hipponium, à Neocastro 5. mil. pass. distans. *Ant.*

Ad ursum pileatum, locus urbis Romæ, ubi nunc ædes S. Balbinæ. *Martyrol. Rom.*

Adana *Adena*, urb. Ciliciæ archiep. & primaria, ad Pyramum fluv. ubi pons lapideus, inter Tarsum 27. & Mopsuestiam 18. mil. pass. ab Antiochia magna 90. ab Isso 30. *Dion. Ptol.*

Addua, Adua Polyb. Aduas Strab. *Adda* fluv. Insubriæ illam à Cenomanis & Bechunis Venetiæ pop. separans, non longe ab Oeno & Athesi oriens, perque vallem Telinam in lacum Larium influens, à quo emissus Laudem Pompeiam attingit, ac in Padum inter Placentiam & Cremonam excipitur. *Plin.*

Addyma *Ted Velez*, ut aliquibus videtur, opp. Maurit. Cæsariens. mediterr. *Ptol.*

Adedi urb. Arab. fel. extra fauces sin. Arabici, *Aden* teste Nig. Sed *Aden* aliis est Arabia emporium. *Ptol.*

Adiabene, *Botan* teste Jacobo Castaldo, reg. Assyriæ. cujus pop. Adiabeni. *Strab.*

Adiacium *Aiazzo* sive *Aiaccio*, urb. Corsicæ marit. episc. sub archiep. Pisano, in ora occidua, olim Urcinium. *Ptol.*

Adonis, *Canis* & *Narracellebe* incolis, teste Gulielmo Tyrio, & Postello, fluv. Phœniciæ ex Libano mont. in mare inter Byblum & Berytum urbes delabens, à Beryto 6. mil. pass. mari exceptus, patriarchatum Antiochenum ab Hierosolymitano separans. *Ptol.*

Adra *Zerunaz*, opp. Liburniæ mediterr. quod *Oduca* Mol. & Villanov. potius dicitur, Arauzonæ proximum. Est & Adra urbs Arabiæ petreæ episc. sub. archiep. Bostrensi. Item alia in Cœlesyria. *Ptol.*

Adrabæ campi, *Marckfeldt*, tractus Germ. in Moravia apud Austriæ limites, ab Hamburga urbe 2. leuc. in Bor. ubi olim Marcomanni pop. *Strab. Plin. Ptol.*

Adramyttium, & Adramytteos Plin. *Landramiti*, & Turcis *Endromit*, teste Leuncl. urb. Troadis marit. ep. sub archiep. Ephesino, ad mont. Idæ radices, inter Antandrum ad Bor. 31. & Elæam urbem Æolidis in austrum 50. mil. p. à Pergamo 52. *Tac.*

Adrana *Eder*, fluv. Germ. per Hassiam in Fuldam apud Cassellam urb. influens, ac juxta Valdecum & Frislariam urbes decurrens; licet Ritheimerus *Rhoer* fluv. Westphaliæ in Rhenum ad Dispargum urb. labentem, qui Rura est, interpretetur. Legitur etiam Adranus apud Tac. *Polyb.*

Adranes, *Edrenos* apud Turcas, teste Leuncl. urb. *Ant.*

Bithyniæ olim episc. quæ & Adrani, apud Prusam urbem. Hujus nominis altera fuit in Thracia.

Ant. Adrantis, Adranis Zosimo, *Dragemel* ut Wolfango Laz. videtur, opp. Pannoniæ superioris ad Saum fluv. medium inter Æmoniam & Celeiam 25. mil. pass. apud Draburgum.

Plin. Plut. Sil. Adranum sive Hadranum, *Aderno*, opp. Siciliæ ad Ætnæ mont. radices, à Catina 16. mil. pass. in occ. à Tauromìnio 42. Pop. Adranitani Plin. Ejus mem. Sil. lib. 14.

" *Adranum Ergentumque simul, telaque superba*
' *Lanigera Melite.*

Lib. Conc. Adrasus urbs fuit episc. Syriæ seu Phœniciæ sub archiep. Seleuciensi.

Adratum, *Castrum Bernhardi de Stampis* teste Gul. Tyrio, urb. Arabiæ petreæ apud fines Palæstinæ episc. sub archiep. Bostrensi.

Plin. Mel. & al. Adria, mare Adriaticum, seu sin. maris Adriatici Illyricum, Histriam, Venetiam, Galliam togatam, Picenum, Aprutium, Apuliam, & Salentinos, teste Mela perfundens, *Golfo di Venetia*. Scribitur & Hadria, sicuti & mare Hadriaticum. Ejus mem. Luc. lib. 2.

' ------*cum totas Adria vires*
' *Movit*----

Hinc Adriacum mare. Virg. lib. 11. Æn.

" *Amnis & Adriacas retro fugit Aufidus undas.*

Strab. Pl. Ptol. & al. Adria, quæ & Atria, & Hadria, urbs gemina, una Venetiæ in ora, episc. sub archiep. Ravennate, inde 50. mil. pass. in Bor. Venetias versus, totidem aquis pene absorpta (cujus episcopus Rhodigii oppido residet) Atria Plin. à qua mare Atriaticum, postea Adriaticum; aliis vero Adria, & Hadria. Altera Piceni, Adria Plin. & Melæ & Ptol. Hadria aliis, patria Hadriani imp. & col. urb. episc. Piceni in Aprutio sub archiep. Teatino, inde 20. mil. pass. in occ. ab Interamna 12. in Bor. versus oram littoream, à qua 7. mil. recedit, *Atri* nunc. Prior vero *Adri*, & *Adria* passim nominatur. Hinc mare Adrianum, Hor. lib. 1. ode 16.

---- *sive flamma, Sive mari libet Adriano.*

Adria adeo fluctibus concitatur, ut adagio locum fecerit, *Adria iracundior*, cum aliquem irritabilis ingenii, & animi iracundi notare volumus. Hor. carm. l. 3. ode 9.

----- *& improbo Iracundior Adria.*

Ptol. Adrianopolis seu Hadrianopolis, *Andernopoli*, & *Endrem* Turcis teste Leuncl. urbs Thraciæ ad Hebrum fluv. emporium, & metrop. ac ante captam Constantinopolim regia Turcarum, inter Philippopolim 72. & Byzantium in ortum 130. mil. pass.

Hor. Adrianum mare, idem quod Adriaticum, & Adriacum. Hor. lib. 1. carm. od. 16.

" *Sive mari libet Adriano.*

Plin. Adrumetum, Hadrumentum Melæ, Adrumittos Ptol. col. & urb. olim episc. sub archiep. Carthaginensi in ora littorali Africæ, inter Aphrodisium ad occ. & Ruspinam ad ort. à Carthagine 75. mil. pass. in ort. distans, nunc *Toulba* teste Alfonso Adriano, & *Mahometta* Mercatori.

Strab. Cl. Adua *Adda*, fluv. Insubriæ. vide Addua. Claud. de 6. conf. Hon.

" *Adua, quo scissas spumosior incitat undas.*

Ant. Aduaca Tungrorum, Aduaticum Ptol. (ut Huberto Leodiens. videtur) olim opp. nunc pag. Belgii in Brabantia *Tongerloo*, apud Herentallum opp.

Cæs. Aduatici pop. Belgii, quorum urb. Duacum *Douay*, acad. Flandrorum non obscura, inter Atrebates 7. & Tornacum 8. leuc. à Cameraco 5. in Bor. Insulam versus, ad Scarpum fluv. Sed aliis Aduatici in Brabantia locantur, eorumque urb. Boscum ducis *Bosleduc*, episc. sub archiep. Machliniensi apud Mosam, in Hollandiæ & Geldriæ confinio, ab Antuerpia 12. leuc. in ort. Duacum vero teste Guicciardino urbs est Catuacorum, quos Cæsar eo loci describere videtur.

Adula, Aduallas Strab. *M. di S. Gothardo*, & *Gothardsberg* Germanis, mons summarum Alpium inter Insubres & Helvetios, ex quo Rhodanus per Galliam, Rhenus per Germanias, & Ticinus per Insubres fluunt; inter Belitionem opp. Insubrum sub Helvetiis 35. & Uriam seu Taurum *Torff* urbem & conventum Helveticum 20. mil. pass. Ptol.

Aduliton, Adulis Steph. Adule Ptol. urb. Æthiopiæ sub Ægypto, & empor. ad sin. Arabicum, *Docono*, in ora inter Ptolemaidem ferarum & Diren apud fauces sin. prædicti. Aliis est *Ercoco* portus & urb. ejusdem oræ à Ptolemaide prædicta 211. mil. pass. in ortum distans. Pop. Adulitæ Plin. qui Aduliton inter Ptolemaidem & Diren quinque dierum navigatione distare scribit. Plin.

Adunicates pop. Gall. Narbon. quos quidam falso Albingaunenses in Liguria interpretantur. Plin.

Adurnum, *Ederington* teste Camd. opp. in ora Angliæ australi, in com. Sussexiæ. Lib. Not.

Æa, Æapolis Ptol. *Lipotamo* teste Mol. urb. Colchidis marit. apud Phasim & Hippum fluv. inter illum & Cyanum, à Phaside urbe ad 30. mil. pass. distans in Bor. Hujus pop. Æætæ, quorum mem. Val. Flac. lib. 1. Argon. Plin.

" *Hunc ferus Æætes, Scythiam Phasimque rigentem*
' *Qui colit*----

Et lib. 5.

" *Barbarus in patriis sectatur montibus Æam,*
' *Phasis amore furens*----

Est & Æa ins. circa Phasidis fluv. ostia, cujus mem. Apollon. nunc *Satabella* Mol.

Æas, qui & Aous teste Plin. *Vaiussa* nunc, ut nonnullis videtur, fluv. Macedoniæ ex Pindo mont. oriens, ac in mare Ionium inter Dyrrachium & Apolloniam sese præcipitans. Ejus mem. Ovid. lib. 1. metam. Strab. & al.

" *Apidanusque senex, lenisque Amphrysus, & Æas.*

Luc. lib. 6.

" *Purus in occasum, parvi sed gurgitis, Æas.*

qui potius à Candaviæ montibus, quam à Pindo profluit.

Æbura, *Talavera* teste Ambros. Mor. cum Ant. Beuthero, urbs Hisp. Tarracon. apud Tagum fluv. in Castella nova, à Toleto 12. leuc. in occ. distans, Ulyssiponem versus. vide Libora. Liv.

Æcana urb. Apuliæ Dauniæ episc. *Troia* nunc. vide Ecæ.

Æculanum *Laconiano*, opp. fuit Hirpinorum, seu Lucaniæ in conf. ab Appiano Alex. memoratum. pop. Æculani Plin. licet Ausculani apud plerosque legatur. vide Eclanum, sic enim apud Anton. Aug. legitur. App. Alex.

Ædera, *Eder*, fluv. Germ. ex montibus Hassiæ apud Dillemburgum opp. oriens. vide Adrana. Scrip. Germ.

Ædessa, Edessa Liv. & Polyb. quæ & Ægæa, *Vodena* Mol. Soph. & aliis, urbs Macedoniæ in Æmathia, Pellæ & Berrhœæ finitima, à Pella 28. mil. pass. inter Heracleam ad occ. & Thessalonicam ad ort. 50. Ptol.

Ædui, Hedui Plin. & aliis pop. Gall. Celt. (quorum reg. Burgundia duc. & urb. Augustodunum, quæ & Hedua dicitur) à Sequanis pop. alterius Burgundiæ Arari fluv. divisi. Cæs.

Ægabra *Cabra*, opp. Hisp. Bæticæ. vide Agabra. Vet. Insc.

Ægæ urb. fuit Ciliciæ episc. sub archiep. Anazarbeno, in ora littorali proxima Mallo & Isso, cujus mem. Luc. lib. 3. Ptol.

" *Mallos, & externæ resonant navalibus Ægæ.*

Ægæum mare *Arcipelago*, mare mediterr. inter Asiam Strab.

Plin. Mel. & al. Asiam propriè dictam, & Macedoniam ac Græciam interfusum, ab Æge scopulo inter Tenedum & Chium teste Plin. dictum, Asiam prædictam ad ortum, Thraciam ad Bor. Macedoniam & Græciam cum Peloponneso ad occ. Cretam ad merid. alluens; in quo insulæ plurimæ Cyclades sunt, & Sporades. *Acdenız* à Turcis teste Leunclav. appellatum. Ovid. lib. 4. fast.

"*Hinc init Ægæum, quo Cycladas adspicit omnes.*

Luc. lib. 2.

"*Ut maris Ægæi medias si celsus in undas*
"*Depellatur Eryx*---

Mel. Sol. Ægathes, *Gotham* Faz. inf. maris Africi inter Siciliam & Carthaginem occurrens navigantibus, Carthagini propior, apud sinum illius 3. mil. pass. patens. Nardo est *Favagnana*, quæ Siciliæ proxima est. vide Ægusa. Liv. tamen illam inter Lilybæum & Carthaginem describit, clade Rom. memorabilem ob naufragium. Mela propiorem eam facit Carthagini; ex quo error Nardi deprehenditur.

Virg. Ægeria sylva, & Ægerium nemus in Latio apud Ariciam, sic à nympha dicta.

"*Eductum Ægeriæ lucis Hymettia circum.*

Virg. lib. 7. Æn.

Suid. Ægiala & Ægialos, *Hyali* teste Soph. opp. Amorgi insulæ. Hæc Begialis à Ptol. nominatur.

Plin. Ægialia ins. gemina, una maris Cretici apud Peloponnesum, *Cecerigo*, Cytheræ proxima, inter illam 15. & Phalasarnam opp. Cretæ occ. 25. mil. pass. occurrens.

Altera teste Plinio ins. maris Ionii circa Echinadas, Ætoliæ adjacens, parva, potius scopulus videtur quam ins. unde illi nomen hodie non est.

Strab. Arrian. & al. Ægialos, Cobialon Hom. in aliquibus editionibus, *Cagiali* teste Jo. Leuncl. urb. Asiæ in Paphlagoniæ ora apud Cromnam. Altera opp. Peloponnesi apud Sicyonem, teste Strab. Alia in Amorgo ins. vide Ægialia. Est & Ægialus mons cum urbe in Galatia, teste Cedreno, quæ urbs eadem esse cum Paphlagonica videtur.

Plin. Ægida *Cavo d' Istria*, urb. Histriæ primaria. vide Justinopolis.

Plin. Herod. Ægila, Augila Ptol. *Angela* adhuc in tab. recentiorib. dicta, urb. Cyrenes interius intra solitudines, à Boreo prom. in austrum 120. mil. pass. distans, unde vasta & ingens solitudo nominatur. Est & ins. maris Cretici apud Plin. vide Ægialia. Ejus mem. & Dionys. Afer;

"*Ægilaque, inde Cythera, Calauria dura colonis.*

Herod. & Steph. Ægilia, Ægila Pl. ins. vide Ægialia: nam eadem est.

Plin. Ægilium *il Giglio*, ins. maris Tyrrheni apud Cosanum littus, & mont. Argentarium, à quo 10. mil. pass. abest. eadem Igilium apud Rutil. vide ibi.

Strab. Plin. Liv. Hirt. & al. Ægimurus *la Galetta*, ins. maris Tyrrheni inter Siciliam, Sardiniam, & Africam apud sin. Carthaginensem, à Carthagine 230. stadiis teste Anton. in itin. distans. Ægimuri num. plur. Plin. Ægimurus Liv.

Strab. Herod. Plin. & al. Ægina, *l' Egina* Soph. ins. sinus Saronici inter Epidaurum Peloponnesi & Pyræum port. Atticæ ad 28. mil. pass. cum urbe cognomine episc. olim sub archiep. Atheniensi, nunc metrop. à Megaris 100. stad. in merid. De ea Ovid lib. 7. metam.

"*Æacus Æginam genitricis nomine dixit.*

Stat. lib. 7. Theb.

"*Si modo placarit felix Ægina Tonantem.*

Pauli medici insignis patria fuit, ex qua is Ægineta cognominatur. Æginetes vero apud Steph. fluv. est Paphlagoniæ cum opp. cognomine.

Polyb. Plin. Strab. Mel. Ægira *Xylocastro*, urb. Peloponnesi in ora Achaiæ, à littore 7. stad. distans, inter Buram 92. & Pellenen 120. Bostiza prius dicta Gemisto, nunc quoque *Bostizan* teste Nig. vide Ægium.

Ægircius *l' Egers*, fluviolus Aquitaniæ in Garumnam influens, in finibus Burdigalensium. De quo Fortun. lib. 1. Ven. Fort.

"*Lubricat hic quoniam tenuato Ægircius haustu.*

Ægirum *Gernia*, teste Nig. opp. Lesbi ins. inter Mitylenen & Methymnam, in loco totius ins. arctiore. Strab.

Ægirusa opp. fuit Megaridis non longe à Megaris, quod & Ægosthena teste Pauf. dictum fuit. Strab. Steph.

Ægitharsus *Capo di S. Vito*, prom. Siciliæ inter Drepanum & Segestanum emporium, cui propius est, à Drepano 15. mil. pass. in Bor. Ptol.

Ægithium opp. fuit Ætoliæ in mont. à mari 8 mil. pass. distans. Thucyd.

Ægium, urb. olim episc. Achaiæ Peloponnesi sub archiep. Corinthio ad sinum Corinthiacum, inter Corinthum 60. & Patras 27. mil. pass. quæ *Bostizan* teste Nigro dicitur: sed Ægira, non Ægium, teste Gemisto, *Bostizan* appellatur. Polyb. Ælian. Pt. & al.

Ægon pro Ægæum apud Stat. lib. 5. Theb.

"---*Quas spumifer assilit Ægon.*

Ægones pop. Italiæ in Æmilia apud Padum, quorum urbs olim, nunc pag. Vicus habentium *Vicovenza*, quasi vicus Ægonum, à Ferraria urb. 16. mil. pass. distans in ort. dicta est. vide Egones; varie enim scribitur. Polyb.

Ægosthenia, *Egistenia* in tab. recent. opp. Phocidis in Achaia mediterr. Buliæ, Elatiæ, & Daulidi finitimum. pop. Ægosthenienses Plin. à Delphis supra 20. mil. pass. Ptol.

Ægua, sive Hegua Plin. opp. Hisp. Bæt. vide Ategua. Strab.

Ægusa, quæ & Æthusa Plin. ins. Siciliæ, oræ illius inter Lilybæum & Drepanum adjacens, *Favagnana* nunc. vide Æthusa. Plin. Ptol.

Ægyptus, *Elquibet* Turcis, *Sahid* incolis, reg. Asiæ (licet à Ptol. in Africa describatur) notissima, in superiorem & inferiorem divisa. Inferior, quæ & Delta, ad occ. *Bechria*, & ad ort. *Errif* teste Jo. Leone dicitur. Superior *Sahid*, & olim Thebais. Urbes clariores Memphis, Alexandria, Pelusium, Thebæ, Diospolis, Syene. Inter flumina Nilus. de quo Claud. de vict. Stiliconis, Strab. Herod. Plin. & al.

"*Irriget Ægyptum Tanais, Mæotida Nilus.*

Urbium habuit 20000.

Ægyptios tanquam viles & sordidos, onera instar asinorum corpore vectare solitos Suid. scribit: unde apud Aristoph. *Ægyptius laterifer* veluti proverb. est.

Urbes Ægypti claræ: quarum clariores asterismo notantur.

Abydus episc.	Mendes
* Alexandria patriarch.	Memphis
Anthedon	Mysormus
Antinopolis episc.	Naucratis episc.
Arsinoe	Nilopolis episc.
* Babylon nova	Ostracine episc.
Berenice	Pelusium episc.
Bubastus	Pharos
Busiris episc.	Ptolemais ad Nilum
Canobus seu Canopus	Altera ad sinum Arabicum
Casium	
* Coptos episc.	Rhinocorura episc.
Dionysias	Sais episc.
Diospolis magna	Sebennytus episc.
Diospolis parva	* Syene episc.
Gerra	Tanis episc.
Heliopolis	Tentyra episc.
Hermopolis episc.	* Thamiatis episc.
Heroopolis	Thebæ
* Lycopolis episc.	Thmuis episc.

Ælana urb. Arabiæ petreæ in fel. confinio ad intimum fere sin. Arabici recessum, qui ibi Ælaniticus sin. Plin.

sin. nominatur, à Sina mont. 60. mil. pass. distans, ab Heroopoli ad 150. *Eltor* teste Villanovano; *Aila* vero Nigro. sed *Aila* Evila in lib. Regum esse videtur.

Vet. Insc. Ælia Adriana urb. Africæ. vide Zama.

Dion. Pt. Ælia Capitolina, col. vide Hierosolyma.

Vet. Insc. Ælia Ricina, seu potius Helvia Ricina, urb. Piceni excisa: ex cujus ruinis *Macerata* urb. episc. condita est, & Recinetum *Recanati* urb. episc. à Macerata 7. mil. pass. distans, Lauretum versus 3.

Æliopolis. vide Heliopolis, & Pelusium.

P. Vict. Ælius pons, *Ponte de S. Angelo* teste Marliano, pons. urbis Romæ, quo in Vaticanum ex urbe itur, apud molem Hadriani.

Ptol. Æluæones, Heluecones Tac. pop. Germ. quorum urb. *Elbing* à Gedano 9. leuc. in Bor. putatur. Sed hæc in Prussia, non in Germ. est.

Strab. Æmarorum mons *Montlimar*, opp. Gall. Narbonens. in Delphinatu præclarum, ad Rhodanum fluv. in Provinciæ conf. inter Valentiam 8. & Avenionem in merid. 13. leuc.

Plin. Æmathia reg. Macedoniæ, quæ & pro tota Macedonia accipitur. vide Emathia.

P. Diac. Sempr. Æmilia, reg. Italiæ partem Longobardiæ cispadanæ & Romandiolam complectens, ab Arimino Placentiam usque protensa, à via Æmilia à veteribus memorata nomen habens. Tametsi Romandiola etiam Flaminia à posterioribus dicta est. Ejus mem. Mart. lib. 6.

" *Funde tuo lacrymas orbata Bononia Rufo,*
" *Et resonet tota planctus in Æmilia.*

Strab. Æmilia vero via ab Arimino Placentiam usque, imo usque Dertonam, atque ab Arimino usque Aquileiam, & à Pisis per Hetruriam Dertonam usque urbem Liguriæ perducebatur. Ex quo tres esse vias Æmilias intelligis ab Æmilio cos. stratas.

Urbes Æmiliæ episcopales hujus temporis.

Ariminum	Forum Popilii
Bononia	Julia
Cervia	Mutina
Cesena	Parma
Comaclum	Placentia
Faventia,	Petra Honorii
Ferraria	Ravenna
Forum Cornelii	Regium
Forum Livii	Sarsina

P. Vict. Æmilius pons, qui & sublicius, pons Romæ sic à conditore dictus, à quo lapideus constructus, nunc excisus, & *Marmorato* dictus. De quo Juvenal. sat. 6.

" *Cum tibi vicinum se præbeat Æmilius pons.*

Ptol. Æminium *Agueda*, urb. olim Lusit. nunc opp. in Portugalliæ regno ad fluv. cognominem: de quo Plin. ait, illum à Minio fluv. 200. m. pass. in austrum distare; qui & *Agueda* de urbis nomine dicitur: urbs vero à Conimbrica urb. 11. leuc. abest in Bor. Portum urb. versus.

Lib. Conc. Æmonia, *Citta nova* teste Nicol. Manzolio, urb. Histriæ ad Nauportum fluv. excisa, ex cujus ruinis Civitas nova in ora inde ad 3. mil. pass. condita est, episc. sub patriarch. Aquileiensi, à Parentio 10. mill. in occ. recedens. Æmonia altera apud Plin. col. Japydiæ in Norici & Pannoniæ sup. conf. Labaco urb. & Carniolæ metrop. vicina, milliario Germanico distans, vulgo *Igg*, teste Lazio. Æmonia item reg. Macedoniæ, quæ & Thessalia, teste Plin. Hinc Æmonius nom. gent. Ovid. in epist. 13.

" *Æmonis Æmonio Laodameia viro.*

Ovid. Æmus mons Thraciæ. vide Hæmus. Ovid. in epist. 2.

" *Qua patet umbrosum Rhodope glacialis in Æmum.*

Plin. Ænaria *Ischia*, ins. Campaniæ in sin. Puteolano cum urb. cognomine episc. sub archiep. Neapolitano, inde 8. mil. pass. vide Inarime. De qua Stat. lib. 3. sylv.

" *Ænariæque lacus medicos, Statinasque renatas.*

Ænia, *Moncastro* teste Nardo, opp. Macedoniæ à Thessalonica 15. mil. pass. in austrum Pydnam versus. *Liv.*

Ænianes pop. Epiri inter Ætolos & Molossos, Ænienses Plin. quorum urb. Joanna episc. in concil. memorata *Janna* nunc esse videtur. vide Joanna, & Cassiope. *Plut.*

Æniochi pop. Sarm. Asianæ. vide Heniochi. Luc. lib. 2. *Luc.*

" *Æniochi, notique erepto vellere Colchi.*

Æni pons *Oetingen*, opp. Norici in Bavaria ad Oenum fluv. medium inter Salisburgum & Landshutum 8. leuc. dissitum. vide Oeni pons, sic enim etjam scribitur. Est & Oeni pons urbs. *Ant.*

Ænon, locus Palæstinæ ad Jordanem fluv. ubi D. Joannes Baptista baptizabat, à Scythopoli 8. mil. pass. in austrum. *ex Evan.*

Ænona, Enona Plin. *Nona* urb. Illyrici episc. sub archiep. Jaderensi in ora Liburniæ, inter Seniam ad occ. 45. & Jaderam ad ortum 12. mil. pass. *Ptol.*

Ænos, *Enio* & *Eno* Soph. ac aliis, urb. episc. Thraciæ in ora maris Ægæi, inter ostia Hebri ad occ. & Melanens. sin. Chersonesi ad ort. ad 15. mil. pass. *Strab. Pl. Pt. Mel.*

Ænus *Ins*, fluv. Rhætiæ, qui inter Noricos & Vindelicos eos separans fluit, Danubioque ad Pataviam urbem excipitur. vide Oenus, uti apud alios scribitur. *Tac.*

Æolia, Æolis Plin. Melæ, Ptol. & aliis, *Sarcum* teste Castal. reg. Asiæ proprie dictæ mari Ægæo exposita, inter Troadem ad arctos & Ioniam ad merid. cujus urbes, Elæa, Myrina, Cume & Phocæa; flumina, Hermus & Pactolus ex Lydia fluentes: pop. Æoles. De Æolia Virg. lib. 1. Æn. *Herod. Strab. & al.*

" ——*loca fœta furentibus Austris,*
" *Æoliam venit* ——

Sed hic de Æolia ins. Siciliæ loquitur. Dionys. Afer de situ orbis;

" *Posthac Æolia tellus prætenditur ora*
" *Fluctibus Ægæi.*

Æoliæ, quæ & Liparææ & Vulcaniæ Latinis, Hephæstiades Græcis dicuntur, *Merleres*, insulæ Siciliæ inter illam & Italiam sitæ: quarum nomina sunt Lipara, Hiera, Strongyle, Didyme, Ericusa, Phœnicusa, & Euonymos; aliter etiam nominatæ. De quibus Ovid. lib. 1. metam. *Strab. Plin. Diod. & al.*

" *Protinus Æoliis Aquilonem claudit in antris.*

Æpy opp. fuit Elidis in Peloponneso apud Thrion opp. quod etiam interiit, Psophidi urbi finitimum. De eo Stat. lib. 4. Theb. *Strab.*

" *Quos Thrion, & summis ingestum montibus Æpy.*

Hinc Æpytius nom. gent. Idem Stat. ibidem,

" *Æpytios idem ardor agros, & Psophida celsam.*

Æquana juga *Montagna di Sorrento*, montes Picentum Vico ac Surrento urbibus imminentes, sic ab Æqua urbe excisa (cui Vicus successit) nominati, quam Ortel. cum Æcana urbe longe diversa confundit; quo nomine etiam urbs ipsa Æquana nominatur, nunc *Vico di Sorrento*, episc. sub archiep. Surrentino; inde 4. mil. pass. Stabias versus distans. De qua Sil. lib. 5. *Sil.*

" *Æquana, & Zephyro Surrentum molle salubri.*

Æqui, Æquicolæ Liv. Æquiculi Ptol. Æquiculani Plin. pop. Latii, quorum urbes fuere Alba, Tybur, Prænestte, Carseoli, cum aliis. Æquicoli apud Ovid. lib. 3. fast. *Strab.*

" *Quintum Laurentes, bis quintum Æquicolus acer.*

Æquicolæ apud Virg. lib. 7. Æn.

" *Venatu nemorum, duris Æquicola glebis.*

Æquinoctium *Vischmond*, pag. Pannoniæ sup. in Austria *Ant.*

Austria ad Danubium, medius inter Viennam ad occ. & Hamburgam ad ort. 4. leuc. dissitum. Sic Simler. indigitat.

Ptol. Ant. Æquum, *Clucci* seu *Cluzzi* Villanov. *Chognitz* Jacobo Luccaro Ragusæo, col. & opp. Dalmatiæ mediterr. à Salona 21. mil. pass. in Cæc. ab Epidauro ad 49. in Bor.

Strab. Plin. Æria, seu Aeria Plin. *Aire* teste Cognato, aliis *l'Oriol*, opp. Gall. Narbonens. in Delphinatu ad Rhodanum, inter Valentiam urb. ad arctos, & Montlimarium opp. in austrum 4. leuc. sic quod celso loco sita sit, dicta. Est & Æria opp. Belgii in Artesia, quod Heria & Aria nominatur, vulgo *Aire*, ad Lysam fluv. interfluentem, Tervannæ proxim. ad 2. leuc. & 4. inter Audomarum & Bethuniam.

Liv. Æropus mons Macedoniæ, inter quem & Asnaum per vallem angustam Aous fluv. Dyrrachium versus decurrit. De quo fluv. supra in Æas.

Strab. Æsapus, Æsepus Plin. & Ptol. *Spiga* in tab. recent. fluv. Mysiæ in Asia ex Ida mont. profluens, ac in Hellespontum apud Cyzicum urb. influens, ab Abydo 700. stadiis recedens in Bor. De quo Hom. lib. 2.

" *Aphnii ab Æsapo potantes flumina Troes.*

ex Guarini versione.

Ovid. Æsar, Æsarus Strab. *Esaro* Bario & aliis, fluv. magnæ Græciæ apud Siberenam & Crotonem urbes fluens. De quo Ovid. lib. 15. metam.

" ------*Lapidosas Æsaris undas,*

" *I, pete diversi*------

Hinc Æsareus nom. gent. Ovid. lib. eodem,

" *Invenit Æsarei fatalia fluminis ora.*

Strab. Æsaris *Osari*, fluv. Thusciæ apud Lucam urb. fluens, qui ex Apenn. mont. oriens Serclus, quasi Sarculus, & vulgo *Serchio* nominatur; cujus pars exigua à Sarculo decisa nomen antiquum retinet vulgo *Osari*, inter Arnum & Sarculum mari excepta. Sarculus vero ab Arno 6. mil. pass. in occ. pelago Tyrrheno excipitur. vide Auser. sic enim à Plin. & aliis nominatur.

Strab. Æsarus fluv. mag. Græciæ per fines Crotoniatarum fluens. vide Æsar.

Strab. Ptol. Æsernia, Esernia Plin. Liv. & al. *Sergna*, & *Isernia*, col. & urb. Samnii episc. sub archiep. Capuano, inde 32. mil. pass. ad Vulturnum fluv. non longe decurrentem, inter Sulmonem & Telesiam urbes 24. mil. pass. à Venafro 10. in ort. Bovianum versus in comit. Molisino.

Vib. Seq. Æsia *Oyse*, fluv. Gall. Belg. inter Campaniam & Picardiam in Sequanam fluens.

Lib. Not. Æsica *Netherby*, pag. Albionis teste Camd. in Angliæ regno, ac in Cumbria reg.

Strab. Plin. Æsis *Esino*, sive *Fiumesino*, fluv. Piceni, ipsum ab Umbria ad occ. disseparans, ex Apenn. mont. in mare Hadriaticum per urbem cognominem fluens. De quo Sil. lib. 8.

' *Queis Æsis regnator erat, fluvioque reliquit*

' *Nomen*---

Strab. Æsium, Æsis Ptol. *Iesi*, col. Piceni, & urb. episc. ad Æsim fluv. in Umbriæ confin. ab Ancona 15. mil. pass. in occ. hybernum, inter Senogalliam 14. & Fabrianum 30. fere dissita. Pop. Æsini.

Ptol. Æsisium, Assisium in vet. inscript. *Assisi* urb. Umbriæ episc. in mont. ad Asium fluv. præterfluentem, à quo sive à mont. nomen habere videtur, à Perusia 10. mil. pass. in ort. Fulginium versus; D. Francisci natalibus clara.

Plin. Æsolani pop. Latii. vide Esulæ.

Vet. Insc. Æsonenses pop. Hisp. citer. quorum opp. Æsona, nunc *Isona* pag. Catalauniæ, teste And. Schotto.

Hor. Æsquiliæ, unus ex 7. collibus Romæ. vide Exquiliæ, & Esquiliæ; varie enim scribitur. De quib. Hor. lib. 2. sat. 6.

" *Ventum est Æsquilias, aliena negotia centum.*

Et lib. 1. sat. 8.

" *Nunc licet Æsquiliis habitare salubribus, atque.*

Paterc. Æsulum opp. fuit Latii. vide Esulæ, uti apud Hor. lib. 3. carm. ode 29.

Steph. Æthale, Æthalia Plin. Mel. & aliis, *Elba*, ins. maris Tyrrheni ante Populonium, inde 10. mil. pass. distans. vide Ilua.

Herod. Strab. Plin. & al. Æthiopia, *Abexin* incolis, & *Abissia* nostris, reg. Africæ amplissima cis & ultra Æquatorem circulum extensa, gemina, una sub Ægypto inter Nilum & sinum Arabicum late patens, in qua Meroe ins. Cujus urbes primariæ olim Napata, Meroe; & ad sinum Arabicum Ptolemais, & Adule; Dire, Mosylon, & Aromata ad sin. Barbaricum. Altera ultra Æquatorem non satis veteribus cognita. Pop. Æthiopes, *Abissini* vulgo. Hos D. Isid. lib. orig. à Chus filio Cham ortos scribit. De his Ovid. lib. 15. metam.

" *Æthiopesque lacus? quos si quis faucibus hausit,*

" *Aut furit, aut patitur mirum gravitate soporem.*

Æthiopum nigror adeo nativus est ex vicini sideris ardore, ut Plin. scribit, ut sit locus adagio apud Lucian. in lib. contra indoctum, *Æthiopem lavas*, quoties aliquem frustra fatigare significare volumus. *Æthiops non albescit*, adagium ex Luciano in eos qui nunquam mutarunt ingenium, aut mores.

Plin. Æthusa, quæ & Ægusa teste Plin. ins. Siciliæ. Sed apud Ptol. diversæ sunt. Æthusa enim *Limoza*, teste Faz. dicitur, inter Melitam & Africam sita: Ægusa vero *Favagnana* nominatur, Lilybæo prom. Siciliæ vicina, inter Hieram & Phorbantiam 10. mil. pass. distans, à Drepano urbe 20. in Africum.

Ptol. Ætinium, *Atino* Mol. & aliis, opp. Macedoniæ, quod Athenæum à Liv. nominatur, Triccæ urbi apud Thessaliæ fines finitimum.

Strab. Plin. Diod. & al. Ætna *Mongibello*, mons Siciliæ maximus, & notissimus ob ignes quos emittit, à Catana urbe (ad quam radices ejus pertingunt) 10. mil. pass. distans in occ. Illum oppida aliquot & urbes circumstant: in iis Centuripæ urb. excisa, & Ætna, nunc pag. *Mascali* teste Faz. à Catana 10. mil. pass. Hic anno sal. 1536. flum. igneum emisit locis finitimis vastitatem afferens; & anno 1554. plus consueto æstuans Catanam & illius agrum maxime labefactavit. De eo Ovid. lib. 2. metam.

" *Ardet in immensum geminatis ignibus Ætna.*

Pop. Ætnenses Plin. & Ætnæus nom. gent. Ovid. lib. 2. de Ponto,

" *Ætnæosque lacus, & olentia stagna Palici.*

Ætnæos cantharos, seu scarabeos varios & maximos esse tradunt; ut propterea apud Aristoph. veluti adagium in magnum aliquem statura & fœdum scriptum sit, *Ætnæus cantharus.*

Xenoph. Strab. Herod. & al. Ætolia, *Artinia* teste Niceta, & *Lepanto*, sic à primaria illius urbe, reg. Achaiæ in Epiri conf. ad occ. inter Locros ad ort. (à quibus Eueno fluv. separatur) & Acarnaniam ad occ. Acheloo fluv. dividente. Pop. Ætoli Plin. & aliis. Urbes Naupactum, Calydon, Chalcis, & Olenus. Ætolorum mem. Virg. lib. 11. Æn.

" *Spem, siquam accitis Ætolum habuistis in armis.*

Ætoli petaces erant ac improbi, ut qui tales essent, proverbio *Ætoli* dicerentur, teste Steph. à petendo omnia, Græce αἰτεῖν ὅλον.

Strab. Ætuatii, Ætuates Cæs. *Tavetscher*, pop. Helvetici in Rhætorum conf. juxta fontes Rheni, quorum opp. *Tavetsch* ad Rhenum ab Uria seu Tauro urbe Helvetica 3. leuc. à Clavenna in Circium, à Curia in occ. à Belitione in Bor. supra 6. leuc. Helvetic.

C Æx,

Plin. Æx, scopulus maris Ægæi inter Tenedum & Chium inſ. à quo mare Ægæum nominatur, teſte Plin.

Virg. & al. Afri, qui & Africani, pop. Libyæ, ſeu Africæ, ab Afro ex poſteris Abrahæ, teſte D. Iſid. in lib. orig. dicti. vulgo etiam apud Europæos *Africani.* De quibus Virg. lib. 8. Æn.

" *Hic Nomadum genus, & diſcinctos Mulciber Afros,*
" *Hic Lelegas, Caraſque, ſagittiferoſque Gelonos*
' *Finxerat-----*

Lucan. lib. 4.

" *At vagus Afer equos ut primum emiſit in agmen.*

Afra avis apud Hor. epod. 2. pro prælauta ave.

Ariſt. & al. omnes. Africa, quæ & Libye Græcis dicitur, ſic quaſi ſine frigore dicta, una ex tribus orbis terræ partibus in meridiem vergens, mari Mediterraneo ad arctos, oceano ad occ. meridiem, & ortum, ac ſinu Arabico perſtricta (niſi qua Aſiæ Ægypto connectitur;) in Ægyptum (qui tamen à nonnullis veterum Aſiæ tribuitur) Marmaricam, Africam proprie dictam, Mauritaniam, Libyam interiorem, Æthiopiam, & Agiſymbam veteribus ignotam ultra Æquatorem diviſa. *Iphriehia* incolis teſte Jo. Leone Africano dicta. Hinc Africus nom. gent. Virg. lib. 4. Æn.

' *-----quos Africa terra triumphis*
' *Dives alit.-----*

Ptol. Africa proprie dicta, Zeugitana Plin. reg. & pars Africæ mari Mediterraneo, quod Africum dicitur, expoſita, inter Mauritaniam ad occ. & Cyrenaicam ad ortum: in qua Tunetanum regnum, cujus olim caput erat Carthago. Urbes illius olim claræ præter Carthaginem, Utica, Thabraca, Hadrumetum, Leptis magna; & intus, Cirta, Sicca Veneria, Thyſdrus, Bulla regia, Uthina. Nunc clarent Tunes, Utica, Hippon regius, Tripolis. Africa hæc leones plurimos gignit, & ſerpentes, teſte Plin. ac Solino. Ea nunc una cum Mauritania *Barbaria* nominatur. Africæ hujus mem. Mart. lib. 2. ad Germanicum.

" *Creta dedit magnum, majus dedit Africa nomen.*

De eadem Claud. lib. 1. de laudibus Stiliconis.

" *Quod floret Latium, Latio quod reddita ſervit*
" *Africa, vicinum quod neſcit Iberia Maurum.*

Africæ regiones.

Ægyptus	Marmarica
Æthiopia	Mauritania Cæſarienſis
Æthiopia ſub Ægypto	
Africa proprie dicta	Mauritania Tingitana
Agiſymba	Meroe
Byzacena	Nigritarum terra
Cyrenaica	Nubia
Delta pars Ægypti	Numidia
Getulia	Tripolitana
Libya	Troglodytica

Africæ proprie dictæ urbes maritimæ clariores.

Thabraca	Aphrodiſium
Hippon regius	Hadrumetum
Utica	Ruſpæ
Carthago	Ruſpina
Tunes	Tacape
Clupea	Leptis magna
Neapolis	Neapolis, & Tripolis

Urbes mediterraneæ.

Cirta	Suffetula
Lambeſa	Tebeſca
Aſſurus	Sicca Veneria
Madaura	Muſti
Tagaſta	Tuburbis
Lares	Aquæ regiæ
Thyſdrus	Byzacium

Antiq. Inſcrip. Agabra, & Ægabra, *Cabra*, opp. Hiſp. Bæticæ in Vandalia haud obſcurum, inter Aſtigi & Tucci, inde 13. hinc 5. leuc. olim urb. epiſc. vide Ægabra.

Philoſt. Agamemnonii fontes tepidi Ioniæ apud Smyrnam urbem, ab ea quinque mille paſſ. diſtantes.

Vet. inſcrip. Agamium, *Aghem* ſeu *Ghem*, opp. agri Novar. apud Seſſitem fluv. & Romanianum, à Novaria ad 16. mil. paſſ. Incolæ Agamini, ex marmorea antiqua inſcript. Hic B. Panacea virgo & mart. præcipuo colitur honore.

Ptol. Aganagara, *Agonara* Caſtal. & Mol. urb. Indiæ marit. citra Gangem.

Plin. Pauſ. & al. Aganippe, fons Bœotiæ celebris ad Heliconem mont. haud procul à Thebis in Permeſſum fluv. labens, Muſis ſacer, à poetis maxime celebratus. De eo Claud. in paneg. Theodoſ.

" *Concinuit felix Helicon, fluxitque Aganippe*
' *Largior-----*

Ptol. Agarus fluv. Sarmatiæ Europææ, qui Sagaris Ovidio dicitur, hodie *Schiret* teſte Merc. ſeu *Seret* per Moldaviam in Iſtrum fluens.

Strab. Plin. & al. Agatha *Agde*, urb. Galliæ Narbon. epiſc. ſub archiep. Narbonenſ. inde 5. leuc. in ortum in ora littorea, à Biteris 3. apud oſtia Araurii fluv. in Occitana reg.

Agatha altera ex prov. Rom. *S. Agatha di Gotti*, urb. Campan. in principatu ulteriore, epiſc. ſub archiep. Beneventano, inde 16. mil. paſſ. Capuam verſus, quaſi media inter Capuam & Teleſiam ad 12. mil. utrinque diſtans.

Vet. inſc. Agathopolis, poſtea mons Peſſulanus, *Montpellier*, aliter mons puellarum, urb. Gall. Narbonenſ. epiſc. ſub archiep. Narbonenſi, inde 14. leuc. in ort. Nemauſum verſus 8. Magalonæ urb. maritimæ (cui ſucceſſit in epiſcopali ſede) propinqua, academia, & urbs poſt Toloſam clariſſima totius Occitaniæ reg. Fuit & Agathopolis urb. Thraciæ epiſc. ſub archiep. Hadrianopolitano.

Ptol. Agathyrium, Agathyrſum Strab. & Plin. Agatirna Liv. urb. olim & prom. Siciliæ in ora littorali ad occ. inter Haleſam & Tyndarium urbes exciſas, inde 30. hinc 24. mil. paſſ. Locus urbis, ubi ſparſa rudera cernuntur, *Campo di S. Martino* nominatur; prom. vero *Capo d' Orlando* teſte Faz. dicitur, à Pactenſi urb. 18. mil. paſſ. in Bor. Urbs ab Agathyrſo Æoli filio condita à Diod. Siculo traditur. Ejus mem. Sil. lib. 14.

" *Defuerunt Agathyrna manus, geminoque Lacone*
' *Tyndaris-----*

Herod. Plin. & al. Agathyrſi pop. Sarmatiæ, ſeu Scythiæ Europææ, et Scythiæ Aſianæ intra Imaum mont. teſte Ptol. De quibus Virg. lib. 4. Æn.

" *Creteſque, Dryopeſque fremunt, pictique Agathyrſi.*

Strab. Agathyrſus, Ægitharſus Ptol. *Capo di S. Vito* Faz. & aliis, prom. Siciliæ inter Lilybæum & Drepanum urb. ut ſcribit Ortel. Agathyrſum cum Ægitharſo confundens. Cum Agathyrſus ſit nomen urbis, & prom. inter Haleſam & Tyndarium, uti ſupra in Agathyrium dictum fuit.

Regin. Agaunum *S. Mauritz*, opp. Gall. Narbonenſ. in Sabaudia apud Rhodanum fluv. in conf. Valleſiæ reg. inter Sedunum ad ort. 24. & Genevam ad occ. 30. mil. paſſ. Hinc Agaunenſis nom. gent. Ven. Fortun. lib. 8.

' *Et legio felix Agaunenſis adeſt.*

Anton. Agelocum *Axholme*, ſive ut Guil. Camd. videtur *Littleburgh*, opp. Albionis in Anglia ad Trentam fluv. in com. Nottinghamienſi. vide Segelocum.

Cæſar. Agendicum, *Provins* teſte Marliano cum aliis, opp. Gall. Celt. in finibus Senonum, medium fere inter Lutetiam Pariſiorum & Trecas, inde 19. hinc 16. leuc. à Senonibus vero 12 in Bor. diſtans.

Lib. Not. Agennum, Aginum Auſon. Aginnum Ptol. & Ant. *Agen*, urb. Aquitaniæ epiſ. ſub archiep. Burdigalenſi, inde 16. leuc. Toloſam verſus totidem, urbs præclara ad Garumnam flu. inter Auſcios 8. & mont. Albanum 7. Pop. Garites. Ejus mem. Auſon. in epiſt. 24.

" *San-*

" *Santonus ut sibi Burdigalam, mox jungit Agnum.*

Strab. Agidos, nunc *Burgum templi*, teste Steph. Lusignano, opp. Cypri olim, nunc pag. inter Lapithum & Aphrodisium in ora Boreali.

Ptol. Agisymba, *Zanguebar* in tab. recent. reg. amplissima Africæ in austrum ultra Æquatorem extensa, plures complectens regiones.

Vet. Insc. Agneda, Alata castra Ptol. Castra exploratorum Ant. & Castra puellarum posterioribus, *Edenburgh*, urb. Albionis, Scotiæ regia, à Londinio regia Angliæ 300. fere mil. pass. in Bor. recedens, ad Fortheam fluv.

Dionys. Halicar. Agnitii, pop. Latii in finibus Marsorum, sic ab Agnitia Circes & Medeæ sorore dicti, ubi & Agnitia sylva, inter Albam Marsorum & lacum Fucinum. Cujus mem. Virg. lib. 7. Æn.

" *Te nemus Agnitiæ, vitrea te Fucinus unda.*

vide Angitia.

P. Vict. Agonensis porta *Porta Salara*, porta una urbis Romæ, quæ Collina, & Quirinalis. vide Portæ. Hinc etiam Agonalia festa, Agonales ludi, & dies, Ovid. lib. 1. fast.

" *Nomen Agonalem credit habere diem.*

Polyb. Agones pop. Insubriæ, quorum reg. *la Val di Gogna* hodie dicitur, teste Gaud. Merula, in agro Ticinensi. Sed Polyb. eos inter Apenn. mont. & Padum describit, & post eos Boios, deinde Senones recenset: ex quo Merula, & Leander (qui eos inter Ferrariam & Ravennam describit) errare deprehenduntur; nisi hi pop. mutata sede in ea loca migrarint.

Script. Ital. Agonia *la Gogna*, fluv. Insubrum per Laumellinam reg. agri Ticinensis in Padum fluens.

Herod. Steph. Agora, *Malgara* nunc, teste Jo. Leuncl. opp. Thraciæ in ora Chersonesi ad Hellespontum, Sesto urb. finitimum.

Strab. Paus. Agra, locus Boeotiæ ex quo Ilissus fluv. ortum habet, & ubi Diana venata traditur; unde Agræa cognominata fuit.

Thucyd. Diod. Ælian. & al. Agragas *Drago*, fluv. Siciliæ Agrigentum urb. præterluens, ei urbi nomen indens, & ipsa enim Agragas dicta est, Virg. lib. 3. Æn.

" *Arduus inde Agragas ostentat maxima longe*
Mœnia.---

Dioscor. Agria sive Agaria, reg. Sarmatiæ, ubi agaricus nascitur. Agria item urb. est Jazygum in Hungaria transdanubiana episc. sub archiep. Strigoniensi, à Buda regia 12. leuc. in Cæc. à Debrecino totidem in occ. *Agria*, & *Erla* incolis dicitur, Turcis nunc parens, nostro tempore capta.

Strab. Herod. Agriani, Agræi Herod. & Agrianes Steph. & Agrienses, pop. Thraciæ circa Agrianem fluv. inter Rhodopen & Hæmum montes incolentes.

Cic. Plin. & al. Agrigentum, & Agragas Græcis, Strab. Thuc. Ptol. & aliis, *Gergenti*, urb. Siciliæ in ora australi ad ostia Agragantis fluv. quondam maxima urbium Siculorum, episc. sub archiep. Panormitano, inde 85. mil. pass. in Euronotum distans, à Lilybœo 60. in ort. Pachynum versus, ab Enna totidem in Africum, à Gelensibus post Gelam ann. 100. condita. Hic sal fit, qui in igne solvitur, in aqua crepitat, teste Sol. Adeo ampla fuit, ut 800000. incolarum haberet, ambitu 10. mil. pass. patens. Pop. Agrigentini Cic. & aliis. Agrigenta appellat urbem Ovid. lib. 4. fast.

" *Himeraque, & Didymen, Agrigentaq;, Tauromenonq;.*

Plin. Sol. Agriophagi, pop. Æthiopiæ leonibus & pantheris vescentes, ut Solin. scribit, qui ad occidentem solem incolebant.

Tac. Agrippina colonia, quæ & Agrippinensis col. Plin. & Sueton. *Coln* Germanis, *Cologne* Gallis, *Cologna* Italis, urb. Germ. infer. præclarissima ad Rhenum archiep. libera & empor. media inter Trevirim & Monasterium urbem Westphaliæ 16. leuc. à Francofurto 21. in Bor. cujus archiepiscopus elector est imp. De ea Ven. Fortun. lib. 3.

" *Pontificem pollens Agripina colonia præfert.*

Plin. Ptol. Ant. Aguntum, *Inneken* teste Laz. opp. Norici in Carinthiæ & Tirolens. com. conf. inter Brunecum opp. com. Tirolens. 5. & Lentiam 4. leuc. à Vacorio seu Villaco urbe Carinthiæ 15. in occ.

Ptol. Agurium, Agyrium Plin. Agyra Diod. apud quem alii legunt Argyra, & Argyrium, Agyrina urb. Cicer. *San Filippo d'Argirone*, urb. Siciliæ ab Enna 12. mil. pass. Ætnam versus & Centuripas, à quibus 10. mill. abest, Trojanopoli propior, & Assoro, inde 6. mil. in Bor. Patria Diod. Siculi historici, antiquissima ante Herculis tempora.

Strab. Dion. Halicarn. Agylla *Cervetere*, urbs olim antiquissima Thusciæ. vide Cære. Hinc Agyllinus nom. gent. Virg. lib. 8. Æn.

" *Urbis Agyllinæ sedes; ubi Lydia quondam*
" *Gens bello præclara jugis insedit Hetruscis.*

Cic. Agyrium. vide Agurium. Pop. Agyrinenses Ciceroni.

Lycophr. Ajax, *Pilaca* teste G. Bario, fluv. mag. Græciæ per fines Crotoniatarum fluens, & mare apud Lacinium prom. subiens.

Procop. Aila, Ælana Plin. Ælanum Steph. urbs Arabiæ petreæ apud intimum sin. Arabici recessum. Aila etjam apud D. Hieron. nunc *Eltor*, à mont. Sina 60. mil. pass. distans.

Ptol. Alaba, *Alava* Villanov. & al. opp. Hisp. Tarracon. in Celtiberis, quod Ptol. Valeriæ vicinum facit, inter Lobetum urb. & Villam Francam opp.

Strab. Plin. Ptol. Alabanda, *Eblebanda* hodie Turcis, teste Leunc. urb. Cariæ mediterr. episc. sub. archiep. Stauropolitano, inter Amyzonem ad occ. & Stratonicen ad ort. De qua Juvenal. sat. 3.

" *Hic Andro, ille Samo, hic Trallibus, aut Alabandis.*

Alabanda in num. singulari apud Steph. apud quem, quod fuerit opulentissima, & florentissima, in proverbio fuit, urbem notans fortunatam. Nomen habet apud Cares ab equo, quem Alam vocant, & à victoria, quæ Banda ab eisdem dicitur; vel ab Alabando Deo indigete ab Alabandiis culto. Hinc Alabandicus nom. gent. ut *Alabandicum opus* proverbio dictum de re inepta; ut sermo Alabandicus, id est ineptus, homo Alabanditicus pariter.

Ant. Alabona. vide Alavona. opp. Hisp. Tarrac. in Arragonia.

Ant. Alabuntis, sive ut alibi legitur Alapuntis, opp. Gall. Narbonens. ubi nunc *Talart* opp. haud obscurum in Delphinatu, ad Druentiam fluv. apud Sistaricam urb. inde 3. leuc. Ebredunum versus 8.

Ptol. Diodor. Alabus, *Cantara* Faz. fluv. Siciliæ amplus, sed brevissimi decursus, inter Augustam & Megaram urbem excisam in ora orientali mari exceptus, 5. mil. pass. post Augustam, & prope Megaram jacentem.

Vet. Inscr. Ala Flaviana, quæ & Flaviana, & Flavianum, Juliobona Ptol. Vindobona Ant. & Vindomana Notit. *Wien* Germanis, *Wetsch* Turcis, *Viena* Italis, urb. Pannoniæ sup. ad Danubium in Hungariæ conf. munitissima, Austriæ caput, episc. sub archiep. Salisburgens. sive exempta, academia, & empor. à Buda 31. leuc. in occ. Ratisponam versus 57.

Antiq. Inscript. Ala Narisca *Aichstadt*, quasi Quercopolis, urb. Germ. in Bavaria transdanubiana episc. sub archiep. Moguntino, ad Alemannum fluv. Aureato urbi excisæ, cui successit, proxima, ab Ingolstadio 3. leuc. in Bor. Norbergam versus 10. à Ratispona 9. in occ.

Ant. Ala nova, *Ebernsdorff* teste Siml. opp. Pannoniæ super. in Austria ad Danubium, à Vienna 4. leuc. in ortum Posonium versus 6.

Alæ Flaviæ. vide Aræ Flaviæ.

Ptol. Alæsa, Halesa Cic. urb. Siciliæ olim episc. sub archiep. Syracusano, excisa, in ora occidua, ubi nunc *Caronia* castrum, teste Faz. media inter Cephaledium ad merid. & Agathyrium ad septentrion. 30. mil. pass. ab Alontio 12. vide Halesa. Pop. Halesini Cic. & Plin.

Strab. Alalcomenæ opp. fuit Bœotiæ ad lac. Copaidem inter Haliartum & Coroneam, templo Minervæ clarum; cujus mem. Stat. lib. 7. Theb.

" *Ducis Ithonæos, & Alalcomenæa Minervæ*
" *Agmina.----*

Arnob. Alamanni, Alemanni al. vide ibi. Sic & apud Sidon. panegyr. Avit.

" *Sternebat: Rhenumque ferox Alamanne bibebas.*

Plin. Ptol. Amm. Alani, pop. Sarm. Europeæ haud procul à Mæotica palude incolentes, Roxolanis finitimi: qui nunc *Lithuani* dici putantur. Inde etiam Alanus nom. gent. De iis Claud. lib. de vict. Stilic.

" *Pro Latio docuit genti prælatus Alanæ.*

Idem de 4. conf. Honorii,

' *------in Latios ritus transistis Alani.*

Ptol. Alata castra *Edenburgh*, urb. & regia Scotiæ. vide Agneda, olim & Edinodunum dicta putatur, teste Buchanano.

Liv. Front. Plauto. Alatrium, quod & Aletrium, & Alatrum Frontino, *Alatri*, col. & urb. episc. Latii in Hernicis Verulo proxima, ab eo 5. mil. pass. ab Anagnia 7. Ferentino propior, à Præneste 15. quot à Sora Anagniam versus.

Ptol. Alauna, Alone Ant. *Allaway* teste Camd. opp. Albionis in Damniorum finibus, inter Galavam 12. & Galacum 19. mil. pass. Mediolanum versus, à Clanoventa 30. [Camd. *Whitley* inter Cumbr. & Northumbr.]

Ptol. Alauni pop. Sarmatiæ Europææ, quorum reg. *Volhinia* teste Lud. Decio putatur in regno Polonico, inter Poloniam ad occ. Lithuaniam ad ort. & Russiam ad merid. sita. Cujus urb. primaria Luceoria.

Ptol. Alaunius fluv. inter Isacam & Trisantonem per agrum Durotrigum juxta *Christchurch* fluens. vide Halænus, prout in cod. Græco Ptol. legitur. Ortelio *Avon*.

Alaunus, *Alne*, seu *Northtyne* ex tab. fluv. Albionis in Northumbria per *Alnewick* in oceanum fluens.

Ptol. Alauona, Allabona Ant. *Alagon*, opp. Hisp. Tarracon. ad Iberum fluv. in Arragoniæ regno, inter Cæsaraugustam 4. & Belsinum in occ. 6. leuc. à Turiasone & Tutela urbibus 10. in ort.

Plin. Alazon, Alazonius Strab. Alazona Val. Flacco, fluv. Asiæ Iberiam ab Albania secernens, ac in Cyrum influens. De quo Val. Flacc. lib. 6. Argon.

" *Hiberni qui terga Noæ gelidumque securi*
" *Eruit, & tota non audit Alazona ripa.*

Plin. Alba, *Tardera* teste Flor. fluv. Hisp. citerioris per Catalauniam in mare apud Blandas delabens, à Barcinone 9. leuc. in Bor.

Ptol. Alba Augusta, *Aubenas* teste Jac. Dalechampio, opp. Gall. Narbon. in finibus Vivarensium, à Vivario urb. ad 6. leuc. in occ. distans.

Plin. Alba Heluiorum, seu Heluorum, *Alby*, urb. Gall. Narbonens. in Arvernorum & Ruthenorum conf. episc. sub archiep. Bituricensi, fere media inter Tolosam & Ruthenos, 12. leuc. utrinque, à Carcasone 15. à Biteris 21. in Bor. Quæ & Albiga posterioribus dicta est.

Vet. inscrip. Alba Julia, prius Apulum, *Weissenburg*, & Hungarice *Gyula feiervar*, urb. Transylvaniæ, & principis sedes, col. Daciæ, episc. sub archiep. Colociensi, inter Claudiopolim & Cibinium, utrinque 7. leuc. à Corona 18.

Cicer. Alba longa, *Alba* adhuc, urb. Latii excisa antiquior Roma, ab Ascanio an. 32. post excidium Trojæ condita, anno mundi 3066. manet episcopatus Cardinalibus tribui solitus, ab urbe Roma 16. mil. pass. Illam circumstant castra Albanum, Savellum, & Gandulphi, ex ruinis ejus, ut ferunt, constructa. Pop. Albani. De Alba Tibull. lib. 2. *Plin. Liv. & al.*

" *Albaque ab Ascanio condita Longa duce.*

Virg. lib. 6. Æn.

" *Unde genus Longa nostrum dominabitur Alba.*

& lib. 5.

" *Albani docuere suos: hinc maxima porro*
' *Accepit Roma------*

Ea prorsus jacet à Rom. deleta; velut mater à filia.

Alba Marsorum *Albi*, col. deducta cum Esernia, & urb. Latii in finibus Marsorum, nunc opp. & com. Aprutii apud lac. Fucinum, à quo 3. mil. pass. abest, ab urbe Roma 48. ab Aquila 21. à Taliequitio 8. in ort. Sulmonem versus. Pop. Albenses. De Alba Sil. lib. 8. *Plin. Liv. Festo, & al.*

" *Alba sedet campos, pomisque rependit aristas.*

Alba Pompeia *Alba*, col. & urb. Liguriæ episc. sub archiep. Mediolanensi ad Tanarum fluv. urbs Montisferrati ab Asta 12. mil. pass. in occ. ab Augusta Taurinorum 28. Aquas Statiellas versus 18. Pop. Albenses. *Plin.*

Alba Regalis *Stulweissenburg*, urb. Pannoniæ sup. in Hungaria cisdanubiana, intra paludem, olim regum coronatione clara & sepultura, nunc sub Turcis, à Buda supra 30. mil. pass. quot à Strigonio in austrum recedit, à Vienna 30. leuc. in Eurum, Vesprinio urbi episc. vicina ad 3. leuc. *Scrip. Pann.*

Alba Virgaonensis, Plinio Alba & Virgao, *Ariona* teste Mor. ex lap. vetusto, opp. Hisp. Bæticæ apud Gienen urb. à Tucci 3. leuc. *Vet. insc.*

Alba opp. fuit Germ. apud Nicri fluv. ulteriorem ripam: cujus ager adhuc *Alb* in sylva nigra & duc. Wirtembergensi nominatur. *Fl. Vopisco.*

Alba quoque fluv. Hisp. citer. apud Emporias mari exceptus: ex quo *Rio de Ampurias* appellatur. Alter in Gall. Narbon. *Riderens*. Alius in Camp. Gall. Belg. vulgo *Aube*. *Plin.*

Albana *Bachu* ex tab. recent. urb. Albaniæ, & empor. ad Caspium mare, quod ex illa *Mar di Bachu* nominatur, ultra Portas Ferreas urbem & emp. in Bor. distans. *Ptol.*

Albani pop. Macedoniæ, quorum reg. *Albania*, & ipsi *Albanesi* dicuntur: eorumque urb. Albanopolis est inter alias. *Ptol.*

Albania, sic à populorum colore nominata reg. Asiæ mari Caspio ad ortum incumbens, Iberiæ ad occ. & Atropatiæ ad merid. contermina, *Zuiria* magna ex parte, & *Chipicche* ad occ. & *Zitrachan* ad arctos test. Nig. & Cast. dicta. urbes clariores Albana, & Osica. Albania quoque Scotia (pars Albionis ad arctos) dicta est, teste Hectore Boeth. nunc etiam *Albayn* pars Scotiæ mediterr. *Ptol.*

Albanopolis, *Albanopoli* Mol. & aliis, urb. Macedoniæ mediterr. Albanorum metrop. à Dyrrachio supra 40. mil. pass. & à Lisso 35. in ort. *Ptol.*

Albanum *Albano*, villa erat Latii circa Velitras urb. ab urbe Roma ad 20. mil. pass. via Appia distans. Ejus mem. Hor. lib. 2. ep. 1. *Cic. Procop.*

" *Dictitet Albano Musas in monte locutas.*

Albanus mons *Monte Albano*, mons & lac. Latii, qui *Lago di castel Gangolfo* dicitur, ab urbe Roma 16. mil. pass. apud Albam urb. Ejus mem. Mart. lib. 4. *Liv. & al.*

' *Albanos quoque Tusculosque colles.*

Lacus vero Prop. lib. 3.

" *Albanusque lacus socii Nemorensis ab unda.*

Albanus, Albius Strab. *Auff der Alben* teste Laz. mons Pannoniæ sup. in Norici & Iapydiæ confinio. *Ptol.*

Albanus,

Plin. Ptol. Albanus, *Cohan* Mol. & aliis, fluv. Albaniæ in Asia in mare Caspium influens, à quo regioni nomen esse videtur, sic ab incolis teste Matth. Michovio dictus.

Sidon. Albia, & aliis Albiga, *Alby* urb. Gall. Narbonens. Pop. Albienses Sidonio Apollinari. vide Alba Heluiorum.

Ptol. Albiana, *Roccha piana* Castal. opp. seu potius hodie pag. Corsicæ mediterr. in ora ad merid. versa, apud Pacoriam, inde 9. mil. pass. Fiseram versus.

And. Alc. Albiatum, & Abiatum cognomento crassum, *Abiagrasso*, opp. Insubriæ amplum in agro Mediolanensi, inter Mediolanum 14. & Viglebanum 6. mil. pass. occurrens.

Cæsar. Albici, *Albic* teste Rob. Cœnali, pop. Aquitaniæ, quorum opp. sic vulgo appellatur. Sed Cæsar hos in Gall. Narbonens. supra Massiliam describit. Albienses à Strab. post Salyes locati.

Greg. Tur. Albiga *Alby*, urb. episc. Gall. Cadurcis finitima, sic à Gregorio Turonens. & in lib. conc. dicta. vide Alba Heluiorum. sita est ad Tarnem fluv.

Plin. Strab. Albingaunum, Albigaunum Ptol. *Albenga* urb. Liguriæ littoralis episc. sub archiep. Genuensi, inde 60. mil. pass. in occ. Albintemelium versus 40. Pop. Ligures Ingauni Strab. & Albingauni Vopisco.

Ant. Albiniana castra *Alphen*, vic. hodie Batavorum in Hollandia inter Lugdunum & Trajectum inferius, à Lugduno 2. leuc. in merid. Werdam versus totid. Sunt qui Albina, & Albimana legunt.

Ptol. Albiniminium *Vintimiglia*, urb. Liguriæ episc. vide Albintemelium.

Cic. Albintemelium, Albintimilium Tac. Vintimilium Var. *Vintimiglia* urb. Liguriæ littoralis episc. sub archiep. Mediolanens. ditionis tamen Genuensium, inter Albingaunum 40. & Nicæam ad occ. fere 20. mil. pass. Pop. Intemelii apud Liv.

Arist. Plin. & al. Albion, Aluion Ptol. quæ & Britannia, ins. maxima Europæ in oceano Galliæ & Germaniæ adjacens, à Gallia 30. mil. pass. in Bor. distans; in Britanniam primam (quæ est Anglia, vulgo *England*) & Britanniam secundam (quæ est Scotia, *Scotland* vulgo incolis dicta) in duo regna divisa, inter Cantium prom. ad ortum & Bolerium prom. ad occ. ad 400. mil. pass. lata, longa vero inter austrum & septentriones supra 800. Angliæ regia est Londinium, Scotiæ Edimburgum; tametsi nostra tempestate rex Scotus, Anglis regibus deficientibus, utriq; dominatur.

Sen. Stra. Plin. & al. Albis *Elbe*, fluv. maximus Germ. in finibus Slesiæ oriens, in meridiem primum, deinde in occ. postea in septentriones per Bohemiam, Misniam, & Saxoniam in oceanum fluens, infra Hamburgum urbem Holsatiæ maximam, Dresda, Torga, Viteberga, Magdeburgo, Luneburgoque, urbibus præclaris irrigatis. Ejus mem. Claud. lib. 1. de laudibus Stilic.

' *--------mediumque ingressa per Albim*
" *Gallica Francorum montes armenta pererrent.*

& alibi.

Ptol. Albistrum, *Ursimarso* nunc, teste G. Bar. opp. Brutiorum mediterr. in Calabria citer. ad Apenn. mont. radices, apud Laum fluv. inter Laum opp. 10. & Cerillos 12. mil. pass. à Marcopoli ad 30. in occ. vide Abystrum.

Strab. Albium seu Albius, *Alben* Laz. mons Iapodum in Carniola reg. Alpes apud Idrum opp. attingens. vide Albanus. in eo argentum vivum effoditur apud Avendonem opp. inter Justinopolim urb. Histriæ & Labacum Carniolæ metropolim ad 40. mil. pass. ubi Albium opp. seu castrum Albens.

Strab. Albium Intemelium. vide Albintemelium.

Strab. Albius mons Iapodum (*Byrramerwaldt* incolis) ingens, ex quo Colapis fluv. profluit, qui & *Alben* nominatur ad occ. ubi Albium opp.

Albona, quæ & Aluona Plin. Aluum Ptol. *Albona* opp. Histriæ ad sin. Flanaticum, apud Arsiæ fluv. ostia, in Illyrici conf. à Pola urb. 21. mil. pass. in Bor. Pop. Albonenses Plin. *Plin.*

Albula, qui & Tiberis teste Plin. sic ab aquarum albedine dictus, *il Tevere*, fluv. Hetruriæ notissimus Romam interluens. vide Tiberis, seu Tyberis. De ea Ovid. lib. 5. fast. *Plin. & al.*

" *Venit & Alcides turba comitatus Achiva:*
" *Albula, si memini, tunc mihi nomen erat.*

Albula altera, quæ & Albulates Plin. fluv. Piceni in Aprutio per fines Præguttiorum inter Asculum & Interamnam urbes fluens in mare Hadriaticum, *Librafatta*, & *Liberata* seu *Vibrato*. *Plin.*

Albulæ aquæ *Bagni di Tivoli*, aquæ salutares apud Tybur urb. quæ in Anienem fluv. excipiuntur. De quibus Mart. lib. 1. *Vitruv. Pauf. Plin. & al.*

" *Itur ad Herculei gelidas qua Tyburis arces,*
' *Canaque sulfureis Albula fumat aquis.*

Albunea sylva, & Albuneus fons, in montibus apud Tybur urb. & Anienem fluv. nunc etiam *Albuna* vulgo dictus. Cujus mem. Virg. lib. 7. Æn. *Virg.*

" *Consulit Albunea, nemorum quæ maxima sacro*
' *Fonte sonat:-----*

Alburnus, *Alborno* teste Cittadino, ac Mazzella, mons Lucaniæ apud Silarum fluv. in Lucanorum & Picentium conf. à Salerno ad 30. mil. pass. Is nunc varie nominatur, *Montagna di Sicignano*, & *M. della Petina*, teste Celso Cittadino, apud Auletam opp. unde Tanager fluv. profluit. De eo Virg. lib. 3. georg. *Vib. Seq.*

" *Est lucos Silari circum, ilicibusque virentem*
" *Plurimus Alburnum volitans, cui nomen asilo.*

Est & Alburnus nomen piscis apud Auson. in Mosell.

Alcathoe urb. Achaiæ. vide Megara: nam eadem illi est. Cujus inter alios meminit Ovid. lib. 1. trist. *Ovid.*

" *Et quos Alcathoes memorant à mœnibus ortos.*

Alchippe. vide Archippe. *Plin.*

Alcimoennis urb. Germ. quæ nunc teste Althamero Ulma, & vulgo *Ulm* nominatur, urbs libera Sueviæ, inter præcipuas ad ulteriorem Danubii ripam, ab Augusta Vindelicorum 9. leuc. Eslingam versus totidem. *Ptol.*

Alcinoi horti in Corcyra ins. memoratissimi fuere, Alcini ab Homero dicti, ab Alcinoo rege Phæacum exculti. Horum mem. Virg. lib. 2. georg. *Virg.*

" *Pomaque, & Alcinoi sylvæ: nec surculus idem.*

Mart. lib. 10.

" *Regius Alcinoi nec mihi servit ager.*

Stat. lib. 1. sylvar.

" *Quid bifera Alcinoi laudem pomaria? vosque.*

Alcinoi horti apud Phæac. miræ amœnitatis fuisse feruntur, ut in proverbium transierint apud Tertull. & Gregor. Nazianz. de loco divitiarum seu deliciarum pleno; & per metaphoram de libris eruditione plenis: sicuti & *Alcinoi mensa* apud eundem, de lauta & opipara mensa.

Alcluith, *Dunbritton* teste Hectore Boethio, opp. Scotiæ apud Cludam fluv. sive ejus ostia, à Glasquo urb. 5. mil. pass. in occ. quasi castrum Britonum, inter Scotiæ emporia. *Beda.*

Alcyonium stagnum esse in agro Corinthiaco fertur: ejus profunditas multis funibus connexis non potuit explorari. quod & Amphiarai fons, teste Pausania dictum est. Mare quoque in sin. Corinthiaco Alcyonium seu Halcyonium dictum ferunt, quod in eo se Halcyone (postea in avem conversa) Ceycis filii Luciferi uxor, audita viri morte naufragio perempti, præcipitarit; illudque mire tranquillum reddi, dum aves halcyones ova pariunt. De qua re Ovid. lib. 11. metam. *Pauf.*

" Intubat Halcyone pendentibus æquore nidis.

Alcyone etiam teste Plin. opp. fuit Thessaliæ ad sin. Maliacum, ex cujus ruinis Methone opp. exstructum, ad quod Philippus pater Alex. altero oculo orbatus est.

Dionys. Afro. Aldescus fluv. Sarmatiæ Europææ, qui in Panticapen influit, ac uterque per Podoliam fluens in mare Euxinum excipitur. De eis Dionys. Afer de situ orbis,

" Hic sunt Aldesci, Panticapæque fluenta.

Cæs. Alduasdubis, Dubis aliis, *le Doux*, fluv. Sequanorum maximus per Burgundiam com. ex Jura mont. in Ararim fluens. vide Dubis.

Plin. Pauf. Alea opp. fuit Arcadiæ, cujus ruinæ apud Tegeam urb. cernebantur teste Pauf. ab ea urbe 10. stad. distantes.

Alecta *Alette*, urb. Gall. Narbon. episc. sub archiep. Narbonensi.

Cedr. Alectryopolis *Alesterosori*, urb. Macedoniæ episc. sub archiep. Philippensi, inter Philippos & Thessalonicam.

Vet. Trad. Alectum, postea Dei donum, *Dondy*, seu *Dundee* teste Camd. cum aliis, opp. Scotiæ in ora ad ortum ad ostia Tai fluv. inter Andreapolim & Brechinium urbes ad 12. mil. pass. occurrens.

Strab. Plin. Aleius campus, locus Lyciæ apud Chimæram mont. in quo Bellerophontes, cum à Pegaso ab œstro agitato excuteretur, cecidisse, & periisse traditur.

Spart. Amm. Alemanni, Alamani Steph. Alamanni Arnobio, & Sidon. pop. Germ. Galliæ Belgicæ & Rhætiæ proximi, in Suevia quondam incolentes. Nunc omnes Germani Alemanni etiam dicuntur, vulgo apud Italos *Alemani*. Horum reg. Alemannia *Alemagna* nominatur, Rhætiam præsertim, Helvetiam, & Sueviam complectens. De qua Claud. de laud. Stilic. lib. 1.

" Oravit, jungique tuis Alemannia signis.

Tac. Alemannus *Altmul*, fluv. German. ex Suevia ortum habens, ac per Aureatum urb. (nunc Aichstatum) in Danubium inter Ingolstadium & Ratisponam influens.

Vet. Trad. Alenconium, *Alenzon* teste Rob. Cœnali, opp. Gall. Celt. in Normanniæ & Belsiæ conf. duc. titulo insigne, ac Sagio urb. propinquum, inde leuc. inter Lutetiam 27. & Abrincas 18.

Plin. Ptol. Aleria col. & urb. Corsicæ marit. in ora orientali, episc. sub archiep. Pisano, excisa, manente episcopatu, à Mariana urb. etiam extincta 30. mil. pass. in ortum distans.

Pauf. Ales fluv. Ioniæ frigidissimus, juxta Colophonem urbem fluens: qui Plin. Aleon dici videtur.

Cic. Alesa urb. Siciliæ. vide Halesa. Hinc Alesinus, ut urbs Alesina apud Cic. in epist. famil.

Cæs. Alesia, Alexia Liv. & aliis. vide ibi.

Strab. Alestes *Rio di Braga*, fluv. Hisp. per Bracaram urb. fluens, teste Vasæo. Sunt qui hunc *Cavado* dici putent; sed hic Celandus veteribus dictus est.

Vet. Insc. Alesus, *Pettineo* teste Faz. fluv. Siciliæ Aletam opp. alluens, ac in mare inter Cephalodium & Halesam influens.

Sil. Alesus item fluv. Thusciæ juxta Alsium fluens, nunc *Sanguinara*, teste Ortel. vocatus.

Ptol. Aleta opp. geminum: unum Illyrici in Dalmatia mediterr. *Mosth* hodie, teste Nig. Alterum Siciliæ eversum, ubi nunc opp. Sancti Marci, teste Faz. in ora occid. inter Cephalodium & Halesam. Alicya Cic. dicta videtur, ut rudera testantur.

Ex vit. S. Maclovii Aletha, postea Maclovium, seu Maclovopolis, *S. Malo*, urb. Gall. Celt. in Britannia minore ad Rinctum fluv. in ora contra Aaronis insulam, à Dola 4. leuc. in Bor. à Rhedonis 14. episc. sub archiep. Turonensi.

Aletium *Lecci*, urb. Salentinorum seu Japygiæ episc. sub archiep. Hydruntino, inter Brundisium ad occ. & Hydruntum ad ort. 24. mil. pass. primaria regionis, ac totius regni post Neapolim clarissima, à Tarento 50. mil. distans. Plin. Ptol.

Aletrium, Alatrium Liv. *Alatri* urb. Latii episc. in Hernicis, inter Anagniam 8. & Soram 15. mil. pass. Pop. Aletrinates Plin. Strab. Plin.

Alex, *Alesso* teste Bar. fluv. Locrorum, terminusque Brutiorum, quos à magna Græcia separat, agrum item Locrensem olim à Rhegino dividens. Scribitur etiam cum adspiratione Halex. Strab. Thucyd.

Alexandria urb. multiplex.

1. Ægypti in ora ab ostio Canopico 12. mil. pass. in occ. cognomento magna, opus Alexandri magni, *Scanderia* Turcis, & *Alessandria* Italis, urb. patriarch. & emporium celebre, quo ex India merces, presertim aromata per universam Europam distribuenda advehuntur. Olim ante Cairi erectionem (à quo itinere quatridui distat) clarior, ab Alex. mag. olymp. 112. condita, à Syene ultima in austrum urbe Ægypti 600. mil. pass. in Bor. à Pelusio 200. in occ. Cyrenen versus 705. ab Hierosolymis 400. Hinc Alexandrinus nomen gent. Prop. lib. 3. Strab. Pl. Ptol. & al.

" Noxia Alexandrina dolis aptissima tellus.

Alexandrini, ob cœli clementiam, apud scriptores luxus maxime notati sunt; veluti apud Quintil. lib. 1. & Ammian. lib. 22. ut *Delitiæ Alexandrinæ* in proverbio sint in molles & effœminatos. Alexandriæ aer adeo temperatus est, ut quolibet die solem videant. unde ob delicias per excellentiam πόλις dicitur, ut Roma urbs, & ἄστυ Athenæ.

2. Albaniæ ad mont. Caucasi radices, & oram maris Caspii, urb. & emp. regionis præcipuum, *Demircapi* Turcis, quasi portæ ferreæ, & incolis *Derbent*, à Tauresio seu Ecbatanis regia Persarum itinere 20. dierum distans in Bor. ubi ex Asia in Scythiam per angustias transitus est. Q. Curtio

3. Arachosiæ, *Cabul* hodie, teste Castal. regionis regia ad Arachotum fluv. à Prophthasia regia Drangarum 515. mil. pass. distans in ort. Indiam versus. Plin. Ptol.

4. Ariæ, *Heri* Cast. & al. (quod nomen etiam est ipsi provinciæ) urbs primaria & regia ad Arium fluv. inter Hecatompylon regiam Parthiæ ad occ. 565. & Bactra regiam Bactrianæ in ort. 484. mil. pass. Sunt qui *Burgian* dici velint. Ptol.

5. Carmaniæ, *Serent* teste Castal. urbs regia, & regionis primaria, inter Armuziam & Ariam. Ptol.

6. Ciliciæ, seu Syriæ in confinio, urb. episc. ad sin. Issicum, inter Issum & Seleuciam Pieriæ ad 30. mil. pass. utrinque, *Alessandretta* Italis, teste Nig. & *Scanderone* Turcis, teste Leunclavio. Steph. Ptol.

7. Marginæ, *Indion* hodie dici putatur in tab. recent. urb. præcipua & emporium earum regionum. Plin.

8. Statiellorum, *Alessandria*, urb. Liguriæ non obscura ad Tanarum fluv. illam interfluentem, ampla, ubi præsidium ingens Hispanorum, episc. sub archiep. Mediolanens. inde 52. mil. pass. in austro-libycum, media fere inter Genuam ad ort. & Augustam Taurinorum ad occ. est ad 40. mil. p. episcopalis ab Alexandro 3. pont. max. (à quo & nomen habet, cum prius Cæsarea diceretur, ex quatuor pagis, Marico, Gamundio, Roboreto, & Burgolio, cum aliis 4. Quadringento, Solerio, Oviliis, & Foro constructa) effecta. Ibi pons lapideus amplus, & longitudinis admirandæ. *Alessandria della paglia*.

9 Troadis, quæ & Troas, (quod nomen etiam regionis est, quæ & Phrygia minor) urb. episc. sub archiep. Cyziceno, inter Sigeum & Lectum promontoria: cujus vet. inscriptio sic habet, Col. Troas, Antigonia, Alexandria. Abest à Sigeo 15. mil. pass. Plin. Liv.

ab Abydo vero 27. in austr, Antandrum versus 35. Nunc locus *S. Maria* dicitur, & Turcis *Carasia*, teste Leuncl.

Josepho. Alexandrium, *Scandalia* teste Guil. Tyrio, opp. Palæstinæ in ora inter Tyrum ad Bor. & Ptolemaidem ad austrum, teste Zonara, proximas urbes.

Plin. Alexandropolis urb. Parthorum ab Alex. magno condita: cujus tamen hodie nulla exstant indicia.

Prov. Rom. Alexanum *Alessano*, urb. Salentinorum episc. sub archiep. Hydruntino, inter Hydruntum & Gallipolim ad 20. mil. pass. Leucæ urbi excisæ apud Japygium prom. cui successit, propinqua, ab Aletio 25.

Cæs. Diod. Paterc. Alexia, & Alesia, *Alise*, urbs eversa Mandubiorum in Gall. Celtica, olim metrop. nunc pag. teste Vigenereo, & Paradino, apud Flaviniacum castrum, & Semurium opp. Burgundiæ duc. à Semurio 2. leuc. ab Augustoduno urbe 16. in Bor. inter Lingones 19. & Nivernas 26. Ab Hercule conditam tradit Diod. Sicul. l. 5. Quidam illam *Arras* falso indigitant, cum *Arras* sit in Belgio.

Prov. Rom. Algarium *Algher*, urb. Sardiniæ marit. in ora occ. episc. sub archiep. Turritano, à Sassari 18. mil. pass. quot ab Ampuriis in ort.

Strab. Liv. & al. Algidum *Roccha del Papa*, opp. Latii Tusculo finitimum, ab urbe Roma paulo supra 12. mil. pass. distans.

Strab. & al. Algidum nemus *Selva dell' Aglio*, sylva Latii cum mont. cognomine (ubi quoque opp. Algidum, de quo supra) cujus mont. mem. Eutropius. Hinc Algidus nom. gent. ut Algida terra apud Ovid. lib. 6. fast.

" *Scilicet hic olim Volscos, Æquosque fugatos*
" *Viderat in campis Algida terra tuis.*

Cæs. Plin. Ptol. & al. Aliacmon, & Haliacmon (utroque enim modo scribitur apud Plin.) *Pelecas* Soph. *Platamona* Mol. fluv. Macedoniæ illam à Thessalia, teste Cæs. separans, ac in Ægæum mare inter Pydnam & Dium influens. Aliagmon apud Claud. de vict. Stilic.

" *Et frustra rapidum damnant Aliagmona Bessi.*

Apud Ptol. penult. in obliquo longa est. Amnis est rapidissimus & præceps, accolas multis malis afficiens.

Paus. Ptol. Aliartus, & Haliartus, opp. geminum, unum Bœotiæ ad Copaidem lac. juxta Permessum fluv. Coroneæ & Platæis teste Strab. proximum, quod an exstet hac tempestate, incertum est. Alterum in Peloponneso, in ora Messeniæ apud Messenen, *Neocastro* teste Nig. *Arcadia* Mol. Sed *Arcadia* Cyparissia Strab. seu Cyparissæ Ptol. est. Ejus mem. Stat. lib. 7. Theb.

" *Gargaphye: quorumque novis Aliartus aristis*
" *Invidet.*--------

Vet. Insc. Alietum *Isola*, opp. Histriæ in ora inter Justinopolim & Piranum ad 5. mil. pass. dissitum. Ptol. in Messeniæ & Elidis conf. apud ostia Alphei, inter illa & Cyparissium prom. esse videtur, ab Araxo prom. Elidis 45. mil. pass. in merid. Methonem versus.

Ptol. Alinda urb. Cariæ episc. sub archiep. Stauropolitano, mediterr. Mylasæ & Stratoniciæ propinqua.

Sidon. & Paulin. Alingonis portus, Alinganiensis Greg. Turonens. *Langest*, al. *Langon*, opp. cum portu Aquitaniæ apud Garumnam fluv. inter Burdigalam 6. leuc. & Vassates 3. teste Franc. Belforestio.

Lib. Not. Alion, *Lancaster* quibusdam, urbs Albionis in Cumbria, nobilis comit. cognom. caput, ab Eboraco 55. mil. pass. in occ. & à Carleolo 42. in merid.

Hor. Ptol. Alipha, Allipha, & Allifa Plin. & Liv. vide ibi. urb. Samnii episc. sub archiep. Beneventano, pene deserta. inde Aliphanus nom. gent. Hor. lib. 2. sat. 8.

" *Invertunt Aliphanis vinaria tota*
" *Vibidius Balatroque*------

Ant. Lib. Not. Alisca, *Almaz*, ut alicubi Laz. videtur, opp. Pannoniæ infer. ad Danubium, inter Budam & Colociam, inde 7. hinc 5. leuc. Sed alibi Anamascia est *Almaz* eidem.

Tac. Aliso *Isselburg*, opp. Germaniæ inferior. ad fluv. *Ysel* in Rhenum influentem, in Geldria, ab Embrica & Calcaria 2. leuc. in ort. teste Hieron. Verrutio: sed teste H. Junio est *Wesel*, urb. lib. ad Rhenum in duc. Clivensi, à Clivia 4. leuc. Col. Agrippinam versus fere 12. Priori sententiæ Ortel. adhæret.

Dion. Aliso *Ysel*, fluv. Germ. infer. Alisonem opp. de quo supra, alluens, ac in Rhenum, seu fossam Drusianam apud Duisburgum opp. influens.

Ptol. Alista *Ista*, opp. seu pag. nunc Corsicæ, teste Pineto, apud Portum novum, inter Bonifacium opp. & port. Philonium.

Ptol. Alisum urbs Germ. *Helprun*, *Hailprun*, seu *Hailbrun*, quasi salutis fons, urb. lib. Sueviæ ad Neccarum fluv. inter Stutgardiam metrop. duc. Wirtembergens. ad merid. 7. & Heidelbergam metrop. Palatinatus Rhenensis in Bor. 5. leuc. occurrens, Wimpinæ proxima, 2. leuc. distans.

Ant. Alisuntia *Alsitz*, fluv. Gall. Belg. per duc. Lucemburgensem in Mosellam supra Treviros una cum Sura influens; qui & *Als* aliis nominatur: unde urbi, quam alluit, nomen, licet depravate; Luzelburgum enim quasi *l' Alsburg*, & Latine Alisuntieburgum dicitur; à qua urbe nomen est ducatui Luzelburgensi, seu Lucemburgensi, quæ urb. à Treviris 6. leuc. abest in occ. de fluv. Auson. in Mosell.

" *Stringit frugiferas felix Alisuntia ripas.*

Ptol. Alisus *Parthen*, seu potius *Bart*, urb. Germ. in ora Boreali maris Baltici, in Magnopolitani duc. & Pomeraniæ confinio, inter Rostochium & Sundim, inde 6. hinc 3. leuc. dissita. vide Bardi.

Ant. Allabona, sive ut aliqui cod. habent Allabova, opp. Gall. Narbon. vide Alapuntis, sive Alabuntis.

Scrip. Scot. Allectum prius, postea Dei donum, *Dundee*, opp. Britanniæ 2. seu Scotiæ mediterr. in Angusia reg. ab Andreapoli supra 12. mil. pass. in Bor. vide Hect. Boeth.

Liv. Luc. & al. Allia, fluv. Sabinorum per Crustumenos in Tiberim apud Eretum opp. fluens, vulgo *Caminate*, teste Leand. & *Rio de Mosso*, teste Blond. 300. Fabiorum cæde memorabilis: unde dies Alliensis pugnæ inter alios apud Rom. infaustus. De quo Virg. lib. 7. Æn.

" *Quosque secans infaustum interluit Allia nomen.*

Lucan. lib. 7.

" *Et damnata diu Romanis Allia fastis.*

Ob Rom. ibi cæsos à Gallis Senonibus duce Brenno.

Ptol. Strab. Allipha, Allifa Liv. Alipha Hor. & Alliphæ Str. *Alife* urb. Samnii episc. sub archiep. Beneventano, inde 25. mil. pass. distans, quot à mont. Casino, à Capua 20. à Callatia 12. inter Teanum & Venafrum ad 15. hac tempestate pene jacens, & à paucis habitata, in planitie. Cujus episcopus Pedemontii oppido, quod Pes montis Allifæ nominatur, ad 2. mil. pass. proximo residet. De ea Sil. lib. 8.

" *Allifæ, & Clanio contemptæ semper Acerræ.*

Cæs. Plin. & al. Allobroges, & Allobryges Ptol. pop. Gall. Narbonens. inter Hisaram fluv. Alpes Graias, lacum Lemanum, & Rhodanum fluv. contenti. Quorum caput est Vienna, & reg. Sabaudia cum parte Delphinatus. Unde male Allobroges à quibusdam Delphinatus appellantur, cum Vienna tantum cum Granopoli ex urbibus Delphinatus in Allobrogibus numerentur. Horum mem. Auson. in catal. urbium,

" *Insinuant qua se Sequanis Allobroges oris.*

Et Hor. epod. 16.

" *Novisque rebus infidelis Allobrox.*

Urbes

Urbes primariæ Allobrogum.

Civaro	Mauriana
Geneva	Tarantasia
Gratianopolis	Vienna.

Ant. Alma *Arbia*, fluv. Hetruriæ per agrum Senensem in Umbronem fluens, Bonumque Conventum opp. à Sena 12. mil.pass. in via quæ Romam ducit, alluens. Est & Alma Eutrop. mons Pannoniæ apud Sirmium. vide Almus.

Plin. Almedessus, Almydissus Ptol. opp. Thraciæ in ora maris Euxini inter Byzantium & Apolloniam apud Thyniæ prom. occurrens. Scribitur & Halmydissus, nunc quoque *Halmydis* apud Stagnarum opp.

Script. Lothar. Almentia, sive Almantia, *Amance*, opp. Gall. Belg. in Lotharingia olim præcipuum (ibi enim erat regionis conventus) à Nancæo 2. leuc. in Cæc. Morhangas versus 6. distans. vide Amantia. Almantia quoque opp. Orestidis reg. Maced. ab Amantia & Aulone haud valde distans in ort. *Auostma*.

Prov. Rom. Almeria *Almeria*, urb. Hisp. Bæt. littoralis episc. sub archiep. Granatens. unde 21. leuc. abest, ab Acci 15. in austrum, inter Charidemum prom. & Abdaram olim urb. (cui successit in episcopali dignitate) ad 7. leuc. in occ. distantem. olim Magnus Portus. vide ibi.

Ant. Almiana *Albegna*, fluv. Thusciæ ex Tuniato mont. in mare inter Telamonem & Herculis portum apud Urbatellum exiens. Scribitur & Amiana.

Ovid. Almo *Dachia*, fluviolus territ. Rom. ex via Appia in Tiberim labens: dicitur & *il Rio d' Appio*, haud procul à porta Capena decurrens. In eo sacra quæ Cybelæ fiebant lavabantur. unde Ovid. lib. 4. fast.

" *Illic purpurea canus cum veste sacerdos*
" *Almonis, dominam, sacraque lavit aqua.*

Luc. lib. 1.

" *Et lotam parvo revocant Almone Cybelem.*

Aur. Vict. Vop. Almus *Arpatarro*, mons Pannoniæ infer. apud Sirmium urb. quem Probus imp. vitibus exornasse fertur. Dicitur & *Tarczal* incolis, teste Laz. & teste Jacobo Luccaro *Eruscka*. ubi pag. plures à Turcis vastati.

Ex vit. S. Landelini Alna *Alne* & *Aulne*, pag. Hannoniæ 3. leuc. à Laubaco opp. distans.

Alnia sive Alniensis pagus, *Aulny*, pag. Aquitaniæ in territ. Engolismensi, ab Engolisma 12. leuc. à Santonis 8. in Bor. alias opp. haud adspernendum. De eo in histor. revelationis cap. S. Jo. Baptistæ.

Pomp. Melæ. Alone, Alonæ Ptol. *Alicante*, urb. Hisp. Tarracon. in ora littor. regni Valentini, à Valentia 23. leuc. in aust. Carthaginem versus, à Murcia 13. in ortum. Alone etiam apud script. Britann. Lancastrensis urbs appellatur. Est & ins. Propont. apud Cyzicum; vide Halonnesus: & ins. Æolidis inter Lebedum & Teios, teste Plin.

Ptol. Alontium, S. *Filadelfo* teste Faz. urbs Siciliæ in ora occ. eversa inter Halæsam & Agathyrium 12. mil. pass. dissita. Ex ruinis S. Philadelphi opp. constructum est. vide Haluntium.

Plin. Alopece, Alopecia Strab. & Ptol. (cui etiam Tanais dicitur) ins. Mæotidis ante Tanais fluv. ostium, *l' isle des Renards* apud Pinetum.

Ptol. Alorus, Olorus Plin. *Dianoro* nunc ex tab. recent. opp. Macedon. mediterr. inter Deborum & Iorum.

Polyb. Liv. & al. omnibus. Alpes montes sunt excelsi, (qui Italiam separant à Gallia, & à Germania) *l' Alpi* Italis, *Alben* Germanis dictæ: quæ multiplices sunt, variaque pro locorum diversitate sortiuntur nomina. Quarum longit. est 3000. stad. teste Liv. Harum poetæ omnes mem. Lucan. præsertim lib. 1.

" *Jam gelidas Cæsar cursu superaverat Alpes.*

Dicitur & Alpe num. sing. apud Claudianum. Illarum series sic se habet à littore maris Gallici inchoando.

Ptol. Maritimæ, quæ & littoreæ, Cottiæ, Pœninæ, & Graiæ, à Gallia Narbonens. dividunt: Maritimæ quidem, quæ *le Montagne di Tenda*, teste Pingonio, dicuntur, à Provincia, incipiuntque à Nicæa, Barcinonetamque opp. usque protenduntur, inter Provinciam & Liguriam extensæ.

Cottiæ, quæ & Cottianæ à Tac. nominantur, *Moncenis*, Delphinatum à Taurinis, hoc est à parte Pedemontani principatus, (per quam Padus fluv. decurrit) dividentes. *Sueton.*

Graiæ, *M. di S. Bernardo piccolo* teste Pingonio, Allobroges, hoc est Sabaudos à Salassis, sive à valle Augustana discludunt. Graius mons apud Sen. & Tacit. Harum pars est mons Sempronius. *Plin.*

Pœninæ *M. di S. Bernardo maggiore*, quæ ab Allobrogibus & Sedunis partem principatus Pedemontani & Insubriæ dividunt. *Tac.*

Summæ, Adula mons aliis, *M. di S. Gothardo*, Pœninis contiguæ, Helvetios ab Insubribus seu parte ducatus Mediolanens. separantes; quarum radices ad lacum Verbanum perducuntur, *Gothardsberg* Germanis, teste Scudo. Ex his tria flum. Rhodanus, Ticinus, & Rhenus fluunt. *Cæs.*

Lepontiæ Summis, ubi Rhenus ortum habet, junguntur, ubi Lepontii pop. *M. di S. Bernardino* dici videntur. *Plin.*

Rhæticæ, quæ & Juga Rhætica, *M. Braulio*, & Germanice *Wurmserloch*, teste Scudo, Rhætos à reliquis Insubribus dividentes. Inde Oenus per Noricos, Athesis per Venetos Cenomanos, & Addua per Insubres flumina derivantur. *Plin. & Tac.*

Tridentinæ, quæ ad occ. *M. Bernina*, & *M. di S. Nicola*, ad ort. *M. Zelam*, (unde Medoacus fluv. & Anassus profluunt) dicuntur, aliaque tenent nomina, comitat. Tirolensem à Venetis separantes. *Cassiod.*

Noricæ, quæ apud Melam mont. Taurus dicuntur, *Taurn*, inter comit. Tirolensem, Salisburgensem tractum, & Carinthiam intersitæ; circa Villacum *Villacher Alben*, & apud Salisburgenses *Swanberger*, aliisque nominibus appellatæ. *Marcell.*

Juliæ, quæ & Carnicæ Ptol. & aliis dicuntur, inter Noricos & Carnos, seu inter Carinthiam partem Norici, & Forum Julium, Carnorum seu Venetorum regionem, intercedentes, atque in Hadriaticum mare terminantes. Quæ adhuc *Zeglie*, seu *Zuglie* nominantur. *Tac.*

Alphabucelis, *Avezzano*, ut aliquibus videtur, opp. Marsorum ab Alba 8. mil. pass. distans Piscinam versus, ab Aquila ad 24. *Ptol.*

Alpheus, Alpheius Ptol. *Orfea* teste Soph. & *Carbon*, seu *Darbon* nautis, fluv. Peloponnesi notiss. & maximus, ex Stymphalo mont. per Arcadiam & Elidem regiones in sinum Chelonitem ad occ. apud Triphyliam urbem influens, ac Olympiam alluens ab ejus ostio 80. stad. distantem. Hunc poetæ Arethusæ fonti apud Syracusas urbem Siciliæ subtus mare fluentem misceri fabulantur, cum Sicilia à Peloponneso mari ad 450. mil. pass. distet. Ovid. lib. 3. amor. eleg. 6. *Strab. Pl. & al.*

" *Quid? non Alpheon diversis currere terris*
" *Virginis Arcadiæ certus adegit amor?*

Alpini, pop. qui Alpes incolunt. Virg. lib. 6. Æn. *Plin.*

" *Aggeribus socer Alpinis, atque arce Monœci*
' *Descendens------*

Alpis *Alben*, fluv. Iapodum non in Istrum, ut Ortel. scribit, sed in Saum fluens.

Alsa *Ansa*, fluv. Carnorum apud Aquileiam fluens, exigui decursus, mari inter Gradum & Maranum exceptus, ubi Constantinus junior à Constantio fratre cæsus. Alsa alter, qui Ellus potius Latine dicitur, à quo Alsatia reg. Germaniæ. *Plin.*

Alsiatum *Alzia*, pagus non obscurus agri Mediolanens. Andreæ Alciati J. C. clarissimi patria, à Mediolano 20. m. p. Comum versus 5. apud Canturium 1. *Ex Neater.*

Alsietina

Front. & Fr. Vict. Alsietina aqua, & Alsietinus fons, aquæductus via Claudia ab urbe Roma 14. mil. pass. distans, Romam usque perductus, qui & Alsia aqua in lib. Notit. ab Alsio urbe, in cujus agro est, dictus.

Plin. Liv. Paterc. & al. Alsium *Ceri* vel *Cere*, opp. & col. Etruriæ apud oram littor. teste Fulvio ex antiqua ibi reperta inscrip. ab urbe Roma 25. mil. pass. in occ. Centumcellas versus distans. Sunt qui S. *Severa* opp. excisum inter Pyrgos 16. & Fregenas 9. mil. pass. ex Anton. itinerario interpretentur. Sil. lib. 8.

" *Alsium, & obsessæ campo squallente Fregellæ.*

Nomen ab Aleso conditore habet, ut Sil. eod. libro versu præcedente testatur.

" *Nec non Argolico dilectum littus Aleso.*

vide Cære.

Ant. Diodor. Altanum *Soreto*, opp. Brutiorum in Calab. infer. apud Medamam fluv. à Soriano opp. 8. mil. pass. Hipponium versus, à quo duplo distat. Altanum alterum opp. excisum; ubi nunc Calegnanum castrum ejusdem Calabriæ proximum Morgeto, ad 3. mil. pass. recedens.

Ptol. Altao sive Atao, opp. Maurit. Cæsariens. mediterr. quod *Calao* hodie dici ferunt.

Lib. Not. Alta ripa *Altrip*, opp. Germ. super. ad Rhenum fluv. in Palatinatu inter Spiram & Wormaciam, seu potius inter Heidelbergam & Neostatum, ab Heidelberga 2. leuc. distans, Spiræ proxim.

Lycophr. Althenus, fluv. Apul. Dauniæ sanans vulnera: cujus nullus veterum ob ejus parvitatem mem.

Strab. Plin. & al. Altinum *Altino*, urbs olim præclara Venetiæ episc. sub archiep. Aquileiensi, ab Hunnis eversa, apud Silis flum. ostium, quando Aquileia & Concordia ab Attila excisæ fuerunt, media ferme inter Patavium & Concordiam paulo supra 30. mil. pass. Illi Torcellum successit episc. sub archiep. Veneto, medium inter Venetias & Altinum 5. mil. pass. utrinque. Hujus urbis lana erat in pretio. Mart. lib. 14.

" *Nobilis: Altinum tertia laudat ovis.*

Ant. Notit. Altinum alterum, quod & Altinium, opp. Pannoniæ infer. ad Danubium in Hungaria, *Tolna* nunc, proximum Colociæ urbi in altera Danubii ripa ad 2. mill. Hung. distanti, à Buda abest 14. mill. in Eurum Teutoburgium versus.

Lib. Concil. Altisiodorum urb. Gall. Celt. episc. vide Antissiodorum.

Ex vit. SS. Belg. Altomons, Belg. pagus cum cœnobio, in Hannonia, quod nunc *Omont* dici ferunt.

Cic. Plin. & al. Aluntium, Alontium Ptol. (quod etiam Haluntium cum adspiratione scribitur) urb. Siciliæ excisa in ora occid. ubi nunc opp. *Sancti Philadelphi*, à Cephalodio 40. mil. pass. in Bor. Tyndarium versus.

Ptol. Aluta *Alth*, & *Olt*, & *Aluata* (diverse n. profertur) fluv. Daciæ maximus, Transylvaniam à Valachia dividens, ac in Istrum ex Carpate mont. apud Trajani Pontis vestigia descendens, & haud procul à Corona urbe decurrens.

Plin. Alutraenses, pop. Alpini Alpium Tridentinarum: quorum opp. seu castrum *Lodron* hodie nominatur intra montes, inter lacum Benacum & Idrium, ac inter Brixiam & Tridentum situm, comitatus titulo exornatum, à Brixia supra 30. mil. pass. distans, pluribus à Tridento.

Ptol. Aluum, seu Aluo, Aluona Plin. & Albona, *Algona*, opp. Histriæ ad Arsiam fluv. ad sin. Flanaticum, à Pola urbe 21. mil. pass. in Bor. distans. dicitur & *Albona*, unde pop. Albonenses.

Ptol. Alyacmon. vide Aliacmon, varie enim scribitur.

Ptol. Alybe, & Abila Plin. & al. Latinis script. *Sierra della Ximiera*, testib. Marmolio & Clusio, *Alcudia*, opp. & una ex Herculis columnis in Maurit. Tingit. contra Calpen alteram columnam in Hisp. Bætica, ab ea 9. mil. pass. freto Herculeo intersito distans, Septæ vicina.

Ptol. Alydda, *Luday* ex tab. recent. opp. Phrygiæ min. mediterr. Sed à Ptol. in Phrygia majore describitur.

Paus. Alyssus, fons Arcadiæ in Peloponn. morsus rabidi canis sanans.

Ptol. Herod. Amadoca, palus cum urbe ejusdem nominis in Sarmatia Europæa, ex qua Hypanis effluit, in regno Polonico. Ibi etiam pop. & montes Amadoci in Moscoviæ & Lituaniæ confinio, juxta Boristhenem fluv. haud longe ab ejus ortu.

Ptol. Amæa, Ammia Plin. urb. Lusit. quæ nunc, teste Jac. Vasconc. Portus alacris, *Portalegre* nominatur, episc. sub archiep. Eborens. Heluis finitima, ab eis 8. leuc. Scalabim versus, ab Ebora 14. duplo ab Ulyssipone.

Plin. Amœnum stagnum *Albufera*, stagnum seu palus in ora Hisp. in regno Valentiæ, inter Valentiam ad occ. & Sucronem ad ortum.

Lib. Conc. Amaia urbs episc. fuit Hisp. Tarracon. in Cantabris inter Burgos & Legionem; ubi Leovigildus Gothorum rex Romanos fudit. Aliis videtur *la Maya* opp. in Vaccais, ab Alba Tormensi 3. leuc. in austrum Placentiam versus.

Hecateo. Amalchium, Morimarusa Plin. mare septentrionale quod Scythiam alluit; quod oceanus Scythicus etiam appellatur.

Gratian. & Pro Rom. Amalphis, *Malfi* & *Amalfi*, urb. archiep. Picentinorum littoralis à Salerno 15. mil. pass. in occ. à Neapoli 26. proxima Scalis & Ravello. Hic primum magnetis usus inventus traditur.

Ptol. Amanicæ Pylæ seu portæ, *Stretto di Scanderona*, fauces & portæ Amani mont. apud Alexandriam, per quas ex Cilicia in Syriam, & è contra transitus est: quæ & portæ Ciliciæ Plin. dicuntur.

Sex. Ruf. Amantia urb. Pann. infer. episc. sub archiep. Colocensi, inde supra 6. mill. Hung. fere media inter Albam regalem & Taurunum ad 16. mil. à Buda supra 15. in aust. Pop. Amanteni Ptol. Amantes Plin. postea teste Wolf. Laz. cum aliis, Quinque Ecclesiæ, vulgo *Funfkircken*. Aliis vero *Almaz*, opp. inter Budam & Altinium ad Danubium, à Buda 8. leuc. esse videtur. aliis *Mohacz* opp. ejusd. tractus apud Danubium, inter Batham & Valkovariam, à Batha 2. leuc.

Cedreno. Amantia *l'Amanthea*, urb. Brutiorum littoralis apud sinum Napitinum ex adverso Tropææ, sub eodem episcopo, qui archiep. Rhegino subest, in Calab. citer. à Consentia 16. mil. pass.

Cæs. Ptol. Amantia item opp. Macedon. marit. in ora occid. apud Celydni fluv. ostia, inter Aulonem & Oricum opp. Epiri, nunc *Porto Raguseo*, Acrocerauniis montibus propinquum. Amantia quoque opp. Lotharingiæ, *Amance*, à Nancæo 2. leuc. in ort. distans. vide Almentia.

Plin. Amanum portus & opp. Hisp. Tarracon. in ora littorali Autrigonum in Cantabris, *Bermeo*, opp. & portus haud obscurus reg. Guipuscoæ, à Flaviobriga sive Bilbao 5. leuc. in ort. à Placentia 2. in Bor.

Cicer. Strab. Pl. & al. Amanus, *M. Nero* teste Postello cum al. & *Arevuna* teste Theveto, (contingit n. montes plura habere nomina) mons Syriæ notissimus, illam à Cilicia discludens. Ibi portæ, per quas in dictas provincias trajectus est, quæ Amanicæ, & Ciliciæ appellantur à veterib. apud Issum, Alexandriam, & Myriandrum. De eo Luc. lib. 3.

" *Cappadoces, duri populus nunc cultor Amani.*

Appellatur & vulgo *M. di Scanderona*, ab Alexandria urb. ad illius radices sita. Hic mons maxime in longitud. patet, cum à mari Cilicio usque ad Euphratem fluv. protendatur. Ejus mem. Cic. lib. 5. epist. 20. ad Att. & lib. 2. famil.

Script. Lusit. Amaranthus *Amarante*, opp. Lusit. in mont. ac inter sylvas non obscurum, inter Brigantiam & Lamacum, à quo 7. leuc. abest, quot à Bracara, fere in medio.

Apollon. Steph. Amaranti pop. Colchidis, incolæ mont. Amarantii, ex quo Phasis fluv. ingens Colchorum ortum habet.

Plin. Melæ. Amardi Melæ, Amordi Plin. pop. sunt Asiæ apud Hyrcanum mare, gens fera inter Bactros & Sogdianos, apud Oxum fluv. qui inter illos & Pæsicas in Caspium mare labitur. Hi Mardi Ptol. esse videntur: de quibus suo loco.

Strab. Amarynthus, *Armoa*, uti à nonnullis indigitatur, fluv. Arcadiæ in Alpheum influens.

Strab. Ptol. & al. Amasea *Amasia*, urb. Cappadociæ archiep. in Ponto clarissima ad Irim fluv. hac tempestate reg. caput, & satrapæ Turcarum sedes, inter Byzantium ad occ. 500. mil. pass. & Trapezuntem in ort. ad 300. dissita. Sub hac metrop. Amisus, Sinope, Zaliscus, & Zela continebantur. Illam Strabo patriam suam multis describit.

Virg. Amasenus *Fiume dell' Abbatia*, fluv. Latii ex agro Privernate in Pontinam paludem & mare Tyrrhenum, haud procul à Tarracina & Circæis, descendens.

Ovid. Amasenus alter fluv. Latii, qui ex finibus Aletrinorum per agrum Frusinatem & Verulanum in Lirim fluv. labitur.

Amasenus item fluv. Siciliæ, qui aliquando, teste Ovid. lib. 15. metamorph. siccatur. De quo 15. lib. cit.

" *Nec non Sicanias volvens Amasenus arenas.*

Vide Amenannus, sic enim ab aliis nominatur.

Amasia. vide Amasea.

Ptol. Amasia *Marpurg*, urb. & academia præclara Hassiæ in Germ. media inter Francfurtum & Cassellam principis Hassiæ sedem, utrinque 9. leuc. distans. Latin. recent. Martisburgum à Marte ibi culto dictum, ut videtur.

Ptol. Amasius, Amisius Plin. Amasia Strab. *Ems*, fluv. ex præcipuis Germ. magnæ in Riddeburgensi com. ortum ducens, ac per Westphaliam fluens, Monasteriumque regionis caput alluens, ad Embdam, Frisiæ orientalis urbem primariam, oceano Germanico excipitur, medius fere inter Rhenum ad aust. & Albim ad Bor. delatus.

Amastra urb. Siciliæ. vide Amestrata.

Strab. Plin. & al. Amastris *Famastro*, urb. Paphlagoniæ in ora maris Euxini, metrop. quæ & Amastrum, ex 4. urbibus, seu pagis proximis, Sesamo, Cytoro, Cromna, & Teio, magnam crevit in urbem, media fere inter Teium & Cytorum, Cromnæ propior, ab Heraclea Ponti ad 68. mil pass. in ort. distans. Ejus mem. Catull.

" *Amastris Pontica, & Cytore buxifer.*

Val. Flacc. lib. 6. Argon.

" -------- *peditem pedes haurit Amastris.*

Strab. & al. Amathus *Limisso*, urb. episc. Cypri marit. in ora australi, ex qua Cyprus Amathusa dicta est, à Papho 50. mil. pass. in ort. in medio Curium, à Famagusta 100. in occ. in medio Salinæ; hac tempestate pene jacens. Inde Amathusius, & Amathuntius, Amathunteus, & Amathusiacus. Ovid. lib. 10. metam.

" *Lactentes vitulos, Amathusiacasque bidentes.*

Idem ibidem;

" *At si forte roges fœcundam Amathunta metallis.*

Virg. in Ceir.

" *Nam te jactari non est Amathuntia nostri.*

Herod. Strab. & al. Amazones mulieres fuere bellicosæ, quæ ex Sarmatia à Tanai fluv. digressæ, in Cappadocia ad Thermodoontem fluv. consedere. Ibi mons Amazonius est, ex quo fluv. effluit Thermodoon. Ab eis Ephesus urb. Asiæ & caput Ioniæ condita traditur. Dictæ sunt Amazones, quasi sine mamma, quam, ut ad prælianдum expeditiores essent, præcidebant. Harum mem. Virg. lib. 11. Æn.

" *Pulsant, & pictis bellantur Amazones armis.*

Ambacia, & Ambaciensis vicus Ven. Fortun. *Amboise*, opp. præclarum Gall. Celt. ad Ligeris ripam, inter Blesas 10. & Turones 8. leuc. dissitum. De eo Fort. in vita S. Martini l. 4. *Greg. Turon.*

" *Mirum aliud, vico quod contigit Ambaciensi.*

Ambarri pop. sunt Gall. Celt. quorum reg. teste Vigenereo est *Charrolois* in Burgundia, inter Matisconam & Borbonium. Aliis *le pays entour à Nevers*. *Cæsar.*

Ambenus mons est Sarmatiæ Europ. apud Tyram fluv. & Ophiusam, in ora maris Euxini. De quo Val. Flac. lib. 6. *Ovid.*

" -------- *Linquitur, & mons*

" *Ambenus, & gelidis pollens Ophiusa venenis.*

Ambiani *Amiens*, pop. & urb. Gall. Belg. ad Somonam fluv. Picardiæ reg. caput, episc. sub archiep. Rhemens. cum Lutetia Parisiorum & Rhotomago trigonum faciens, ab eis 28. leuc. distans, ab Atrebatibus 14. Lutetiam versus. Fertur à Macedonibus sub Alex. magno condita, & sic ab aquarum ambitu nominata. Hinc Ambianensis, ut apud Ven. Fort. in vita S. Mart. lib. 1. *Cæs. Plin. & al.*

" *Occurrenti igitur portæ Ambianensis egeno.*

Ambiatinum, vicus Germ. apud Confluentes, ubi Caligula Cæsar natus. *Sueton.*

Ambibareti, pop. & urb. Gall. Celt. qui nunc Vivarienses dicuntur, & urb. Vivarium, vulgo *Viviers*, reg. vero *Vivaretz*. vide Vivariensis urb. quæ ab Avenione 6. leuc. abest in Bor. Valentiam versus, apud alteram Rhodani ripam. *Cæs.*

Ambibarii, pop. & urb. Gall. Celt. inter Armoricas civitates, hoc est in ea Gall. reg. quæ Britannia minor appellatur. Quorum opp. *Ambie* esse putatur in Normandiæ conf. in ora apud mont. D. Michaelis archangeli. *Cæs.*

Ambiliates, Pop. Gall. Celt. quorum opp. *l' Amballes* non obscurum nominatur in Britannia minore, à Rhedonibus 15. leuc. in Bor. inter Briocum & Jugonum 3. Hic charta pergamena copiose conficitur. *Cæs.*

Ambivariti pop. sunt Gall. Belg. qui Brabantini à nonnullis putantur, præsertim in eo tractu ubi sunt Antuerpienses, teste Ortel. *Cæs.*

Amblada in num. plur. urbs fuit Pisidiæ episc. sub archiep. Iconiens. dum staret, inter illam & Antiochiam Pisidiæ. Ambladorum in concil. non semel fit mentio. *Strab.*

Amblavia, & Amblava, fluv. est non magnus duc. Lucemburgens. apud Stabulum monasterium fluens in Agrippinensium conf. *Ambleue* vulgo. *Script. Gall.*

Amboglanna opp. fuit Albionis in ea parte Angliæ, ubi nunc Cambocum opp. vulgo *Camby* apud Glocestriam Bristolium versus. [forsan *Cambridge* pagus ita positus: verum Camden. putat esse *Ambleside* in com. Westmariæ.] *Lib. Not.*

Ambra opp. fuit Vindeliciæ cum fluv. cognomine, nunc pag. *Amper* ad lacum ejusdem nominis, ex quo Ambra quoque fluv. exit, à Monachio Bavariæ primaria urbe 5. l. Aliis est *Brug & Pruck*, à Monachio 3. leuc. Augustam versus in occ. ad eundem fluv. *Ant.*

Ambracia, Ampracia Herod. Ptol. & al. *l' Arta*, urb. episc. Epiri non obscura ad sinum Ambracium ex ea denominatum, à Nicopoli & Actio urbibus in ort. dicti sinus 25. mil. pass. in ort. distans, vulgo etjam *Ambrachia*. Hinc Ambracius: Ambracii hœdi apud Aul. Gell. lib. 7. commendantur. Regia fuit Pyrrhi ex Plutarcho. De ea Ovid. *Cæs. Cic. Strab. & al.*

" Am-

" *Ambraciæ portus, & scopulosa Ceraunia nautæ*
' *Summa timent-----*

Pop. Ambraciotæ apud Liv.

Plin. Strab. Ambracius sinus, Ambracheus Polyb. instar lacus est; in cujus ore duæ urbes sunt, Actium & Nicopolis, minus milliario distantes, & in intimo illius recessu sita est Ambracia.

Script. Hisp. Ambrocius pag. fuit Hisp. Lusit. ubi nunc Placentia urb. teste Jo. Mariana.

Festo. Ambrones, pop. Gall. Narbonens. quorum urb. *Ambrun* ab aliquibus esse putatur. Sed hæc apud vet. Ebredunum, sive Ebrodunum appellatur. Ambrones quoque Gall. Narbonensis pop. fuisse tradit Flor. in epitoma lib. 68. quos Mantium & Cepionem Rom. duces vicisse, sed postea à Liguribus fractos, ac demum à C. Mario una cum Cimbris & Teutonibus, apud aquas Sextias deletos fuisse scribit. Quia vero hi ex rapto vivebant, Sex. Pomp. autore in proverbium abiere: nam cum *Ambrones* dicimus, rapacitati & prædæ deditos significamus.

Script. Britann. Ambrosii mons locus est Angliæ, in quo saxa sunt admirandæ magnitudinis, incolis *Stonehenge* dictus, teste Alex. Nevillio. Ambrosia quoque vicus est Angliæ in Wiltonia reg. vulgo *Ambresbury*.

Strab. Plin. Ambrysus urbs fuit Phocidis mediterr. memorabilis, Hyampoli vicina: cujus nulla exstant hodie vestigia.

Strab. Amenannus, *Judicello* teste Faz. fluv. Siciliæ ex Ætna mont. per agrum Catinensem fluens, ipsamque urbem interluens, Amenes Pindaro, & Amasenus Ovid. brevis decursus, ad 10. mil. pass. sed profundus.

Ptol. Strab. Ameria *Amelia*, urb. episc. Umbriæ antiquissima an. 964. ante Perseum condita, Narniæ propinqua, ab ea vix 6. mil. pass. Hortam versus distans, Ocriculo etiam vicina. Pop. Amerini, & Amerinus nom. gent. vitem Amerinam Virg. memorat lib. 1. georg.

" *Atque Amerina parant lentæ retinacula viti.*

Cic. Plin. Festo & al. Amerina salix à Plin. & cæt. commendatur, plurima enim ibi provenit; quæ substrata thoris, venerem cohibere creditur, amica castitatis: unde ἄγνος salix à veter. dicitur.

Plin. Ameriola opp. Latii interiit ita ut locus ignoretur.

Cic. Amestrata, Amestratos Steph. Amastra Sil. Ital. Mutistratum Polyb. Mutustratum Plin. *Mistretta*, urb. Siciliæ juxta Aerios montes, inter Trojanopolim & Cephalodium supra 20. mil. pass. Pop. Amestratini apud Cic. Mutustratini apud Plin. dicuntur. Sil. lib. 14.

' *----------comitata Nemæis*
" *Venit Amastra viris, & parvo nomine Thisse.*

Procop. Lib. Not. Amida, Ammæa Ptol. *Caramit*, urb. archiep. & Mesopotamiæ primaria in excelso mont. apud Tigrim fluv. *Hemit* incolis, olim Constantia dicta, à Constantio Aug. instaurata, ab Aziri urbe Armeniæ ad Euphratem 130. mil. pass. distans in ort. Tauresium versus. Hic præfectus Turcarum residet. ab eis *Carahemit* à nigredine dicta, teste Jo. Leuncl. Ibi Rom. à Sapore Persarum rege cæsi, teste Amm.

Dionys. Amilton, prom. Thraciæ apud Byzantium; quod vulgo *Tripition* teste P. Gyllio nominatur. Amilion etiam legitur.

Strab. Amimone, vel Amymone, fons apud Argos in Lernam influens. de quo Ovid. lib. 2. metam.

" *----------quærit Bœotia Dircen,*
" *Argos Amimonen, Ephyre Pyrenidas undas.*

Virg. Amineæ vites à Virg. lib. 2. georg. memoratæ in Campania ad mont. Falernum, ab Amineo, sive Aminea opp. quod hodie non exstat.

" *Sunt & Amineæ vites firmissima vina.*

Plin. Amisius fluv. Germ. *Ems*. vide Amasius.

Ptol. Pli. & al. Amisus, Amisum Plin. *Simiso* incolis, & *Amid*, sive *Hemid* Turcis, teste Leuncl. urb. archiep. Paphlagoniæ marit. à Sinope 175. mil. pass. in ort. Trapezuntem versus, in reg. Chalybum primaria, à Byzantio 500. mil. pass. in ort. media inter Sinopen & Themiscyram ad ort. vergentem.

Amiternum *S. Vittorino*, urb. olim episc. Vestinorum in Aprutio excisa, manet pag. de S. Victorini episcopi Amiternens. nomine dictus, ad Aternum fluv. ab Aquila (quæ illi, & Forconio urbi excisæ ex adverso Amiterni successit) 5. mil. pass. distans in Bor. napis, qui ibi prægrandes proveniunt, apud vet. celebris, olim ingens, ut rudera indicant, & regionis emporium, à Spurio cons. capta, magnaque clade affecta. Sallustio cive suo adhuc gloriatur. Memin. illius inter alios Virg. lib. 7. Æn. Liv. Pli. & al.

" *Una ingens Amiterna cohors, priscique Quirites.*

Hinc Amiternus nom. gent. Pop. Amiternenses, & Amiternini apud Plin.

Ammæa, urb. Mesopotamiæ præclara. vide Amida. Ptol.

Ammædara, Admedera Anton. urb. Africæ olim episc. sub archiep. Carthagin. adhuc perseverans, & nomen antiquum retinens, inter Tebestam 25. & Lares 48. mil. pass. sita. Ptol. Ant.

Ammia urb. Lusit. episc. pop. Ammienses Plin. vide Amæa. Plin.

Ammochostos *Famagosta*, urb. Cypri episc. in ora ad orientem solem post Leucosiam primaria, inter Thronos & Salaminam propiorem. Ptol.

Ammon, Ammonis templum & oraculum Plin. Diod. & Solin. urb. Libyæ infer. in Cyrenaicæ reg. confinio apud Garamantes, à Cyrene 400. mil. pass. in aust. recedens. *Canzaron di Mahoma* nunc. Ejus mem. Claud. de laudib. Stilic. lib. 1. Ptol.

" *Et velox Garamas: nec quamvis tristibus Ammon*
' *Responsis------*

Scribitur & Hammon cum adspiratione. Nomen apud vet. ab arena; ἄμμος enim Græcis arena est; nam locus est arenosus.

Amnisus, portus Gnossi in ora Cretæ Bor. apud Minoam, cum fluv. ejusdem nominis: de quo Callimachus, Apollon. & Suidas. Is nunc *Picorna* teste Dom. Nigro nominatur. Strab.

Amnitæ, vel Samnitæ ex al. cod. pop. Gall. Celt. ad Ligeris ostia: quorum opp. *Ancenis* dicitur, teste Bertrando Argent. Ptol.

Amœnum stagnum, *Albufera*, apud Valentiam Hisp. Tarrac. Plin.

Amorgos, *Murgo*, ins. maris Ægæi cum urb. episc. ejusdem nominis, una Cycladum, sive, ut aliis videtur, Sporadum, proxima Melo, & Polyægo, ac Naxo, à qua 10. mil. pass. abest, à Delo autem 40. in aust. ipsa circuitu 80. olim Hypere, & Patage, teste Plin. dicta, Pancale, & Psychia, teste Steph. Strab. Plin. Ptol.

Amorium, & Amorius, urb. episc. Phrygiæ magnæ sub archiep. Synnadens. inter Synnadam & Apameam sita: cujus frequens est mentio in lib. concil. Strab. Plin. Ptol.

Amorrhæi, pop. Palæstinæ in Judæa, ab Æmor patre Sichem, teste Isid. dicti. Ex sac. Bibl.

Ampe urb. fuit Babyloniæ ad fin. Persicum apud ostium Tigris fluv. Steph.

Ampelus, *Ampela* teste Villanov. cum al. prom. & opp. Cretæ in ora austr. inter Hierapytnam & Itanum. Et nomen viri apud Ovid. lib. 3. fast. Plin. Ptol.

" *Ampelon intonsum Satyro nymphaque creatum.*

Ampelusia, Cotes, & Cottes Plin. & Ptol. *Esparto* teste Ortel. opp. Maurit. cum prom. ad fretum Herculeum, *Cabo Spartelle* dicitur Merc. & Castaldo. Mel. & Plin.

Amphaxis, oppid. Maced. in ora sin. Strymonici inter Arethusam & Stagiram, unde regio Amphaxitis, & pop. Amphaxitæ intus ad Axium fluv. incolentes. Steph.

Strab. Amphiale prom. Atticæ contra Salaminam inſ. porrectum, ex quo in illam brevis eſt trajectus.

Homer. Amphigenia urb. fuit Peloponneſi in Meſſenia reg. cujus mem. Stat. lib. 4. Theb.

" *Huic parere dati, quos fertilis Amphigenia.*

Plin. Liv. Strab. Amphilochi pop. Epiri in Acarnania: quorum urb. Amphilochia, & Argos Amphilochium, ſive Amphilochicum eſt, etiam nunc *Anfiloca* incolis dicta, inter Ambraciam & Caſſiopen, ab Ambracia ad 20. mil. paſſ. recedens in ort.

Amphilochia à Teucro condita, ſic ab Amphilocho uno ex ſociis nominata, teſte Strab. urbs Calaicorum in Hiſp. Tarracon. ad Minium fluv. inter Tyden & Lucum, vulgo *Orenſe*, teſte Jo. Mariana. vide Auria, & Aquæ calidæ.

Plin. Strab. Amphimalia, *Suda* teſte Soph. opp. Cretæ in ora Boreali verſus occ. ubi ſin. Amphimalis, vulgo *Golfo di Suda*, inter Rhitymnam urbem ad ort. & Drepanum prom. ad occ. loca proxima. opp. vero nunc *S. Nicola* pag. Soph. Amphimalis apud Ptol. dicitur ſinus; qui etiam vulgo *Golfo di S. Nicola* nominatur.

Herod. Thucyd. & al. Amphipolis, quæ poſtea Chriſtopolis à Græcis appellata eſt, *Chriſtopoli*, & *Emboli* Turcis, urb. archiep. Maced. in Thraciæ conf. juxta Philippos ad oram littoream, ac inter Philippos & Apolloniam ad 30. mil. paſſ. à Theſſalonica ſupra duplum diſtans, Serris proxima, & ſinui Strymonico. Dicta eſt Amphipolis, quod illam Strymon fluv. circumfluit & ambit, paſſim Macedoniæ, & Thraciæ tribuitur.

Strab. Liv. Plu. Pauſ. & al. Amphiſſa, *Lambina* teſte Nigro, *Anfiſa* al. ad fluv. cognominem, opp. Phocidis, ſeu in finib. Locrorum Ozolorum apud Ptol. juxta oram ſin. Criſſæi, à Delphis 60. ſtad. in merid. Amphyſa apud Claud. lib. 2. in Eutrop.

" *Ad muros Amphyſa tuos, auctore repertum.*

Luc. lib. 3.

" *Phocaicas Amphiſſa manus, ſcopuloſaque Cirrha.*

Sic dicta ab Amphiſſa Apollinis filia.

Ovid. Amphiſſia, & Amphiſia, *la Rocella*, teſte Bar. opp. magnæ Græciæ in ora Calabriæ ulterioris, inter Locros & Caulonam 8. mil. paſſ. apud oſtia Sagræ fluv. Hinc Amphiſius Ovid. lib. 15. metamorph.

" *Linquit Iapygiam, læviſque Amphiſia remis*
" *Saxa fugit*-----

Suet. Amphitheatrum Veſpaſiani, *Coliſeo*, quaſi Coloſſeum, à Veſpaſiano Aug. teſte Sueton. in urbe Roma exſtructum, à Domitiano inſtauratum, vel etiam ædificatum, ut Mart. teſtatur, figuram habens ovalem, & fere noſtra tempeſtate integrum, licet à Gothis fœdatum. De quo Mart. lib. 1. epigram. ſic,

" *Hic ubi conſpicui venerabilis Amphitheatri*
" *Erigitur moles, ſtagna Neronis erant.*

Amphitheatrum alterum in urbe Roma à Pub. Statilio ædificatum, ubi nunc templum & cœnobium S. Crucis in Hieruſalem conſpicitur. Cujus mem. Suet. in vita Caligulæ Cæſ.

Virg. Strab. Amphryſus, & Amphryſſus, fluv. Theſſaliæ apud poetas celebris, licet parvus. De quo Ovid. lib. 11. metam.

" *Apidanuſque ſenex, leniſque Amphryſus, & Æas.*

Hic Apollinem armenta Admeti regis paviſſe fabulantur. Decurrit juxta Othrys mont. radices in Sperchium fluv. apud Thebas Theſſalias. Alluebat Halum opp. extinctum. Alter eſt in Phrygia mulieribus ſterilitatem afferens, teſte Plin. Hinc Amphryſiacus, a, um.

Mel. Ptol. Ampſaga, *Suf Gemar* teſte Lud. Marm. fluv. Africæ magnus illam à Mauritania Cæſarienſi ſeparans, & Cirtam urbem alluens: cujus oſtia apud Cullu Africæ urbem, à Julia Cæſarea 118. mil. paſſ. recedunt in ort. Ibi ſin. Numidicus.

Ampſalis, *Albaſequia* teſte Mol. urb. Sarmatiæ Aſianæ littoralis. Ptol.

Amrinus lucus, *Wildloch*, locus nunc appellatur in Weſtphalia, teſte Albert. Stadenſi. Scrip. Ger.

Amurgus inſ. vide Amorgus.

Amyci campus, locus Syriæ in valle inter Libanum & Antilibanum montes, per quem Orontes fluv. decurrit. Polyb.

Amyci portus Bithyniæ, vide Amycli, ab Amyco filio Neptuni rege Bebryciorum.

Amyclæ, *Vordonia* teſte Nig. vel non longe diſtans, urb. Laconiæ in Peloponneſo epiſc. ſub archiep. Spartano, inde 20. ſtad. diſtans. Strab. Pauſ.

Amyclæ etiam urb. Latii ab Amyclæis Laconiæ condita inter Tarracinam & Cajetam apud Fundos, à ſerpentibus deleta; ubi adhuc ſpecus Amyclæum, *Sperlunga* vulgo, ex quo mare Amyclæum *mare di Sperlunga*. Plin. lib. 3. cap. 5. ſcribit à murib. deletas, & lib. 8. cap. 29. ab hoſtibus captas, & everſas ex ſilentii obſervantia; unde tacitæ dictæ ſunt. De quibus Virg. lib. 10. Æn. Virg. Plin. & al.

' -------*Ditiſſimus agri*
" *Qui fuit Auſonidum, & tacitis regnavit Amyclis.*'

Amyclas idcirco periiſſe tradit Servius (illud Lucilii referens, *Mihi neceſſe eſt loqui, nam ſcio Amyclas tacendo periiſſe*) quod ſæpius falſo hoſtium adventu nunciato, ne civitas inani terrore quateretur, lege lata prohibuit, nequis amplius hoſtium adventum nunciaret. Cum autem aliquando hoſtes revera adventaſſent, illoſque nemo ob legis interdictum nunciare auſus eſſet, capta urbe ex improviſo, omnes ad unum interfectos eſſe, ac locum adagio datum, *Amyclas perdidit ſilentium*. Tametſi alii aliam urbis hujus interitus cauſam adferunt, ut apud Plin. quod de Amyclis Italiæ accipiendum eſt.

Altera urbs Amyclæ etiam Taygeta appellatur; proxima Spartæ ad mont. Taygeti radices, Caſtoris & Pollucis natalibus clara, & canum nobilitate celebris, unde Virg. lib. 3. georg.

" *Armaque, Amyclæumque canem, Creſſamq; pharetram.*

Amycli, ſive Amyci ex al. cod. Daphne, Arriano *Lamia*, portus Bithyniæ ad Boſphorum Thracium, ultra Chalcedonem urbem: qui & *Scala marmorea* teſte P. Gyllio dicitur. Ejus mem. Virg. lib. 5. Æn. Plin.

" *Bebrycia veniens Amyci de gente ferebat.*

Amydon urbs fuit Macedoniæ in Pæonia reg. ad Axium fluv. cujus mem. Hom. & Juven. ſat. 3. Homer.

" *Hic alta Sicyone, aſt hic Amydone relicta.*

Amymone fons eſt & fluv. Peloponn. per Argiam reg. fluens in Lernam paludem: unde Amymonius fluv. idem cum Lernæo. vide Amimone, ſic enim etjam ſcribitur. Plin. Pauſ. & al.

Amyne collis, mons Falerni in Campania, qui etiam Amine ſcribitur: unde Amineæ vites dictæ apud Virg. vide Amineæ.

Amyrus fluv. Theſſaliæ parvus apud Melibœam opp. fluens: cujus mem. Val. Flac. lib. 2. Argon. Val. Flac.

" *Intrantemque Amyron curvas quæſita per oras*
' *Æquora*-----

eſt & Theſſaliæ urbs Steph.

Amyzon, *Amuzon* & *Mezo* Curopal. urb. Cariæ epiſc. ſub archiep. Stauropolit. mediterr. inter Barygazam & Alabanda urbes vicinas, adhuc permanens. Plin.

Anabis, fluv. Hiſp. licet non in omnibus codicibus legatur. Ptol.

Anactoria, Anactorium Plaut. Strab. Plutarcho, & al. *Vonizza* opp. Epiri apud ſin. Ambracium, teſte Soph. ab Actio ſtad. 40. introrſum recedens, ut ſcribit Strabo, à Leucade 30. mil. paſſ. Pop. Anactorii à Thucyd. dicuntur. Hinc Anactorius nom. gent. ut apud Sil. lib. 15. Plin.

" *Hinc*

" *Hinc & Anactoria signa ostentavit in ora;*
' *Ambraciosque sinus* ----

Thucyd. Anæa opp. fuit Cariæ in ora occid. contra Samum ins.

Lib.Conc. Anagarum, urb. olim episc. Hisp. Tarracon. in Castellæ & Navarræ conf. inter Dominicopolim & Logronium urbes 4. leuc. utrinque distans, Tritio Metallo opp. exciso propinqua, *Najara* vulgo.

Cic. Liv. Plin. & al. Anagnia *Anagni*, urb. episc. Latii in mont. caput Hernicorum, ab urbe Roma 37. mil. pass. Ferentinum versus 5. Soram vero 16. à Præneste 14. distans. Pop. Anagnini. Hæc Innocentium 3. Gregorium 9. Alexandrum 4. & Bonifacium 8. summos pontifices dedit. Solum illius fertile apud vet. memoratur, uti apud Sil. lib. 12.

' *Dorso frugiferis Cerealis Anagnia glebis.*

Hic Antonius, Octavia Augusti sorore repudiata, Cleopatram duxit.

Steph. Anagyrus locus est Atticæ Erectheidos tribus, ubi plurima anagyris nascitur, (unde nomen loco est) authore Steph. & quia anagyris frutex gravissime olet cum tractatur, adagio locum præbuit illi, *Anagyrim*, sive *Anagyrum commoves*, de eo qui sibi malum procurat. Alii Anagyrum genium quendam fuisse dicunt, qui propter sacellum suum violatum omnes incolas vicinos evertit, & inde adagium ortum, ut apud Aristophanem in Lysistrata legitur, referente Suida: qui ait, genium illum senem quendam, qui lucum inciderat suum, sic ultum fuisse, immisso amore insano in concubinam senis erga filium ejusdem; qui cum non assentiretur mulieri, ab ea delatus ad patrem, quod se voluisset stuprare, à patre præceps è tecto datus est: moxque pater facti pœnitens laqueo se suspendit, & mulier demum se in puteum præcipitavit.

Ant. Anamascia, sive ut legit Wolf. Laz. Anamatia, opp. Pann. infer. apud Danub. fluv. in Hungaria, *Almaz* Simlero interp. inter Budam 8. & Altinium 5. mill. Hung. distans: quod tamen aliis Amantia esse putatur. Aliis est *Mohacz* opp. ejusdem tractus inter Batham & Varronianum proxima oppida ad Danubium.

Strab. Plin. & al. Anaphe *Nanfio*, ins. maris Cretici Theræ proxima, à Delo 100. mil. pass. in merid. recedens, à Therasia 10. in Cæciam, circuitu 30. Hæc serpentes non sustinet teste Sol. Ejus mem. Ovid. lib. 7. metam.

" *Hinc Anaphen sibi jungit, Astypalæia regna.*

Marcell. Procop. Anaplus suburbium Byzantii, ab eo ad 4. mil. pass. distans versus os Ponti, teste P. Gyllio.

Thucyd. Theocr. & al. Anapus *Anapo*, fluv. Siciliæ apud Bussemam castrum oriens, per agrum Syracusanum decurrit, mari exceptus à Syracusis mil. pass. De quo Ovid. lib. 4. fast.

" *Præterit & Cyanen, & fontes lenis Anapi,*
' *Et te vorticibus non adeunde Gela.*

Anapus alter fluv. Epiri juxta Stratum urbem fluens, ab ea 10. stadiis distans, teste Thucyd.

Cæs. Anartes, Anarti Ptol. pop. Daciæ, Valacchis & Transylvanis finitimi; quos Cæsar ad Hercyniam sylvam usque pertingere scribit: cum inter Daciam & Germaniam, ubi sylva Hercynia est, Jazyges siti sint.

Strab. Plin. Mel. & al. Anas *Guadiana*, & circa ortum *Reydera*, fluv. ex magnis Hisp. in Tarraconensi originem trahens, ac Lusitaniam à Bætica magna ex parte disterminans, cujus ostia à Sacro prom. 60. mil. pass. Strab. teste, distant in ort. Hic spatio 7. leucarum in Extremadura sub terram conditus ad Metallinum opp. rursus emergit. De eo And. Resend.

" *Et populi quos pulcher aquis perlabitur Anas.*

Plin. Anassus, Plavis posterioribus, *la Piave* fluv. Venetiæ ex Alpibus Tridentinis, sive Juliis, per Belunum urbem descendens, ac inter Silim & Liquentiam in mare Hadriaticum apud Equilium urbem excisam influens.

Anastasiopolis urb. episc. Mesopotamiæ apud Nisibim, ab ea 12. mil. pass. distans, Daras prius teste Marcellino, & Daria teste Procop. dicta. Altera in Galatia episc. sub archiep. Ancyrano, Ancyræ finitima. Tertia in Thracia sub archiep. Trajanopolitano. *Lib. Concil.*

Anathoth vicus Palæstinæ Hierosolymis proximus, inde 20. stad. teste Josepho, distans in occ. olim opp. Durant loco nomen & vestigia, sive rudera. *Lib. Josue.*

Anatilia S. *Gilles*, hoc est, fanum S. Ægidii, opp. Gall. Narbon. in Occitania reg. inter Arelate & Nemausum ad 4. leucas dissitum. quod ibi S. Ægidius vitam egerit solitariam. *Plin.*

Anatiliorum reg. Anatilorum Ptol. *la Provenza* teste Jo. Poldo. Non tamen tota Provincia, sed pars illius occid. circa Arelate sic à veterib. dicta. Verum verba Plinii & Ptol. consideranti non pars Provinciæ, sed pars Occitaniæ reg. circa Rhodanum, ubi opp. sancti Ægidii, esse videtur. *Plin.*

Anatis, *Zilia* teste Jo. Mariana, fluv. Maurit. Tingitanæ apud Zelim urbem fluens, marique ibi exceptus. *Plin. Sol.*

Anatolicum Thema *Anatolia*, sic pars Asiæ minoris, in qua Phrygia magna Galatiaque sunt, dicta, quod in ortum vergat (ἀνατολὴν enim ortum vocant Græci) cujus reg. Cotyæum, Synnada, Pessinus, & Ancyra urbes clariores sunt. *Porphyr.*

Anaurus fluv. Thessaliæ ex Pelio mont. in mare ad Peliacum littus labens, sic dictus quod non auram neque nebulam patiatur, in sinum Pagasicum apud Demetriadem effunditur; unde *fiume Dimetriada* nominatur. De quo Luc. lib. 6. *Orph. Hesiod. & al.*

" *Aera, nec tenues ventos suspirat Anaurus.*

Alter hujus nominis in Phrygia minore apud mont. Idam, à quo fluit, à veteribus locatur.

Anazarbus, Anazarba Steph. & al. præsertim lib. conc. *Acsar* sive *Acserai* teste Leuncl. & *Axar* al. urb. archiep. Ciliciæ mediterr. ad Pyramum fluv. urbs quondam clara sub patriarch. Antiocheno, patria Dioscoridis, ubi schola erat, postea Diocæsarea, & Cæsaraugusta nominata, à Flaviade 18. mil. pass. à Tarso 20. plus minus, à Cæsarea Cappad. 120. in aust. distans. *Plin. Ptol. & al.*

Ancalites, *Ankenlut* Glareano, sive teste Guilielmo Camd. *The Hundred of Henley*, pop. Britanniæ in Angliæ ora ad ort. circa Thamesim fluv. *Cæs.*

Anchiale urb. fuit Ciliciæ antiquissima, eodem die & anno à Sardanapalo rege condita, quo Tarsus. Ibi Anchialeus fluv. A Stephano eadem cum Tarso putatur; sed apud Plin. & al. est diversa, licet proxima. *Strab. Pl. & al.*

Anchialus, Anchialos apud Orpheum, *Achelo* ac etiam *Anchialo* Græcis, *Kenkis* vero Turcis, teste Leuncl. urb. archiep. Thraciæ apud oram maris Euxini, à Deuelto 24. mil. pass. in Bor. Mesembriam versus. Ovid. lib. 1. trist. *Orph. Ptol. & al.*

" *Thynniacos sinus, & ab his per Apollinis urbem*
' *Alta sub Anchiali mœnia findat iter.*

Ancon, Ancona Cæs. & Melæ, Picena prius, teste Cat. lib. origin. *Ancona* vulgo, urb. episc. & empor. Piceni (quod propterea ex ea denominatur) primaria, in ora apud Crumerum prom. (ubi portus totius Italiæ maximus & tutissimus) media inter Pisaurum ad occ. & Firmium ad ort. ad 40. mil. pass. distans, ab urbe Roma ad 150. in Bor. antiqua, à Syracusanis Dionysii tyrannidem fugientib. condita, ex adverso Dalmatiæ, uti Luc. lib. 2. ait; *Strab. Plin. & al.*

" *Illinc Dalmaticis obnoxia fluctibus Ancon.*

Ancus *Rio di Soure*, fluv. Lusit. Saurium opp. al- *Scrif. Lus.*

luens, ac in Mondam fluv. majorem infra Conimbricam influens.

Strab. Plin. & al. Ancyra, *Anguri*, & *Angara* teste Leuncl. cui etjam *Enguri* Turcice dicitur, urb. archiep. Galatiæ primaria, in qua præfectus reg. moratur, edito loco sita, conc. Ancyrano clara, inter Pessinuntem alteram Galatiæ metrop. ad occ. & Nysam urbem Cappad. ad ort. 100. circiter mil. pass. dissita, à Cæsarea 200. in occ. Nicæam versus totid. distantem, à Claudiopoli urbe Paphlagonica 134. Hinc Ancyranus, a, um, ut Ancyrani triumphi apud Claudian. *Ptol.* Est & Ancyra, seu potius Angyra ex cod. Græco, urb. episc. Phrygiæ Pacatianæ sub archiep. Hierapolitano: cujus est in concil. mentio. Prioris Ancyræ mem. Jo. Hont. lib. 11.

" *Ancyra, & Iconium, Derbe, cumque urbibus amplis.*

Dionys. Ancyræum, *Psomion* teste Gyllio, prom. Bithyniæ ad os Ponti, unde Bosphorus Thracius incipit.

Cicer. Andabatæ pop. Asiæ in tenebris versantes: à quibus adagium illud venit, *Andabatarum more pugnare*, apud Cic. lib. 7. epist. fam. epist. 10. pro imprudenter facere.

Script. Belg. Andainum, Andagium Sigeberto, *S. Hubert*, pag. cum cœnobio in ditione Leodiensi intra sylvam Arduennam, in conf. duc. Lucemburgens. inter Bastoniam & Rupem Fortem opp. 3. leuc. dissitus, à Leodio 10. in aust.

Ptol. Plin. Andanius, fluv. Carmaniæ amplus in sinum Persicum contra Armuzam influens, ultra Sabim fluv. ad 25. mil. pass. forte *Tisindan* hodie. Andanis Plin.

Ptol. Andaristus, *Vostanza* teste Theveto, opp. Maced. mediterr. in Pelagonia reg. al. *Erisso* dici putatur. Pop. Andaristenses Plin.

Ptol. Andecrium, Andretrium Strab. *Mostar* Molet. interprete, opp. Dalmatiæ mediterr. Salonæ finitimum, ac Sebenico.

Plin. Andegavi pop. Gall. Celt. Andes Cæs. vide ibi.

Greg. Tur. Andelaus *Andely*, pag. Gall. Celt. cum cœnobio ad Sequanam fluv. in Normannia inter Parisios & Rhotomagum occurrens, à Rhotomago ad 8. leuc. distans. Fluvium habet ejusdem nominis apud Floriacum.

Lib. Not. Anderida, *Newenden* teste Camd. opp. Britann. in Cantio, quasi medium inter Cantuariam (à qua 16. mil. abest) & Roffam. [in confin. Sussexiæ juxta Camden.]

Ptol. Anderidum urb. Aquit. episc. sub archiep. Turonens. vide Gabalus, & Mimatum.

Cæs. Andes, Andegavi Plin. pop. & urb. episc. sub archiep. Turonens. Gall. Celt. apud Ligerim fluv. academia, & duc. Andegavens. caput, inter Turones 26. & Nannetes ad occ. 16. urbs Andegavis, & Juliomagus Ptol. dicitur vulgo *Angers*, (regio Andegavia, vulgo *Anjou*) inter Galliæ antiquiores, à Sarrone rege an. ab orbe condito 2026. condita, ut ferunt.

Sil. Ital. Andes item pag. agri Mantuani, patria Virgilii, (qui propterea Andinus poeta cognominatur) *Petula* hodie dicitur, à Mantua 2. mil. pass. distans. Sil. lib. 8.

" *Mantua musarum domus, atque ad sydera cantu*
" *Evecta Andino-------*

Fortun. & Sulp. Andethanna, Andethannalis Anton. *Echternach*, oppidulum cum cœnobio agri Trevirensis ad Suram fluv. 2. leuc. à Treviris in occ. & Circ. distans. Mem. Fortun. lib. 4. de vita S. Martini.

" *Progressis sociis, ibi se Andethanna propinquat.*

Ptol. Andomatunum, Antemantunum Anton. urb. episc. Lingonum in Gall. Celt. inter Trecas & Vesontionem 22. leuc. *Langres* vulgo. vide Lingones.

Sigeb. Andoverpum, al. Antuerpia, *Antwerpen* incolis, *Antwerp* Angl. *Anueres* Hisp. *Anvers* Gall. *Antorff* Germ. *Anversa* Italis, urb. & empor. Brabantiæ ex maximis totius Belgii, ad Scaldem flu. haud procul à mari, episc. sub archiep. Machliniens. inde 4. leuc. distans, à Gandavo Flandriæ primaria 10. leuc. in ort. à Bruxellis ducis Brabantini sede 8. in Bor. à Col. Agrippina 28. in occ. à Lutetia Parisiorum 78. in Cæc. Ambivaritorum metrop. ab Ortel. putatur.

Andrapa, urb. Paphlagoniæ episc. sub archiep. *Ptol.* Amaseno, inter Pompeiopolim & Ancyram. quæ & nova Claudiopolis.

Andreapolis urb. archiep. & acad. Scotiæ in ora *Prov. Rom.* orientali. vide Abernæthum, & Rigmundia.

Andria *Andri*, urb. episc. Apuliæ Peucetiæ sub archiep. Traniensi, à quo 6. mil. pass. in aust. distat, inter Canusium & Rubos in ortum vergentes 12. à Bario 28. in occ. ducat. titulo exornata. Netium Straboni dicta putatur.

Andriaca, *Gatopòli* ex tab. recent. opp. Thraciæ *Strab.* juxta oram maris Euxini apud Halmydissum.

Andriace, *Gorante* teste Villanov. cum Mol. opp. *Ptol.* Lyciæ littoreum inter Pataram & Apiras, Myris proxima, inde 4. mil. pass. recedens.

Andros, Andrus Cic. *Andro* ins. maris Ægæi, una *Strab. Plin. & al.* Cycladum, cum urb. episc. sub archiep. Naxensi, & olim sub arch. Atheniensi, apud Gerestum Eubœæ prom. ab eo 10. mil. pass. in ort. à Delo 20. à Cea 39. in Bor. ipsa 93. circ. patens: Multa habuit nomina apud vet. nam Cauros, Lasia, Nonagria, Hydrussa, & Epagris, ac etiam Antandros dicta est. In ea fontem esse, qui nonis Januarii saporem vini habet, scribit Plin. lib. 2. c. 103. Ejus mem. Ovid. lib. 7. metam.

" *At non Oliaros, Didymeque, & Tenos, & Andros.*

Andros etiam Plin. Hedros Ptol. ins. maris Hi- *Plin.* bernici inter Walliam & Hiberniam, varie hodie nominatur, nam Anglice *Berdsey*, Britannice *Enhly* appellatur, apud Ganganorum prom.

Androsia, *Andres* ex tab. recent. urbs Galatiæ *Ptol.* mediterr. inter novam Claudiopolim & Ancyram occurrens, Gangris finitima.

Andrus ins. vide Andros.

Aneianum, sive Anneianum ex al. cod. *Montagnana*, *Ant.* quasi mons Aneianus, opp. Venetiæ agri Patavini peramplum, medium inter Ateste & Leonicum, sive Ligniacum, 10. mil. pass. dissitum, à Patavio 25. Mantuam versus, inde in occ. 28. distantem, à Ferraria supra 30. versus Veronam.

Anemo *l' Amone*, fluv. Æmiliæ, sive Gall. togatæ, *Cic. Plin. & al.* ex Apennino mont. in Padum per Faventiam (quam interluit) influens inter Ravennam & Argentam. De eo P. Burg. l. 7. Syr.

" *Affluit & vallem quicunque Anemonis & agros*
" *Cultor habet-------*

Anemurium, *Stalemura* sive *Scalemuro*, teste Ni- *Strab. Pl. & al.* gro, urb. Ciliciæ littor. episc. sub archiep. Seleuciens. inter Antiochiam ad occ. & Celenderim ad ort. ad prom. ejusdem nominis, quod à Crommyo prom. Cypri 44. mil. pass. abest in Bor. à Solis 62. in ort. terminus est Ciliciæ & Pamphyliæ apud Melam. Abest à Coracesio urb. Pamphyliæ 820. stad. in ort. Solos versus 500. distantes, teste Strab.

Angelopolis sive urb. sancti Angeli, *S. Angelo*, *Prov. Rom.* urb. multiplex, una Apuliæ Dauniæ in mont. Gargano, apud Sipontum, ab eo 5. mil. pass. in occ. archiep. Altera in Hirpinis episc. sub archiep. Compsano, inde 16. mil. pass. Beneventum versus, à quo 24. *S. Angelo di Lombardi* vulgo. Tertia urb. in Vestinis Pinnæ proxima, ab ea 3. mil. pass. in Bor. Angolus veteribus dicta. Quarta addi potest in orbe novo, vulgo *Citta de gli Angeli*, episc. sub. archiep. Mexicano.

Angeriacum *S. Jean d' Angeli*, opp. Gall. Aquit. *Auson.* præcla-

præclarum in finibus Santonum, ab illis 4. leuc. in Circ. vide Engeriacum.

Ptol. Angili pop. vide Angli.

Virg. Angitia sylva, in finibus Marsorum, inter Albam & lacum Fucinum, *Selva d' Albi* vulgo, sic ab Oetæ regis filia, Circesque sorore dicta, quæ & Agnitia. de qua Virg. lib. 7.

" *Te nemus Angitiæ, vitrea te Fucinus unda.*

Ant. Angitula, Crista Lycophr. fluv. & opp. Brutiorum in Calab. infer. fluv. *Angitola* etiam vulgo nominatur; opp. sive castrum *Roccha d' Angitola* dicitur, haud procul ab ora sinus Hipponiatis, ab Hipponio vero 8. mil. pass. in Bor. Neocastrum versus.

Antiq. Trad. Angleria *Anghiera*, opp. Insubriæ in ora lacus Verbani ab Anglis, teste And. Alciato, conditum, olimque uti urbs præclarum, tituloque comitatus sub principibus vicecomitibus exornatum, Aronæ proximum, lacu intersito, à Mediolano supra 35. mil. pass. distans; olim amplum, uti vestigia testantur, ac ditionis familiæ Borromeæ. Abest ab Arona (opp. frequenti cum arce munitissima, ejusdem familiæ, ubi corpora SS. martyrum Felini & Gratiniani Perusinorum adservantur) paulo plus mil. pass.

Tac. Angli, Angili Ptol. pop. Germ. in Saxonia, qui in Britanniam profecti partem in austr. vergentem, ejectis Britannis, occuparunt, illamque de suo nomine Angliam dixere, quod nomen illi ad hæc usq; tempora durat; vulgo *England*.

Prov. Rom. Anglona, sic vulgo, urb. Lucaniæ episc. sub archiep. Acherontino, seu Mateolano, hac tempestate eversa: cujus episcopatus Tursi, à quo 12. mil. pass. abest in ort. moratur.

Ptol. Angolus, Angulos Plin. *Citta di S. Angelo*, urbs Vestinorum apud oram littoream Aprutii, inter Adriam & Aternum 8. mil. pass. à Teatea fere 12. in occ. distans, Pinnæ vicina. Pop. Angulani Plin.

Tac. Ptol. Angrivarii, pop. Germ. quorum opp. *Angermond* in Pomerania à Stetino urbe primaria 8. leuc. Berlinum versus appellatur, teste Peucero. Et *Engern*, *Engerhen* opp. Westphaliæ apud Herwordiam urbem, inter Monasterium 8. & Mindam 4. occurrens, teste Altamero. quasi hi pop. ex Pomerania in Westphaliam, vel è contra migrarint.

Script. Scot. Angusia, Scotiæ reg. vide Orestia.

Antiq. Inscript. Anianæ thermæ, *Bagni d' Agnano* teste Scip. Mazzella, balnea Campaniæ inter Baias & Cumas; quorum aquæ multis sunt morbis salutares.

Prov. Rom. Anicium, quod & Podium, *le Puy*, urb. Gall. episc. sub archiep. Bituricensi in mont. in Gabalorum, Velaunorum, Arvernorumque, & Boiorum conf. à Gabalis 9. leuc. Viennam versus, à qua 14. abest, inter Claromontem & Valentiam ad 15. Sunt qui Avicium scribendum velint. Templum ibi Deiparæ dicatum augustissimum, & maxime frequentatum.

Strab. Paus. & al. Anigrus, Aniger Vib. Seq. fluv. Pelopon. in Elide reg. in quo Centauros vulnera lavisse refert Ovid. lib. 15. metam. ac propterea defecisse.

" *Fundit Anigrus aquas, postquam (nisi vatibus omnis*
" *Eripienda fides) illic lavere bimembres*
' *Vulnera*——'

Sed hic Ætoliæ fluv. est, non Elidis, in Euenum fluv. labens. nisi duo sint, unus Elidis à Strab. & Paus. memoratus, alter in Ætolia, de quo Ovid.

Ex vit. S. Carilephi. Aninsula S. *Carilefo*, pag. seu cœnobium est Gall. Celt. in finibus Cenomanorum apud Vindocinensem urbem, & Ledum fluv. teste Massovio, ubi S. Carilephus vitam primum eremiticam duxit, & postea exstructo cœnobio abbas fuit.

Plin. Dion. Halicarn. Anio, Anien Vib. Seq. Anienus Statio, *Teverone*, fluv. Sabinorum ex Trebanis montibus oriens, atque in Tiberim ab urbe Roma 3. mil. pass. prolabens, Latio à Sabinis separato. Nomen ab Anio rege Etrusco in eo submerso habere tradunt. De eo Prop. lib. 3.

" *Hic Anio Tiburne fluis, Clitumnus ab Umbro*
" *Tramite*——

Et Luc. lib. 1.

" *Tollentemque caput gelidas Anienis ad undas.*

Ab Aniene Anienus nom. gent. Virg. lib. 4. georg.

" *Vade pater Tyberinus, & unde Aniena fluenta.*

Anisena fluenta apud Ovid. lib. 4. fast. videtur legendum Amasena fluenta, ab Amaseno fluv. Siciliæ qui Catinam urbem interluit: qui aliis Amenanus dicitur.

Anisus *Ens*, urbs & fluv. Norici, qui ex montibus in tractu Salisburgensi oriens, oblique in Bor. fluens, apud Laureacum urbem excisam in Danubium excipitur, ad Anisum urbem Austriacam à Lentia 3. leuc. in ort. distantem Viennam versus. Apud nonnullos Onasus appellatur. Ex vit. S. Floriani martyr.

Anitorgis urbs fuit Hisp. Tarracon. ad quam inter Scipiones & Hasdrubalem pugnatum est. Ea aliquibus Concha esse videtur, aliis Albarracinum. Liv.

Annoniacum *Annonay*, opp. Gall. Celt. Vivariensis diœcesis, à Cæsare, vt aiunt, conditum, & ab annona nominatum, inter Viennam 6. & Podium 12. leuc. à Vivario in Bor. 10. Vet. trad.

Anonium *Anon*, opp. olim Insubriæ citer. nunc pag. ad lacum qui ab eo nominatur, à Mediolano ad 76. mil. pass. in Bor. distans, Leucum versus 6. à Forolicinii 4. à Como 10. Alterum opp. hujus nominis est agri Alexandrini ab Asta Pompeia 4. mil. pass. Ptol.

Anonymi pop. Africæ, qui & Atlantes, mont. Atlantem incolentes, sic dicti quod propriis careant nominibus. Plin.

Ansancti vallis, *la val di Fricenti* teste Sanfelicio, locus in Hirpinis, & agro Frequentino, ubi antrum est, quod incolæ os lupi dicunt. Mem. Virg. lib. 7. Æn. Cic.

" *Ansancti vallis, densis hunc frondibus atrum*
' *Urget utrinque latus nemoris*——

Sunt tamen qui hunc locum in Sabinis statuant apud Reate, cum is *Nesanto* vulgo nominetur, teste Leand. Sed teste Plin. lib. 2. c. 93. locus in Hirpinis est noxius & lethalis ob aquas pestilentes & putres.

Ansibarii, pop. Germ. infer. qui ab aliquibus Daventrienses putantur in Transisalana reg. quorum opp. *Ansestadt*, sive *Amssen* pag. apud Lochemum opp. à Zutpheno 2. leuc. à Daventria 3. distans. Tac.

Ansidona opp. Thusciæ apud mont. Argentarium, & Urbatellum opp. ab eo 4. mil. pass. distans, sic etjam vulgo dictum: cujus in edicto Desiderii regis fit mentio. Inscrip. Antiq.

Ansloga *Anslo*, urb. Scandinaviæ in Norvegia mediterr. episc. sub archiep. Nidrosiensi, inde 80. leuc. à Bergis 45. in ort. recedens. Prov. Rom.

Antandros, *S. Dimitri* nunc, teste Soph. urb. Mysiæ, seu Phrygiæ minoris marit. inter Scepsim ad Bor. & Adramyttium ad aust. fere media, inter Troadem & Adramyttium paulo supra 30. mil. pass. utrinque distans, olim Edonis, episc. sub archiep. Ephesino. Hujus ager Antandria à Strab. nominatur. Antandri mem. Virg. lib. 3. Æn. Strab. Plin. & al.

'——*Classemque sub ipsa*
" *Antandro, & Phrygiæ molimur montibus Ida.*

Ab Andri inf. populis condita traditur.

Antaradus *Tortosa*, urb. episc. in ora Phœniciæ sub archiep. Tyrio, quæ & Orthosia, inter Balaneas & Tripolim, inde 34. hinc 50. mil. pass. dissita, aliquando Constantia in lib. conc. dicta à Constantio imp. & instauratore. Plin. Ptol.

Antemantunum *Langres*, urb. Gall. Celt. vide Andomatunum, & Lingones. Ant.

Anten-

Amm. Antenacum, Antonacum lib. Not. Antunnacum Anton. *Andernach*, opp. Germ. infer. ad Rhenum fluv. inter Confluentes & Bonnam, hinc 7. inde 3. leuc. dissitum. quod an. sal. 1120. excisum, instauratum ferunt.

Plin. Liv. & al. Antenna, Antennæ Virg. Strab. & al. urb. & colon. fuit Sabinorum apud Tiberim fluv. ab urbe Roma 40. stad. distans; cujus hodie nullum exstat vestigium. Pop. Antemnates apud Liv. De ea Virg. lib. 7. Æn.

" *Ardea, Crustumerique, & turrigeræ Antennæ.*

Ptol. Antequia, S. *Ander* teste Henr. Coquo, opp. Hisp. Tarrac. in ora Bor. Autrigonum, inter Laredum & Fanum S. Julianæ opp. Cantabrorum, inde 8. hinc 5. leuc. à Flaviobriga 15. in occ. opp. præclarum: quod non Antequia, sed Flavionavia veteribus dictum ab aliis putatur.

Strab. Plin. Ptol. Anthedon, *Larissa* teste Nigro, sed Tyrio Daron, urb. Palæstinæ episc. sub patr. Hierosolymit. marit. inter Ascalonem & Gazæorum portum, 8. mil. pass. utrinque. quæ & Maiuma in lib. conc. appellatur.

Athenæo. Ptol. Pauſ. Anthedon altera, *Talandi* teste Ortel. opp. Bœotiæ mediterr. inter Thebas & Chalcidem, inde 60. hinc 70. stad. Sed *Talandi* Atalanta potius esse videtur opp. in ora. De Anthedone Ovid. lib. 13. metamorph.

" *Nuper in Euboica versis Anthedone membris*
" *Glaucus adest*----

Plin. Suid. Anthemus urbs fuit Macedoniæ mediterr. apud Thermam.

Plin. Amm. Anthemusia, Anthemusias Tac. urb. Mesopotamiæ Nicephorio finitima à Macedonib. condita; quæ si exstet incertum.

Plin. Ptol. & al. Anthropophagi pop. Scythiæ, qui nunc *Tartari* dicuntur. Sunt & in Æthiopia, & alibi, maxime vero in America reg. novi orbis, quos Hispani prorsus extinxere.

Jornand. Anti, pop. Sarmatiæ, Hunnorum genus, ad paludem Mæoticam incolentes: quibus devictis Justinianus imp. Anticus cognominatus est.

Ant. Antianæ, *Zamko* teste Laz. opp. Hung. in Pann. infer. ad Draum fluv. à Quinque Ecclesiis 3. leuc. in austr. Possegam urbem Bosnicam versus.

Prov. Rom. Antibarum, olim Doclea ut nonnullis videtur, *Antivari*, urb. Dalmatiæ apud oram maris Hadriaci in mont. inter Butuam ad occ. & Olchinium ad ort. 10. mil. pass. sita, à Scodra 18. in austrum, metrop. sive archiep. cui subduntur Butua, Olchinium, Drivastum, & Scodra, cum aliis quinque urbibus ad vastitatem sub Turcis pene redactis.

Ant. Anticaria, quæ & Singylia à fluvio dicta est, *Antiquera*, urb. Hisp. Bæt. in mont. apud Malacam, inde 7. leuc. Astigi versus, à qua 15. quot ab Hispali distat, in Vandalitiæ & Granatens. regni conf. ad Singulim, sive Singylim fluv. Est & Anticaria urb. episc. in orbe novo, sub archiep. Mexicano.

Strab. Anticittus vel Anticites, Atticitus Ptol. fluv. Sarmatiæ Asianæ in mare contra Bosphorum Cimmerium fluens è regione Panticapæi urbis, *Latiti* nunc, teste Villanovano.

Strab. Pauſ. Anticyra, Anticyrrha Ptol. & Strab. *Suola* teste Pineto cum. al. urb. Phocidis littor. inter Crissam ad occ. & Siphas opp. Bœotiæ ad ort. isthmum Corinthiacum versus, à Delphis 10. mil. pass. distans. Anticyra vero, in qua helleborus contra amentiam nascitur, ins. est sinus Oetæi, teste Plin. lib. 25. cap. 5. unde adagium in amentes ortum, uti apud Hor.

"--*Navigat Anticyram*----

quæ ins. est sin. Maliaci contra Oetam mont. Legitur apud Hor. Anticyra, & in num. plur. Anticyræ.

Ptol. Antigonia, *Argiro castro* teste Nigro, urb. Epiri mediterr. in Chaonia reg. apud Macedon. fines, à Chimæra urbe in montibus Acroceraunis ad 20. mill. pass. distans, Sophiano vero & Laz. *Croia*, urbs quondam Albaniæ regia in Macedonia, episc. sub archiep. Dyrrachino, inter Dyrrachium, Albanopolim & Lissum: cui situs Antigoniæ repugnat; cum hæc in Epiro, illa in Macedonia sit.

Antigonia altera, urbs Maced. in Mygdonia reg. *Coiogna* Pineto interp. al. *Antigoca* inter Pydnam & Magnesiam. Antigonia item inſ. Propontidis inter Byzantium & Nicomediam, *Isola del Prencipe* teste Gyllio. *Ptol.*

Antilia, *Alteiola* teste Georg. Merula, urb. olim, nunc pag. Liguriæ ad Iriam flumen apud *Seravalle* opp. à Dertona 12. mil. pass. in via quæ Genuam ducit. Altilia al. cod. habent. *Suet.*

Antilibanus mons Syriæ, seu Phœniciæ, inter quem & Libanum vallis est longa fertilisque, ac optime habitata, *Abellinas* incolis dicta teste Postello, per quam Orontes fluv. decurrit apud Heliopolim. *Plin. Strab. & al.*

Antinoe, *Anthios* Leone Afric. interp. urb. Ægypti super. ad Nilum: quæ teste Steph. & Hadrianopolis dicta est, inter Babylonem & Copton in aust. inde 160. hinc 210. mil. pass. episc. sub archiep. Thebano. *Ptol.*

Antiochia cognomento magna, urb. reg. Syriæ primaria quondam cum floreret, & Theopolis diceretur, ad Orontem fluv. media inter Pagras & Platanum 25. mil. pass. à Tarso 40. ab Hierapoli fere 60. in occ. media ferme inter Byzantium & Alexandriam Ægypti itinere terrestri, 800. circiter mil. pass. utrinque dissita. Nomen apud nostrates Europæos retinet antiq. sed apud Turcas *Antachio* teste Leuncl. nominatur. Nomen habet à conditoris patre, hoc est ab Antiocho patre Seleuci, qui illam condidit. De qua Olympiade 119. *Cicer. Plin. Strab. & al.*

" *Antiochi de nomine dictam visitat urbem.*

Ausonius de claris urbibus,

" *Tertia Phœbææ lauri domus Antiochia.*

Antiochia, quæ & Nisibis, *Nisbin* & *Sibin* teste Nig. urbs archiep. Mesopotamiæ à Seleuco rege Antiochi filio, uti superior, condita apud Tigrim fluv. ab Artaxatis urbe Armeniæ majoris 750. mil. pass. distans in austrum. *Plin. & al.*

Antiochia Pisidiæ, urb. archiep. regionis (cui nomen hodie tribuit) primaria, sedesque præfecti, *Versacgeli* à Turcis dicta, ab Epheso 92. mil. pass. in Eurum recedens. *Cic. Strab. Plin. & al.*

Antiochia super Crago mont. *Antiochetta*, urbs Ciliciæ litt. in Pisidiæ Pamphyliæque conf. inter Selinuntem & Nephelim urbes finitimas, episc. sub archiep. Seleuciensi. *Ptol.*

Antiochia Marginaæ, quæ & Alexandria, & Seleucia dicta est, teste Plin. *Indion* hodie ex tab. recent. *Plin. Ptol. & al.*

Antiochia ad Taurum mont. urb. episc. Comagenes in Syria, in ejus & Euphratesiæ conf. nomen adhuc retinens, teste Bellonio. *Strab. Plin. Ptol.*

Antiochiæ aliæ 7. à veterib. memorantur, quæ cum minime exstent, prætermissæ sunt. Ea vero Antiochia quæ & Mygdonia, & Nisibis urb. Mesopotamiæ, hodie etiam *Asebin* ab incolis nominari fertur.

Antipatris (quæ & Apollonia, & Assur apud Hebræos dicta est) Antipatrida nunc, *Assur*, & *Sur*, testibus Tyrio & Postello, urb. Palæstinæ episc. sub archiep. Cæsariensi, inter Rhamam, seu Lyddam, & Cæsaream ad 10. mil. p. distans, ab Hierosolymis ad 40. in occ. *Ptol.*

Antiphellus urb. Lyciæ marit. *Antifello* etiam nunc dicta, episc. sub archiep. Myrensi, inter Pataram & Andriacam urbes proximas. *Strab. Plin. & Ptol.*

Anti-

Strab. Antiphili portus Æthiopiæ sub Ægypto ad sin. Arabicum, *Vella* nunc teste Stuchio dictus.

Liv. Ptol. & al. Antipolis *Antibe*, urb. Gall. Narbon. marit. ultra Nicæam & ostia Vari ad 6. mil. pass. Forum Julii versus ad 30. in occ. distans: olim urb. episc. sub archiep. Ebrodunens. nunc opp. & portus, sede episcopali Grassam urbem interius 6. mil. pass. distantem transducta. Mart. lib. 13.

" *Antipolitani fateor sum filia thynni.*

Ptol. Antipyrgus, *Luco* Castaldo interp. urb. Marmaricæ littor. apud Catæonium prom. à Creta ins. 500. mil. pass. distans in austr. Tetrapyrgia Strab.

Plin. Ptol. Antirrhium prom. Achaiæ seu Ætoliæ, *Capo S. Andrea*, contra Rhium promontorium Achaiæ Peloponnesi, vix mil. p. ab eo in Bor. distans, ad fauces sinus Corinthiaci, ubi arces utrinque firmissimæ ingressum in sinum prædictum prohibentes, Naupacto proximum, uti Rhium Patris, inter Corynthum & Leucadem 85. mil. pass. circiter.

Strab. Liv. Mel. & al. Antissa urb. Lesbi insulæ episc. sub archiep. Mitylenensi; olim insula fuit à Lesbo divisa, postea illi assidua aggestione arenarum copulata. De qua Ovid. lib. 15. metam.

" *Fluctibus ambitæ fuerant Antissa Pharosque.*

Anton. Antissiodorum, Autosidurum Ammiano, Altisiodorum lib. concil. Autricum Ptol. Vellaunodunum Cæs. *Auxerre*, urb. Gall. Celt. episc. sub archiep. Senonensi, inde 14. leuc. in austr. Augustodunum versus 20. distans, à Nivernis 12. in ort. urbs antiqua à Brenno, ut ferunt, an. urbis Romæ conditæ 315. condita. De qua Wandelt.

" *Tum propriis micuit meritis Antisiodorum.*

Strab. Antitaurus, mons Armeniæ minoris à Tauro in septentriones avulsus, in cujus convallibus Comana urb. est. Illum *Roham Thoura* ab incolis vocari And. Thev. scribit.

Ptol. Antivestæum, quod & Bolerium Ptol. dicitur, prom. Albionis extremum ad occ. in Cornubia reg. ab Exonia urb. Cornubiæ metrop. 79. mill. in occ. ibi opp. S. Burienæ. Varie nominatur hodie, nam *The Cape of Cornwal* teste Camdeno, *Lands end* incolis, quasi finis terræ, & *Penringuaed*.

Cic. Liv. Plin. Antium, Anthium & Anthia Steph. *Antio*, urb. olim episc. & col. Latii marit. ab urbe Roma 30. mil. pass. ab Ostia 32. Circæios versus in ort. 36. distantes, ab Ascanio Æneæ filio, sive ab Antio rege conditum, & à Sarracenis eversum. Nunc ibi Neptunium opp. Hor. lib. 1. carm.

" *O Diva, gratum quæ regis Antium.*

Hinc Antiates pop. apud. Liv.

Tac. Antona fluv. & opp. Albionis, sive Angliæ, fluv. Veium dici testatur Polyd. Virg. incolis *Wie*, in Sabrinam influentem. opp. *Northampton*, teste Lipsio, nominatur. Sed aliis fluv. *Nen* est, Bennaventam, sive Northantonam, quasi Antonam Borealem alluens. Mihi gemina est Antona, una meridionalis, in ora contra Vectim ins. à Wintonia 10. mil. distans, emporium non obscurum, *Hampton*, & *Southampton* Anglis dicta; altera Borealis, *Northampton*, opp. non contemnendum, inter Londinium & Conventriam, inde 57. hinc 20. mil. pass.

Fortun. Antonia, castellum apud Hierosolymam excisum, ante Baris dictum, teste Josepho.

Joseph. Vet. Insc. Antonina *Utrecht*, urb. Batavorum archiep. quæ Utricesium Amm. Marc. dicitur; aliis Trajectum inferius, & Trajectum ad Rhenum, ad alterius in Brabantia discrimen, quod superius, & ad Mosam nominatur. vide ibi.

Antonnacum. vide Antennacum. Antonnacense castellum Fortun. lib. 10. carm. 10.

" *Antonnacensis castelli promptus ad arces.*

Steph. Antron urbs fuit Thessaliæ, à specubus antrisque quibus scatebat nomen habens, Steph. & Suida testibus, ubi asini magnitudinis inusitatæ reperiuntur; ut propterea in proverbium abierit *Asinus Antronius*, de magnis corpore, & stolidis mente. Ferunt ibidem lapides molares ingentes reperiri, quos Græci ὄνους vocant; unde etiam proverbium derivatum videtur. Alii Antronem, & Antroniam opp. in Messenia reg. Peloponnesi locant, à Thessalica diversum.

Antros *le tour de Cordan*, ins. Aquit. ad ostia Garumnæ fluv. inter ins. sancti Martini ad Bor. 12. mill. Gall. & Baionam urbem ad merid. 28. Pomp. Mel.

Antrum S. *Hermeland*, ins. Gall. Celt. ad Ligerim fluv. quæ & Antrium nominatur, *Aindre* teste Bertrando Argent. in Turonum & Cenomanorum conf. duo habens nomina. Ibi S. Hermelandus abb. vitam egit solitariam. Script. Gall.

Antrum Hecates, opp. fuit Samothraciæ ins. cujus mem. Ovid. lib. 1. de tristib. vide Zerynthus. Lycophr. Suid. & al.

Antrum Sibyllæ, antrum Cumanum Mart. Capellæ, Tecta Sibyllæ Statio, Sacellum Sibyllæ Solino, Thalamus Sibyllæ Aristot. (vide quam varie nominetur) *Grotta della Sibilla*, locus celebratissimus Camp. ubi Sibylla Cumana habitavit, in antro intra durissimum saxum interius mire excavato, apud Avernum lacum, inter Baias, Cumas, & Puteolos ad 2. & 3. mil. pass. Virg. Procop.

Antuates pop. Gall. vide Nantuates, uti legendum videtur. Cæs.

Antuerpia *Anuersa*, urb. episc. Brabantiæ, & empor. toto orbe clarissimum. vide Andoverpum, quod nomen illi contigit ab Andoverpo gigante, loci domino circa Jul. Cæs. tempora, cujus adhuc ossa monstrantur.

Antuerpia passim apud neotericos nominatur, ut lib. 4. itin.

" *Nos cursu trepidante vehunt, Antuerpia donec*
" *Ostentare procul nitidas ditissima turres*
" *Inciperet, vallumque altum, fossasque profundas.*
" *Hic homines variis mundi regionibus ortos,*
" *Hispanos, Italos, Gallos, cultosque Britannos,*
" *Omnigenasque orbis merces, artesque per urbem*
" *Omnimodas, &c.*

Anturnacum *Andernach*, opp. Germ. infer. ad Rhenum à Confluentium urbe 3. leuc. in Bor. versus Bonam. vide Antennacum, & Antonnacum. Aut.

Antylla, sive Anthylla, urbs erat Ægypti apud Alexandriam: cujus vectigal à regibus Persarum suis uxoribus in cinctuum impensas donabatur. Herod.

Anus locus erat Samariæ à Neapoli 10. mil. pass. Hierosolymam versus occurrens. D. Hier.

Anuscana urb. vide Nuscum. urb. episc. Italiæ in Hirpinis. Lib. Decr.

Anxa, quæ postea Gallipolis, *Gallipoli*, urb. Salentinorum marit. ad sin. Tarentinum, instar peninsulæ, à tribus part. mari circumfluo, inter Tarentum 50. & Iapygium prom. in ort. 30. mil. pass. occurrens, proxima Nerito, inde 9. ab Aletio 20. episc. sub archiep. Hydruntino. Plin.

Anxanum *Lanciano*, sive *Lanzano*, urb. archiep. Frentanorum in Aprutio apud oram littoream, ab ea 4. mil. pass. distans, ad Lentum fluv. medium fere inter Teateam ad occ. & Histonium ad ort. 15. mil. pass. plus minus dissitum, emporium frequens ob nundinas quæ ibi fiunt. Pop. Anxani Plin. Ptol.

Anxur, postea Tarracina, sicuti & vulgo dicitur, urb. episc. Latii in colle apud oram maris Tyrrheni, & ostium Ufentis fluv. inter Circæios ad occ. & Fundos ad ort. 10. mil. pass. ab urbe Roma 60. inde incipit regnum Neapolitanum. Ejus inter alios mem. Virg. lib. 7. Æn. Plin.

" *Circæumque jugum, queis Jupiter Anxuris arvis*
" *Præsidet-----*

Aonia reg. Bœotiæ montosa, in qua Aonius mons & Pausf.

Gell. Steph. & al. & fluv. tametsi pro tota sumitur Bœotia. Aones pop. Hinc Aonius nomen gent. Claudian. lib. 2. in Rufinum,

" *Sic mons Aonius rubuit, cum Penthea ferrent*
" *Mænades*——

Plin. Aornus, lacus Epiri in Thesprotia reg. ex quo exhalatio est avibus pestifera. Est & Aornos fluv. Arcadiæ in Pheneum lacum influens, teste Athenæo. De quo lacu Virg. lib. 6. Æn. sic,

" *Unde locum Graii dixerunt nomine Aornon.*

Strab. Ptol. & al. Aorsi, pop. Sarmatiæ Tanaim fluv. citra incolentes, Agathyrsis finitimi. Horum reg. *Severia* hac tempestate nominatur sub Moschis, inter eos ad Bor. & Tartaros Præcopenses (qui Mæoticam paludem incolunt cum Taurica) ad merid.

Liv. Strab. & al. Aous *Vaiussa*, fluv. Macedoniæ per oram occid. apud Apolloniam decurrens, qui Lous Ptol. Æas Strab. & Melæ appellari videtur, Plin. utroque modo, fluit in mare Ionium ab Apollonia 10. stad. teste Liv. illum *Pirgi* incolis etiam nominari ferunt. idem enim fluv. sæpe plura obtinet nomina.

Strab. Plin. Ptol. & al. Apamea, & Apamia, urb. Syriæ archiep. olim clara ad Orontem fluv. inter Antiochiam & Hemesam ad 65. mil. pass. à Larissa 15. *Hamous* teste Bellon. *Hama* Leuncl. *Aman* aliis, à Seleuco rege condita, ac de sororis nomine dicta. reg. Apamena. pop. Apamenses Cic. & al. Ejus mem. Dion. Afer.

" *Terrarum mediis Apamea mœnia clara.*

Strab. Plin. Liv. & al. Apamea, quæ & Cibotos, & Celænæ, *Apamiz*, urb. archiep. Phrygiæ magnæ ad Marsyam fluv. circumfluentem, ubi is Mæandro commiscetur, à Seleuco rege & ipsa condita inter Laodiceam & Synnadam, olim sub metrop. Antiochena Pisidiæ, postea & ipsa metrop. effecta.

Ptol. Plin. Apamea *Apami*, urb. Bithyniæ archiep. ad Propontidem, prius Myrlea, sicut & hodie à Turcis nominatur, inter Dascylium urb. ad Bor. & ostia Rhyndaci fluv. ad austr.

Plin. Ptol. Apamea *Miana*, urb. Mediæ in illius & Parthiæ conf. sic incolis dicta, teste Molet.

Plin. Apamia item urb. Mesopotamiæ apud Euphratem fluv. ex adverso Zeugmatis; quid nunc vocetur, apud neminem legi. Altera ad Tigrim in eadem prov. ubi is in duos alveos dividitur, supra Seleuciam ad 125. mil. pass.

Ptol. Apenestæ *Vieste*, urb. Apuliæ Dauniæ littor. ad mont. Gargani radices, episc. sub archiep. Sipontino, inde in Bor. ferme 30. mil. pass. recedens Hyrium versus ad occ.

Strab. Plin. Liv. & al. Apenninus *l'Apennino*, mons notissimus, & maximus Italiæ, illam ab Alpibus maritimis usque ad extremos Salentinos & Brutios in longum, contiguo jugo, nisi qua transitum præbet, dividens, hinc inde varia montium ramenta dimittens, & in duo apud Hirpinos capita seu cornua divisus, uno ad Acram Iapygiam in Salentinis, altero in Brutiis ad Leucopetram prom. finitur; varia pro locorum diversitate nomina tam Latine, quam vulgo sortitus, excelsus maxime inter agrum Parmensem & Lucensem. Ab omnibus poetis memor. à Virg. lib. 12. Æn.

" *Vertice se attollens pater Apenninus ad auras.*

Id. lib. 11.

" *Apenninicolæ bellator filius Auni.*

Ptol. Aperræ, Apyræ Plin. *Phinica* teste Villanov. opp. Lyciæ marit. apud Limyri fluv. ostia, inter Andriacam & Olympum urbes.

Stat. Steph. Apesas, sive Apesus, Apesantus Plin. mons Peloponnesi in Argia reg. apud Lernam paludem, & Nemæam sylvam. De quo Stat. lib. 3. Theb. cui Apesus.

" *Nomen Lernæi memorant Apesanta coloni.*

al. Apesunta. Ibi Jupiter colebatur, qui Apesantius dictus est.

Aphas, qui & Inachus ut videtur aliis appellatur, fluv. Epiri per Molossos fluens, *Inachos* teste Pineto. Plin.

Apheca *Faba*, opp. Palæstinæ in campo magno, teste Bredenbachio. Lib. Reg.

Aphle, *Alarch* ut scribit Pinet. vicus Babyloniæ reg. apud lacum Chaldaicum. Plin.

Aphrodisias *Apodisia*, urb. Cariæ apud Mæandrum fluv. episc. sub. archiep. Stauropolitano. Item ins. est sinus Persici, sic à Venere, quæ ibi colebatur, dicta: Venus enim à spuma maris genita, ut poetæ fabulantur, Aphrodite dicitur. Ptol.

Aphrodisias, Templum Veneris Plin. *S. Theodoro* teste Curiolano Cepio, opp. Ciliciæ marit. inter Celenderim & Sarpedonem prom. Ptol.

Aphrodisium, *Africa* teste Mercat. *Mahadia* incolis, teste Faz. urb. Africæ marit. inter Neapolim & Hadrumentum à Carolo 5. Aug. expugnatum. Alterum quoque in ora littorali ejusdem Africæ apud Hipponem regium, ab eo parum recedens in occ. urb. & col. *Mabra* Molet. Castal. & al. Ptol.

Aphrodisium, *Achatou* teste Lusig. opp. Cypri in ora ad ort. & Bor. à Salamina 9. mil. pass. inter Carpasium & Cerauniam urbes. Ptol.

Aphrodisium, item templum Veneris, Venus Pyrenæa Strab. & Plin. Portus Veneris Melæ, prom. cum opp. olim ejusdem nominis in ora Hisp. citer. in Gall. Narbonens. conf. apud Caucoliberim opp. hodie *Capo de Creuz* teste Floriano, à Narbone 16. leuc. Hisp. in merid. à Pyrene prom. adverso ad occ. 68. in ort. Ptol.

Aphrodites ins. gemina, una Cyrenaicæ, altera Ægypti. vide Læa. Ptol.

Apianum *Aviano*, & *Heppen* Germanis, castrum Tridentinorum apud Athesim fluv. in via Tridento Veronam eunti occurrens. P. Diac.

Apidanus, *Pidanemo* Soph. interp. fluv. Thessaliæ, qui ex Bormio mont. in Peneum, accepto Enipeo fluv. ejusd. tractus, delabitur, Gomphos, non longe oriens, & Pharsalum præterfluit. Hic velocissimus est, in Peneum, acceptis Enipeo, Melace, & Phœnice, labens. Ejus mem. Luc. lib. 6. Strab. & Paus.

" *Appidanus, nunquamque celer, nisi mistus, Enipeus.*

Apina urbs fuit Apuliæ Dauniæ, quam Diomedes una cum Trica, in ea loca veniens, deleta gente Monadorum & Dardorum, ædificavit: quas duas urbes eversas in proverbii ludicrum vertere dicentes *Tricæ & Apinæ*, ut Plin. lib. 3. c. 11. autor est, quo adagio res inutiles & nugatorias significamus, uti apud Martial. l. 14. Plin.

" *Sunt apinæ, tricæque, & si quid vilius istis.*

Apinæ enim & tricæ, num. plur. res futiles dicuntur.

Apollinarium, opp. olim Alebeceriorum in Gall. Narbonens. cujus locus hodie *le Buys* in Provincia dici putatur. Plin.

Apolliniacum *Pollignac*, sive *Solignac*, opp. sive cast. Gall. in finibus Velaunorum apud Podium urb. in mont. Vet. inscrip.

Apollinis urb. magna, *Munsia* teste Jo. Leone Afric. urb. Ægypti ad Nilum Latopoli proxima, à Thebis 80. mil. pass. in Bor. Latopolim versus, pulchra, linoque abundans. Ptol. Ant.

Apollinis fanum, *Tamaclati* hodie, teste Molet. opp. Africæ littor. Tabrachæ urbi propinquum, ab ea in ort. Uticam versus recedens. Ptol.

Apollinis promontorium, Apollonium Strab. *Capo Rasamuzar* teste Mercat. prom. Africæ inter Uticam & Apollinis fanum ad occ. contra Sardiniam porrectum. Alterum in Maurit. Cæsariens. *Capo di Tenes*, teste Molet. & Thev. inter Juliam Cæsaream & Quizam ad occ. Liv. Ptol.

Apollonia

Liv. Ptol. Apollonia *Pollina, Piergo* & *Sissopoli*, urb. Maced. marit. ad occ. episc. olim, nunc metrop. inter Dyrrachium 35. & Aulonem 25. mil. pass. distans, à littore 7. à Scampe 75. ubi Octavianus litteris operam dabat, quando Cæs. Romæ interfectus est. juxta quam Æas fluv. 10. stad. decurrit.

Ptol. Steph. Apollonia altera, urb. Maced. mediterr. in Mygdonia reg. archiep. postea Serræ dicta, *Seres* teste Nigro, inter Thessalonicam & Amphipolim in Cæc. Philippos versus 30. mil. pass. quam alii scribunt interiisse, Serrasque suffectas.

Plin. Apollonia tertia in Maced. in mont. Atho sita est, *Bolina*, sive *Pollina*, & al. *Erisso* dicta, urb. episc. sub archiep. Thessalonicens.

Strab. Plin. & al. Apollonia quoque urb. archiep. Thraciæ in ora maris Euxini in parva insula quæ Apolloniatarum nominatur, apud Halmydessum, seu Salmydessum, inter os Ponti & Calatin in Bor. distantem 88. mil. pass. *Sissopoli* teste Nigro, & *Pollina* teste Pin.

Plin. Ptol. Steph. Apollonia item urb. Mysiæ Asianæ mediterr. ad Rhyndacum fluv. *Lupadi*, ut aliquibus videtur, in colle inter Pergamum & Sardes 30. stad. sita, episc. sub archiep. Sardiano.

Mel. Ptol. & al. Apollonia demum urb. olim episc. Cyrenaicæ marit. à Phycunte prom. 22. mil. pass. in ort. distans, totid. fere à Cyrenis, *Bonandrea* hodie.

Diod. Steph. Apollonia etiam fuit opp. Siciliæ Leontinis finitimum, quod Apolloniensis urbs à Cic. nominatur, prorsus extinctum, locus *Pollina* dicitur.

Apollonia item urb. Bithyniæ episc. sub archiep. Nicomediæ, & alia urb. Cariæ, episc. sub archiep. Stauropolit. Quarum in lib. concil. fit mentio.

Luc. Mart. Aponus *Abano*, vicus cum fonte & balneis in agro Patavino, ubi T. Liv. historicus ortus traditur, à Patavio 5. mil. pass. Euganeos colles versus. De balneis Claudian. sic in epigramm.

" *Felices, proprium qui te meruere, coloni;*
' *Fas quibus est Aponum juris habere sui.*

Lib. Prov. Appencensium urb. *Gap*, urb. episc. Gall. Narbon. in Delphinatu sub archiep. Ebrodunensi, inde 7. leuc. distans. vide Vapingum.

Ptol. Apphana, ins. sinus Persici, cæteris ins. ejusdem sin. occidentalior, prout à Ptol. describitur. forte *Quetumi* hodie.

Liv. & al. Appia via ab urbe Roma per Capuam Brundusium usque perducebatur, 330. seu 350. mil. pass. longa, in quam Latina, & aliæ viæ incidebant. Cujus magna pars adhuc lapidibus strata conspicitur. De ea Stat. sylv. l. 2.

" *Appia longarum teritur regina viarum.*

Strab. Thucyd. & al. Appidanus fluv. Thessaliæ Phthiam urbem alluens, & in Peneum labens, *Pidanemo*. vide Apidanus.

Cic. Appii Forum. vide Forum Appii. urb. Latii excisa in via Appia occurrens, inter Privernum & Tarracinam. Appulus apud Hor. lib. 3. carm. ode 4.

" *Me fabulosæ Vulture in Appulo.*

vide Apulus in Apulia.

Plin. Justin. & al. Apros col. Apri Ptol. *Aprio*, urb. Thraciæ archiep. mediterr. inter Philippos urbem Maced. 187. & Byzantium 120. mil. pass. inter Trajanopolim ad occ. & Resistum ad ortum ad 24. mill. fita, à Cypsella duplo distans, à Theodosio imp. instaurata, & Theodosiopolis dicta.

Plin. Aprusa *Plusa*, fluviolus Gall. togatæ viam Æmiliam secans apud Savinianum opp. inter Cæsenam & Ariminum, ac in mare Hadriaticum desinens.

Plin. Aprustum, Abystrum Ptol. opp. Brutiorum in Calab. citer. quod *Castrovillari* nunc dicitur, teste Barrio, à Cosano 6. mil. pass. à Balbia 7. à Besidiano 22. in occ. Al. est *Vernicario* oppidulum Castrovillario & Murano proximum. Abystrum vero, teste eod. Barrio, diversum ab Aprusto, *Ursimarso*, opp. ejusd. Calabriæ à Talao, seu Scalea 8. à Cerilli 20. ab Argentano 30. sed Abystrum erat in mag. Græcia apud Petiliam, ex Ptol. descript.

Ptol. Apsalus, *Prespa* Mol. opp. Macedoniæ mediterr. Europo & Hormæ oppidis finitimum.

Arrian. Apsarus, Absarum & Absarus Plin. Apsorrus Ptol. opp. cum fluv. Cappadociæ in Colchidis conf. inter Trapezuntem 150. & Phasim urbem Colchorum in Bor. 75. mil. pass. *Arcani* nunc dici putatur, teste Molet. ortum habet ex Pariedris montibus Arm. majoris, teste Plin.

Cæs. Luc. Strab. Apsus, *Aspro*, al. *Ueo*, fluv. Maced. in mare Ionium inter Dyrrachium & Apolloniam decurrens, Genuso vicinus. Cujus mem. Luc. lib. 5.

" *Tellus, quam volucer Genusus, quam mollior Apsus.*

Plin. Apta Julia, *Apte, Atte*, & *Xat*, (varie enim profertur) urb. Gall. Narbonens. episc. sub archiep. Aquensi, inde 9. leuc. Cabellioni propior 5. leuc. distans ab Avenione 10. in ort.

Euseb. Suid. Aptera, Apteria Ptol. Apteron Plin. *Atteria* in tab. recent. & al. *Paleocastro*, opp. Cretæ mediterr. à Cydonia 80. stad. in austr.

Ptol. Aptuchi fanum, Aptungis apud D. Augustinum, urb. Cyrenaicæ in reg. Pentapolitana, *Lungisarie* incolis, ut Lud. Marmol. scribit.

Caton. & Vet. Insc. Apua, *Pontremole* teste Justiniano cum al. opp. Liguriæ in Thusciæ conf. amplum ad Macram fluv. intra montes qui Apuani dicuntur, à Luna urbe excisa 25. mil. pass. in Bor. quot fere à Bardo. Pop. Apuani Liv. Ibi carmen vetustum in vet. inscript.

" *Apua sum magno quondam celebrata Catone.*

Ptol. Plin. & al. Apulia Daunia, *Puglia piana*, & *Capitanata*, reg. Italiæ in regno Neapolit. inter Tiphernum, seu Phiternum fluv. à Frentanis in occ. separantem, & Aufidum ad ort. ab altera Apulia dividentem, in qua Garganus mons & Sipontum metrop.

Plin. Liv. & al. Apulia Peucetia, *Terra di Bari*, & *Puglia* altera, reg. Italiæ à Daunia Aufido fluv. divisa in ort. vergens, ubi Salentini subsequuntur. In ea Barium metrop. à quo hodie regioni nomen est. Pop. Peucetii, & Pediculi Plin. Utraque inter Apenninum mont. ad merid. & mare Adriaticum ad Bor. perstringitur. Hujus mem. Hor. lib. 1. serm. sat. 5.

" *Incipit ex illo montes Apulia notos*
' *Ostentare mihi.---*

Hinc Apulus, & Apuli pop.

Urbes Apuliæ Dauniæ.	Teanum
Apenestæ	Salapiæ
Arpi	*Urbes Apuliæ Peucetiæ.*
Canusium	Barium
Erdonium	Egnatia
Nuceria Apulorum	Venusia.

Ptol. Apulum, *Alba Giulia* ex antiq. inscript. urb. episc. Daciæ sub archiep. Colocensi, Transylvaniæ regia, inter Claudiopolim & Cibinium ad 7. leuc. dissita. vide Alba Julia.

Vet. Inscr. Aquæ, quæ & castellum aquarum à Tac. dicuntur, *Baden*, urb. Helvetiorum inter Tigurum & Aquas duras Basileam versus 2. leuc. Helvet. occurrens: ubi solent generalia regionis comitia haberi. Appellantur & thermæ superiores, ad alterius urbis Germ. in sylva nigra discrimen, quæ thermæ inferiores à Latinis dicitur, vulgo etiam *Baden*. vide Thermæ.

Vet. insc. Aquæ item opp. Pannoniæ super. in Stiriæ confin. inter Vindobonam & Scarabantiam occurrens. vulgo *Furstenfeld*, inter Bolentium seu Rackelsburgum, & Sabariam in Cæc. 6. leuc. Hung. à Sopronio 8. in austr. versus Canisiam 5.

Ant. Aquæ Apollinares, locus erat Etruriæ inter urbem Romam 34. & Cosas urbem excisam apud mont. Argentarium 27. mil. pass.

Ptol. Aquæ Augustæ, quæ & Tarbellicæ, *Acs* teste Vineto, vel *Dax*, urb. Gall. Aquit. episc. sub archiep. Auxitano, à Baiona urb. postrema Gall. in Hisp. conf. 7. leuc. Auscos versus, à Burdigala 26. in austr. Sunt qui aquas Augustas ipsam Baionam vocent; sed Vineto magis fidendum in ea reg. educato.

Ant. Aquæ Balissæ, *Selle* teste Laz. opp. Hungariæ in Pann. infer. à Quinque Ecclesiis 5. leuc. Hungar. distans in occ.

Aquæ Bigerronum, eædem cum Tarbellicis putantur.

Ant. Aquæ Bilbilitanorum *Bannos de Alhama*, locus Hisp. Tarracon. agri Bilbilitani in regno Arragonio; sic interp. Gasp. Varrerius.

Varr. Aquæ calidæ, non Caiæ, ut scribit Ortel. cum Leandro; thermæ in Thuscia apud Viterbium, inde ad 3. mil. pass. Phisconem versus. Baiæ Strab. & Tibull. *Bagni di Bollicano*.

Ptol. Aquæ calidæ, Aquæ Celinæ Anton. Amphilochia Strab. Auria in lib. conc. *Orense*, urb. Hisp. Tarrac. in Gallæcia episc. sub archiepisc. Compostellano, inde 18. leuc. quot à Luco in aust. Tyden versus 8. ad Minium fluv. Potius Aquæ calidæ sunt *Aigues caldes*.

Ptol. Aquæ calidæ etiam in Britannia, quæ & Aquæ solis, & Bathonia, urb. episc. Angliæ.

Ant. Aquæ Convenarum *Bagneres*, opp. Aquitan. in finib. Convenarum, nunc in com. Bigerronum inter Tarbam & Erpaunum 3. leuc. ab Olorona 2. in Bor.

Strab. Plin. Dionys. Vet. Insc. Aquæ Cutiliæ *Lago di Contigliano*, lacus Sabinorum in agro Reatino. Aquæ Sabinæ etiam dictæ, & Strab. Cotiscoliæ.

Aquæ Flaviæ *Chiaues*, opp. Hisp. in Bracarum & Callaicorum conf. opp. amplum regni Portugallici, à Bracara Augusta 11. leuc. paulo plurib. à Bragantia. Pop. Aquiflavienses. A Tito & Vespasiano nomen habent.

P. Diac. Aquæ Gradatæ *S. Cantiano*, pag. seu vicus Carnorum apud Aquileiam, ab ea 3. mil. pass. ubi S. Chrysogonus pro Christo D. capite plexus est.

Aquæ Grani. vide Aquisgranum.

Anton. Aquæ Larodæ in p.c. vide Thermæ.

Plin. Aquæ Patavinæ, Fontes Aponi Liv. Mart. & Cassiod. *Bagni d' Abano* in agro Patavino. vide Aponus.

Ptol. Aquæ Quintianæ, opp. Hisp. in Callaicis, quod *Aigues caldes* nonnullis esse videtur. Forte ille locus est qui Ancianes vulgo dicitur.

Ant. Aquæ regiæ, urb. fuit Africæ episc. sub archiep. Carthaginens. nunc pag. *Casal Romol* vulgo dictus teste Marm. inter Hadrumetum & Suffetulam 50. mil. pass.

P. Vict. Aquæ urbis Romæ.

Anio novus, aqua ex Aniene fluv. extracta, via Sublacensi Romam perducta 24. ab urbe mil. pass.

Anio vetus, aqua pariter ex Aniene supra Tibur extracta, Romamque perducta per viam novam inter Latinam & Lavicanam.

Alsietina ab Alsio urbe.

Appia ex agro Lucullano via Prænestina inter sextum & octavum ab urbe lapidem deducebatur.

Claudia è lacu Sublacensi 35. mil. pass. distante in urbem derivabatur: cujus aquæductus arcus propior apud hortos Plancianos adhuc conspicitur. Urbem ingrediebatur per portam, quæ nunc major appellatur, olim Esquilina.

Julia ab Aureliano ducta in Tepulam 12. ab urbe lapide incidebat.

Martia ex lacu Fucino via Valeria deducebatur: cujus aquæductus pars apud S. Laurentium extra muros adhuc videtur.

Tepula ex agro Lucullano via Latina 12. ab urbe milliario, ubi villa Luculli erat, apud Columnam opp. excisum inter Tusculum & Tybur.

Virginea, & ipsa ex agro Tusculano via Prænestina 8. mil. pass. ab urbe, in eam per portam Pincianam ducta, nomen servans, ac *Fonte etiam di Trevi* dicta, usui totius urbis inserviens. Cujus mem. Ovid. lib. 1. fast.

" *Hic ubi Virginea campus obitur aqua.*

Harum porro aquarum sola Virginia perseverat.

Aquæ sextiæ *Aix*, urb. arch. & col. Gall. Narbon. Provinciæ metrop. conventusque juridicus, Massiliæ finitima, ab ea 5. leuc. in Bor. distans, ab Arelate 12. ab Avenione 13. in ort. inter Nemausum ad occ. 53. & Nicæam ad Varum in ort. 73. mil. pass. ex Strab. *Strab. Plin. & al.*

Aquæ solis, Aquæ calidæ Ptol. mons Badonius, sive Badonicus Bed. postea Bathonia, nunc *Bath* vulgo, & *Caer Badon* Britannice, urb. Britanniæ episc. sub archiep. Cantuariens. in regno Angliæ, inter Bristolium 10. & Sarisburiam 25. mil. media fere inter Glocestriam & Dorcestriam 30. mil. utrinq;. *Ant.*

Aquæ Statellæ, Aquæ Statyellæ Plin. *Acqui*, urb. episc. Liguriæ ad Bormiam fluv. in duc. Montisferrati sub archiep. Mediolanens. ab Alexandria 15. mil. pass. in occ. paulo plurib. ab Asta, & Alba Pompeia Savonam versus. Hic aquæ calidæ, & sulfureæ, ad quas ægroti plures indies confluunt, ut humores frigidos noxiosque absumant. Pop. Statellates Liv. Statiellenses Cic. *Strab. Plin.*

Aquæ Suessanæ, Sinuessanæ Liv. Plin. & Mart. *Torre de Bagni*, thermæ apud Sinuessam urbem Campaniæ excisam, à Suessa 10. mil. pass. in ort. à Minturnis & ostio Liris 8. al. *Acque di Mondragone* dicuntur. *Tac.*

Aquæ Tarbellæ, Tarbellicæ Anton. quæ Aquensium civit. libro prov. *Dax*, sive *Aqs* urb. episc. Aquit. vide Aquæ Augustæ. *Auson.*

Aquæ Taurinæ, Aquula Ptol. *Acqua pendente*, opp. Etruriæ apud Peliam fluv. inter Sænam 40. & Volsinios 10. in via quæ Romam ducit. Pop. Aquenses Plin. vide Acula. *Plin.*

Aquæ Voconis, *Balneole*, seu *Bannoles*, opp. Hisp. citer. in Catalaunia, teste episc. Gerundensi, Gerundæ urb. proxim. inde 5. leuc. inter Ficerias & Aulotum propiora opp. *Aniano.*

Aqua viva, urb. & col. Camp. Venafro urbi propinqua, opp. nunc adhuc *Acqua viva* dictum, apud Vulturnum fluv. inter Venafrum & cœnob. S. Vincentii in Aprutii conf. ad 12. mil. pass. *Lib. Conc.*

Aquaviva, sive Aquavia, *Fuczel* sive *Teplicza* teste Laz. opp. Pann. super. in Stiriæ & Hung. conf. à Pœtovione 20. mil. pass. in ort. *Ant.*

Aquenses cognomine Taurini, pop. Hetruriæ, quorum opp. Aquula, & Aquæ Taurinæ, inter Oropitum ad ortum, & Suanam ad occ. 12. mil. pass. *Plin.*

Aquensium urb. *Dax* urb. episc. Aquit. vide Aquæ Tarbellicæ. *Lib. Prov*

Aquicaldenses, pop. Hisp. citer. quorum opp. Aquæ calidæ, *Caldes* vulgo, in Catalaunia, à Barcinone 4. leuc. Vicum versus. *Plin.*

Aquiflavienses, pop. Hisp. quorum opp. Aquæ Flaviæ, vulgo *Chiaues*, apud Tamacam fluv. *Vet. Insc.*

Aquila, urb. episc. in Aprutio Vestinorum, & totius Aprutii primaria, in mont. ad subterfluentem Aternum, ex ruinis Amiterni & Forconii urbium excisarum condita, sive aucta, ab urbe Roma 60. mil. pass. à Neapoli 120. Anconam versus fere totidem. *Prov. Rom.*

Aquila item olim Calydon, urb. Ætoliæ episc. sub archiep. Naupactensi ad Euenum fluv. apud ostia, vulgo *Ayton*, teste Soph. *Curopal.*

Aquileia *Aquilegia*, urb. patriarch. Carnorum metrop. *Cic. Plin.*

Liv. & al. metrop. ad Turri & Alsæ fluv. confluentiam, ab Hunnis sub Attila rege excisa, quondam ex primis Italiæ, ut quæ Roma excepta, primaria. Nunc jacet à paucis habitata, ad Austriacos principes spectans: cujus patriarcha Utini, urbis Carnorum sub Venetis hodie primariæ, inde 20. mil. pass. distantis, residet. Ipsa ruderibus longe lateque sparsis, inter Concordiam quoque excisam ad occ. & Tergestum in ort. 30. mil. plus minus dissidet, *Aglon*, & *Aglar* Germanis dicta. De ea Auson. in catal. urbium.

" *Nona inter claras Aquileia cieberis urbes.*

Liv. Plin. Ptol. Aquilonia urbs fuit Samnii olim, urb. episc. Hirpinorum in regno Neapolit. quam varie indigitant: aliis est *Agnone* opp. in Aprutio; aliis *Anglona* urb. excisa in Lucania; Celso Cittadino *Lacedogna* urb. episc. Hirpinorum sub archiep. Compsano. Sed situs repugnat; nam ex Liv. locus Aquiloniæ erat inter Beneventum & Luceriam; Laquedonia vero Melphi, & Mont. viridi proxima est, Bisaciæ propior ad 3. mil. pass. Aquilonia autem à Benevento 30. mil. pass. distabat, ab Æcis 10. Quare illam prorsus extinctam cum Volaterrano putamus. Pop. Aquiloni Plin.

Ptol. Ant. Aquincum, sive Acincum, *Cepol* teste Laz. opp. Hung. in Pann. infer. ad Danubium fluv. apud Budam, ab ea in austr. 2. leuc. Hung. distans.

Cic. Tac. & al. Aquinum *Aquino*, urb. episc. & col. Latii apud fines Samnitium excisa ad reg. Neapol. spectans, cis Casinum 5. mil. pass. cujus episcopus Pontecurvo opp. finitimo residet. Raros habet incolas, à Conrado imp. eversa. D. Thomam Doctorem ecclesc. clarissimum protulit. De eo Sil. l. 8.

" *Commovet, atque viris ingens exhaurit Aquinum.*

Recent. Aquisgranum, Vetera Ptol. & Anton. Thermæ grani Rheginoni, cui etiam Aquæ, *Aken*, & *Aquisgrana* Italis, urb. Germ. infer. libera, ac ex primis Belgii, inter Coloniam Agripp. 10. & Leodium in occ. 6. leuc. à Juliaco 4. Nomen habere traditur à Grano Neronis fratre illius conditore.

Cæs. Plin. Strab. & al. Aquitania, quæ & Aremorica Plin. *Guienne* (tametsi latius patet Aquitania quam Guienna) una ex 4. Gall. partibus, quæ apud Cæs. Garumna, montibus Pyrenæis, & oceano definitur. apud Plin. Ptol. & alios longe major, in duas Garumna fluv. distincta; quarum quæ cis Garumnam est parte ad occ. *Guienne* dicitur, in qua Burdigala metrop. est; reliquum in tot fere regiones quot sunt civitates dividitur, continet enim Santonas, Pictavos, Lemovices, Petrocorios, Cadurcos, Ruthenos, Arvernos, & alios: quæ trans flumen Garumnam est magna ex parte *Gascogne* dicitur, & *Bearn* juxta Hisp. limites. Vasconia autem, quæ à Vasconibus Hisp. pop. trans mont. Pyrenæos nomen accepit, Novempopulonia teste Plin. nominata fuit. Pop. Aquitani. Inde Aquitanicus nom. gent. Auson. in cat. urb.

" *Interiusque premunt Aquitanica rura Gebennæ.*

Ptol. Aquula, Aquæ Taurinæ Plin. opp. Hetruriæ apud Peliam fluv. media fere inter Suanam ad occ. & Oropitum ad ort. 12. mil. pass. utrinque, vulgo *Acqua pendente.*

Vet. trad. Ara Cæsaris *Arsago*, pag. Insubriæ in agro Mediolanensi apud Curiam pictam, à Mediolano 10. mil. pass. inter Albiatum & Saronum.

Ant. Ara lapidea, Arlapa lib. Not. *Pechlarn* Laz. interp. opp. Norici ad Danubium in Austria apud Medelicum opp. 1. leuc. ab eo in occ. distans, medium fere inter Viennam ad ort. & Lentiam ad occ. utrinque 13. circiter leuc.

Juven. Ara Lugdunensis *Ainay*, cœnobium nunc prope Lugdunum, ad Araris cum Rhodano confluentiam. Mem. Juvenal. sat. 1.

" *Aut Lugdunensem rhetor dicturus ad aram.*

Ptol. Ara Tutila, *Calonica* teste Molet. opp. olim, nunc pag. Corsicæ in ora ad ort. apud Marianam urb. excisam, Aleriam versus.

Corn. Tac. Ara Ubiorum, locus Germ. infer. ad Rhenum in altera illius ripa, è regione Coloniæ Agripp. ubi nunc cœnobium Divitense, teste Junio.

Stra. Pli. & cæt. omnibus. Arabes pop. Arabiæ, de qua mox. De quib. Luc. lib. 3.

" *Ignotum vobis Arabes venistis in orbem.*

Arabes olim divitiis fluxisse inde colligitur, quod *Arabum gaza* in proverbio sunt apud Horat. cum opes cumulatissimas significare volumus.

Plin. Strab. Mel. Ptol. Arabia triplex Asiæ reg. Deserta, *Beriara* teste Villan. cum al. inter Syriam ad occ. & Arabiam felicem ad ort. atque inter Mesopotamiam ad septentriones, Euphrate fluv. disseparante, ubi Scenitæ pop. & Arabiam Petream ad austrum. Felix *Aiman*, & Turcis *Gemen* vel *Giamen*, amplissima, inter duos maximos sinus, Arabicum ad austrum, & Persicum ad septentr. perstricta, inter occ. & ort. longissime excurrens, mari rubro Indiam versus definita: in qua Sabæi pop. multaque regna continentur. Petrea demum, Nabathæa Strab. & Plin. *Barraab* & *Bengaucal*, aliisque nominibus appellata, inter Palæstinam ad occ. Jordane & Asphaltite lacu divisa, & Arabiam felicem ad ort. ac inter Desertam ad arctos, Ægyptum, partemque sinus Arabici ad merid. In qua pop. Nabathæi, & urbes claræ Petra, Medaba, & Bostra. In Arabia fel. phœnicem avem unicam, quæ 690. annis vivat, & renascatur, reperiri authores sunt Plin. & Sol. Arabius item nom. gent. ab Arabia deducitur; ut Arabius tibicen, & Arabia tibia; quæ in proverbium abiere, ut apud Jul. Polluc. ex Menandro. Nam quoties aliquem loquacitatis notare volumus, *Arabia tibia*, vel *Arabius tibicen* dicimus. Arabia etiam pro unguentis pretiosis accipitur apud Lucret. ut *Totam spirare Arabiam* quasi in modum proverbii dicitur.

Plin. Strab. & al. Arabicus sinus *Golfo d' Arabia*, Italis *Mare Rosso*, incolis vero *Bohar Corsun*, & *Calzan*, aliisq; nominibus pro locorum diversitate: Cujus longitudo, inter intimum recessum, ubi Heroum urb. & fauces illius 350. leuc. Hisp. continet. Latitudo alicubi maxima 50.

Anton. Arabissus urbs fuit Armeniæ minor. episc. sub archiep. Melitenensi in confin. Comagenes apud Taurum mont.

Anton. Arabo, Narabo Ptol. fluv. & urb. Pannoniæ sup. in Hung. *Rab* utrumque incolis dicitur, urb. vero *Giavarin* ab Italis nominatur, urbs munitissima ad Arabonis cum Danubii parte confluentiam, episc. sub archiep. Strigoniens. inter Viennam ad occ. 14. & Budam ad ort. ad 16. mill. Hung. à Posonio 10. in austrum, ab Alba regali 18. Viennam versus.

Ptol. Arabriga, *Arrabida* teste Varrerio, opp. Hisp. Lusit. in regno Portugallico inter Leiriam urb. & oram littoream ad 3. leuc. dissitum circiter.

Solin. Ptol. Plin. & al. Arachosia, *Cabul* teste Jac. Cast. *Chesimur* teste Mercat. reg. Asiæ Indiæ finitima, Indo fluv. ab ea in occ. divisa; cujus urbes primariæ Alexandria, & Arachotus, quæ & Arachosia Solino dicitur, à Prophthasia Drangarum regia 515. mil. pass. in ortum recedit.

Ptol. Steph. & al. Arachotus, lacus & fluv. Arachosiæ cum urbe ejusdem nominis, quæ Sol. Arachosia, & Plin. Arachosiorum opp. appellatur. fluv. *Sim*, lacus *Bimaru*, urb. *Cabul*, (quod nomen est regioni) incolis dicuntur.

Liv. Ptol. Arachthus fluv. cum opp. Epiri in Acarnanum finibus, quod *Spagmagmurifi* incolis teste Nigro dicitur. Fluv. etiam apud Nicopolim urb. teste Strab. fluit diversus ab hoc, ut videtur, ac in fin. Ambracium labitur. Al. videtur idem.

Oros. Aracillum, Arracillum Floro, Aracælum Anton. *Arraiola*, vel *Arexil*, teste Garibæo, cum Mariana, opp. olim, nunc pag. Hisp. Tarracon. in Cantabris à Pompelone 29. mil. pass. in occ. Segisamæ opp. proximus: sed teste Hieron. Zurita *Araciol* nominatur, inter Pharum & Corellam opp. Navarræ.

Strab. Plin. Aracynthus mons Ætoliæ, sive Acarnaniæ, per illam extensus. Alter teste Steph. in Bœotiæ & Atticæ conf. ubi Dirce fons, unde Dircæus; de quo Virg. in eclog. 2.

" *Amphion Dircæus in Actæo Aracyntho.*

Juxta Aracynthum Acarnanum novam Calydonem urbem exstructam scribit Strabo.

Lib. Jud. Arad, opp. olim Amorrhæorum, nunc pag. à Chebron & Malati 4. mil. pass.

Ptol. Araduca, *Arzua* Molet. & al. *Guimaraes* Floriano; *Guimaranes* al. opp. Lusit. quod Latino recenti Vimaranum dicunt, à Bracara 2. leuc. in ort. deest in cod. Græco.

Ptol. Araducta, *Lamarante* teste Moletio, opp. Lusit. Bracaræ finitimum, inde 5. leuc. aquas Flavias versus. Mihi potius est *Ardoza* opp. ejusdem regni Portugallici, apud Castrum Blancum, à quo 4. leuc. in occ. nomen enim alludit, & situs apud Ptol. magis congruit.

Strab. Plin. & al. Aradus insf. Phœniciæ apud Orthosiam urb. ponte juncta continenti, à littore olim 20. stad. recedens, circ. 7. cum urbe ejusdem nominis ab Aradio filio Chanaan condita.

Ptol. Aræ Cæsaris, *Veliki Preunos* teste Sigism. Eberstenio, locus Sarmatiæ Europ. apud Tanaim fluv. à Tanai urbe 20. leuc. Germ. in Bor. quæ & Aræ Alexandri.

Ptol. Aræ Flaviæ, sive ex al. cod. Alæ Flaviæ, *Nordlingen*, urb. Germ. in Suevia trans Danubium, inter Augustam Vindelicorum ad merid. & Hallam ad septent. 8. leuc. ab Ulma 7. al. est *Blaubeuren*, opp. apud Danub. ab Ulma 2. leuc. in occ. aliis est *Heidenheym* opp. ultra Norlingam 3. leuc. in Bor. Prior interpretatio communior.

Antiq. Inscript. Aræ Herculis, locus in Alpibus Graiis, quà Cæsar in Gall. trajecit, apud mont. S. Bernardi, ut vocant.

Salust. Ptol. Aræ Philænorum, villa Philæni Ptol. *Nain*, opp. Africæ marit. & extremum in Cyrenes conf. teste Lud. Marm. cum al. cujus mem. Salust. & Val. Max. Al. *Porto di Sabia* dici videtur.

Plin. Mel. Aræ Sestianæ, sive Aræ tres Augusti, Trileucum Ptol. ut situs persuadere videtur, *Capo di Pennas* in peninsula Asturum apud Gigiam opp. ab Oveto 7. leuc. in Bor. recedens. Scythicum Melæ dici videtur.

Plin. Aræ Sextianæ, Turris Augusti Melæ, Lucus Augusti Ptol. *Lugo* teste Ambros. Mor. cum. al. urb. Hisp. in Gallæcia episc. sub archiep. Compostellano, inde 18. leuc. in ort. à Caronio 12. Mindonem versus. Sed Aræ Sextianæ, quæ eædem Sestianis videntur, à Luco Augusti diversæ sunt; illæ enim littorales sunt, Lucus vero in mediterr. est.

Ptol. Aræ solis, *Capo di Mongia* teste Molet. cum al. prom. Callaicorum, seu Gallæciæ extremum ad occ. & Bor. post Nerium prom. sequens ad 4. leuc. Sed Græcus cod. Aræ Sestii, non solis habet, ex quo liquet hic Aras Sextianas esse locandas à Luco urb. diversas.

De Aris iterum.

Aræ Alexandri Ptol. locus erat Sarmatiæ Europææ apud Tanais flexionem, ubi maxime in ortum vergens proxime ad Rha fluv. accedit, in Moschorum regione.

Aræ Cæsaris Ptol. erant in eadem Sarmatia apud Tanaim fluv. inter ostia Tanais & ejusdem flexionem, quo in loco nunc *Scosna* opp. Moschorum, seu non longe conspicitur.

Aræ Flaviæ Ptol. urbs Germ. quam plerique Nerolingam *Nordlingen* vocant, urbem Sueviæ liberam claramque, ab Ulma supra 6. leuc. in Bor. Noribergam versus 12.

Aræ Mutiæ Cat. & Plin. *Aremuzze*, opp. Etruriæ in colle excisum, in finibus Veientum, apud urbem Castellanam.

Aræ Philænorum Ptol. & Salust. cui etiam Aræ Philenon, op. Africæ littor. ultra Septim inter Syrtes, *Porto di Sabia*.

Aræ Sabeæ, *Caitachi* teste Mol. urb. Mediæ in ora maris Caspii in Atropatia, apud Cyri flum. ostia.

Aræ Sestianæ Pomp. Mel. ad Trileucum prom. in ora Asturum, ubi nunc *Gyon* opp. ab Oveto urbe ad 4. leuc. in Bor. recedens, & ab Abula, *Aviles*, 5. in ortum.

Aræ Sestii Ptol. (licet aliqui Aræ solis legant) prom. Callaicorum in ora occid. *Capo di Mongia* hodie, à Nerio prom. 4. leuc. in Bor. Caronium urbem versus 11.

Aragus *Arga*, fluv. extremus Hisp. in finib. Cantabrorum, apud Baionam urb. Gall. Aquitanicæ oriens, ac in Egam fluv. Cantabrorum in Guipuscoa influens. Aragus item apud Strab. est fluv. Molossorum in Epiro. *Ex D. Eulog.*

Arandis *Torvedra*, sive *Torres Vedras*, uti Moletio & aliis videtur, opp. Hisp. Lusit. ab Ulyssipone 9. leuc. Leriam in occ. versus. Sed situs apud Ptol. minime congruit. *Ptol.*

Arapotes, Maria, & Maræotis Strab. lacus Ægypti maximus, proximus Alexandriæ, qui *Antacon*, & *Buheira*, ab adjacentibus oppidis, test. Ort. & Ziegl. nominatur. *Plin.*

Arar, Araris Virg. & Plin. Saucona Amm. Marcell. *la Saone*, fluv. Gall. Celt. Sequanos ab Æduis separans, ac paulo infra Lugdunum Rhodano congrediens. cujus fontes à Mosellæ fontibus in Lotharingia 10. leuc. distant. De eo Claud. in paneg. Theodos. *Cæs. Ptolem. & cæt.*

" *Lentus Arar, Rhodanusq; celer, & dives Iberus.*

Apud eundem Araris, sic ad Rufin. 2.

" *Quos Rhodanus velox, Araris quos tardior ambit.*

Ararus, fluv. Asiæ per Armeniam fluens, 6. mil. pass. ab Euphrate oriens. *Herod.*

Aravisci, Arabisci Ptol. pop. Pannoniæ infer. Scordiscis finitimi, iis borealiores, qui nunc *Rasciani* dici putantur apud Taurunum urb. Hos Tac. ad ulteriorem Danubii ripam ubi reg. *Masons* dicitur, describere videtur. De iis Franc. Picus Mirandulan. *Plin.*

" *Osus Aravisco, dubium deductus, an illo*
" *Hic genus antiquum referat, sub judice lis est.*

Araurаris, Araurius Ptol. Rhauraris Strab. (vide ibi) fluv. Gall. Narb. ex Gebennis montibus profluens, ac in mare Gallicum ad Agatham urb. influens. *l'Eraud* vulgo. *Mela.*

Arausa. vide Arauzona. opp. Illyrici. *Ant.*

Arausio col. Secundanorum apud Plin. *Orange*, urb. episc. sub archiep. Arelatensi, & academia in Gall. Narbon. in Provincia, ab Avenione 4. leuc. Carpentoracti propior. A Gallico regno immunis proprio principi paret. *Plin. Ptol. Sidon.*

Aravus *Araw*, fluv. Gall. Belg. per Lotharingiam in Mosellam influens. De quo solus Auson. ex veteribus agit in sua Mosellana. *Auson.*

" *Naviger undisona dudum me mollis Aravus*
' *Torta veste vocat*---- [aliæ edit. hab. *mole Saravus*]

Arauzona, Arausa Anton. *Ostroviza* Nigro, *Suonigra* Simlero, opp. Illyrici mediterr. inter Jaderam *Ptol.*

ram ad occ. 40. & Tragurium in ort. 46. mil. pass. ex Anton. itiner.

Virg. Senec. Strab. & al. Araxes, *Arais* in tab. recent. *Achlar* apud Leuncl. *Colachz* apud Thevet. fluv. notissimus, & ingens Armeniæ majoris, illam à Media Atropatia separans; sic ferunt à violentia nominatum: *Aresque* dici à Turcis scribit Leuncl. illius fontes ab Euphratis 6. mil. pass. tantum distant, teste Plin. Ejus mem. Virg. lib. 8. Æn.

" *Indomitique Dacæ, & pontem indignatus Araxes.*

Xenoph. Araxes alter in Mesopotamia ultra Thapsacum civit. 31. stathmis, & 50. parasangis, ut scribit Xenophon in Cyri expeditione.

Polyb. Strab. & al. Araxus, *Capo di Chiarenza* teste Soph. prom. Elidis in ora occid. Peloponnesi, inter Dymam & Cyllenen, inter quod & Chelonitem prom. ejusdem oræ australius Peneus fluv. in mare Ionium effunditur. Abest à Dyma urbe 60. stad. in occ. Araxus nautis formidabilis est, ut poeta quidam lib. 2. itiner. scribit. est enim scopulosum hoc prom.

" *Præteriens scopulos, rupesque minacis Araxi.*

Plin. Arba, Scardona Ptol. ins. Liburniæ cum urb. ejusdem nominis episc. sub archiep. Jaderensi, contra Seniam urbem, inter Vegiam ad occ. & Curictam ad ort. 10. mil. pass. longa 40. dimidio lata: *Arbe* etjam vulgo dicta.

Lib. Not. Arbeia *Ierbey*, sive *Ierby*, opp. olim Albionis, nunc pag. Angliæ in Cumbria reg.

Q. Curt. & al. Arbela urbs quondam Assyriæ, apud quam Alex. Macedo Darium Persarum regem vicit. urb. erat episc. in lib. concil. memorata. reg. Arbelitis Ptol.

Steph. Arbele quoque urbs fuit Siciliæ, cujus cives stolidi erant & abjecti, ut proverbio (in eos, qui licet nihili sint, sibi tamen aliquid esse videntur; quia ad eos profecti sunt qui stolidiores habentur) sint, autore Steph. Dicebatur enim, *Quid non fies Arbelas profectus?*

Plin. Arbis, Arabius Ptol. *Berbero* hodie teste Nigro cum al. fluv. Gedrosiæ, & urb. ejusdem reg.

Prov. Rom. Arborea *Oristagni*, urb. Sardiniæ archiep. in ora occidua, à littore 6. mil. pass. distans, inter Sassarim & Calarim ad merid. 60. mil. pass. circiter, à Bosa 30. in austrum; ægre ob aeris inclementiam habitata.

Ant. Amm. Arbor Felix *Arbon*, opp. Helvetiorum ad Brigantinum lacum, inter Constantiam 3. & Campum ecclesiæ opp. Rhætorum ad ortum 4. leuc. Lindavio proximum Tigurum versus 6. inde recedens in occ.

Procop. Arborichæ *Zeelandt*, ins. oceani Germanici adjacentes Brabantiæ prov. Belgicæ, inter illam, Flandriam, & Hollandiam sitæ, contra ostia Scaldis, numero 7. 1. Scaldia vulgo, *Scouwen*, à Scalde fluv. effecta, in qua Sirissæa opp. 2. Duvelandia, in qua opp. nullum, pagi & villæ aliquot. 3. Tola, in qua opp. ejusd. nominis, cum Fano S. Martini oppidulo. 4. Valacria, *Walckeren*, in qua Metelburgum *Middelburg*, urb. episc. sub archiep. Machliniensi, probe munita ac habitata, ab Antverpia 12. leuc. oppida vero 3. Vera, quæ & Campofera, vulgo *Canfera*, *Veer*, ad ort. Vlissinga ad occ. (inter quas Metelburgum situm est utrinque 1. distans leuc.) & Ramua, vulgo *Armuyden*, port. celeberrimus, à Metelburgo vix dimidia leuc. recedens. 5. Zuidbevelandia, in qua oppida duo, Romesuallia *Romerswall*, à Berga ad Somam urbe Brabantica leuc. 1. recedens in Bor. & Goæ, sive Tergoæ, vulgo *Goes* & *Tergoes*, in ora adversa. 6. Northbevelandia, cujus opp. Corchiene è regione Veræ aquis absorptum est. 7. Wolferdicum, in qua nullum opp. reperitur.

Amm. Marc. Arborosa, postea Arbosium, *Arbois*, urbs Gall. in Sequanis, sive in com. Burgundiæ, inter Salinas ad ort. & Polichnium ad occ. 2. leuc. ac inter Dolam ad septentr. 5. & Fanum S. Claudii ad merid. 7.

Arcabrica, sive Arcabriga, urb. Hisp. Tarracon. olim episc. sub archiep. Toletano, nunc pag. Conchæ urb. quæ sedem illius & Valeriæ episcopalem tenet, finitimus. Lib. Conc.

Arcadia reg. Peloponnesi mediterr. nusquam mare attingens, à poetis decantatissima, ab Arcade Jovis & Calistus filio nominata, inter Elidem ad Bor. Messeniam ad merid. ac inter Argiam ad ort. & prædictas ad occ. Nomen retinet antiq. apud Latinos & Græcos. Urbes illius claræ olimque episcopales, Megalopolis, Tegea, & Psophis: fluvii memorabiles Alpheus, Ladon, & Erymanthus in Alpheum labentes. Inter montes excelsior Cyllene Mercurio ibi genito memorabilis. Ibi asbestus lapis provenit, qui aqua accenditur, & terra extinguitur. Pop. Arcades. *Arcades imitari* proverbium sapit in eos qui non sibi, sed aliis laborant; Arcades enim contra proprios dimicantes hostes, nunquam illos vicisse feruntur, aliorum vero hostes, auxilium ferentes, sæpe stravisse. Hinc Arcadius nom. gent. Antiquitatem Arcadiæ Ovid. lib. 2. fast. sic testatur; Polyb. Strab. Pauf. & al.

" *Ante Jovem genitum terras habuisse feruntur*
" *Arcades*-----

Arcadiam me oras loco adagii est apud Herod. lib. 1. ex oraculo, in eos qui magna & difficilia petunt. Quo & Cic. in epist. ad Att. lib. 4. usus est, cum ait, Quod mihi mandas de quodam regendo, Arcadiam (quasi dicat) petis; tamen nihil prætermittam. *Arcadium germen* etiam in proverbio est de ignavis.

Arcadia urbs Peloponnesi in ora occid. Messeniæ, inter Haliartum & Methonen, *Arcadia* etiam vulgo. Arcadia item urb. est Cretæ episc. apud oram occid. Cisamo finitima. De Arcadia reg. Ovid. lib. 2. fast. Steph. lib. Conc.

" *Quid vetat Arcadio dictos à monte Lupercos?*
" *Faunus in Arcadia templa Lycæus habet.*

Arcadiopolis urb. Thraciæ episc. sub archiep. Heracliensi, ante Bergulæ, sic ab Arcadio imp. Theodosii filio denominata, postea inter metropoles relata. vide Bergulæ. Cedren.

Arcæ, *Archis* teste Tyrio, urb. Phœniciæ ad mont. Libani radices ab Archao filio Chanaan, teste Isidor. lib. 15. etymolog. conditum, inter Antaradum & Tripolim, inde 32. hinc 18. mil. pass. distans episc. sub archiep. Emisseno. Joseph. Ant. Steph.

Arcanum *Arce*, villa olim Cicer. nunc opp. Latii inter Arpinum 4. & Aquinum 7. ferme mil. pass. occurrens, in colle apud Melphem fluv. præterfluentem. Cicer.

Arcati, *Bisnagar* ex conjectura, teste Cast. urb. Indiæ cit. regia. Ptol.

Arcennum, Brygianum Cat. & al. Bracennum, *Bracciano*, opp. Etruriæ ad Sabatium lacum, ab urbe Roma 25. mil. pass. in occ. Centumcellas versus. Ducem proprium ex Ursinorum familia habet. Cat. Liv. & al.

Arcensium col. *Arcos* teste Mor. urb. Hisp. Bæt. mediterr. ab Hispali 20. leuc. in merid. distans Calpen versus, ad 13. inde distantem, à Xera sive Cæsariana, & Assidonia 5. in ortum Lethe fluv. alluitur, & duci suo paret. Vet. Insc.

Arces Lobiæ *Huessen*, opp. Ger. infer. in Geldria apud Arenacum urb. inde dimidio milliarii ad merid. Tab. Peuting.

Archa *Herck*, fluv. Tungrensium in Belgio, & Leodiensi diœcesi, haud longe à Tungris fluens, ac in Mosam apud Trajectum influens. Ex vit. SS. Belg.

Archelais urb. & col. Cappad. apud Halym fluv. haud procul à finibus ejus exorientem, inter Asponam ad occ. urbem Galatiæ, & Tyanam ad ort. ad 80. mil. pass. ab Ancyra supra 100. Sasimis finitima. Plin. Sol. Ptol.

Archippe,

Sol. Archippe, Alchippe Plin. opp. fuit Latii in finibus Marsorum ad lacum Fucinum, ab eo absorptum, locus *Marsiglia* dicitur, teste Ligorio, à Marsya Lydorum rege Sol. teste conditum.

Vet. Insc. Arci, *Harisa* teste Car. Clus. opp. Hisp. Tarracon. in Arragonio regno inter Bilbilim & Methymnam cœli 6. leuc. Hoc Arsi apud Ptol. Arci vero *Arcos* potius est inter Harizzam & Medinam cœli 2. leuc.

Script. Gall. Arciaca, sive Artiaca, *Archy*, opp. Gall. Celt. in finibus Trecensium, apud Trecasses, sive Trecas urbem.

Ptol. Arcilacis, *Alcala Horra*, ut Molet. indigitat, opp. Hisp. Bæt. in regno Granatens. Alterum in Bastetanis, quod idem Mol. *Archisana* interpretatur: cui non satis fido, cum nullus Hisp. author illi suffragetur.

Ptol. Arcobriga, & Arcobrica, opp. Hisp. geminum, unum in Lusit. quod quidam *Alcasor*, *Alcasar d' Osal*, sive *Alcocerdosal* falso indigitant. Alterum in Hisp. Tarracon. in regno Arragonio, *Arcos* apud Medinam cœli, quod supra Arci Ptol. esse diximus. Tertium additur in Bæt. *Arcos*, quod ex vet. inscrip. Arcensium col. nominatur. Est & Arcobrica in Lusit. opp. *Azuaga* teste Mor. 2. leuc. à Constantina opp.

Vet. insc. Arcomarianum, ut habet vet. inscript. teste Alciato, quasi Arcus Marianus, ibi ob devictos Cimbros erectus, *Camariano*, pag. Insub. in agro Novariens. inter Novariam & Vercellas, inde 5. mil. pass. dissidens: qui aliis castra Mariana potius esse videtur.

Script. Ger. Arcona urbs fuit Rugiæ ins. Pomeraniæ adjacentis, in ora Bor. excisa, cujus locus adhuc *Orcan* vulgo nominatur. consule Munsterum.

Plin. Steph. Arconesus ins. Bithyn. ad Propontid. vide Cyzicus. Cariæ Steph.

Scrip. Hisp. Arcus *Arcos*, urb. Bæt. Hisp. vide Arcensium col.

Ptol. Ardanis *Capo Rameda*, prom. Marmaricæ inter Catæonium ad occ. & Petram magnam ad ort.

Liv. Plut. & al. Ardea *Ardea*, opp. & col. antiqua Latii, Rutulorum metrop. ab urbe Roma 20. à littore 9 mill. inter Ostiam & Antium, à Danae Persei matre, teste Sol. condita, multo Roma antiquior. Pop. Ardeatini, unde prædium Ardeatinum. De ea Ovid. lib. 2. fast.

"*Postmodo victa cades, melioribus Ardea restas;*
'*Improba*------

Et Martial. lib. 4. epigram.

"*Ardea solstitio Pæstanaq; rura petantur.*

Sic dicta ab arduitate, quasi Ardua, teste Servio, ob difficilem adscensum.

Ex vit. S. Malach. Ardinacha, aliis Armaca, unde Armacana urb. *Armack*, sive *Armagh*, urb. Hiberniæ archiep. Ultoniæ reg. metrop. ad lacum inter Drodagham ad austrum & Tuamam in Circ. ad 30. mil. pass.

Strab. Ardius mons Illyrici Dalmatiam per medium, teste Strab. secans.

Liv. Ardonea, Herdonia Strab. *Hordogna*, urbs Apuliæ excisa. vide Herdonia.

Ptol. Ardotium *Magonicha* Nigro, *Vergovigna* Molet. opp. Illyrici mediterr. Aruciæ & Stlupi in Liburnia finitimum.

Cæs. Tac. Strab. Arduenna, Ardenna posterioribus, *selva d' Ardenna* Italis, *d' Ardenne* Gallis, *Luitticherwaldt* Germanis, quibus etiam *Achterwaldt*, saltus Gall. Belg. maximus, 100. mil. pass. in longitudinem patens, teste Laz. cujus magna pars in ditione Leodiensi, in duc. Lucemburgensi, & in Eysfalia reg. perseverat.

Ant. Arebrigium, *Burg de la Duile* teste Simlero, pag. Salassorum ultra Augustam Prætoriam in Alpibus Graiis, aliis *Erenburg* pag. ejusd. tractus, quod magis probatur.

Ant. Areburium *Arensberg*, opp. Germ. infer. in Eysfalia reg. inter Col. Agrippinam, & Treviros occurrens, inde 8. hinc 10. leuc. à Monasterio urbe duc. Juliacens. 2. in merid.

Plin. Cæs. Arecomici, & Aricomii Ptol. Aricomiscii Strab. pop. Gall. Narbonens. Volcis proximi, quorum urb. est Nemausus. Horum reg. *Armignac* à Marliano indigitatur: sed hæc in Aquit. non in Narbonens. sita est.

Ptol. Aredate, *Ardacher* teste Laz. olim opp. Norici ad Danubium apud Aram lapideam, nunc pag. cum cœnobio, à Pechlarno opp. 3. leuc. in occ. Lintium versus. olim ex primis urbibus Norici ex Ptol. descript.

Ex D. Isid. Aregia *Amaya*, opp. Hisp. Tarrac. in regno Legionens. apud opp. sancti Facundi, à Legione 11. leuc. in ort. Burgos versus ad 24. urb. episc. olim fuisse traditur.

Poetis. Arelas, Arelate Strab. & Plin. Arelatum Ptol. *Arles*, urb. Gall. Narbon. archiep. ad Rhodanum fluv. in Provincia prima, in qua multa manent antiquæ nobilitatis vestigia, ab Avenione 7. leuc. in austr. inter Nemausum 7. & Massiliam 14. sive 15. ab aquis Sextiis 12. in occ. Strabo scribit illam tantum à Massilia quantum Narbo ab Aphrodisio distare, cum duplo à Narbone Aphrodisium recedat. De ea Auson. in catal. urb.

"*Gallula Roma Arelas, quam Narbo Martius, & quam*
"*Accolit Alpinis opulenta Vienna colonis.*

Regem habuit: postremus nomine Boso, cum episcopo quod se non exspectasset ad sacra in nocte nativit. D. N. alapam impegisset, ab Othone imp. regno exutus in cœnobium detrusus est; ex quo tempore regnum Arelatense cessavit.

Plin. Aremorica, *Armignac* teste Rob. Constant. reg. Aquitaniæ comit. Sed Dalechampius Arecomica legendum putat.

Corn. Tac. Arenacum, Herenatium Anton. *Arnhem*, urb. Germ. infer. ex primis Geldriæ urbibus, ad Rhenum, haud procul ab illius in duos alveos scissione, inter Noviomagum Geldriæ primariam 3. & Trajectum inferius 7. leuc. à Col. Agrippina 18. in Bor.

Ptol. Arenosum littus, *Latere* teste Pin. opp. olim Corsicæ ins. nunc pag. apud Urcinium sive Adiacium urb. in ora occid.

Steph. Areopolis, quæ & Moab Hebræis, *Aroer*, urb. Arab. petreæ, in Palæstinæ conf. ad Arnon torrentem. Illam quoque Rhabathmomam Steph. appellat, Ptol. Rhabmathmomam.

Lycophr. Aretas *Lipuda*, fluv. mag. Græciæ per fines Crotoniatarum apud Crimissam opp. fluens, teste Gab. Barrio.

Liv. Arethon, fluv. Epiri juxta Ambraciam in sinum Ambracium decurrens, qui idem cum Arachtho videtur.

Strab. Plin. & al. Arethusa, urb. Syriæ episc. sub archiep. Apameno, haud procul ab ipsa Apamea, media inter Epiphaniam & Emisam 16. mil. pass. quam *Fornacusa* hodie dici ferunt. Pop. Arethusii Plin.

Plin. & al. Arethusa, *Tadino* teste Moletio, opp. Maced. ad sin. Strymonicum, inter ostia Strymonis & Tentyram opp. Pop. Arethusii Plin. Sed non *Tadino* opp. at *Rendina* urb. indigitari debet.

Cic. Virg. & al. Arethusa item fluv. Siciliæ apud Syracusas ingens, in quem Alpheum fluv. Elidis ex Peloponneso occultis subter mare cuniculis fluere fabulantur, hac tempestate exsiccatus, teste Faz. De quo Virg. l. 3. Æn.

"------ *Alpheum fama est huc Elidis amnem*
"*Occultas egisse vias subter mare; qui nunc*
"*Ore Arethusa tuo Siculis confunditur undis.*

Plin. Sol. Arethusa quoque lacus in Armeniæ & Mesopotamiæ conf. à Tigride fluv. procreatus, omnia sustinens pondera, & pisces fluviatiles non excipiens, teste Plin. & Sol. cap. 40.

Salust. Polyb. Liv. Plin. & al. Aretium, Arretium Ptol. *Arezzo*, urb. Hetruriæ episc. sub archiep. Florentino antiquiss. ab Areta Jani filio condita, ac una ex primis 12. Tuscorum col. inter Florentiam & Perusiam 40. mil. pass. occurrens. Vasa Aretina apud vet. in pretio fuere. Mart. lib. 14. epigram.

" *Aretina nimis ne spernas vasa monemus.*

Hujus urbis mœnia alta fuere, ex Sil. lib. 5.

" ---------*Pœnus nunc occupet altos*

" *Areti muros, Corythi nunc diruat arcem.*

Plin. Areva *Eresma*, fluv. Hisp. Tarracon. in Durium apud Turrim Syllanam ex adverso illius exceptus.

Ptol. Arevacæ, Arevaci Strab. & Plin. Arevacci Appiano Alex. pop. Hisp. Tarracon. per quos Areva fluv. decurrit; ab eo nomen habentes. Horum oppida *Aravacca* à Madrito 10. leuc. *Arevalo* inter Segobiam ad ort. & Methymnam campestrem ad oc. 6. & *Marchesia* apud Medianam.

Script. Scot. Argadia, & Argathelia, *Argile*, reg. Scotiæ occidua, ubi olim Novantæ pop. in peninsula in oceanum contra Hiberniam excurrente, ab eaque tantum 20. mil. pass. in Bor. distante. [Novantæ potius australius positi ubi hodie *Galloway*. vide Novantæ & Canovaci.]

Strab. Plin. Sol. Argæus, mons Cappadociæ maximus, valdeque excelsus, inter Cæsaream ad austrum, & Sebastiam ad Bor. spatio 100. fere mil. pass. extensus, etiam æstate nivosus, & pruina opertus, teste Sol. equos multos generans. De quo Claud. lib. 2. in Eutrop.

" *Secula. Cappadocum tepidis Argæus acervis*

" *Æstuat*------

Hinc etiam Argæus nom. gent Claud. de equo Hon. epigr.

" *Seu te Cappadocum gelida sub valle natantem*

" *Argææ lavere nives.* -----

Anton. Argantomagum, sive ex al. cod. Argentomagum, *Argenton*, opp. Gall. in finibus Biturigum, & Lemovicorum conf. inter Bituricas & Engolismam 16. leuc. quot à Lemovicis in Bor. Alterum quod in martyrol. Argentomachum legitur, vulgo *Argentan* in Neustria, sive Normannia, inter Sagium & Fallesiam paulo supra 3. leuc. interstitum, haud obscurum opp.

Ptol. Strab. Argennum, *Capo stellaro* teste Soph. *Capo bianco* apud Nig. prom. Ioniæ inter Clazomenas & Erythras proximas urbes, à quo Chios ins. 60. tantum stad. abest.

Ptol. Argennum alterum, Siciliæ prom. *Capo di S. Alessio* ut Faz. testatur dictum, cum castro nomen antiquum servante in ora ad ort. inter Messanam & Taurominium, à Messana 24. mil. pass. à Taurominio 6.

Ptol. Argennum tertium, prom. Lesbi ins. teste Strab. unde Arginusæ ins.

Liv. Argentanum, *S. Marco* teste Barrio, urb. Brutiorum mediterr. in Calab. citer. episc. sub archiep. Consentino olim (nunc enim est exempta) inde 24. mil. pass. ad Folonem fluv. Temesæ urbi excisæ, cui successit in episcopali sede, finitima, ad 6. mil. distans.

Rutil. Argentarius mons *M. Argentaro*, mons Tusciæ in ora australi, in mare inter portum Herculis & Telamonis excurrens contra Ægilium ins. circuitu supra 20. mil. pass. ad cujus radic. Cosæ urbs erant. Abest ab Ægilio ins. 10. mil. pass. De quo Rutil. l. 1.

" *Tenditur in medias mons Argentarius undas.*

Ptol. Argenteola, Argentiolum Anton. *Medules* Molet. interp. opp. seu pag. Hisp. Tarracon. in finibus Asturum.

Cic. Argenteus, Argentius Ptol. *Argentine* Pin. *Argenton* Villanov. fluv. Gall. Narbonens. in Provincia inter Olbiam & Forum Julii in mare exiens. Alter vulgo *Argent* in Rhodanum influens, separansque comitat. Venusinum à Provincia reliqua.

Strab. Argenteus mons, *Sierra Segura* Floriano, *Sierra d' Alcaraz* Clusio, (à diversis opp. diversa habet nomina) mons Hisp. Tarracon. unde Bætis fluv. apud Castaonem opp. profluit. Appellatur etiam Argentarius ab Avieno.

Sigeberto Argentomagum, al. Argentomachum, & al. Argantomagum, *Argentan*, opp. Gall. Celt. in Normannia, Sagio & Oximo ad 3. leuc. propinquum.

Ptol. Sexto Rufo, & al. Argentoratum *Strasburg*, & Italis *Argentina*, urb. Germ. super. ad Rhenum, Alsatiæ caput, ac ex præcipuis totius Germ. libera, & episc. sub archiep. Moguntino, inter Basileam ad austrum & Spiram ad sept. inde 14. hinc 13. leuc. à Nanceio & Metis Lotharingiæ urbibus 18. quot à Mont. Bellicardo urbe Sequanorum, à Biponto 15. Hic Alemanni à Juliano primum, postea à Gratiano Aug. ad 30. mill. cæsi. De Argentorato, quod etiam Argentina posterioribus dicitur, sic in lib. 5. Itin.

" *Inprimisque altam propius fert inclyta turrim*

" *Argentina, domus doctorum clara virorum.*

Ptol. Argentuaria, Argentaria Aur. Victori, *Horburg* teste B. Rhenano, opp. Germ. super. ad Ellum fluv. Colmariæ urbi vicinum, vix dimidio leuc. 1. in ort. distans Rhenum versus, excisum, ex quo Colmariam illi successisse ferunt, Argentuariamque novam dici.

Argenum, Argennum Ptol. vide ibi.

Strab. Plin. Ptol. Argenus, *Arguenon* teste Bertrando Argent. fluv. Gall. Celt. per Britanniam minorem fluens apud portum Saliocanum, & fines Normanniæ, post Titum fluv. mari exceptus. Sed apud Ptol. non videtur esse nomen fluv.

Argeus, mons Cappad. vide Argæus.

Argi. vide Argos.

Liv. Ptol. Argia *Romania*, reg. Peloponnesi inter Arcadiam ad occ. & mare Ægæum ad ort. Argolis Melæ, sic ab Argo urbe primaria. per quam Inachus fluit, & in qua Lernæ palus est.

Argiæ Plin. parvæ ins. sunt Cariæ, num. 20.

Ptol. Argidava, *Argisch* teste Laz. opp. Daciæ in Valacchia apud fines Transylvaniæ intra montes, inter Cibinum urbem Transylvaniæ ad occ. & Tergovistum Valacchiæ metrop. ad ortum 8. mil. Hung. distans.

Mart. Argiletum, locus Romæ apud palatium, unde tabernæ Argiletanæ apud Mart. l. 1.

" *Argiletanas mavis habitare tabernas.*

Ibi enim habitabant multi artifices.

Strab. Plin. Arginusæ, ins. tres ante Canam opp. Æolidis, teste Strab. Sed teste Plin. opponuntur Lesbo, ab Ægis 4. mil. pass. distantes. Apud Steph. adjacent Maleæ prom. Lesbi. nomen habent ab Argeno prom. Lesbi illis proximo, ut videtur.

Ptol. Argiros vel Argirus, urb. Indiæ citer. nunc ut Dom. Nigro videtur *Orisa*, urbs regia.

Ptol. Argita, *Banney* teste Ortel. sed Camdeno, cui magis fido, *Swilly* fluv. Hiberniæ per oram septentr. fluens. Ex quo mihi potius *Der* videtur ex lacu ejusdem nom. (in quo Rhigia urb.) longo tractu inter ort. & Bor. fluens, mari apud Castrum novum exceptus.

Polyb. Virg. & al. Argivi, populi Græciæ ab Argis dicti, quorum frequens est mentio apud poetas, maxime apud Virgilium.

" *Troja vacat lacrymis, ludis Argiva juventus.*

Argivi olim furacitatis ita notati sunt, ut cum etiam palam furarentur, adagium ortum sit ab illis, *Argivi fures*,

fures, apud Suid. in palam improbos. contra, *Argivo clypeo dignus*, de generoso & venerando dicebatur: nam apud Argivos pueri incorrupti & puri clypeos prisco more gestabant. Argivi etiam male apud veteres audiebant tanquam sycophantæ, & calumniatores, unde manavit adagium, *Argiva calumnia*, apud Diogen. de detractatoribus, magnisq; calumniatoribus.

Pomp. Mel. Argolis, reg. Peloponnesi eadem cum Argia. unde Argolicus nom. gent. apud poetas; uti apud Virg. lib. 8. Æn.

" *Dum bello Argolici vastabant Pergama reges.*

Hinc Argolicus sin. apud Ptol. *Golfo di Napoli di Romania.*

Strab. Plin. Pausf. & al. Argos triplex. 1. Peloponnesiacum, *Argo* adhuc dictum, Argiæ reg. caput, urb. olim episc. sub archiep. Corinthio, inde 25. mil. pass. distans, nunc metrop. est sive archiep. 2. Amphilochium cognomine in Epiro, *Ansilocha* vulgo, inter Ambraciam & Cassiopen occurrens in finibus Acarnanum. 3. Pelasgicum dictum in Thessalia, vulgo *Armiro* ex tab. recent. in ora sinus Pagasæi, Larissæ proximum; tametsi ipsa Thessalia Argos Pelasgicum appellata est apud veteres, uti apud Strab. lib. 9. Argos 1. Hippium, ab equis qui generosi ibi multique proveniunt, cognominatur. Argi num. plurium apud Liv. & al. dictum, uti apud Virg. lib. 2. Æn.

" *Si patrios unquam remeassem victor ad Argos.*

Strab. Apollon. Argous portus *Porto Ferraro*, portus Æthaliæ, seu Iluæ inf. maris Tyrrheni, teste Paulo Jovio; contra Populonium, inde 10. mil. pass. in aust.

Strab. Argyripa urbs fuit Apuliæ Dauniæ, Argypana à Polyb. dicta, Arpi Cic. Ptol. & al. vide Arpi. Virg. lib. 11. Æn.

" *Ille urbem Argyripam, patriæ cognomine gentis,*
" *Victor Gargani condebat Iapygis agris.*

Niceph. Callist. Argyropolis suburbium erat Byzantii, Chrysopoli alteri ejusdem urbis suburbio oppositum: quæ duo suburbia stabant ante urbem à Barbaris occupatam.

Ptol. Argyrutum, Argyruntum Plin. *Scrissia* Nigro interpr. opp. olim, nunc pag. Illyrici in Liburnia, in ora marit. inter Vegiam, & Enonam ad ort. Moletio est *Novigrad* opp. ejusdem tractus, sed teste Jacobo Petro Luccaro Ragusæo *Obrovazo* hodie dicitur.

Prov. Rom. Arhusia *Arhusen*, urb. Daniæ episc. sub archiep. Lundensi, in ora Cimbricæ, seu Jutiæ orientali, à Viborgia 10. leuc. in ort. quot ab Ælburgo in austrum, Slesuicum versus 30.

Strab. Plin. Mel. & al. Aria *Heri*, & *Corasan* teste Jac. Castaldo, reg. Asiæ in regno Persarum inter Parthiam ad occ. & Bactros ad ortum, ac inter Hyrcaniam ad arctos, & Drangianam ad merid. cujus urbes olim claræ Aria nunc *Heri* (unde nomen est regioni) Bitaxa, & Alexandria. Pop. Arii, & Arienses.

Ptol. Ariacæ, pop. Scythiæ intra Imaum mont. apud Jaxartem fluv. in Sogdianorum confinio; quos Castaldus *Decan* dici testatur.

Ant. Arialbinum, *Mulhausen* teste Simlero, urb. libera Germ. super. in Alsatiæ & Sungoviæ conf. inter Basileam ad austrum 3. & Colmariam ad arct. 5. leuc. à Mont. Bellicardo 8. in ort. Aliis, ut Rhenano & Laz. *Pantzenheim* opp. ejusdem tractus apud Enshemium urbem, à qua 1. leuc. Basileam versus, à qua 3. pariter recedit. Est autem Pantzhemium Molhusio propinquum. Artalbinum habent alii. cod.

Herod. Steph. Arianthe, *Folone* teste Barrio, opp. Oenotriorum in Calab. citer. ad fluv. cognominem, apud Ninæam, sive, ut nunc dicunt, opp. S. Donati, inter Balbiam & Artemisium 4. mil. pass. dissitum. Sed potius *Arenda* videtur opp. ejusdem reg. inter Frigidum & Agellum, ab Amantia 6. mil. pass. Agello propius.

Arianum *Ariano*, urb. episc. Hirpinorum in mont. sub archiep. Beneventano, inter Beneventum & Luceriam, à Benevento 16. mil. pass. à Luceria paulo remotior. Sic ab ara Jani dicta. proprium habet comitem. *Prov. Rom.*

Ariarica opp. fuit Sequanorum in Burgundiæ com. à Vesontione 16. mill. Urbam versus, inde 24. distantem. Qui nunc dicatur, nondum didici. *Ant.*

Ariaspe, *Gobinan* ut videtur aliquibus; urb. Drangianæ olim præcipua in occ. vergens, Ariam versus. *Ptol.*

Aricia l' *Ariccia*, urb. & col. olim clara Latii, nunc oppidulum ab urbe Roma 16. mil. pass. haud procul à Velitris, inde 4. mill. recedens, Albæ quoq; finitima: ibi porri miræ magnitud. proveniunt. Ab Archilocho condita traditur, & de Ariciæ Atticæ puellæ ab Hippolyto adamatæ nomine dicta. Pop. Aricini, & Aricinus nom. gent. Ovid. lib. 6. fast. *Cic. Liv. & al.*

" *Inspice quos habeat nemoralis Aricia fastos,*
" *Et populus Laurens, Laviniumque meum.*

Apud Aricium lacus est Aricinus dictus, qui & Triviæ; de quo ibidem Ovid.

" *Lucus eum, nemorisque sui Dictynna recessu*
' *Celat: Aricino Virbius ille lacu est.*

Aricomici pop. Gall. Narbonens. vide Arecomici.

Ariconium, *Kenchester* teste Camdeno, opp. Albionis in Anglia mediterr. inter Callevam ad ortus 59. & Iscam ad occ. 32. mil. pass. Aliis est *Hereford*, urb. episc. in Angliæ & Walliæ conf. sive locus apud Herefordiam. *Ant.*

Aretis frons Κριοῦ μέτωπον Græce, *Fanar*, sive *Famar* teste Nig. prom. Tauricæ Chersonesi in ora australi ex adverso Carambis prom. Paphlagoniæ 300. mil. pass. distans. Alterum Plin. & Ptol. ac Strab. prom. Cretæ in conf. oræ australis & occid. *Capo Hernico* nunc, à littore Cyrenaicæ reg. sive à Phycunte illius prom. 2. mill. stadiorum teste Strab. in Bor. distans. *Ptol.*

Arimaspi, pop. Scythiæ uno tantum oculo prædíti in fronte, ut veteribus persuasum est, teste præsertum Sol. cum Plin. de quibus Luc. lib. 3. *Plin. Sol. & al.*

" -------- *Auroque ligatas*
" *Substringens Arimaspe comas: hinc fortis Arius.*

Ariminum *Rimini*, urb. Æmiliæ ep. sub archiep. Ravennate, inde 35. mil. pass. in ort. ad ostia Arimini fluv. inter Bononiam, & Anconam ad ort. quasi media ad 70. mil. pass. dissita, ab Urbino 30. Ravennam versus. Hic Flaminia via ab urbe Roma perducta terminatur, & Æmilia (unde nomen regioni) incipit, Placentiam usque protracta. Hic etiam pons lapideus miræ structuræ Augusti Cæs. opus. Pop. Ariminenses, pop. Rom. fideles; nam hæc una ex 18. col. quæ Romanis pecunias contra Hannibalem suppeditarunt, teste Liv. De Arimino Luc. lib. 1. *Cicer. Cæs. Liv. & al.*

" *Vicinumque minax invadit Ariminum, ut ignes*

Arina, *Tezela* teste Marmol. opp. Maurit. Cæsariens. mediterr. Victoriæ urbi finitimum. *Ptol.*

Arinianum *Arignano*, Hetruriæ geminum opp. unum ad Arnum fluv. inter Florentiam, ab ea 12. mil. pass. in ort. & Aretium: alterum in Faliscis apud Tiberim, & Soractem mont. ab urbe Roma 24. mil. pass. Fescenniam urb. versus, inde 4. Ocriculum versus distantem, nuper duc. titulo insignitum. *Catoni.*

Arintha, al. Ariantha, opp. Brut. in Calab. citer. à Ninæa 8. mil. pass. Patyco, seu Paulæ proximum, inter Mulam & Surdum fluv. vide Arianthe, quam tamen Barrius diversam facere videtur. *Steph.*

Ariodonum *Erding*, opp. Norici in Bavaria, à Salisburgo 4. leuc. in Bor. Pataviam versus. *Vet. Insc.*

Arisabium, *Ava* Cast. ex levi tamen conjectura, urb. Indiæ extra Gangem mediterr. regia. *Ptol.*

Arisbe opp. fuit Troadis, quod & Æolidi tribuitur, sed *Stra. Pli.*

sed male, nam erat Ilio, & Sigæo prom. propinquum, teste Plin. Ejus mem. Luc. lib. 3.

"*Idalis, & nimium glebis exilis Arisbe.*

Ptol. Aritium, Aritium prætorium Anton. *Benavente* And. Resendio teste, opp. Hisp. Lusit. ab Ulyssipone fere 10. leuc. Emeritam versus in ort. à Scalabi 4. apud Salvaterram.

Plin. Arius *Polimalon*, fluv. Ariæ prov. illam interluens, inter occ. & ort. urbem quoque illius regiam intermeans, Aria à Ptol. dictus: qui etiam *Heri*, de reg. & urbis nomine appellatur. Arius etiam nomen gent. ab Aria reg. derivatum. Luc. lib. 3.

"*------ —Hinc fortis Arius,*

"*Longaque Sarmatici-- ---*

Lib. Not. Arlape, *Erla* teste Laz. opp. olim, nunc pag. Norici in Austria apud Danubium, ubi is fluvium cognominem excipit apud Pechlarnum opp. quod Arlapæ successisse videtur. fluv. vero Arlape, sive Arlapa, *Erlaph* dicitur.

Script. Hibern. Armacha *Armagh*, urb. archiep. Hiberniæ Ultoniæ metrop. ad Eaugum lacum, à Dublinio Laginiæ metropoli ad 55. mil. pass. in Bor. distans. Hujus urbis archiepiscopus totius insf. primas est: sub quo episcopi Dunensis *Down*, Conerens. *Conner*, Midens. *Meth*, Derens. *Derry*, Ardachadens. *Ardagh*, Clogharens. *Clogher*, Rapotens. *Robogh*, Kilmorens. *Kilmore*, Drumorens. *Dromore*, Cluanens. *Kiloom*, aliis *Cloney*, Dundalcens. *Dundalk*, cum aliquot aliis, qui ad Armachanam metrop. spectabant.

Ptol. Armene, vicus est Sinopensium cum portu, quem incolæ ob frigiditatem loci muro cinxere, quasi calidus futurus esset. unde *Armenen muro cingere* apud finitimos in proverbium stoliditatis versum est, autore Steph. Qui locus *Carini* nunc dici fertur.

Strab. Plin. Ptol. & al. Armenia major, *Turcomania* Turcis, *Thouma Emnoe* vel *Aremnoe* Persis, *Zelbecdibes* Nestorianis, reg. Asiæ notissima, & ingens, ultra Euphratem à Cappadocia & Armenia minore separantem usque ad Mediæ limites in ort. extensa, inter Iberiam ad arctos, & Mesopotamiam ad merid. perstricta; cujus urbes quondam claræ, Artaxata, Thospia, Artemita, & Arsamosata. Nomen ab Armeo, seu Armenio Jasonis comite habere fertur. Pop. Armenii. Inde Euphrates & Tigris cum Niphate ortum ducunt. Luc. lib. 3.

"*Armeniusque tenens volventem saxa Niphatem.*

Cic. & al. Armenia minor, *Anaduole* teste Nig. & alicubi *Pegian* teste Cast. & ubi Colchorum fines attingit, *Acoionlu*, ut Leuncl. scribit, reg. Asiæ inter Cappad. ad occ. & septent. Euphratem fluv. ad ort. Syriam & Ciliciam ad austr. contenta. In ea urbes olim celebres Melitene, Satala, Nicopolis.

Dionys. Armenius mons in Armenia majore juxta Iberûm fines, ex quo Phasis Colchorum fluv. erumpit; qui Moschicus à Ptol. dicitur. De Armeniis pop. Ovid. in epist. ad Liv.

"*Armeniusque fugax, & tandem Dalmata supplex.*

Vet. insc. Armentarium vel Armamentarium, *Thuys te Bretten*, locus Batavorum in Hollandia excisus apud Cattorum vicum, qui à Lugduno 1. leuc. in Bor. versus littus maris distat.

Lib. Conc. Armentia *Armenza*, urb. Hisp. Tarrac. in Cantabris, olim episc. nunc vicus, collegio canonicorum Victoriam proximam urb. translato.

Strab. Plin. Ptol. Armina, sive Armena (utroque enim modo legitur) vic. Paphlagoniæ apud Sinopen urbem, nunc *Carime* teste Mol. vide Armene.

Scrip. Brit. Armone *Arton*, sive *Arvon*, opp. Albionis in ora Walliæ contra Monam insf. vicinam, à Bangoriensi urb. 7. mil. pass. Angl. in occ. Alii Arvone scribendum aiunt, quod magis placet. [*Caernarvon* forsan]

Armoricæ civitates, reg. Gall. Celt. extrema ad oceanum in occ. & Bor. extensa, quæ postea Britannia dicta est, & Hermionia, *Bretaigne*, & incolis *Lhydaw* teste Rob. Cœnali. Armoricus Fortunato ipsa reg. nominatur. Pop. Britones apud Eginarthum, & Jornandem. Ven. Fort. lib. 3. de Felice episcopo, Cæs.

"*Ultima quamvis sit regio Armoricus in orbe,*

'*Felicis meritis cernitur esse prior.*

Armozum *Capo Jaquette*, prom. Carmaniæ ad fretum, sive ad fauces sinus Persici, contra Arabiæ fel. oram proximam, in qua Asaborum prom. inter quæ duo prom. Armuzia est insf. Ptol.

Armuzia, Armuza Ptol. *Ormus*, insf. cum urb. regia ejusdem nominis, emporio celebri in ore sinus Persici, inter Armozum prom. Carmaniæ, à quo nomen sortita est, & Asaborum prom. Arabiæ. Cujus rex (qui in Arabia fel. & in Perside, & Carmania dominatur,) Lusitanorum (qui ibi arcem tenent munitissimam, & frustra armis Arabum ac Turcarum tentatam) vectigalis est, ac sub illorum tutela regno potitur. Abest à Teredone urbe ostiis Tigridis finitima, sive ab intimo sinus Persici recessu 300. leuc. Hisp. in ort. à Goa urbe Indica Lusitanorum col. & regia 22. dierum navigatione in occ. ab ostio Indi fluv. 200. leuc. in occ. Plin.

Arna opp. fuit Umbriæ, Mevaniæ & Hispello finitimum, licet ejus nullum exstet vestigium. Pop. Arnates Plin. De ea Sil. lib. 8. Plin. Ptol. & al.

"*His, urbes Arna, & latis Mevania campis,*

'*Hispellum-- -- -*

Fuit & Arne urbs Phthiotidis, cujus mem. Plin.

Arnapa, *Horndiep* teste Ortel. fluv. Frisiæ occident. Groningam urbem alluens. Regino.

Arnestum opp. fuit Apul. Peucetiæ inter Barium & Egnatiam, à Bario 22. mil. pass. haud procul à Conversano urbe. Ant.

Arnon, fluv. sive verius torrens Palæstinæ inter Amorrhæos & Moabitas fluens, quem incolis nunc *Adramelech* dici Thev. testatur. Lib. Reg.

Arnus *Arno*, fluv. Tusciæ ex Apennino mont. non procul à Tiberis ortu oriens, ac in occ. fluens, oblique Florentiam & Pisas interluit, à Florentia ad ostia usque navigabilis, ostia à Pisis 10. mil. pass. distant. Ejus mem. Rutil. lib. 1. Strab. Plin. Ptol.

"*Quam cingunt geminis Arnus & Ausur aquis.*

Arocelum, *Nodales* teste Jac. Delgat. opp. Hisp. Tarracon. in Celtiberis apud Segontiam urb. & Methymnam cœli opp. cui propius est. Pop. Arocelitani Plin. Plin.

Aroer. vide Areopolis.

Arola *Arr*, fluv. Helvetiorum ex Adula mont. ex adverso Ticini profluens, Bernam & Salodorum urbes alluens, Rhenoque infra Aquas duras opp. congrediens. Lib. Reg. Regino.

Aromata, *Guardafuni* teste Jo. Bario cum Mercat. & al. emporium, & prom. Æthiopiæ ad fin. Barbaricum, à Prasso prom. & urbe ultra Æquatorem 550. leuc. in Bor. & ort. maxime in orientem porrectum. Ptol.

Arona, sive Rona ut aliis videtur, Insubriæ opp. gentis Borromææ, præclarum, ad Verbanum lac. Angleriæ opp. in adversa ejusdem lacus ripa proximum, inde mil. pass. distans. Quod etsi non admodum vetus est, (cum à cœnobio ibi ab Obizone comite, Othone imp. ann. Virg. partus 984. condito, ortum duxerit) illud tamen ob loci præstantiam, quod populo frequens sit, arceque firmissima munitum, cœnobio olim Benedictinorum, nunc Jesuitarum (in quo corpora SS. Felini & Gratiniani martyrum, eo Perusia, episcopi & imp. concessu ab eodem comite exportata, pie & religiose adservantur) ac S. Caroli

roli Borrhomæi natalibus clarum, hic memorari libuit. Dicta est Arona quasi Alona, ab alis quas gerit: nam in opp. hujus stemmate duæ pinguntur alæ, à quibus illud nominatum verisimile est.

Script. Suec. Arosia *Arosen*, urb. Sueciæ episc. sub archiep. Upsalensi, ubi argentifodinæ.

Plin. Aroteres pop. gemini, Æthiopes ad sin. Adulicum, & Scythæ in Thraciæ Mysiæque conf. circa Dionysiopolim urb. incolentes.

Plin. Arotrebæ pop. Hisp. Tarraconens. extremi ad occ. vide Artabri, sive Artabrum prom.

Cic. Strab. Plin. & al. Arpi num. plur. Argos Hippium & Argyrippa à Græcis dicta, urb. Apuliæ Dauniæ à Diomede condita, inter Luceriam & Sipontum 18. mil. pass. nunc prorsus excisa. Durat nomen loco à Fossa opp. 6. mil. pass. Eorum mem. Virg. lib. 11. Æn.

" *Qui bellum intulerint, quæ causa attraxerit Arpos.*

Ptol. Arpii pop. Mysiæ infer. quorum reg. *Bessarabia* à Bessis pop. dicitur, in qua Arpis urb. ipsorum caput, apud ostia Istri: quæ nunc *Bialogrod* dici putatur, teste Ortel.

Cic. Plin. & al. Arpinum *Arpino*, opp. Latii in Samnii conf. Cic. natale solum, inter Soram & Aquinum, inde 4. hinc 11. mil. pass. apud Fibrenum fluv. Pop. Arpinates: de quibus Sil. lib. 8.

" *Accolit Arpinas, accita pube Venafro.*

Ptol. Arpis urb. Mys. infer. ad ostia Istri. vide Arpii.

Diod. Sic. Arponium, *Cerchiara* teste Barrio, opp. mag.

Liv. Græciæ in Basilicatæ Calabriæque conf. inter Lagariam urbem excisam & Cosanum urb. 4. mil. pass. apud Cyrim fluv.

Ant. Arrabo vel Arrabona, Narabo Ptol. *Rab*, urb. episc. & fluv. qui Danubio prope urbem miscetur, inter Viennam & Albam regalem 16. leuc. plus min. vide Arabo. De Arrabone in lib. 5. itin.

" *Pannoniæ curru veterem properamus ad arcem,*
' *Arrabo trajectus flumen ut ante fuit.*

Ælian. Arrhata, lacus Africæ apud Rhizophagos pop. qui lacus nunc *Lacus monachorum*, teste Liv. Sanuto, nominatur.

Ant. Arriaca *Guadalaiara*, urb. Hisp. Tarrac. in Castella nova inter Segontiam 14. & Complutum 4. leuc.

Lib. Not. Arrianum, *Altenhofen* teste Laz. quasi vetus curia, opp. Norici ad Danubium in Austria inter Anisum urbem ad occ. & Grimam opp. ad ort. 2. leuc. à Lentio vero 5. Viennam versus.

Ptol. Arribantium, *VVic zittern* apud Laz. al. *Novibazar*, urb. Mysiæ sup. in Dardania (quæ nunc Servia dicitur) quasi novus mercatus: quæ urbs in via inter Epidaurum, hoc est Ragusiam, & Sophiam versus Byzantium occurrit, ab urbe S. Sabæ 40. mil. pass. Sed prior interp. Laz. uti locorum periti, probabilior altera, quæ Villanovani est & Moletii.

Liv. Plin. Arsa opp. Bæt. ex quo Metellus Viriatum expulit, teste Liv. locus ignoratur.

Ptol. Arsacia *Casbin*, urb. Mediæ mediterr. ex præcipuis reg. in qua rex Persarum, post amissa Ecbatana (postea recuperata) habitare solitus erat, ab Ecbatanis, sive Tabresio, itinere tridui in ortum Hecatompylon Parthiæ urbem versus distans.

Strab. Ptol. Arsamosata urb. fuit Mesopotamiæ in Armeniæ conf. cui etiam attribuitur, apud Euphratem fluv. episc. sub archiep. Amidensi. Arsamote Plin.

Ant. Arsatianum *Arsa*, opp. Pannoniæ in Hung. apud Dravum fluv. teste Laz. cum al.

Ptol. Arsenaria *Arzen*, al. *Arzerun*, urb. & col. Mauritaniæ Cæsariens. marit. apud portum Deorum, inter Quizam & Cartennam.

Ptol. Arsia *Arsa*, fluv. Istriæ Italiæ terminus, illam ab Illyrico, quod in ort. vergit, dirimens, ex lacu Cosliaco in mare Hadriacum ultra Polam urb. 20. mil. pass. influens. Hic à Varo Italiam à Gall. Narbon. dividente 742. mil. pass. abest, teste Plin. itinere per Vada Sabatia, Taurinos, Vercellas, Novariam, Comum, Bergomum, Brixiam, Veronam, Vicetiam, Opitergium, Concordiam, Aquileiam, Tergestum, Parentium, & Polam habito: quod rectius & brevius esse potest; imo per loca memorata minor deprehenditur.

Arsicua, *Brin* teste Villanov. urbs Moraviæ, non Slesiæ, ut male Ortel. scribit, ejus reg. post Olomucium primaria, inter Olomucium & Znoymam ad merid. media, 5. leuc. utrinque distans. *Ptol.*

Arsinarium, *Capo Verde* teste Jo. Barrio, prom. Lybiæ inter. Thevetus *Macandan*, & *Besenege* dici putat. *Ptol.*

Arsinoe opp. Cypri triplex; 1. in ora occid. inter Paphum novam & veterem, *Afdime* nunc teste Steph. Lusignano: 2. in ora orientali inter Pedalium prom. & Salaminam urb. quæ nunc, teste eod. Lusig. *Famagosta* nominatur, urbs hac tempestate primaria post Nicosiam: 3. ad Callinusam prom. in ora Bor. versus occ. solis proxima, quæ Lusign. *Lescare* dicitur, al. *Crisocu*, & nostris *Alessandretta*. Additur 4. in mediterr. *Arzes* dicta incolis, ut idem Lusig. testatur, à veterib. non memorata. *Strab. Plin. Ptol.*

Arsinoe etiam apud Ptol. urbs fuit Ciliciæ marit. inter Anemurium ad occ. & Celenderim ad ort. proximas urbes, *Draganti* nunc pag. *Ptol.*

Arsinoe, quæ & Cleopatris, *Sues*, & Saracenis *Barraarn* teste P. Gyllio, urb. Ægypti in intimo sin. Arabici, à Pelusio 125. mil. pass. in ort. (quanta est maris mediterr. ab Arabico sin. distantia) à nova Babylone itinere tridui, à faucibus ejusdem sin. 350. leuc. Hisp. à Sina mont. 60. mil. pass. *Strab. Ptol.*

Arsinoe item, quæ & Teucheira, *Trochara* teste Marm. urb. Cyrenes episc. sub archiep. Cyrenensi, una ex quinque urbibus Pentapolitanæ reg. in ora littor. inter Berenicen ad occ. 47. & Ptolemaidem in ort. 26. mil. pass. De Arsinoe Val. Flac. lib. 5. Argon. *Strab. Plin. & al.*

" *Imperet Arsinoen illi, tepideque requirant*
' *Otia læta Phari*----

Arsissa, sive ut in cod. Græco Areesa, *Giocho* ex tab. recent. palus Armeniæ majoris, al. *Vastan*, cum urbe ejusd. nominis, quæ in Media censetur, à Tabresio 100. mil. pass. in occ. In ea gravissima quæque natant, teste Plin. *Ptol.*

Artabri pop. & Artabrum prom. Nerium Strab. & Ptol. *Capo de finis terræ* dicitur prom. opp. vero horum populorum S. *Maria finis terræ* nominatur apud prom. prædictum, ab urbe Compostellana 16. leuc. in occ. distans. Aliis, ut Petro Medinæ, prom. hoc potius *Capo di Mongia* (quod à prom. finis terræ 6. leuc. distat in Bor.) esse videtur. Horum mem. Sil. lib. 3. *Plin.*

" *Jamque Ebusus Phœnissa movet, movet Artabrus arma.*

Artalbinum opp. Germ. super. vide Arialbinum.

Artaunum, *Aurach* teste Jo. Heroldo, arx Germ. in Suevia in colle, à Tubinga urb. 2. leuc. in ort. Ulmam versus. al. uti Pet. Appian. *Wirtzburg*, hoc est Herbipolis, urb. Germ. Franconiæ caput. Sed prior interpr. magis probatur. *Ant. Ptol.*

Artaxata num. plur. Artaxia Tac. Artaxiasata Strab. *Teflis*, urb. Armeniæ majoris munitissima ad Araxen fluv. (qua Turcæ diu potiti sunt, paucis abhinc annis à Persis ejecti) à Gaza urbe Mediæ 450. mil. pass. in occ. à Nisibi urbe Mesopot. 754. in Bor. teste Plin. recedens: Paulo Jovio *Choin* potius videtur urbs non obscura; sed hæc non Armeniæ, at Mediæ urb. est, à Tabresio 50. mil. pass. in occ. distans. Juven. sat. 2. *Plin. Tac. & al.*

" *Sic prætextatos referunt Artaxata mores.*

Artaxata

Artaxata altera apud Anton. in Cappad. est inter Cæsaream 24. & Comanam 42. mil.pass.

Steph. Artemisium S. *Agatha*, opp. Oenotriæ in Calab. citer. teste Barrio, Agello & Arianthæ opp. proximum, à Pholone 4. à littore 8. mil.pass.distans.

Strab. Artemisium alterum (vide Dianium) opp. Hisp. Tarrac. marit. in ora regni Valentini, quod *Atemuz* teste Beuthero dicitur, apud Gandiam opp. à Saguntinis conditum. Artemisium quoque opp. Eubœæ ad prom.ejusd. nominis; cujus mem. Demosth.

Ptol. Artemidita, Artemitta Strab. *Armening* ex tab. recent. urb. Arm. majoris intra ingentem lacum, cujus incolæ omnes Christicolæ feruntur. Artemitta vero Strab. cum sit urbs Assyriæ à Seleucia magna 500.tantum stad. distans, ab hac diversa est.

Strab. *Plin.* Artemita, Artemia Strab. inf. parva est ante ostium Acheloi fluv. in ora Acarnanum. Altera quoque parva apud Æthaliam, sive Iluam, inf. maris Tyrrheni, quæ nunc *Palmaiola* nominatur. Artemita item opp. Mesopot. à Seleucia 500. stad. teste Strab. vide Artemidita.

Plin. Artigi, Artigis Ptol. *Alhama* teste Henr. Coquo, urb. Hisp. Bæt. in regno Granatens. à Granato urb. primaria 7. leuc. Malacam versus.

Ptol. Artobriga, *Artzburg* teste Jo. Aventino, olim urb. nunc pag. Vindeliciæ in Bavaria cum cœnobio apud Danubium inter Ratisponam & Ingolstadium ad occ. Lazio *Veltenburg* pag. proximus Artzburgo esse videtur.

Cæs. Artomici pop. Gall. Narbon. vide Arecomici.

Plin. Artynia, stagnum Mysiæ in Asia, ex quo Rhyndacus fluv. effluit, apud mont. Pomisium, & Miletopolim urb.

Plin. *Ant.* Arucci, *Moron* teste Clusio ex antiq. inscrip. opp. Hisp. Bæticæ in conventu Hispalensi, ab Ursone 5. leuc. Nebrissam versus in occ.

Ptol. Aruci, Arucci Anton. & vet. inscrip. opp. Lusit. geminum, novum & vetus. Novum *Moura*, teste Resend. opp. præclarum regni Portug. apud Anam fluv. Serpæ & Myrtili finitimum, à Pace Julia 9. leuc. Vetus *Aroche* haud procul à novo dissitum.

Vet. Inscr. Aruci alterum, *Aroche* teste Mor. opp. seu potius pag. Turdetanorum in Hisp. Lusit. in Extremad. reg. apud Cazallam & Allanitium opp.

Ptol. Arucia, *Bregna* teste Nigro, opp. Illyrici in Liburnia mediterr. sed teste Villanov. *Othosach* Tediasto urb. finitimum.

Plin. Arvernæ, Arverni Cæs. Arverna Greg. Turonens. Arvernum Sidon. *Clermont*, urb. Aquit. episc. sub archiep. Bituricens. in mont. unde nomen habet, caput Arvernorum. Arverni enim nomen est non tam urb. quam pop. quorum reg. *Auvergne* nominatur. Urbs vero nunc Claromons dicta, inter Molinum ad arctos, & S. Florum alteram Arvernorum urbem ad austrum 12. leuc. dissita est, à Lugduno 24. in occ. Non longe fons est qui saxa gignit; in ejusdem agro alter fons visitur, qui in die festo S. Petri apost. clarus est, turbidus vero die præcedenti. Arvernorum mem. Luc. lib. 1.

" *Arvernique ausi Latio se fingere fratres.*

In horum montibus fons est vini saporem habens apud Cuilam castrum, ubi incolæ modico vino opus habent.

Plin. Arvisius, Arvis Vib. Seq. *Almista*, mons Chii inf. in quo vinum Arvisium optimum generatur, ibi & Arvisium prom. Vini Arvisii mem. Virg. eclog. 5.

" *Vina novafu:dam calathis Arvisia nectar.*

Script. Gall. Arula *le Loir*, fluv. Gall. Celt. per Castrodunum opp. in Ligerim fluens.

Script. Helvet. Arula item apud script. Helveticos fluv. est Helvetiæ in Rhenum per Bernam & Salodorum fluens, *Aar.* vide Arola.

Arunca urb. vide Suessa.

Plin. *Liv. & al.* Arunci *Ronches*, pop. & opp. Hisp. Lusit. in Extremaduræ & Portugalliæ conf. inter Arborquercum & Extremos oppida clara 6. leuc.

Plin. Arunci item pop. Italiæ. vide Aurunci.

Plin. *Ptol.* Arunda, *Ronda* teste Clus. cum al. urb. Hisp. Bæt. ad regnum Granatense spectans, in Vandalitiæ conf. in mont. à Malaca 11. leuc. in occ. à Calpe 8. in arctos distans.

Vet. inscrip. Arvone opp. Albionis in Wallia, *Arvon.* vide Armone.

Strab. *Tab. Peuting.* Arupenum, sive Arupinus, ut in alio loco, *Aursperg* Laz. interp. opp. Iapodum in Carniolæ & Corbaviæ conf. à Senia 28. mil. pass. in Bor. Siscium versus ex itiner. Anton. sed vel error est in num. vel alterum Arupenum est, *Aursperg* enim Labaco urbi finitimum est. Pop. Aurupeni apud Appian. Alex. Est & Arupinum opp. Istriæ marit. *Rovigno* vulgo, inter Parentium ad occ. 15. & Polam ad ort. 13. mil. pass. Arupinorum mem. Tibull. lib. 4.

" *Testis Arupinis & pauper natus in armis.*

Ptol. Aruvii, pop. Gall. Lugdunens. quorum opp. *Arable* in Britannia minore, aliis *Sees* in Neustria.

Strab. Arxata, urb. archiep. Armeniæ majoris, quæ *Teflis* esse putatur, in Georgianorum conf. vide Artaxata.

Tab. Peuting. Arx Batavorum *Batenbourg*, arx Germ. infer. in Geldriæ duc. ad Mosam fluv. inter Ravensteinum & Megam opp. vicina, vix mill. Belg. distans, à Noviomago 2.

Ptol. Arymagdus, *Sequino* teste Dom. Nigro, fluv. Ciliciæ ex Tauro mont. in mare inter Anemurium & Arsinoen exiens.

Arziris *Arzerum*, urb. Arm. apud Euphratem fluv. vide Aziris.

Ptol. Arzus, *Chiaurlic* teste Bellonio, urb. Thraciæ cum fluv. ejusdem nominis. urbs eadem cum Tzurulo videtur. vide ibi.

Arzus ex antiq. itiner. urbs est inter Philippopolim & Drusiparam urbes Thraciæ, à Philippopoli 50. mil. pass. in ort. apud Hadrianopolim.

Prov. Rom. Arzus item, *Arces* vulgo, urb. episc. Cypri in mediterr. olim Arsinoe, ut Steph. Lusig. videtur.

Ptol. Asaborum promontorium, *Capo Mochandan* teste Jo. Barrio, prom. Arab. fel. ad fauces sin. Persici contra Armozum prom. Carmaniæ, à quo 15. leuc. abest in aust. in medio Armuzia inf. Juxta quod prom. Macæ pop. Arabiæ incolunt.

Liv. Asacus, fluv. Phthiotidis Heracleam urbem ad Oetæ mont. radicem alluens, in sin. Maleacum exonerans.

Ptol. Asama, *Tensift* teste Marm. fluv. Maurit. Tingit. apud Mont. solis in oceanum ad occ. fluens inter Atlantem mont. minorem & majorem. al. *Omirabi* dicitur.

Plin. *Sol.* Asana *Azanaga*, fluv. Libyæ inter quem Jo. Mariana eundem cum Nigro facit.

Ptol. Asanca, *Cleppern* teste Villanov. cum al. opp. Germ. in regno Polonico.

Ptol. Ascalingium, *Hildesheim* teste Irenico, urb. Germ. episc. sub archiep. Moguntino, in Saxonia, inter Brunopolim 6. & Hammelam in occ. ad Vturgim fluv. 5. leuc. Hildesia, sive Hildesium scriptoribus Germ.

Strab. *Mel. & al.* Ascalon, Ascalo Plin. *Scalona*, urb. Palæstinæ marit. episc. sub patriar. Hierosolymit. una ex quinq; primis Philistinorum urbibus, inter Azotum ad sept. & Anthedonem ad austr. ab Azoto 18. mil. pass. quod fere inter Jamniam & Gazam. Hic sedes est præfecti, sede episcopali Bethlemiticæ juncta, teste Leuncl.

Stra. Pto. Ascania *Lago di Nicea*, Turcis *Isnich*, & *Acsu*,

pal.

pal. Bithyniæ apud Nicæam urb. inter eam & Dascylium urbem marit. extensa, ex qua Ascanius fluv. exit, post ingressum.

Plin. Ptol. Ascanius *Acsu*, fluv. Bithyniæ per Ascaniam paludem apud Nicæam in sin. Astacenum influens. Cujus mem. Virg. lib. 3. georg.

" ——— *Trans Gargara, transque sonantem*
" *Ascanium*———

Tac. Ptol. Asciburgium, *Asburg* teste Thoma Leodio, opp. olim, nunc vic. Germ. infer. ad Rhenum, infra Col. Agrippinam ad 8. leuc. al. est *Duysburg* urb. in altera Rheni ripa. Sed rudera illius inter Duisburgum & Mursam apud Rhenum monstrantur, à Novesio urbe 3. leuc. in Bor. à Mursa vix milliario distant.

Strab. Pauf. Ascra, pag. Bœotiæ ad Heliconem mont. Hesiodi patria, à Thespia 40. stad. Hinc Ascræus nom. gent. Mem. Virg. lib. 2. georg.

" *Ascræumque cano Romana per oppida carmen.*

Plin. Ptol. Ascrivium *Cataro*, urb. Dalmatiæ episc. sub archiep. Ragusino, inde in ort. ad 39. mil. pass. intra sin. Rizonicum, urbs probe munita sub Venetis, inter Risinium, & Butuam ad ort. Illam alii sub archiep. Barensi collocant. Ascruion Ptol. De Ascrivio lib. 2. itiner. sic,

" *Linquitur à tergo Butua, Ascriviumque superbum,*
" *Nobile & Olchinium*———

Strab. Plin. Ptol. & al. Asculum *Ascoli*, geminum: unum in Piceno ad Truentum fluv. in Aprutii confin. urb. episc. à Firmo supra 20. mil. pass. Aquilam versus ferme 50. alterum in Apulia Daunia, urb. episc. sub archiep. Beneventano, inde ad 40. mil. pass. ab Æcis sive à Troja urbe 8. in ort. cognomine Satrianum, sive Apulum, sicuti prius Picenum cognominatur à Liv. Pop. Asculani. Asclum causa metri, uti apud Sil. lib. 8.

" *Adria, & inclemens hirsuti signifer Ascli.*

Plin. Asdatæ, pop. Asiæ ad Caucasum mont. incolentes, apud quos Topazium lapidem gigni scribit Plin.

Pauf. Asea, vic. & fons Arcadiæ, ex quo Alpheus in occ. & Eurotas in merid. profluunt.

Virg. Strab. Asia, palus cum opp. cognomine apud Tmolum mont. & Caystrum fluv. ubi grues. Hinc Asius nom. gent. Virg. lib. 1. georg.

" ——— *& quæ Asia circum*
" *Dulcibus in stagnis rimantur prata Caystri.*

Idem lib. 7. Æneid.

" *Dant per colla modos, sonat amnis, & Asia longa*
" *Pulsa palus*———

Omnib. Scrip. Asia una ex tribus orbis terræ partibus, reliquas simul acceptas magnitudine superans, in ort. maxime extensa, Indico, Eoo, & Scythico oceano perfusa, ab Europa ad occ. Tanai fluv. mari Euxino, & Ægæo separata; ab Africa Nilo fluv. apud Plin. sed apud Ptol. sinu Arabico divisa; ab Asia fœmina, quæ in ea longe lateque imperavit, teste D. Isid. lib. 14. etymol. nomen habet.

Asiæ magnæ regiones.	
	Hyrcania
Albania	Iberia
Arabia deserta	India citerior
Arabia felix	India ulterior
Arabia petræa	Margiana
Aria	Media
Armenia major	Mesopotamia
Asia minor	Nabathæa reg. Arabiæ
Assyria	Osrhoene reg. Mesopot.
Babylonia	Palæstina
Bactriana	Paropamisus
Carmania	Parthia
Carmania deserta	Persia
Colchis	Phœnicia
Drangiana	Sacæ
Elymais reg. Persidis	Sarmatia
Gedrosia	Scythia intra Imaum
Scythia extra Imaum	Sinæ
Sogdiana	Susiana
Serica	Syria

Asiæ magnæ regiones ex ordine mari attingentes.

Asia minor	Carmania
Syria	Gedrosia
Palæstina	India cit.
Ægyptus	India ult.
Arabia triplex	Sinæ
Babylonia	Serica
Susiana	Scythia Borealis
Persis	Sarmatia

Ad mare Hyrcanum.

Colchis	Hyrcania
Albania	Margiana
Media	Sogdiana

Interiores.

Iberia	Drangiana
Armenia major	Arachosia
Mesopotamia	Paropamisus
Assyria	Bactriana
Parthia	Sacæ
Aria	Scythia intra Imaum
Carmania deserta	Scythia extra Imaum

Asia minor mari Ægæo cum Propontide ad occ. mari Pamphylio ad merid. marique Euxino ad arctos, ac Euphrate fluv. ad ort. definitur; continetq; Bithyniam, Mysiam, Æoliden, Ioniam, Cariam, Lyciam, Pamphyliam, Ciliciam, Syriam cum Palæstina, Armeniam minorem, Cappadociam, & Paphlagoniam; intus vero Galatiam, & Phrygiam magnam. Reliquæ partes harum sunt. Totaque Turcis paret, & *Natolia* dicitur, quod in ort. vergat.

Asiæ minoris regiones, quæ mari attingunt.

Ad septentr.	Caria
Pontus	*Ad austrum.*
Paphlagonia	Cariæ pars
Cappadocia	Lycia
Ad occ.	Pamphylia
Bithynia	Cilicia
Mysia	*Juxta Euphrat. fluv. ad ort.*
Phrygia minor	Euphratesia pars Syriæ
Troas	Comagene pars Syriæ
Æolis	Melitene pars Armen.
Ionia	Armenia minor

Mediterraneæ.

Galatia	Isauria
Lycaonia	Phrygia magna
Pisidia	Lydia, sive Mæonia

Asiæ minoris urbes metropoles sub Patr. Constantinopolitano, majoribus asterismo notatis.

Abydus, Mysiæ	Camachus, Ciliciæ
* Adana sub P. Antiocheno, Ciliciæ.	Celtzene in Arm. minore
* Amasea, Cappadociæ	Cerasus, Cappadociæ
Amastris, Paphlagoniæ	Chalcedon, Bithyniæ
Amorium, Phrygiæ major.	* Chios, insulæ cognominis
Anazarba, & Anazarbus, Ciliciæ	Chonæ, quæ & Colossæ, Phrygiæ magnæ
* Ancyra, Galatiæ	Claudiopolis Honoriadis in Ponto.
* Antiochia gem. una Cariæ, altera Pisidiæ	Colonia Arm. minoris
Apamia gem. una Bithyniæ, altera Phrygiæ magnæ	* Cotyæum, Phrygiæ major.
	Cybistra, Arm. minoris
* Attalia, Pamphyliæ	Cyzicus, Mysiæ
Cæsarea, quæ & Mazaca, Cappadociæ	Ephesus, Ioniæ.
	Euchaita, Paphlagoniæ
* Cæsarea altera Ciliciæ, nunc sedes satrapæ	Gangra, Paphlagoniæ
	Germa, Galatiæ

Heraclea,

Heraclea, Ponti
Hierapolis, Phrygiæ major.
* Iconium, Lycaoniæ
Laodicea, Lydiæ
*Melitene, Armeniæ minor.
Miletus, Cariæ
* Mitylene, Lesbi insulæ
Mocasus Cappadociæ
Mopsuestia sub P. Antiocheno, Ciliciæ
Myra, Lyciæ
Nacolia, Phrygiæ major.
* Neocæsarea, Cappadociæ
Nazianzus, Cappadociæ
Nicæa, Bithyniæ
Nicomedia, Bithyniæ
Pergamus, Troadis
Perge, Pamphyliæ, sedes nunc Sylæi
Pessenus, Galatiæ
Philadelphia, Lydiæ
Pompeiopolis gemina, una Paphlagoniæ eversa, altera Ciliciæ sub P. Antiocheno
* Perusa
Rhizus, & Rhizæum, Cappadociæ.
* Rhodus, insulæ cognominis
Samosata sub P. Antiocheno, Comagenes
* Sardes, olim Lydiæ regia
Sebaste, Ciliciæ
* Sebastopolis, Cappadociæ
Seleucia, Ciliciæ
Sida, Pamphyliæ
Silæum seu Siluum, Pamphyliæ apud Pergen
* Smyrna, Ioniæ
Stauropolis, Cariæ
Synnada, Phrygiæ major.
* Tarsus sub P. Antiocheno, Ciliciæ
* Trapezus, Cappadociæ
Tyana, Cappadociæ.

Asia proprie dicta Mysiam, seu Phrygiam minorem cum Troade, Æolidem, Ioniam, Cariamque, cum Lydia, & Phrygia magna mediterraneis complectitur, mari Ægæo, Icario, Myrtoo, Rhodioque circumfluo. Urbes olim claræ Cyzicus, Alexandria, Ilium, Pergamum, Smyrna, Ephesus, Miletus, Halicarnassus, Gnidus, Sardes, Magnesia, Apamea, Cibyra. Nunc fulgent Smyrna, Cotiæum, Magnesia. Populus Asiani.

Plin. Asida, quæ & Cæsariana, *Xeres de la Frontiera*, urb. Hisp. Bæt. ampla apud oram littoream contra Gades insf. ab ea 2. leuc. ab Hispali vero 15. in austr. sed Asida eadem cum Asinda vel Asindo videtur.

Ptol. Asindum, al. Asinda, urb. Bæt. in ora à Gadibus 4. leuc. in ort. ab Hispali 20. versus Calpen in merid. à Cæsariana 5. postea Assidonia, & vulgo *Medina Sidonia*. quæ proprio paret duci.

Strab. Ptol. Asine, *Faneromini* test. Soph. *Anchora* Nigro, opp. Peloponnesi in ora Messeniæ, inter Methonen ad Bor. & Coronen ad austr. Cujus mem. Luc. lib. 8.

" *Quas* Asinæ cautes, & quas Chios asperat undas.*
[*rectius Asiæ]

Ab Asine Asinæus nom. gent. & Asinæus sinus, *Golfo di Modon*, seu *golfo di Coron*, utroque enim modo dicitur, sin. Messeniacus inter Acritam prom. ad Bor. & Tænariam prom. ad merid. qui Coronæus passim, & Asinæus nominatur apud vet.

Asines urb. littus scopulosum est, ut quidam poeta lib. 2. itiner. scribit.

" *Hinc Asines scopulos cauti, Acritæque minacis,*
' *Linquimus intactos longe-- --*

Strab. Asine quoque pag. Argiæ reg. cognomento Hermionica apud Naupliam, vulgo *Volcanos*, teste Nigro.

Thucyd. Mela. Asine quoque insf. parva Peloponnesi, in ora occid. apud Pylum opp.

Asines, & Asinius fluv. Siciliæ. vide Acesines.

Ptol. Asisia, Assisia Plin. *Bergane*, Molet. *Zominicho*, opp. Liburniæ excisum, *Beribir* teste Nigro, opp. Liburniæ excisum in mediterr. apud Titium fluv. & Tinam opp. à Sebenico urb. ad 30. mil. passf. in Bor. Pop. Assisiates Plin.

Ptol. Asius, *Chiazo* teste Leand. fluv. Umbriæ ex mont. Asio (qui adhuc *Asi* vulgo nominatur) oriens, Assisiumque urb. præterfluens, in Tiberim una cum Tinia apud Dirutam opp. excipitur, à Perusia 6. mil. passf.

Asnaus mons Macedoniæ, inter quem & Æropum alium mont. Aous fluv. Liv. teste decurrit. *Liv.*

Asophos opp. erat Palæstinæ in Galilæa apud Seppherva urbem, & Jordanem fluv. *Joseph.*

Asopus, opp. Peloponnesi in ora Laconicæ, inter Biandinam & Boam opp. apud Onugnathon prom. haud procul à Malea prom. *Esapo*, licet Nigro *Rampano* dicatur. *Pauf. Ptol. & al.*

Asopus fluv. multiplex. 1. Bœotiæ *Asopo*, qui ex Cithærone mont. profluens, agrumque Thebanum irrigans, à Plateensi decidit, ipsasque Thebas præterfluens, Plateas, & Tanagram, inter Oropum opp. & Cynosuram prom. mari excipitur. 2. Thessaliæ, qui in fin. Oetæum apud Thermopylas accepto Phœnice fluv. à Thermopylis 15. stad. defertur, ac vulgo etjam *Asopo* nominatur. 3. Lydiæ in Asia, Laodiceam urbem præclaram alluens, ac in Lycum cum Capro influens. 4. Macedoniæ, qui teste Liv. & Strab. Heracleam alluit. 5. Peloponnesi, haud procul à Corintho decurrens, de quo Strabo & Pauf. ex Cronio mont. mari apud Lechæum exceptus. De Asopo Bœotiæ Ovid. lib. 3. amorum, *Strab. Plin. Pauf. & al.*

" *Quid referam Asopon, quem cepit Martia Thebe?*

Aspachan, *Spahan* hodie, urb. Persidis non ignobilis. *Cedren.*

Asparluca, *Aspa* nunc teste Hieron. Zurita, opp. Aquit. intra montes Pyrenæos, unde jugum denominatur, dicitur enim *Porto di Aspa*. *Ant.*

Aspavia, *Espejo* teste Mor. opp. Hisp. Bæt. in Vandalitia, Cordubæ proximum, ad Salsum fluv. apud Castrum Rivi, inter Cordubam & Astygi ad 4. leuc. *A. Hirt.*

Aspendus, Aspendum Pli. urbs fuit Pamphyliæ ab Argivis condita, episc. sub archiep. Sidensi, ab ostio Eurymedontis fluv. 60. stad. teste Strab. eidem fluv. imposita, ut apud Dionys. *Liv. Strab. Plin.*

" *Illic adspicies Aspendum: mœnia cujus*
' *Eurymedon amnis lavat-- --*

Aspendius cytharista in proverbio est apud Græcos, ut autor est Cic. in act. 3. in Verr. in rapaces, & omnia in sui utilitatem derivantes; sicut *citharœdus Aspendius*, qui intus canens, (hoc est citharam tantum digitis percutiens) sibi, non aliis canit, uti Ascon. interpretari videtur.

Asperum mare, Sin. Troglodyticus Plin. Sin. Barbaricus Ptolom. & Barbaricum Pelagus Stephano, *Golfo di Melinde*, mare quod Æthiopiam ad ortum alluit, inter Æquatorem & Aromata prom. *Ptol.*

Asphaltis, & Asphaltites, sic à bitumine quod gignit, teste Plin. & Isidor. dictus, *Mare morto*, & incolis *Sorban* teste Franc. Junio, lacus Palæstinæ in Judæa, in quem Jordanis fluv. influit, longus 100. mil. passf. latus 25. à Hierosolymis 40. ad quem Sodoma & Gomorrha urbes de cœlo tactæ fuere. Hæc nihil demersum sustinet, sed rejicit, teste Plin. Mare mortuum à Justino & Pauf. appellatur. Hieron. Vid. hymn. deo. *Plin. Ptol. & al.*

" *Scit Segoris, scitq; infelix Asphaltidos undæ*
' *Accola-- --*

Aspis, *Meis* incolis teste Curione, mons & opp. Africæ apud Hermæam prom. de quo Sil. lib. 3. *Polyb. Str. Ptol.*

" *In clypei speciem curvatis turribus Aspis.*

Aspis item opp. Africæ ad Syrtim majorem ad initium, inter Calumacumam & Sacazamam pagos, *Lard* incolis teste Marmol. *Strab. Ptol.*

Aspithra, *Aspida*, ut in tab. recent. urb. Sinarum ad fluv. ejusd. nominis, teste Mercat. *Ptol.*

Aspona urb. fuit Galatiæ episc. sub archiepisc. Ancyrano, inde 64. mil. passf. in ort. Parnasum *Ant.*

sum & Archelaidem urbem Cappadociæ versus.

Script. Gall. Asprenciacum *Espernay*, opp & abbat. Gall. Belg. in Campania ad Matronam fluv. inter Dormanon opp. ad occ. & Catalaunum urb. ad ort. 8. leuc.

Ptol. Assara, fluv. Maurit. Cæsariens. apud fretum magnum, in mare nostrum inter Sigam urb. ad occ. & Portum magnum ad ort. influens, *Sesfis* incolis teste Cast.

Plin. Asseriates, pop. Alpini Alutraensibus finitimi, in Tridentinorum confin. quorum reg. *Val di Serra* hodie nominatur, teste Josia Simlero.

Plut. & Thucyd. Assinarius *Falconara*, & intus *Fiume di Noti*, teste Faz. cum al. fluv. Siciliæ supra Neetum urb. oriens, cujus ostium inter Orini & Elori ostia à Syracusis 20. mil. pass. in merid. distant. Apud illum Athenienses à Syracusanis victi insigni clade duce Nicia affecti sunt olymp. 93. anno urbis conditæ 342.

Damas. Assis, insula Tiberis apud illius ostia inter Portum Romanum & Ostiam urbes excisas, ab urbe Roma 18. mil. pass.

Assisia. vide Asisia, uti scribitur apud Ptol.

Vet. Inscr. Assisium, Æsisium Ptol. *Assisi*, urb. Umbriæ episc. in mont. Divi Francisci natalibus clara, inter Perusiam 10. & Fulginiam ad ort. 8. mil. pass.

Ptol. Asso *Ossea*, opp. olim, nunc vic. Hisp. Tarrac. in finibus Bastitanorum Bigerræ finitimus.

Bibl. Assor, Antiopia Josepho, opp. Palæstinæ, *Antiopia* nunc vicus.

Cic. Assorus, Aserus Ptol. Assorium Steph. *Asoro*, opp. Siciliæ, teste Faz. in mont. ab Agyrio 6. mil. pass. in Eurum. Pop. Assorini Plin. Assorus item Ptol. opp. Macedon. in Mygdonia apud Apolloniam, nunc *Assera*. pop. Assorini Cic.

Strab. Ptol. Assum, *S. Quaranta* teste Mol. prom. Troadis cum urb. episc. sub archiep. Ephesio, inter Lectum prom. & Scepsim urbem. Assus Strab. & Apollonia Plin. Sed Apollonia mediterr. videtur.

Lib. Reg. Assur, *Arsid* teste Ort. opp. Palæstinæ apud oram littor. & Ramam urb. vide Antipatris.

Ptol. Assurus, urb. Africæ olim episc. sub archiep. Carthaginens. apud Siccam veneriam, à Tucca Terebinthina 15. mil. pass. à Suffetula 65. introrsum.

Strab. Plin. & al. Assyria, quæ & Adiabene Plin. *Sarch* teste Mercat. *Adrinza* Nig. *Azimia*, & *Mosul* Pin. aliisque nominibus appellata, reg. Asiæ Mesopotamiæ attigua, ab ea Tigride fluv. divisa, in ort. recedens Mediam & Susianam versus. cujus urbes olim claræ Ninus, seu Ninive, Arbela, Ctesiphon contra Seleuciam. Ab Assur filio Sem, teste Isid. lib. etymol. nomen habet. pop. Assyrii, Claud. lib. 2. de rapt. Proserp.

" *Ditibus Assyrii spumis fuscantur aheni.*

Liv. Strab. Hirt. & al. Asta, *Massa de Asta* teste Mor. urbs fuit Hisp. Bæt. in Turdetanis ad Lethem fluv. locus sic nominatur à Cæsariana urbe introrsum Arcensem urbem versus 8. mil. pass. distans. Rudera ingentem fuisse indicant.

Plin. Ptol. & al. Asta, quæ Pompeia à nonnullis cognominatur, *Asti*, urb. et col. Liguriæ apud Tanarum fluv. episc. sub archiep. Mediolanens. in cujus duc. olim fuit, inter Alexandriam 18. & Taurinum 20. mil. pass. ab Alba Pompeia 12. Ejus mem. Claud. de 6. cons. Hon.

" ---------- *nec plus Pollentia rebus*
" *Contulit Ausoniis, aut mœnia vindicis Astæ.*

Ptol. Astabeni pop. Hyrcaniæ, quos quidam *Astriadi* ex parva nominis allusione dici putant.

Strab. Ptol. Astaboras, *Tacassi* Mercat. *Tacui* Nigro, fluv. Æthiopiæ, qui una cum Astapo & Nilo Meroen ins. ingentem facit. De quibus Pontan. lib. 1. Uran.

" *Astapus, & socio jungit sua flumina Nilo;*
" *Jungit & Astaboras, Elæmium hinc populatur arenas.*

Astacapra, urb. Indiæ citer. quæ à Cast. *Campanir* urbs regia dici putatur. Ptol.

Astacenum æstuarium *La Maresma*, locus Hisp. Bæticæ apud Portum Mnesthei. Ptol.

Astacenus sin. *Golfo di Comidia* vel *Nicomedia*, teste P. Gyllio, sic ab Astaco urbe Bithynica ad Propontidem Nicomediæ urbi finitima. Astaces autem fluv. Plin. in Ponto, juxta quem equæ lac nigrum præbent gentibus. Strab.

Astalicis, seu Astacilicis ex al. cod. *Tefezara* teste Marmol. opp. Maurit. Cæsariens. mediterr. apud Timici urbem regiam, quæ *Tremesin* appellatur. Ptol.

Astapa *Astepa*, opp. Hisp. Bæticæ in Vandalitia ad Singulim fluv. quum alii excisum dicunt ad dicti amnis fontes, ab *Estepa* (quæ nova Astapa dici potest) 2. leuc. ab Astigi 5. leuc. Anticariam versus, quot ab Ursone. Hæc à Marcello obsessa, ne in Rom. potestatem veniret, seipsam cum filiis, uxoribus, & opibus, teste Liv. concremavit. Liv. & al.

Astapus *Abanhi*, fluv. Æthiopiæ, qui cum Nilo & Astabora ins. Meroen facit. vide Astaboras. Strab. Ptol.

Asteria, *Didascalio* Soph. interp. ins. maris Ionii parva inter Ithacam & Cephaleniam. Asteris Homer. 4. Odyss. cujus carmen est Latine redditum, Strab. Auson. & al.

" *Asteris haud ingens portus dat puppibus aptos.*

De Asteria in lib. 2. itiner. sic,

" *Linquimus Asteriam, vicinaque saxa recepta.*

Asterion, fluv. Argiæ reg. in Peloponneso in Erasinum fluv. influens. ubi etiam mons teste Plin. ex quo fluv. prædictus effluit per sylvam Nemæam. Cujus mem. Stat. lib. 4. Theb. Paus.

" ---------- *quos celer ambit*
" *Asterion, Dryopumque trahens Erasinus aristas.*

Astiæ prom. Thraciæ ad Bosphorum, quod vulgo *Cecrium* nominatur, teste P. Gyllio. Asti pop. Strab. Dionys.

Astigi. vide Astygi. urb. Hisp. Bæt. olim episc. sub archiep. Hispalensi.

Astir *Steyr*, urb. Austriæ à Lentio 4. leuc. in austr. vide Asturis.

Astomi, pop. Indiæ circa fontes Gangis sine ore, toto corpore hirta frondium lanugine tantum utentes, & odore radicum, ac flore herbarum sylvestrium viventes, ut Plin. scribit. Plin.

Astræus, fluv. Maced. inter Thessalonicam & Berrhœam. fluv. nomen ab Astræo, sive Æstræo opp. habere videtur (quod *Ostro* nunc dicitur) unde oriens, in Axium defertur. Ælian.

Astrata, ins. maris rubri intra sin. Arabicum, quæ *Caiassa* nunc dici fertur. Ptol.

Astromela, Mastramella Steph. *Martegues* teste Pineto, opp. Gall. Narbon. in ora littorali Provinciæ apud Maritimam opp. inter Massiliam & Arelatum, inde 9. hinc 7. leuc. aliis ipsa Maritima *Martegues* vulgo dicitur. Plin.

Astrunus, mons Campaniæ apud Puteolos urbem: Lacus, qui vulgo *Bagni di Astrugno* nominatur, teste Mazzella.

Astuia, opp. Germ. quod quidam *Bodenhausen* indigitant in Saxonia. Ptol.

Astura, *Stura*, *Stora* & *Astora*, opp. olim, nunc exiguum castrum, & fluv. Latii apud Circæos. Festus fluv. ait 6. mil. pass. ab urbe fluere. Sed hic Stura in agro Laurenti. Storas Strab. vocatur, diversus ab Astura qui 5. mil. pass. abest ab Antio Circæos versus. ubi Tull. Cic. à M. Antonii militibus fugiens interfectus est. Cic. Festo, & al.

Astura item fluv. Hisp. in finibus Asturum Legionem urbem alluens, ac in Durium labens. Orosius.

Astures, pop. Hisp. Tarracon. in ora Borealis oceani accolentes, inter Callaicos ad occ. & Cantabros ad ort. quorum reg. Asturia Ptol. vulgo *Las Esturias*; Strab. Plin. & al.

Esturias; aurifera quondam, teste Silio lib. 1.

" ——— *Astur avarus*
" *Visceribus laceræ telluris mergitur imis,*
" *Et redit infelix effosso concolor auro.*

Ptol. Asturica Augusta *Astorga*, urb. & col. Hisp. Tarrac. in Asturum & Vaccæorum conf. episc. sub archiep. Compostellano, à Legione 9. leuc. in austr. Zamoram versus, à Burgis 36. in occ. per Palantiam fere in medio.

Ex vit. S. Severini. Asturis & Casturis opp. Norici in Austria, quod teste Cuspin. nunc *Stockeraw* dicitur, à Vienna 4. leuc. Moraviam versus. al. *Steir*, urbs Austriæ ad Anisum fluv. à Laureaco, sive ab Aniso urbe 3. leuc. in austrum: quod magis probo.

Ptol. Asturum lucus, urb. olim in finib. Asturum prorsus eversa apud Ovetum urb. quæ illi successit, & Novus lucus Asturum dici potest, à Legione 22. leuc. in Bor. versus Scythicum prom.

Plin. Ant. Astygi, Astygis Ptol. *Ecya*, urb. Hisp. Bæt. hac etiam tempestate clara ad Singulim fluv. episc. olim sub archiep. Hispalensi, unde 15. leuc. recedit Granatum versus, inde in ort. 21. leuc. distans, à Corduba 8. Augusta firma etiam Plin. dicta. Hæc una cum Astapa, Obulco, Ægabro, Lucena, Marcia, Ursone, & Vaena opp. à Ferdinando rege Mauris ejectis recuperatur an. sal. 1239.

Ptol. Strab. Plin. & al. Astypalæa *Stampalia*, ins. maris Carpathii, cum urbe ejusdem nominis episc. sub archiep. Rhodiensi, in longum extensa, circuitu 88. mil. pass. ab Icaria 80. in austrum, à Delo 100. in Eurum, à Cadisco prom. Cretæ 125. in Cæc. & Bor. Ejus mem. Ovid. lib. 2. de arte am.

" *Cinctaque piscosis Astypalæa vadis.*

Astypalæa quoque opp. Coi ins. teste Steph.

Plutarch. Astyra, villa inter Tusculum & Circæios, eadem cum Astura ut videtur, ab urbe Roma 40. mil. pass. distans, ubi Cicero interfectus est teste Plut. Sed pro Tusculum Antium legendum est.

Steph. Atabyris, mons Siciliæ apud Agrigentum urb. ubi boves Æneæ mugire solitas cum aliquid iniqui fieret, tradunt. Mons item ejusd. nominis in ins. Rhodi, teste Strab. unde ipsa Rhodus Atabyria olim dicta fuit, teste Plin. lib. 5. c. 31.

Plin. Atalante *Talandi*, ins. parva cum opp. Eubœæ adjacens è regione Opuntis urb. Bœotiæ. cujus mem. Stat. lib. 6. Theb.

" *Nota parens cursu, quis Mænaliæ Atalantes*
' *Nesciat egregium decus?*

Hinc Atalanteus, a, um apud Stat.

Ptol. Atalantes Nesium, ins. parva Eubœæ apud Cenæum prom. quam Niger *Caloiero* vulgo dici testatur. Sed hæc eadem est cum Atalante Plin.

Stra. Vib. Ptol. & al. Atax *Aude*, fluv. Gall. Narbonens. ipsum Narbonem interluens, & paulo infra in mare exiens. Narbo propterea à Polybio dictus. ex Pyrenæis montibus teste Mela oriens, & per Rubresum lacum transiens. Pop. Atacini, ab eo Narbonenses dicti. Strab. illum ex Cemenis montibus scribit profluere; Sed Melæ fides habenda. Ejus mem. Luc. lib. 1.

" *Mitis Atax Latias gaudet non ferre carinas.*

Cæs. Dionys. Ategua, *Tebala veja*, seu *Teivela* Mor. opp. Bæt. à Cæsare eversum, apud Alcalam regalem in regno Granatensi (ubi adhuc fons visitur qui *Fuente di Teivela* dicitur) olim munitissimum, à Corduba 16. leuc. Granatum versus, à Christianis una cum Turone opp. inde 3. leuc. recuperatum an. sal. 1330. Scribitur etiam duplici t Attegua.

Strab. Ptol. & al. Atella, *S. Arpino* teste Sanfelicio, urb. Campaniæ episc. sub archiep. Capuano eversa, apud Clanium fluv. & apud Aversam urb. quæ illi successit, & nova Atella dici potest; media inter Capuam & Neapolim, 8. mil. pass. utrinque, à Carolo rege 1. Neapolitano excisa. Nunc ibi vicus S. Arpini. Pop. Atellani Cic. & Plin. Est & Atella opp. Lucaniæ inter Melphin & Potentiam urbes, inde 8. hinc 16. mil. pass. distans, à Venusia 15. De ludis, ludicris, & versibus Atellanis, vide Cic. lib. de divinat. Mem. Atellæ Sil. lib. 11.

" *Jamque Atella suas, jamque & Galatia abegit.*

Plin. Ater, mons Africæ in longum valde extensus, & uno latere Syrtim minorem attingens.

Strab. Plin. & al. Aternum *Pescara*, flu. & urb. Marrucinorum olim episc. fluv. Aternus in Vestinis ex Apenn. mont. ortum habet, Aquilam Teateamque præterfluens. urb. vero, nunc opp. est in ostio fluv. cum arce munitissima (unde marchiones Piscarienses dicti) à Teatea 8. mil. pass. quot ab Angulo, inter Hadriam (cui cessit episcopatus Aternensis) & Ortonem ad ort. ad 11. Ostia Aterni fluv. ab ostiis Tiberis 136. mil. pass. distant, teste Plin. quantum Castrum novum Præcutinorum in ora maris Adriaci, ab Alsio in ora maris Tyrrheni recedit.

Plin. Tac. Ptol. Ateste *Este*, urb. olim episc. sub patriarc. Aquileiensi, nunc opp. Venetiæ præclarum, in agro Patavino ad Medoacum minorem fluv. inter Patavium 15. & Ferrariam 35. mill. pass. occurrens. Hinc principes Atestini sive Estenses, Italiæ nobilissimi antiquissimique, Ferrariensi duc. diu potiti, nunc Mutinenses & Regienses duces, profecti. Atestini pop. & nom. gent. Mart. lib. 3.

" *Egit Atestinus causas, & Caius utrumque*
' *Noras* ———

Oros. Atha, urb. Bithyniæ sub mont. Olympo. eadem Prusa.

Liv. Plin. Strab. Athamanes, pop. Epiri in Acarnaniæ & Thessaliæ conf. quorum reg. Athamania apud Steph. Dicuntur pop. etiam Athamantes.

Plin. Athamas, mons Phthiotidis, ab Athamante rege dictus, cujus incolæ Athamantes teste Strab. nominantur. Ex eo fluv. Athamas profluit, qui luna senescente ligna instar ignis accendit, teste Ovid. lib. 15. metamorph.

" *Admotis Athamantis aquis accendere lignum*
" *Narratur* ———

Greg. Tur. Athanacum, *Aisnay* teste Ortel. vic. & abb. apud Lugdunum urb. Gall. Celt. ubi ara Lugdunens. apud Juvenal.

Liv. Athanagia, *Manresa* teste Floriano, urb. Hisp. citer. in Catalaunia, inter Barcinonem 10. & Urgellam 14. leuc. occurrens, à Solsona 5. apud mont. Serratum, inde 3. Sed Beuthero est *Sanahuja* opp. ejusdem reg. inter Solsonam urb. & Olianam opp. 3. leuc. à Servaria opp. 5. Urgellam versus 9. al. est *Cardona* opp. salis proventu in proximo mont. diversorum colorum opulentissimum, inter Minorissam & Solsonam 3. leuc. ab Ilerda 10. Urgellam versus, proprio duci subjectum. Athanagiam à Scipione expugnatam Liv. scribit.

Bibl. Athar *Jethira*, pag. Palæstinæ teste Eusebio: qui si nunc exstet, nescio.

Omnibus. Athenæ, *Setines* teste Soph. cum al. urb. Græciæ notissima Atticæ metrop. clarissima urbs armis quondam & literis, à Cecrope condita, & sic de Minervæ (quæ ibi colebatur) nomine dicta: à Thebis 40. mil. pass. distans in austrum, à Corintho paulo pluribus ad 44. in medio fere Megaris obviis, à Lacedæmone ejus æmula 145. in Bor. Nunc obscurior arcem habet præmunitam. urb. archiep. multarum urbium metrop. Pop. Athenienses. Ovid. multis in locis ejus mem. in epist. præsertim 1. sic;

" *Atque aliquis, jam nunc doctas eat, inquit, Athenas,*
' *Armiferamque Thracen qui regat, alter erit.*

Atheniensis probus apud Plat. lib. de legib. dicitur proverbii modo, de eo, qui in repub. male instituta si

 probus

probus est, verissime probus nominatur: quasi dicatur, Athenis raros probos inveniri, sed eos esse insigniter probos.

Strab. Plin. & al. — Athenæum, quod & prom. Minervæ, & Sirenum, & Prenussum apud Strab. *Capo di Minerva, Capo di Campanella*, & *Capo di Massa* teste Scip. Mazzella, prom. Picentinorum contra Capreas ins. inde ad 4. mil. pass. in occ. distantes, Surrento etiam proximum, ab eo 4. mil. in austrum recedens, à Neapoli 30. in eo Massa urb. modica. Hoc sinum Craterem à Miseno prom. inchoatum finit. Athenæum alterum apud Dionys. Halicarn. in ora magnæ Græciæ, *Rossia* vulgo, à Rosciano urbe 4. mil. pass. Athenæum item locus erat Athenis Minervæ dicatus, ubi opera literis dabatur, hoc est gymnasium, & academia.

Dionys. — Atheniensis Legio *Thienen*, & *Tillemont*, opp. Belgii in Brabantia, à Lovanio 3. in ort. leuc. distans.

Plin. Mel. — Athenopolis, *Tres* teste Pineto, opp. Gall. Narbonens. in ora Provinciæ inter Telonem 4. & Forum Julium in ort. 6. leuc. contra Stœchades ins. sed Villanovano & Mol. *Teres*, seu *Eres* Olbia veterib. dicta putatur. al. locus *Napelo*, al. *Nuyz* opp. Prov. inter Forum Julii 4. & Lucum 5. leuc.

Plin. Liv. Tac. — Athesis, Atagis Strab. Atrianus Ptol. accepto nomine ab Atria urbe, *Adige*, fluv. Venetiæ ex finibus Rhætorum, per fines Tridentinorum, urbem ipsorum alluens, ac Veronam intermeans, in mare Hadriaticum multis alveis sese exonerans inter Fossam Clodiam urb. & Carbonariam postremum Padi ostium. Pop. per quos labitur intra Alpes Athesini Plin. dicuntur, *Etschlender* Germanice. Virg. lib. 9. Æn.

" *Sive Padi ripis, Athesin seu propter amœnum.*

Scrip. Brit. — Athesis alter, fluv. Albionis in Anglia agrum Eboracens. à Dunelmensi dirimens, ac in oram ad ortum fluens oceano Germanico exceptus, *These* incolis, teste Polydoro. [Camdenus & alii habent Tesis ac *Tees*]

Plut. — Athiso *La Tosa*, fluv. Insubrum ex summis Alpibus oriens, ac in Verbanum lacum inter Aronam & Locarnum extrema oppida illius lacus influens. Oscellam (Domum Oscelæ vocant) præterluit, nec procul à Voconia opp. decurrit.

Liv. Plin. Strab. & al. — Athos *M. Santo*, mons Macedoniæ excelsus instar peninsulæ in mare Ægæum excurrens, cujus umbra in Lemnum ins. inde in ort. 87. mil. pass. distantem, usque pertingit, teste Plin. ejus ambitus 150. mil. pass. continet. à Turcis *Monastir* ob cœnobiorum multitudinem vocatur; soli enim monachi D. Basilii illum incolunt, indeque episcopi omnes sub Constantinopolitano patriarch. ad ecclesias regendas desumuntur, ibi in sacris literis, & cæremoniis probe eruditi. Ex quo mons ἅγιον ὄρος ab illis nominatur, à Turcis *Seididag*, teste Leuncl. Ibi lepores plurimi. Ovid. lib. 2. de arte amandi,

" *Quot lepores in Atho, quot apes pascuntur in Hybla.*

& lib. 2. metam.

" *Ardet Athos, Taurusque Cilix, & Tmolus, & Oete,*
" *Et tunc sicca, prius celeberrima fontibus, Ida.*

Adeo altus est, ut locum imbrium superet, teste Sol. & Mela. Ejus isthmus à Xerxe, teste Herod. perfossus fuit. Athos adeo excelsus est, ut umbram in Lemnum ins. usque projiciat. unde ortum est adagium *Athos celat latera bovis Lemniæ*, de iis qui gloriam aliorum obscurant, ut Athos simulacrum bovis Lemniæ ex candido lapide factum, & excelsum. Cujus proverbii mem. Plutarch. in moralibus. Dicitur & Athon apud Græcos: nam Athen. hominem voracem, *voracitatis Athonem* per hyperbolem vocat.

Herod. — Athres, fluv. Scythiæ Europææ, qui *Labus* incolis appellatur teste Peucero.

Steph. — Athymbra, urb. Cariæ apud Mæandrum fluv. vide Nyssa: sic enim postea dicta est, teste Steph.

Ptol. Plin. & al. — Athyras, Atyras Plin. *Glycy nero* Græcis, *Acqua dolce* nostratibus, fluv. Thraciæ, cujus ostia inter Byzantium & Selymbriam 24. mil. pass. visuntur. Ibi Athyra num. plur. urb. episc. & nunc metrop. Metris alteri metrop. finitima.

Vet. insc. — Atilia, *Altenburg* Jo. Aventino teste, *Azelburg* M. Welsero, pag. Vindeliciæ in Bavaria apud Danub. fluv. & apud Neoburgum urb.

Ant. — Atiliana, opp. Hisp. Tarracon. inter Tritium 41. & Graccurrim urb. 64. mil. pass. ex itiner. Anton. *Sadava* opp. Navarræ teste Zurita, à Pompelone 10. leuc. Montionem versus.

Cic. Liv. & al. — Atina *Atino*, urb. olim episc. & col. Latii in monte apud fines Samnii inter Soram & Venafrum, inde 19. mil. pass. ultra Fabrateriam, nunc opp. nulli tamen episcopo subjectum. Pop. Atinates Plin. & Liv.

Atina altera, opp. in Lucania apud Tanagrum fluv. inter Polam & Salam opp. 4. mil. pass. à Salerno ad 40. per Ebolum Potentiam versus, *Ateno* vulgo; cujus campus Atinas à Plin. commemoratur, in quo fluv. ad 20. mil. pass. mersus emergit. Virg. lib. 11. Æn.

" *Turbati fugiunt Rutuli, fugit acer Atinas.*

Ptol. — Atinium *Atino*, opp. Thess. in Macedon. conf. Gomphis Triccæque finitimum.

Atiso. vide Athiso.

Platoni. — Atlantis, ins. maris oceani ingens, quæ à plerisque doctis *America*, sive novus orbis esse putatur. Insula S. Michaelis, una ex iis quæ *Azores* vocantur, videtur Ortelio: sed hæc non est tantæ magnitudinis, ut Atlantis credi possit. America ab Hisp. 600. leuc. abest; insula vero S. Michaelis 100. mil. pass. longa à Nerio prom. Callaicorum 185. leuc. distat.

Stra. Pli. Ptol. & al. — Atlas major, *Iduacal*, sive *Aytuacal* teste Marmol. *Montes Claros* Hispanis, *Anchisa* & *Hanchisa* aliis, mons Maurit. Tingit. maximus in oram littoream oceani occid. & Atlantici desinens, ipsamque Mauritaniam à Libya interiore separans; cujus prom. *Capo d' Alguer* à nautis nominatur. Juxta hunc mont. regnum Marocchium situm est. Atlas minor alter ejusdem Maurit. mons *Errif* eodem Marm. teste cum al. appellatur: regnum Fessanum à Marocchio discludens. Vertex Atlantis mont. semper nivosus, & in eo elephantes reperiri testatur Sol. post Plin. Abest ab Herculis columnis 317. mil. pass. in austrum, à Lixa urbe 112. Sed quantum ad Lixæ distantiam error in numero videtur. Nomen habet ab Atlante rege, astrorum peritissimo, quem propterea cœlum humeris sustinere fabulantur. Ovid. lib. 4. metam.

" *Quantus erat, mons factus Atlas: nam barba comæq;*
" *In sylvas abeunt----*

Hinc Atlanticus nom. gent. & Atlantis patronym. Virg. lib. 1. georg.

" *Ante tibi Eoæ Atlantides abscondantur.*

Atlantem cœlum hospitio excepisse fabulantur: quod cum sibi insidias ab hospite parari animadvertisset, illum in mare Atlanticum præcipitem dedisse ferunt: unde ortum est adagium, *Atlas cœlum*, in eos qui sibi malum causant, aut qui sese magnis & molestis negotiis involvunt. Metaphorice *Atlantes* dicuntur, qui rempub. collapsuram sustinent, ut apud Cic. in oratione pro domo sua.

Atraces, pop. Ætoliæ, & reg. Atracia Plin. Inde Atracius nom. gent. Stat. lib. 1. Theb.

" ———— *qualis per nubila Phœbes*
" *Atracia rubet arte color.*

Atramyttium. vide Adramyttium.

Plin. — Atrani, pop. Apuliæ Peucetiæ, quorum urb. Tranium,

nium, vulgo *Trani*, urbs haud obscura archiep. in ora littorea, inter Barolum 6. & Barium in ortum vergens 24. mil. pass.

Liv. Plin. & al. Atrax, *Voidanar* teste Pineto, urb. Thessaliæ apud Peneum fluv. Triccam & Larissam interjacens, ab Olympo mont. 10. stad. distans, ab Argissa opp. ad Peneum 40. in Bor. hodie ex primis regionis, olim veneniferax. Pop. Atraces Liv. Atracii Propertio. Ibi Atrax quoque fluv. teste Plin. & Atracesia stagna apud Orpheum. Atraciorum mem. Prop. lib. 1.

" *Et dicam, Atraciis licet hæc considat in oris.*

Cæs. Plin. & al. Atrebates, Atrebatii Ptol. *Arras*, pop. & urb. Gall. Belg. episc. sub archiep. Cameracensi, caput reg. quæ Lat. recent. Artesia, vulgo *Artois*, nominatur; media ferme est inter Ambianos urbem Picardiæ, et Tornacum ad ortum urbem Flandriæ 14. leuc. à Cameraco 9. Hic aulæa fiunt optima, & cereus prodigiosus fertur servari, qui accensus non minuitur.

De Atrebatibus & Artesia, sic in lib. 4. itiner.

" *Venimus & Bergas, urbem amplam: hinc Nervia pubes,*
" *Et post Atrebatum fines, Artesia visa est.*

Ptol. Atrebatii, pop. Albionis in Anglia; quorum reg. *Barkshire* Camd. & Lelando testib. oppida *Okingham*, *Reding*, *Ilsley* & alia, inter Londinium, & Sarisburiam ad occ.

Plin. Ptol. Atria, Adria sive Hadria Liv. Strab. & al. *Adri*, urb. Venetiæ episc. sub Ravennate archiep. ad Atrianum fluv. intra stagna Hadriatica, ab eis pene submersa, à piscatoribus tantum habitata, episcopo Rhodigii commorante. media fere inter Ravennam ad merid. & Venetias ad arctos 50. mil. pass. distans, à Ferraria 35.

Atria altera in Piceno, à plerisque Adria, & Hadria dicta: quæ licet in finibus Picenorum sit, in Aprutio tamen computatur: Ibi Hadrianus imp. natus, & ab ea sic nominatus fertur. Videtur etiam mari Hadriatico nomen dedisse; licet id alteri Hadriæ tribuant. De priore Jul. Scaliger de urbibus.

" *Nunc vix nomen habet, letoque informe cadaver*
' *Et famulis sordens Hadria putret aquis.*

Plin. & al. Atrianorum paludes, & septem maria, paludes Tartari Tac. & al. stagna Hadriatica, circa Hadriam & ostia Padi: à paludibus Ravennæ, de quibus Strabo, diversa: quæ vulgo *Le Valli di Comacchio* nominantur. Comaclum autem urb. episc. abest à Ravenna supra 20. mil. pass. à Ferraria 38.

Ptol. Atrianus, fluv. Venetiæ, quem alii eundem cum Tartaro, alii eundem cum Athesi faciunt, & cum Adria fluv. apud Steph. illum Mercat. *Tartaro* indigitat.

Strab. & al. Atropatia *Sirvan*, reg. Mediæ Borealis Iberiæ & Albaniæ ad arctos attigua, mari Caspio exposita, in qua Cyropolis urb. præcipua.

Ptol. Attacum *Ateca*, opp. Hisp. Tarracon. in Celtiberis, seu in regno Arragoniæ, proximum Vobertæ 1. distans leuc. à Bilbili 2. ad Salonem fluv. Attacense municipium in vet. inscriptione.

Ptol. Attalia, *Satalia* teste Soph. *Antali* Turcis teste Leuncl. urbs Pamphyliæ archiep. marit. & primaria reg. ubi præfectus moratur, ab Attalo rege condita. Aulæa olim Attalica in pretio fuere; Sil. lib. 14.

" *Læta Tyrus, quæq; Attalicis variata per artem*
' *Aulæis scribuntur acu*——

Hinc Attalicus sin. *Golfo di Settalia*. Scribitur & Atalia unico t. ab Olbia 15. mil. pass. in ort.

Attella. vide Atella. Sic autem scribitur apud Sil. lib. 11.

" *Jamque Attella suas, jamque & Galatia abegit.*

Strab. Plin. & al. Attica, Attis Melæ, Acte olim, & Actica, *Ducato di Sethines*, reg. Achaiæ, sive Helladis in angulo orientali & australi, quæ & Mopsopia, & Cecropia dicta est, in qua Athenæ urbs totius Græciæ clarissima. Hinc Atticus nom. gent. ut mel Atticum, Ovid. lib. 5. de tristib.

" *Melle, quod in ceris Attica ponit apis.*

Attici pluribus elogiis celebrantur in iis veritatis præcipuæ, ut *Atticus testis* in adagiis referatur, teste Diogeniano, de teste incorruptissimo & probatissimo, licet etiam de improbo per ironiam dici possit. *Attica fides* quoque apud Plaut. in Aulul. proverbialiter de fide integra & incorrupta dicitur. Est & *Attica Musa* in proverbio apud Diog. Laert. pro oratione venusta & eleganti: sicuti & *Atticus lepos*. Contra *Advena Atticus* apud Zenod. in violentos in vicinos dicitur, quod Attici quondam vicinos pop. sedibus suis pellerent. Attici quoque, præsertim Athenienses lucri & munerum cupidissimi fuere, adeo ut apud Aristoph. teste Diogeniano proverbio dicatur, *Atticus etiam moriens porrigit manus*. Attici item Eleusinia sacra Cereri apud Eleusin adeo secrete faciebant, exclusis profanis, ut in proverbium abierint *Attica Eleusinia*, de iis qui inter se secreto de re aliqua tractant, ut autor est Zenodot.

Attiniacum *Attigny*, pag. Gal. Belg. in finibus Rhemensium apud Axonam flum. *Aimoin.*

Attium, *Capo di Scardola* in tab. recent. prom. Corsicæ in ora occidua inter Calviam & Sagonam. *Ptol.*

Attuarii, Atthuarii Amm. Marcell. pop. Germ. gen. Francorum Bructeris finitimi. *Vell. Pat.*

Attubi, quod & Claritas Julia Plin. Atubi, ex al. cod. Ucubi Aulo Hirtio (ut Morali videtur) *Espejo* teste Mor. opp. olim col. Hisp. Bæt. inter Cordubam & Alcalam regalem. vide Aspavia (hæc enim *Espejo* dicitur, ab Ucubi 5. leuc. distans) vide etiam Ucubi. *Plin.*

Atuaticum, quasi Atuaticum, à pop. Atuaticis, seu Aduaticis apud Cæs. *Anversa* nunc Jo. Becano teste, urb. clarissima Brabantiæ. vide Antverpia. Scaligero & al. est urb. Tungrensis. situs apud Cæs. arridere videtur. *Ptol.*

Atuæ, Aduatici Cæs. Atuatici Dioni, pop. Gall. Belg. vide Aduatici. *Cic.*

Aturum, & Aturensium urb. *Ayre*, urb. Aquit. episc. sub archiep. Auscensi in reg. Novempopulonia, Aquis Tarbellis finitima, ab eis 5. leuc. inter Auscos 16. & Baionam 12. Fano S. Severi proxima, 3. leuc. distans in merid. Illam Aturus, sive Aturrus fluv. ex quo nomen habet, interluit, scribitur etiam gemino r. *Lib. Prov.*

Aturus autem flu. qui ex mont. Pyrenæo profluit, & in oceanum Aquitanicum citra Baionam effunditur, *le Dour*, & *l' Adour* appellatur. cujus mem. Auson. in Parental. *Auson.*

" *Tum profugum in terris, per quas erumpit Aturrus.*

Hic à Luc. lib. 1. Atyrus appellatur, unde & urbs Atyra.

" *Qui tenet, & ripas Atyri, qua littore curvo.*

Atys, *Carabi* teste Fazello, fluv. Siciliæ in ora australi post Thermas urbem ad 5. mil. pass. in occ. in mare labens. Cujus mem. Claud. lib. 3. de rapt. Proserp. *Plin.*

" *Lucus erat prope flumen * Atyn, quod candida præfert.*

[* Acin in plerisque codicibus]

Avalites, sin. & empor. & Avalitæ pop. Æthiopiæ in ora maris rubri contra Arabiam, Diræ alteri empor. proximum, inter Aromata prom. & fauces sinus Arabici propiores, *Zeila* teste Mol. à memoratis faucibus 5. leuc. distans, Barbaram urbem versus 20. *Plin. Ptol. Steph.*

Avallensis com. *Avalle* teste Ortel. in Gall. Aquit. *D. Lupo.*

Avalonia, postea Glasconia apud Matthæum Westmonast. *Inis Avalon* teste Lelando, incolis *Glastenbury*, opp. Albionis in Anglia agri Somersetensis, ubi cœnobium Glasconense olim celeberr. *Script. Brit.*

Ptol. Avanticum, Aventicum Tac. *Avenches*, urb. Sequanorum olim episc. in Helvetiorum & Equestrium conf. nunc jacet, manet pag. vide Aventicum.

Caes. Avaricum *Vierzon*, & al. *Viarons*, opp. Gall. Celt. in finibus Biturigum, ab urbe Bituricensi 7. leuc. ab Exoliduno 4. ab Aurelianis 20. Sunt qui putant Avaricum esse ipsam urbem Bituricensem; sed errant toto coelo.

Ptol. Avarum, *Capo di Viana* teste Mol. prom. Hisp. Tarrac. in ora Callaicorum, seu Gallaeciae, apud ostia Minii fluv. ubi Viana opp. sed hoc potius in ora Bracarum est, ab ostio Minii 3. leuc. Bracaram versus 7.

Plin. Avatici, pop. Gall. Narbonens. ubi in ora Mela locat Avaticorum stagna: quorum opp. est Fossa Mariana apud ostium Rhodani occiduum; & locus *Avancon*.

Auca, urb. Hispaniae Tarrac. excisa penitus, finitima Burgis, qui illi in episcopali dignitate successere, locus adhuc *Nuestra Sennora de Oca* nominatur apud Villam Francam opp. inter Burgos 5. & Dominicopolim 9. leuc. juxta montes, qui *Montes de Oca* dicuntur.

Plin. Sol. Auchetae, Auchatae Herod. pop. Scythiae Europaeae, apud quos Hypanis fluv. oritur, quorum situs in Podolia. Val. Flac. lib. 6.

" *Ervis ignotis insons Arimaspe metallis:*
" *Doctus & Auchates*------

Claud. Audelopes, pop. Libyae inter. intra illius deserta, ultra Garamantes & Nasamones. Quorum mem. Claud. de laud. Stilic.

"--------------*Repetunt deserta fugaces*
" * *Audelopes, pavidus projecit missile Mazax.*

[alii libri habent * Autololes]

Provi. Rom. Audomarensis, urb. Belgii episc. sub archiep. Cameracens. & ex primis Artesiae, Tarvannae urbi excisae proxima ad 3. leuc. ab Atrebatibus 14. in Bor. vulgo S. *Omer*.

Ptol. Audus, mons Africae apud fines Maurit. Caesariens. haud procul ab ora littorali; qui *Aurais* incolis dici perhibetur. Est & fluv. Audus in Maurit. Caesar. apud Audum prom. in fin. Numidicum exiens, inter Jarsath & Igilgili opp. *Balassia* teste Mol. prom. vero *Capo Gibranel*.

Plin. Avellani, pop. Campaniae, quorum opp. Avella intra montes in Hirpinorum conf. inter Neapolim 20. & Abellinum 10. mil. pass. quot fere à Nola, à qua 8. Capuam versus recedit, *Avella* etiam vulgo dictum.

Ant. Avendonis, Vendum Strab. ut videtur, *Adelsperg* teste Laz. opp. Iapodum in Carniola medium inter Justinopolim urb. Istriae, & Labacum caput Carniolae ad 40. mil. pass. *Avendone* aliis adhuc dictum.

Plin. Ptol. & al. Avenio *Avignon*, urb. archiep. Gall. Narbon. ad Rhodanum praeclara, com. Venuxini caput, ad sum. pontificem spectans, in Provincia, inter Arelatum 9. & Valentiam urbem Delphinatus in Bor. 22. ab Aquis Sextiis 22. leuc. academia, ubi pons lapideus mirus, & septem septenarii, à Nemauso 8. leuc.

D. Greg. Turon. Avennae *Avesnes*, opp. Gall. Belg. in Artesia reg. ab Atrebatibus 4. leuc. in occ. comit. Sunt & Avenae opp. Belgii in Hannonia, à Malbodio 4. leuc. Cimiacum versus 6.

Tac. Aventicum, Avanticum Ptol. *Avenches* Gallis, *Wiefelsburg* Germ. olim urb. episc. sub archiep. Vesuntino, nunc opp. in finibus Helvetiorum, inter Bernam ad ort. & Ebrodunum ad occ. ad 3. leuc. Helveticas distans, Murthae proximum.

Festo. P. Vict. Aventinus, unus ex 7. collibus urbis Romae olim extra pomoerium urbis, *M. di S. Sabina* hodie, ob sacram aedem D. Sabinae dicatam, dicitur. Cujus mem. Virg. lib. 7. Æn.

" *Collis Aventini Sylva quem Rhea sacerdos.*

Aventinus item mons super quo Praeneste urb. Latii.

Avernus, Aornus Graecis, lacus Campaniae notissimus apud antrum Sibyllae Cumanae, Cumis, Baiis, & Puteolis (à quibus 3. mil. pass. abest, Baiis propior) proximus, adhuc *Lago d' Averno* dictus, & *Lago di Tripergola*, teste Erythraeo: cujus aquae inter densas sylvas adeo putentes sunt, ut supervolitantes aves decidant mortuae. Hinc ad Inferos descendi poetae fabulantur, qui etiam Avernum pro Inferno usurpant, uti apud Virg. lib. 6. Æn. Strab. Plin. & al.

"---------*Facilis descensus Averni*;
" *At revocare gradum, superasque evadere ad auras,*
" *Hoc opus, hic labor*----.

Et Claud. lib. 2. de rap. Proserp.

" *Tunc & pestiferi pacatum limen Averni*
" *Innocuae transistis aves*-----

Lucr. lib. 6.

" *Principio, quod Averna vocant, non nomen id ab re*
" *Impositum est*---

Avesica (Anesica in aliquibus cod.) *Scenasechie* teste Simlero, pag. Iapodum in Carniola, à Tergesto supra 20. mil. pass. in Bor. Labacum versus supra 30. ab Avendone fere 9. in occ. Ant.

Aufidena *Alfidena*, opp. Caracenorum in Aprutio, à Sulmone 10. mil. pass. in merid. à lacu Fucino fere tantundem in ort. Auphidena Ptol. Pop. Aufidenates Plin. Liv. Ptol.

Aufidus *l' Offanto*, fluv. Apulorum ex Apennino mont. in finibus Hirpinorum oriens, ac inter Daunios & Peucetios, illos separans, in mare ad Barolum clarissimum opp. delatus. *Aufidus, Adriam retrofugit* loco adagii à Servio refertur, de re inverisimili & non consistente, ex Virg. lib. 11. Æn. Plin. Liv. Ptol. & al.

" *Amnis & Adriacas retrofugit Aufidus undas.*

Aufustianae, o, p. seu pag. Illyrici inter Salonas 59. & Naronam 25. mil. pass. ex itiner. Anton. occurrens. Ant.

Augia major *Rickhow*, ins. Germ. intra lacum Venetum apud Constantiam urb. abbat. & coenob. praeclarum, animalibus noxiis carens, ampla, tribus parceciis constans. De Augia quidam poeta Germ. lib. 6. itiner. Script. Ger.

" *Augia dives agris, hortis, templisque, lacuque,*
" *Fructibus haec dives, dives abundat aquis.*

Auginus, mons Liguriae intra Apenninos montes per quos Hannibal transiit, qui *M. Augon* dicitur, in finibus Ticinensium, teste Bernardo Sacco. Liv.

Augusta, *Sevesta* teste Rhamusio, & *Sebaste*, urb. Ciliciae littor. inter Tarsum & Anemurium ad occ. occurrens. al. *Antap* esse videtur, sed haec in mediterr. est. Ptol.

Augusta *Tubingen*, urb. Sueviae, academia praeclara duc. Wirtembergensis ad Nicrum fluv. à Stutgardia urb. aula principis 3. leuc. versus Rotemburgum propius, ab Ulma 8. in Bor. à Reutlinga fere 2. in Bor. opus Caracallae Augusti. Vet. inscrip.

Augusta Acilia, *Azelburg* teste Jo. Avent. opp. olim Vindeliciae apud Danubium, nunc pag. Straubingae urb. in Bavaria propinquus, à Ratispona 6. leuc. in ortum. Vet. insc.

Augusta Ausciorum, Ausci Caes. & Plin. *Aux*, alii *Ausch*, urb. archiep. Gall. Aquitanicae à Tolosa 11. leuc. in occ. Baionam versus, ab Agenno 8. in austrum: cujus archiepiscopus inter Galliae ditiores est. Ptol.

Augusta Badacum, Badacum simpliciter Ptol. *Birckhausen* teste Siml. opp. Norici in Bavaria inter Salisburgum & Landshutam urbes 8. leuc. Vet. Insc.

Augusta Batienorum, *Bassignana* teste Georg. Merula, opp. Liguriae ad Padum in finibus Ticinensium, Ptol.

sium, à Ticino 24. mil. pass. Alexandriam versus 8. in merid. & occ. à Valentia opp. 4. in ort.

Plin. Augusta Bracarum, Bracar Augusta Ptol. *Braga*, urb. archiep. antiqua Hisp. Tarracon. olim conventus juridicus, nunc metrop. in regno Portugallico, inter Portum ad austrum & Tyden urbem Gallæciæ ad arctos 8. leuc. ab Ulyssipone fere 58. in Bor. cujus archiepiscopus se totius Hisp. primatem inscribit, sicuti & Toletanus facit. Bræcara, & Bracara passim scribitur. Pop. Bracari, & Bracarenses, & Bracares.

Strab. Augusta Drusi, urb. Germ. quæ al. Drusomagus, vulgo *Memmingen* urbs Sueviæ putatur. Sed teste M. Welsero haud reperitur apud Vindelicos, aut Suevos.

Stra. Pli. Augusta Emerita, & Emerita simpliciter in lib. conc. *Merida*, urb. olim archiep. Hisp. Lusit. in Bæturia in finibus Turdulorum ad Anam fluv. ab Augusto condita, & militibus emeritis ad incolendam tradita; à pace Augusta 9. leuc. ab Ulyssipone 37. in ort. Toletum versus, nunc pene jacens, inter urbes Extremaduræ, sede Compostellam urbem Callaicorum inde longissime distantem translata.

Lib. Conc. Augusta Euphratesia, quæ & Comagena, urb. Syriæ in Comagene reg. apud Euphratem fluv. vulgo *Azar*, teste Nigro.

Plin. Augusta Firma. vide Astygi.

Plin. Augusta Gemella. vide Tucci.

Plin. Augusta Nova, Porta Augusta Ptol. *Torquemada* Mol. & al. i.e. Turris cremata, opp. Hisp. Tarracon. in Arevacis, inter Burgos 12. & Vallisoletum in occ. 10. leuc.

Plin. Ptol. Augusta Prætoria *Aosta*, & *Augst* Germanis, urb. & col. antiqua Salassiorum metrop. episc. sub archiep. Tarantasiens. ad Duriam fluv. in Pedemontano principatu, ab Aug. Taurinorum 55. mil. pass. ultra Eporediam supra 30. versus Alpes Graias, & Tarantasiam inde ad 36. distantem trans Alpes.

Vet. Insc. Augusta Quintanorum, Quintianæ Anton. Quintanæ lib. notit. *Kintzen*, olim opp. nunc pag. Vindeliciæ in Bavaria apud Danubium, à Patavia urbe 4. leuc. in occ. Ratisponam versus.

Ptol. Augusta Rauricorum, Rauricum Plin. Rauracum & Rauriaca colon. Amm. Marcell. Rauraci Cæs. *Augst*, urb. olim episc. nunc pag. Germ. super. ad Rhenum in finibus Helvetiorum, à Basilea, quæ illi in episcopatu successit, 2. leuc. distans in aust.

Auson. Augusta Rhætorum, eadem cum Augusta Vindelicorum (est enim in Rhætorum & Vindelicorum conf.) vide ibi. Cujus mem. Auson. in Mosell.

" *Sola, sed Augustæ veniens quod mœnibus urbis.*

Ptol. Augusta Romanduorum. vide Aug. Veromanduorum. licet quidam hanc ab illa diversam esse contendant, appellarique *Lucemburg*, nullo certo indicio freti.

Ant. Augusta Suessionum, sive Suessonum ut alii legunt, Augusta Vessonum Ptol. Suessiones Cæs. & Plin. *Soissons*, urb. Gall. Belg. in Campania episc. sub archiep. Rhemens. inde 12. leuc. in occ. ad Axonam fluv. in Picardiæ conf. inter Lutetiam 20. & Laudunum 9. sub proprio comite.

Polyb. Plin. Ptol. Augusta Taurinorum, Taurasia App. Alex. Taurini Liv. Taurinum posteriorib. *Turino*, urb. archiep. Gall. subalpinæ apud Padum, academia, sedes principis Pedemontani, ducis Sabaudiæ, ac regionis totius Pedemontanæ conventus juridicus; à Mediolano 75. mil. pass. in occ. Vercellis in medio, à Genua ad 80. Alexandria circa medium in Bor.

Vet. Insc. Augusta Tiberii, urb. Tiberina in lib. concil. *Regenspurg* & *Regensburg*, Italis *Ratisbona*, Gallis & Anglis *Ratisbon*, urbs Vindelicorum episc. & libera, in Bavaria, sub archiep. Salisburgens. ab Augusta Vindelicorum 17. leuc. in Cæciam, à Monachio 19. in Bor. à Praga 28. Ibi imperii comitia haberi solent.

Augusta Trevirorum, seu Trivirorum. vide Treviri. Ptol.

Augusta Tricastinorum, Tricastini Liv. *S. Paul des trois Chasteaux* teste Rob. Cœnali, cum Poldo, urb. Gall. Narbonens. in Delphinatu in Provinciæ conf. Montlimario opp. finitima, Ponti S. Spiritus propior, 2. leuc. distans, ab Avenione 7. in Bor. ab Arausione 5. episc. sub archiep. Arelatensi. Plin.

Augusta Trinobantum, vide Londinium. Amm.

Augusta Vagiennorum urb. fuit in finibus Taurinorum, in quibus Padus fluv. oritur, quam quidam cum Augusta Batienorum longe à Taurinis distante confundunt, non sine manifesto errore. vide Vagienni, sive Vageni. Plin.

Augusta Valeria, urb. Hisp. Tarracon. vide Valeria. Plin.

Augusta Veromanduorum, Augusta Romanduorum Ptol. Veromandui Cæs. & Plin. *Vermand*, olim urb. episc. sub archiep. Rhemensi, nunc pag. & abbat. Gall. Belg. in Picardia apud Fanum S. Quintini, ab eo vix 2. leuc. distans, à Noviomo urb. 10. Sunt qui Augustam ipsam S. Quintini urbem esse velint, cum locus illius nomen antiquum retinens prædicta abbatia sit. Ab Hunnis eversa, sedes episcopalis Noviomum recepta fuit. Ant.

Augusta Vindelicorum, *Augsburg*, vel *Augspurg*, urb. Vindeliciæ in Rhætiæ conf. ad Vindonis & Lici fluminum confluentiam; urb. inter Germ. clariores, libera, episc. sub archiep. Salisburgensi, emporium ingens: quæ olim colon. Julia Augusta, teste M. Welsero ejus cive, dicta est ex vet. inscript. media fere inter Monachium & Ulmam quasi 9. leuc. distans, à Ratispona 17. Constantiam versus. Mœnia alta habet, ipsaque triplex est, ut quidam poeta ait. Ptol.

" *Urbs Augusta triplex, ubi mœnia nubibus æquat.*

Venant. Fort. lib. 4. in vita S. Martini.

" *Pergis ad Augustam, quam Vindo Licusq; fluentant.*

Augustaldia. vide Lindisfarna. urb. Scrip. Brit.

Augustana Castra *S. Emmeran*, seu *Gastanin*, teste Lazio, opp. seu pag. Norici in Bavaria, & ditione Salisburgensi, ubi aurifodinæ. Vet. insc.

Augustanæ Clausuræ, *Clusa* teste Ortel. seu *la Chiusa*, pag. Carnorum in transitu Alpium Juliarum occurrens inter Carnos & Noricos, ultra Glemonam 14. mil. pass. in via, quæ ducit Vacorium, seu ut nunc vocant Villacum urbem Norici. Cassiod.

Augustia, *Kusty* teste Laz. opp. Daciæ apud Danubium in Valacchia, seu ut aliis videtur in Moldavia, à Galacio 6. leuc. in Bor. Ptol.

Augustobona, quæ & Augustomana, urb. Gall. Celt. *Troyes*, urb. episc. sub archiep. Senonens. vide Trecæ, & Trecasses. Ant.

Augustobriga, *Aldea el muro* teste Mor. olim opp. nunc pag. Hisp. Tarracon. in finibus Pelendonum, & in vet. Castella apud Graccurim, sive Agredam, opp. præclarum ad 4. leuc. distans Numantiam versus, & Aquilariam opp. Ptol. & Ant.

Augustobriga altera, *Villar del Pedroso* teste Mor. cum Clus. opp. olim, nunc pag. Lusit. in Vettonum finib. seu in Extremadura, apud Guadalupam opp. & cœnobium clarissimum, ubi non longe hujus urbis vestigia sparsim cernuntur. Ptol.

Augustodunum *Autun*, urb. Gall. Celt. in Burgundia episc. sub archiep. Senonens. Ædui Cæs. Hedui Plin. quo nomine significantur pop. & urb. quæ & Hedua posterioribus dicta est, media inter Lugdunum & Senones 35. leuc. à Divione 12. à Samotheo I. Galliæ rege ut ferunt condita anno post diluvium 155. De Augustoduno Fort. lib. 8. Tac. Ant.

 " *Ipse*

"*Ipse Parisiaca properat Dionysius urbe;*
"*Augustoduno Symphoriane venis.*

Ant. Augustomagus, postea Sylvanectum in lib. concil. Subanectes Plin. *Senlis*, urb. Gall. Belg. episc. sub archiep. Rhemensi, præcipua Valesiæ reg. inter Lutetiam 9. & Compendium 6. leuc. in via quæ ducit Noviomum urbem Picardiæ, inde 12. leuc. distantem in Cæc.

Ptol. Augustomana, eadem cum Augustobona, & Trecis. vide ibi.

Ptol. Augustonemetum, Nivernum Ant. Niverniurn Turonens. & posterioribus Nivernæ, *Nevers*, urb. Gall. Celt. ad Ligerim flu. Nivernensis ducat. caput, episc. sub archiep. Senonens. in conf. Burgundiæ, ab Antissiodoro 12. leuc. in occ. à Molino 13. in Bor. inter Lugdunum 42. & Lutetiam ad arctos 54.

Ptol. Augustoritum, Pictavi Marcell. Pictones Cæs. & Plin. *Poitiers*, pop. Gall. Aquit. & urb. episc. sub archiep. Burdigalens. urbs ampla, & academia, inter Turones ad arctos, & Santonas ad austrum, inde 20. hinc 24. leuc. Pictavia apud Greg. Turonens. reg. etiam Pictavia nominatur, vulgo *Poictou*, in qua civitates 2. episcopales, præter dictam, sunt Maleaca, & Luxiona; opp. ampla quamplura.

Plin. Sol. & Mel. Augylæ, pop. Libyæ inter. qui manes Deos solos colebant, & quorum uxores principio nuptiarum adulteriis operam dabant, deinde castam vitam ducebant.

Ptol. Avia, postea Furconium, *Forcone*, urb. Vestinorum episc. in Aprutio excisa: cujus episcopatus Aquilam, inter ipsam & Amiternum constructam, receptus est, sicuti & Amiterni. Abest ab Aquila ad 8. mil. pass.

Cæs. Plin. & al. Aulerci, pop. Gall. Celt. varii. Nam reperiuntur Aulerci Eburaici (qui Cæs. Eburonices dicuntur) Cenomani, Brannovices, & Diablintres. Sunt qui Aulercos Rhotomagenses esse putent, & qui etiam Aurelianenses Aulercos veteribus dictos velint; cum nil tale apud Cæs. & Plin. aliosq; antiquos authores legatur. Aulercos Rhotomagenses esse, quidam testatur lib. 4. itiner.

"*Rhotomagum assequimur, celeri qua Sequana cursu*
"*Alluit Aulercos veteres fluvialibus undis.*

Strab. Plin. & al. Aulis, opp. & port. Bœotiæ contra Chalcidem urbem Eubœæ nomen apud literatos adhuc retinens. abest à Chalcide 3. mil. pass. Ejus mem. Virg. lib. 4. Æn.

"*Non ego cum Danais Trojanam exscindere gentem*
"*Aulide juravi, classemve ad Pergama misi.*

Plin. Sol. Aulocrene, fons, convallis, & mons Phrygiæ magnæ, ex quibus Mæander fluv. emanat, ab Apamea urbe 10. mil. pass. distans.

Plin. Ptol. & al. Aulon *Valona*, urb. olim episc. sub archiep. Atheniensi, postea sub Dyrrachino, deinde metrop. & ipsa effecta, in ora occid. Macedoniæ, inter Apolloniam ad Bor. & montes Acroceraunios ad austr. inde 25. hinc 33. mil. pass. ab Hydrunto urbe Italica 1000. stad. teste Strab. urbs probe munita cum portu, & sedes præfecti Turcarum. Mem. illius Mart. lib. 13. epigram. ob lanam, & vinum.

"*Nobilis & lanis, & felix vitibus Aulon,*

alii libri,

"*Nobilis & lanis, & Baccho fertilis Aulon,*
"*Det pretiosa tibi vellera, vina mihi.*

Est & Aulon opp. magnæ Græciæ. vide Caulon.

Script. Brit. Auna, & Emelia, *Emeley*, & *Awn*, urb. Hiberniæ episc. sub archiep. Cassiliensi in Momonia reg.

Ant. Aunedonacum *Aidnay*, opp. Gall. Aquitan. in finibus Santonum, ab eis 6. leuc. in Bor. Aliis est *Fontenay*: sed hoc in finibus Pictonum, non Santonum.

Mel. Ayo, Avus Ptol. *Rio d' Avia* teste And. Resend. fluv. Hisp. in finibus Bracarum inter Celandum & Næbim in oceanum occid. influens. Avus alius in Callaicis.

Joseph. Auranitis, *Cavan* teste Guil. Tyrio, reg. parva, seu locus Palæstinæ apud lacum Tiberiadis.

Vet. Insc. Autariarum, Korosbania postea, & vulgo *Keres-wanya*, & *Abruckbanya*, opp. Daciæ in Transylvania apud Slotnam, ab Alba Julia 5. leuc. in occ. teste Wolf. Laz.

Procop. & Suidæ. Aurasius, *Auraz* teste Leone Africano, mons Maurit. in Zebe reg. in Africæ conf. Audo mont. proximus, vel idem cum eo.

Ptol. Aurauannus, *Rian* teste Camd. fluv. Albionis in Scotiæ confin. apud oram occid. & apud Cokermouthum opp. fluens. [Camden. autem habet in Gallovidia Scot. reg. ad ipsum ferme promontorium, additque positum esse pro Aber-Ruanus, i. e. ostium Ruani]

Ptol. Aurea Chersonesus, *Samotra* teste Ortel. maxima Indiæ extra Gangem peninsula, in plura regna divisa, sub Æquatoris circulo, hoc tempore ab India ulteriore avulsa, insula effecta, Jabadio insulæ etiam maximæ propinqua. Mercatori est *Japan* ins. longe hinc in ort. distans, & Castaldo est *Malaca* reg. Indiæ prædictæ australis, in qua Malaca urb. reg. à Lusitanis possessa.

Vet. Insc. Aureatum, *Aichstadt* teste Gasp. Brocio, vel *Eystadt*, urb. Germ. episc. sub. archiep. Magontino in Bavaria Transdanubiana, ab Ingolstadio 3. leuc. in Bor. Noribergam versus, à Ratispona 11. in occ. Quæ urbs nomen habet à quercu, ita ut Quercopolis, vel novum Aureatum dici possit, cum Aureato urbi proximæ excisæ successerit. Rudera enim illius inter Ingolstadium & Aichstadium cernuntur, ubi vic. *Nassenfues* teste Laz. qui sic nunc Aureatum appellari scribit. De eo lib. 4. itin. Germ.

"*Aureati veteres à culmine cerno ruinas,*
"*Mœnia priscorum diruta Marte ducum.*

Plin. Aurelia Carisa cognomine, *Caroza* teste Tarapha, opp. Hisp. Bæt. in Tarracon. conf. Hæc Carissa Ptol. quæ excisa jacet teste Mor. & locus adhuc *Carixa* nominatur. Aliis *Cazorla*, opp. haud obscurum inter Ubedam & Seguram 6. leuc. distans, esse videtur, ob illius vicinitatem.

Procop. Aurelia porta, & via, urbis Romæ; & locus in Etruria in territ. Romano in via prædicta olim opp. occurrens ex Anton. itiner. ubi ager Aurelius extra portam Aureliam, quæ nunc *Porta S. Petri* dicitur.

Script. Gall. Aurelia, Aureliani lib. conc. Aurelianensis urb. Sidon. *Orleans*, urb. Gall. Celt. ad Ligerim fluv. episc. sub archiep. Senonens. academia & ducat. ab Aureliano imp. anno sal. 278. condita, & nominata ut ferunt, inter Parisios 34. & Bituriges 22. leuc. dissita, ex primis Gall. urbibus. De ea Scalig.

"*Non potuit magni caput esse Aurelia regni.*

Vet. Insc. Aurelianum, Lentia lib. Not. *Lintz* teste Laz. urb. Norici ad Danubium fluv. in Austria non obscura, media inter Viennam ad ort. & Ratisponam ad occ. ad 27. leuc. dissita, à Salisburgo 15. in Cæc. Olmutium versus. Trigonum æquilaterum cum Vienna, & Græcio urbe. primaria Stiriæ, facit leu. 27.

Aurelii vicus, Biracellum Ptol. opp. Hetruriæ ad lacum Sabatinum, à Braceno opp. 6. mil. pass. in occ. distans. vulgo *Vicarello* teste Leandro.

Trebell. Pol. Aureoli pons *Pontirolo*, pag. Insubriæ in agro Mediolanens. sic dictus ab Aureolo tyranno ibi à Claudio imp. interfecto, teste Gaud. Merula, inter Mediolanum & Brixiam occurrens, ac inter Laudem & Bergomum. De quo Alciat.

"*Ille igitur clemens, dum corporis ultima servat,*
"*Qui pontem Aureoli dedicat, & tumulum.*

Antiq. Trad. Aureolum, castrum agri Faventini, *Orsolo*, inter Faven-

Faventiam & Mutilum, à Faventia 4. mil. pass.

Ptol. Aureus mons, *M. Gradacchio* teste Leandro, mons Corsicæ inf. ad oram illius occid. ubi Cervini pop. apud Sagonam urbem dirutam desinens. Ex eo tria flum. Tuola, Rhotanus, & Ticarius profluunt.

Aur.Vict. Anton.& Lib.Not. Aureus item mons *Metzek*, seu *Mathecgk* teste Laz. mons Mysiæ super. in Hungariæ, seu Pannoniæ infer. confin. à Probo imp. vineis consitus.

Lib.Conc. Auria, Amphilochia Strab. Aquæ calidæ Ptol. *Orense*, urb. Hisp. in Callaicis ad Minium fluv. inter Tyden 8. & Compostellam in Bor. 18. leuc. episc. sub archiep. Compostellano.

Vet.inscrip. Aurigi, & Aurigia, Aurinx Liv. *Arjona* testibus Clus. & Floriano, *Moron* Beuthero, *Jaen* Jo. Mariana. Prior interpretatio magis arridet. opp. Hisp. Bæt. est à Tucci 3. leuc. distans in Gienensi diœcesi. Pop. Aurigitani: quorum locus *Taenni* dicitur quibusdam.

Tac. Auriniana ala *Ried*, olim opp. nunc pag. Norici apud Oenum fluv. & Vasserburgum urb. in Bavaria, teste Laz. cui etiam *Haulruck* pag. vicinus esse videtur.

Tab.Peuting. Aurisium, *Ros* teste Laz. opp. olim Vindeliciæ, nunc pag. Bavariæ ad Oenum fluv. Vasserburgo proxim. inter illud & Rosenhemium in austrum distans, ex adverso *Ried* sive *Rhed*, de quo supra.

Aurunca urb. vide Suessa.

Plin. Aurunci, pop. vet. Latii vetustissimi: quorum urbs Aurunca ab Ausone Ulyssis & Calypsus filio condita. Horum frequens est mentio apud Liv. & Dionys. Halicarn. Virg. lib. 7. Æn.

" Atque equidem, memini (fama est obscurior annis)
' Auruncos ita ferre senes——

Strab. Aurupini, pop. Iapodum, quorum opp. Aurupinum, al. Arupenum, *Aursperg*, in Carniola reg. apud Æmoniam urbem, inde 6. leuc. in Cæciam distans. vide Arupenum.

Ptol. Ausa *Vich*, & *Vich de Ausona* teste Jo. Mariana, urb. Hisp. citer. in Catalaunia excisa, ab Hercule Libyco, una cum Lobeto urbe Celtiberorum, anno post diluvium 625. condita, apud Vicum urb. episc. sub archiep. Tarraconensi, qui Ausæ successit, inter Gerundam ad ort. & Solsonam ad occ. fere 6. leuc. à Barcinone 14. in Bor. Pop. Ausetani Plin.

Ant. Ausana Legio viii. vicus Germ. infer. inter Treviros & Agrippinenses.

Cæs. Plin. Ausci, Auscii Ptol. *Aux*, pop. & urb. Aquitaniæ archiep. à Tolosa 11. leuc. in occ. ab Agenno 8. in austrum. vide Augusta Ausciorum. Auxitana urb. posteriorib. pop. Auscenses Sidonio.

Plin. Auser, Ausur Rutilio, Æsar. Strab. *Serchio*, & *Osari*, fluv. Hetruriæ ex Apenn. mont. per agrum Lucensem, urbem ipsam alluens, in mare Tyrrhenum ad austrum delabens. Sarculus posterioribus dictus (nomine retento in alveo exiguo.) Illum Ortel. per errorem Liguriæ attribuit. Illius Rutil. lib. 1. mem.

" Quam cingunt geminis Arnus & Ausur aquis.

Ptol. Ausigda, *Zadra* teste Marmol. opp. Cyrenes marit. in Pentapolitana reg. inter Apolloniam & Ptolemaidem.

Ptol. Ausoba, *The bay of Galway* teste Camd. fluv. Hiberniæ per Connaciam reg. in occ. apud Galveium urbem fluens. al. est *Gyll*, in oceanum influens apud Slegum opp.

Liv. Ausona, *Ventusia* teste Elysio Calentio, opp. olim Latii, nunc pag. seu vicus.

Liv. Festo, & al. Ausonia, reg. Campaniæ inter Cales & Beneventum extensa, in qua Capua metrop. Pop. Ausones, Auruncis, qui inter Latium & Campaniam circa Suessam urbem incoluere, finitimi. Calabria quoque in magna Græcia, & Brutiis, Ausonia dicta est, uti apud Ovid. Italia etiam vetus Ausonia apud poetas appellatur. Ovidius libro 14. metamorphos.

" Ausoniæ Siculæque tenet confinia terræ.

Virg. lib. 4. Æn.

" Quæ tandem Ausonia Teucros considere terra
' Invidia est——

Strab. Plin. Ausonium mare idem quod Siculum, quod Ausoniam alluit, hoc est Brutios & magnam Græciam, inter Tyrrhenum, quod ad fretum Siculum terminatur, & Ionium, quod alluit Salentinos.

Plin. Austra *Astura*, fluv. Latii apud Clostram opp. excisum decurrens: quod opp. aliis Austra, & Astura nominatur. Astura etiam fluv. dicitur in aliis Plin. edition.

Regin.& Eginarth. Austrasia *Westrick*, reg. Germ. super. inter Mosam, Mosellam, & Hellum flum. comprehensa: quo in spatio Lotharingia, cum parte Alsatiæ, & Palatinatus continetur. Unde Lotharingia passim Latine Austrasia nominatur, fuitque olim regnum non exiguum, ut vox ipsa declarat, quam quidam Vastum regnum interpretantur, sicut vox *Westrick* sonare videtur. Nam sub Austrasiæ regibus (qui Metis considebant) non solum regiones prædictæ, sed & finitimæ, cum toto ferme Belgio parebant. Ejus mem. Lud. Masurius poeta Belga in hodœporico.

" Corpus, & Austrasiæ gloria summa domus.

Urbes Austrasiæ, seu Lotharingiæ notiores.

Amantium, vel Amantia	* Musopontum
Barrum	* Nanceium, sedes ducis
Blancus mons	Raonum, seu Ravonum
Castrum novum	Romaricus mons
Charmæ	Spinallum
Deodatum	* Tullum
* Metæ	Validus mons
Mira Curia	* Virodunum

Ex vit.S. Belgii. Austrebatensis pag. & ager, *Ostervandt* in Hannonia: in quo agro *Bouchain* opp. à Cameraco 3. leuc. in Bor. quot à Valencenis in occ. seu Libonotum.

Script. Ger. Austria *Oesterick*, & *Osterich*, reg. partem Norici cum particula Pannoniæ, partemque Germaniæ circa Danubium complectens, inter Bavariam ad occ. & Hungariam ad ort. atque inter Moraviam reg. Germ. ad septentr. & Stiriam ad merid. contenta. Cujus caput est Vienna. Hinc Austriacus, a, um ut plagæ Austriacæ lib. 5. itin.

" Exit in Austriacas, Pataviasque plagas.

Austria etiam locus in Italia, seu pars Italiæ. P. Diac.

Ant. Ausugani, pop. Alpium Tridentinarum, quorum reg. *Val Sugana* inter Tridentum & Feltriam.

App.Alex. Autarienses, Autariatæ Strab. pop. Illyrici in ora Dalmatiæ; quorum urb. est Antibarum, ut aliquibus videtur, præsertim Ortel.

Ptol. Authetani, Ausetani Plin. & Liv. pop. Hisp. citer. in Catalaunia, in ea præsertim parte in qua est Vicus urbs.

Plin. Autololes, pop. Africæ Libyæve, Numidis & Getulis finitimi, in Maurit. finibus, inter Salam fluv. & Atlantem mont. siti. Quorum mem. Luc. lib. 4.

" Autololes, Numidæque vagi, semperque paratus
" Inculto Getulus equo; tum concolor Indo
" Maurus, inops Nasamon, mixti Garamante perusto.

Strab. Automala, *Alcudia* teste Marm. opp. Africæ apud Aras Philænorum, & Syrtim, in conf. Cyrenes. al. *Estam*, & al. *Zanagra*.

Plin. Automate, inf. maris Ægæi proxima Diæ, anno 130. post Theram enata, inter Theram, & Diam in merid. vergentem Cretam versus.

Ptol. Autricum *Chartres*, urb. episc. sub archiep. Senonens. in Gall. Celt. Carnutum metrop. à Lutetia 20. leuc. in occ. vide Carnutes. al. est *Auxerre* longissime à Carnutensi urb. distans.

Plin. Autrigones, pop. Hisp. Tarracon. oceano Cantabrico

tabrico ad Bor. incumbentes, inter Vascones & Cantabros, partim in Navarra, & partim in Guipuscua reg. incolentes.

Ptol. Auus, Auo Melæ, fluv. Hisp. in finibus Bracarum, *Aue* vulgo, inter Celandum & Næbim fluens. Alius videtur in finibus Callaicorum, *Avia* vulgo, in Minium ad Tyden urb. incidens.

Metaphrast. Auxentius, mons Bithyniæ alios altitudine superans, sic à S. Auxentio abb. qui in eo vitam egit solitariam, dictus.

Floro. Auxima, urb. episc. Hisp. Tarrac. vide Uxama.

Ptol. Auxume *Chaxumo*, urb. Æthiopiæ inter. Axumites Steph. Abissinorum regia.

Strab. Plin. Auxumum, Auximum Lucano & Plutarc. Oximum Liv. *Osmo*, urb. episc. Piceni in colle inter Anconam 8. & Æsium in occ. 7. mil. pass. totidem à Laureto nova urbe versus Anconam. Luc. lib. 2.

" *Varus, ut admotæ pulsarunt Auximon alæ.*

Ptol. Auzacia, *Saccio* teste Nigro, urb. Scythiæ olim regia, extra Imaum montem.

Ptol. Auzara, *Calap* teste Mol. urb. Arab. desertæ apud Thapsacum.

Vet. Insc. Axalita, *Lora* teste Clus. cum Mariana, opp. Hisp. Bæt. inter Cordubam & Hispalim, à qua 9. leuc. abest. Appellatur & Flavium Axalitanum.

Lib. Not. Axelodunum, *Hexham* teste Camd. opp. Albionis in Anglia, in reg. Northumbriæ, ad Tinam fluv.

Plin. Axenus pontus. vide Euxinus. Axenus ab Ovid. lib. 4. trist. memor.

" *Frigida me cohibent Euxini littora ponti :*
" *Dictus ab antiquis Axenus ille fuit.*

Axiace *Oczakow*, urb. Sarmatiæ Europ. ad Pontum Euxinum in Podolia in Lituaniæ conf. à Circassis urbe Lituanica 40. leuc. in merid. ab Alba urb. ad ostia Tyræ fluv. 14. in Bor.

Strab. Plin. Ptol. Axiaces, *Solina* teste Bordonio, fluv. Sarmatiæ Europ. geminus; unus in paludem Mæoticam influens, alter in Pontum Euxinum ad Axiacen urbem. Unde pop. Axiaces Strab. & Plin. ac Melæ, qui nec sua retinere, nec aliena furari norunt.

Ptol. Axima *Lanz*, & *Lansissa*, opp. in Taurinorum finibus apud Alpium radices in Pedemontano principatu, à Taurino urbe 25. à Segusio 8. mil. pass. in Bor.

Ptol. Axiopolis, *Galacz* teste Laz. opp. Mysiæ infer. unde Danubius Ister appellari incipit, ultra Durostorum urb. 30. mil. pass. Ubi nunc *Flotz* opp. teste Mercat. parum à Galacio distans in occ.

Prop. Axis apud Propert. urb. Umbriæ. vide Asisium. Propert. lib. 4.

" *Scandentisque Axis consurgit vertice murus.*

Ptol. Strab. & al. Axius, *Vardari* teste Soph. fluv. Maced. ingens in sin. Thermaicum inter Thessalonicam & Pydnam sese exonerans. Aquæ ejus ob claritatem ab Hom. celebrantur. Apud quem Amphaxis opp. Steph. vulgo *Rutarida*. Pop. Amphaxitæ. Hic fluv. pecora fusca facit: Haliacmon alba, teste Plin.

Cæs. Axona *Aisne*, & *Disne* al. fluv. Gall. Belg. per Campaniam in Esiam per Suessiones ex finibus Rhemensium fluens. Axones pop. apud Luc. lib. 1.

" *Et Biturix, longisque leves Axones in armis.*

De Axona fluv. Auson. in Mosell.

" *Non tibi se Liger anteferet, non Axona præceps.*

Ant. Axona, sive Axuena in al. cod. opp. Gall. ad Axonam fluv. inter Rhemos, & Virodunum in Bor. inde 22. hinc 17. leuc.

Ptol. Axylis, Azilis Steph. *Forseli* teste Mercat. villa Marmaricæ marit. inter Panormum & Parætonicum. al. *Cazales*.

Plin. Ptol. Aza, urb. Armen. min. in Cappad. confin. inter Nicopolim 74. & Satala 26. mil. pass. *Aza* etiam vulgo.

Azan, mons (vide Azon, varie enim legitur) in Arcadia, ubi fons Azanius bibentes abstemios faciens, sicuti & Clitorius fons ejusdem reg. Pop. Azanes inter vetustiores. Strab. Pauf.

Azania, reg. Æthiopiæ in ora maris Azanii, ubi Azanium prom. in ora orientali. Ea *Xoa* hodie dicitur teste Ortel. al. *Adel* regnum. Ptol.

Azania regio triplex; una Arcadiæ, altera Massyliæ in Africa, tertia Phrygiæ: cujus mem. Strabo lib. 12. Prior sterilis, & inculta traditur; adeo ut adagium inde processisse existimetur apud Zenod. & alios *Azanæa mala*, de re difficili, ac nullius frugis, utilitatisve; vel cum res est cum homine difficili, & intractabili. De ea Pont. lib. 5 Uran. Steph.

" *Immitesque elephantum oras Azania regna.*

Azanium mare, quod inter Æthiopiam & Indiam citer. situm est, *Arcipelago di Maldivar* hodie, teste Barrio. Plin.

Aziris, *Arzichan* teste Nigro, al. *Arsingan*, (quod idem est) urb. Armeniæ min. apud Euphratem fluv. in conf. majoris, à Sebastopoli urbe Cappad. 100. mil. pass. in ort. distans. Sunt qui *Arzerum* urbem Armeniæ majoris primariam inter Trapezuntem & Tabresium in ort. occurrentem interpretentur. Arsinga porro inter Amasiam 250. & Amidam urbem Mesopotamiæ 130. mil. pass. sita est. Ptol.

Azon, mons Peloponnesi Pheneo & Stymphalo finitimus; cujus mem. Stat. lib. 4. Theb. Strab. Pauf.

" *Venit & Idæis ululatibus æmulus Azon.*

Sunt qui Azan legant, ac pop. Azanes vocent ex Strab.

Azotus *Asdod*, Turcis *Alcet*, & *Alzete*, urb. Palæstinæ in Judæa, una ex quinque Philistinorum urbibus, à littore 3. mil. pass. inter Accaron 12. & Ascalonem 18. occurrens. olim episc. sub archiep. Cæsariensi. Jo. Hunt. Ant. Ptol.

" *Ascalo, & Antipatris, pariterque & Azotia rura.*

Admonitio ad Lectorem.

Libet te hic, Lector, admonere, ne in geographicis vocabulis omnino Calepino fidas, neq; Thesauri linguæ Latinæ authori: nam plura perperam indigitata, aut descripta occurrent inter legendum, uti in additionibus, & censuris nostris in Calepinum (ad quas remittimus) videre poteris. Hic vero ex multis aliquot Thesauri prædicti errores ex ordine adnotavimus.

Abellinum *Avellino*; non *Troja*, quæ urb. est Apuliæ Dauniæ.

Abrincatui pop. Normandiæ ad occ. apud Britanniæ fines; non apud Galletas, seu (ut scribendum est) Caletas, qui Normandiæ adhærent ad ortum.

Absarum opp. & fluv. est Cappadociæ in Colchidis conf. non Armeniæ minoris, apud Ptol.

Abudiacum apud Ratisponam; non apud Augustam.

Abus Ptol. non Abupus, fluv. Albionis.

Acarnania non est ad fin. Ambracium; à quo distat in occ.

Accitana colon. est in Hisp. ulteriore; non citer.

Achaia non est peninsula inter Ægeum & Ionium mare; sed pars Peloponnesi ad sin. Corinthiacum.

Acherusia palus apud Cuma & Baias; non inter Capuam & Aversam.

Acritas prom. in ora Messeniæ; non apud Tænarum, & Maleam prom. Laconiæ.

Acusion col. Ptol. non Acusiorum: est enim nominat. sing. casus, non genit. plur. ut multi putant.

Aduallas mons emittit Rhodanum, Rhenum, & Ticinum; non Adduam.

Ægina inſ. non numeratur inter Cycladas : à quibus recedit in occ.

Ænus fluv. Germ. Oenus apud vet. ſcribitur.

Æſernia *Sergna* vulgo; non *Eſernia*.

Æſiſium *Aſſiſi* vulgo; non *Aſſiſia*.

Æthalia inſ. apud Populonium ; non apud Corſicam.

Æthiopia Africæ reg. ultra Ægyptum in auſtrum recedens; non inter Ægyptum & Arabiam.

Ætolia reg. Epiri ; non Græciæ.

Agedicum, ſive Agendicum, *Provins* pleriſque; non *Sens*.

Aginum, ſive Agennum *Agen*; non *Angouleſme* urb. longe diſtans.

Alabis, ſive Alabus fluv. Siciliæ non præcipuus; cum multi majores ſint.

Alalcomenæ, non Alalcomenas, urb. Bœotiæ.

Alatrium urb. Hernicorum in Latio; non in Campania.

Albania reg. inter Colchos & mare Caſpium; non inter Iberiam & mare prædictum; neque uſq; ad Mæotidem paludem extenſa.

Albanus fluv. per Albaniam; non per Armeniam fluit.

Allobroges nunc *Sabaudi* ; non *Delphinatus*: cum modica pars Delphinatus in Allobrogibus contineatur.

Almus mons; non Almo.

Alopeconneſus inſ. apud Plin. non urb.

Aluona *Albona* ; non S. *Angelo*, opp. Hiſtriæ.

Amathus urb. Cypri inſ. maris Syrii, ſive Cilicii ; non Ægæi.

Ameria urb. Umbriæ *Amelia*; non *Almelina*.

Anas fluv. Luſit. non Ana.

Andros inſ. vicina Eubœæ; non Samo.

Anthemis inſ. Aſiæ; non Thraciæ.

Antiochia magna urb. Syriæ; non pars Syriæ.

Antobroges pop. Aquitaniæ ; non Antoboges.

Anxa urb. Salentinorum ; non Senonum : quæ & Gallipolis, non Galliopolis.

Apollonia urb. Macedoniæ; non Epiri.

Apollonia, quæ *Bonandria* nunc dicitur, urb. eſt Cyrenaicæ ; non Syriæ.

Apulia non eſt inter Dauniam & Calabriam ; ſed Apulia Peucetia eſt inter Dauniam & Salentinos.

Aquæ calidæ apud Ptol. vulgo dicuntur *Aigues caldes* ; non *Vicque*.

Aquiſgranum, vulgo *Ach*, ſive *Aken*; non *Aix*.

Arachoſia reg. ſita eſt cis Indum fluv. non ultra.

Aræ Flaviæ urb. Germ. trans Danubium ; non ad Danubium.

Arar fluv. ex mont. Vogeſo; non ex eodem mont. ex quo Rhodanus.

Araurius fluv. prope Agatham fluit ; non prope Maſſiliam.

Arecomici pop. non ſunt iidem Volcis ; ſed finitimi ex Plin.

Argentoratum urb. eſt Germ. ſuper. non Galliæ.

Argos poſtea Argirippa apud Plin. non Argi.

Argos urb. Peloponneſi in Argia reg. non in Achaia.

Aria reg. Aſiæ *Heri* vulgo ; non *Turcheſtan* dicitur.

Aricia abeſt ab urbe Roma 16. mil. paſſ. non 10.

Ariminum urb. ad fluv. cognominem ; non juxta Rubiconem ſita eſt : cum Apruſa fluv. interſit.

Ariſbe opp. fuit Troadis ; non Trojæ.

Arucci opp. Luſit. non Arrucci in Bætica.

Arſicua urb. Germ. *Brin* in Moravia ; non Arſicina.

Arverni pop. & urb. ſuper Elaverim fluv. ſiti ; non ſuper Ligerim.

Aſcruium urb. Dalmatiæ nunc *Cattaro* ; non *Aſcrivio*.

Aſphaltites lacus Palæſtinæ in Judæa ; non Syriæ apud Ptol.

Aſſyria reg. Aſiæ diverſa eſt à Syria ; cum inter eas Meſopotamia intercedat.

Aſtur nomen eſt gentis in Hiſp. non regio.

Aternus (non Aarnus) eſt fluv. Marrucinorum; non Frentanorum.

Athenæ urb. in Achaia ; non inter Achaiam & Macedoniam.

Atheſinus fluv. labens in Iſtrum, non fluit ex lacu mont. Apennini : qui non incumbit ſuper Carnos.

Athos mons non adjacet Lemno inſ. à qua ſupra 80. mil. paſſ. diſtat in occ.

Atina opp. Latii ; non juxta Pontinas paludes.

Atrebates vulgo *Arras* ; non *Artois* : quæ eſt reg. Latine Arteſia.

Avella opp. Campaniæ diverſum ab Abellino urb. Hirpinorum.

Aulerci pop. *di Rovven* ; non *di Rouane*.

Aulon opp. & mons magnæ Græciæ ; non contra Tarentinam reg.

Aurunca urb. Campaniæ ; non Latii. vide Sueſſa.

Auſones Plin. pop. apud Locros in magna Græcia, unde Auſonium mare, & apud Oſcos in Campania.

Auſtria eſt Noricum ripenſe ; non Pannonia ſuperior : cujus modicam partem complectitur.

Azotus urb. Palæſtinæ ; non Syriæ.

Errores qui ſequuntur ſuis locis indicantur ; non quidem omnes, ne Momi officio fungi videremur.

B.

BAba vel Babba, & Julia Campeſtris, Babæ Steph. *Beni Teudi* Marmol. col. & urb. Maurit. Tingit. mediterr. à Lixo 40. mil. paſſ. in occ. in regno Feſſenſ. Illam Theſ. ling. Lat. ad mont. Atlantem locat, cum ab eo longe abſit in regno Feſſenſi. *Plin. Ptol.*

Babylon *Bagdet*, urb. archiep. Babyloniæ reg. maxima ad Euphratem fluv. etiamnum regionis caput, & ſedes præfecti, à Seleucia magna ad Tigrim fluv. 90. mill. paſſ. in Africum, à Teredone apud oſtia Tigridis 412. à Sardibus 2300 in ortum, à Damaſco 480. ab Edeſſa 375. in ort. prima urbium, circa Nohæ obitum condita. Ambitus mœnium illius erant ſtad. 385. quæ tam lata erant, ut quadrigæ obviæ ſeſe non impedirent. Mem. Ovid. lib. 2. de Ponto, eleg. 4. *Xenoph. Herod. & al.*

"*Nec Babylon æſtus, nec frigora Pontus habebit.*

Pop. Babylonii Plin. & al. Babylonienſis nom. gent. ut miles Babylonienſis apud Plaut. in Tr. Illam Plin. à Semiramide conditam, ſeu verius mœnibus cinctam 60. mil. paſſ. circuitu patentibus tradit. Aulæa Babylonia apud Martial. ſicuti Sarrana apud Juvenal. commendantur, maxime vero Attalica dicta Pergami in Aſia.

Babylon nova *Cairo*, & *Alcairo*, *Miſraim* Hebræis, *Mitzir* Arabibus, urb. archiep. Ægypti maxima, apud Deltam Nili, è regione Memphis, ab Alexandria 130. mil. paſſ. verſus Syenen in auſtrum 470. ab Hieroſolymis 360. à Babylone veteri 900. ab Alexandria, & Peluſio recto itinere 90. à monte Sina 270. Acus Babylonis à Mart. lib. 14. memor. & pectines. *Ptol.*

"*Hac tibi Memphitis tellus dat munera, victa eſt*
'*Pectine Niliaco jam Babylonis acus.*

H Baby-

Plin. Ptol. Babylonia *Bagdet*, reg. Asiæ de urbis nomine dicta circa Euphratis & Tigridis confluentiam, inter Mesopotamiam ad occ. & Bor. Assyriam ad Bor. Susianam ad ort. Chaldæam ad merid. perstricta. Urbes clarissimæ Babylon, & Teredon; post quas Barsita, & Orchoe. Pop. Babylonii, & Babylonius nom. gent. Claud. de 6. consul. Honor.

" *Namque velut stellas Babylonia cura salubres.*

Ovid. lib. 4. metam.

" *Quam procul ad lunæ radios Babylonia Thisbe.*

Plin. Steph. & al. Babytace, *Bayburt* Pineto, al. *Baypurt*, urb. Assyriæ ad alveum Tigridis septentrionalem in Mesopotamiæ conf. seu in ipsa Mesopotamia. Est & *Bayburt* urbs Armeniæ min. inter Trapezuntem urb. Capp. & Euphratem fluv. cui propior est. Babytace porro abest à Susis 135. mil. pass. in occ. & Corum ex Plin. Ibi aurum ab incolis odio habetur, & ne cui usui sit, defoditur in terram, teste Plin. lib. 6. c. 27.

Ex lib. Reg. Baccades, *Buccabel* teste Guil. Tyrio, vicus Palæstinæ in finibus Zabulon.

Ant. Baccanæ *Baccano*, vic. Hetruriæ inter Rosulum 8. & urbem Romam 15. mil. pass. apud sylvam Mæsiam, quæ *Bosco de Baccano* nominatur. De eis lib. 3. itin.

" *Jamque egressa fuit Baccanis proxima sylva.*

Bacchi Aræ ex antiq. loci tradit. *Baccharach*, opp. est Germ. super. ad Rhenum in Palatinatu, inter Bingium & Vesaliam sup. 2. leuc. dissitum, quod & *Bachrach* dicitur.

Ovid. Bacchiadæ apud Ovid. Corinthii dicuntur à Baccho, quem illi colebant. Ovid. lib. 5. metamorph.

" *Et qua Bacchiadæ bimari gens orta Corintho.*

Liv. Bacchium, Bacchina Plin. ins. parva maris Ægæi ante Smyrnam urb. Ioniæ.

Cæs. Bacenis (non Barcenis, ut in Thes. ling. Lat.) *Turingerwaldt*, (*Duringerwaldt* & *Thuringerwaldt* Mercat.) sylva Germ. Cheruscos à Suevis dividens, nunc inter Franconiam ad merid. & Thuringiam ad Bor. intersita. Sic Althamerus illam indigitat. Sunt qui Nigram sylvam, in qua Friburgum & Bada urbes sunt, interpretentur. De ea lib. 7. itin. sic,

" *Sylva Bacenis vaga ubi putescit.*

Strab. Ptol. & al. Bactra num. plur. Bactrum etiam Plin. Bactra in utroque num. Strab. *Bagdasan* teste Cast. sive *Budasan* al. urb. Bactrianæ reg. caput ad Bactrum fluv. à portis Caspiis 462. mil. pass. in ortum, ab Alexandria Ariæ 484. ab Antiochia Margianæ 250. à Bactro fluv. nomen cum reg. hab. De ea Virg. lib. 2. georg.

" *Nec pulcher Ganges, atque auro turbidus Hermus*
" *Laudibus Italiæ certent; non Bactra, neque Indi,*
" *Totaque thuriferis Panchaia pinguis arenis.*

Bactrianos canes alere, qui ætate confectos homines dilacerent; & sponsas, quæ in publicum maximo ornatu prodeunt, etiam servis & advenis impune commisceri, tradit Plin.

Plin. Bactri, Bactriani Strab. pop. Bactrianæ reg. qui etiam Bactrii à Mela appellantur. Hi teste Curtio senio morbove confectos canibus ad hoc nutritis devorandos objiciebant.

Strab. & al. Bactriana, *Carassan* Cast. *Corasan* al. *Batter* Rhamusio, reg. Asiæ inter Ariam ad occ. Paropamisum ac partem Sogdianæ ad ort. Cujus urbes quondam claræ, Bactra, Charta, vel Chatracharta, Zarispa, & Maracanda. Hæc olim mille urbes continebat, teste Josepho.

Plin. Bactrus, *Buchian* teste Nig. alii *Bocchara*, fluv. ex Tauro mont. effluens, & Bactrianam reg. irrigans, ipsaque Bactra (quæ & Bactrum Plin. dicitur) interluens, Oxoque congrediens fluv. Sogdianorum. Bactros Luc. lib. 3.

" *Errantes Scythiæ populi, quos gurgite Bactros*
" *Inclusit gelido*

Bacuntius, *Bozwtha* teste Laz. fluv. Pannoniæ infer. in Hungaria prope Sirmium urb. fluens, nec procul in Saum labens. Plin.

Badacum, *Obdach* teste Laz. opp. Norici in Carinthia ad Lavantum fluv. Iduno urbi propinquum, 2. leuc. in ort. distans, à S. Vito 6. in Circium. Augusta Badacum ex vet. inscript. Ex quo error patet Thes. ling. Lat. *Saltzburg* hoc opp. esse putantis. vide Augusta Badacum. Ptol.

Badeos, *Biada* teste Mol. urb. regia Arab. fel. in ora sin. Arabici. Badei regia in cod. Græco. Fuit & Badea urb. Maurit. episc. sub archiep. Cæsariensi. Ptol.

Badonicus mons, *Bannesdown* Camd. mons Britanniæ in Anglia ad quem Bathonia est urb. episc. sub archiep. Cantuariens. licet Polyd. Virg. sit *Blackamore* mons prope com. Dunelmens. apud Athesim fluv. à Dunelmo ad 20. mil. pass. distans. vide Aquæ solis. Beda.

Badrinus, fluv. Æmiliæ, *Santerno*, idem cum Vatreno, Forum Cornelii præterfluens. P. Diac.

Baduhennæ lucus *Sevenwaldt*, & *Sevenwolden*, id est, septem sylvæ, locus in Frisia: adhuc *Bacueen* dicitur pag. apud Groningam urb. inde 3. leuc. Sloten versus, teste Hieron. Verrutio. al. est *Coeworden*, opp. Transisalaniæ in conf. Frisiæ ad Vidrum fluv. inter Volenhoviam ad occ. 6. & Meppam opp. Westphaliæ in ort. 5. apud Hardembergam 1. leuc. dissidens. Corn. Tac.

Bæbeis, lacus Bœotiæ. Cujus mem. Prop. lib. 2. eleg. 3. Prop.

" *Mercurio & sanctis fertur Bæbeidos undis.*

Vide Bœbeis.

Bæcula, *Bannoles* teste Mol. opp. Hisp. Tarracon. in Catalaunia, inter Ficerias & Olotum supra leuc. 1. à Gerunda 5. in Bor. Ptol.

Bæmi, pop. Germ. quorum reg. Bohemia dicitur, regnum undique sylvis cinctum, Bavaria, Moravia, Slesia, Lusatia, Misnia, Voithlandia, Northgoia, aliisque region. undique instar theatri circumdantibus, Albi fluv. & Multavia intermeantibus. Cujus regia Praga urbs amplissima. vide Boiemum. Ptol.

Bæsippo, Besippo Plin. *Bejer* teste Henr. Coquo, opp. Hisp. Bæt. in ora littor. Vandalitiæ. Ptol.

Bætica, Turdetania Strab. Plin. Hispania ulterior (quæ tamen magis patet quam Bætica) *Andaluzia* teste Flor. (sub qua etiam *Granada* comprehenditur) una ex tribus Hispaniæ partibus in austrum vergens, à Tarraconensi Marianis montibus, à Lusitania Ana fluv. divisa. Hinc Bæticus nomen gent. Fortun. lib. 6. Ptol.

" *Condolet hinc Batavus, gemit illinc Bæticus axis.*

Bætis, Tartessus Strab. & Paus. *Guadalquivir*, i. e. fluv. magnus, fluv. Hisp. ex Argenteo mont. in occ. per Biatiam, Ubedam, ac Illiturgim urbes fluens, inde in austrum retortus, Corduba & Hispali irrigatis, oceano Gaditano ad Fanum Luciferi sese immiscens. Olivifer est, ut apud Mart. l. 12. epigr. ult. Plin. Mel. & al.

" *Bætis olivifera crinem redimite corona.*

Ortus longe distat ab ortu Anæ, & longius ab ortu Tagi, contra quam apud Thes. ling. Lat. legitur. Plin. etiam nomen oppidi et.

Bætius, *Edà* teste Ortel. fluv. Arab. fel. in sinum Arabicum inter Thebas & Badeon urbes influens. Ptol.

Bætulo, Betullo Melæ, *Badelona* teste Flor. cum Mor. opp. olim, nunc pag. Hisp. citer. in Catalaunia apud Barcinonem, à qua 3. leuc. Gerundam versus distat, ad fluv. cognom. Plin. Ptol.

Bætulo quoque, *Beson*, fluv. ejusdem tractus, Bætulonem opp. olim, nunc pag. circumfluens, ac in mare apud mont. Jovis exiens: *Besos* apud Florian.

Bætu-

Bæturia, Bethuria Aul. Hirt. Beturia Liv. Plin. & al. *Estremadura*, reg. Hisp. Lusitanicæ, teste Varrerio, Bætica, Carpetania, reliquaque Lusitania contenta. In qua magna pars Vettonum est, & pars *Petroche*, quod saxosa sit, nominatur. Urbes Emerita, quondã clara, Pax Augusta, Caurium, & Turris Julia.

Cedreno. Baga, al. Boga, *Buga*, urb. hac tempestate Pisidiæ primaria, in qua præfectus residet.

Lib.Conc. Baga, quæ & Bagaia, Vaga Ptol. & Sil. Vagense opp. Plin. *Necaus* teste Marm. urb. Africæ mediterr. olim episc. sub archiep. Carthaginens. ultra Cirtham col. in qua Hunnericus Vandalorum rex Arrianus, qui Catholicos persecutus est, misere obiit.

Ptol. Baganum, Bagacum, sive ut alii legunt Baiacum Anton. *Bavay* teste Divæo, opp. Belgii in Hannonia à Valencenis 3. leuc. in ort. versus Malbodium, inde 2. à Montibus fere 4. in austrum. Al. est *Bagenhaim* pag.

Vet.Trad. Bagaudarum castrum, *S. Maur des Folsez* teste Vigenereo, pag. Gall. ad Matronam fluv. apud Parisios.

Ptol. Bagrada *Bintmir*, al. *Bindemir*, & al. teste N. Nicolao *Budmir*, fluv. Persidis extremus in Carmaniæ conf. non Carmaniæ desertæ ultra priorem Carmaniam, ut male Ortel. scribit.

Ptol. Strab. Liv.&al. Bagradas, *Megrada* Marm. *Magrida* Leoni Afric. *Magiordech* P. Jovio, fluv. Africæ ex Audo mont. in mare inter Carthaginem & Uticam fluens, haud procul ab Utica. Macra Polyb. Bagrada Cæs. Liv. & Luc. lib. 4.

" *Bagrada lentus agit siccæ sulcator arenæ.*

Hic Atil. Regulum serpentem ingentem exercitu adhibito interfecisse, coriumque 120. pedibus longum Romam misisse Aul. Gell. refert lib. 6. cap. 3.

Cic. Strab. Plin. & al. Baiæ *Baia*, opp. Campaniæ ad sinum Baianum, inter Puteolos & Cumas 3. mil. pass. excisum. Nunc ibi exiguum castrum cum balneis inter Misenum & lacum Avernum proximum. Olim urb. episc. Nomen à Baio Ulyssis comite, ejus conditore, habere fertur. Mem. Propert. lib. 1. eleg. 11.

" *Ah pereant Baiæ crimen amoris aquæ.*

Baianus sinus, Crater Strab. Puteolanus Plinio, Cumanus Eratostheni, *Golfo di Pozzuolo, & di Napoli* passim dicitur, inter Misenum & Athenæum promontoria contentus. Tametsi Baianus ea pars esse videtur quæ inter Puteolos & Baias, Misenumque & Avernum continetur, quæ & Lucrinus lacus dicitur, Baianus lacus apud Tac. dictus. De quo Mart. lib. 13. epigr. 79.

" *Ebria Baiano veni modo concha Lucrino.*

Vet.Insc. Baienni, *Fainge* teste M. Welsero, opp. Vindeliciæ in Bavaria, seu *Faing*, aut *Vaing*, opp. Sueviæ in duc. Wirtembergens. inter Canstadium 6. & Brettam 3. leuc. à Spira 8. distans.

Lib.Conc. Baiocæ, Baiocensis urb. ex vita S. Vigoris episcopi, Bellocasses & Velocasses Cæsar. Vellocasses Plin. *Baieux*, urb. Gall. Celt. in Normannia episc. sub archiep. Rhotomagens. inter Cadomum ad ort. 7. & Constantia castra ad occ. 11. leuc. dissita. Baiocassina urb. Sidonio.

Auson. Baiocasses, urbs Baiocassium lib. Provinc. Vellocasses Plin. * Bellocassii Ptol. pop. & urb. quæ Baiocassina Sidon. Baiocæ in lib. concil. nominatur, vulgo *Baieux*. [* forsan Veneliocasii.]

Bibl. Bala, *Palmer* teste Guil. Tyrio, opp. olim, nunc pag. Palæstinæ in finibus Sodomorum, ab incendio ad Loth preces servatum.

Ant. Balanea, * Balanææ Ptol. Balaneæ Steph. *Valania* Nig. *Bagnias* Postello, urb. Phœniciæ apud ostia Eleutherii fluv. media inter Gabalam ad arctos 27. & Antaradum ad austrum 24. mil. pass. distans à Tripoli 74. in Bor. episc. sub archiep. Apameno sed hodie sedes episcopalis Maroniensi unita est. [* In manuscr. Cl. Seldeni Βαλανέαι.]

Balantipyrgon, *Capilamba* teste Merc. urbs Indiæ intra Gangem fluv. ut situs persuadet. Ptol.

Balari, pop. Sardiniæ circa Valeriam urbem excisam incolentes. Quorum reg. seu tractus *Baromela* Pin. dicitur. Strab. Plin. Liv.

Balatoni, pop. Corsicæ mediterr. quorum reg. *Balagna* nominatur, à Calvia & Fano S. Florentii 20. mil. pass. Niolum totidem versus. Ptol.

Balbia, *Altomonte* teste G. Bar. opp. Brutiorum in Calab. citer. Sestio opp. propinquum, à Castrovillario 6. mil. pass. duplo à Cosano urbe, à Consentia 24. in occ. in colle, ubi manna & crystallus proveniunt. Vina Balbina olim teste Plin. in pretio fuere. Plin.

Balbura, *Caraburun* teste Leuncl. urb. Lyciæ mediterr. Chomæ, Buboni, & Oenandæ finitima, episc. sub archiep. Myrensi. Steph. Ptol.

Baleares, ἀπὸ τοῦ βάλλειν, hoc est à mittendo dictæ, Balerides Strab. Balliarides Ptol. Gymnasiæ vel Gymnesiæ à Græcis dictæ, ins. duæ maris Iberici, seu Balearici, Hisp. Tarraconensi adjacentes, ab ostio Iberi fluv. 30. leuc. distantes in ort. quarum major *Mallorca*, minor *Menorca* nominatur, inter se 10. leuc. dissitæ. Major longa est 100. mil. pass. circuitu 380. Minor longa est 60. ambitu 150. Has præter Virg. memor. Dionys. Afer. Polyb. Plin. Mel.&al.

" *Continuoque jacent Gymnasiæ, at has Baleares*
" *Romani memorant*----

Has Arragoniæ rex Jacobus anno sal. 1230. pridie cal. Januarii, victis & ejectis Mauris, recuperavit. Hinc Balearis, & Balearicus nom. gent. unde Balearicum mare, quod Hispaniam ad ort. alluit, quodque inter Hisp. & Sardiniam interjacet. Baleares olim adeo leporibus abundasse feruntur, ut contra eas ab Aug. auxilium militare postularint, frugibus ab ipsis leporibus consumptis.

Balesium *S. Cataldo*, vel *S. Castaldi*, olim opp. nunc pag. & portus Salentinorum Aletio urbi propinquus, inter Brundisium & Hydruntum. Sed Balesium opp. excisum est, vic. nunc, qui adhuc *Baleso* dicitur, inter Brundisium & Lupias 7. mil. pass. distans. In Thes. ling. Lat. male in Apulia collocatur. Plin.

Balista *Monte Balestra*, mons Liguriæ pars Apennini mont. seu verius Thusciæ, inter Regium Lepidi & Lucam intercedens. Liv.

Ballegarium *Balaguer*, urb. Hisp. Tarracon. in Catalaunia Ilerdæ finitima, ab ea 3. leuc. Cardonam versus & Minorissam, à qua 15. leuc. abest. Script. Hisp.

Balma, & Balmense castrum, *Bapalme*, opp. Belg. in Artesia reg. ab Atrebatensi urb. 6. leuc. Avennas & Ambianos versus in austrum. Est & Balmense opp. & cœnobium in finibus Sequanorum, hoc est in Burgundiæ com. *Baume* vulgo & *Baulme*, quod & Palma Latine dicitur, inter Vesuntionem, & Claravallem ad ort. occurrens. Script. Belg.

Balneum regis, & Balneoregium, & Rhoda ex edicto Desiderii regis, *Bagnarea*, urb. episc. Hetruriæ inter Oropitum & Mont. Phisconem occurrens 6. mil. pass. utrinque, à Viterbio 12. in Bor. Novempagi à Plin. dici putatur. P. Diac.

Balsa, *Tavila* teste Coquo, urb. Lusit. in Algarbiis inter ostia Anæ fluv. ad ort. & Pharum urb. ad occ. inde 4. leuc. à Pace Julia 22. in austrum. Longius abest à Sacro prom. licet in Thes. linguæ Lat. dicatur non procul esse. Mel. Ptol.

Balticum mare, à Baltia ins. illius dictum, *Belts* teste Sigism. Herbeest, *Oostsee* al. mare Germ. mediterr. inter ipsam Germaniam & Scandinaviam interfusum, amplissimum, à prom. Cimbrorum, ubi os illius est, Viburgum usque urbem extremam sinus Finnici 210. leuc. extensum. Venedicum, ubi Prussiam & Xenoph.

Livoniam alluit, appellatum. ubi Germaniam & Cimbricam, Codanus sinus apud Melam. Unde lib. 1. itiner.

" *Baltica Vandalicæ prospexit & oppida gentis.*

Prov. Rom.] Bamberga, & Babenberga, *Bamberg*, urb. episc. Germ. sub archiep. Moguntino, in Franconia, à Noriberga 9. leuc. in Bor. ab Herbipoli 12. in ort. Sic à Baba Othonis imp. filia nominata, colli imposita, à D. Henrico imp. ad hanc dignitatem evecta.

Strab. Ælian. Bambyca, quæ & Edessa, & Hierapolis. vide ibi. Hæc teste Plin. Hierapolis est longe diversa ab Edessa: cum Edessa sit in Syria apud Euphratem fluv. Hierapolis in Cœlesyria. Bambycæ, sive Edessæ Atargatis dea Syrorum, teste Strab. colebatur.

Sil. Bamuræ, Banurri Plin. pop. Libyæ inter. in Mauritaniæ conf. Getulis finitimi, cursu pernicissimi, carentes ferro, hastilibusque ligneis utentes. Sil. lib. 3.

" *Tum chalybis pauper Bamuræ cruda juventus.*

Plin. Banasa, Banassa Anton. & Ptol. Valentia cognominata Plin. *Fanfara* teste Mol. urb. Maurit. Tingit. à Lixo 40. mil. pass. Thamusidam versus 32. ex Anton. sed ex Plin. à Lixo 75. à Volubili seu Fessa 35. Illam Subur fluv. alluit.

Ptol. Banatia, * *Bansey* teste G. Camd. opp. Britanniæ in Anglia in Scot. conf. Tuesi finitimum, in Bor. recedens, apud oram orientalem. [* Camdenus vero ponit ubi jam *Bean* castr. in Moravia reg. Scotiæ longissime à Tuesi fluv. distans.]

Vet. Insc. Bancona, *Oppenheim* teste Georg. Fabritio, opp. Germ. super. apud Rhenum in Palatinatu, inter Wormaciam 4. & Moguntiam 3. leuc. dissitum.

Beda. Bangorium *Bangor*, urb. Albionis in Wallia in ora contra Monam inf. episc. sub archiep. Cantuariensi.

Liv. Plutarch. Bantia opp. fuit Apuliæ Peucetiæ in Lucaniæ confin. quod à Venusia 3. mil. pass. distabat. Pop. Bantini Plin. Batini Hor. unde saltus Batinus.

Festo. Bara, ins. parva ante Brundisium urb. in portu illius, Pharos Melæ, quæ nunc S. *Andrea* dici videtur, à cujus incolis Barium urbs condita est, teste Festo.

Ptol. * Bara, æstuarium & opp. Scotiæ in ora ad ortum apud ostium Loxæ fluv. sive Fortheæ, *Dunbar* vulgo. fluv. vero *Firth* & *Frith*. vide Dumbarum, & Vara, ut habet cod. Græcus Ptol. [* in manuscr. Seldeni Οὐάρας.]

Ptol. Barace, *Diu* teste Alph. Adriano, *Bazaim* Merc. ins. cum urb. episc. Indiæ citer. inter ostia Indi fluv. Prior interpretatio probabilior alia est: Dium enim ins. & urb. præmunita inter ostium Indi occid. & Cambaiam urb. in ortum ad 50. leuc. episc. sub archiep. Goano; quam tenent Lusitani ipsorum colon.

Ptol. Baracura, *Bacala* teste Cast. *Bangela* teste Pet. Appiano, urb. & empor. Indiæ ulter. marit.

Ptol. Barathia, *Brata* Cast. *Blata* Mercat. *Cazerhascen* Marm. urb. Africæ littor. inter ostia Cinyphi flum. & Trierorum prom. ultra Leptim, seu Tripolim urb. Baratha vero, Baratta Ptol. urbs fuit Lycaoniæ episc. sub archiep. Iconiensi: quam quidam exstare, nomenque antiquum retinere ferunt.

Polyb. Barathra, Barathron Diod. Siculus, palus Palæstinæ Sirbonidi juncta, *Baserena* vulgo teste Nigro.

Barba, authore Eustat. super lib. 2. Odyss. portus est Trœzenis urbis Argivorum. Unde ortum adagium *Navigare Trœzenen*, in eos qui imberbes barbati videri volunt, quasi ad eum portum barbam adepturi navigent.

Liv. Barbana *Fiume di Scutari*, fluv. Dalmatiæ ex Labeatide lacu effluens, Scodramque urbem alluens.

Arriano, & Ptol. Barbari, *Bermet* Cast. *Meti* Resendio, urb. Indiæ citer. apud ostia Indi fluv.

Barbaria *Regno di Quiloa*, reg. Æthiopiæ in ora sinus Barbarici. *Arriano, Pt. Steph.*

Barbariana, *Araviana* ut videtur Io. Marianæ, opp. olim, nunc pag. Hisp. Tarracon. in via inter Asturicam & Tarraconem occurrens, à Graccurri 32. mil. pass. in ort. Idem alibi scribit esse Almenaram ad Cauni mont. radices. *Ant.*

Barbaricus sinus *Golfo di Melinde*, in ora Æthiopiæ orientali. vide Asperum mare. *Ptol.*

Barbarium, *Capo di Spichel* Clus. & Taraphæ, prom. Lusit. ad ostia Tagi fluv. Cetobricam versus, ubi Barbari pop. & Barbaricus mons *Monte Rabida*. *Ptol.*

Barbastrum, sive Balbastrum, *Balbastro*, urb. Hisp. Tarracon. in Arragonio regno juxta fines Cataluniæ, episc. sub archiep. Cæsaraugustano, inde 12. leuc. in ort. inter Ilerdam, & Oscam ad arctos 7. *Prov. Rom.*

Barbesola, Barbesul Mel. *Marbella* teste Flor. urb. Hisp. Bæt. in ora littor. inter Malacam & Calpen, inde 8. hinc 11. leuc. dissita. Male in Thes. ling. Lat. Berbesula ex Plin. legitur, cum is Barbesula habeat. *Ptol.*

Barbesola item *Rio Verde*, fluv. Hisp. Bæticæ ejusdem tractus. *Plin. Ptol.*

Barbosthenes, mons Peloponnesi in Laconica reg. à Lacedæmone 10. mil. pass. distans. *Liv.*

Barbyssus seu Barybyssus, *Cartaricon* incolis, & idiotis *Pectinacorion*, teste P. Gyllio, fluv. agri Byzantini in sin. Ceratinum influens. *Suidæ.*

Barce, mons & prom. Libyæ, seu Marmaricæ: unde Barcæi pop. dicti videntur apud Ptolemaidem urb. & Barcitæ. Mem. Sil. l. 3. *Plin.*

" *Destituit Barce sitientibus arida venis,*
' *Nec non Cyrene-----*

Et Virg. lib. 4. Æn.

'*----------lateque furentes*
" *Barcæi: Quid bella Tyro surgentia dicam?*

[Plinio etiam teste ipsa Ptolemais prius Barce dicta fuit.]

Barcæi etiam pop. inter Colchos & Iberos sunt, agnatos morbo extinctos igni tradentes, & in bello cæsos vulturibus objicientes. *Æliani*

Barcennum *Bracciano*, opp. Hetruriæ ad Sabatinum lacum. vide Arcennum. *Cat. de Or.*

Barcetum *Barcei*, & *Berzeto*, opp. Æmiliæ in agro Parmensi intra montes Apennini, inter Parmam 28. & Apuam 16. mil. pass. Ibi cœnobium olim celebre à regibus Longobardis conditum. *P. Diac.*

Barcino, Barcinon Ptol. Barchino Liv. Faventia prius dicta, & Col. Faventia, necnon & Julia Augusta Barcino ex vet. inscrip. *Barcelona*, urb. Hisp. citer. marit. empor. ac inter primas Hisp. urbes, Catalauniæ caput, seu conventus juridicus, & academ. ab Hamilcare Carthaginens. cognomento Barca condita, & nominata. licet Ant. Beuth. ab Hercule conditam scribat. Hæc anno sal. 805. à Ludovico Pio imp. victis Mauris recuperata fuit. Episc. sub archiep. Tarraconens. inde 11. leuc. in Bor. Gerundam versus 14. à Cæsaraugusta supra 40. in ortus. De ea Auson. in epist. 24. *Plin. Ptol. & al.*

" *Tarraco, & ostrifero superaddita Barcino ponto.*

Barderate, *Brà* ut nonnullis videtur, opp. Liguriæ apud Polentiam urb. excisam, fere 2. mil. pass. in colle distans, ab Alba Pompeia 8. Taurinos versus 22. *Plin.*

Bardi, qui postea Longobardi, pop. Germ. in Vandalia (nunc ducatus Magnopolitanus dicta) in ora maris Baltici: quorum urb. Bardum *Bart* non obscura inter Rostochium ad occ. 6. & Sundim ad ort. 3. leuc. Bardi quoque pop. Gall. Unde Bardaicus nom. gent. apud Juvenalem. [Antiqui etiam Gallorum vates Bardi dicti sunt.] quorum mem. Luc. l. 1. *P. Diac.*

" *Plurima securi fudistis carmina Bardi.*

Bardia *Bartz*, fluviolus Germ. ad Bardum urb. fluens, marique exceptus, de quo Fort. l. 7. *Ven. Fort.*

" *Bardia*

" *Bardia qua fluvius sinuoso gurgite currit.*

Vet. Insc. Bardomagum *Vertema*, pag. Insubriæ in agro Mediolanens. à Mediolano 20. mil. pass. vide Vertacomacora.

Script. Germ. Barduicum *Bardwick*, urb. fuit antiqua Saxoniæ infer. Luneburgo propinqua, inter illam & Hamburgum, à Luneburgo dimidia leuc. distans. De qua lib. 7. itin. quidam poeta Germ. sic,

" *Egressi portis Barduicum venimus, olim*
" *Urbem conspicuam; sed eam defecit ab alto*
" *Henricus Leo, (Saxoniæ dux inclytus ille)*
" *Oppidum adhuc extat multis spectabile templis.*

Plin. Barduli, qui Varduli Ptol. pop. Hisp. Tarraconens. in ora Boreali ad oceanum incolentes: quorum reg. *Guipuscoa* dicitur, Cantabriæ attigua ad ortum. Male in Thes. ling. Lat. Turduli, qui in Bætica & Lusit. sunt, ex Plin. dicuntur.

Luitprando. Bardum *Bart*, pag. Salassorum in Pedemontano princip. inter Eporediam & Augustam Prætoriam. Bardum quoque arx firmissima in saxo undiq; prærupto intra montes, inter Placentiam 30. & Apuam 20. mil. pass. quot fere à Parma, vulgo *Bardi*, sedes principis vallis Tari ex Landa familia. Bardum item urb. Pomeraniæ in conf. duc. Magnopolitani, *Bart*, vide Bardi. unde Longobardi profecti putantur.

Plin. Barea, Bareia Ptol. *Veria* teste Mariana, opp. Hisp. Bæt. in ora littor. regni Granatens. ab Almeria urb. 11. leuc. in occ. ultra Abdaram 4. Sexi versus 8.

Steph. Baretium *Varese*, opp. Insub. in agro Mediolanens. amplum, à Mediolano 30. mil. pass. apud lacum Lucanum & Verbanum, inter illos: quod & Vallesium à valle dictum, & Vallexium quasi vallis exitus, à Locarno opp. 8.

Steph. Bargylla, Ptol. & Strab. Bargylia, aliis Bargyliæ & Bargillæ, urb. Cariæ episc. sub archiep. Stauropolitano, olim celebris, nunc jacens, ad Bargylum mont. à quo nomen accepit: vel à Bargylo Bellerophontis comite: unde Bargiletæ incolæ Strab.

Hor. Baria, seu Varia, vicus Sabinorum ad Anienem fluv.

Ptol. * Baris urb. fuit Pamphyliæ in Pisidia, episc. sub archiep. Antiocheno. Et apud Horat. idem quod Barium, de quo mox. [* in manuscr. Seld. Bæris.]

Tac. *Ptol.* *Festo.* Barium, Baris Hor. Baretum Strab. (quod potius Barolum opp. esse videtur) Varia Anton. *Bari*, urb. archiep. Apuliæ Peucetiæ primaria in ora littor. à qua reg. denominatur, à Neapoli 150. mil. pass. à Barolo 30. in ort. à Tranio altera metrop. 24. Ejus mem. Horat. sat. 5. lib. 1.

" *Bari mœnia piscosi; debinc Gnatia lymphis.*

A Bara ins. parva apud Brundisium teste Festo nomen habet, ab incolis illius condita.

Cedr. Barna *Varna*, urb. episc. Mysiæ infer. ad Euxinum mare. vide Dionysiopolis.

Antiq. Trad. Barolum & Barulum, Baretum Strab. ut nonnullis videtur, *Barletta*, opp. Apuliæ Peucetiæ ad ostia Aufidi fluv. totius Italiæ clarissimum, à Bario 30. mil. pass. in occ. Sipontum versus totidem, Cannis urbi excisæ proximum ad 6. mill. pass.

Plin. Catoni. Barra *Barriano*, opp. olim Cenomanorum, nunc castrum agri Bergomens. intra montes, à Bergomo 10. mil. pass. Apud Caton. est oppid. Orobiorum, à quibus sunt Bergomates.

Ant. Barsa, *Isle de Bas* Gallis, *Basepole* Anglis, ins. maris Britannici Angliæ adjacens. al. *Bardsey*, quod magis probatur.

Ptol. Barussæ, ins. quinque maris Indici, quarum tres *Mindanao, Cailon, & Subut*, teste Mercat. dicuntur.

Arrian. Barygasa, *Bacam* teste Cast. al. *Calecut*, sed Rhamusio est *Goa*, urb. Indiæ citer. in parva ins. continenti oræ occiduæ adjacente; colon. Lusitanorum munitissima, archiep. & conventus juridicus omnium urbium Indicarum quæ Lusitanis parent. Abest ab ostiis Indi fluv. ubi Dium urb. & colon. Lusitanorum, supra 60. leuc. in austrum. *Ptol.*

Basanburgum, *Batenburg* ut videtur Ortel. opp. cum arce Batavorum in Germ. infer. ad Rhenum fluv. in duc. Geldriæ, à Noviomago urb. 2. leuc. in Bor. *Trithem.*

Basculi, M. Varr. pop. Hisp. vide Bastuli.

Basi *Bas*, opp. Hisp. Tarracon. in Catalaunia, vicecomitat. inter Caprariam & Campum rotundum oppida, olim urb. epis. sub archiep. Tarraconensi. *Ptol.*

* Basiana, Bassiana Anton. *Possega* teste Laz. urb. Pannon. infer. apud Saum fluv. in Bossina reg. inter Jaiczam urbem Bossinensem, ad austrum, & Quinque ecclesias urbem Hungaricam in Bor. 10. leuc. episc. sub archiep. Colocens. Al. videtur *Bantz*, opp. inter Sirmium ad occ. & Taurunum ad ort. ad Saum fluv. inde 19. à Singiduno 31. mil. pass. ex quodam itiner. antiquo. [* Bacciara in manuscr. Seld.] *Ptol. Lib. Not.*

Basilia, Baltia Platoni, Scandia Ptol. Scandinavia Plin. *Paesi Settentrionali*, ins. maxima oceani septentrionalis Germaniæ adjacens, mari Baltico interfuso, uti antiquis persuasum fuit: sed deprehensum est non insulam, sed potius peninsulam esse maximam, inter mare Balticum ad merid. & oceanum ad septent. & ad occ. longe lateque extensam (cujus isthmus Sarmatiæ Europææ in ditione Moschorum jungitur) in plura regna & regiones divisam, hoc est, in Coreliam, Finlandiam, Laponiam, Biarmiam, Suediam, Gothiam, & Norvegiam ad occ. *Plin. Diod.*

Basilia, Basilea posterior. *Basel* Germ. *Basle* Gallis, *Basil* Angl. & *Basilea* Italis, urb. Germ. super. ad Rhenum interfluentem, seu dividentem; postremus Helvetiorum conventus in Bor. media fere inter Constantiam & Argentoratum ad 15. leuc. urbs ampla, ex primis Germ. quæ Augustæ Rauricorum excisæ ad 2. leuc. in merid. distanti successit (Ex quo patet Basileam non esse Augustam Rauricorum, ut in Thes. ling. Lat. asseritur) episc. sub archiep. Vesuntino, cujus episcopus (quod urb. à Catholica religione prorsus defecit) Brundusiæ oppido Sequanorum, & Friburgi urb. & academ. Brisgoiæ à Basilea 7. leuc. distantis moratur. Basilicus vero sinus apud Plin. est sinus Ioniæ, De Basilea lib. 4. itin. *Marcell.*

" ---------- *ut Juræ quoque culmina montis,*
" *Sint superata mihi; Basileæ ut mœnia tandem*
" *Lustrarim*------

Basilippum opp. Hisp. Bæticæ fuit ab Hispali urb. 21. mil. pass. ex itiner. Anton. distans: nisi sit Besippo; cujus tamen distantia ab Hispali longe major est. *Ant.*

Basilisene, *Turcomania* teste Cast. reg. Armeniæ majoris in meridiem vergens. Alii ipsam Armeniam totam sic vocari putant, cum pars septentrionalis *Giorgiana* vocetur. *Ptol.*

Basilius, fluv. Mesopotamiæ inter Euphratem & Tigrim in austrum fluens, inque Euphratem labens. *Strab.*

Bassania opp. erat Maced. in Illyrici confinio apud Lissum urbem, inde 5. mil. pass. distans. *Liv.*

Basi, seu ut alii legunt Hassi, pop. Gall. Belg. quorum opp. *Bassee* dicitur in Flandriæ & Artesiæ confinio, teste Jacobo Meyero, à Bethunia urbe Artesiæ 2. leuc. in ort. Tornacum versus 9. *Plin.*

Bassiana. vide Basiana. *Ant.*

Basta, seu ut alii Hasta, *Vaste*, & *Basti*, opp. Salentinorum in ora inter Hydruntum ad Bor. & Iapygium prom. ad austrum, utrinque 15. mil. pass. distans, excisum; nunc vicus. *Plin.*

Bastarnæ, Basternæ Plin. pop. Sarmatiæ Europææ *Stra. Tac.*

in regno Polonico contenti apud oram maris Euxini, Peucinis, qui in Podolia, & Alanis, qui in Lituania censentur, finitimi. Horum mem. Ovid. lib. 2. de tristib.

" *Hactenus Euxini pars est Romana sinistri:*
" *Proxima Basternæ Sauromatæque tenent.*

Ant. Basti *Baza*, urb. Hisp. Tarracon. extrema in Bæticæ conf. nunc vero in regno Granatens. contenta, olim episc. sub archiep. Illiberitano. Abest ab Acci 11. leuc. à Granato 16. in ort. ab Almeria 15. in Bor. Pop. Bastetani Plin. & Strab. Bastitani Ptol. Vastetani Liv.

Plin. Mel. Ptol. Bastuli, pop. Hisp. Bæticæ juxta fretum Gaditanum incolentes: quorum reg. *Andaluzia* à nonnullis esse putatur; sed Vandalitia multo magis patet in mediterr. Horum opp. Sexi, Abdara, Ilurgis, Obulco, & Ubeda.

Ptol. Batancæsara, *Baicadul* teste Castal. (ex levi tamen conjectura) urb. Indiæ citer.

Lib. Not. Batavæ, & Batava, postea Patavia, *Passaw*, urb. Norici ad Oeni cum Danubio confluentiam in Bavaria, episc. sub archiep. Salisburgens. inde 12. leuc. in Bor. à Ratispona 18. in ort. Lintium & Viennam versus. De ea in lib. 4. itin.

" *Qui Batavam celebris defendit episcopus urbem,*
" *Quam prope Danubii mergitur Oenus aquis.*

Cæs. Plin. Tac. & al. Batavi, pop. Germ. infer. in Belgio inter ostia Rheni, quorum reg. Batavia eidem Cæs. *Hollandt* Germ. *Holland* Angl. & Italis *Hollanda*, (sicuti & pop. *Hollandesi*) inter duo Rheni cornua, oceanoque Germanico perstricta. Insula Batavorum à Cæs. & Plin. etiam dicta. Cujus portio adhuc antiquum nomen retinet *Betowe* & *Betuwe* dicta, in Geldriæ tamen ducat. contenta. Porro Hollandia reg. est comit. amplus, in qua urbes multæ, quarum præcipuæ Trajectum inferius, Dordracum, Lugdunum, Delphi, Harlemum, & Amsterodamum empor. Batavos memor. Luc. lib. 1.

" *Vangiones, Batavique truces, quos ære recurvo.*

Hinc Batavus nom. gent. ut apud Mart. lib. 8. epigr. 32.

" *Et mutat Latias spuma Batava comas.*

A Batavis *Batava auris* proverbium est, quale à Bœotiis *Auris Bœotica.*

Urbes Batavorum, hoc est Hollandiæ, præcipuæ.

Alcmaria	Harlemum
Amsterodamum	Lugdunum
Delphi	Roterodamum
Dordracum	Trajectum inferius, & Ultrajectum
Gouda	
Gertrudenberga	Haga pagus maximus, ubi comitia habentur.
Goricum	

Ptol. Batavodurum *Wyck te Duersteden*, op. Germ. infer. in Batavis, & in Geldriæ duc. ad Licum Rheni fossam, inter Vada opp. Geldricum, & Trajectum urb. Hollandiæ 3. leuc. à Noviomago 4. Durostadium etiam Latine.

Scrip. Belg. Batenis arx *Battenbourg*, opp. Germ. infer. in Geldria, inter Noviomagum, & Tielam ad Bor. 2. leuc. vide Arx Batavorum.

Athen. Bathanatii *Bathmonster*, seu *Bathaseck* Laz. tractus Pannoniæ infer. ubi Bathia opp. & Bathiens. com. ad Sarvitiæ amnis confluentiam cum Danubio, non longe ab ostio Drai fluv. ab Altinio 4. leuc. in aust. à Quinque ecclesiis 7. in ort.

Ptol. Bathis, *Iati* teste Faz. fluv. Siciliæ apud Elymam urbem excisam ad 3. mil. pass. non longe à Criniso fluens. Nomen habet ab Ieta opp. juxta quod oriens decurrit, ut quidam aiunt.

Ex vit. S. Elphegi. Bathonia *Akeniancestre*, locus Angliæ, teste Matthæo Westmonast. apud quem D. Elphegus occisus traditur. Bathonia item *Bathe*, urb. episc. Britanniæ sub archiepisc. Cantuariens. olim Aquæ solis, & Aquæ calidæ, & mons Badonicus, inter Wintoniam & Bristolium. vide Aquæ solis.

* Bathracus, *Trabuco* teste Mercat. opp. Marmaricæ littorale inter Chersonesum magnam, & Antipyrgum ad ort. [* manuscr. Seld. Βάτραχος.] *Ptol.*

Bathycolpus *Biutere*, seu *Biudere*, i. e. magnum nemus, seu magnus fluvius, fluv. sinusque Thraciæ apud Byzantium teste P. Gyll. qui fluv. Bathynias Plin. & Bathynius Ptol. dicitur, Bathinio Græcis, & *Biudere* Turcis. *Hesych.*

Bathynias, fluv. vide Bathycolpus. ex mont. Rhodope oritur. *Plin.*

Batia opp. fuit Aboriginum in Sabinis à Reate urbe 30. stad. *Dionys. Halyc.*

Batieni, pop. Liguriæ, qui Bacienni Paterculo vocantur, in agro Ticinens. quorum opp. Augusta Batienorum Pado impositum. vide ibi. *Ptol.*

Batinus, & Batinum, Matrinus Strab. *Tordino* teste Pontano, fluv. Picenorum in Aprutio Interamnam urbem alluens, & ad Flavianum castrum in mare Hadriaticum exiens. *Plin.*

Batinus saltus, à Batia, seu Bantia opp. inter Venusiam & Acherontiam urbes. (non Batina, ut in Thes. ling. Lat. legitur.) Memin. Horat. lib. 3. carm. ode 4.

" *Saltusque Batinos, & arvum.*

Batnæ, opp. Mesopotamiæ apud Nisibim urb. amœnitate Tempis Thessaliæ comparandum. *Am. Step. Zosimo.*

Battarus, *Guattaro* teste Scalig. fluv. Corsicæ.

Batulum opp. fuit Campaniæ: cujus hodie nullum prorsus extat vestigium. Mem. illius Virg. lib. 7. Æn. *Sil. Virg.*

" *Quis Rufas, Batulumque tenent, atq; arva Celennæ.*

Batum *Bato*, fluv. Brutiorum cum oppidulo ejusdem nominis in ora Calabriæ citer. post Blandam opp. in mare Tyrrhenum influens. *Plin.*

Bavaria, reg. Germ. à Boiis dicta Boiaria, olim Vindelicia. De qua lib. 4. itin.

" *Incipit adjunctos monstrare Bavaria campos.*

Bauli, *Bagola*, *Bauli* teste Ferdinando Loffredo, locus Campaniæ inter Misenum urb. excisam, & lacum Baianum, à Puteoli paulo supra 3. mil. pass. distans. Mem. Sil. lib. 12. *Plin. Suet. Tac.*

" *Nomina, & Herculeos videt ipso in littore Baulos.*

Bautæ, *Bona* teste Siml. pag. Centronum Gall. in via inter Augustam Prætoriam & Vesuntionem occurrens. *Ant.*

* Bautisus, seu potius Bautes, ut in cod. Græco, *Quiam* teste Mercat. fluv. maximus Sericæ, Banthisis à Marcellino dictus. [Βαύτισος in manuscr. Seld.] *Ptol.*

Bazacata, *Basse* ut Castal. conjecturat, ins. maris Indici Indiæ extra Gangem adjacens. *Ptol.*

Bazanis, Byzana Procop. urb. Armeniæ minoris, postea Leontopolis, & demum Justinianopolis in horum imperatorum honorem dicta. *Eustath.*

Beatia, vel Biatia, sicut etiam Plin. & al. urb. Hisp. Bæt. olim episc. sub archiep. Toletano, nunc diœcesi. Gienensis. vide Biatia. *Ptol.*

Bebriacum *La Bina*, opp. olim, nunc pag. Cenomanorum ad Ollium fluv. inter Cremonam & Veronam, seu potius inter Cremonam 12. & Brixiam paulo supra 20. mill. pass. Hic Vitellius ab Othone imp. cæsus est teste Tac. lib. 18. annal. Mem. Juvenal. Bebriaci sat. 2. *Corn. Tac.*

" *Bebriaci in campo spolium affectare palati.*

Bebrycia, reg. Bithyniæ, in qua Lampsacus urb. unde & Lampsacena dicta est. Pop. Bebryces Strab. & Plin. Hinc Bebricius nom. gent. Virg. lib. 5. Æn. *Apoll. & al.*

"------------------------ *qui se*
" *Bebricia veniens Amyci de gente ferebat.*

Bechires,

Plin. Bechires, pop. Themiscyræ in Cappad. de quibus lib. 6. c. 4. vide Calepin. & Thes. ling. Lat.

Ptol. Bechuni, pop. Italiæ inter Insubres & Cenomanos: quorum opp. Carraca, Anonium, Bretina.

Ant. Beda *Bitburg*, pag. Trevirensium, à Treviris 4. leuc. in Bor. fere: dicitur & *Bedburg*.

Ptol. Bedacum, opp. Norici. vide Badacum.

Plin. Bedesis, vel Besedis, *Montone*, fluv. Æmiliæ prope Forum Livii decurrens, mari apud Ravennam exceptus, ex Apennini mont. radicibus emissus. In Thes. ling. Lat. fluv. Sabinorum longissime hinc distantium scribitur.

Strab. Belbina, *Blenda* teste Soph. ins. Peloponnesi ad sinum Argolicum, è regione Anaphlystiorum, apud quos templum erat Panos & Veneris, teste Strab. lib. 9.

Ant. Beleia, Velia Ptol. *Veleja* Mor. opp. Caristorum in Hisp. Tarracon. inter Pompelonem & Virovescam occurrens. Mihi potius *Bolea* opp. in Arragonio regno videtur Velia Ptol. ab Osca 3. leuc. in occ.

Plin. Beleridæ, ins. Sardiniæ, quarum una *Tauro*, altera *Vacca*, teste Dalechampio, dicitur.

Cæs. & al. Belgæ, pop. Gall. Belg. maxime qui versus oceanum incolunt: quos Cæs. fortissimos Gallorum vocat. Horum reg. Belgium nominatur, vulgo *Paesi bassi* apud Italos. Belga etiam dicitur num. sing. Luc. lib. 1.

" *Et docilis rector rostrati Belga covini.*

Hinc Belgicus nom. gent. Prop. lib. 2. eleg. 14.

" *Turpis Romano Belgicus ore color.*

Ptol. Belgæ etiam pop. sunt Albionis in Anglia ad occ. quorum reg. *Somerset shire*, *Wiltshire*, & *Hampshire* teste G. Camd. appellatur. ubi Venta Belgarum urbs.

Script. Brit. Belgæ, postea Wellæ, *Wells*, urb. Albionis ultra Bathoniam urb. ad 24. mil. pass. in occ. quarum urbium episcopatus copulati sunt sub archiep. Cantuariensi.

Ant. Belgica, *Bullingen* teste Siml. pag. Germ. infer. inter Treviros & Col. Agrippinam, à qua 26. mil. pass. abest. Belgica etiam quarta pars Galliæ. vide Gallia.

Oros. Belgida, oppidulum Hisp. quod Ortel. in regno Valentiæ locat, *Belgida* etiam vulgo dictum; sed nec in eo tractu, neque alibi legi opp. hujus nominis. Alii pro Belgida Segeda legendum putant.

D. Isidor. Belgis, plerisque opp. Hannoniæ, quod *Bavay* dicitur, esse videtur; Ortel. teste *Velt sick* pag. est.

Cæs. Belgium, aliis, ut Glareano & Vigenereo, est *Bavay*, opp. Hannoniæ; aliis, ut Cognato & Guiciardino, est *Beauvois*, urb. Picardiæ; al. quod magis probo, est reg. Gall. Belgicæ Borealis: siquidem Cæs. lib. 5. de bello Gall. sub Belgio plures civitates comprehendit, in quibus legiones hyemabant. In Belgio, quod regi Hispano subest, tres metropoles sunt à Philippo 2. erectæ, Cameracens. Machliniens. & Trajectens.

Urbes Belgii & Germaniæ inferioris, majoribus asterismo indicatis.

Aldenardum, Flandriæ
* Amsterodamum, Hollandiæ
Ariscotum, Brabantiæ
Atrebates. vide Origiacum
* Audomarum, Artesiæ
Augusta Eburonum. vide Leodium
* Antuerpia, & Andoverpum, Brabantiæ
* Aquægrani, & Aquisgranum, Juliacensis ducatus
Arenacum, Geldriæ
Bastonia, & Bastonacum, Lucemburg. ducat.
Bonna, Coloniensis episcopatus
* Boscum ducis. vide Sylva ducis
* Brugæ, Flandriæ
* Bruxellæ, Flandriæ
* Cameracum, Hannoniæ
Campi, Transisalaniæ
Clivia, & Clivensis arx, ducatus cognominis
* Colonia Agrippina, episcopatus cognominis
Corteriacum, Flandriæ
* Daventria, & Davontria, Transisalaniæ
Delphi, Hollandiæ
Docum, Frisiæ occidentalis
* Dordracum, Hollandiæ
* Duacum, Flandriæ
Dusseldorpium, comitatus Bergensis
Embrica, Clivensis ducatus
Exclusa, Flandriæ
Flevo, & Flevum, Frisiæ occidental.
* Gandavum, Ganda ante, & olim Clarinea, Flandriæ
Geldria, ducatus cognominis
* Groninga, & Gruninga, olim Philæum, provinciæ cognom.
Haga, Hollandiæ
* Harlemum, Hollandiæ
Herculis Castra, Geldriæ
Huionum, & Huum, Leodiensis episcopat.
Hypræ, Flandriæ
* Insula, Flandriæ
Juliacum, ducatus cognominis
* Legia, & Leodium, episcopat. cognominis
* Leuardia, conventus jurid. Frisiæ occident.
* Lovanium, olim Grudii, Brabantiæ
* Lucemburgum, Latine Alisuntiopolis, ducatus cognominis
Lugdunum Batavorum, Hollandiæ
Lymburgum, quasi Lymeburgum, ducatus cognominis
* Machlinia, Brabantiæ
Marcodurum, ducatus Juliacensis
* Metelburgum, Zelandiæ
* Montes, Hannoniæ
* Namurcum, comitatus cognominis
* Navalia, Suolis nunc putatur, Transisalaniæ
* Noviomagus, Geldriæ
Nuesium, Coloniens. episcopatus
Orchianum, Flandriæ
* Origiacum, quæ & Atrebates, Artesiæ
Orolaunum, Lucemburgi ducat.
Pons Scaldis, postea Valentianæ & Valencenæ. vide ibi
Roterodamum, Hollandiæ
Ruremunda, Geldriæ
Stauria, antea Sturii, Frisiæ occidental.
Suolis. vide Navalia
Teutoburgium, Cliviæ
* Sylva ducis, Brabantiæ
Theodonis villa, Lucemburg. ducat.
* Tornacum, Flandriæ
* Trajectum superius, Brabantiæ
* Trajectũ inferius, quod & Ultrajectum, & Utricesium, olim Antonina, Ultrajectinæ provinciæ
Trudonium, Brabantiæ
Venloa, Geldriæ
Vada, Geldriæ
Valentianæ, & Valencenæ, quasi Vallis cygnea, Hannoniæ
* Vesalia, Cliviæ
Veteres Marsi, Transisalaniæ
Veteres Salii, Transisalaniæ
Xanthus postea Santæ, Cliviæ
* Zutphenum, comitatus cognominis

Belica, sive Bellica ut al. cod. habent, *Belay*, urb. episc. Allobrogum sub archiep. Vesuntino in Sabaudia ad Rhodanum fluv. inter Lugdunum & Genevam 12. leuc. Ant.

Belion *Lima*, fluv. Hisp. vide Limæa. Strab.

Belisama, *Ribel* teste Camd. æstuarium Albionis in ora Angliæ occidua apud Prestonum opp. in com. Lancastrensi. Ptol.

Belisensis ecclesia: vide Belica. nam Belicens. ecclesia legendum est. Lib. Conc.

Belitio, al. Berinsona, *Belinzona*, opp. Insubriæ ad Ticinum fluv. præterfluentem, haud procul ab ostio illius in Verbanum lacum, sub Helvetiis, gemina arce præmunitum, à Lucano opp. 12. mil. pass. Adulam mont. versus. P. Diac.

Belitræ urb. Latii. vide Velitræ.

Belius, flumen parvum Palæstinæ ex mont. Carmelo apud Ptolemaidem fluens. vide Belus. Joseph.

Belli, pop. Hisp. in Celtiberis, quorum opp. Segeda App. Alex.

da est teste Ortel. Bellitani à Plin. dici videntur. iis proximi erant Titthi & Arevacæ.

Mel. Bello. vide Belo.

Bellocasses, pop.& urb. Gall. vide Velocasses.

Sidon. Bellonoti, pop. Sarmatiæ Europ. quorum mem. Sidon. in panegyric. Avito,

" *Chunus, Bellonotus, Neurus, Basterna, Toringus.*

Cæs. Plin. Ptol. Bellovaci (non Bellovacum, ut habet Thes. ling. Lat.) *Beauvois* pop. & *Beauvais* urbs Gall. Belg. in Picardia, inter Parisios 16. & Ambianos 14. leuc. quorum reg. *Beauvoisin*: episc. sub archiep. Rhemensi cujus episcopus comes est, & unus ex 12. regni Gallici proceribus. De pop. multa apud Cæs. Hos mem. Act. Sincerus ecloga 3.

" *Bellovacos, Morinosque, & (quos quis dicere possit?)*
' *Tarbellos* ------

G. Turon. Belna *Beaulne*, opp. Gall. Celt. in Burgundiæ duc. præclarum apud Araris ripam, inter Cabillonum ad merid. 7. & Divionem in arctos 9. leuc. apud Bibracte.

Strab. Belo, Bælo Ptol. Bello Melæ, *Tariffa* Gerundensi, *Brabate* Clusio, opp. Hisp. Bæt. in ora Vandalitiæ, quod adhuc nomen retinet, (*Belona* enim dicitur) excisum apud Brabatem fluv. inter Calpen urb. ad merid. 5. & Conilium opp. 3. apud Tariffam, à Tingi urbe Maurit. 30. mil. pass. Belo item fluv. ejus oræ varie indigitatur, *Trafalgar* Junio, al. *Rio Vernator* : sed est *Rio Barbate* juxta Belonem opp. fluens.

Ven. Fort. Belsia *Beaulse* vel *Beause*, reg. Gall. Celt. late patens inter Parisios ad ort. & Britanniam minorem ad occ. ac inter Ligerim fluv. ad merid. & fines Normanniæ ad Bor. quanquam ultra Ligerim etiam extenditur: in qua urbes, & pop. Carnutes, Aureliani, & Cenomani.

Ptol. Belsinum, Balsio Anton. *Borja*, urb. Hisp. Tarracon. in Celtiberis, & regno Arragonio, inter Cæsaraugustam 10. & Turiasonem ad occ. 5. leuc. *Beljoco* pag. proximus videtur Henr. Coquo, ita ut *Borja* novum Belsinum, non vetus sit.

G. Turon. Belsonancum, *Bastonach* Germ. *Bastoigne* Gall. opp. sive urbs Germ. infer. in medio duc. Lucemburgens. emporium illius, à Lucemburgo 8. leuc. in Bor. Bastonia à recentibus.

Plin. Ptol. Belunum (non Bellunium, ut in Thes. ling. Lat.) *Cividal di Belluno*, urb. Venetiæ episc. sub patriarc. Aquileiensi in Marchia Tarvisina, intra montes Taurisanos, ad Anassum fluv. à Feltria 15. mil. pass. in ort. à Tarvisio 40. Ceneta in medio.

Plin. Belus, fluv. Palæstinæ apud Ptolemaidem 2 stad. fluens ; apud quem vitrum primo inventum, teste Plin.

Plin. Bembinadia, parva reg. Arcadiæ, quæ & Nemæa, ubi Bembina vicus ; unde Bembinatis bellua apud Plaut. in Mil. & apud alios poetas, idem quod leo Nemæus ab Hercule interfectus.

Strab. Plin. Sext. Aur. & al. Benacus, Bænacus Ptol. Lacus Lydius Catullo, *Lago di Garda*, *Gardsee* Germ. lacus Venetiæ in finibus Cenomanorum, ac in Marchia Tarvisina, inter Brixiam ad occid. & Veronam ad ort. à qua 12. mil. pass. abest, longus inter Piscariam arcem ad merid. & Ripam opp. ad Bor. ad 40. mill. pass. latus ubi plurimum ad 6. licet Strabo long. 500. faciat, latit. 30. Ex eo Mincius fluv. effusus Mantuam in austrum defertur. anguillis abundat. Hic carpio piscis nobilis tantum reperitur, & anguillæ plurimæ capiuntur. Mem. Benaci præter Virg. lib. 2. georg. Claud. in epithalamio Palladii & Celerinæ,

" *Quas Benacus alit, quas excipit amne quieto.*

Mel. Benacum *Tusculano*, opp. excisum apud Tusculanum pag. in ora lacus Benaci orientali. Pop. Benacenses apud Vopiscum.

Benda urb. est Macedoniæ episc. sub archiepisc. Dyrrachino, in ora occidua, in Albania regione. Curopal.

Beneharnum, Benarna Turonens. Hortensis hodie teste Scalig. *Orthes*, opp. Aquitaniæ in Bearnia reg. apud Hispaniæ fines, quæ reg. *Bierne* vel *Bearn* dicitur, titulo principatus insignis. in qua urbes episcopales sub archiep. Auscensi 2. Lascura & Elorona. Palum vero regionis conventus est. Hortesium vero abest à Lascura 2. leuc. à Palo 4. Baionam versus. Ant.

Beneventum, prius teste Plin. Maleventum, Venebentus quoque Ptol. *Benevento*, urb. archiep. & colon. Hirpinorum in regno Neapolit. ad Calorem & Sabbatum flum. ad Pontif. max. cui ab imp. pro Bamberga urbe Germ. in Franconia donata est, spectans, à Diomede una cum Arpis in Apulia condita. Concordia colonia apud Frontinum. Abest à Capua 28. mil. pass. à Neapoli 32. à Salerno 34. Ejus mem. Hor. sat. 5. lib. 1. Polyb. Strab. Plin. & al.

" *Tendimus hinc recta Beneventum; ubi sedulus hospes.*

Benlauni, pop. Vindeliciæ, quorum opp. *Wailheim* esse videtur Ort. seu *Weilhaim* in Bavaria, à Monachio 7. leuc. apud Scongam opp. Sueviæ 2. distans. Alterum hujus nominis opp. est in Nariscis, inter Ingolstadium & Pappenhemium 3. leuc. Ptol.

Bennaventa, in aliis Bennavenna, * *Northampton* teste G. Camd. urb. Britanniæ in Anglia, inter Londinium & Eboracum in Bor. à Londinio 73. mil. pass. Sed apud Lelandum est pag. in eod. tractu *Northeavondune*. [* Camdeno potius est *Wedon* à Northamptona ad 6. vel 8. mil. pass. distans.] Anton.

Bennopolis *Hildesheim*, urb. Germ. in Saxonia, & duc. Brunsvicensi, episc. sub archiep. Moguntino, à Brunsvico 6. leuc. in Africum. Quæ etiam Latine Hildesia, & Hildesium dicitur. Nomen habet à D. Bennone illius episcopo. Script. Germ.

Bepyrrus, mons Asiæ. Sic Taurus mons appellatur in India extra Gangem, apud Damasos montes, ex quibus duo flumina Daonas & Dorias effluunt, & in sinum magnum excurrunt. Ptol.

Beranensium urb. *Bierne* teste Cœnali, urb. in Aquitania. Sed *Bierne* nomen regionis est, non urbis. vide Beneharmum. Lib. Prov.

Berbis, *Barbowyna* teste Laz. opp. Pannoniæ infer. in Hungaria. Ptol.

Bercorcates, pop. Aquitaniæ, quorum opp. sive pag. hodie *Beaulieu* nonnullis dici videtur. Plin.

Berecynthius, mons Asiæ in Phrygiæ magnæ & Cariæ conf. apud Marsyam fluv. & Celænum mont. haud valde ab Apamia urbe distans : apud quem Cybele mater deorum colebatur, ab eo Berecynthia dicta ; Virg. lib. 9. Æn. Plin. Plut.

" *Ipsa Deum fertur genitrix Berecynthia magnum*
' *Vocibus his affata Jovem*------

Scribitur etiam Bereacynthus, ac Berecyntus sine adspiratione. Berecynthius tractus, monti vicinus, multa buxo abundans, teste Plinio lib. 16. c. 16.

* Berenice, Hesperia Melæ, *Bernich* teste Marm. urb. Cyrenaicæ marit. archiep. una ex quinque urbibus Pentapolitanæ reg. inter Boreum prom. ad Syrtim magnam, & Arsinoen urbem ad ortum, à qua 47. mil. pass. recedit. Nomen habet à Berenice regina, quæ Ptolemæo 3. regi nupsit teste Sol. Hinc Berenicis patronym. Luc. lib. 9. Plin. Strab. Ptol. & al.

" *Separat ardentem tepida Berenicida Lepti.*

Hic erant Hesperidum horti adeo celebres apud veteres, & lucus sacer. [* Selden. manuscr. Ptol. habet **Βερονίκη**.]

Berenice altera, Berniee Arriano, *Chosair* Zieglero, seu *Alchasir* Nigro, al. *Celir*, urb. Ægypti ad sinum Arabicum in Æthiop. confin. Utraque à Ptolemæo rege condita, ac de uxoris nomine dicta. Hæc à Ptolemaide ferarum, urbe Æthiopiæ ad eundem Plin. Ptol.

dem sinum 602. mil. pass. in occid. recedens.

Ptol. Beretra, *Celino* teste Nig. opp. Prægutiorum in Aprutio, inter Atriam urb. & Montorium, ab Atria 4. mil. pass. Aliis videtur esse ipsum Montorium, opp. ejusdem tractus non obscurum apud Vomanum fluv. ab Interamna urb. 7. mil. pass. ab Atria 12. in occ. seu in Africum.

Ptol. Bergidum, Vergium Liv. ut aliquibus videtur, *Vierzo*, op. olim, nunc pag. Ilergetum Hisp. Tarracon. in Catalaunia. Aliis *Berdun* pag. ejusd. reg. à Barcinone 14. leuc. à Cervaria 3. Mihi diversa loca videntur; ita ut Virgium nunc *Vierzo*, Bergidum *Berdun* vulgo dicantur. Non sine errore in Thes. ling. Lat. *Urgel* indigitatur; cum hæc urbs sit Orgella.

Ant. Bergintrum, *S. Bernardo* teste Siml. cœnobium Cistercienſium opulentum in Alpibus Graiis, inter Arebrigium 24. & Tarantasiam urb. ultra Alpes in Sabaudia 19. mil. pass.

Liv. Bergistani, pop. Hisp. citer. quorum opp. (sive pag.) *Berga* Oscæ urb. finitimum, teste Jo. Mariana, putatur. Al. *Berga* opp. in Catalaunia inter Minorissam urb. 6. & Jugum Ceretanorum in Bor. 5. leuc. Sed hoc Bergusia Ptol. diei videtur.

Plin. Ptol. & al. Bergomum *Bergamo*, urb. Cenomanorum Venetæ ditionis episc. sub archiep. Mediolanens. in mont. Orobiorum, ampla & probè munita, inter Mediolanum, & Brixiam ad ortum, utrinque 30. mil. pass. quot à Como in ort. Ab Orobiis pop. una cum Como & Foro Licinii teste Catone condita. Olim sub ducat. Mediolanens. nunc Venetis parens.

Plin. Bergos *Bergen*, urb. Scandinaviæ marit. in ora occ. (ubi meridionalis incipit) Norvegiæ, illius empor. & regia, episc. sub archiep. Nidrosiensi, à prom. Cimbrorum 60. leuc. inter occ. & Bor. contra Britanniam secund. hoc est contra Scotiam in occ. distantem. Tametsi Plin. illam ins. facit apud Britanniam, à qua tamen ad 20. leuc. mari distat.

Ptol. & Ant. Bergula, quæ & Bergulæ, & Arcadiopolis teste Cedreno, *Bergas* Mercat. & al. urb. episc. Thraciæ mediterr. inter Hadrianopolim ad occ. 54. & Heracleam ad ort. 47. mil. pass. nunc inter metropoles habita.

Ptol. Bergusia, Percusa vel Pertusa Ant. *Pertus* teste Beuth. cum Varrerio, opp. olim, nunc vic. Hisp. citer. in Catalaunia, inter Papirianum 4. & Juncariam 3. leuc. à Gerunda 8. in Bor. Papirianum versus, apud Pyrenæi mont. jugum. Pop. Bargusii Liv. & forsan Steph. Al. est *Berga*, opp. Catalauniæ inter Minorissam urb. 6. & Jugum Ceretanorum supra 5. leuc. distans.

Ant. Bergusia altera *Burgoin*, opp. Gall. Narbon. in Delphinatu apud Sabaudiæ fines, inter Lugdunum 6. & Cambericum urbem Sabaudiæ 10. leuc.

Vet. Trad. Berinsona *Belinzona*, opp. Insub. ad Ticinum fluv. inter Mediolanum, & Uriam Helvetiorum primam urbem occurrentem supra 50. mil. pass. vide Belitio.

Script. Ger. Berlinum *Berlin*, urb. Germ. præclara in Marchia Brandeburg. ad Goylam fluv. principis sedes, à Viteberga 12. leuc. Francofordiam ad Oderam versus 9. de quo lib. 5. itin.

" *Linquere Berlinum Phœbo surgente placebat,*
" *Wistochium rectam versus & ire viam.*

Ptol. Bermius, mons Maced. (non Thessaliæ, ut in Thes. ling. Lat.) in austrum vergens, in Epiri & Thessaliæ conf. Pindo finitimus: ad cujus radices Myeza, Atinium, & Ctemenæ oppida. Ibi etiam lacus ab eo Bermicus appellatus.

Plin. Bernenses, populi Rhætiæ, quorum urb. Bern teste Ortel. qui valde fallitur; cum Berna urb. sit Helvetiorum inter Salodorum & Friburgum urbes sita, apud fines Equestrium, longissime à finibus Rhætorum distans.

Beroa, Berrhœa al. vide ibi.

Berones, pop. Hisp. Tarracon. Cantabris finitimi, quorum opp. *Briones* esse videtur Dominicopoli proximum, inde 3. leuc. Burgos in occ. versus 11. A Silio Verones nominari videntur à Verone fluv. cujus mem. Martial. vide ibi. Ant. Strab. Ptol.

Beronice, urb. Ægypti ad sinum Arabicum, *Chosair*, sic dicta à matre Ptolemæi Philadelphi regis. vide Berenice. Strab.

Berrhœa urbs gemina; una in Maced. apud mont. Bermii radices, *Veria* teste Soph. *Boor* Turcis teste Leuncl. inter Thessalonicam ad Cæc. 50. & Dium in austrum 33. mil. pass. Pellæ proximior, ad Haliacmonem fluv. episc. sub archiep. Thessalonicensi; nunc metrop. Altera in Syria, Plin. Berœa, Beroa Anton. Beroe Steph. *Aleppo* nunc testib. Zonara, Cedreno, P. Gyll. & al. media inter Antiochiam & Hierapolim ad 30. mil. pass. inter Chalcidem 18. & Hemesam 42. urbs maxima totius Syriæ, à Damasco itinere 10. dierum in Bor. distans. Scribitur & Beroe à Beroe Dorycli conjuge, de qua Virg. lib. 5. Æn. Plin. Strab. Ptol. & al.

" *Fit Beroe Ismarii conjux longæva Dorycli.*

Bersabee, *Gibelin* Brochard. Gistello & Volaterrano testib. vel *Gallyn* al. *Bethgebrim* Arabice teste G. Tyrio, urbs Palæstinæ, regni Judaici quondam terminus ad merid. à Gaza 8. mil. pass. in ort. ab Hebron supra 20. in austrum. Lib. Reg.

Bersinum, vel Belsinum, locus Gall. Celt. apud Lugdunum, 12. mil. pass. ab eo distans. Ant.

Berubium, prom. Albionis, *Dunis Bei* teste Buchanano, *Dume* Boeth. prom. Scotiæ in ora orientali. Al. *The cape of S. Andrews* appellant apud Andreapolim urbem. Ptol.

Bervicium *Berwick* & *Barwick*, urbs Albionis in ora orientali in Angliæ Scotiæq; confin. probe munita, ab Anglis Scotis erepta, inter Dunelmum ad merid. 60. & Edimburgum Scotorum regiam ad septent. 30. mill. Angl. distans. Veterib. Bremenium dicta putatur. Scrip. Brit.

Berytus *Baruti*, colon. & urb. archiep. Phœniciæ littoralis sub patr. Antiocheno, inter Byblum ad arctos 34. & Sidonem in austrum 30. mil. pass. à Tripoli 70. ex itin. Anton. sed apud recent. inter Tripolim 40. & Damascum 60. urbs clara, & empor. celebre. cujus mem. Dionys. Afer. Strab. Plin. Ptol. & al.

" *Antiquamque Tyrum, Beryti & mœnia grata.*

Besbicus, *Calonio* Mercat. & Bellon. *Zoegua* Theveto, al. *Isola del Principe*, ins. Propontidis ab ostio Rhyndaci fluv. 18. mil. pass. distans, Proconneso finitima: quæ & Besbycus scribitur. Plin. Amm. Steph.

Bescia, Vescia Liv. Vescianum Cic. *Vesciano*, opp. Camp. in Hirpinorum confin. apud Nolam urb. teste Ambr. Leone. Steph.

Besidiæ, *Bisignano* teste Scipion. Mazzella, quasi Besidianum, urb. Brutiorum in Calab. cit. episc. exempta, titulo principatus clara, inter Consentiam 15. & Roscianum 20. mil. pass. Liv.

Besippo, Bæsippo Ptol. *Ciclana* teste Schotto, opp. Hisp. Bæt. in ora, inter Calpen 36. & Gades 30. mil. pass. ex itin. Anton. ubi numeri depravati: nam Ciclena opp. à Gadibus 2. leuc. tantum distat, inter Conilium & Portum regalem. Plin. Mel. Ant.

Bessi, pop. Thraciæ, seu Mysiæ in conf. ad Hæmum mont. incolentes. quorum reg. *Bessarabia* in Mysia infer. nominatur. Alii in Thracia locantur à Plin. & Sol. inter Strymonem & Nestum flum. Bosniæ etiam reg. *Bossen* vulgo, à Bessis pop. eo ex Mysia profectis nomen traditur. Hos mem. Ovid. lib. 3. trist. eleg. 10. Cas. Strab. Liv. & al.

" *Sauromatæ cingunt fera gens, Bessique, Getæque.*

Anton. Betarum, sive Betharum, opp. olim, nunc pagus (vide Betharo) inter Cæsaream 18. & Diospolim 22. mil. pass. alibi vero 28.

Plin. Tac. Betasii, pop. Belgii in Brabantia, teste B. Rhenano, quorum tractus *Peelandt* appellatur, & vic. *Beet's* teste P. Divæo, nomen antiq. referre videtur. Alhorum urbem Bethuniam in Artesia esse volunt.

Liv. Beterones, pop. Hisp. Tarracon. inter Saguntum & Liriam: quorum adhuc manet pag. exiguus, vulgo *Beters*, ubi Hamilchar Carthaginens. cæsus est.

Sac. Lit. Bethania, opp. sive castellum olim Judææ, nunc vicus proximus Hierosolymis, juxta mont. Olivetum, ab Hierosolymis 2. mill. pass. prædicto mont. intersito, ab Hiericho 20. Bethania altera trans Jordanem fluv. Mem. Bethaniæ Sedul. lib. 4.

" *Talia Davidicam post facta reliquerat urbem,*
' *Bethaniæ vicina petens.* — —

Doroth. Betharia, campus Palæstinæ ubi Zacharias propheta sepultus est, apud Eleutheropolim urb. inde 5. mill. pass. ab Hierosolymis 20.

Ant. Betharo, Bætharrus Steph. opp. Palæstinæ inter Cæsaream, & Diospolim in austrum vergentem, inde 18. hinc 22. mill. pass.

Bibl. Bethel, *Sargoreg* teste Benjamin, opp. Palæstinæ in terra Benjamin, ab Hierosolymis 12. mill. pass. quod & Luza, & Bethaven, hoc est, domus iniquitatis dictum fuit, quod per se domus Dei significat.

Bibl. Bethleem, prius Ephrata, à Jebusæis condita, unde forsan Betholene toparchia Plin. urb. Judææ episc. sub patr. Hierosolymitano à Paschali 2. pont. max. effecta, cum cœnobio, quod manet urbe excisa, ab Hierosolymis 7. mil. pass. Hebron versus in austrum. Episcopatus illius manet apud Gallos: episcopatûs n. in xenodochio apud Clametium opp. agri Altisiodorens. loci-præfectus sedem habet; sicuti Nazarenus archiep. Baroli in Apulia, qui & Carmeli & Mont-viridis etiam episcopus est. Hinc Bethleemiticus nom. gent. & Bethlæus. Mem. urbis Juvenc. lib. 1.

" *Hospitium amborum Bethlem sub mœnibus urbis.*

Sedul. lib. 2.

" *Talia Bethlæis dum signa geruntur in oris.*

Joseph. Bethmaus, vicus Palæstinæ apud Tiberiadem, 4. tantum stad. inde distans.

Bibl. Bethsaida, opp. Palæstinæ apud lacum Genesareth, quæ & Julia, à Nephtali 6. mil. pass. distans in austrum Magdalum castrum versus, Tiberiadi quoque propinquum, ac Bethuliæ & Scythopoli, à Nazareth 10. mil. pass. pene excisum jacet nomen antiq. retinens.

Bibl. Bethsames, opp. Palæstinæ geminum, unum in tribu Nephtalim, alterum in tribu Benjamin, teste D. Hieron. Posterius Accaron urbi finitimum est, 8. mil. pass. inde distans Hierosolymam versus.

Bibl. Bethsan, urb. Palæst. apud lacum Genesareth. vide Scythopolis.

Bibl. Bethsor, sive Bethsur, *Bethoron*, opp. Palæst. in tribu Juda, sive Benjamin, ab Hierosolymis 20. mil. pass. apud Chebron teste D. Hieron.

Hirt. Bethuria, reg. Hisp. Lusit. *Estremadura.* vide Bæturia.

Sil. Beticolæ sive Bæticolæ, pop. Hisp. circa Betim fluv. incolentes, Sil. lib. 1.

" *Bæticolasque viros spatiis agitabat iniquis.*

Betis, fluv. Hisp. Bæt. vide Bætis.

Ptol. Betius, fluv. Arabiæ fel. ex Zamito mont. oriens, seque in mare rubrum exonerans. Vide Zamitos.

Bibl. Betulia, opp. Galilææ inter Ptolemaidem & Tiberiadem; inde 35. hinc 6. mil. pass. teste Brochardo, non longe à Nephtali & Dothain, à Cana Galilææ 13. mil. pass.

Betullo, fluv. & opp. Hisp. cit. opp. *Badelona*, (non *Beson*, ut in Thes. ling. Lat.) & fluv. *Beson*. vide Bætulo. Mel.

Betulo, opp. Hisp. Bæt. apud Biatiam & Ubedam excisum, teste Mor. Liv.

Betys, fluv. Hisp. Bæt. sic apud Claud. de laudib. Stil. lib. 2. Claud.

" *Sustinet, ut patrium commendet purpura Betym.*

vide Bætis.

* Biandina, sive ut al. cod. habet Biadyna, opp. Peloponnesi in Laconica in ora littorea, *Prignico* teste Nig. apud ostia Eurotæ Maleam prom. in ort. versus. Al. urb. *Rampano.* [* manuscr. Selden. Βιάδυνα.] Ptol.

Biatia *Baeza*, urb. Hisp. Bæt. apud Bætim fluv. olim episc. sub archiep. Toletano, Ubedæ urb. vicina, ab ea 1. leuc. distans, in Vandalitia, anno sal. 1212. una cum Ubeda Christianis recuperata, supra 200. mill. Maurorum cæsis. Plin. Ptol.

Bibacum *Bibrach*, urb. Germ. libera in Suevia, ab Ulma 3. leuc. Constantiam versus distans. Ptol.

Bibali, pop. Hisp. Tarracon. quorum opp. Forum Bibalorum, vulgo *Fomillam* dicitur, nunc pag. Ptol.

Bibasis, Hypasis Plin. Hypanis Strab. fluv. Indiæ cit. vide Hypanis. Ptol.

Biberiacum *Labina*, opp. agri Cremonens. ad Ollium fluv. vide Bebriacum. Hic Otho à Vitellianis superatus. Sueton.

Bibiscum, Ubiscum in aliis, *Vivis* teste Siml. opp. Gall. Narbonens. ad lacum Lemanum, inter Octodurum 32. & Aventicum opp. Helvetiorum, sive Equestrium in Bor. 29. mil. pass. à Seduno 57. in occ. à Lausonio 23. Ant.

Bibium, sive ut habent al. cod. Bilbilis, vel etiam Bibilis, *Beligraz*, opp. Iapodum in Carniolæ & Liburniæ conf. à Senia urb. Liburnica 38. mil. pass. in Bor. Sisciam versus 59. Arupeno finitimum, ab eo 10. mil. Ant.

Biblis, fons Lyciæ, in quem Biblis soror Cauni conversa est, teste Ovid. lib. 9. metam. Ovid.

" *Sic lacrymis consumpta suis Phœbeia Biblis.*

Bibonum, *Bebelingen* ut aliquibus videtur, opp. Suevjæ ad Nicrum fluv. Sed teste Rhenano *Bebenhausen* est opp. Sueviæ in duc. Wirtenbergens. inter Tubingam 1. & Villam urbem 3. leuc. quod & Fabiana castra. vide ibi. *Bebelingen* vero, seu *Bebling*, opp. est ejusd. tract. inter Villam & Phorcenam, inde vix 2. inde 4. leuc. distans. Corn. Tac.

Bibracte, *Beurect* (non *Beaulne*, ut apud Thes. ling. Lat.) teste Jo. Macario, opp. olim Heduorum præclarum, nunc vic. Burgundiæ apud Belnam opp. clarissimum obscurus, ab Augustoduno supra 4. leuc. à Divione 7. Sed Orontius putat Bibracte esse ipsam Belnam, quæ videtur ex ruinis illius exstructa, potestque novum Bibracte appellari, non vetus, quod adhuc monstratur. Cæs. Strab.

Bibrax, *Braine* teste H. Leodio, opp. Gall. Belg. in finibus Suessonum, ab illis 4. leuc. vel *Bray* H. Steph. oppid. comit. Retelens. Al. ut Vigenereo, *Bresne.* Cæs.

Bibroci, pop. Britanniæ, *Bibrogger* teste Glareano; sed G. Camd. *The hundred of Bray*, tractus Angliæ in Bercheria regione, apud Windlesoram, quod magis probo. Cæsar.

Bice, Byce Ptol. palus Sarmatiæ Europ. ad paludem Mæoticam, circa isthmum Tauricæ Chersonesi, Buges Plin. quod nomen etiam est fluv. *Sesehan* teste Mol. de qua Val. lib. 6. Argon. Val. Flac.

" *Quique lacum cinxere Bicen, non defuit Anxur.*

Bicurgium, *Erffurdt* teste Pyramio, aliis *Erfurt*, & *Erdfurt*, urb. Germ. amplissima, Thuringiæ caput, ad Geram fluv. media inter Herbipolim urbem Franco- Ptol.

Franconiæ, & Vitebergam urbem Saxoniæ in Cæciam 22. leuc.

Ant. Bidaium, *Dietmaning* teste Laz. opp. Norici in Bavaria in tractu Salisburgens. non in Austria, ut scribit Ortel. inter Pontes Oeni 3. & Salisburgum in Eurum 5. leuc. Simlero est *Birckhausen* opp. proximum. al. *Lauffen* à Salisburgo 3. leuc.

Chalcond. Bidina, seu Bidinum, urb. Mysiæ sup. vide Bydena.

Cic. Plin. Bidini, pop. Siciliæ, quorum opp. Bidis Cic. *Bizini*, inter Syracusas & Ennam ad 30. mil. pass. vel teste Faz. opp. excisum, nunc vic. S. *Giovanni d' Abidini* vulgo, à Syracusis 15. mil. pass. versus Ennam & Leontinos, ubi ejus rudera cernuntur.

Script. Germ. Bidiscum *Bitsch*, opp. & comitat. Germ. super. in Alsatia, inter Hagenoam 5. & Bipontum 6. leuc.

Ptol. * Biducenses, pop. Gall. Celt. in ora Normanniæ apud fines Britanniæ min. [* Selden. manuscript. Βιδουκέσιοι in Pal.]

Ptol. Biessi, pop. Sarm. Europ. vide Bessi, sunt enim iidem.

Lib. Conc. Bigastrum urb. fuit episc. sub archiep. Toletano in Hisp. Tarrac. in eo tractu qui *la Mancha* nominatur, versus Cazorlam opp. Bagastra apud Jo. Marianam legitur, qui illam Oriolæ urb. proximam facit, quod una illius urbis porta adhuc *Magastra* quasi Bagastrensis nominetur. Quod etiam Morali probatur.

Liv. Ptol. Bigerra, *Bejar* testibus Vasæo, Beuthero, & Mariano, opp. Hisp. Tarracon. in Bastetanis apud conf. regni Valentiæ, Castellæ & Murciæ, Villenæ urb. proximum, 1. leuc. ab ea distans: quod & Apiarium Latine dicitur. Aliis est ipsa *Villena* urb. & marchionatus in regno Castellæ, ab Alonis 8. leuc. in occ. à Murcia 12. in Bor.

Cæs. Bigerriones, sive Bigerrones ut al. cod. habent, Bigerri Plin. (non Begerri, ut habet Thes. ling. Lat.) Begeritani Auson. pop. Gall. Aquit. ad mont. Pyrenæum in Hisp. confinio, quorum reg. *Bigorre*, testibus Orontio, Vineto, & Scaligero nominatur, comitatus. In ea Begorra, seu Bigerra urb. episc. cujus mentio in concil. Matisconens. fit; Tarba nunc urb. & Lapurdum opp. cum aliquot aliis. Bearniæ reg. attigua est in occ. vergenti.

Ptol. Bilæna, *Beron* teste Cast. ex conjectura, & aliqua nominis allusione, urb. Arab. fel. in ora maris rubri ad ort. Gerræ urb. quondam claræ proxima. Bilbana habent Lat. codices.

Strab. Bilbilis, Bilbis Ptol. *Baubola* seu *Bambòla* testib. Hieron. Zurita, & Ant. Augustino, urb. excisa Hisp. Tarrac. in Celtiberis in monte apud Salonem fluv. subterfluentem, (nunc pag.) apud *Calatayud*, à Mauris condita, & de conditoris nomine dicta, urb. regni Arragonii, quæ nova Bilbilis dici potest, inter Cæsaraugustam 14. & Segontiam 16. leuc. in via quæ Toletum & Madritum ducit occurrens. Pop. Bilbilitani.

Trogo. Bilbilis etiam ejusdem loci fluv. in Salonëm influens, ferri temperaturæ aptissimus, *Xiloca* vulgo teste Varrerio. De Bilbili Mart. lib. 1. epigr. 49.

' *Videbis altam, Licinianc, Bilbilim,*
' *Equis & armis nobilem,*

Et lib. 10. epigr. 103.

" *Municipes Augusta mihi quos Bilbilis acri*
" *Monte creat, rapidis quem Salo cingit aquis.*

Auson. quoque in epist. 25.

" *Bilbilis, aut hærens scopulis Calagurris habebit.*

Hinc Bilbilitanus, a, um, ut poeta Bilbilitanus, id est Martialis.

Chron. antiq. Bilbium, *Castillo Villovio* teste Mor. locus Hisp. Tarracon. apud Nagaram urb. non procul à cœnobio quod *S. Maria della Cogolla* appellatur.

Bilis, locus Palæstinæ Hierosolymis proximus ad 5. mil. pass. *Mahomena* vulgo teste Guil. Tyrio. *Tyrio.*

Bilumnum, *Beauvois* teste Siml. opp. Gall. Narbon. in Sabaudia, à Tarantasia 13. mil. pass. versus Viennam distans. *Ant.*

Bimonium, seu potius Binovium, vel Vinovium, (est enim varia lectio) *Binchester* teste Camd. opp. Albionis in Anglia [in episcopatu Dunelmensi, à Dunelmo ad 7. mil. pass. in austrum.] *Ant.*

Binæ, & Bacenas, *Binasco* teste Gaud. Merula, pag. Insubriæ in via medio itinere inter Papiam & Mediolanum occurrens, ubi cauponæ multæ. *Trad. Antiq.*

Binchium *Bins*, seu *Binch*, opp. Belgii in Hannonia à Montibus urb. 3. leuc. in ortum, à Malbodio 4. in Bor. & Cæc. *Script. Belg.*

Bingium *Bingen*, opp. Germ. super. ad Rhenum, ubi is Nabam fluv. excipit, cum cœnobio, à Moguntia 4. leuc. in Circ. Colon. Agripp. versus. *Tac. Marcell. Ant.*

Binovium. vide Vinovium.

Biottia opp. fuit Macedoniæ, ex quo Biottica reg. Chalcidicæ finitima haud procul ab Olintho, de quo inter Athenienses & Spartanos decertatum est. *Thucyd.*

Bipedimui, pop. Gall. Aquit. quorum urb. *Pamiers* apud Flustates, à Tolosa 7. leuc. in austrum recedens, putatur. *Plin.*

Biracellum, *Vicarello* teste Leandro, opp. Thusciæ ad lacum Sabatinum, à Braceno 5. mil. pass. distans. Sed hoc vicus Aurelii teste Volaterr. veterib. dictus est. *Ptol.*

Birginium, *Berga* teste Gerundens. opp. Hisp. citer. in Catalaunia, à Jugo Ceretanorum 5. leuc. in aust. Minorissam urb. versus. *Scrip. Hisp.*

Birgus, *Barrow* teste G. Camd. fluv. Hiberniæ per Lageniam reg. haud procul à Sacro prom. in ocean. influens. Al. est *Neure* fluv. ingens una cum Suiro (qui præterlabitur Waterfordiam) in Baroum exceptus, ac in ortum fluens. [Hi tres fluvii, juxta Camden. ex montibus Bladinis (Hibernice *Sliew Bloemy*, vel *Slew Bloom*) fluunt, & divisis alveis decurrentes, priusquam oceanum adeunt, concordibus se consociant aquis, unde tres sorores ab antiquis dicti.] *Ptol.*

Birionum. vide Brionum.

Birrus, Byrrus P. Diac. seu ut alii legunt Pyrrus, fluv. Norici, *Putster* teste Laz. per Carinthiam in Dravum fluens. Ejus mem. Ven. Fortun. in vita S. Mart. lib. 4. *Fortun.*

" *Norica rura petens, ubi Birrus vertitur undis,*
' *Per Dravum itur iter - - -*

Birtha *Bir*, urb. Mesopotamiæ apud Euphratem fluv. quæ & Syriæ tribuitur, ab Hierapoli sive Haleppo tridui itinere in ortum distans, episc. sub archiep. Edesseno. Altera, quæ Bithra potius, in Mesopotamia urb. hujus nominis est, sive in Babylonia ad Tigrim fluv. *Ptol.*

Bisa. vide Byzia.

Bisaltæ, pop. Thraciæ in Macedoniæ conf. sive è contra, circa Amphipolim & Philippos urbes incolentes. ubi Bisaltes fluv. Steph. & Bisaltia reg. Sunt & Bisaltæ pop. Sarmatiæ Asianæ Achæis finitimi. Horum mem. Val. Flac. lib. 6. Argon. *Plin.*

" *Proxima Bisaltæ regio, ductorque Colaxes.*

Priorum Virgil. l. 3. georg.

" *Bisaltæ quo more solent, acerque Gelonus.*

Bisanthe *Rodosto*, urb. episc. Thraciæ. vide Rhædestum. Hic error in Thes. ling. Lat. hanc urb. cum Longo muro confundentis, & eam apud Melanem fluv. describentis. *Ptol.*

Bismantum *Bismantua*, mons excelsus cum pago in territ. Regii Lepidi, cujus fit mentio in vita S. Bertulphi abbatis. *Ex vit. S. Bertulf.*

Bisontio, urb. Gall. Belg. maxima Sequanorum: *Ammian. Marcell.*

quæ Cæs. Vesontio, & Ptol. Visontium dicitur. Hinc Besutium pag. agri Mediolanens. apud lacum Verbanum non obscurus, quasi Bisantium, seu Bisontio, à Gallis, ut creditur, teste Merula conditus; unde nobilis Besutiorum familia Mediolani processit. A Mediolano 40. mil. pass.

Fortun. Bissonum, *Bessan* sive *Bisson* teste Vineto, pag. Aquit. in territ. Burdigalens. ab ipsa urbe 7. mil. pass. distans. De quo Venant. Fort. lib. 1. sic ad Placidium,

" *Incola Bissonum vocat hunc de nomine prisco.*
' *Millia sep:em hinc urbs Burdigalensis abest.*

Ptol. Bistonis, Bistonum stagnum Solin. *Poru* teste Soph. lacus Thraciæ, ubi Bistonia urb. epis. quæ & ipsa Porum nominatur, sub archiep. Trajanopolit. Pop. Bistones Plin. Bistonii Steph. Bistonius nom. gent. Ovid. in epist. Paridis,

" *Et tuta à bello Bistonis ora fuit.*

Idem lib. 13. metam.

" *Est, ubi Troja fuit, Phrygiæ contraria tellus,*
' *Bistoniis habitata viris---*

Scrip. Germ. Bistritia, *Besterceze* Hungaris, *Noesen* & *Noesenstadt* Germanis, urb. Daciæ in Transylvania, à Claudiopoli 4. leuc. in Bor. & Cæc. quæ Nentidava Ptol. dicta putatur teste Laz.

Script. Hisp. Bisuldunum *Besalu*, opp. Hisp. citer. in Catalaunia, cum cœnobio & abbatia præclara, inter Gerundam 4. & Papirianum in Bor. 9. leuc.

Europal. Bisunianum *Bisignano*, urb. Calabriæ cit. episc. olim sub archiep. Rhegino, nunc exempta. vide Besidiæ.

Strab. Bisurgis, fluv. Germ. vide Visurgis.

Ptol. Bithias *Bir*, & *Perazuch* teste Nigro, urb. Mesopotamiæ ad Euphratem fluv. in Syriæ conf. Aliis *Bithlis*, urbs inter Hierapolim 26. & Edessam 15. mil. pass. à Carrhis 30. in occ. sive Africum.

Strab. Plin. Ptol. & al. Bithynia, sic à Bithynio rege nominata, cum prius Bebrycia diceretur, reg. Asiæ ad Euxinum mare cum Ponto, & ad Propontidem contra Thraciam sita, *Becsangial* Castal. *Bursia* al. *Osmanili* Turcis, teste Leuncl. Thracia Asiatica dicta Xenophonti, Maliande, Cronia, Strymonis, & Thessalis etiam veterib. nominata, teste Plin. Urbes claræ olim Chalcedon, Nicomedia, Nicæa, Apamia, Heraclea, & quæ nunc cæteris præstat, Prusa. Hinc Bithynius, & Bithynicus, a, um, apud Mart. De ea Claud. lib. 2. in Eutrop.

" *Thyni Thraces erant, quæ nunc Bithynia fertur.*

Ptol. Bithyniæ prom. *Capo di Potinio* teste Mol. ultra Chalcedonem in ore Ponti.

Ptol. Biturgia, opp. Hetruriæ; quod quidam per errorem *Borgo di San Sepolcro* indigitant, cum hæc urbs non in Hetruria, sed in Umbria sit apud Tiberim fluv. à Tiferno 8. mil. pass. in Bor. distans. potius est *Magliano* opp. Senens. ditionis à Telamone 8. mil. pass. Suanam versus 20.

Cæs. Plin. & al. Bituriges, Biturici Columel. pop. & urb. Gall. Celt. archiep. quæ & Bituricæ, *Bourges* ampla metrop. duc. Bituricens. caput pop. & reg. *Berry*, in qua plura oppida eaque ampla continentur. Urbs inter Aurelianos ad Boream 22. & Claromontem urb. Arvernorum in austrum ad 40. leuc. sita circa Galliæ umbilicum. Ejus mem. Luc. lib. 1.

" *Et Biturix, longisque leves Axones in armis.*

Basilicam habet augustissimam, & academiam.

Ptol. Bituriges Vibisci, (priores enim Cubi vocantur) pop. Aquitaniæ, quorum caput est Burdigala urbs.

G. Turon. Biturix, Biturigo Orosio, Bituricæ ecclesiasticis & lib. concil. *Bourges*, urb. archiep. ut dictum est, Biturigum metrop. media inter Aurelianos, & Molinum ad austr. 22. leuc.

Ptol. * Bityla, Vitylum Strab. & Paus. *Vitilo* teste Soph. opp. Peloponnesi apud oram Laconicam, à Tænaro urb. & prom. ad 22. mil. pass. à Thalame opp. 10. [*in manuscr. Seld. Βίτυλα.]

Cic. Bizantium. vide Byzantium. Luc. lib. 11.

" *Fluctus ab Europa, quamvis Bizantion arcto*
" *Pontus, & ostriferam dirimat Chalcedona cursu.*

Scrip. Germ. Bizenia, postea Melincum, castrum Germ. in Bohemia teste Ænea Sylvio. cujus fit mentio in vita S. Venceslai.

Steph. Suidæ, & Ptol. Bizya, & Byze (non Bizen, ut in Thes. ling. Lat.) Byzus Arriano, Bisa etiam Steph. *Vize* teste Leunc. urb. Thraciæ archiep. in mediterr. sedes præfecti, ab Apris 50. mil. pass. in Bor. Bizona etiam Strab. & Melæ. Fuit & Byzon, seu Bizon Plin. opp. Thraciæ inter Apolloniam & Calatim terræ hiatu absorptum.

Lib. Not. Blabia, *Blauet* teste Ortel. opp. cum arce præmunita Gall. Celt. in ora occidua Britanniæ min. inter Venetos ad merid. & Brivatem portum ad arctos, apud Pontem Securum opp.

Nicetæ, & Curop. Blachia, reg. Daciæ cum Mysiæ portione, quæ vulgo Valacchia apud nostrates appellatur: in qua Tergovista metrop. & sedes principis.

Melæ & Ptol. Blanda *Blanes*, opp. Hisp. Tarracon. in ora littorali Catalauniæ, inter Barcinonem ad austrum 8. & Gerundam ad arctos 6. leuc. ad fluv. cognominem.

Plin. Mel. & al. Blanda altera, Blandæ Liv. *Belvedere* teste G. Barrio, opp. Brutiorum in ora marit. Calabriæ cit. inter Corillos ad occ. 9. & Clampetiam in ort. 10. mil. pass. ab Hyela oppidulo 4.

Cic. Blandenona *Broni*, oppidulum Liguriæ in Gall. cispad. & agro Ticinensi, à Ticino 10. mil. pass. medium fere inter Placentiam & Dertonam ad 20. mill. Ejus mem. M. Cic. in epist. ad Cic. fratrem, in epistolarum ad Attic. volumine.

Ex vit. S. Belg. Blanderate *Biandra*, opp. olim, nunc pag. Insubriæ in agro Novariens. apud Sessitem amnem: cujus comites antiqui sub Friderico I. Aug. præsertim memorati, olim cum Novariensibus odia & pugnas exercuere. Abest à Novaria paulo supra 5. mil. pass. à Vercellis ad 15. Id Barderate à Plin. dici putatur; sed situs videtur repugnare.

In vit. S. Bertulph. Blandinium, cœnobium insigne urb. Gandavensis in Flandria D. Petro apost. dicatum: quod propterea vulgo *S. Pietro* nominatur.

Ant. Blandona, Blanona Ptol. opp. Illyrici in Liburnia, medium fere inter Jaderam ad occ. Sebenicum ad ort. & Arauzonam ad Bor. fere 20. mil. pass. dissitum, *Urana* teste Molet. apud oram. littor. Ortel. male Flavonam (quæ in historia est) esse scribit.

Hor. Blandusia fons est in finibus Sabinorum apud Mandelam villam Horatii, de quo is lib. 3. carm. ode 13.

' *O fons Blandusiæ, splendidior vitro.*

Plin. Ptol. Blascon, *Gianea* teste Dalechampio, ins. maris Gallici apud ostia Rhodani fluv. Ortel. Metinam dici à Plin. scribit; sed Metina legitur apud Plin. à Blascone diversa. Blascon aliis *Languillade* hodie dici putatur.

Ant. Blatum Bulgium, sive Ablatum Bulgium ut alii legunt, *Bulnesse* teste Camd. opp. Albionis in Cumberlandia, sive in Cumbria reg. Angliæ ad occ.

Auson. Turon. Blavia, Blabia li. Not. Blavium Turpino, Blavutum ut videtur Ant. *Blaye*, op. Gal. Aquit. apud Garumnam flu. ab ostio illius 12. leuc. à Burdigala urb. 4. in Bor. Santonas versus 16. Hujus mem. Auson. ep. 10.

" *Aut iteratarum qua glarea trita viarum*
' *Fert militarem ad Blaviam.*

Herod. & al. Blemyes, Blemmyes Strab. Blemmyæ Plin. Melæ, & Sol. pop. Æthiopiæ sub Ægypto apud citer. Nili ripam: quos Plin. sine capite oculos in pectore gestantes fabulatur.

Blenæ,

Claud. Blenæ, pop. Libyæ, qui & Bleptæ, Melæ quod oculos habent in pectore, apud Nilum flu. incolentes. Quorum Claudian. mem. in epigr. de Nilo,

--------Errat

"*Per Meroen, Blenasque feros, atramque Syenen.*

Ubi alii Blemyasque feros legunt.

Ptol. Blera, Bleræ Cat. *Bieda*, urb. olim Thusciæ, nunc opp. Sutrio & Viterbio urbibus finitimum, ad 10. mil.pass. distans. Pop. Blerani Plin. In Thes. ling. Lat. scribuntur vicini Cortonensibus, à quibus maxime distant.

Script. Gall. Blesæ, & Blesense castrum, *Bloys* seu *Blois*, opp. Gall. Celt. ad Ligerim fluv. præclarum & elegans, à regibus ob loci amœnitatem & elegantiam habitari solitum, inter Aurelianos ad ort. 16. & Turones ad occ. 18. leuc.

Ant. Blestium, *Old town* teste G. Camd. opp. Albionis, seu pag. in Angliæ Walliæque conf. haud procul ab Herefordia urbe.

Vat.Iasc. Bletisa, *Ledesma* teste Vasæo, opp. Hisp. Tarracon. in Salamanticens. territ. ad Thormin fluv. vino celebre, apud Albam, inde 2. leuc. à Salamantica 6.

Plin. Bliteræ, Biltera Strab. Blitera Mel. Bætiræ Ptol. Bætarrus Steph. Beterræ Anton. Biteræ lib. Conc. *Betiers*, urb. Gall. Narbonens. episc. sub archiep. Narbonens. inde 3. leuc. Montem Pesulum ad ort. versus 11. colon. Septumanorum teste Plin. urbs probe habitata, ex præcipuis Occitanæ reg.

Ptol. Boactus, *Vara* teste August. Justiniano, fluv. Thusciæ, non Liguriæ, ut scribit Ortel. inter Auserim & Macram fluens. Quamquam Vara non in mare Tyrrhenum, ut Boactus, sed in Macram fluv. influit. Mihi Boactus is videtur, quem incolæ Frigidum vocant, qui ex Apenn. mont. descendens apud Massam opp. leuc. pelago excipitur.

Ptol. Boæ, Bœæ Paus. *Batica*, seu *Vatica* teste Nigro, opp. Peloponnesi in Laconica reg. Bœa Plin. in ora littorali, inter Asini maxillam & Maleam vicina promontoria. Al. *S. Angelo*, vti apud Mol.

Plin. Strab. & al. Boagrius, fluv. Locrorum Epicnemidiorum in Græcia Thronium opp. præterluens, ac in fin. Oetæum inter Cynum & Scarphiam oppida exiens. Qui aliquando siccis plantis transitur, aliquando ad 2. mil. pass. intumescit. *Terremotto* dicitur, ac etiam *Boagrio*.

Boandus, fluv. Hiberniæ per Laginiam reg. fluens. vide Buvinda.

P. Diac. Bobium (non Bobion, ut in Thes. ling. Lat.) *Bobi*, & *Bobio* vel *Bobbio*, urb. episc. Liguriæ sub archiep. Genuens. ad Trebiam fluv. intra montes, olim cœnobium à Theodolinda Longobardorum regina exstructum, quod postea sub Longobardis crevit in urbem, manente adhuc cœnobio inter Placentiam 25. & Dertonam totidem mil. pass. à Genua supra 35. quot à Ticino. Ad duc. Mediolanens. spectat sub ditione Vermens. familiæ. A Theodolinda regina exstructum traditur.

Ptol. *Bocanum Hemerum *Marocco*, & Hisp. *Maruecco*s, urb. Maurit. Tingit. testib. Olivario, Nigro, & Curione, regia regni Marocchii amplissima apud mont. Atlantem, à columnis Herculis supra 400. mil. pass. in austrum distans, à Volubili, seu Fessa altera regia supra 300. Bocenum vero, seu Bozenum, *Bolzan*, opp. & emp. est comitat. Tirolens. ultra Tridentum. de quo lib. 4. itin. Germ. sic,

"*Excipit & fessos Bocenum vespere multis*
"*Emporium clarum mercibus atque mero.*

[*Manuscr. Seld. geminato x.]

Ptol. Bodeni, Budini Melæ, Herod. ait nonnullis esse Geloni, pop. Scythiæ sive Sarmatiæ Europææ, quorum reg. *Podolia* est teste Willichio in regno Polonico, Sauromatis & Tauroscythis finitima.

Ptol. Boderia, fluv. Albionis in Scotia, *Forth* & *Frith*. vide Bodotria.

Plin. Bodincomagum, *Bondeno* teste Blondo, opp. Gal. togatæ ad Padum fluv. inter Ferrariam urb. ad ort. & Mirandulam opp. ad occ. 12. mill. passuum, quod & Industria. Sed Blondo contradicunt And. Alciatus, M. Niger, & Leander ex Plin. lib. 3. cap. 5. & 16. Bodincomagum & Industriam oppida diversa in Liguria apud Padum reponente. Posteriori loco ait Padum Bodincum appellari lingua Ligustica, quasi carentem fundo, quod ibi præcipua ejus profunditas incipiat. Crediderim Bodincomagum, quod & Bodincomum, fuisse apud Odolencum, vel ipsum Odolencum esse, castrum juxta Padum in marchion. Montisferrati, ob vet. inscript. ibi in marmore repertam.

Plin. Bodiontii, sive ut in aliis lib. Ebroduntii, pop. Gal. Narbon. in Sabaudia ad lacum Lemanum. quorum opp. *Bonne* nomen antiq. redolens apud eundem lacum est, inter Genevam & Agaunum, à Geneva 6. leuc. Al. horum reg. *Val Fontenay*, & Germanis *Fusseneir* teste Ægid. Scudo putatur.

Script. Ital. Bodius mons *Mont' Alboto*, opp. Umbriæ in ducat. Urbinate, à Senogallia urb. 7. mil. pas. in merid.

Ant. Lib. Not. Bodobrica, Baudobrica seu Boudobrica Anton. *Boppart*, opp. Germ. super. ad Rhenum inter Bingium ad austrum 5. & Confluentes ad Bor. 3. leuc. à Fano 5. Goaris proximum, à Magontia 9. Colon. Agrippinam versus.

Corn. Tac. Bodotria, Boderia Ptol. postea Forthea testibus Lhuydo & Buchanano, *Forth* vel *Frith*, fluv. Scotiæ Edimburgum urb. regiam alluens, & ad ort. in mare Germanicum fluens. Sed Hectori Boethio (cui magis fidendum uti indigenæ) est Levinus fluv. & lacus, (cujus nominis & alius exstat in quem Glota influit apud Dunbritonum opp.) inter Fortheam & Taum decurrens.

Dion. Boduni, pop. Britanniæ, sive Albionis. vide Dobuni.

Strab. Bœbeis, Bœbe Steph. *Esero* teste Soph. palus sive lacus Thessaliæ cum opp. cognomine, quod Bœbos Hom. dicitur. Illum circumstant montes Ossa, Pelion, & Olympus, ac Pheræ urb. unde etiam *Lago di Jenifar* appellatur. Luc. lib. 7.

"*Ire per Ossæam rapidus Bœbeida sanguis.*

Hinc Bœbicius nom. gent. Idem lib. 6.

"*Pinguis Bœbicio discessit vomere sulcus.*

Fuit & Bœbe Steph. opp. Cretæ.

Script. Ger. Boemi, pop. Germ. quorum reg. Boemia, & Bohemia, de quibus lib. 1. itiner.

"*Huc ubi regna tenet, saltuque virente tuetur*
"*Cuncta Boemorum candidus arva Leo.*

Vide Boiemum.

Script. Ger. Boemia, & Bohemia, reg. Germ. ampla. vide Boiemum. De ea lib. 5. itinerarii,

"*Cingitur Hercynio quo læta Boemia saltu.*

Urbes Bohemiæ majores ordine alphabetico.

Austia	Marobudum. vide Praga
Broda gemina, Bohemica, & Teutonica	Misa
Budovissa	Pilsna
Cutna	Praga
Egra	Satecium
Glacium	Slania
Glatovia	Taboria, seu Taborium
Hradecium geminum, unum Reginæ, alterum Henrici	Tachavia
Jaromiria	Verona
Littomeritium	Sunt & Commoda, Launa, Limburgum, Mutha, Pardubitia, Tetina, Trebonia, & aliæ
Littomescum	

Ptol. Bœodurum, opp. Norici excisum apud Pataviam urb. vide Boiodurum.

Ptol. Bœon, *Czurgati* teste Nig. opp. Tauricæ Chersonesi mediterr. Tazo Cytæoque finitimum.

Strab. Plin. Pauf. & al. Bœotia, *Stramuzupa* teste Laz. reg. Achaiæ, seu Helladis notissima, Aonia prius dicta, & Ogygia teste Steph. inter sin. Corinthiacum & mare Ægæum, ubi sin. Oetæus & Chalcidicus, contenta, Doridi, Phocidi, Atticæ, & Thessaliæ seu Phthiotidi contermina; cujus urb. primaria Thebæ, hodie tamen pene jacens. Sola Aspalacum animal gignit frequens apud Orchomenum, quod exportatum alio perit. A bove à Cadmo ibi inventa, teste Isidor. nominata. Hinc Bœotus nom. gent. & Bœotius Ovid. lib. 3. metam.

" *Mœnia fac condas, Bœotiaque illa vocato.*

A Bœotiis multa manarunt adagia; in quibus hæc, *Ænigmata Bœotica*, de oblique & obscure dictis; ut illud à Sphynge monstro Thebano Oedipo propositum, *Quadrupes, bipes, & demum tripes*, ad triplicem hominis ætatem pertinens: *Bœotica cantio* apud Aristoph. de rudi & indocta cantione, & apud Sophocl. de vita primum læta, postea luctuosa: *Bœoticum ingenium* apud Lucian. de stulto, aut insulso; ait enim, Quod dixisti, prorsus agreste est & vehementer Bœoticum. Unde aliud natum adagium *Auris Bœotica* apud Diogenianum, de homine crassi judicii, ad quod alludit illud apud Hom.

" *Proxima Bœoti; quorum crassissima gens est.*

Sic *Bœotica sus*, de homine agresti & rudi. In Thes. ling. Lat. per errorem scribitur Bœotiam etiam mare Adriaticum attingere.

Ptol. Bogadium, *Forster* teste Villanov. seu potius *Fristlar*, vel *Fritzlar*, urb. Ger. in Hassia reg. Latino rec. Frislaria, urbs libera, inter Cassellam ad Bor. 3. & Martisburgum ad austr. 6. leuc. Francofurtum versus.

Ptol. Bogdomantis, reg. Phrygiæ majoris, *Chintaie* teste Cast. sed *Chintaie* Cotyæum est urbs clarissima. vide ibi.

Cæs. Boia, urb. Boiorum pop. Gall. Celt. quæ nunc *Bourbon* dici putatur: unde Borboniæ reg. quæ ducatus est, & familiæ Borboniæ (ex qua nunc reges Galliæ dominantur) nomen. Nunc opp. à Molino opp. reg. primario 4. leuc. in austrum Claromontem urb. versus 14. ubi thermæ variis morborum generibus salutares.

Strab. Boianum, Bovianum Liv. & Plin. Buianum Ptol. *Boiano*, colon. & urb. episc. Samnii sub archiep. Beneventano, inde ad 30. mil. pass. distans, ab Esernia 20. in ort. apud fluv. Phiternum.

Prov. Rom. Boiatum, *Bajona* teste Scalig. urb. Aquit. episc. sub archiep. Auscensi maritima in Hisp. Tarracon. conf. ab Auscis 22. leuc. ab Aquis 7. à Burdigala in merid. 34. Fonti rapido opp. & arci Hisp. 5. Al. *Fouais* opp. dici putatur.

Tac. Boiemum, Boiohemum Paterc. Bæmi Ptol. Bohemum apud Tac. ex al. cod. *Bohemia* Italis, *Behemerlandt* & *Bemerlandt* Germ. reg. maxima Germ. sylvis undique cincta, & saltibus. Cujus regia est Praga urb. ex maximis totius Germ.

Cæs. Boii, pop. Gall. Celt. quorum reg. *Bourbonnois* dicitur, in qua Molinum sedes ducum cum starent. Hi ex Germania profecti in Gallia sedem fixere.

Tac. Boii, pop. Germ. quorum reg. Bavaria, vulgo *Bayern* & *Beyeren*, esse videtur plerisque. Hos Cæsar trans Rhenum habitasse, atque in Norico agro consedisse lib. 1. de bello Gall. refert. Hinc Boius, a, um, ex lib. 7. itiner.

" *Cum Boias olim victi lustravimus urbes,*
' *Qua ruit undosi flava procella Lyci.*

Auson. Boii quoque pop. Gall. Aquitan. quorum tractus *Buchs* teste Vineto dicitur apud ostia Garumnæ fluv. à Burdigala urb. 16. leuc. in occ.

Boii denique Italiæ pop. in Gall. Togata, inter Æmiliam viam & Padum apud oram incolentes: quorum reg. magna ex parte Romandiola, vulgo *Romagna* nominatur. Ipsorum primaria urbs fuit Ravenna. Mem. Boiorum Sil. lib. 4. Plin. Ptol. & al.

" *Undæ Boiorum; sociata examina densant*
' *Infandi Senones-------*

Boiodurum, Boiodorum lib. Notit. *Boitre* teste M. Welsero, urb. olim Norici in Vindelicorum conf. apud Oeni & Danubii confluentiam, nunc viculus, ruinis adhuc apparentibus in Bavaria apud Pataviam urb. *Bewtern* etiam à Cuspiniano nominatur. Ptol.

Boion, opp. Doridis reg. Achaiæ, Boium Strab. Bium vel Bæo Ptol. Lilææ & Cytinio finitimum, *Astaco* teste Mol. apud Sperchium fluv. Plin. Steph.

Boiorum deserta, locus & tractus in Noricorum finibus, *Wienerwaldt* teste Laz. Plin. Strab.

Boium *Boibo*, opp. Æmiliæ seu Gall. Tog. intra radices mont. Apennini, haud procul à Sarsina urb. nunc pag. Boium etiam *Bobio* esse videtur urb. Liguriæ ad Trebiam amnem, à Placentia 25. mil. pass. Genuam versus distans.

Bola, Bolæ Liv. opp. fuit Æquorum in Latio, (non in Campania, ut in Thes. ling. Lat.) in via Appia ab urbe Roma ad 10. mil. pass. occurrens. Pop. Bolani Plin. Mem. illius Virg. lib. 6. Æn. Diod.

" *Hi Collatinas imponent montibus arces,*
" *Pometios, castrumque Inui; Bolamque, Coramque.*

Hi proximi erant Fidenatibus & Coriolanis.

Bolæna, urb. episc. Peloponnesi. vide Bolina. ubi Bolinæus fluv. urbem alluens, teste Pauf. Lib. Conc.

Bolbitinum, unum ex Nili fluv. ostiis, inter Heracleoticum & Sebennyticum: ubi Bolbitina urbs Steph. *Rosseto* teste Villanov. cum Mol. Ptol.

Bolentium, *Rackelspurg* Villanov. opp. Pannoniæ super. in Stiria in Hungariæ conf. ad Muram fluv. à Pætovione & Varianis castris 4. leuc. in Bor. à Kanisia arce 3. in occ. Ptol.

Bolerium, quod & Antivestæum, opp. & prom. Albionis occidentalissimum in Cornubia reg. opp. *S. Burien* nominatur, ab Exonia urb. 79. mil. pass. in occ. Abest hoc prom. à Cantio prom. orientali ad 320. mil. pass. Ptol.

Bolina *Bolena*, urb. Achaiæ in Peloponneso episc. sub archiep. Patrensi, Patris proxima. unde Bolinæus fluv. Pauf. Steph.

Bollia, *Polan* teste Laz. fluv. Pannoniæ sup. in finibus Stiriæ infer. Jornandi.

Bomium, seu ut alii cod. habent Bovium, *Cowbridge* teste G. Camd. opp. Britanniæ in Wallia inter Iscam legion. 27. & Nidum 15. mil. pass. ex itin. Anton. [Camden. potius putat *Boverton* esse oppidulum 3. illinc mill. pass. distans in austrum. utrumque est in agro Glamorganensi.] Ant.

Bonæ fortunæ, ins. maris eoi Sinarum oræ adjacentes, quæ *Borneo* Mercat. teste dicuntur. Ptol.

Bondelia, *Banone* sive *Bagnone* teste Molet. opp. Hetruriæ inter Cariaram & Apuam, sive inter Apuam & Fivizanum, inde 6. hinc 8. mil. pass. Ptol.

Bonium, sive ut alii legunt Bovium, *Bangor* sive *Banchor* teste G. Camd. urb. Albionis episc. sub archiep. Cantuariens. in ora Walliæ Boreali ad Devæ fluv. ostium. Al. Bovium pag. est apud Landavensem urb. de quo in Bomio. Ant.

Bonitium *Poggibonci*, aliis *Poggio Bontio*, opp. Thusciæ in agro Senensi in via quæ Florentia Senam ducit occurrens, inter illam 20. & hanc 12. mil. pass. Vet. Insc.

Bonna *Bon*, urb. Germ. infer. ad Rhenum à Col. Agrippina 4. leuc. in austrum Confluentiam versus & Moguntiam. quæ & Colon. Julia Bonna in antiq- Tac. Ant. Ptol.

tiq. inscriptionibus, ac Verona ex vita S. Hannonis episcopi. Hæc à Trojanis una cum Xantho urbe duc. Cliviens. post excidium Trojæ an. 280. condita traditur. Hujus nobile encomium est lib. 6. itinerar.

" *Templaque, cum laribus Bonna superba suis.*

Plin. Liv. Tac. & al. Bononia, prius Felsina, à Felsino Tuscorum rege condita, *Bologna*, urb. archiep. & academ. Gall. Tog. in Æmilia, Romandiolæ reg. primaria, ac ex præcipuis Italiæ urbibus, si paucas excipias, inter urbem Romam ad Eurum 192. & Venetias ad septentr. 102. mil. pass. ac inter Mediolanum ad occ. 125. & Anconam in ort. 135. à Florent. 54. in Bor. Meminit illius inter alios Sil. lib. 8.

" *Ocni prisca domus, parvique Bononia Rheni.*

Script. Gall. Bononia altera, *Boloigne* vel *Bologne à la mer* Gallis, & *Bologna al mare* Italis, urb. Gall. Belg. in ora Picardiæ à Caleto urbe 7. leuc. distans in austrum, epis. effecta sub archiep. Rhemensi, ob excidium Tarvannæ, à qua 9. leuc. abest in occ. Gessoriacum navale à veterib. dicta putatur, ab Ambianis 24. leuc. in Bor.

Ptol. Amm. Bononia tertia, Hungarica urb. olim, nunc opp. Pannoniæ infer. ad Danubium flu. media fere inter Mursam, & Taurunum extremam Pann. & Hungariæ urbem ad ortum, hinc 8. inde 7. leuc. à Sirmio 19. mil. pass. in Bor. Ea nunc *Bonmonster* ob cœnobium nominatur.

Anton. Bononia item, *Bodon* teste Mercat. urb. Mysiæ super. ad Danubium, inter Dorticum ad occ. & Ratiariam in Cæciam 18. mil. pass. ex Anton. itin. Sed quæ nunc *Bodon* dicitur, Bidina, seu Bydena Græcis esse videtur metrop. de qua suo loco.

Iornandi. Bontas *Rottenthurn*, seu *Brosz* teste Laz. angustia Alpium per quas ex Hungaria ad merid. transitus est in Transylvaniam ad septentr.

Plin. Booscœte, urb. Bithyn. seu Ponti, postea Germanicopolis. vide ibi.

Ptol. Borbetomagus, Borbitomagum Anton. *Worms*, urb. Germ. sup. ad Rhenum episc. sub archiep. Moguntino, inter Spiram ad merid. 6. & Moguntiam ad sept. 7. leuc. Latino rec. Wormacia. Pop. Vangiones.

Lib. Not. Borcovicum, *Barwick* sive *Borwick* teste Camd. urb. Albionis in ora Angliæ orientali, in Northumbria reg. inter Novum castrum ad merid. 12. & Morpetum ad Bor. 8. mil. Angl. *Berwick* al. dicitur.

Vib. Seq. Boreas, mons Macedoniæ in ora occidua Dyrrachio urbi imminens.

Ptol. Boreum, *Tellinghead* Ortel. al. *S. Hellens head*, prom. Hiberniæ in ora Bor. quod etiam al. *Capo di Ligra* dicitur.

Ptol. Boreum alterum, *Capo di Teiones* teste Marm. prom. Cyrenaicæ à Berenice urb. 126. mil. pass. in occ. ad Syrtim majorem, quam terminat.

Lib. Not. Borgum Centenarium *Zentmar*, opp. olim, nunc pag. Pannoniæ sup. seu Valeriæ Ripensis, teste Laz.

Plin. Bormanico, & Macina, opp. Gall. Narbonens. in Provincia. Alii sic legunt, Bormani, Comaci divisim; quibus Bormani est *Obrac* opp. & Comaci *le Cave*, teste Dalechampio.

Cassiod. Bormiæ aquæ *Wormsee*, ubi Bormium vulgo *Vorms*, Ital. *Bormio*, opp. Rhætorum ad extremum Vallis Telinæ, inter fontes Adduæ & Ollii flum. à Novocomo urb. Insubrum 100. mil. pass. distans in Cæc. teste Paulo Paravicino. Sunt & Aquæ Bormiæ thermæ apud Aquensem urb. Statiellorum in Liguria, sic dictæ à Bormia fluv. juxta fluente. Bormium vero opp. non obscurum abest ab ortu Adduæ 3. mil. pass. à Morbonio apud initium vallis prædictæ haud procul ab ostio Adduæ, & Arce Fontana ad 52.

Bormius, mons Maced. vide Bermius.

Boructuarii, pop. Germ. quorum fit mentio in vita S. Swiberti, quorumque villam Ortel. *Velsenberch* in duc. Bergens. indigitat, vel divinando *Brouck* opp. ejusd. reg. inter Duisburgum & Werdam, quasi Bructeri dicti. de quibus suo loco. Cal. Rhodig.

Borusci, sive ut al. legunt Borussi, pop. Sarmatiæ Europ. in ora ad sinum Venedicum incolentes, quorum reg. *Prussia*, quasi Borussia dicitur, in regno Polonico, contenta inter ostia Vistulæ, & Memelli ad Cæciam, 37. leuc. patens inter dicta ostia. Reg. Prutenia etiam Latino rec. dicitur, *Preussen* & *Pruissen* vulgo, in regiam & ducalem divisa. Urbes illius clarissimæ & emporia, Gedanum in regia, Mons regius in ducali. Ovid. lib. 4. de tristib. eleg. 8. Ptol.

" *Vita procul patria peragenda sub axe Borusco.*

Borysthenes, fluv. Sarmatiæ Europ. notissimus & ingens, Danaster Jornandi, Danastus Marcell. ut aliquibus videtur, varie indigitatus, *Dnieper* Lud. Decio, *Nieper* Mercat. *Bresna* Leuncl. *Beresina* Peucer. & Eberstenio, *Dnester* & *Nester* Mart. Cromero. Sed *Nieper* Naparis est Herod. *Nester* est Tyras, qui inter Borysthenem & Danubium fluit. *Beresina* itaque, per Lituaniam fluens, & Naparim excipiens, (in cujus nomen transit) Borysthenes est, cum mont. & urbe cognomine anno 111. post captam Trojam condita apud ostia illius, ab ostio Istri Boreali 250. mil. pass. ab ostio vero Tyræ 120. in septentr. distantia. Pop. Borysthenitæ Herod. apud ostia incolentes, aliis Borysthenidæ. Ovid. lib. 4. de Ponto, eleg. 10. Aristot. & al. omnibus.

" *Cumque Borysthenio liquidissimus amne Dyraspes.*

Hic fluv. per 600. stad. navigatur, salemque multum ad ostia producit, teste Herod.

Bosa, *Bosa* etiam vulgo, *Bossa* & *Bosi*, urb. episc. Sardiniæ sub archiep. Turritano, in ora littorali, inter Emporias ad Bor. 40. & Arboream ad austrum 30. mil. pass. à Sassari metropolit. loco Turritanæ ad 40. in merid. Pop. Bosenses Plin. Ant. Ptol.

Boscum ducis, sive Sylva ducis, *Bois le duc*, & per contractionem *Bosleduc* & *Bolduc*, Belgice *'s Hertogenbosch*, urb. Belgii in Brabantia episc. sub archiep. Mechliniensi, inde & ab Antuerpia 12. leuc. in ort. in Hollandiæ Geldriæque conf. urbs probe munita, cujus pop. bellicosissimus. Ibi inter alia admiranda horologium artificiosissimum conspicitur. Prov. Rom.

Bosporus geminus, unus Thracius, qui vulgo Italis *Stretto di Constantinopoli* dicitur, Græcis *Laimon*, Turcis *Bogazin*, teste P. Gyllio. Estque maris angustia inter Byzantium in Europa & Chalcedonem in Asia 4. stadiis patens. unde utrinque cantus gallorum, latratus canum, rumoresque hominum exaudiuntur. Alter Cimmerius, qui Fretum Cimmerium Herod. dicitur, Os Mæotidis Capellæ, Patares angustiæ Marcellino, vulgo *Vospero* (quod nomen est etiam urbis ibidem sitæ) *Stretto di Caffa* Italis, & *Bocca di S. Giovanni*. Estque angustia maris inter Tauricam Chersonesum in Europa, & Sarmatiam in Asia, paulo laxior Thracia. Ibi Bosporus urb. archiep. vulgo *Vospero*. Abest à Thracio 500. mil. pass. ab ostio Tanais 375. in austrum. Pop. Bosphorani Plin. Bospori mem. Claud. de laud. Stil. lib. 1. Polyb. Strab. Plin. & al.

" ———— *Cum floribus æquora vernis*

" *Bosporus induleret, roseisque evincta coronis.*

Et Val. Flac. lib. 4. Arg.

" *Æquora, qua rigidos eructat Bosporus amnes.*

Hinc Bosphoreus, a, um, adject. apud Sidon. in panegyr. Anthem.

" *Bosphoreis elephas inglorius ora tributis.*

Bosporus etiam *Ochsenfurt* appellatur opp. Germ. in Franconia ad Mœnum fluv. inter Herbipolim & Rotemburgum 4. leuc. dissitum.

Bostra,

Amm. Steph. Lib. Not. Bostra, *Bosra* Leuncl. *Busssereth* G. Tyrio & al. urb. archiep. Arabiæ petrææ metrop. Philippi imp. patria; quæ ex eo Philippopolis dicta est teste Zonara. nunc sub patr. Hierosolymitano cum prius esset sub Antiocheno. Fuit & urbs Phœniciæ littoralis proxima Byblo, teste Strab. In Thes. ling. Lat. nescio quo errore urb. maritima Phœniciæ apud Byblum describitur.

Lib. Limitum. Botontinus ager, qui idem videtur cum Butuntino, à Butunto urb. Apuliæ Peucetiæ.

Martiali. Botrodus, nemus Hisp. Tarrac. in Celtiberis: ubi olim opp. fuisse, nunc vicum, apud Segobrigam urbem scribit Perottus ex Polyb. Ejus mem. Mart. lib. 1. epigr. 49.

" *Et delicati dulce Botrodi nemus,*
' *Pomona quod felix amat.*

Mel. Ptol. & al. Botrus, *Botrun* Postell. & Volaterr. *Elpatron* incolis, & al. *Beteron*, urb. episc. Phœniciæ sub archiep. Tyrio, in ora, inter Tripolim ad Bor. & Byblum in austr. 18. mil. pass. sita. * Botrys etiam apud Strab. legitur. [* At male legunt codices excusi Bostra, inquit Ortel.]

Aristot. Bottiæi, apud Arist. pop. fuere ex Creta genus ab Atheniensibus ducentes, in Iapygiam primum profecti, deinde in Thraciam. Horum puellæ inter canendum dicere solebant, *Eamus Athenas*: quod dici solitum erat, cum quis patriæ, aut prioris fortunæ desiderio teneretur, authore Aristot. in polit. de repub. Bottiæorum.

Lib. Conc. Bova, urb. Brutiorum marit. in mont. in ora Calabriæ ulter. inter Rhegium & Locros ad 30. mil. pass. episc. sub archiep. Rhegino, etiam vulgo *Bova*.

Plin. Liv. & al. Bovianum, Boianum Strab. Buianum Ptol. *Boiano*, colon. & urb. episc. Samnii sub archiep. Beneventano, inde ad 30. mil. pass. distans in comit. Molisino. Hinc Bovianius nom. gent. Sil. lib. 8.

" *Qui Batulum Mucrasque colunt, Boviania quique.*

Tac. Liv. & al. Bovillæ, Bobile Frontino, *Babuco*, opp. Latii in Hernicis colon. & municipium apud Cic. memoratum, Aletrio Veruloque finitimum, inter Frusinonem, & Soram ad arctos, ad 6. mil. pass. distans, ab Arpino totidem. Ejus mem. Martial. lib. 2. epigr. 6.

" *Et cum currere debeas Bovillas,*
' *Interjungere quæris ad camœnas.*

Fuerunt & Bovillæ pag. Romæ vicinus in via Appia. Mem. Prop. lib. 4.

' *Quippe suburbanæ parvâ minus urbe Bovillæ.*

Unde ab Ovid. in fast. lib. 3. Suburbanæ Bovillæ dicuntur.

Script. Belg. Boviniacum *Bovines*, opp. Belgii in comit. Namurcensi ad Mosam fluv. contra Dinantum opp. in altera fluminis ripa, à Namurco urb. 4. leuc. in austrum. Ejus mentio fit in vita S. Remacli episcopi.

Bovium. vide Bonium, & Bomium.

Ant. Scrip. Belg. Brabantia *Brabant*, reg. maxima Belgii, inter Flandriam ad occ. & Geldriam ad ort. cujus pop. Ambivariti veteribus dicti à nonnullis putantur. In ea Tungros & Grudios esse certum est. Urbes primariæ sunt Bruxellæ sedes ducis, (est enim ducatus titulo insignis) Machlinia metrop. & conventus juridicus, Lovanium academia celeberrima, Antuerpia emporium maximum ante Batavorum defectionem. De ea lib. 4. itiner.

" *Tungrorum hic veteres monstrare Brabantia sedes*
" *Incipit, ut Buscum primo devenimus: inde, &c.*

Li Brabastenes, mons Peloponnesi Lacedæmoni urb. proximus, inde 10. mil. pass. distans.

Plin. & al. Bracara, quæ & Bræcara, *Braga*, urb. archiep. Hisp. Tarracon. ad regnum tamen Portugallicum spectans: (Pop. Bracari vel Bracares) olim clarissimus conventus. Sita est inter Portum Calensem ad merid. ad ostium Durii fluv. & Tyden urb. Calaicorum ad Minium fluv. in Bor. 8. leuc. plus minus. vide Augusta Bracarum. Sub Bracarens. archiep. olim censebantur Dumium, Portus Calensis, Tyde, Auria, Iria Flavia, Lucus Augusti, Bretonia, Asturica, & Legio, quæ nunc Compostellano subsunt, Portu excepto. De ea quidam poeta Lusitan.

" *Quæque sinu pelagi jactat se Bracara dives.*

Brachbantium *Klein Brabant*, reg. parva Brabantiæ in Flandriæ conf. teste Ortel. cujus mentio habetur in vita S. Landoaldi presbyteri. *Scrip. Belg.*

Brachmanes, * Ptol. Brachmani, philosophi Indiæ citer. qui adhuc [illegible]amini nostratibus, & *Nairi* incolis teste Maphæo nominantur. [* Selden. manuscr. Βραχμᾶναι.] *Strab. Ptol.*

Brada, Bradanum hab. alii cod. *Bradano*, fluv. Lucaniæ inter Venusiam & Potentiam urbes fluens, ac in sin. Tarentinum immittens inter Tarentum & Metapontum. Hic Mont. Pelusium, Gravinam urbes, Grassanum, Milionicum, Scaliosum oppida, cum aliquot aliis præterfluit, ex Apenn. mont. ortum ducens. *Ant.*

Bræcara urbs, & Bræcarii pop. Hisp. vide Bracara. Bracari, sive Bracares pop. Plin. Horum reg. *Entre Duero e Minno* appellatur, i. e. inter Durium & Minium flumina tractus. vide Augusta Bracarum. *Ptol.*

Bragodunum, seu Brogodunum ut alii legunt, opp. Rhætiæ, *Rockenburg*, inter Ulmam 2. & Memingam 3. leuc. vide Bragodurum.

Bragodurum, *Pfullendorff* Mol. & al. opp. Ger. liberum in Suevia, à Constantia urb. 5. leuc. in Bor. Tubingam versus distans. *Ptol.*

Bramagum, vel ex al. cod. Bromagum, *Bramans* vel *Bramasans* teste Siml. olim urb. nunc opp. Sequanorum in Equestrium & Helvetiorum conf. apud lacum Lemanum, inter Bibiscum opp. ad lacum prædictum 9. & Minnodunum in finibus Bernensium 6. mil. pass. dissitum. Sunt qui *Romont* esse scribant, opp. in finibus Sequanorum. *Ant.*

Bramma, *Brema* teste Mercat. urbs Sinarum in ora maris eoi in conf. Serum. *Ptol.*

Branchidarum oraculum, Branchidæ, quod & Didyme, locus Apollini sacer in Milesia reg. in Ioniæ conf. *Petrun* hodie locus Nig. teste nominatur. *Strab. Plin. Mel.*

Brandeburgum, quasi Brennoburgum, *Brandeburg* & *Brandenburg*, urb. Marchiæ, quæ ab ea Marchia Brandeburgens. denominatur, à Brenno Gallorum duce, ut putatur, condita, ad Havellam fluv. in Saxoniæ conf. episc. sub archiep. Magdeburgens. inde 10. leuc. distans in ort. hibern. inter Berlinum & Havelburgum fere media, 7. leuc. utrinque. Ejus mentio fit lib. 4. itinerar. *Script. Ger.*

" ——— ——— *digressus ab urbe petebam,*
" *A duce quæ Brenno condita nomen habet.*

Brannesia *Aldenburg*, & *Oldenburg*, urb. Germ. seu Cimbricæ Chersonesi, in ora Holsatiæ orientali, fere excisa, à Lubeca, quæ successit ei, 11. leuc. in Bor. *Sax. Gram.*

Brannogenium, postea Brangonia, & Brangorium, ut aliquibus videtur *Bangor* urb. Albionis episc. sub archiep. Cantuariens. in ora Walliæ Boreali, contra Monam ins. propinquam, ab urbe Asaphensi ad 20. mil. pass. in occ. Sed Brangonia aliis Vigornia potius esse videtur. vide Branovium. *Ptol.*

Brannovices, pop. Gall. Narbonens. in Allobrogum finibus, quorum reg. *la Morienne* vel *Maurienne*, & Latine Mauriana nominatur, testibus Marliano & Pingonio, ubi Mauriana urb. vide ibi. *Cæs.*

Brannovi, pop. ejusdem Gall. quorum opp. Brigantium teste Vigenereo in Delphinatu reg. vide Brigantium, sive Brigantio. *Cæs.*

Branodunum, *Brancaster* teste G. Camd. opp. Britanniæ in ora Anglica ad ort. in comitatu Norfolciæ. *Lib. Not.*

Branovi-

Ant. Branovium, Brannogenium Ptol. (qui illud in Ordovicis reponit) Brangonia scriptorib. Britannicis, *Worcester*, & Britannice *Caervrangon* testibus Lhuydo & Camd. urb. Albionis ad Sabrinam fluv. in Angliæ Walliæque conf. nunc Vigornia, inter Herefordiam ad occ. & Varvicum ad ort. ad 30. mil. pass.

Pauf. Brasiæ, Prasia Ptol. Prasiæ Steph. Polyb. & Thucyd. *Ciparissi* teste Zardo, sed Nig. *Tiros*, opp. Peloponnesi in Laconica reg. marit. in Argiæ conf. inter Cyphantam portum & ostia Inachi fluv.

Plin. Ant. Brattia *Brazza*, ins. maris Hadriaci Liburniæ oræ adjacens inter Absyrtides ad occ. & Issam ad ort. ante Tragurium, sed teste Plin. ante Surium, capreis & bobus abundans. Miror quod in Thes. ling. Latin. ex Plin. ins. Mœsiæ proxima Pannoniis scribatur.

Cas. * Bratuspantium, *Grattepance* teste Car. Bovillo, vel *Granviller*, pag. & abbatia ; *Beaumont* opp. teste Vigenereo ; al. *Clermont*, opp. in finibus Bellovacorum in Gall. Belg. inter Bellovacos & Ambianos, à Bellovacis 5. leuc. Parisios versus 14.

Scrip. Ger. Braunodunum *Braunaw*, opp. Norici ad Oenum fluv. in Bavaria, à Patavia urbe 6. leuc. Oenipontem versus in Libonotum.

Ptol. Bravum, *Burgos* teste Tarapha, urb. archiep. Hisp. Tarrac. Castellæ veteris regia præclara intra montes, olim Masburgi ut aliquibus videtur : quæ Aucæ urbi excisæ successit. à Toleto in Hisp. umbilico 51. leuc. in Bor. à Cæsaraugusta totidem in occas.

Scrip. Scot. Brechinium *Brechin*, urb. Britanniæ 2. sive Scotiæ, in ora orientali, episc. sub archiep. Andreapolitano, inde ad 55. mill. in Bor. inter Aberdoniam & Castrum Caledonium urbes 20. ad Escam fluv. in Angusia reg.

Ptol. * Bregætium, Bregetio Anton. & Amm. Bergentio Aur. Victori, Brigitio Callisto, *Bregnitz* teste Pirchaimero, pag. *Bontuda* Laz. locus Pannoniæ infer. vicinus prædicto, ubi Bregætii ruinæ cernuntur, in territ. Tauruni urb. inde 30. mil. pass. distans ex itin. Anton. ex quo error patet asserentium Bregætium esse ipsum Taurunum. [* manuscr. Selden. **Βρεγήτιον.**]

Ptol. Ant. Bremenium, sive Bramenium in al. cod. *Brampton* Camd. opp. Britanniæ in Angliæ Scotiæque conf. in ora littor. ad ort. *Bamborrow* Talboto, *Barwick* Villanov. quod rec. Latino Berviciumdicitur, opp. præclarum ad ostia Tuedæ Scotis ereptum ab Anglis, in Northumbriæ conf. vide Borcovicum. Subscribo Camdeno. [qui tamen conjicit esse *Rochester* pag. ad Readum fluv. in parte occident. Northumbriæ quæ Ridisdalia dicitur : *Brampton* vero illi in comitatu Cumbriæ, prius Brementuracum.]

Ant. Bremetonacum, Bremetenracum lib. Not. * *Ribchester* nunc teste Camd. opp. Britanniæ in Anglia inter Galacum 27. mil. pass. & Mancunium 38. Mediolanum versus ex itin. Anton. [* Camdeno vero est *Overburrow* viculus Lancastrensis ad Lonum fluv. in confin. Westmariæ.]

Brenda pro Brundusio urbe apud poetas, teste Festo.

Flor. Brenni, pop. Norici in comit. Tirolens. *Brunauwer* teste Siml. quorum opp. *Bruneck* inter Brixinam urb. ad occ. 4. & Aguntum opp. in ort. 5. leuc. dissitum. vide Breuni.

Scrip. Ger. Brennoburgum *Brandeburg*, urb. Germ. in finibus Saxoniæ episc. sub archiep. Magdeburgens. inde 10. leuc. in Cæc. inter Witembergam & Havelburgum 8. à Berlino 7. ex qua urbe nomen est Marchiæ reg. amplæ : cujus marchio unus est ex 6. imp. electoribus. A Brenno condita traditur teste Georg. Sabino poeta,

" *Italiam quando digressus ab urbe petebam ;*
" *A duce quæ Brenno condita nomen habet.*

Brennus mons *Prenner*, mons Norici in comit. Tirolens. apud Stiriacum opp. ab Oeniponte 5. leuc. in austrum. vide Pyrenæus. Est etiam Brennum *Bre*, pag. agri Brixiens. in valle Camunorum, inter Iseum lacum 33. & Tiranum opp. Rhætorum 38. in via inter Brixiam & Curiam, inde 34. hinc 79. mil. pass. Script. Germ.

Brentesia *la Brenta*, fluv. Venetiæ. vide Medoacus. Script. Ital.

Brentonicum, *Brentoni* Laz. pag. Venetiæ ad Athesim fluv. inter Veronam & Tridentum occurrens, *Brentonego* Italis, à Roboreto opp. 6. mil. pass. in austrum Veronam versus 30. P. Diac.

Breones, Breuni Ptol. Breuci Strab. vide infra in Breuni. Sunt qui hos pop. in Vindelicia inter Licum & Oenum describant. De quibus Ven. Fortun. lib. 4. de vita S. Mart. Fortun.

" *Qui vicina sedent Breonum loca, perge per Alpem.*

Bretena, opp. Venet. quod Brintum Plin. dicitur, vulgo *Brignano*, ut aliquibus videtur, sed fides penes ipsos sit. Ptol.

Bretina, opp. olim Insubriæ, quod hodie *Barlasina* dici putatur, pag. agri Mediolanens. medio itinere inter Mediolanum & Comum occurrens, D. Petri martyris occisione memorabilis. Ptol.

Bretolæum, *Bretulla* (non *Britio*, ut in Thes. ling. Lat.) teste Mol. opp. olim, nunc pag. Hisp. Lusit. in regno Portugalliæ. Ptol.

Bretonia urb. fuit Hisp. Tarracon. in Gallæcia, olim sub Gothis, episc. sub archiep. Bracharens. nunc pag. *Bretagna* dictus teste Jo. Mariana, Mindonensi urbi quæ illi successit proximus, 8. mil. pass. distans. Lib. Conc.

Brettii, pop. Italiæ. vide Brutii. Cod. Theo.

Breucomagus, opp. Germ. sup. vide Brocomagus. Ptol.

Breviodurum opp. fuit Gall. Celt. in ora Normandiæ, inter Juliobonam ad ort. & Neomagum ad occ. 17. mil. pass. Ant.

Breuni, Brenni Floro & Hor. pop. Vindeliciæ in Bavaria, *Perlachers* & *Perlacherheyd* hodie teste Aventino. Mem. Horat. lib. carm. 4. ode 14. Ptol.

" *Drusus Genaunos, implacidum genus,*
" *Brennosque veloces, & arces*
" *Alpibus impositas tremendis.*

Breuni item pop. Alpini in Lepontiorum confinio, quorum reg. *la Val di Bregna* Italis, *Palenserthal* Germ. teste Ægid. Scudo nominatur. ubi Breunus fluv. *Bregno* vulgo, per vallem antedictam decurrens, ac in Ticinum fluv. supra Belitionem opp. 8. mil. pass. influens. Plin.

Bridoborum, & Brivodurum, *Briare* teste Siml. opp. Gall. Celt. ad Ligerim fluv. in duc. Nivernens. & Vastiniæ reg. confinio, à Nivernis 21. leuc. in Bor. versus Mont. Argium 10. Ant.

Brigæcium, *Oviedo* teste Tarapha, urb. Hisp. Tarracon. in finibus Asturum, episc. sub archiep. Compostellano, apud Lucum Asturum urbem excisam, à Legione 22. leuc. in Bor. & Circium. Ptol.

Brigantes, pop. Albionis, qui nunc Eboracenses *Yorkshire* sunt Lelando. [Camdeno sunt Eboracenses, Lancastrienses, Dunelmenses, Westmarienses, & Cumbri.] Ptol.

Brigantes quoque Ptol. pop. Hiberniæ in ora orient. quorum urbs est * *Galway* teste Hect. Boetho. Aliis *Ganaforda*. [* *Galway* vero est in ora occidentali.]

Brigantes item in Scotia, quorum reg. Gallovidia esse videtur.

Brigantia. vide Brigantium. Est etiam Brigantia urb. Lusitaniæ seu Portugalliæ ducali titulo insignis, *Braganza*, Mirandæ urbi proxima, inde Ant.

novem leuc. Bracaram versus 27. vide Cœliobriga.

Plin. Brigantinus lacus, qui & Acronius Melæ, Brigantia Amm. *Bodensee* Germanis, lacus Rhætiæ plura habens nomina à circumdantibus oppidis. Per illum Rhenus ad 100. stadia decurrit. Veneto jungitur circa Constantiam urb. vide Acronius. Hic mustelas marinis mustelis æmulas gignit.

Erythr. Brigantinus item lacus Cenomanorum in finibus Brixiensium, ex quo Clusius fluv. per agrum Brixiensem in Ollium delabitur. Hic lacus *Idro*, teste Erythræo, nominatur, quem tamen apud vet. haud legi. A Brixia 15. mil. pass. abest.

Liv. Brigantinus portus, *Porto della Corunna* teste Jo. Mariana, port. Hisp. Tarracon. in Callaicis amplissimus apud Caronium urbem, à Compostella urb. 10. leuc. in Bor.

Ptol. Brigantium, Brigantia Anton. *Bregentz*, & *Bregnitz*, opp. Rhætiæ in Suevia ad Brigantinum lacum, comitat. olim, urbs Rhætiæ primaria, apud Lindavium urb. ab ea 2. leuc. in austrum, Curiam versus 8. à Constantia 5. in ort. ab Ulma 12. in Libonotum.

Strab. Ptol. Ant. Brigantium alterum, Brigantio Anton. Virgantia Amm. Marcellino, *Brianzon*, opp. Gall. Narbonens. in Delphinatu in Segusianorum conf. ad Druentiam fluv. inter Segusium urbem Italiæ in finib. Taurinorum 12. & Ebredunum urb. Delphinatus 7. leuc.

Ptol. Brigantium tertium in Albione, urb. archiep. Angliæ *York* sic à Ptol. lib. 2. magnæ construct. appellatur. vide Eboracum. Brigantium quoque urb. Hisp. in Gallæcia, quæ *Compostella* nonnullis esse videtur, aliis est *Betanzos*.

Ant. Bed. Brige, *Broughton* Camd. opp. Britanniæ in Anglia inter Ventam Belgarum 11. & Sorbiodunum 9. mil. pass. ex Anton. itin. Brage etiam legitur.

Aimoin. Brigensis saltus, qui & Brigia sylva, in Gall. Celt.

Scrip. Hisp. Brigiana *Buriana*, opp. Hisp. Tarracon. teste Beuthero haud obscurum in ora regni Valentiæ, à qua 7. leuc. abest in occ. Dertusam versus, inter Castellonum & Populam 2.

Plin. Brigiani, pop. Alpini in Alpibus Cottiis supra Caturiges: quorum opp. *Brianzon* esse videtur Simlero.

Scrip. Brit. Brillendunum *Bridlington*, opp. Albionis in ora littorali ad ort. in com. Eboracensi apud Flamburgum, & Hullam portum & empor. ab Eboraco ad 30. mill. in ortum.

Fortun. Brinta *Brenta*, fluv. Venet. apud Patavium fluens. vide Medoacus. De eo Ven. Fort. in vita S. Mart. l. 4.

" *Hic tibi Brinta fluens, iter est Retenone secundo.*

Brintum *Castel Brito*, opp. olim Æmiliæ in territ. Bononiens. Al. *Brento* opp. excisum videtur in monte apud Idisim fluv. à Bononia 12. mil. pass. in merid. distans.

Script. Gall. Briocum *S. Brieu*, urb. Gall. Celt. in ora Britanniæ Boreali, inter Maclovium ad ort. 10. & Leonam ad occ. 20. mil. pass. episc. sub archiep. Turonens. à S. Brioco episcopo denominata.

P. Diac. Brionum reg. Norici, in qua *Bruneck* opp. comitat. Tirolensis teste Laz. à Brixinensi urb. 4. leuc. in ortum. Ibi sanguinem è nubibus decidisse testatur P. Diac. Aliis Brionum *Pernaw* opp. videtur in territ. Salisburgens. Briones pop. Breuni Ptol. Breones Venant. Fortun.

Vet. mon. Bripium *Brivio*, opp. Insubriæ in agro Mediolanens. ad Adduam fluv. inter Mediolanum 24. mil. pass. & Bergomum 10.

Ant. Brisacus mons, Brisiacus ex al. cod. *Brisach* & *Prisack*, opp. Germ. super. ad Rhenum in Alsatia, inter Basileam ad austrum 7. & Argentoratum ad Bor. 8. leuc. à Colmaria 2. in ort.

Lib. Not. Brisgavi, pop. Germ. super. *Brisgower* teste Ortel. reg. Brisgoia Lat. rec. dicitur, vulgo *Brisgow*, in qua Friburgum urb. & academia à Basilea 7. leuc. in Cæc.

Ptol. Brisoana, *Bindimir* teste Molet. cum Cast. fluv. Persidis in sinum Persicum inter Rhogomanem, & Bagradam ad ort. influens. Hic Persepolim urbem primariam interluit.

Scrip. Brit. Bristolium *Bristow*, urb. Albionis in Angliæ & Walliæ conf. apud ostia Sabrinæ fluv. urb. episc. sub archiep. Cantuariens. & empor. celebre, à Londinio 97. mill. in occ. inter urbes tertium sibi locum vendicans. olim Venta Belgarum juxta nonnullos.

Cæs. Plin. & al. Britannia, quæ Ptol. Albion, ins. maxima Europæ in oceano Galliæ obversa: in duas à veteribus divisa, in 1. & 2. hoc est, in Angliam & Scotiam. prior etiam dicitur major, & superior; altera minor, & inferior. Anglia in austrum, Scotia in arctos vergit. Longitudo 800. mil. pass. continet inter oram australem Angliæ, ubi Antona opp. contra Vectim ins. & oram Borealem Scotiæ. Latitudo maxima 320. inter Cantium ad ortum, & Bolerium ad occ. promontoria. Ambitus quadragies octies septuagies quinquies mil. pass. teste D. Isid. Est & Britannia minor pars Gall. Celticæ ad occ. & Bor. quæ Aremoricæ civitates Cæs. dicitur, sic à Britannis, qui ex Britannia magna ab Anglis, sive à Saxonibus ejecti, in ea consederunt. Pop. Britanni. quorum mem. Virg. ecl. 1.

" *Et penitus toto divisos orbe Britannos*;

Britannia non solum Angliam, ut in Thes. ling. Lat. sed etiam Scotiam complectitur.

Urbes & oppida præclariora Britanniæ primæ, i.e. Angliæ & Walliæ, quæ nunc exstant. Quæ asterismis indigitantur oppida sunt vel munitiora, vel munimenti capaciora.

Urbes & oppida Angliæ.

Aballaba *Appleby*, in comit. Westmariæ
* Æglesburgus *Ailesbury*, Bucking.
Alnevicum *Alnwick*, Northumb.
Antona australis *Southampton*, reg. cognominis portus
Antona Borealis *Northampton*, reg. cognom.
Axelodunum *Hexham*, Northumb.
* Banburia *Banbury*, Oxon.
Barnastapula *Barnstable*, Devon.
Bathonia *Bath*, olim Aquæ calidæ & Aquæ solis, Somersett, episc. urbs
Bedfordia *Bedford*, reg. cognom.
* Berwicus *Barwick*, Northumb. portus
Boltonia *Bolton*, Lancast.
Brigewatera *Bridgewater*, Somersett.
* Bristolium *Bristow*, Somerset. portus
Buckingamia *Buckingham*, reg. cognom.
Calcaria *Tadcaster*, Eborac.
Camalodunum *Maldon*, Essex.
Cantabrigia *Cambridge*, olim Camboritum, reg. cognom. academia
Cantuaria *Canterbury*, olim Durovernum, Cantii, urbs archiepisc.
* Carleolum *Carlile*, Cumbr. urbs episc.
* Cestria *Chester*, & *Westchester*, reg. cognom. urbs episc. & portus
Chardum *Chard*, Somersett.
Chelmerum *Chelmsford*, Essex. olim Canonium
Chesterfeldia *Chesterfield*, Derbiens.
Cicestria *Chichester*, Sussex. urbs episc.
* Colcestria *Colchester*, Essex. olim Colonia
* Conventria *Coventry*, Varvic. urbs episc.

Corin-

Corinium *Cirencester* & *Circester*, Glocest.
Dancastrum *Doncaster*, olim Danum, Eborac.
Derbia *Derby* vel *Darby*, reg. cognom.
Dertmuta *Dartmouth*, Devon. portus
* Divisæ *the Vies* seu *Devizes*, Wilton.
Dorcestria *Dorchester*, reg. cognom.
* Dubris *Dover*, Cantii, portus
Dunelmum *Duresme* & *Durham*, episcopatus cognom. urbs episc.
Dunistabulum *Dunstable*, Bedford.
Durnovaria *Dorchester*, reg. cognom.
* Eboracum *York*, reg. cognom. urbs archiepisc.
Elia *Ely*, Cantabrig. urbs episc.
* Exonia *Excester*, olim Isca Danmoniorum, Devon. urbs episc.
Fanum S. Albani *S. Albans*, ubi olim Verulamium, Hertford.
* Fanum S. Botolphi *Boston*, Lincoln. portus & emporium
Fanum S. Edmondi *S. Edmonds Bury*, Suffolc.
Fons clarus *Shirborn*, Dorcestr.
* Gallena *Wallingford*, Bercher.
Garianonum *Yarmouth*, Norfolc. portus & emporium
* Genesborwia *Gainsborough*, Lincoln.
Gippevicum *Ipswich*, Suffolc.
Glasconia *Glassenbury*, Somerset.
* Glovernia *Gloucester*, olim Glevum, reg. cognom. urbs episc.
Harlepolis *Hartlepool*, Dunelm. episcopat. portus
* Harvicum *Harwich*, Essex. portus
* Herefordia *Hereford*, reg. cognom. urbs episc.
Hertfordia *Hartford*, reg. cognom.
* Hulla *Hull* vel *Kingston upon Hull*, Eborac. portus & emporium
Huntingdonia *Huntington*, reg. cognom.
Lancastria *Lancaster*, reg. cognom.
Lanstuphadonia *Launston*, Cornub.
Ledesia *Leeds*, Eborac.
Leicestria *Leicester*, reg. cognom.
Leonis monasterium *Lemster*, Hereford.
* Lichfeldia *Lichfield*, Stafford. urbs episc.
Lindum *Lincoln*, reg. cognom. urbs episc.
* Linum Regis *Linne*, Norfolc. portus & empor.
* Liserpalus *Lirpool* & *Leverpool*, Lancast. portus
* Londinum *London*, Middlesex. urbs regni primaria & episc.
* Ludloa *Ludlow*, Salop.
* Mancunium *Manchester*, Lancastr.
Margaberga *Marleborow*, Wilton.
Morpitum *Morpeth*, Northumb.
* Morsiburgus *Brug-morse* & *Bridgenorth*, Salop.
Neoportus *Newport*, Vectis ins.
* Neuarca *Newark*, Nottingam.
Northalvertonia *Northallerton*, Eborac. antehac comitatus
Norvicum *Norwich*, Norfolc. urbs episc.
Nottingamia *Nottingham*, reg. cognom.
* Novum castrum *Newcastle*, Northumb. portus & empor.
Novus mercatus *Newmarket*, Cantabrig.
* Oxonium *Oxford*, reg. cognom. urbs episc. & academia
Petropolis *Peterborough*, Northampt. urbs episc.
* Plimmuta *Plimmouth*, Devon. portus
* Pons fractus *Pontfract* vel *Pontfreit*, Eborac.
* Portus ostium *Portsmouth*, Southampt. portus
Prestonium *Preston*, Lancast.
* Readingum *Reading*, Bercher.
Richmondia *Richmond*, Eborac. antehac comitatus caput
Rium *Rye*, Suffex. port.
Roffa *Rochester*, Cantii, urbs episc.
Sacri capilli *Halifax*, Eborac.
* Salopia *Shrewsbury*, reg. cognom.
Sandovicum *Sandwich*, Cantii, portus
Sarum & Sarisburia *Sarisbury*, Wilton. urbs episc.
* Scarburgum *Scarborough*, Eborac. portus
Stanfordia *Stamford*, Lincoln. antehac academia
Staffordia *Stafford*, reg. cognom.
* Tanodunum *Taunton*, Somerset.
Theoci curia *Tewksbury*, Glocest.
Thetfordia *Thetford*, Norfolc. olim Sitomagus
Tonbrigium *Tunbridge*, Cantii
Tripontium *Torcester*, Northampton.
Varingtonium *Warrington*, Lancast.
Varvicum *Warwick*, reg. cognom.
Vicus Malbanus *Nantwich*, Cestr.
* Vigornia *Worcester*, olim Brannogenium, reg. cognom. urbs episc.
* Vimutium *Weymouth*, Dorcestr.
Uriponium *Rippon*, Eborac.
Uzella *Lestithiel*, Cornub.
Wellæ & de Fontibus *Welles*, Somerset. urbs episc.
Westmonasterium *Westminster*, Middlesex.
Wibigginum *Wiggin*, Lancast.
* Windlesora *Windsor*, Bercher.
Wintonia *Winchester*, Southampt. urbs episcopalis, olim Venta Belgarum.

Walliæ urbes & oppida quæ exstant.

Abergennium *Abergevenny* & *Abergenny*, olim Gobannium, reg. Monumetensis
Arvone *Caernarvon*, reg. cognom.
Bala *Bala*, Merviniæ
Bangoria *Bangor* vel *Banchor*, Carnarv. urbs episc.
* Bellomariscus *Beau-marish* & *Beaumoris*, Monæ ins. portus
Brechinia *Brecknock*, reg. cognom.
Cardiffa *Caerdiff*, Glamorg.
Cardigania *Cardigan*, reg. cognom.
Chepstovium *Chepstow*, Monumet.
Civitas legionum *Caer-leon*, olim Isca, Monumet.
Conovii ostium *Aberconwey*, ubi olim Conovium, Carnarv.
Denbighia *Denbigh*, reg. cognom.
Fanum S. Asaphi S. *Asaph*, Flintens. urbs. episc.
Fanum ad Taffum *Landaff*, Glamorgan. urbs episc.
Harlecum *Arlech* vel *Harlech*, Mervin. portus
Haverfordia *Haverford west*, Penbroch.
Maridunum *Caermarden*, reg. cognom.
Menevia *S. Davids*, Penbroch. urbs episc.
* Mons Gomericus *Montgomery*, reg. cognom.
* Monumethia *Monmouth*, reg. cognom.
Nidum *Neath*, Glamorgan.
* Penbrochia *Pembrook*, reg. cognom. portus
Radnoria *Radnor*, reg. cognom.
Ruthunia *Ruthin*, Denbigh.
Trellinum *Welshpool*, Mongomer.

Britanniæ primæ populi juxta Camdenum.

Attrebatii,
Bercheria *Barkshire*.
Belgæ,
Dorsettia, Dorcestrensis comitatus, *Dorcetshire*.
Somersettensis comit. *Somersetshire*.
Southamptoniæ comit. *Hamshire*, *Hantshire*.

Vecta insula *The Isle of Wight.*
Wiltoniensis comit. *Wiltshire.*
Brigantes,
Eboracensis comit. *Yorkshire.*
Dunelmens. episcopat. *The Bishoprick of Duresme* vel *Durham.*
Lancastriens. comit. *Lancashire.*
Westmaria comit. *Westmorland.*
Cumbria comit. *Cumberland.*
Cantium,
Kent.
Cattieuchlani,
Bedfordiensis comit. *Bedfordshire.*
Buckingamiens. comit. *Buckinghamshire.*
Hertfordiens. comit. *Hartfordshire.*
Coritani,
Derbiensis comit. *Darbyshire.*
Leicestriens. comit. *Leicestershire.*
Lincolniens. comit. *Lincolnshire.*
Northamptoniæ comit. *Northamptonshire.*
Nottingamiensis comit. *Nottinghamshire.*
Rotelandia *Rutland.*
Cornavii,
Cestriens. comit. *Cheshire.*
Salopiens. comit. *Shropshire.*
Staffordiæ comit. *Staffordshire.*
Warwicens. comit. *Warwickshire.*
Wigorniens. comit. *Worcestershire.*
Danmonii,
Cornubia *Cornwall.*
Devonia *Devonshire.*
Dimetæ,
Cardiganiæ comit. *Cardiganshire.*
Carmardeniæ comit. *Caermarthenshire.*
Penbrochiens. comit. *Pembrookshire.*
Dobuni,
Glocestriens. comit. *Gloucestershire.*
Oxoniens. comit. *Oxfordshire.*
Iceni,
Cantabrigiens. comit. *Cambridgeshire.*
Huntindoniens. comit. *Huntingtonshire.*
Norfolcia *Norfolk.*
Suffolcia *Suffolk.*
Ordevices,
Arvoniæ comit. *Caernarvonshire.*
Denbighiens. comit. *Denbighshire.*
Flintens. comit. *Flintshire.*
Mervinia *Merionethshire.*
Mongomeriens. comit. *Montgomeryshire.*
Mona insula *The Isle of Anglesey.*
Ottadini,
Northumbria *Northumberland.*
Regni,
Sussexia *Sussex.*
Suthreia *Surrey.*
Silures,
Brechiniæ comit. *Brecknockshire.*
Herefordens. comit. *Herefordshire.*
Glamorganens. comit. *Glamorganshire.*
Monumetens. comit. *Monmouthshire.*
Radnorens. comit. *Radnorshire.*
Trinobantes,
Middlesexia *Middlesex.*
Essexia *Essex.*

Urbes Britanniæ secundæ, hoc est Scotiæ.

* Aberdonia, olim Devana, *Aberdeen*, academ.
* Alata castra *Edenburgh*, urbs regia & acad.
* Andreapolis *S. Andrews*, academia
Brechinium *Brechin*
* Candida casa *Whithern*
Castrum Britonum *Dunbritton*
Castrum Caledonium *Dunkelden*
Chanrea *Chanonry*
Dornocum *Dornok*
Dumblanum *Dunblane*
Edimburgus. vide Alata castra
Elginum *Elgin*
Fordunum *Fordon.*
* Glasquum *Glascow*, academ.
Hamiltonum *Hamilton*
Insula S. Columbi *Columb-kill*, juxta Mulam
Kirchvallum *Kirkwale* in Pomonia
Lismoria *Lismore*
Mussalburgum in Laudonia *Musselborrow*
* Perthum *S. Johnston*
* Strivilingum *Sterling*
Suavicordium
Victoria *Wigton*, aliis *Inch-Keith*

Urbes Britanniæ Gallicæ, seu minoris.

Aletha. vide Maclovium
Briocum *Brieu*
Brivates *Brest*
Corisopitum, & Curiosolitæ, *Cornouaille*
Dolis *Dol*
Leona *S. Pol de Leon*
Maclovium, olim Aletha, *S. Malo*
Nannetes *Nantes*
Rhedones *Rennes*
Saliocanus *Roscou*
Trecorium, olim Osismi. *Triguier*
Venetiæ *Vannes*

Britanni etiam pop. Belgii, quorum tractus apud ostium Rheni *Thuys te Bretten* appellatur, teste Ort. *Plin.*

Britanni item pop. Britanniæ minoris, qui & Britones, quorum reg. *Bretaigne* Gallis dicitur. *Britannica mensa* instar adagii à Britannis orti dicitur, sicuti *Sybaritica mensa*. *Sidon.*

Britannicus oceanus, mare quod inter Galliam & Britanniam excurrit, *Canale* nautis Belg. *Manche* Gallis, *Sleeve* Anglis teste Ortel. inter ostia Rheni & Sequanæ test. Plin. quod tamen magis patet. Hoc & Germanicum non recte quidam dicunt. *Plin. Ptol.*

Britannicus portus Morinorum, idem cum Iccio. vide ibi. *Plin.*

Britinia, quæ & Britonium & Britonia, ac Bretonia, urb. Hisp. Tarracon. in Callaicis, (olim episc.) excisa, proxima Mindonensi urb. quæ illi successit. *Lib. Conc.*

Britium. vide Eurobritium. opp. Lusit.

Britones, pop. Gall. Celt. in Britannia minore, qui & Britanni Sidonio dicuntur. Sunt autem Britones, seu Brittones (utrumque enim legitur apud Sidonium) pop. Gall. Celt. apud alios etiam Albionis, ita ut nulla videatur differentia inter Britones & Britannos. Juvenal. sat. 15. *Juvenal.*

" *Quæ nec terribiles Cimbri, nec Britones unquam.*

Britonia. vide Bretonia.

Britonum Castrum *Dunbritton*, opp. Scotiæ & emporium in ora occidua apud ostia Cludæ fluv. à Glasquo urb. 5. mil. distans. vide Alcluith. *Lib. Conc. Scrip. Scot.*

Briva Isaræ, postea Esiepons, *Pontoyse*, opp. Gal. Belg. præclarum ad Æsiam fluv. ubi is in Sequanam labitur, à Parisiis 7. leuc. in Bor. Rhotomagum & Bellovacos versus. *Ant.*

Brivas, Vicus Brivatensis Herico, Briva Curretia G. Turonens. *Bruine en Limosin*, al. *Briue*, pag. Gall. in finibus Lemovicum. Et *Brioude*, opp. præclarum Arvernorum, à Claromonte urb. 4. leuc. Podium versus. *Sidon.*

Brivates portus, *Brest* teste Scalig. opp. & port. ac empor. Gall. Celt. in ora occid. Britanniæ; non circa ostia Ligeris, ut scribit Ortel. à quibus supra 40. leuc. abest in Bor. sed circa Gobæum prom. à Leona 8. leuc. à Nannetibus 43. in arctos. Est & Brivas *le port de Croisil* ad ostia Ligeris, teste Bertrando Argent. *Ptol.*

Brivenes *Prentz*, pag. Germ. ad Danubium in Suevia apud Laugingam urbem, teste Laz. ad Brentium fluv. ab Ulma urb. 4. leuc. in ortum, à Nerolinga 3. in austrum. *Vet. Inscr.*

Brixantæ, Brixentes Plin. pop. Norici, quorum urb. *Ptol.*

urb. Brixino, seu Brixinum in comit. Tirolensi. de qua mox.

Plin. Sueton. Ptol. Brixellum, seu Brixillum ex al. cod. *Bressello*, urb. olim episc. Gall. cispadanæ Pado flum. imposita, nunc opp. cum arce firmissima ad ducem Mutinensem spectans, contra Vitellianum opp. in altera Padi ripa, à Parma urb. 8. mill. pass. Mantuam versus, inter Cremonam 30. & Regium Lepidi 24.

Strab. Plin. Liv. & al. Brixia *Brescia*, colon. & urb. Venetiæ in Cenomanis, episc. sub archiep. Mediolanens. inde ad 60. mil. pass. Veronam versus distans, inter Bergomum ad occ. 30. & Veronam ad ort. 40. urbs ampla & munitissima, olim sub ducibus Mediolani, nunc Venetis parens, à Senonibus, sive ab Insubribus una cum Mediolano, Como, Bergomoque condita. Ejus mem. Catull. l. 3. carm. 68.

" *Brixia Veronæ mater amata meæ.*

Est & hujus nom. fluv. Asiæ: de quo Plin. lib. 6. cap. 27.

Brixino, & Brixinum, Brixina lib. concil. & Brixia poetis Germ. *Brixen* & *Brisnon* Germanis, urb. Norici episc. sub archiep. Salisburgensi in com. Tirolensi, inter Tridentum 13. & Oenipontem in Bor. 10. leuc. proxima Sabionæ urb. excisæ, cui successit. Pop. Brixentes Plin. Ortel. putat hanc esse Sublavionem: sed sunt urbes diversæ apud Anton. cum Sublavio eadem sit cum Sabiona; licet quidam poeta Germ. sic de ea,

" *Brixina quæ antiquum nomen (nisi nomina fallunt)*
' *Sublavionis habet* ----

Arriano. Brizana, Brisoana Ptol. *Sirt* fluv. Persidis teste Ortel. Sed al. est *Bindimir*. vide Brisoana. *Sirt* autem est in Persidis & Carmaniæ conf.

Ant. & Amm. Brocomagus, Breucomagus Ptol. *Brucomat* teste Rhenano, opp. Germ. sup. in Alsatia infra Argentoratum 2. leuc. distans in Bor. ab Hagenoa totidem in Africum.

Broda, urb. Boemiæ gemina, Teutonica, & Bobemica. de hac lib. 5. itin.

" *Præbuit hospitium dein Broda Boemica nobis.*

De Teutonica ibidem,

" *Mœnia Teutonicæ Brodæ mox clara subimus.*

Et non longe post,

' *Trebitium versus non patuere viæ.*

Prior *Brod Behemisch*, inter Pragam 4. & Cuttembergam 5. leuc. altera *Brod Deutschen*, à priore 11. leuc. Trebitium versus 9.

Script. Belg. Bronium *Braine*, opp. Belgii in Hannoniæ & Brabantiæ conf. à mont. S. Gerardi 5. leuc. Al. videtur pag. in terr. Lonacensi.

Ant. Brovonacis, Braboniacum lib. Not. *Brougham* teste Camd. opp. Albionis in Anglia inter Eboracum 85. & Luguvallum 22. mil. pass. ex itin. Antonini, à Caturractonio 43. apud Scotiæ limites, in regione Westmariæ.

Corn. Tac. Bructeri, pop. Germ. in Frisia orientali incolentes: quorum tractus *Brockmerlandt* teste Corn. Kempio dicitur. Ab his *Brockersberg* mons circa Goslariam urb. Saxoniæ dictus videtur, teste Peucero, Melibocus veteribus. Putantur iidem Busacteris. vide ibi. Sunt qui hos in Marchia comit. in Westphalia collocent. Mem. illorum Claud. de 4. cons. Honor.

' ------ ------ *Venit accola sylvæ*
" *Bructerus Hercyniæ, latisque paludibus exit*
' *Cimbrus* ------

Hos Drusus navali prælio in Amasio fluv. superavit, teste Tac.

Scrip. Belg. Brugæ *Brugge* & *Bruges*, urb. Belgii in Flandria ampla & elegantissima, sic à pontium multitudine dicta, à Gandavo 8. leuc. in occ. versus Furnas totidem, quot à Metelburgo urbe Zelandica in Libonot. Aldenardum versus, episc. sub archiep. Mechliniens. Sunt & Brugæ opp. in Nortgoia, quarum mem. poeta quidam lib. 5. itiner.

" *Mœnia Brugarum vespere parva peto.*

Æginart. Brumia *Pruim*, pag. cum cœnobio, sive abbatia præclara in sylva Arduenna in Leodiensis ditionis & Lucemburgens. duc. conf. ad fluv. cognominem, inter Treviros 7. & Limburgum in Bor. 6. leuc. Prumia plerisque nominatur, proxima Fano S. Viti.

Cæs. Cic. & al. Brundisium, Brendesium Ptol. Brundusium Plin. Hor. & Liv. Brentesium Steph. & Strab. *Brindisi*, colon. & urb. archiep. Salentinorum marit. in ora Bor. contra Tarentum, à quo 36. mil. pass. abest in septentr. portum habet tutum, ab Ætolis Diomedis sociis conditum teste D. Isidor. Abest inter Barium ad occ. 72. & Hydruntum in ort. 50. mil. pass. Aletio in medio. De eo Enn. poeta sic,

" *Brundusium pulchro præcinctum præpete portu.*

Luc. lib. 2.

' ------------ *profugusque per Appula rura*
" *Brundusii tutas conscendit Magnus in arces.*

Brendam sive Brundam à poeta quodam brevitatis gratia dictum ait Fest.

Plin. Brundulus portus, *Brondolo*, port. Venetiæ apud Fossam Clodiam urb. ab Athesi & Togisono (non a Pado, ut scribit Ortel.) effectus.

Script. Germ. Brundunum *Braunaw*, opp. Norici in Bavaria à Salisburgo 7. leuc. in Bor. Pataviam propiorem versus. vide Braunodunum.

Scrip. Ger. Brundusia, *Bondrut* vel *Bruntrut* vulgo, opp. est Sequanorum in territ. Basileensi, sedes episcopi Basileensis, inter Basileam 6. & Mont. Bellicardum urbem Burgundiæ ad occ. 4. leuc.

Scrip. Ger. Brunopolis, Brunonis vicus, Brunsuiga, & Pentapolis, *Brunswick*, urb. Saxoniæ clarissima & maxima, sic à conditore dicta (licet Tulisurgium à Ptol. dicta putetur) urb. potens, munitissima, ac libera (tametsi principes reg. sese duces Brunsuicenses inscribunt) inter Erphordiam & Hamburgum, inde 24. hinc 20. leuc. à Magdeburgo in occ. 13. quot à Luneburgo recedens. De ea lib. 7. itiner.

" *Donec Brunonis vicum pervenimus usque.*
" *Hæc olim vicus, nunc ampla & nobilis urbs est;*
" *Quintuplicique regit cives distincta senatu.*
" *Bello & pace potens, vario munimine firma.*

Et alibi,

" *Pentapolim hic noto Brunsuigam nomine dictam.*

Brusa per errorem pro Prusa ex Plin. urb. Bithyniæ in Thes. ling. Lat. scribitur.

Plin. Justin. Strab. & al. Brutii, pop. Italiæ in ora maris superi & inferi, contra Siciliam, inter Lucanos & magnam Græciam incolentes, quorum reg. *Calabria* hodie dicitur, ex ampliorib. in regno Neapolitano; Bretii Strab. Brutiani Polyb. & Aul. Gell. Brettii in cod. Theodosiano. Horum duæ sunt metropoles, Consentia in Calabria citer. Rhegium in ulteriore. Hinc Brutius nom. gent. Illos Aul. Gell. lib. 10. à Rom. victos loco servorum habitos esse scribit, quod primi Hannibalem excepissent. Sil. lib. 8.

" *Brutius haud dispar animorum, unaque juventus*
" *Lucanis excita jugis* ------

Brutates appellantur ab Ennio, qui eos bilingues vocat, quod Osce & Græce loquerentur, ut Festus refert.

Urbes Brutiorum quæ hodie exstant.

Amantia l' Amanthea	Miletus & Melita *Melito*
Balbia *Altomonte*	* M. Altus *Mont-alto*
* Besidianum *Bisignano*	M. Leonis olim Hipponium *Monte leone*
Bova *Bova*	Nicotera *Nicotera*
* Consentia *Cosenza*	Oppidum *Oppido*
Marcopolis *S. Marco*	* Rhegium *Reggio*
Martoranum olim Mamertium *Martorano*	* Tropea *Tropea*

Mel. Brutium *Capo Bursano*, prom. Brutiorum inter Leucopetram apud Rhegium, & Zephyrium apud Locros, cui propius est, non procul à magnæ Graciæ conf.

Script. Belg. Bruxellæ *Brussel*, urb. Belgii, Brabantiæ præcipua, sedes principum, ab Antuerpia 8. leuc. in austr. à Lovanio 4. in occ. versus Gandavum. Bruxella quoque num. sing. passim dicitur, ut lib. 4. itinerar.

" *Excepit Bruxella, sacras ubi Cæsaris arces*
" *Vidimus, adjunctosque hortos muro undique cinctos.*

Hesych. & Lycophr. Brychus, fluv. Peloponnesi per Achaiam apud Pellenen opp. in sinum Corinthiacum influens.

Cat. Brygianum *Bracciano*, opp. Hetruriæ. vide Arcenum.

Plin. Brygion opp. fuit Macedoniæ: de quo Plin. lib. 4. c. 10.

Ptol. Bryorum littus, *Ardbry* teste Marmol. opp. Cyrenaicæ marit. inter Boreum prom. ad occ. & Berenicen urb. ad ort. propiorem.

Plin. Brysæ, pop. Thraciæ inter Nestum & Hebrum flumina, quorum Brysis urb. episc. sub archiep. Hadrianopolitano, teste Curopalate, postea inter metropoles habita.

Bryseæ, urbs Laconiæ in Peloponneso, teste Porphyr.

Steph. Brystacia *Umbriatico*, *Briatico* teste G. Barrio, urb. magnæ Græciæ episc. sub archiep. Siberenensi, in Calabria ulteriore, Cerentiæ urbi finitima ad 8. mil. pass. à Cariato 14. in austrum, à Cotrone 24. quot ferme à Siberena Roscianum versus ad 35.

Ptol. Buba, Buca Strab. *Termole* ut aliquibus videtur, urb. Frentanorum marit. in Aprutio apud Apuliæ fines apud ostia Tipherni fluv. Histonio opp. proxima, ab eo 6. mil. pass. in ortum distans.

Sex. Aur. Bubalia Pannonia, quæ & Sirmiensis, pars Panoniæ infer. in Hungaria circa Sirmium urb. *Sirmisch* teste Laz.

Plin. Bubassus, reg. Cariæ teste Plin. in qua Bybassus urbs erat Steph. ubi templum erat Dianæ spectabile. Inde Bubasis patronym. apud Ovid. lib. 4. metam.

" *Bubasides videre nurus*— —-—

Ptol. Strab. Bubastus, & Bubastis Herod. *Pibeseth*, & teste Jo. Leone *Azioth*, urb. Ægypti ad Nilum intra Deltam, sic à dea quæ ibi colebatur nominata, ubi templum fuit augustum illi deæ dicatum, cujus mem. Ovid lib. 9. metamorph.

" *Sanctaque Bubastis, variisque coloribus Apis.*

Sed potius Bubastis dea dicta est ab urbe in qua colebatur, (quæ Diana fuit) quam urbs à dea.

Strab. Bubiemum, Buiasmum in Græcis codicibus, Marobudum Ptol. *Praga* teste Avent. urb. Bohemiæ regia & archiep. Sed alii contradicunt. *Budweiss* aliis. vide Marobudum.

Plin. Ptol. Bubon urbs fuit Lyciæ (non Lydorum, ut in Thes. ling. Lat.) mediterr. episc. sub archiep. Myrensi, Balburæ, Chomati, & Condybæ finitima. Scribitur & Bubo.

Strab. Plin. Buca, Bucara Melæ, Buba Ptol. *Termole* teste Celso Cittadino, urb. Frentanorum in Apuliæ conf. episc. sub archiep. Beneventano, à mont. Gargano 200. stad. teste Strab. in occ. distans. *Secca* opp. videtur Leandro excisum apud ostia Sari fluv. & apud Fossam cæcam opp. ab Anxano 5. mil. pass. in occ. à Teatea 14. in Bor. Sed hoc in Pelignis, non in Frentanis: Buba quoque teste Ptol. in Pelignis erat; ex quo à Buca diversa videtur.

Ptol. Bucephala, Bucephalum Q. Curtio & Aul. Gell. *Gelfeten* teste Mercat. urb. Indiæ citer. ad Hydaspem fluv. ab Alex. magno condita, & de equi sui nomine dicta.

Bucia, opp. Siciliæ mediterr. (quod nunc *Butera* dici putatur) non obscurum, vallis Neetensis, à Terra nova octo mill. pass. distans.

Scrip. Sard. Bucina, sive Buccina, ut alii legunt, *Tolara* vel *Teulara*, ins. Sardiniæ ante Phausaniam urbem oræ orientalis; quam quidam Hermæam à Ptol. dici volunt. Hic S. Pontianus Rom. Pontifex exilium passus occubuit.

Plin. Bucinna, ins. maris Sardoi, à Plin. inter Æthusam & Osteodem insulas Siciliæ memoratur.

Marcell. Bucinobantes, *Weisbaden* teste Heroldo, opp. Ger. ad ulteriorem Rheni ripam è regione Moguntiæ urb.

Ptol. Bucra, *Longobardo* sive *Longobalda* teste Cl. Arretio, opp. Siciliæ in ora australi, inter Agrigentum ad occ. & Camarinam ad ort. sed Bucra nomen est prom. non opp. unde *Capo Longobardo* dici debet.

Scrip. Hung. Buda *Offen*, urb. Pannoniæ infer. ad Danubium, Hungariæ regia & caput, cum Strigonio & Alba Regali trigonum faciens, 8. leuc. utrinque distans, sub Turcis. Olim Sicambria dicta putatur. Hic duo fontes apud Danub. in colle; quorum alter frigidissimus, alter ita gelidus ut manus ferre nequeat mersa. De Buda in lib. itin. 5. sic,

" *Illinc Buda gemens vix octo millia distat:*
" *Strigonium subita veneris inde rate.*

Herod. Budini, Bodeni Ptol. Vidini Amm. pop. Sarmatiæ Europ. qui & Geloni. quorum reg. *Podolia* in regno Polonico. Ibi Budinus mons Ptol. [Βώδινον in man. Seld.]

Ptol. Budorgis, *Breslaw* Pyramio & Curio, urb. Germ. episc. sub archiep. Gnesnensi, Slesiæ caput, ad Oderam fluv. ex primis Germ. inter Pragam 28. & Posnaniam urbem Poloniæ in Cæc. 24. leuc. Gnesnam vero metropolim 31. atque inter Dresdam urb. Misniæ ad occ. & Cracoviam regiam Poloniæ in ort. 35. Uratislavia Lat. recenti. Sed Ortel. Budorgis *Ratibor* esse videtur, qui *Breslaw* Budorigum dici Ptol. scribit.

Ptol. Budoris, urbs Germ. quæ nonnullis *Heidelberg* esse videtur, urbs & acad. in Sueviæ, Franconiæ, Palatinatusque conf. Spiræ proxima ad 3. leuc. Palatini comitat. primaria. Sed B. Rhenano potius est *Durlach* urbs Marchiæ Badensis, ab Heydelberga 7. leuc. in austrum, inter Badam & Spiram 4. Est vero Heydelberga apud Neccarum amnem, ut lib. 4. itin. Germ.

" *Hinc quoque Musarum celebres quas Neccarus arces*
" *Alluit, Heydelberganam, claræque Tubingæ.*

Ant. Budua *Nuestra Sennora de Betone*, opp. olim, nunc vicus Lusitan. teste Vasconcello, inter Elteri ad occ. & Emeritam ad ort. quasi 10. leuc. proxim. Septem aris 12. mil. pass. distans.

Script. Ger. Buduissa *Budweiss*, urb. non obscura Bohemiæ, inter Pragam 15. & Lentiam 12. leuc. de qua lib. 5. itin. sic,

" *urbs (Budovissam quam dicunt) splendida tectis*
" *Quas habet è saxis exhibet illa domos.*

Strab. Bugei, pop. à Partheniis orti, qui expulsi, & ad Cretam appulsi, una cum Minoe in Siciliam navigantes, inde in Macedoniam pervenere.

Plin. Buges, Byce Ptol. *Sesehau*, pal. Sarmatiæ Europææ apud isthmum Tauricæ è regione sinus Carcinitis, in paludem Mæoticam influens.

P. Diac. Bulgari, pop. Mysiæ in Thraciæ conf. sic à Bulga fluv. sive Volga, ubi primum in Moschorum finibus habitarunt. Reg. Bulgaria etiam vulgo dicitur. Cujus metropoles sunt Sophia, ubi sedes est præfecti, & Ternobum, ubi sedes metropolit.

Plin. Ant. Bulla Regia, urb. Africæ proprie dictæ inter Hipponem 87. & Carthaginem in ort. 130. mil. pass. Siccæ Veneriæ proxima. *Antra* hodie dici fertur, olim episc. sub archiep. Carthaginens. Bullæ etiam apud

apud Curopal. urb. episc. Myf. infer. nunc metrop. sub patriarch. Constantinopolitano.

Ptol. Bullæum, *Buelth* teste Camd. prom. Albionis in * Cornubia reg. cum opp. cognomine, quod Biltheum dicitur, vulgo *Buelth*, in ora reg. boreali, inter Exoniam urb. ad austrum, & Herculeum prom. ad 20. mill. Villanovanus *Witlam* scribit appellari, sed Camdeno indigenæ magis fidendum. [*Camdenvero est *Buelth* opp. mediterr. in Wallia, comitat. Brechiniens. ad Veium fluv.]

Sigebert. Bullonium *Boullion*, & *Bouillon*, opp. cum arce in mont. firmissima Gall. Belg. ducali tit. exornatum, ad episcopum Leodiens. spectans, in ducat. Lucemburgensis conf. intra sylvam Arduennam, inter Maderiacum, sive Macerias opp. Galliæ ad Mosam, & ad occ. 4. ac Castrum novum ad ortum 3. leuc. à Lucemburgo 12. in occ.

Ptol. Bulua. vide Butua.

Ptol. Bunitium, *Sundt* sive *Straelsundt* teste Villan. urb. Germ. in ora Pomeraniæ Boreali, inter Rostochium ad occ. 9. & Gripswaldum ad ort. 4. leuc. media inter Bardum & Gripswaldum, contra Rugiam ins. emporium haud obscurum; Sundis, sive Sundium Lat. recenti.

Colum. Bunius, fons in finibus Vestinorum apud Amiternum urb. excisam, teste Pompon. Fortunato, & Columella.

Ptol. Bunobora, *Barba* Marmol. opp. Maurit. Cæsariens. mediterr. Victoriæ, Vagis, Gigluisque urbibus finitimum.

Pauf. Ptol. Bura, *Vostica* Mol. opp. Achaiæ Peloponnesi ad sinum Corinthiacum, inter Pellenen & Helicen, urbs ab aquis absorpta una cum Helice, teste Ovid. lib. 15. metam.

" *Si quæras Helicen & Buram Achaidas urbes,*
" *Invenies sub aquis---*

Plin. Burchana, ins. maris Germ. occid. vide Byrchanis, & Fabaria.

Ant. Burcinacium, *Kraneburg* teste Siml. opp. Germ. infer. in ducat. Clivensi apud Cliviam urb. 1. leuc. distans in occ. à Noviomago urb. Geldriæ 2. Sunt qui Burcinacium sive Burginatium *Burick* opp. ejusdem ducat. ad Rhenum ex adverso Wesaliæ urbis indigitent: quod verisimilius videtur.

Ant. Ptol. Auson. Burdigala *Bordeaux* & *Bourdeaux*, urb. archiep. Aquitaniæ ad Garumnam fluv. in ora occid. ejus reg. Aquit. quæ vulgo *Guienne* dicitur, caput ac conventus juridicus, (Parlamentum Galli vocant) à Tolosa 30. leuc. in Circium, inter Santonas ad Bor. 21. & Baionam ad merid. urbem extremam 26. leuc. & alia via 34. Patria Ausonii, de qua ille in catal. urbium,

" *Diligo Burdigalam, Romam colo; civis in hac sum,*
" *Consul in ambabus. cunæ hic, ibi sella curulis.*

Apud illum lacus est marinus.

Scrip. Hisp. Burgi *Burgos*, urb. archiep. Hisp. Tarrac. Castellæ veteris caput & regia, inter Cæsaream Augustam ad ort. 52. & Legionem ad occ. 33. ac inter Toletum ad merid. 51. Flaviobrigam ad Bor. & Cæc. 31. vide Bravum & Masburgi.

Ant. Burgium, *Mal Borgetto* ex Siml. teste Ortel. opp. seu pag. Norici in conf. Carnorum, non Rhætiæ ut Ortel. scribit, ad Fellam fluv. in via inter Aquileiam & Villacum occurrens, inter Clemonam opp. Carnorum, & Villacum urbem Norici 24. mil. pass. intra Alpes Julias.

Prof. Rom. Burgum S. sepulchri *Borgo di S. Sepolcro*, urb. episc. Umbriæ apud Tiberim fluv. sub archiep. Florentino, inde in ortus 50. mil. pass. distans, à Tiferno Tiberino 8. in Bor. Ea tractem producit, & magno paret Etruriæ duci. Illam Biturgiam Ptol. dictam volunt. Sed Biturgia in Etruria longe ab hoc loco describitur. Est & Burgum S. Domnini urb. Æmiliæ (vide Julia) episc. sub archiepisc. Bononiensi.

Burgundiones, pop. Gall. Celt. *Bourgongnois* Gallice, *Borgognoni* Italis, ex Germania in Galliam profecti; quorum reg. Burgundia gemina Arari fluv. divisa, una ducatus (in qua Hedui) ad regem Galliæ spectans, altera in ortum vergens (in qua Sequani) comit. ad Hispanum regem pertinens. Olim proprium regem Burgundia habuit. Burgundio in sing. num. Sidon. in panegyr. Avito; Plin.

" *Te capit, insidoque tibi Burgundio ductu.*

Burgundiæ ducatus urbes primariæ.

Antissiodorum *Auxerre*	Divio *Dijon*
Augustodunum *Autun* vel *Austun*	Lingonæ *Langres*
Belna *Beauln*	Matiscona *Mascon*
Cabilonum *Chalon sur Saone*	Nivernæ *Nevers*
	Tinurtium *Tournus*

Burgundiæ comitatus urbes.

Arbosium, olim Arborosa *Arbois*	Nozoretum *Nozereth*
	Orgelium *Orgelet*
Cromarum *Cromary*	Ornanum *Ornans*
* Dola *Dole*	Palma *Baulme*
Falconiacum *Falcougny*	Polychnium *Poligny*
Graiacum *Gray*	Pons Araris *Pont sur Saone*
Jussum *Jussey*	Pons Arlius *Pont Arlier*
Mombosium *Montboson*	Quingium *Quingey*
* M. Bellicardus *Montbelliard*	Rupes fortis *Rochefort*
	* Salinæ *Salins*
M. Justinus *Mont Justin*	* Vesulium *Vesoul*
	* Vesuntio *Besanzon*

* Buridensii, pop. Daciæ, quorum urb. Varadinum est teste Laz. in Hungaria trans Danubium in conf. Transylvaniæ, ultra Tibiscum, à Buda 24. leuc. in ort. (in medio Solnocum urbs ad Tibiscum fluv.) episc. sub archiep. Colocensi, *Wardeyn* & *Varadin*. [*in man. Seld. Βουριδήνσιοι.] Ptol.

Burii, pop. Germ. cognomine * Luti, qui teste And. Velleio, cum Rantzovio, in ins. maris Baltici cui nomen est *Bornholm* habitant. Alii eos in Slesia reg. in Teschinensi ducat. locant. [*in man. Seld. Λοῦτοι.] Tac. Ptol.

Burnum, Burnium Liv. *Grachova* teste Nig. opp. Illyrici mediterr. in Liburnia (non in Dalmatia, ut in Thes. ling. Lat.) Arauzonæ propinquum. Plin. Ptol.

Buronia sylva *Wester waldt*, sylva apud Col. Agrippinam. Trithem.

Burrium, *Uske* teste Camd. opp. Albionis in Wallia reg. Monumetens. Iscæ finitimum, inde 9. mil. pass. Callevam versus. sed al. est *Lodbury*, nomine alludente. Ant.

Bursaonenses, pop. Hisp. Tarraconens. inter Calaguritanos & Complutenses. Plin.

Burtina, Bortina Anton. *Almudenar* teste Surita, opp. Hisp. Tarracon. in Arragoniæ regno, inter Cæsaraugustam 10. & Oscam in Cæc. 4. leuc. Al. videtur *Balbastro* urb. à Cæsaraugusta 22. leuc. ab Ilerda 5. Oscam versus. Ptol.

Buruncum, & Burungum ex al. cod. *Burijck*, opp. Germ. infer. ad Rhenum contra Dusseldorpium urbem in altera flum. ripa, à Col. Agrippina 5. leuc. in Bor. apud Nuesium. Ant.

Busacteri, pop. Germ. gemini, majores & minores, iidem ut aliquibus videtur cum Bructeris Strab. Tac. & Paterc. quorum reg. est Transisalana teste Pyramio; al. pars Westphaliæ circa Monasterium urb. teste Willichio. Busacteri majores ab aliis in com. Oldemburgens. Ptol.

gens. minores in comit. Benthemens. collocantur. Horum *Brockersberg* opp. esse videtur apud Goslariam urbem in Saxonia. Busatonæ etiam dicuntur, ut lib. 7. itiner.

" *Quæ Frisius, Cattus, Busatonæque tenent.*

Strab. Ptol. Steph. Busiris, *Bosire* teste Jo. Leone, urb. Ægypti intra Deltam Sebennyto & Leontopoli urbibus finitima, ad Nilum, inter Babylonem & Memphim, teste Bellon. inter Cairum & Pyramides occurrens. Sed Pyramides extra Deltam sunt. Ramesses Hebræis, nunc *Iskaal Lein Alschemes*, jacens.

Sulp. Buteræ *Besiers*, urb. episc. Gall. Narbonens. apud Narbonam. vide Bliteræ.

Cic. Strab. Plin. Buthrotum, sive Buthrotus Ptol. *Butrinto*, urb. Epiri in ora contra Corcyram ins. à Corcyrensi urbe 12. mil. pass. distans in Cæc. ab Acroceraunis montib. 100. stad. in merid. Nicopolim versus 50. episc. sub archiep. Naupactensi. Hic Medea Oetæ regis filia à Jasone sepulta teste Solino. Buthrotos legitur apud Ovid. lib. 13. metam.

' ——— *Regnataque vati*
" *Buthrotos Phrygio, simulataque Troja tenetur.*

Liv. Buthrotus, fluv. magnæ Græciæ apud Locros fluens, *Novito* hodie teste Barrio.

Strab. Ptol. Butrium *Budrio*, vel *Butrio*, opp. Æmiliæ sive Galtogatæ in agro Bononiensi, à Bononia 10. mil. pass. Ferrariam versus. In Thes. linguæ Lat. non procul à Ravenna dicitur, cum ab ea ad 40. mil. pass. distet, proximum Bononiæ ad 10.

Plin. Steph. Butua, Bulua Ptol. Buthoe Steph. *Budoa*, urb. Illyrici in ora Dalmatiæ (non Liburniæ, ut in Thes. linguæ Latinæ) littorali, inter Ascrivium & Olchinium urbes ejusd. oræ, ab Antibaro 10. mill. pass. in occ. Ascrivium versus 20. episc. sub archiep. Antibarensi. De ea lib. 2. itiner.

" *Linquitur à tergo Butua, Ascriviumque superbum.*

Ant. Butuntum, sive Butuntus, Budruntum in aliis lib. *Bitonto*, urb. Apuliæ Peucetiæ mediterr. inter Rubos 10. & Barium 8. mil. pass. Bitecto urbi propior, episc. sub archiep. Barensi. Pop. Butuntinenses Plin. non in Calabria, ut in Thes. ling. Lat. male legitur.

Ptol. Buvinda, *Banna* Camd. sive *Banny*, fluv. Hiberniæ per Laginiam in ort. apud Eblanam urb. (hæc est Dublinum) fluens. Al. *Slayne* putatur; qui etiam Latine Boandus dicitur apud Dondalciam urbem fluens. Paul. Jovius Boandum cum Buvinda confundit, illumque per Hultoniam apud Armacam urb. in Bor. contra Scotiam fluere scribit. [Camdenus habet *Boyn* fluv. per Midiam apud Droghedam fluens, cui superimponitur *Slane* opp. *Banna* autem sive *Bann* ait Ultoniens. esse fluv. & in comit. Colranens. fluere.]

Plin. Liv. Mel. & al. Buxentum, Pyxuntum seu Pyxus Strab. *Pisciota*, olim. col. & urb. episc. nunc castrum parvum Lucaniæ marit. apud prom. ejusd. nominis, vulgo *Capo di Pisciota*, inter Pæstum ad occ. & Laum ad ortum, à Pæsto 30. mil. pass. Nomen habet à buxo, cujus ibi copia reperitur. Pop. Buxentini Plin. Hinc Buxentius nom. gent. Sil. lib. 9.

" *Arridet tellus, seu sunt Buxentia cordi*
' *Rura magis* ———

Sigeb. Buxudis, sive Buxidis, *Boussut*, castrum, seu pag. Belgii in Hannonia ad Hanam flu. inter Montes inde 2. leuc. & Binchium in ort.

Ovid. Byblis, mons Cariæ apud Miletum urbem teste Ortel. sed apud Ovid. lib. 9. metam. fons est, non mons.

" *Sic lacrymis consumpta suis Phœbeia Byblis*
' *Vertitur in fontem* ———

Strab. * Byblus, Byblos Plin. *Giblet* teste Brochardo, seu *Zibellet* Nig. & Postel. al. *Gibeleto*, urb. Phœniciæ marit. inter Tripolim ad Bor. 36. & Berytum in austrum 24. mil. pass. Al. inter Botrym & Berytum 10. mill. urb. archiep. sub patr. Antiocheno, nunc cum Botry excisa. Est & Byblus seu Biblus fluv. Naxi ins. teste Steph. unde vinum Biblinum. [* ΒΙΒΛΟΣ in Seld. manuscr.] Mel. Ptol.

Ptol. Byce, Byges & Buges Plin. palus & fluv. Sarmatiæ Europ. in Mæotidem influens, *Sesehan* Mol. (non *Buges*, ut in Thes. ling. Lat. nam Buges est nomen Latinum apud Plin.)

Cedren. Bydena *Vidin* seu *Bidin*, & *Bodon* Nigro, urb. Mysiæ super. apud Danubium, urb. archiep. & sedes præfecti. vide Viminacium.

Strab. Byrchanis, Burchanis Steph. Burchana Plin. cui & Fabaria, *Borkun* teste G. Camd. ins. maris Germanici Frisiæ adjacens contra Amasii flum. ostia. vide Fabaria.

Byrsa *Bersack*, arx Carthaginis urbis notissimæ in ora Africæ, teste Marm. *Almenara* al. cujus mem. Virg. lib. 1. Æn.

" *Mercatique solum facti de nomine Byrsam.*

Strab. Byzacium, Byzacina Ptol. reg. Africæ inter Tunisim sive Tunetim, & Adrumetum urbes, vulgo *Regno di Tunisi* teste Ortel. Quæ reg. 200. mil. pass. & amplius patet teste Solino. Ubi Bysacena urb. episc. sub archiep. Carthaginens. fuit ex lib. Conc. Reg. Byzacium tantæ fertilitatis est, ut unum centum & quinquaginta reddat, ut Plin. lib. 5. c. 4. & lib. 17. c. 5. author est: quod sane mirum videri potest, cum apud nos pro uno vix octo ex seminibus terræ demandatis recipiantur.

Xenoph. Strab. Polyb. & al. Byzantium, Bizantium Cic. Constantinopolis postea à Constantino mag. instaurata & aucta, *Constantinopoli* Italis, & *Stamboli* Turcis, urb. patriarch. Thraciæ ad Bosporum contra Chalcedonem urbem Bithyniæ, urbium Europæarum maxima (18. enim mil. pass. ambitus continet) inter urbem Romam ad occ. 1210. & Ecbatana, sive Tabresium regiam Persarum ad ort. 1390. mill. pass. à Pausania Spartanorum rege anno ab orbe condito 3469. post captam Trojam 96. quando Tarentum & Locri, condita. impp. Græcorum sedes, nunc regia Turcarum. Pop. Byzantii Polyb. Byzantius nom. gent. Claud. lib. 2. in Eutrop.

" *Cum duce mutatæ vires, Byzantia robur*
" *Fregit luxuries* ———

Byzantinus etiam nom. gent. Claud. loco citato,

" *Et Byzantinos proceres, Graiosque Quirites.*

Val. Flac. Dionys. Byzeres, pop. Asiæ inter Cappadoces & Colchos incolentes Mosynœcis finitimi & Macronibus. quorum mem. Dionys. de situ orbis, & Val. Flacc. lib. 5. Argon.

" *Byzeresque vagi, Philiræque à nomine dicta*
' *Littora* ———

Plin. Byzia *Vize*, urb. Thraciæ mediterr. ad fluv. cognominem, ab Apris 50. mil. pass. in Bor. distans teste Plin. olim regia, nunc quoque sedes unius præfecti, & metrop. cum prius episc. esset sub archiep. Heracleensi. Hujus mem. poeta quidam lib. 2. itiner.

" *Haud procul hinc etiam deserta arx Byzia regum*
" *Threiciæ gentis petricosi in vertice montis.*

C

Ptol. Caballinum. urb. Gall. Celt. vide Cabillonum. Est & Caballinus fons notissimus, quem poetæ ex Pegasi ungula, qua is mont. Heliconem percussit, emersisse aiunt. unde & Pegasæus nominatur.

Ptol. * Cabanodurum, opp. Norici quod aliquibus *Braunaw* teste Mol. opp. Bavariæ ad Oenum fluv. esse videtur, sed situs repugnat. [* vel Gavanodurum, man. Seld. Γαυανόδουρον.]

Ca-

Ptol. Steph. Cabassus, *Thebasse* teste And. Theveto, urb. Armeniæ minoris Cybistris urb. finitima in Cataonia reg. Sed *Thebasse* legendum videtur. Est & vicus hujus nominis inter Tarsum & Mazacam teste Apione cum Steph.

Plin. Ptol. Cabellio *Cavaillon*, urb. Gall. Narbonens. in Provincia ad Druentiam fluv. in comit. Avenionens. inter Avenionem 4. & Aquas Sextias 8. leuc. dissita, episc. sub archiep. Avenionensi. Ortel. Cabellionem cum Cabillono confundit. In Thes. ling. Lat. legitur hanc urb. esse vicinam Carcaso: quod falsum est; Carcasum enim, seu Carcaso longe hinc distat, ut suo loco.

Cæs. Cabillonum, seu Cabilonum ex al. cod. *Chalon sur Saône*, urb. Gall. Celt. ad Ararim fluv. in Burgundiæ duc. inter Matisconam ad merid. 13. & Divionem in Bor. 16. leuc. ab Augustoduno 21. in Cæc. In Thes. ling. Lat. scribitur hanc urb. alio nomine dici Catalaunum: quod falsum; nam Catalaunum est urb. Campaniæ Gallicæ longe ab hac diversa.

Strab. Cabira urbs fuit Paphlagoniæ Eupatoriæ propinqua, ab ea 150. stad. distans, teste Strab. Cabura vero teste Plin. lib. 31. c. 3. est fons Mesopotamiæ odorifer, quod ibi Juno perfusa sit.

Ptol. Cabyla, Cavyla Sex. Ruf. Cedreno, *Cavalla* teste Leuncl. urb. Macedoniæ in ora littorali, in Thraciæ conf. Philippis proxima, hac tempestate florens, à Philippis 10. mil. pass. in austrum. Sed Cabyla Ptol. non in Maced. est, sed in Thracia, longe hinc distans.

Scrip. Hisp. Cacus, mons Hisp. citerioris, *Moncayo*, in Arragoniæ & Castellæ veteris confinio, sicut aiunt à Caco insigni latrone ab Hercule interfecto nominatus. De quo latrone Juvenal. sat. 5.

" *Duceris planta, velut ictus ab Hercule Cacus.*

Non longe abest Mons Acutus opp. non incelebre.

Ptol. Cacyron *Cassaro*, opp. Siciliæ medium inter Leontinos & Neætum 15. mil. pass. Pop. Cacirini Plin.

Scrip. Lusit. Cadavus *Cavado*, & *Cabado*, fluv. Hisp. in finibus Bracarum, qui Næbi fluv. auctus majore in mare ad Fanum opp. exit. Bracaram urbem alluit.

Cæs. Cadetes, pop. Gall. Celt. inter civit. Armoricas in Britan. min. quorum opp. *Chasteau Briant*, opp. inter Andegavos & Rhedones 13. leuc. dissitum esse traditur.

Plin. Cadiscus, mons & prom. Cretæ apud Phalasarnam opp. *Capo Busco* ex tab. recent. à Malea prom. Peloponnesi 70. mil. pass.

Strab. & al. Cadmus mons est Lydiæ apud Laodiceam urb. ex quo Lycus fluv. manat. Cadmea autem quandoque urb. Thebana dicta est, teste Strab. lib. 9. & Cadmeis ipsa Achaia Thucyd. lib. 1.

Script. Gall. Cadomus *Caen*, urbs & acad. Gall. Celt. præclara in Normannia, post Rhotomagum (unde 21. leuc. recedit in occ. Baiocas versus 7.) cæteris urbibus præstans: quasi Caii domus dicta.

Plin. Ptol. Cadurci, Cadorci & Catorci al. pop. Gall. Aquit. & urb. episc. sub archiep. Bituricens. *Cahors*, academia, inter Tarnem & Duranium flum. à Tolosa 16. leuc. (in medio Mons Albanus) in Bor. Lemovicos versus duplo distantes. Reg. *Quercy* nominatur.

Script. Hisp. Cæa & Cea *Zea*, opp. seu pag. Hisp. Tarrac. in finibus Asturum, & regno Legionens. cum fluv. cognomine, à Fano S. Facundi 5. leuc. à Palentia urb. 11. in Bor. Ejus fluv. fit mentio in martyrol. Rom. sed in Gallæcia. Cæa quoque ins. maris Ægæi Ovid. epist. Acont. Cydip.

" *Cingitur Ægæo nomine Cæa mari.*

Vide Cea.

Mel. Cæcinum, opp. magnæ Græciæ marit. vide Cecinum Plin.

Cæcius, mons Pannon. vide Cetius, ut in cod. Græco Ptol. Ptol.

Cæcubum & Cæcubus, mons & locus (non opp. ut in Thes. ling. Lat. legitur) Latii in Camp. conf. ad sinum Cajetanum apud Fundos urb. vitifer, Amyclis vicinus. unde vinum Cæcubum apud vet. teste Plin. cum al. in pretio nomen retinet antiq. Mons nunc *M. di Gaieta* dicitur. De vino Cæcubo Mart. lib. 13. ep. 112. Strab. Plin.

" *Cæcuba Fundanis generosa coquuntur Amyclis.*

Cælianum *Ciliano*, opp. Lucaniæ inter Venusiam 95. & Heracleam urbem ad sinum Tarentinum excisam 24. mil. pass. ex itiner. Anton. Ortel. confundit hoc Cælianum cum Cælia Ptol. & Stra. in Apulia. Ant. Lib. Limitum.

Cælina, & Celina, opp. & fluv. Carnorum in Venetia: opp. excisum jacet apud Anianum opp. ex illius ruinis ædificatum, ab Utino urb. 20. mil. pass. in Africum; fluv. adhuc *le Celine* nominatur, potius torrens. Plin.

Cæliomons & Celiomons *Kelmuntz*, opp. Rhætiæ in Suevia teste Siml. inter Guntiam, & Campodunum ad merid. 3. leuc. ab Augusta Vindelic. 8. Cælium in lib. Not. Ant.

Cælium *Celio*, opp. Calabriæ in Salentinis inter Tarentum & Brundisium ad 20. mil. pass. distans, apud Hostunium, inde 6. recedens Francavillam versus 7. Plin.

Cælium item, Ptol. Selium, *Ceice* teste Vasconc. opp. nunc pag. apud Nabantiam seu Thomarium opp. Colipponem versus. vide Celium.

Cælius *M. di S. Giovanni*, unus ex 7. collibus urbis Romæ, unde porta Cæliomontana dicta. P. Vict.

Cælum aureum, suburbium olim Ticini, seu Papiæ urb. nunc intra urbis mœnia, ubi templum D. Petro à Luitprando rege excitatum, *S. Pietro in Celaureo* vulgo, in quo corpus D. Augustini episcopi & doct. ecclesiæ conditum adservatur. P. Diac.

Cæne, *Camares* teste Nig. opp. Peloponnesi in reg. Laconica inter Tænarium, & Teuthronam in austrum. Hinc Cænites port. ejusdem loci apud Plin. & Cæneus, a, um. ut Juppiter Cæneus (quod ibi cultus fuerit) apud Ovid. lib. 9. met. Ptol.

" *Victor ab Oechalia Cæneo sacra parabat*
" *Vota Jovi*------

Licet Cæneus potius à Cæneo, seu Cenæo (ut alii scribunt) prom. Eubœæ Boreali dici videatur. Est & ins. parva maris Africi apud Melitam & Gaulum Plin.

Cæneum. vide Cenæum. Plin.

Cænis, *Coda di Volpe* teste Faz. sed Barrio *Capo di Pessolo*, prom. Brutiorum in ora Calabriæ ulter. contra Pelorum prom. Siciliæ, apud Scyllæum opp. ubi Scylla scopulus, à Medama 250. stad. in ort. teste Strab. distans. Plin.

Cænis etiam opp. ejusdem oræ præclarum apud Cænidem prom. vulgo *Fiumara di Moro*, à Rhegio urb. & metrop. reg. 8. mil. pass. in occ. Scyllæum versus 6. quod & Cænysium. Steph.

Cænophrurium *Castelnovo*, ut ipsum nomen Græcum significat, pag. Thraciæ ad Propontidem, inter Byzantium 40. & Heracleam ad 32. mill. pass. distans: ubi Aurelianus imper. interfectus, teste Eutropio. Fl. Vopisco. Ant.

Cænos Gallicanos, Gallica Ptol. *Callica*, pag. Bithyniæ inter Dadastanam & Dablim, qui & Gallicana statio, ubi Constantia Augusta Galli uxor obiit, à Dabli 18. mill. pass. ultra Nicæam 62. in ortum. Ant.

Cænus, fluv. Gall. Narbonens. per Provinciam apud Argenteum fluv. inter Massiliam & Maritimam in mare influens, exiguus, *Arq* vulgo, haud longe à Maritima mari exceptus. Plin. Ptol.

Strab. Liv. Plin. & al. Cære *Cervetere*, opp. Thusciæ vetustissimum in terr. Romano, urbs quondam ditissima, in qua Roma à Gallis capta virgines Rom. servatæ sunt, & cujus dona ingentia in templo Apollinis teste Strab. servabantur, ab urbe Roma 25. mill. pass. Centum cellas versus, inter Alsium & Pyrgos. prius Agylla. à Pelasgis Thessaliæ pop. condita. De qua Liv. lib. 5. dec. 1. Hinc Cæretanus nom. gent. Mart. lib. 13. ep. 121.

" *Cæretana Nepos ponat, Setina putabis.*

Cærites pop. à Rom. subacti suffragii jure privati sunt. unde adagium ortum *Cærite cera digni* apud Hor. in indignos: nam Cærite cera ignominia insignis significatur; quasi Cærites pop. notati sunt, ut Acron & Porphyrion scribunt.

Cæs. Cæresi, & Ceresi in al. cod. pop. Belgii apud Eburones & Mosam fluv. quorum arx adhuc *Cerey* nominatur inter Leodium 3. & Namurcum 7. leuc. teste Hub. Leodio.

Strab. Cæretanorum emporium, Cæris ut videtur aliquibus Virg. *Porto di Ceri*, locus in ora à Pyrgis 30. stad. teste Strab. distans in ort. Virg. lib. 10. Æn.

" *Qui Cærite domo, qui sunt Minionis in arvis.*

Plin. Cæretanus, Cæres Virg. *Eri* teste Leand. fluv. Hetruriæ in mare Tyrrhenum inter Cære & Centum cellas excurrens, ortum ex sylva Mantiana supra Bracenum ducens. Cujus mem. Virg. lib. 8. Æn.

" *Est ingens gelidum lucus prope Cæritis amnem.*

Cæretum. vide Ceratæ. opp. Umbriæ inter Spoletium & Nursiam.

Script. Brit. Cærperis *Portchester*, opp. Albionis in Anglia teste Lhuydo cum Virunnio, in comitatu Southanton.

Sueton. Cæruleus fons; qui & aquæ Claudiæ apud urbem Romam.

Ptol. Cæsæna, Cæsena Anton. Cesena Plin. *Cesena* etiam vulgo, urb. Gall. Tog. in Romandiola apud Sapim fluv. mœnia radentem, inter Faventiam & Ariminum ad ort. 20. mil. pass. utrinque, (Forolivii in medio inter ipsam & Faventiam) episc. sub archiep. Ravennate, inde 24. mil. pass. in merid. Hinc Cæsenates pop. & Cæsenatia vina generosa Plin. Scribitur & gem. *n* Cæsenna.

Plin. Mel. & al. Cæsaraugusta, Cæsarea Augusta Ptol. prius Salduba, *Saragoza*, urb. archiep. Hisp. Tarracon. ad Iberum fluv. acad. Arragonii regni caput, & convent. juridicus, inter primas Hisp. urbes, inter Barcinonem ad ortum 44. & Burgos in occ. æstiv. 52. leuc. à Valentia 60. à Toleto 64. anno sal. 1118. à Christianis victis Mauris una cum Tutela, Turiasone, Bilbili, Daroca, & aliis opp. recuperata. Colonia Cæsarea Augusta Salduba in vet. inscript. Metrop. à Joanne 22. Pont. max. effecta. Cujus mem. Prud. in peristeph. hymn. 7.

' *Cæsaraugustam vocitamus urbem,*
'*Res cui tanta est.*

Ant. Cæsarea, *Gerzey* teste G. Camd. al. *Jersey*, ins. maris Britannici ante Constantia Castra urbem Normanniæ ab ora Anglica 14. leuc. in austrum distans.

Strab. Plin. Ptol. & al. Cæsarea cognom. magna, quæ & Mazaca prius, *Tisaria*, & *Caisar*, urb. archiep. Cappad. ad Melam fluv. & mont. Argæi radices, cui D. Basilius magnus præfuit episcopus, inter Ancyram ad occ. 198. & Melitenen ad ort. 220. mil. pass. hac tempestate obscurior effecta. Cæsarea item Ptol. penes Anazarbum; aliis Anazarbus (vide ibi) urb. Ciliciæ est. Cæsarea quoque Ptol. urb. Bithyn. episc. sub archiep. Nicomediensi.

Ant. Cæsarea, *Thata* teste Laz. opp. Pannoniæ sup. in Hungaria apud Crumerum arcem, inde 2. leuc. Albam regalem versus 10. in Euronotum.

Cæsarea *Resching*, pag. Germ. apud Ingolstadium in Bavaria jacens. *Tab. Peuting.*

Cæsarea *Capo Figalo*, urbs fuit Maurit. Cæsariensis marit. *Plin.*

Cæsarea, suburbium Ravennæ urb. in Gall. Tog. sive in Æmilia, inter ipsam & Classem, nunc *S. Maria in Portico* teste Hieron. Rub. *Jornandi.*

Cæsarea Julia. vide Julia Cæsarea.

Cæsarea Palæstinæ, quæ & Turris Stratonis, & Apollonia prius, *Caisar*, urb. olim Palæstinæ archiep. ac post Hierosolyma primaria, inter Ptolemaidem ad Bor. 40. & Joppen in austrum 30. mil. pass. ab Hierosolymis 50. in occ. & Circium, prorsus jacens in littore maris. *Plin. Ptol. & al.*

Cæsarea Philippi, prius Paneas, *Belina* testibus G. Tyrio, Postello & Brocardo, *Balbec* Bellonio, urb. Palæstinæ apud ortum Jordanis fluv. & ipsa excisa, in finibus Cœlesyriæ, olim episc. sub archiep. Tyrio, inter Sidonem ad occ. 20. & Damascum ad ort. & Cæc. 26. mil. pass. ab Hierosolymis paulo supra 100. in Bor. *Plin. Joseph. Ptol. & al.*

Cæsariana, quæ & Asida, *Xeres de la Frontiera*, urb. Hisp. Bæticæ apud oram littoream contra Gades inde ad 2. leuc. distantes, ab Hispali 15. in austrum; urbs ampla. vide Asida. *Plin.*

Cæsaris Dictatoris villa *Bagni di Salviati*, thermæ in Camp. apud sinum Cumanum teste Loffredo, à Cæsare nomen habens: à quo Cæsares imperatores dicti, & Cæsareus nom. gent. De quibus Auson. de 12. Cæsarib. *Tac.*

" *Cæsareos proceres, in quorum regna secundis*
" *Consulibus, dudum Romana potentia cessit.*

Cæsarodunum *Tours*, urb. Gall. Celt. archiep. ad Ligerim. vide Turones. *Ptol.*

Cæsaromagus *Beauvois*, urb. Gall. Belg. episc. in Picardia. vide Bellovaci. *Ant. Ptol.*

Cæsaromagus, *Chenford* & *Churnford* teste Talboto, (al. *Chelmsford*) opp. Britanniæ in Essexia reg. Angliæ. Sed *Camd. *Burgsted* opp. e jusd. reg. est, à Londinio 30. mill. pass. in Cæc. Camalodunum versus. [*Camden. solum juxta *Brentwood* oppid. ejusd. reg. esse autumat.] *Ant.*

Cæsaropolis urb. fuit Macedoniæ episc. sub archiep. Philippensi. *Curop.*

Cæsarotium *Gisors*, opp. Gall. Belg. apud fines Bellovacorum. vide Cæsortium. *Anton.*

Cæsena, urb. Æmiliæ. vide Cæsæna, & Cesena.

Cæsenna in Thes. ling. Lat. ex Plin. Ant. Cesena scribitur.

Cæsia sylva *Heserwaldt*, sylva Germ. infer. in duc. Clivensi apud Dinstlakam op. teste Chrysantho. *Tac.*

Cæsortium, quasi Cæsaris ortium, *Gisors* teste Siml. opp. Gall. Belg. in Bellovacorum confin. à Bellovacis 3. leuc. Parisios versus, inter Petromantalum opp. & Rhotomagum urb. occurrens. *Ant.*

Cætobrix, Cetobrica Plin. *Setuval*, opp. Lusit. In Thes. ling. Lat. indigitatur *Cezimbra*, & Latine Cezimbria; sed male. vide Cetobrica. *Ptol.*

Caferonianum *Curfigliano*, opp. exiguumve castrum Hetruriæ apud Auseris flum. ortum & mont. Apennini radices, à Luca 26. mil. pass. in Bor. ab Apua opp. supra 20. in ortus. Ibi Caferoniana reg. vulgo *la Grafignana*. *Ant.*

Caici, pop. Germ. vide Cayci, & Cauchi. Horum mem. Luc. lib. 1. *Luc.*

" *Et vos crinigeros bellis arcere Caicos.*

Hos accolas Rheni facit Thes. ling. Lat. quod repugnat aliis scriptoribus.

Caicus, Caycus Xenoph. olim Astræus, *Girmasti* plerisque, *Castri Nigro*, aliis *Chay*, fluv. Æolidis inter Pitanen ad Bor. & Elæam ad austr. in mare Ægæum ex Mysia ortus exiens. Ovid. lib. 15. metam. *Strab. Plin. Liv. & al.*

" Et

" *Et Misum capitisque sui, ripæque prioris*
" *Pœnituisse ferunt, alia nunc ire Caicum.*
Non procul à Pergamo urb. decurrit, agrum illius irrigans.

Sic.&al. Caieta, Caiatta Strab. *Gaietta*, & *Gaetta*, urb. Latii novi, non Campaniæ, nunc in regno Neap. urbs marit. probe munita, episc. sub archiep. Capuano (sed inter exemptos episcopatus) proxima Formiis vulgo urbi excisæ ad 4. mil. pass. cui successit in episcopatu, à Neapoli 58. Romam versus. Nomen habet à nutrice Æneæ ibi sepulta teste Virg. Ex ea sinus Cajetanus apud Strab. nominatur. Ejus præter Virg. mem. Sil. lib. 7.

" *Littora Cajetæ, Læstrygoniosque recessus*
' *Sulcabat*------

Script. Gall. Caino *Chinon*, olim vic. nunc opp. non obscurum Gall. Celt. in finibus Turonensium & Pictavorum, à Turon. 9. leuc. in occ. Samurium versus totidem.

Plin. Liv. Ptol. & al. Calabria, reg. Italiæ inter Apuliam Peucetiam ad occ. & Japygiam ad ortum in Salentinis ad oram Borealem circa Brundusium & Hydruntum contenta, cujus urbes Brundusium, Aletium, & Hydruntum; vulgo *Terra d'Otranto*, quæ tamen plus patet, cum terra Hydruntina Salentinos omnes complectatur, Calabria vero oram tantum Borealem. Calabria vero quæ sic hodie vocatur, longe ab hac diversa, & distans est; cum Brutios, & magnam Græciam complectatur: quæ in Thes. ling. Lat. sic vet. præsertim Plin. dicta putatur, & appellatur ins. quod mirandum est. Pop. Calabri. Ovid. libro 3. de arte amandi,

" *Ennius emeruit Calabris in montibus ortus.*
Hor. lib. 1. carm. od. 31.

" *Non æstuosæ grata Calabriæ*
' *Armenta*------
Hinc Calabricus nom. gent. ut olea Calabrica apud Colum. Chersydris serpentibus hæc reg. abundat teste Sol. quorum mem. Virg. lib. 3. georg.

" *Est etiam ille malus Calabris in saltibus anguis.*
Calabri pyris maxime abundant, eaque hospitibus affatim apponunt, & vice bellariorum donant, ut domum ea deferant: unde apud Hor. in epist. loco proverbii est, *Calabri hospitis xenia*, de donis rusticanis, quæ sunt contemptui, vel quæ accipientem magis onerent quam juvent. lib. 1. epist. 7.

" *Non quo more pyris vesci Calaber jubet hospes.*

Ptol. Calacta, Caleacte Herod. Galeate Ant. *S. Marco*, opp. Siciliæ teste Faz. in ora occid. inter Pactensem urb. 20. mil. pass. & Cephalodium in austros ad 40. Pop. Calactini Cic.

Ant. Ptol. Caladunum, opp. Hisp. Tarracon. quod inter Bracaram & Asturicam occurrebat, à Bracara 72. mil. pass. ex itin. Anton. quod nunc *Sela* pag. esse putatur.

Ptol. Calæcia, seu Calægia ex cod. Græco, *Wittenberg* teste P. App. urb. Germ. ad Albim fluv. acad. & sedes duc. Saxoniæ, media inter Misnam ad austrum & Magdeburgum ad arctos 10. leuc. Al. potius videtur *Kalbe* opp. ejusdem Saxoniæ à Magdeburgo 4. leuc. Hallam versus 7.

Plin. Strab. & al. Calaguris, quæ Calagurris Liv. Calagorina Ptol. *Calahorra*, urb. Hisp. Tarracon. episc. sub archiep. Burgens. cum ante sub Tarraconens. esset, ad Iberum fluv. in finibus Vasconum, olim in regno Navarræ, nunc in Castella veteri, media inter Tutelam ad ort. & Logronium ad occ. urbes ad Iberum 8. leuc. utrinq; à Pompelone regia Navarræ 15. patria Clem. Prudentii poetæ clarissimi, teste Mariana; sed ut ipsemet innuere videtur, Salia opp. Cantabricæ oræ solum natale illi fuit. Pop. Calagurritani, qui Plin. Nascici cognominantur. De Calagurri Prud. in peristeph. hymn. 7.

" *Nostra gestabit Calagurris ambos,*
" *Quos veneramur.*

Calama, *Calamata* ut videtur, urb. Africæ mediterr. inter Hipponem & Cirtam, Hipponi propior, episc. quondam sub archiep. Carthaginensi. *Oros. D. Aug.*

Calamina *Malipur*, & Lusitanis *Citta di S. Thoma*, urb. Indiæ cit. in ora sinus magni, apud Taprobanam ins. ubi corpus Divi Thomæ apostoli superioribus annis inventum scribit Maphæus cum al. *Sophron.*

Calani, pop. Indiæ citer. philosophiæ studio deditì, qui iidem Brachmanibus sunt teste Æliano. *Clearcho & Eus.*

Calantica, *Arrajolas* teste Jacobo Vasconc. pag. Lusit. Eboræ urb. proximus, inde 2. leuc. Scalabim versus.

Calapis, fluv. Iapodum. vide Colapis. Hic non Pannoniæ, ut scribitur in Thes. ling. Lat. licet in ea desinat, sed Liburniæ, in qua oritur. *Plin.*

Calaris, Caralis Aul. Hirtio, Carallis Ptol. *Cagliari*, urb. archiep. Sardiniæ primaria & regia, in qua sedes est proregis, in ora meridionali, à Turribus altera metrop. excisa 120. mil. pass. in austrum distans, quot fere à propiore Africæ littore recedit. Pop. Calaritani. Calaritanum prom. haud procul ab urbe Calaritana, à Carthagine 1500. stad. teste Strab. distans. Claud. de bello Gild. *Plin. Mel.*

" *Tenditur in longum Calaris, tenuemque per undas.*
Pop. Calaritani, & prom. Calaritanum Plin.

Calarona, urbs Gall. Ripariens. hæc Clarona & Glarona ut al. cod. habent; urb. Helvetiorum, una ex xiii. conventibus esse videtur, vulgo *Glarys*, ab Abbatiscella 4. in Africum, à Curia urb. Rhætorum 5. leuc. in Bor. Luceriam versus. *Lib. Not.*

Calasarna, *Capana* Barrio teste, opp. magnæ Græciæ mediterr. in Calabria, inter Roscianum 20. & Cariatum ad ort. 12. mil. pass. *Strab.*

Calata, Galeata Anton. *Galati*, opp. Siciliæ medium inter Pactas ad occ. & Troynum ad Eurum 25. mil. pass. Pop. Calatini, Plin. Galatani. *Cic.*

Calata altera, *Calatagirone* ut Cluf. Arretio videtur, urbs Sicil. mediterr. Ennæ urbi finitima, ab ea in austrum 24. mil. pass. distans, à Plutia 15. Calata Ieronis Latino rec. dicta, quæ urbs inter recentes adnumeratur, longe diversa ab ea cujus Cic. in orat. in Verrem meminit; illa enim apud oram occiduam sita est, hæc in valle Netensi. *Cic.*

Calathe, Galata Plin. & Anton. *Galata* etiam vulgo dicta, ins. maris Africi Numidico sinui adjacens, à Tabraca urb. 32. mil. pass. distans, à Calari urbe Sardiniæ 120. Aliis esse videtur *la Goletta* ins. cum arce in ore sinus Tunetani, ab Hispanis diu possessa, & superiorib. annis ob nimiam distantiam amissa. *Ptol.*

Calathusa Plin. lib. 4. cap. 12. est insula parva maris Ægæi inter Cherronesum & Samothracen.

Calatia, quæ & Galatia colon. *Gaiazzo*, urb. Campaniæ in monte inter Capuam 8. & Alliphas 12. mil. pass. episc. sub archiep. Capuano. Pop. Calatini Plin. Mem. Calatiæ Sil. lib. 8. *Cic. Cæs. Liv. & al.*

" *Insula, nec parvis aberat Calatia muris.*
In Thes. ling. Lat. Calatiæ num. plur. ex Plin. cum Calatia legatur, sitque Capuæ, non Bovillis vicina.

Calatis. vide Callatia.

Calatum, (quod & Galacum Ant.) *Tadcaster*, & *Helcaster* Lhuydo, opp. Albionis in Brigantibus inter Clanoventam 39. & Mancunium 65. mill. pass. ex itin. Ant. vide Galacum. Sed * Camd. est *Overburrow*, opp. comit. Lancastrensis. Mihi Calatum & Galacum opp. diversa videntur. [* Camden. videtur *Wheallep castle* reg. Westmar.] *Strab. Ptol.*

Calauria, *Sidra* teste Soph. ins. sinus Argolici contra Trœzenen (ubi Demosthenes clarissimus orator *Pli. Pauf. Mel.*

Antipatri persecutionem fugiens accepto veneno obiit) haud procul à littore, & Scyllæo prom. ubi Damala urb. Ibi Diana colebatur, quæ *Calaurea cognominata est. Calauria non amplior est 30. stad. ubi templum Neptuno sacrum fuit, ut propterea Posidonia teste Strab. lib. 8. dicta sit. Hæc Latonæ prius erat, Delos vero Neptuni; facta permutatione ortum est proverbium *Pro Delo Calauriam*, cum officium officio compensatur, simile ei, *Manus manum lavat*. Vel cum res magna cum parva commutatur. *Ovid. lib. 7. metam.

" *Inde Calaureæ Latoidos adspicit arva.*

Anton. Calcaria, *Kalcacester* Bedæ teste Ort. & * *Aberford* teste Camd. opp. Britanniæ in Anglia, & Eboracensi com. inter Eboracum 9. & Cambodunum 20. mil. pass. Mediolanum versus in occ. Est & Calcaria urb. ducat. Clivensis. [*Camden. videtur *Tadcaster* opp. ejusd. reg. ad Wherfum fluv.]

Tac. Calciaci, pop. Germ. infer. quorum urbs teste Junio Calcaria, vulgo *Calkar*, appellatur in duc. Clivensi, à Clivia urb. 2. leuc. vix distans. Ortel. negat Calciacos à Tac. memorari, sed Talbiacum.

Ant. Cale, opp. olim, nunc vic. Hisp. Lusit. in ora apud ostia Durii fluv. *Gaia*, al. *Caia* nunc dictus: ex quo vicinus portus Calensis vocatus est, qui in urbem præclaram excrevit, vulgo *Porto Gallo* (quod nomen est toti regno) & *Porto* sine additione, *C. Puerto* Lusitanis, urb. episc. sub archiep. Bracarensi, inde 8. leuc. in austrum, Ulyssiponem versus ad 47.

Cale etiam Anton. postea Callium in lib. Conc. *Cagli*, urb. Umbriæ ad Candianum fluv. in duc. Urbinate, inter Urbinum ad Bor. & Eugubium ad merid. 15. mil. pass. non vicina Anconæ, ut scribit Ortel. à qua supra 50. mil. pass. distat, episc. sub archiep. Urbinate.

G. Turon. Cale, & Calensis vicus, *Kala*, cœnobium Campaniæ Gallicæ à Parisiis 12. mil. pass. in ort. distans.

Ptol. Cale acte, quasi pulchrum littus, opp. olim, nunc pag. Eubœæ ins. inter Leonem prom. & Carystum urb. cui vicinus est, *Piatari* vulgo teste Mol. Cale acte etiam Herod. opp. Siciliæ, quod Calata Cic. Galata Plin. Calacta Ptol. esse videtur. Fuit & opp. sive pag. amplus Cretæ à Steph. memoratus.

Tac. Ptol. Caledonia, reg. Britanniæ secundæ seu Scotiæ, ubi adhuc Caledonia sylva, *Caldar*, & *Calender* teste Hect. Boetho apud Sterlingum opp. Pop. Caledonii, quorum reg. *Rossia* teste Ortel. ubi castrum Caledonium urb. *Dunkelden* ad Taum fluv. episc. sub archiep. Andreapolit. inde 22. mill. in occ. Scongæ opp. finitima, Dumblanam urb. versus 12. Hinc Caledonius nom. gent. Caledonii pro Scotis accipiuntur Claud. de laud. Serenæ;

" *Inde Caledoniis, australibus inde parentum*
' *Cingeris excubiis*------

Val. Flac. Caledonius oceanus, Duecaledonius Ptol. mare quod Scotiam alluit.

Cic. Strab. Plin. & al. Calenum *Carinola*, urb. Campaniæ in regno Neapolitano in agro Stellate apud mont. Massicum Suessæ urb. propinqua ad 6. mil. pass. totidem fere à Sinuessa urb. excisa, episc. sub archiep. Capuano, inde 12. mill. Sinuessam versus. Ibi Calenus ager fertilissimus; sed urbs ipsa ob aëris insalubritatem pene deserta, forte quod episcopus injuria affectus illi maledixerit ut ferunt. Ortel. dubitat an Calenum & Cales urbes diversæ sint, cum id manifestissimum sit ex Cic. Liv. & Ptol. Hinc Caleni pop. Polyb. & Calenus nom. gent. Horat. lib. 1. carm. ode 20.

' *Cæcubum, & prelo domitam Caleno*
' *Tu bibes uvam; mea nec Falernæ*
' *Temperant vites, neque Formiani*
Pocula colles.

Aqua Caleni est quæ temulentos facit teste Plin. sicuti & in Paphlagonia, ut lib. 2. c. 103. Vinum Calenum adeo celebratum est, ut pro vino Calenum accipiatur apud Juvenal. sat. 1.

" *Occurrit matrona potens, quæ molle Calenum*
' *Porrectura viro*------

Cales num. plur. *Calvi*, colonia & urb. Campaniæ proxima Caleno, 6. mil. pass. in occ. distans, seu in Circ. inter Capuam & Suessam media 8. mill. dissita, propior Teano Sidicino, ab eo 4. mill. Capuam versus, à Cala Boreæ filio Argonauta ut ferunt condita, urbs parva episc. sub archiep. Capuano. Mem. Hor. lib. 4. carm. ode 12. *Cic. Liv. & al.*

' *Sed pressum Calibus ducere Liberum*
' *Si gestis*------

Virg. quoque lib. 7. Æn.

'------ *Sidicinaque juxta*
' *Æquora, quiq; Cales linquunt, amnisq; vadosi*
' *Accola Vulturni*------

In Thes. ling. Lat. Cale etiam nominatur; cum apud vet. omnes Cales dicatur. Hinc etiam putat dici vinum Calenum, quod à Caleno urb. nominatur.

Caletæ, Caletes Cæs. & Strab. pop. Gall. Belg. oceani Britannici oram inter ostia Sequanæ & Somonæ fluminum incolentes: quorum regio *Le Caulx* teste Pet. Divæo appellatur, ubi oppida præcipua Juliobona, Fiscicampus, & Diepa, in ora; intus Cæsertium, Clariacum, Pontisara, Gornacum, Albamala, Neocastrum, Heum, & Arcæ: quibus omnibus præstat Diepa à Rhotomago urb. 15. leuc. in ort. Hinc error patet Thes. ling. Lat. & aliorum Caletas indigitantium Cales urb. Picardiæ. Calete vero apud Plin. ins. parva est inter Cherronesum & Samothracen. De Caletibus lib. 1. itiner. *Ptol.*

" *Jamque tuo tandem Caletes Marte receptos*
' *Venimus*------

Caleva, Ναλκύα in cod. Græc. Calleva Anton. postea Oxonium, *Oxenford* teste Prisæo, vulgo *Oxford*, urb. episc. & academia præclara Albionis in Anglia ad Thamesin fluv. à Londinio 50. mill. Angl. in occ. Sed Camd. est *Wallingford* opp. ejusd. tractus; sic Humfredo. Hic Ortel. Ptol. citat; cum in cod. Græco Ptol. Caleva desit. In Thes. ling. Lat. pro Caleva Calena legitur. *Ptol. & An.*

Caliabrum, & Caliabria, ac Calimbria alibi, *Montanjes* teste Mor. cum al. urb. Lusitan. olim episc. sub archiep. Emeritensi, nunc opp. non obscurum Extremaduræ equitum D. Jacobi, à Castris Cæciliis 4. leuc. distans, inter Zafram 4. & Ellerenam 10. *Lib. Conc.*

Calicula, opp. Hisp. Bæt. Nigro *Huesca* videtur. sed *Huesca* Escua Plin. & Osca al. esse videtur. *Ptol.*

Calidonii, pop. Scotiæ. vide Caledonii. Horum mem. Mart. lib. 10. ep. 44. *Mart.*

" *Quinte Calidonios Ovidi visure Britannos.*

Calinda, Calymna Strab. Calydna Plin. *Lagula* teste Mol. opp. Lyciæ marit. apud fines Cariæ, inter Caunum, & *Chydam ad ort. [*al. libri Lydas.] *Ptol.*

Calipus Calipodis *Palma*, fluv. Hisp. Lusit. teste Goropio in agro Eborensi oriens, ac ad Cetobricam in mare exiens, *Sandano* teste And. Resendio, qui illum Callipodem vocat, cui magis credo. *Ptol.*

Calisia, *Clusburg* teste Ortel. opp. Germ. magnæ: sed potius *Kalisch* urb. Poloniæ majoris inter Wartam ad merid. 5. & Posnaniam in Bor. 12. à Gnesna 9. in austrum, Calisiensis Palatinatus caput. *Ptol.*

Callaici, Calaici, & Callæci, ac Calleci, nec non Gallæci Plin. cui etiam Callæci, pop. Hisp. Tarrac. extremi ad oceanum occid. & Borealem (non Lusitaniæ, ut in Thes. ling. Lat. legitur) vulgo *Gallegos* Hisp. quorum reg. Callecia, & Gallæcia, vulgo *Gallicia* Italis. Hinc Callaicus, sive Calaicus nom. gent. ut oceanus Calaicus apud Martial. Ovid. lib. 6. fast. *Strab. Ptol.*

" *Tum*

" *Tam sibi Callaico Brutus cognomen ab hoste*
" *Fecit, & Hispanam sanguine tinxit humum.*

Sil. lib. 3.

" *Callaici conjux obit irrequieta mariti.*

Claud. de laud. Serenæ.

" *Divitiis undasse Tagum. Callæcia risit.*

Ptol. Callatia, Callacis Anton. Calatis Strab. & Plin. *Kilia* teste Laz. urb. Mysiæ infer. ad ostium Boreum Istri fluv. ubi Alba urb. vulgo *Bialogrod* in Bessarabia reg. Sed Laonico cui magis fidem habeo *Calliacra* est, ab ostiis Istri distans in austrum Byzantium versus; cum Calatis ex Strab. sita sit inter Apolloniam urbem Thraciæ ad austrum 1300. & Tomos urbem Mysiæ ad septent. 280. stad. longe distans ab Istro in merid. Nigro est *Pandalla*.

Ant. Calle, Cale alibi, & Callium lib. conc. urb. Umbriæ, *Cagli*, episc. sub Urbinate archiep. inter illum & Eugubium 15. mil. pass. Ortel. urbem facit Senonum in Piceno: sed longe abest à Piceno, & ab ora Senonum, à qua ad 45. mil. pass. in austrum recedit.

Liv. Callicula, *Caianello* teste Leand. opp. Campaniæ ad Casilinum fluv. à Capua 6. mil. pass. Suessam urb. versus distans. Scribitur & Calicula unico *l*. Apud Liv. mons est.

Stra. Pto. & al. Callidromus *Caliar*, mons Achaiæ in finibus Locrorum Ozolorum.

Ptol. Calligeris, *Cananor* teste Castal. urb. Indiæ citer. in ora occid. urbs ampla cum arce à Cocchino 32. leuc. in Bor. Goam versus. Hujus urb. rex Lusitanorum vectigalis est.

Europ. Callinicus urbs fuit Syriæ episc. sub archiep. Edesseno, ac sub patr. Antiocheno.

Strab. Ptol. & al. Callipolis (non Calliopolis, ut in Thes. ling. Lat.) *Gallipoli* nostris, *Geliboli* Turcis teste Leuncl. urb. Thraciæ ad Propontidem contra Lampsacum urb. Asiæ, episc. sub Heracleens. archiep. sedes præfecti maris, à Byzantio 120. mil. pass. in austrum, à Lampsaco 5. in occ. tam exigua est ibi Propontidis latitudo. Ejus mem. Sil. lib. 14.

" ———————— *Romana petivit*
" *Fœdera Callipolis*———

Callipus, fluv. Lusit. *Sandano* Resend. vide Calipus.

Ptol. Callirrhoe, & Callirhoe al. Laza Hebræis, *Coronun* teste Mol. opp. Palæstinæ in Judæa apud Jordanem fluv. Plin. vero fons est apud Asphaltitem lacum, & Strab. fons Atticæ novem fistulis aquam mittens. Mem. illius Stat. lib. 12. Theb.

" *Et quos Callirhoe novies errantibus undis.*

Est & Callireoh fons Syriæ apud Edessam urb. quæ teste Plin. de nomine fontis Callirhoe appellata fuit. Est etiam fons Atticæ apud Plin. lib. 4. c. 7.

Plin. Calliste, ins. una Sporadum. vide Thera.

Ptol. Callistratia, *Castellas* teste Theveto, opp. Paphlagoniæ in ora maris Euxini inter Carambim prom. ad occ. & Aboni mœnia in ort. sic apud Mol.

Ant. Calonis, *Cleves* teste Laz. urb. Germ. infer. duc. Clivens. caput, à Noviomago primaria urbe Geldriæ 3. leuc. à Col. Agripp. 16. in Bor. Sed hæc urbs olim Clivus, & Clivensis arx ex antiq. inscrip. ibi reperta dicitur.

Liv. Ant. Calor *Calore*, fluv. Hirpinorum ex valle Ansancti oriens, propeque Beneventum decurrens, infra illud non longe Sabbatum excipiens, Vulturnoque apud Telesiam urb. congrediens. Scip. Mazz. scribit illum in Silarum ultra Salernum influere non sine manifesto errore; nisi alter sit fluv. hujus nominis: de quo tamen nihil apud aliquem legi.

Strab. Plin. Ptol. Calpas, *Carrathassan* si Theveto fides, fluv. port. & opp. Bithyniæ, inter ostia Psillidis & Sangarii in Euxinum labens, *Aqua* teste Mol. dicitur, Pineto autem *Zagari*. Sed hic Sangarius est à Calpa diversus.

Calpe *Gibraltar*, & Arabice *Gebel Tarif*, testib. Clus. & Arret. mons & urb. Hisp. Bæticæ ad fretum Herculeum, una ex Herculis columnis, contra Abylen opp. & mont. Mauritaniæ alteram columnam, 12. mil. pass. in Bor. distans, (tanta est dicti freti latitudo) à Malaca 19. ab Arunda 10. leuc. in merid. à Gadibus paulo supra 12. ab Hispali 31. Ejus mem. Luc. lib. 1. Strab. Plin. & al.

" *Hesperiam Calpen, summumque implevit Atlanta.*

Calpurniana, *Carpio* teste Henr. Coquo, opp. Hisp. Bæt. in finibus Turdulorum in Vandalitia reg. inter Cordubam 26. & Illiturgim 54. mil. pass. ex itin. Anton. Nunc inter Cordubam 5. & Illiturgim 7. leuc. Ant. Ptol.

Calucones, Collucones Plin. pop. Rhætiæ, quorum reg. Algoia *Algoew* teste Ægid. Schudo, & opp. *Leukirchen* à Campoduno 3. leuc. teste Laz. Memingam versus al. 3. Ptol.

Calucula, opp. Hisp. Bæticæ, quod quidam *Cabra* male indigitant, cum id Ægabra sit veteribus. Plin.

Calumacama, Macomadæ Anton. *Mecellata* teste Marm. opp. Africæ ad Syrtim magnam, ultra Leptim & Tripolim ad 220. mil. pass. in ort. versus Philænorum aras. Ptol.

Calvus mons *Chaumont*, opp. Gall. Belg. in Vallesia reg. inter Pontisaram & Bellovacos 6. leuc. à Parisiis 12. Alia oppida sunt hujus nominis in Gallia; In Campania à Lingonibus 7. leuc. in Bor. In Siliginia inter Aurelianos 8. & Romorentinum ad occ. 7. In Aquit. ad Garumnam ab Agenno 2. leuc. Burdigalam versus. Est & mons Calvus opp. cum arce firmissima in duc. Montisferrati in Liguria inter Casalensem urb. 10. & Astam 8. mil. pass. *Moncalvo*, ex præcipuis reg. Ivoni.

Calyba, Cabyla Ptol. & Amm. *Sicibab* Molet. urb. Thraciæ mediterr. Arzo finitima, inter Bergulas & Halmydessum, proxima Bergulis. Strab. Steph.

Calycadnus, *Saleso* Nigro & Justiniano testibus, fluv. Ciliciæ Seleuciam urb. (à qua nomen accipit) interluens, inter Sarpedonem & Zephyrium prom. in mare exiens. Appellatur etiam à nostratibus *Fiume del ferro*. Strab. Ptol. & al.

Calydna, ins. (non opp. Cariæ, ut in Thes. ling. Lat.) maris Myrtoi inter Astypalæam ins. ad occ. & Gnidum urb. Cariæ ad ort. à Carpatho ins. 25. mil. pass. in Bor. Nisyro & Telo propinqua. Calymna Ovid. lib. 8. metam. melle abundans; Plin.

" *Dextra Lebynthos erat, fœcundaque melle Calymna.*

Calydnæ ins. duæ parvæ circa Tenedum ins. maris Ægæi, *Maure* teste Nigro dictæ. & Calab.

Calydon, postea Aquila, *Ayton* teste Cyriaco Anconit. urbs Ætoliæ episc. sub archiep. Naupactensi, inde in occ. supra 12. mil. pass. ad Evenum fluv. ab ejus ostio 7. mil. pass. in Bor. Inde Calydonium fretum Thucyd. inter Rhium & Antirrhium prom. in ora sinus Corinthiaci intercedens. Mem. Ovid. lib. 8. metam. Xenoph. Strab. Pauf. & al.

" *Alta jacet Calydon, lugent juvenesque senesque.*

idem lib. 3. amor. eleg. 6.

" *Nec tanti Calydon, nec tota Ætolia tanti.*

Hinc Calydonius, a, um, & Calydonis dis. patronym. apud Ovid. 8. metam.

" *Mira Deûm, nixus cubito Calydonius amnis.*

Et ibid.

" *Plangunt ora simul matres Calydonides*———

Calidon etiam scribitur apud Plaut. in Pœnulo.

Calydonium, prom. Britanniæ Borealissimum; & mare quo Ulyssem pervenisse Sol. testatur. pro Caledonium. Ex eo prom. ad Thulen ins. Borealissimam biduo navigari scribit, cum longe majus intervallum sit. Prom. hoc Tarvedum Ptolemæo & Orcas ap- Sol.

appellatur. vide ibi. Hinc Calydonia Scotiæ (ut apud aliquos scribitur) & reg. vide Caledonia.

Steph. Calynda, Calydna Plin. Calymna Strab. urb. Lyciæ littor. in conf. Cariæ proxima Cauno. Abest ab Artemisio prom. 60. stad. teste Strab. vide Calinda. In Thes. ling. Lat. est nomen duarum insularum.

Plin. Calypsus, Ogygia Hom. inf. maris Ausonii magnæ Græciæ adjacens una cum Dioscoro, à Lacinio prom. ad 12. mil. pass. in ort. recedens. Cujus mem. Tibull. lib. 4. carm. 1.

" *Non amor, & fœcunda Atlantidos arva Calypsus,*
" *Finis & erroris miseri Phæacia tellus.*

Balsam. Camachus, *Chemach* teste Leuncl. urb. Ciliciæ archiep. sub patriarch. Constantinop. in Arm. min. conf. à Leone Aug. metrop. effecta.

Scrip. Brit. Camaletum, *Cairmalei* teste Lelando, opp. Albionis in Anglia ad occ. in finibus Murotrigum.

Camalodunum, opp. Albionis. vide Camulodunum.

Ptol. * Camane *Chaul*, urb. Indiæ citer. teste Cast. in ora occid. sub Lusitanis, à Cambaia urb. regia 125. leuc. in merid. Goam versus. Sed Nigro est *Cambayth* urbs ejusdem oræ. [* Καμανὴ in manuscr. Selden.]

Ptol. Camani, pop. Germ. quos varie interpretantur: nam P. App. illos in Nortgoia, sive Bavaria Transdanubiana locat, ubi *Chamb* opp. à Straubinga 5. leuc. in Bor. à Ratispona 7. in Cæc. Alii in Pomerania, esseque illorum urbem Caminum in ora apud Julinum urb. (cui in episcopatu successit) à Stetino 10. leuc. in Cæc. distantem putant.

Ptol. Camara, *Camera* Pin. opp. Cretæ in ora orientali inter Samonium & Zephyrium prom. ubi ora Borealis incipit, Chersoneso finitimum.

Ant. Camaracum, Cameracum al. *Cambray*, & Germ. *Camerÿck*, urb. Gal. Belg. archiep. in Picardiæ, Hannoniæ & Artesiæ conf. inter Peronam opp. Picardiæ & Valencenas urbem Hannoniæ 7. leuc. ab Atrebatibus 9. olim episc. sub archiep. Rhemens. metrop. effecta Philippo 2. rege Hisp. & Belgii domino curante. Sunt qui illam à Cæsare Samarobrinam dictam velint, ut lib. 4. itin. poeta quidam ait,

" *Ad Samarobrinæ (Cameracum hoc tempore dicunt)*
" *Donec nos veteres duxit lux altera turres.*

Aimoin. Camaria *Camargue*, inf. Gall. Narbon. sive Provinciæ ad ostia Rhodani flu. Maritimæ opp. proxima.

Plin. Ptol. * Camarina, Camerina Liv. *Camarana* nunc teste Faz. urbs Siciliæ (cum fluv. cognomine & palude) excisa, anno post Romam 155. condita, in ora australi, inter Gelam ad occ. & Pachynum prom. ad ortum paulo supra 30. mil. pass. inter duos amnes proximos Vanum & Iporum, antiquissima, à Syracusanis condita olymp. 45. anno post Syracusas 135. à quibus postea eversa fuit. Apud illam classis Rom. Æmil. conf. ingens naufragium passa est navibus 384. amissis. Ejus mem. Virg. lib. 3. Æn.

" *Apparet Camarina procul, campique Geloi.*

Cum Camarinenses paludem contra oraculi responsum exsiccassent, viam hostibus urbis expugnandæ patefecerunt. unde adagium *Noli movere Camarinam.* Sic etiam *Camarinam movere* apud Lucian. proverbio dicitur, cum quis sibi malum accersit, veluti Camarinenses, qui contra oraculum Camarinam moventes paludem, id est exsiccantes, ut pestem averterent, hostibus aditum patefecerunt, à quibus trucidati sunt. [* Μαμαρίνα man. Seld.]

Strab. Ptol. Camarinum, Camerinum Anton. Camertes Plin. (sed hi pop. sunt non urb.) urb. Umbriæ episc. in mont. juxta Piceni fines, à Septempeda urbe Piceni 10. mil. pass. Fulginium versus 20. in merid. inter Nuceriam ad occ. & Tollentinum urbem Piceni ad ort. 15. Camertum mem. Sil. lib. 8.

" *Vel rastris laudande Camers, his Sarsina dives.*

Hinc Camertinus, a, um, ut fœdus Camertinum apud Cic. in orat. pro Corn. Balbo.

Auson. Camaves, Chamavi Tac. pop. Germ. inferioris, quorum urb. *Campen* in Transisalana reg. teste H. Junio apud ostium Isalæ fluv. Suolæ urbi vicina, 1. leuc. distans, ultra Daventriam 5. Volenhoviam urbem Frisiæ versus 2.

Ant. Cambetis, sive Cambate alibi, *Kaemps* teste Rhenano, opp. Germ. super. in Rauricorum & Sequanorum confin. in finibus Basiliensium, à Vesuntione urb. Sequanorum 15. leuc. in ort. Basileam propiorem versus.

Ptol. Cambodunum, *Baergen* teste Aventino, olim opp. nunc pag. Vindelicorum in Bavaria apud Monachium Bavariæ regiam, quam Petr. App. putat esse ipsum Cambodunum. Sed potius Cambodunum novum dici videtur, cum Monachium ex reliquiis Camboduni exstructum dici possit.

Ant. Camboricum, *Cambridge* Camd. & Talbotto, urb. Albionis mediterr. in Anglia, academia, quæ & Cantabrigia Latine dicitur, à Londinio 45. mill. Lincolniam versus in Bor. comitat. Cantabrigiens. caput, in quo Elya urb. episc. proxima.

Juven. Cambre, locus Campaniæ ad Gauri mont. radices, apud Puteolos urb. ubi balnea, *Campana* vulgo, teste Jo. Scoppa, & Franc. Lombardo; cujus mem. Juvenalis sat. 7.

" *Occidit miseros Cambre repetita magistros.*

Scrip. Brit. Cambria *Zambre*, reg. Britanniæ in occ. vergens, Wallia postea dicta, ab Anglia Sabrina fluv. divisa, teste Pontico Virunio,* Cornubios, Demetas, & Silures pop. complectens, Angl. *Wales.* [* Camd. continet Demetas, Ordevices, & Silures.]

Eginart. Cambus, *Camb* Laz. teste, fluv. Germ. in Austria Transdanubiana, in Danubium influens.

Plin. Pomp. Cambyses, fluv. Asiæ per Albaniam reg. ex Caucaso mont. in Cyrum fluv. influens haud procul ab ostiis in Caspium mare.

Lib. Cont. Cambysopolis urbs fuit Ciliciæ episc. sub archiep. Anazarbeno ad patriarch. Antiochenum spectans.

Script. Brit. Camelodunum, *Duncaster* teste Lhuydo, opp. Albionis in Anglia ad Dunium fluv.

Lib. Cons. Cameracum. vide Camaracum. urb. Belgii præclara.

Ovid. Camere, ager magnæ Græciæ inter Sybarim & Crathim flum. ab Ovid. lib. 3. fast. memor.

" *Parvus ager; Cameren incola turba vocat.*

Ovid. Camerina, urb. Siciliæ. vide Camarina. Sic Ovid. lib. 4. fast.

" *Hinc Camerinam adiit, Thapsonq; & Eloria Tempe.*

Ant. Camerinum, urb. vide Camarinum. Hanc Thes. ling. Lat. in Piceno locat; cum sit urbs Umbriæ.

Plin. Tac. Camerium, Cameria Liv. & Halycarn. colon. & opp. fuit Latii, cujus hodie nullum prorsus exstat vestigium.

Plin. Camertes, pop. Umbriæ, nunc Camerinenses. vide Camarinum.

Diodor. Steph. Camicus, Inycus Pauf. *Longobardo* teste Faz. opp. olim, nunc vic. Siciliæ in ora australi & finibus Agrigentinorum, à Dædalo exstructum, ubi fluv. ejusd. nominis Vib. Seq. Leandro est *Camarata*, opp. longius hinc distans.

Plin. Camina, inf. parva maris Ægæi inter Sporades, à Platea 38. mil. pass. distans, teste Plin.

Script. Ger. Caminum *Camin*, urb. Germ. episc. sub archiep. Gnesnensi, al. sub Magdeburgens. in ora Pomeraniæ ad sinum Balticum, Julino, cui successit, finitima, à Stetino urbe reg. primaria 10. leuc. in Bor. & Cæc.

Stra. Pto. Steph. Camirus, *Ferachio* teste Pin. una ex tribus urbibus Rhod. inf. inter Lindum & Ialyssum ad 40. stadia in

ora ad ortum, à Camiro Herculis filio condita & nominata.

D. Hieron. Joseph. Camon opp. erat Palæstinæ à Legione 6. mil. pass. Ptolemaidem versus, *Cimana* teste divo Hieronymo locus.

Vitruv. Campana via ab urbe in Faliscos, teste Vitruv. ducebat.

Strab. Plin. Liv. & al. Campania cognomine felix *Terra di Lavoro*, reg. Italiæ in regno Neapolitano clarissima urbibus & fertilitate. Cujus caput est Neapolis urbium Italicarum maxima. Pop. Campani. Hinc Campanus nom. gent. Virg. lib. 10. Æn.

" *Et Capys: hinc nomen Campanæ ducitur urbi.*

Urbes Campaniæ quæ nunc exstant.

Acerræ *l'Acerra*	S. Germani
Ænaria *Ischia*	Neapolis *Napoli*, *Naples*
Atella, nunc pro illa Aversa	Nola *Nola*
Calatia *Gaiazzo*	Puteoli *Pozzuoli*
Calenum *Carinola*	Suessa *Sessa*
Cales *Calvi*	Teanum *Tiano*
Caserta *Caserta*	Venafrum *Venafro*
Casinum, nunc Fanum	

Urbes Campaniæ Gallicæ.

Augusta Suessionum *Soissons*	Trecæ *Troyes*
Catalaunium *Chalons sur Marne*	Oppida plura Latiniacum, Castrum Theodorici, Asprenciacum, Barrum, Janivilla, Maceriæ, Desiderium, Sedanum.
Durocottorum. vide Rhemi	
Meldæ *Meaux*	
Rhemi *Reims*	

Ant. Campania, *Campen* teste Siml. opp. Valeriæ in Stiria, ubi & Campona legitur. Sed Laz. est opp. Hungariæ *Theten*, Budæ propinquum, ad 2. leuc. in austrum.

Plin. Campi lapidei, saxosi Strab. *La Crau*, locus Gall. Narbon. in Provincia inter Massiliam & Arelatum apud ostia Rhodani, ubi opp. sancti Heliæ, ab Aquis Sextiis 6. leuc. à Massilia 9.

Strab. Liv. Campi Macri, al. cod. Nacri, locus Gall. cispadanæ inter Mutinam & Parmam, *Val de Montirone* teste Leandro; qui locus inter Carpum & Mirandulam visitur.

Plin. Strab. Campi Phlegræi, & Forum Vulcani, *La Solfatara*, locus Campaniæ instar theatri collibus cinctus prope Puteolos urb. ignes perpetuo emittens, ac sulphur gignens.

Liv. Campi veteres, locus Lucaniæ nulla re nisi morte Gracchi memorabilis.

Ant. Campodunum, postea Campidona, *Kempten* testibus Welsero & Pyramio, urb. Rhætiæ libera & abbatia insignis in Suevia inter Ulmam ad Bor. 9. & Curiam ad austrum 14. leuc. ab Augusta Vindelic. 10. Memingæ finitima, 4. leuc. dissidens. Sunt qui *Munchen* urbem Bavariæ indigitent, sed M. Welsero indigenæ fides habenda: deinde apud Monachium Cambodunum fuit, non Campodunum.

Vet. Mon. Campolatum in literis pontificiis opp. est, quod veterib. Ad columnas dictum putatur, & nunc Gambolatum, vulgo *Gambulo*, apud Viglebanum urbem, ad 2. mil. pass. distans.

Ant. Campona, *Keppel* teste Siml. pag. Pannoniæ infer. ad Danubium prope Budam urb. Sed Laz. cui magis fido, est *Theten* pag. inter Budam & *Keppel* 2. leuc. Nisi sit *Koppan* urbs non obscura ab Alba Regali 5. leuc. in merid. vide Campania.

Plin. Camponi, pop. apud Plin. in Aquit.

P. Vict. Campus Martius, locus urbis Romæ adhuc vulgo *Campo Martio* nominatus, olim extra urbis mœnia, postea intra, omnium aliorum maximus.

Campus Merulæ, locus Pannoniæ infer. Germanis *Amserfeldt*, & *Amelsfeldt*, Hungaris *Rigomozeu*, Turcis vero *Cossovo*, quasi campus anserum, seu *Cassou*. vide Merulæ campus. P. Diac.

Camudolanum, Camalodunum Tac. Camolodunum Anton. Camulodonum Dioni, *Colchester* Lhuydo, Camdeno autem *Maldon*, à Londinio 48. mill. Yermouthum in Cæc. seu Norvicum in Cæciam versus totidem, Legio Victricensis, & Nicephoria ex antiq. inscrip. Hic confundi videntur Camudolanum, Camulodunum, & Camalodunum. Al. Camudolanum est *Northampton* urbs & comit. in Trinobantibus inter Buckingam. & Stanfordiam opp. 20. mill. Ptol.

Camulodunum, Camalodunum Plin. Cambodunum Anton. colon. & opp. Albionis in Brigantibus, *Westchester* Talboto, sed Camd. *Almondbury* in comit. Eboracens. à Londinio 52. mil. pass. Eboracum versus in Bor. ex itin. Ant. *Colchester* ab Humfredo indigitatur. Tac. Ptol.

Camuni, pop. Alpini in Venetiæ, seu Cenomanorum Rhætorumque conf. quorum reg. *Val Camonica* nunc dicitur in agro Brixiensi. Plin. Dion. & al.

Cana, opp. in reg. Arabiæ fel. thurifera, quæ adhuc teste Rhamusio *Canacain* nominatur. Plin.

Cana, Canna Melæ, Cæne Ptol. opp. Æolidis cum prom. cognomine contra Methymnam urbem Lesbi ins. porrecto. Strab.

Cana item opp. Galilææ adhuc nomen servans antiquum apud Nazareth urb. excisam, inde 4. mill. pass. in occ. Ptolemaidem versus ad 12. in littore distantem. Joseph.

Canadium, & Cenadium, *Chonad*, urb. Iazigum in Hungaria ad Tibiscum fluv. in Morissena reg. episc. sub archiep. Colocensi, inde 12. leuc. in ortum Lippam versus 6. Prov. Rom.

Canagora, *Canago* Castal. *Cangigu* Mercat. urb. Indiæ citer. Ptol.

Canalicum, *Caralupo* teste Siml. pag. Liguriæ inter aquas Statiellas 30. & Vada Sabatia 12. mil. pass. Al. est *il Cairo* opp. ejusdem tractus, à Savona urb. 7. mill. Aquas prædictas versus. Ant.

Canaria, una ex ins. fortunatis, cæteris major ac nomen antiquum retinens *la Canaria*, sic à canum multitudine & magnitudine dicta, in mari Atlantico, à Madera 70. leuc. Hisp. in merid. distans. Hic sedes est episcopi, & conventus juridicus omnium Fortunatarum. Canarii vero pop. sunt Africæ; quorum mem. Plin. lib. 5. c. 1. Plin. Ptol.

Canastræum *Capo Canistro*, & al. *Capo Crio*, prom. Macedoniæ in ora ad ortum, & ad Thermaicum sin. apud Cassandream, ubi sin. Toronæus incipit, à Thessalonica 50. mil. pass. in ortum. Strab. Ptol.

Canatha urb. fuit Cœlesyriæ episc. sub archiep. Bostrensi, Philadelphiæ finitima, ab ea in Eurum recedens. Ptol.

Candamius mons, *Candannedo* teste Mariana, mons Hisp. Tarracon. in finibus Asturum, inter Legionem & Ovetum urbes occurrens. Vet. Insc.

Candara, *Candari* seu *Canduraie* teste Leuncl. opp. Paphlagoniæ Gangris finitimum, ab eis 12. mil. pass. seu tribus schœnis. Steph.

Candavia, reg. Macedoniæ ad occas. ubi montes Candaviæ dicti, & urb. ejusdem nominis episc. sub archiep. Dyrrachino, & saltus Candaviæ à Scardo mont. initium sumentes in austrum extensi, à Dyrrachio 79. mil. pass. distantes. Horum montium & saltuum mem. Luc. lib. 6. Cæs. Cic.

"——————*Terræque secutus*
" *Devia, qua vastos aperit Candavia saltus.*

Candida casa *Whit-hern*, urb. Albionis in Scotia episc. Scrip. Scot.

episc. sub archiep. Glasquensi, inde 30. mill. in occ. in Gallovidia reg. vide Lucopibia. Appellatur etjam S. Ninianus de S. Niniani episcopi sui nomine.

Plin. Candidum, *Capo ferrato* Merc. prom. Africæ, Tretum Ptol. Tritum Strab. inter Collopem magnum & Collopem parvum, Ruficadæ opp. proximum.

Vet. Insc. Candollica, Candalica Anton. *S. Vito*, seu Germ. *S. Veit*, opp. Norici in Carinthia præcipuum, inter Villacum 6. & Frisacum 4. leuc. à Clagenfurto 2. Aliis Canariaca lib. Not. dictum putatur: sed hæc apud Judemburgum fuit teste Lazio.

Ptol. Candys, urb. Mediæ mediterr. quam Niger *Cremani* dici opinatur, apud Cadusios in Atropatia.

Ptol. Cane, *Cayem* in tab. recent. urb. & empor. Arabiæ fel. in ora maris rubri ad ortum, ab Arabiæ emporio (sive ut nunc vocant, ab Aden) 93. leuc. Hisp. in Cæciam.

Ptol. Canelate *Scala di Canello*, opp. Corsicæ in ora Boreali, quod nunc *le Canelle* vicus aliis dicitur, in ora ortiva apud Sacrum prom. & Centurinum opp. Al. vero *Caneri* opp. inter Centurinum ad septent. & Arcem S. Florentii in austrum, quod magis probo; Canelaten enim Ptol. post Sacrum prom. & Centurinum describit.

Ptol. Canentelus, fluv. Aquitaniæ. vide Caranthonus.

Ptol. Canganorum, Cangorum Tac. *Gogarth* teste Humfredo, & Lhuydo, sive *Gannock* eidem, Britannice *Diganwy*, prom. Albionis in Walliæ ora occid. apud Caerdiganum opp. inter Arvoniam opp. ad ort. & Meneviam urb. ad occ. ad 20. mil. Al. legunt Ganganorum. casus est genit. plur. [Camden. incolis *Lhein* vocatur in Arvonia comit. Illa autem *Gogarth*, *Gannock* & *Diganwy*, de Dicto prom. Boreal. ejusd. reg. interpretatur.]

Scrip. Hisp. Canicæ valles *Cangas*, opp. Hisp. Tarracon. in finibus Asturum.

Tac. Paterc. Caninefates, Cannunefates Plin. *Kennemerlandt* teste B. Rhenano, pop. Batavorum in Hollandia quorum tractus sic vocatur: in quo Goricum opp.

Marcell. Canini, *Grisoni* Italis, *Graupundtner* Germanis, pop. Rhætiæ, quorum metrop. seu urbs primaria Curia ad Rhenum. Sic campi Canini dicitur tractus Rhætorum.

Marcell. Canisia *Canissa* & *Canisia*, *Canischa* Ortel. opp. cum arce munitissima Pannoniæ super. in Hungariæ & Stiriæ conf. intra paludes, Christianis annis superioribus erepta, apud Olimacum opp. inter Warasdinum ad austrum, & castrum ferreum in Bor. 4. leuc. dissitum, à Petovione 8. in ort.

Liv. Plin. Cannæ, urbs (non vicus ut in Thes. ling. Lat.) Apuliæ Peucetiæ excisa apud Canusium, & Aufidum fluv. à Barolo 6. mil. pass. in austrum distans, pugna inter Hannibalem & Romanos, ac Romanorum cæde memorabilis. Manet episcopatus, qui ab archiep. Nazareno Baroli exercetur. Pop. Cannenses Plin. Cannarum mem. Luc. lib. 7.

" *Consulis, & Libyca succensæ lampade Cannæ.*

Et Claud. de vict. Stil.

" *Et Trebiam sævo geminassent funere Cannæ.*

Fuit & Canna urb. Lycaoniæ episc. sub archiep. Iconiensi.

Canobium opp. Insubriæ est frequens gentis Borrhomææ in ora lacus Verbani, inter Pallantiam & Locarnum ad 15. mil. pass. distans.

Ant. Canonium, *Canonden* teste *G. Camd. opp. olim, nunc pag. Albionis, Angliæve mediterr. in Essexia reg. à Londinio 44. mil. pass. inter Cæsaromagum 12. & Camulodunum 9. [* Camden. vero est *Chelmerford* vel *Chensford*, oppid. Essexiæ ad Chelmerum fluv.]

Hirt. Canopus, apud al. Canobus, *Bochir* Ziglero, sive *Bichieri* al. urb. Ægypti olim episc. apud ostium Nili ex ea Canopicum appellatum, Heracleoticum Ptol. Naucraticum Plin. ab Alexandria 2. mill. pass. in ort. distans, patria Claudiani poetæ. Mem. ejus inter alios Ovid. lib. 15. metam. ad finem, *Strab. Plin. & al.*

" *Servitura suo Capitolia nostra Canopo.*

Juven. sat. 15.

" *Barbara famoso non cedit turba Canopo.*

Canopus item ins. parva ostio Canopico objecta.

Canovaci, pop. Britanniæ 2. i. e. Scotiæ, in ora occidua; quorum reg. ampla *Lennosia*, *Argadia*, & *Lorna*, *Lennox*, *Argile* & *Lorne* putatur, teste Lhuydo. Sed apud Ptol. Carnonacæ pop. leguntur longe ab hoc situ distantes; nam post Epidios & Cerones eos locat, deinde Cornalios orientaliores describit. *Ptol.*

Cantabri, pop. Hisp. Tarracon. ad oceanum Borealem, qui Cantabricus nominatur, incolentes inter Vardulos ad ort. & Astures ad occ. quorum reg. Cantabria Plin. *Biscaia*, seu *Biscaya* Aug. Cur. & al. de quibus Luc. lib. 6. *Cæs. Plin. Liv. & al.*

" *Cantaber exiguis, aut longis Teutonus armis.*

Claud. de laud. Serenæ.

" *Cantaber oceanus vicino littore gemmas*

" *Exspuit*— —

Cantabrigia *Cambridge*, opp. & academia Angliæ præclara, à Londinio 44. mil. pass. plus minus in Bor. distans. vide Camboricum. *Bedæ.*

* Canthapis, *Calecut* teste Nigro, urb. Indiæ citer. in ora occid. urbs ampla hodie Lusitanis vectigalis, cujus rex olim omnibus regibus Indiæ prædictæ imperabat. [* manusc. Selden. Καvθάπις.] *Ptol.*

Canthi, *Golfo di Cambaia* teste And. Resend. sinus Indiæ citer. apud ostium Indi fluv. orientale. *Ptol.*

Cantiœbis, *Amberg* ex P. App. conjectura, urb. Germ. in Nariscis, hoc est in Nortgoia, reg. primaria, aliquando principum sedes, ad Nabum fluv. à Ratispona 8. leuc. in Bor. *Ptol.*

Cantium, Cantia Bedæ, *Kent*, reg. Albionis sive Angliæ in ora orientali cum meridionali proxima, contra Galliam Belg. inde Icio portu & Gessoriaco 30. mill. pass. distantem, porrecta, ubi Cantium prom. *Northforeland* teste Ortel. quod ab Antivestæo Cornubiæ maxime occiduo 320. mil. pass. recedit in ort. Hujus reg. metrop. est Cantuaria urb. archiep. à Londinio ad 45. mill. distans, in medio Roffa urb. sub qua metropoli 25. urbes episcopales continentur. *Cæsar. Ptol.*

Canuccis, *Sargel* test. Marm. aliis *Cercel*, opp. Maurit. Cæsariens. in ora littorea, inter Juliam Cæsaream ad occ. & Apollinis prom. ad ort. *Ptol.*

Canusium, Cannusium Liv. *Canosa*, urb. Apuliæ Peucetiæ apud Aufidum fluv. à Cannis excisis 3. mil. pass. distans, à Barolo 8. in austrum, episc. sub archiep. Barensi, inter Barium ad ort. & Asculum ad occ. 35. mill. pass. circiter dissitum. Hinc Canusinus nom. gent. Mem. illius Acr. lib. 1. serm. *Cic. Strab. Plin. & al.*

" *Nam Canusi lapidosus ager, non ditior urna:*

" *Qui locus à forti Diomede est conditus olim.*

Martial. lib. 14. epigr. 125.

" *Hæc tibi turbato Canusina simillima mulso.*

Hor. lib. 1. serm. sat. 10.

" *Verba foris malis, Canusini more bilinguis.*

Capara, Capera Plin. cui pop. Caperenses, *Caparra* teste Clus. urb. Hisp. Lusit. in Extremadura jacens, inter Emeritam, & Placentiam in Bor. quasi media occurrens. *Ant. Ptol.*

Capedunum, *Capestein* & *Capsenberg* teste Laz. opp. Scordiscorum in Pannonia fuit; cujus adhuc manent vestigia. *Strab.*

Capellatium, quod & Palas, *Pfaltz*, reg. Germ. super. quæ teste Rhenano Palatinatus nominatur, ab eoq; denominatur comes Palatinus unus ex 7. imperii electoribus. Metropolis est Heidelberga urb. & acad. *Amm.*

acad. à Spira 3. leuc. in ort. Al. est *Bergstrass* vel *Bergstras*, tractus inter Francofurtum & Heidelbergam, teste Munst.

Liv. Plin. Capena, Capinna Steph. *Canapina*, opp. Hetruriæ in mont. Cimino proxim. Viterbio ad 4. mil. pass. Caprarolam & Nepitam versus. Quod Ortel. male in Latio apud Tiberim locat, & apud Apenninum mont. Pop. Capenates, & Capenus nom. gent. Virg. lib. 7. Æn.

" *Et Cymini cum monte lacum, lucosque Capenos.*

Ovid. Capena item porta urbis Romæ, *Porta di S. Sebastiano*, sic dicta à Capena opp. exciso apud Lucum Feroniæ, cujus pop. sæpe à Liv. memorantur Capenates. Dicta est & Fontinalis à multitudine fontium. Ibi Capenas fluviolus à Sil. memoratus lib. 13.

" *Et sacer humectat fluvialia rura Capenas.*

Portæ mem. Ovid. lib. 6. fast.

' *Appositum dextræ porta Capena viæ.*

Caper. vide Caprus.

Ptol. * Capernaum, Capharnaum in sac. liter. sic vulgo apud Europæos, *Jefferkin* Turcis, & *Rejme* incolis teste Justo Gistello, urb. Palæstinæ olim episc. in Galilæa ad oram Borealem lacus Genesaræ, à Scythopoli urbe in ora ejusd. lacus australi 12. mil. pass. nunc prorsus deserta. Mem. illius Juvenc. lib. 3. in finib. Zabulon & Nephtali.

" *Inde Capharnaum gradiens pervenit ad oras.*

Hinc Capharneus nom. gent. Sedul. lib. 4.

" *Jamque Capharneæ synagogam intraverat urbis.*

[* manusc. Selden. Καπερναοὺμ.]

Plin. Ptol. Mel. Caphereus, Caphareus Plin. & al. *Chimi* Soph. *Figera* Nigro, *Capo d' oro* al. prom. Eubœæ inf. Carysto urbi proximum, ab Hellesponto 225. mil. pass. teste Plin. Hinc Caphareus nom. gent. quadrisyllabum. Caphareus autem mons trisyllabum est poetis. Virg. lib. 11. Æn.

" *Sidus, & Euboicæ cautes, ultorque Caphareus.*

Prop. lib. 3. eleg. 5.

" *Saxa triumphales fregere Capharea puppes.*

Caphereus excidio classis Argivæ, quam Nauplius Palamedis pater in filii necis ultionem prorsus (pyra in monte excitata) absumpsit, memorabilis effectus est, uti apud Sophoclem.

Plin. Caphrena, urb. Syriæ in reg. Comagene ad Euphratem, quæ Zeugmati vicina erat.

Strab. Capionis turris, & Capio, *Chipiona* teste Clus. opp. Hisp. Bæt. in ora Vandalitiæ, ab ostio Bætis 12. mil. pass. in ortum distans: sed hodie minus distare reperitur, cum inter Fanum Luciferi 1. & Rotam opp. ad ort. 3. leuc. dissitum sit. Turris Cœpionis ex vet. inscript. locus in tribus mari irriguus, ac navigantibus instar Phari.

Cic. Capitina, Capytium Ptol. *Capizzi*, opp. Siciliæ amplum apud Montes Aerios. vide Capytium.

Varr. Festo, & al. Capitolia num. plur. Capitolinus mons, & Tarpeius, *Campidoglio*, unus ex 7. urbis Romæ collibus, ubi Capitolium; & Capitolia pro curia, & senatu qui ibi fiebat: Virg. lib. 8. Æn.

" *Hinc ad Tarpeiam sedem, & Capitolia ducit,*

" *Aurea nunc, olim sylvestribus horrida dumis.*

Sunt & Capitolia, seu Capitalia, montes Indiæ excelsi teste Plin. lib. 6. apud Indum fluv. auri & argenti feracissimi.

Ant. Ptol. Capitolias, seu Capitolia alibi, *Suvete* teste Masio, urb. Palæstinæ media inter Hierosolymam & Damascum, utrinque 100. mil. pass. in Cœlesyria, à Scythopoli 32. in Cæc. Suitha Hebræis. ubi adhuc Job sepulchrum monstratur.

Strab. Plin. Capitulum opp. fuit Latii in finibus Hernicorum ultra Præneste apud Bovillas.

Plin. Capotes, mons Armen. majoris. vide Aba.

Strab. Cappadocia, Asiæ reg. ampla mari Euxino exposita, inter Galatiam ad occ. & Armeniam ad ortum contenta, introrsus in austrum usque ad Ciliciæ fines Tauro mont. dividente extensa. *Plin. Ptol. & al.* In qua urbes olim celebres Trapezus, Comana Pontica, Comana Cappadociæ, deinde Amasea, Cæsarea, Tyana, & Sebaste, ac Satala. Nunc clarent Amasea, ex qua nomen reg. ad occ. quæ *Amasia* nominatur, Trapezus, & Nicopolis, ex qua reg. ad ortum *Genech* dicitur, & Neocæsarea in medio, ex qua reg. *Toccato* vocatur. Pop. Cappadoces, & nom. gent. Cappadocius. Claud. de equo Hon.

" *Seu te Cappadocum gelida sub valle natantem*

' *Argææ lavere nives*--------

Urbes Cappadociæ quæ adhuc durant, cum aliquot Armeniæ minoris.

* Amasea	Mocasus
Archalla	* Neocæsarea
Baratha	Nazianzum
Cæsarea. vide Mazaca	Nyssa
Comana Ponti	Pharnacea
Cerasus	Pityusa
Cybistra	Polemonium
Derbe	Rhizus, & Rhizæum
Diocæsarea	Sasima
* Iconium	Sebaste, & Sebastia
* Laranda	* Sebastopolis
Mazaca, postea Cæsarea	* Trapezus
* Melitene	Tyana

Capræ *Capresi*, pag. Hetruriæ apud mont. Alverniam, nec procul ab ortu Tiberis, ab Aretio urb. supra 12. mil. pass. in Boream, à Callio urbe Umbriæ 10. in occ. non longe à Clusio pag. Ibi Totilas Gothorum rex à Narsete superatus interfectus est. *Procop.*

Capraria, Caprasia apud Varr. lib. 2. c. 3. *Capraia*, inf. maris Tyrrheni in Ligustici conf. inter oram Thusciæ & Corsicam inf. occurrens, cum opp. sive arce sub Genuensibus, circuitu 18. mil. pass. à portu Liburno 60. mil. pass. in merid. distans, à Corsicæ littore propiore 25. De ea Rutil. lib. 1. *Plin. Ptol.*

" *Processu pelagi jam se Capraria tollit.*

Sic dicta à caprarum copia, teste Varr. lib. 2. cap. 3. & Plin.

Capraria altera, inf. maris Iberici, sive Balearici, circa Baleares insulas, majori adjacens, ab ea 12. mil. pass. in austrum distans, vulgo *Cabrera*. *Plin.*

Capraria item una ex inf. fortunatis, Casperia Ptol. vulgo *Forteventura* teste Nigro, à Canaria 10. leuc. dissita. *Plin.*

Caprasæ, sive ut alibi legitur Caprasis, *Tarsia* teste Barrio, opp. magnæ Græciæ in Calabria cit. à Consentia urb. ad 20. mil. pass. Thurio urb. excisæ finitimum, à Summurano 20. ac medium fere inter Roscianum & Cosanum in Bor. supra 10. *Ant.*

Caprasia, *Magna vacca* teste Blondo, unum ex ostiis Padi fluv. cum vico, à Comaclo urbe 8. fere mil. pass. distans, Spinæ prox. inter Ravennam ad merid. 19. & Volanen alterum ostium in Bor. 24. De eo lib. 3. itiner. *Plin.*

" *Inter Caprasias, eversaque mœnia Spinæ.*

Caprasia etiam inf. maris Tyrrheni apud Varr. lib. 2. cap. 3. eadem Capraria.

Capreæ, Caprea Ptol. *Capri*, inf. cum urb. episc. (sub archiep. Amalphitano) maris Tyrrheni, sive sin. Crateris apud prom. Minervæ, & Surrentum urb. inde 4. hinc 8. mil. pass. à Neapoli vero 30. in austrum, circuitu 40. mil. Insula Telonis Sil. dicta. De qua Ovid. lib. 15. metam. *Tac. Plin. Ovid. & al.*

" *Inde legit Capreas, promontoriumque Minervæ.*

Hæc inf. in deliciis habita fuit Tiberio Aug. teste Sueton.

ton. & Tac. Abundat coturnicibus, ex quibus episcopo reditus non modicus.

Diod. Sic. Caprianus, mons Siciliæ apud Heracleam urbem eversam in ora australi: qui Latine nunc mons gemmarum dici putatur.

Prov. Rom. Caprulæ *Caborle*, inf. parva maris Hadriatici proxima littori oræ Venetæ, à Venetiis ad 40. mil. pass. in Bor. Aquileiam versus, à Concordia supra 12. contra ostia Romatini fluv. cum urbe episc. sub patriarch. Aquileiens. inde ad 30. mill. in austrum. Hinc Caprulanus nom. gent.

Plin. Caprus, fluv. Asiæ ex Phrygia magna in Mæandrum cum Lyco influens, ac cum eodem & Asopo Laodiceam urb. alluens.

Lib. Conc. & Saluft. Capsa *Capi*, urb. Africæ olim episc. sub archiep. Carthaginens. (ubi erant thesauri Jugurthæ) inter Tacapen ad occ. & Leptim magnam, sive Tripolim in ort. cujus episc. Capsitanus.

Cic. Liv. Plin. & al. Capua *Capoa*, urb. archiep. Campaniæ apud Vulturnum fluv. à veteri Capua (quæ nunc S. *Maria* ingens pagus nominatur) ad mont. Tifatæ radices 2. mill. distans, media inter Suessam ad occ. & Neapolim ad ort. 16. mil. pass. à Capy Sylvio rege Albano teste Virg. condita, sive ab Oscis teste Halycarn. à quibus Osca dicta fuit. Hæc Romanis, quod Hannibalem excepisset, invisa fuit, & à Genserico rege Vandalorum excisa, cum à Narsete fuisset instaurata, rursus à Longobardis eversa fuit. Metropolim Jo. 13. Pont. max. effecit. Illam Auson. inter claras urbes reponit.

" *Nec Capuam pelago, cultuque penuque potentem,*
" *Deliciis, opibus, famaque priore silebo.*

Capua adeo olim arrogans & superba fuit, ut Romæ præferri voluerit: de qua re Cic. in orat. pro Roscio pluribus agit. Hinc ortum adagium *Campana arrogantia* de summa superbia. Et ipsa Capua superbiæ domicilium ab eodem Cic. ibidem nominatur. Hic Hannibal deliciis operam dans, effœminatus est.

Prov. Rom. Caput aqueum *Capace*, & *Capaccio*, urb. Lucaniæ in ora sinus Pæstani episc. sub archiep. Salernitano, inde ad 25. mil. pass. distans in ortus, Pæsto urbi in littore excisæ, cui in episcopatu successit, proxima, ad 2. mil. pass. recedens.

Ptol. Caput Padi, sive Eridani, *Coderea*, pag. agri Ferrariensis, inter Ferrariam & Comaclum ad ortum.

Ptol. Capytium, Capitina Cic. *Capizzi*, urbs Siciliæ mediterr. apud fontes Teriæ fluv. inter Trojanopolim, & Amestratam ad occ. 10. mil. pass. circiter distans, ab Enna 30. Aerios montes versus.

Tac. Caracates, pop. Germ. super. inter Triboccos & Vangiones Borealiores, in Alsatia. quorum nomen arx vulgo *Drackenfeld* teste Rhenano referre videtur.

Ptol. Caracca, Characa Plutarcho, Arriaca forte Anton. *Guadalajara* teste Mor. urb. Hisp. Tarracon. in finibus Carpetanorum, seu in Castella nova, inter Secontiam ad Bor. 13. & Complutum ad austrum 4. leuc. à Madrito 10. in ortum. Al. *Caragosa* opp. inter Guadalajaram & Molinam 6. leuc. apud Centum fontes opp. quod verisimilius videtur. Caracca Varrerio fluv. est qui *Rio de Henares* dicitur.

Caracca altera. vide Carraca.

Caracotinum. vide Veneli, & Crociatonon.

Caradrus, fluv. vide Charadrus.

Hirt. Liv. Caralis, Carallis Ptol. Calaris Plin. & al. *Cagliari*, urb. archiep. Sardiniæ primaria in ora australi, contra Africam. vide Calaris. Ab Aristæo Apollinis filio anno post diluvium 1434. post Noram 59. condita. Mem. illius Claud. lib. de bello Gildonico.

" *Tenditur in longum Caralis, tenuemque per undas*
" *Obvia dimittit*------

Strab. Plin. Ptol. Carambis, *Capo Pisello* teste Soph. al. *Comano* prom. Paphlagoniæ maxime in Pontum Euxinum contra Criu metopon prom. Tauricæ in Bor. 250. mil. pass. distans excurrens, inter Cotyorum ad occ. & Sinopem urb. in ortum, ab ore Ponti Euxini 220. in ort. Mem. ejus Val. Flac. lib. 4. Argon.

" *Quid tibi nubifera surgentem rupe Carambin.*

Hinc Carambiacus, a, um, Orph.

" *Alta Carambiacæ tenuit confinia terræ.*

Auson. Caranthonus, Canentelus Ptol. *la Charente*, fluv. Aquitaniæ inter Engolismenses & Santonas, in oceanum Gallicum inter Rupellam urbem & Tallemontium opp. influens. De quo Auson. in Mosell.

" *Santonico refluus non ipse Caranthonus æstu.*

Lib. Not. Caratæ, pop. Norici ad Danubium in Austria; quorum opp. Vetus curia *Altenhofen* à Lentia supra 4. leuc. in ortum, inter Anisum urb. & Grimam opp. 2. teste Laz.

Strab. Carax *Caruci*, pag. Corsicæ apud Marianam urbem excisam sub se plures vicos seu villas continens, sub episcopatu Marianensi.

Ptol. Carbantorigum, *Glencar* teste *Camd. opp. Albionis in finibus Selgovarum in Angliæ ora orientali, inter Abum & Vedram fluv. Sed Selgovæ pop. sunt Scotiæ Loquabriis & Novantis finitimi, quorum opp. Carrictonium vulgo *Carrick* in Scotia. vide ibi. [* Camdeno est *Caerlaverock* in Nidisdalia reg. Scotiæ occident. huic etiam *Carrick* seu *Carrict*, regionis nomen, non oppidi.]

Plin. Carbonaria, *le Fornaci* teste Leandro, unum ex 7. Padi ostiis, ab Hadria urb. 16. mil. pass. medium inter Sagem, nunc Gorum, & Fossam Clodiam urb. 15.

Aimoin. Carbonarius saltus, *D'lant van Luyck* teste Becano: aliis pars sylvæ Arduennæ in Leodiensi diœc. Sunt qui sylvæ Hercyniæ partem faciant, & Sylvam nigram vocent; sed hæc in Germ. illa vero in Gallia.

Plin. Carcassum, Carcaso Ptol. Carcassio Procop. *Carcassone*, urb. Gall. Narbonens. in Occitana reg. episc. sub archiep. Narbonens. inde 10. leuc. in occ. Tolosam versus 14. urbs lanificio clara.

Polyb. Steph. Carchedon, Carthago Latinis. vide ibi. Hinc Carchedonius Carthaginens. apud Plaut. in Pœnul. Nomen habet à conditore.

Strab. Plin. Mel. & al. Carcinites, *Golfo di Nigropoli* teste Ortel. sinus Taurosc ytharum cum fluv. Carcinito apud Ptol. apud isthmum Tauricæ Chersonesi, in Euxinum mare fluens ex adverso Byces paludis, ubi Carcina urb. vulgo *Nigropoli*. In Thes. ling. Lat. Carpineites pro Carcinites legitur, quod, ut error vitetur, admonemus.

Plin. Carcinum, Cocynthum Polyb. *capo di Stilo* teste Celso Cittad. prom. magnæ Græciæ in Calabria ulteriore, ubi Carcinum urbs Melæ, sive ut alii legunt Cæcinum, *Stilo*, à Caulonia 10. mil. pass. in Bor. vide Cæcinum.

Ant. Carcuvium, *Caracuel* teste Mariana, opp. seu pag. nunc Hisp. Tarracon. inter Mirobrigam 42. & vicum Cuminarium in ort. 100. mil. pass. ab Emerita 54. in Bor. circa Placentiam urb.

Lib. Not. Cardabianca *Friburg*, opp. Valeriæ ripensis in Stiriæ & Hungariæ confinio.

Herod. Strab. Ptol. Plin. Cardamyla, *Sapico* teste Nig. opp. Peloponnesi in Laconica reg. à littore 8. mil. pass. à Leuctris 60. Al. *Parama*. Cardamyle etiam inf. maris Ægei inter Chium ad merid. 20. & Lesbum ad septentr. 30. mil. pass. *Cardamila* etiam nunc dicta.

Demosth. Plutarch. Steph. Cardia, Cardiopolis Ptol. *Caridia* teste Soph. urb. Cherronesi Thraciæ ad Melanem sinum (qui ex ea *Golfo di Caridia* nominatur) quæ Steph. & Pauf. eadem Lysimachiæ, & Hexamilio vulgo *Hexamili* esse

videtur;

videtur; urb. episc. olim sub archiep. Heracleensi, postea metropolis effecta. vide Lysimachia.

Ptol. * Careni, pop. Albionis in Scotia, quorum reg. *Loqhuabria* in ora occidua contra Mulam insf. teste Lhuydo dicitur: juxta quam Euonium urbs, vulgo *Dunstaphag*. [* Χαρινοι man. Seld.]

Sigeb. P. Diac. Carentani, pop. Germ. seu potius Norici, quorum reg. Carinthia teste Laz. nominatur.

Carentini, pop. apud Plin. Italiæ in 4. regione.

Ptol. Carepula *Battaglio*, & incolis *Girastumar* teste Jovio, Turcis vero *Carapula* teste Marm. urb. Mauritan. Cæsariensf. in ora inter Juliam Cæsaream ad ort. & Quizam ad occ. à Canucci 2. leuc.

Plin. Caretha, quæ & Dionysia, *Gironda* Nig. insf. maris Lycii, apud Chelidonias insf. & ostia Limyri fluv.

Strab. Plin. Ptol. & al. Caria, reg. Asiæ inter Ioniam ad Bor. & Lyciam ad ort. (porrigitur enim inter oram occid. & meridionalem) mari Carpathio ad occ. Rhodio ad austrum terminata, *Aidinelli* & *Menteseli* dicta. in qua olim Miletus, Myndus, Halycarnassus, & Gnidus urbes in ora littorali claræ; nunc Myndus omnibus præstat. Pop. Cares & Leleges. De quibus Ovid. lib. 9. metam.

" *Caras, & armiferos Lelegas, Lyciamque pererrat.*
" *Jam Cragon, & Lymiren, Xanthique reliquerat undas.*

De regione,

" *Arcades antiqui, celebrataque Caria fama.*

Cares licet in rebus bellicis percellerent, ut *arma Carica*, & *lorica Carica* in proverbio essent; viles tamen habiti sunt, quod mercede militarent, ac in prima acie locati, primos hostium impetus sustinentes, vitam suam nihili æstimarent. Unde adagium natum, *In Care periculum facere*, apud Plat. in Socrate; cum periculo exponitur res, cujus jactura gravis non sit. Illud quoque apud Diogen. *Cum Care Carissa*, hoc est, cum rustico rustice agas; quod Cares inter agrestes & rusticos haberentur. *Cum Care Cariza* apud Diogen. idem quod *cum Cretense Cretensis*. A Caria Caricum olim dicebatur quod vile, lugubre, & contemptibile erat: unde *Vinum Caricum* proverbio dicitur apud Suid. pro tenui; sicut & *Carica Musa* pro insuavi. *Caricus hircus* apud Diogen. uti proverbium est, in hominem vilem & contemptibilem, vel pro sacrificio vili, quod etiam *Caricum sacrificium* dictum est, quod Cares pro hirco canem immolarent. *Caricum* quoq; *schema* apud Hesych. pro modo congressus libidinosi spurco & turpi, qualem figuræ Caricæ ostendebant.

Plin. Carianda, insf. & lac. Cariæ apud Myndum urb.

Ant. Cariara *Carrara*, opp. Hetruriæ mediter. Massæ in ora opp. proximum, inde 4. mil. passf. in Bor. à Luna nova, sive Sarzana urbe 9. in ort. Marmorum copia & varietate clarum; sub Massano principe.

Strab. Cariata urb. fuit Bactrianæ ab Alex. magn. eversa, teste Strab. lib. 11.

Lib. Reg. Cariathiarim, opp. Palæstinæ in Judæa eversum, ab Hierosolymis 9. mil. passf. in occ. Lyddam versus. Cariath vero Sepher urb. antiquissima fuit ejusdem reg. à Sem teste D. Isidor. condita, ubi primum literis data est opera. quæ in lib. Josue Dabir nominatur. Erat & Cariath urb. Moabitarum apud Medabam teste D. Hieron.

Prov. Rom. Cariatum *Cariati*, urb. magnæ Græciæ in ora Calabriæ, inter Roscianum 24. & Crotonem 36. mil. passf. episc. sub archiep. Siberenensf. inde ad 28. mill. in Bor. distans.

Caridemum, prom. Hisp. Bæt. vide Charidemum.

Plin. Carietes vel Carytæ, pop. Hispan. Tarracon. in conventu Cluniensi; quorum opp. *Ciria*, nunc pag. ex vet. inscript. teste Pin.

Sil. Carilla, opp. Picentinorum ab Hannibale deletum, quod partes Rom. sequeretur: de quo Sil. lib. 8.

" *Misit, & exhaustæ mox Pœno Marte Carillæ.*

Carina, mons Cretæ 9. mil. passf. ambitu patens, *Plin.* in quo spacio muscæ nullæ reperiuntur, neque mel attingunt, teste Plin.

Carine, *Cherima* teste Nig. urbs Mediæ à Tabresio in occid. distans. *Ptol.* Carina autem P. Vict. vic. erat urbis Romæ apud ædem Pompeii; de quo Virg. lib. 8.

" *Romanoque foro, & lautis mugire Carinis.*

Cariopolis, *Clarioboli* Turcis teste Leuncl. urb. *Cedr.* Cariæ episc. sub Stauropolit. archiep. à veteribus non memorata.

Caris *Cher*, fluv. Gall. Celt. per Bituriges & fines *G. Turon.* Turonum fluens, ac in Ligerim infra Ambosiam influens, rapidus, & inundans Avaricum, Pontem Soderæ alluens. Aliis Carus Latine, sive Charus.

Carisa. vide Carissa.

Ptol. Carisiacum, non *Cressi* pag. Belgii apud Leodium *Script.* urb. ut scribit P. Divæus, inde 3. leucis, (de qua re *Gall.* vide Cæresi) *sed Cressy* opp. Gall. Belg. geminum, unum in Vallesia reg. à Meldis 3. leuc. versus Feritatem Milonis 2. alterum in Picardia inter Suessiones & Feram 4. leuc.

Carissa, *Carissar* teste Mol. cum al. urb. Galatiæ *Ptol.* Claudiopoli seu Adrapæ proxima, inter Rhastiam & Androsiam Borealiorem sita. Carissa quoque Ptol. opp. Hisp. Bæt. vide Aurelia.

Carissanum, locus ubi Milo interfectus. vide Cossanum.

Caristi, pop. Hisp. Tarracon. in ea reg. quæ *Guipuscoa* *Ptol.* nominatur, inter Autrigones ad occ. & Vascones ad ort. Per eos Deva fluv. decurrit. ubi Deva & Motricus oppida in ora.

Caritni, pop. Germ. quorum urb. *Wirtenberg* esse *Ptol.* putatur, regionis ejusd. nominis caput.

Carleolum *Carlile*, urb. Albionis in Anglia apud *Scrip.* Scotiæ limites episc. sub archiep. Eboracensi, inde 50. *Brit.* mill. distans in Circium.

Carman vel Acarman, *Amansifirdim* Mol. & al. *Ptol.* urb. Arabiæ fel. regia in mediterr.

Carmania, Asiæ reg. gemina; una *Chirman*, à *Strab.* Carmana urbe illius primaria ac metrop. in regno *Ptol.* Persarum: Altera Deserta cognomine, *Dulcinde* teste *Plin.* Castal. & *Mingiu* teste Ortel. Prior Persidi hæret, *& al.* ab ea in ortum recedens, sinum Persicum circa fauces illius Armuzo prom. contra Armuzam insf. & urbem attingens: Altera oceano Indico adjacet, inter priorem Carmaniam ad occ. & Gedrosiam ad ort. perstricta. Tota Carmaniæ ora 1250. mil. passf. patet ex Plin. ubi testudines plurimæ & magnæ. Urbes claræ prioris, Carmana, Armuza, & Samydace. Aliter eas Ptol. describit, Desertam enim in Bor. versus Ariam & Parthiam, ac in occ. versus Persidem extendit; alteram ad merid. & ort. Pop. Carmani. Luc. lib. 3.

" *Tunc furor extremos movit Romanus Orestas,*
' *Carmanosque duces----*

Carmelus, *Carmene* teste Postello, mons Palæsti- *Strab.* næ in ora inter Sycaminum & Doram urbes proxi- *Tac.* mas, in Phœnicis conf. cujus prom. *Capo Bianco* *Ptol.* nominatur teste Ort. inter Ptolemaidem ad ortum *& al.* 30. & Cæsaream ad occ. 20. mil. passf. Ad ejus radices versus ort. Caipha opp. à Ptolemaide 12. mill. Hinc Carmelitarum ordo nomen habet & originem.

Carmelus alter, mons Judææ apud oram Borealem lacus Asphaltitis conspicitur. Non in Galilæa, ut in Thes. ling. Lat. legitur.

Carmentalis, porta urbis Romæ, una ex tribus à *P. Vict.* Romulo effectis, inter Tiberim & Capitolium. Cujus mem. Virg. lib. 8. Æn.

" *Et Carmentalem Romano nomine portam.*
Hæc etiam Scelerata dicta est authore Festo, quod Fabii per eam egressi adversus Etruscos interfecti sint.

Strab. Ptol. Carmon, Charmonia Ptol. Carmo ex vet. inscript. *Carmona*, opp. Hisp. Bæt. amplum in colle apud Bætim fluv. inter Hispalim 6. & Cordubam 16. leuc. ab Astigi 8. in occ. Pop. Carmonenses Cæs. & Plin. in Vandalitia. Est & flumen Achaiæ, mons in Peloponn. templum Apollinis in Laconia, & locus in Messenia apud Steph.

Strab. Ptol. Carna, urb. Arab. fel. mediterr. olim regia. ubi Moyses S. Antonii discipulus à Valentiniano imper. missus Mamiam Saracenorum reginam ad Christi Domini fidem convertit. Carna etiamnum dicitur. Carne etiam opp. fuit Phœniciæ ad mont. Libanum.

Ptol. Carnasa, al. Cæsana, *Curden* teste Merc. urb. Indiæ citer. ex levi conjectura.

Plin. Liv. & al. Carni, pop. Italiæ in Venetia reg. contenti, à reliquis Venetis Liquentia fluv. separati, in Bor. vergentes & Cæc. qui & Forojulienses: quorum reg. non Carinthia, quæ in Norico est, sed Forum Julii, German. *Friaul*, vulgo *Friuli* nominatur, à Norico Alpibus Juliis discreta. Cujus urbes, Concordia & Aquileia (olim metropolis Carnorum, & ex primis Italiæ) in ora excisæ; Tergestum, Noreia, Forum Julium, & Utinum, hodie regionis conventus juridicus. Patria etiam vulgo hæc regio nominatur.

Urbes Carnorum.

Aquileia *Aquilegia*	glio aliquibus
Concordia *Concordia*	Noreia *Goritia*
Forum Julium *Cividal di Friuli*	Tergestum *Trieste*
Julium Carnicum *Zu-*	Utinum *Udine*

Plin. Carni Taurisci, pop. Alpini inter Carnos & Noricos, vulgo *Krainer*; Italis reg. *il Cragno*, Latine Carniola nominatur, Iapodes etiam pop. complectens. Hic error in Thes. ling. Lat. tollendus, ubi ait Ptol. locare Carinthiam supra Forum Julii & Concordiam, cum Ptol. nihil de Carinthia dicat.

Ptol. Carnicum Julium, & Julium Carnicum Anton. *Zuglio* teste Siml. olim urb. nunc pag. intra Alpes Julias, per quas ex Carnis ad Noricos transitur.

P. Diac. Carniola, sic etiam vulgo, & alicubi *il Cragno*, reg. Norici inter Alpes Julias mari Adriatico vicinas, & Saum fluv. quæ reg. etiam Iapodes Liburnis finitimos complectitur. Cujus metropolis Nauportus, sive, ut Lat. rec. vocant, Labacum est, à Villaco 12. leuc. in ortum distans.

Vet. insc. Carnodunum, opp. Vindeliciæ excisum, nunc vic. Bavariæ ad Oenum fluv. apud Wasserburgum.

Ptol. Carnonacæ, pop. Albionis in Scotia: quorum reg. Cathnesia, vulgo *Cathnes*, ab aliquibus putatur in ora orientali, versus Tarvedum prom.

Carnovium *Carnobio*, opp. olim, nunc pag. Hisp. Tarracon. in Vasconibus, sive in regno Navarræ. vide Curnonium.

Ptol. Carnus, Carnuntum Plin. & Liv. ac Paterc. urb. olim Pannon. super. ad Danubium, nunc pag. Austriæ in Hungariæ confin. qui teste Laz. *S. Petronel* dicitur ob cœnobium Divæ Petronillæ dicatum, apud Hamburgam urbem, à Posonio 4. leuc. in occ. Viennam versus 6. De eo lib. 5. itiner.

" *Carnuntum veteres ubi monstrat grande ruinas,*
" *In quibus urbs hodie tota sepulta jacet.*

Cæs. Carnutes, Carnuti Plin. Carnutæ Ptol. Carnoti Tibullo & Lib. concil. *Chartres*, pop. & urb. Gall. Celt. à Parisiis 20. leuc. in occ. ad Auduram fluv. episc. sub archiep. Senonens. Reg. *Chartrain* Gallis dicitur. Urbs Autricum Ptol. & Carnutum Zosimo etiam nominatur. Cujus mem. Tibull. lib. 1. eleg. 8.

" *Testis Arar, Rhodanusque celer, magnusq; Garumna,*
" *Carnuti & fluvii cærula lympha Liger.*

Hic basilica omnium totius Galliæ augustissima Deiparæ, cujus indusia ibidem adservatur, dicata.

Carolopolis, opp. Gall. vide Compendium.

Caronium *Corunna*, urb. Hisp. Tarrac. in ora Gallæciæ Boreali, portum habens amplum, ac ab exteris frequentatum, à Compostella 10. leuc. ab Ulyssipone 100. in Bor. In Thes. ling. Lat. *Cheroga* indigitatur: quod opp. longissime distat à Caronio. Ptol.

Carpasia, Carpasium Plin. urb. Cypri in ora Boreali apud oram orientalem apud Clides prom. episc. sub archiep. Salaminio olim, *Carpasso* vulgo. Strab. Diod. Ptol.

Carpasia item ins. Ciliciæ ante Sarpedonem prom. & ins. Cypri in ora occidua apud Drepanum prom. Acamantem versus. Thes. ling. Lat. confundit hanc ins. cum Carpatho ins. quo se Geographiæ ignarum ostendit. Steph.

Carpates (non Carpatus ut in Thes. ling. Lat.) Rupes Sarmaticæ Sol. Sevo Plin. mons Sarmatiæ Europ. Moraviam, Poloniam, Russiamque ab Hungaria & Transylvania discludens, *Crapack* & aliis nominibus appellatus: Nam alibi *Tarczal*, alibi *Den Munch*, & alibi *Wurtzgarten*; ubi separat Russiam à Transylvania *Biescid*, ubi Poloniam ab Hungaria *Tarczal*, ubi Moraviam ab Hungaria *Schneberg* teste Laz. De eo lib. 7. itin. sic, Ptol.

" *Carpatus à nostro qua separat orbe Polonos,*
" *Vertice contingens sydera celsa suo.*

Carpathus, *Scarpanto* Soph. & al. insula maris Carpathii, una Sporadum, circuitu 25. mil. pass. inter Cretam 60. & Rhodum ad ortum 50. mill. à Calydna 25. in aust. Inde mare Carpathium, quod Telmessum usque extenditur, & Asiaticum quoque appellatur, teste Plin. Quod si verum esset, etiam mare Rhodium sive Rhodiense Carpathii pars erit. Mem. illius Ovid. lib. 11. metam. Strab. Plin. & al.

" *Donec Carpathius medio de gurgite vates.*

Carpathius testem & *Carpathius leporem* apud Archilochum proverb. est in eum, qui testem in sui malũ adducit, vel aliquid aliud in sui perniciem affert: uti qui lepores in Carpathon ins. deferunt, adeo excrescentes, ut fruges omnes dissipent maximo incolarum detrimento. Male in Thes. ling. Lat. locatur inter Ægyptum & Rhodum, cum sit inter Rhodum & Cretam.

Carpentoracte *Carpentras*, urb. Gall. Narbon. in Provincia, & com. Venusino, episc. sub archiep. Avenionensi, inde 4. leuc. in Bor. & Cæc. Arausioni propior 2. leuc. distans. Plin.

Carpetani, pop. Hisp. Tarracon. circa umbilicum incolentes: quorum metrop. est Toletum. & reg. Castella nova, *Castiglia la nova*, & *Regno di Toledo* nominatur. Polyb. Liv. Plin. & al.

Carpis, *Carpen* Laz. opp. Pannoniæ infer. in Hungaria apud Danubium inter Strigonium & Budam occurrens. Ptol.

Carpis item Ptol. olim urb. episc. sub archiep. Carthaginensi, nunc pag. Africæ, inter Maxulam & Clupeam, Tuneti urb. finitimus, *Carpi* adhuc.

Carpis etiam fluv. Mysiæ, qui una cum Albi Istro miscetur, *Crapin*, qui & *Kruppa*. Sed hic Colapis est, non in Mysia, sed in Liburnia, in Saum influens. Herod.

Carpudæmum, opp. Thraciæ mediterr. quod *Cappa* dici ferunt, apud Molet. *Capsia*, inter Bizyam & Bergulas. Ptol.

Carraca *Caravaggio*, opp. præclarum Bechunorum in Insubrum & Cenomanorum confinio, à Mediolano Ptol.

diolano 24. mill. pass. Brixiam in ort. & Cæc. versus, proprio parens marchioni ex ducum Mediolanensium stirpe. Hic Franciscus Sfortia Venetos ingenti strage prostravit. Al. Carraca *Cara* pag. agri Mediolanensis esse videtur: sed situs apud Ptol. haud respondet.

Plin. Carrea *Cairasco*, & *Cherasco*, opp. Liguriæ amplum probeque munitum, in colle, apud Tanari & Sturæ fluminum confluentiam, in principatu Pedemontano, inter Albam Pompeiam 7. & Fossanum urb. 13. mil. pass. à Taurino 22. Clarascum Lat. rec. Hic Ortel. Carream cum Cariara opp. Hetruriæ confundit.

Plin. Ptol. & al. Carrhæ *Orfa*, urb. Mesopotamiæ episc. sub archiep. Edesseno, Edessæ & Euphrati propinqua, ad 12. mil. pass. distans in ort. à Bithia 30. ab Hierapoli 84. Amidam versus 150. in Cæc. distantem; à Parthis condita, Crassi cæde memorabilis, teste Luc. lib. 1.

" ——— *miserando funere Crassus*
" *Assyrias Latio maculavit sanguine Carrhas.*

Plin. Carrina *Carima*, & *Cadima*, pag. Lusitaniæ juxta Mundam fluv. in diœcesi Conimbricensi; ubi duo fontes miri, unus omnia respuens, alter omnia absorbens teste Plin. Locus absorbens *Ferventia* vulgo teste And. Resend. dicitur. Videtur legendum apud Plin. Carima.

Ptol. Carrodunum (non Carodunum, ut in Thes. ling. Lat.) *Krakow* teste Bonfinio, & *Cracow*, urb. Germ. ad Vistulam fluv. intermeantem, Poloniæ regia præclara, Gracchopolis postea, & Cracovia dicta, à Vienna urb. Austriæ 43. leuc. in Bor. inter Pragam 48. & Vilnam Lituaniæ in Cæciam 80.

Ptol. Carrodunum (non Carnodunum, ut in Thes. ling. Lat.) alterum, *Krainburg* Pirchaimero, opp. Vindeliciæ in Bavaria ad Oenum flu. (non ad Danubium, ut in eod. Thes.) inter Oenipontem, sive Oetingam ad Bor. & Wasserburgum ad merid. 2. leuc. à Landshuta urb. 8. Salisburgum versus. Est & *Krainburg* opp. Rhætiæ inter Brigantium 2. & Campodunum 3. leuc.

Ptol. Carrodunum tertium, *Kharnburg* teste Ort. opp. Pannon. super. in Stiriæ & Hung. conf. inter Sisciam, & Lentudum in Bor. Al. est *Crainburg*, sive *Krainburg* in Norico ad Saum fluv. inter Villacum 8. & Labacum in ort. 4. leuc. Situs tamen Ptol. non respondet, cum Carrodunum in Pannon. *Krainburg* vero in Norico sit.

Cedren. Carse, *Cars* teste Leuncl. urb. Armen. majoris inter Azirim ad occ. & Artaxata ad ort. occurrens, Chorsa Ptol. urbs sub Turcis probe munita.

Strab. Liv. Carseoli, & Carseola Liv. alibi, *Carsoli*, colon. & opp. Latii in finibus Æquicolarum apud lacum Fucinum excisum, non longe à Taliequitio opp. (quod novum Carseoli dici potest) *Tagliacozzo*, inter urbem Romam 40. & Aquilam 28. mil. pass. ab Alba Marsorum 7. Pop. Carseolani Plin. Ovid. lib. 4. fast.

" *Frigida Carseolis, nec olivis apta ferendis.*
Et mox eod. lib.
' *Nunc quoque lex vulpem Carseolana vetat.*

Ptol. Carsidava, *Kuryma* ut videtur Laz. opp. Daciæ in Valacchia.

Strab. Carsuli, Carsula Ptol. *Carsola*, urb. olim Umbriæ episc. in via Flaminia inter Narniam & Mevaniam occurrens, excisa apud Aquam Spartam opp. à Narnia supra 8. mil. pass. Volaterr. & Leander *Cascina* opp. longe hinc distans esse putant.

Vttin- Scrip. Cartamitanum, seu Carthamitanum, *Cartama*, opp. Hisp. Bæt. apud Malacam urb. in Vandalitiæ & regni Granatensis conf. à Malaca 2. leuc. in occ. Arundam versus, in valle.

*Cartennæ, *Mostagan* Marm. *Mazzagran* Cast. *Circelli* Jo. Etrobio, opp. Maurit. Cæsariens. in ora littor. inter Arsenariam col. ad occ. & Carepulam ad ort. ad 18. mil. pass. à Quiza 58. in ort. Juliam Cæsaream versus, ad Carteni fluv. ostia: qui *Xilef* Marm. dicitur, *Mina* Castal. [* Manusc. Selden. *Kdenva.*] Mel. Ant. Ptol.

Carthago, Charchedon Ptol. & al. Græcis, urb. Africæ quondam clarissima, Romæque æmula, in ora littorali, olim archiep. & ampla metrop. sub qua 125. episcopatus conveniebant, nunc ab Arabibus eversa prorsus jacens, *Bersack* incolis (de antiquo nomine Byrsæ à Didone conditæ) dicta, & *Cartin*, & *Rocca de Mastinaces* teste Marm. dicitur, *Almenara* Africanis. Abest à Tuneto 15. mil. pass. in occ. Uticam versus 30. De qua Auson. in catal. urbium. Plin. Liv. & al. omnibus.

" *Constantinopoli adsurgit Carthago priori,*
' *Non toto cessura gradu*-----
" *Accusat Carthago deos jam plena pudoris.*

Carthago vetus, *Cantaveja* Ant. August. *Cantavilla* testib. Varrerio & Beuthero, urb. olim Hisp. Tarracon. apud Iberum fluv. nunc vic. apud Villam Francam opp. in Catalauniæ & Arragoniæ conf. ab Hamilcare Carthaginens. condita, à Dertusa urb. 10. leuc. in Corum distans, Ilerdæ propior. Cic. Polyb. Plin. & al.

Carthago nova, quæ & Spartaria à sparti copia cognominata, *Cartajena*, urb. Hisp. Tarracon. in ora Contestanorum cum portu amplo in regno Murciensi, à Murcia urbe 10. leuc. in ort. à Valentia 33. in merid. episc. sub archiepisc. Toletano, ab Hasdrubale condita. Cujus mem. Ovid. in epist. 7. Polyb. Plin. Liv. & al.

" *Nec nova Carthago, nec te crescentia tangunt*
" *Mœnia*-----

Cartheia, Cartæa Steph. Cartha Ovid. Carteia Melæ, Ptol. & Plin. quæ & Tartessus Plin. Strab. Melæ & al. *Tariffa* testibus Curione, Mariana, & Becano, *Algezira* Morali, cui magis fido, urb. Hisp. Bæt. eversa, extra fauces freti Herculei, media inter Calpen ad ort. & Tariffam (quæ nova Belo dici potest) ad occ. 2. leuc. cum dimidia. Hæc caput Olcadum fuit teste Liv. ab Argantonio (qui annos 300. vixisse traditur) condita. Cum regia Maurorum esset, & quidem munitissima, ab Hispanis obsessa anno sal. 1344. hostibus victis recuperata fuit, nunc prorsus jacens. Ejus mem. Ovid. lib. 10. metam. Cic. Plin. & al.

" *Namque sacer nymphis Carthæa tenentibus arva.*
Sil. lib. 3.
" *Argantoniacos armat Carteja nepotes.*

Fuit & Cartheia Ptol. urbs Ceæ ins. Ovid. lib. 7. met.
" *Transit & antiquæ Cartheia mœnia Ceæ.*

Carthesa urbs fuit episc. in Hisp. finib. Asturum, cujus S. Esychius episcopus fuit. Lib. Conc.

Carthusia *Chartreuse*, eremus Gall. Narbonens. in Delphinatu intra montes apud Granopolim urb. ubi cœnobium primum & clarissimum Carthusianorum à S. Brunone ordinis Carthusiani autore ædificatum, unde toti ordini nomen inditum. Scrip. Gall.

Cartris, penins. & prom. Cimbrorum, *Scagen*, opp. & prom. Daniæ contra Norvegiam. Plin.

Caruancas, *Prenner* teste Pyramio, mons Norici in comit. Tirolensi. Al. est pars Alpium Juliarum Iapodes & mare attingens apud Histriam. Ptol.

Caruo *Grave*, opp. Germ. infer. ad Mosam fluv. in Geldriæ duc. medium inter Genepiam & Megam 2. leuc. quot à Noviomago. Al. est *Carvehen* pag. inter Mosam & Rhenum, quod magis probatur. Caruonis al. legunt. Ant.

Carura opp. fuit Phrygiæ in conf. Cariæ, inter Ephesum ad occ. 740. & Holmos ad ort. 920. stad. teste Strab. Est & Carura urb. Paropanisadarum præcipua. vide Ortospana. Strab.

Strab. Caryſtus, *Cariſto* etiam hodie teſte Soph. urb. Euboeæ littor. in ora auſtrali epiſc. ſub archiep. Athenienſ. inter Leonem prom. & Caphareum, à Chalcide urbe primaria ad 70. mil. paſſ. in Eurum, à Geræſto prom. 15. Hic Briareus gigas colebatur.(Titanes enim in Eubœa regnaſſe feruntur.) Marmore abundat, quod Caryſtium nominatur. Hinc Caryſtius nom.gent. De Caryſto Luc.lib.5.

" *Qua maris anguſtat fauces ſaxoſa Caryſtos.*

Caryſteus etiam nom. gent. Ovid.lib.4.faſt.

" *Quaque Caryſteis frangitur unda vadis.*

Hic error inſignis Theſ. ling. Lat. vitandus, Caryſtum inſ. unam ex Cycladibus facientis.

Script. Scot. Caſa candida, urb. Scotiæ, quæ & S.Ninianus, & Lucopibia. vide Candida caſa.

Prov. Rom. Caſale, & Caſalenſ. urb. olim Sedula ex urbis annalibus, urb. Liguriæ ad Padum fluv. epiſc. ſub archiep. Mediolanenſi, inde 40. mil. paſſ. cum arce firmiſſima recens à ducibus Mantuanis exſtructa, Montisferrati caput, & conventus juridicus, inter Ticinum & Taurinum 35. mil. paſſ. inter Alexandriam 16. & Vercellas propiores 10. vulgo *Caſale*, & ad aliorum Caſalium differentiam, *Caſal di S. Vaſo*, à D. Euaſio ejus patrono, cognominata, & epiſcopali ſede à Sixto IV. Pont. max. donata.

Ptol. Caſalus ſinus, *Golfo di S. Fiorenzo* Pineto teſte, ſinus Corſicæ in ora Boreali, ſic ab arce S. Florentii (ubi ſedes eſt epiſcopi Nebienſis, Nebio urbe non longe exciſa) ibi ſita denominatus. Sed Caſalus ſinus non in ora Boreali, at in occidua apud Sagonam urbem everſam à Ptol. deſcribitur, & vulgo *Golfo di Genarca* nominatur.

Plin. Caſcandrus apud Plin. inſ. eſt deſerta margaritarum piſcatione celebris, ſicuti & Tilos inſ. Arabiæ.

Ant. Caſcantum *Caſcante*, opp. Hiſp. Tarracon. apud Iberum fluv. in Navarræ regno juxta Arragoniæ fines, inter Cæſarauguſtam ad ort. 12. & Calagurrim ad occ. 7. leuc. proximum Tutelæ urbi, inter illam & Turiaſonem 2. leuc. Pop. Caſcantenſes Plin.

Cic. Liv. Ptol. * Caſilinum, & aliquibus Caſſilinum, *Caſtellucccio* vel *Caſtelluzzo* Leandro & Sanfelicio teſtibus, colon. & opp. olim, nunc pag. Campaniæ, ubi Caſilinus fluv. in Vulturnum excipitur, à Capua 16. mil. paſſ. Sinueſſam verſus in auſtr. diſtans. Apud Caſilinum 30000. Gallorum à Narſete cæſos Agathias lib. 2. ſcribit. Hinc Caſilinus nom. gent. Sil. lib. 12.

" ———— *atque æquavit mœnia terræ.*

" *Poſt Caſilina ſibi, multum obluctatus iniquis.*

[* Manuſc. Seld. Κασίλινον.]

Tab. Peuting. Caſimomagum, ſeu Caſinomagum ex al. cod. Salomacum Anton. teſte Welſero, *Cauſalion*, opp. Gall. Narbonenſ. in Lingua Occitana, inter Toloſam ad occ. & Pontiopolim ad ort.

Plin. Liv. Sil. & al. Caſinum, Caſſinum Liv. & Columel. *Caſſino*, colon. & urb. olim epiſc. Samnii in Latii Campaniæq; conf. ad mont. Caſſini radices (ſuper quo clariſſimum Benedictinorum cœnobium conſtructum eſt) exciſa, apud Fanum S. Germani opp. ex illius ruinis exſtructum, ubi multa manent ſuæ magnitudinis veſtigia, inter quæ theatrum, inter urbem Romam 72. & Neapolim 48. mill. paſſ. occurrens, Aquino propinquum ad 5. mill. ad fluv. cognominem. Mem. Sil. lib. 12.

" *Haud inamatus ager, nymphiſque habitata Caſini*

' *Rura evaſtantur*——

Caſium, opp. apud mont. Caſium Palæſtinæ (non Arab. pet. ut in Theſ. ling. Lat.) ubi Pompeii ſepulchrum: quod & Caſſium apud Ant. ſcribitur gem. *ſ*, ſicuti & Caſſius mons, cujus incolæ Caſſiotæ vafri & verſuti habiti ſunt, ut ex eis adagium ortum ſit *Caſſioticus nodus*, apud Suid. & Diogenian.

Herod. Caſius, mons Palæſtinæ (non Arabiæ, ut in Theſ. ling. Lat.) in Ægypti conf. mons ingens apud Oſtracinem urbem, à Peluſio urb. 300. ſtad. in Bor. diſtans, inter mare noſtrum & ſinum Arabicum ad 125. mil. paſſ. extenſus, ubi Pompeii magni ibi interfecti ſepulchrum. Hinc Caſiotis regiuncula non Arabiæ petrææ, ut in Theſ. ling. Lat. ſed Palæſtinæ. Mem. illius Luc. lib. 8. Plin. Strab. & al.

" *Nec tenuit Caſium nocturno lumine montem.*

Hic templum Jovis erat, ex quo Jupiter Caſius cognominatus.

Caſius alter, mons Syriæ mare Syrium inter Ciliciam & Phœnicem attingens, *Liſon* ſeu *Liza* teſte Nigro, Antiochiæ urbi & Lydiæ finitimus. Cujus ſummitas duo de viginti mil. paſſ. continet, ita ut ex vertice ſol adhuc 4. vigilia noctis oriens conſpiciatur, ac eodem tempore dies ſit ad ortum, nox ad occ. teſte Plin. Ex eo Caſiotis reg. nominatur, in qua urbes Antiochia, Seleucia, Lydia, & Epiphania, Marathus, Antaradus, & aliæ. Plin. Sol. Ptol.

Caſmene, *Comiſo* teſte Aretio, opp. Siciliæ mediterr. apud Acras, inter Syracuſas urb. & Terram novam opp. in ora auſtrali ad 25. mil. paſſ. diſtans, ſed Faz. non longe hoc opp. jacere ſcribit. Thucyd. Herod.

Caſos, & Caſus, *Caſſo* teſte Soph. inſ. maris Ægæi, una Sporadum teſte Plin. inter Sammonium prom. Cretæ 30. & Carpathum inſ. in Cæc. vergentem ad 20. mil. paſſ. ut ſcribit idem Plin. Plin. Ptol. & al.

Caſperia *Aſpra*, opp. olim, nunc pag. Sabinorum apud ortum Himellæ flum. Caſperula Silio, à Narnia 12. mil. paſſ. ab Interamna fere totidem, inter Ocriculum & Reate 16. Ejus mem. Virg. lib. 7. Æn. Virg. Vib. Seq.

" *Caſperiamque colunt, Foruloſque, & flumen Himellæ.*

De Caſperula Sil. lib. 8.

" *Hunc Amiterna cohors, & Bactris nomina ducens*

' *Caſperula*——

Caſpiæ portæ, urb. Mediæ in Parthiæ conf. illam ab hac ſeparans, haud procul à Caſpio mari, Caſpia clauſtra Tac. à Rhagis diei itinere diſtans teſte Arriano, ab Ecbatanis 20. in ort. teſte Plin. Hecatompylum verſus 245. mil. paſſ. Al. non urbs, ſed anguſtia montis Tauri, per quam in ulteriorem Mediam tranſitus eſt. Plin. Ptol.

Caſpii, pop. Aſiæ in Hyrcania, quorum reg. Caſpiana Strab. dicitur, ubi canes ſæviſſimi teſte Pomp. Mela, *Strama* teſte Caſtal. mare attingens, quod propterea Caſpium dicitur. (Quod veteres oceano Scythico communicare crediderunt. Sed Macrob. lib. 2. cap. 9. ſcribit illud ab oceano non derivari, prout à recentioribus compertum) Sunt & Caſpii montes ejuſd. reg. in Caſpium mare deſinentes. Strabo Caſpios parentes cum annum 70. attingunt fame necare refert. Horum mem. Virg. lib. 6. Æn. Plin. & al.

" *Hujus in adventu jam nunc & Caſpia regna*

' *Reſponſis horrent Divum*——

Claud. lib. 3. de rap. Proſ.

" *Si tu ſancta Ceres, & te non Caſpia Tigris*

' *Edidit*——

Caſpira, (non Caſpirus, ut in Theſ. ling. Lat.) *Coſpetir* teſte Mercat. urb. Indiæ citer. Ptol.

Caſſandrea, Ptol. ſimplici *ſ*. *Caſſandria* adhuc Soph. teſte dicta, prius Potidæa teſte Steph. urb. Macedon. marit. ad ſin. Thermaicum, inter Theſſalonicam & Canaſtræum prom. olim epiſc. nunc metrop. Sic à Caſſandra Priami filia dicta. De qua Virg. lib. 2. Æn. Plin. Pauſ. Ptol. & al.

" *Tunc etiam fatis aperit Caſſandra futuris.*

Caſſanum *Caſſano*, urb. magnæ Græciæ in Lucaniæ conf. epiſc. inter oram littor. & Summuranum, ſive Caſtrovillarium 6. mill. paſſ. vide Coſanum. Prov. Rom.

Caſſentinum, ſive Caſuentinum, opp. olim & Fro[illegible]

col.

col. Hetruriæ, excisum, cujus ager in territ. Aretino adhuc *Casentino* nominatur.

Caes. Cassi, pop. Britanniæ apud Cattieuchlanos, *Gasserer* nunc Glareano, at * Camd. *Caishow*; sed *Caishow* Cattieuchlani esse videntur. [* Camden. ait in regiuncula *Caishow* servari nomen Cassiorum, quos etiam Cattieuchlanos vocat. vulgo *the Hundred of Caishow* in comit. Hertfordiensi.]

Cic. Cassia via, olim à Clusio Florentiam perducebat, uti ex antiquo marmore in urbe Mont. Politiani reperto legitur.

Provi. Rom. Cassilia, & Casella, *Cashel*, urb. Hiberniæ archiep. & Momoniæ reg. oræ australis metropolis, inter Waterfordiam, & Limericū umbilicum Hiberniæ 25. mil. pass. sub qua episcopatus Lismorens. Limericens. Rossens. Corcagiens. Waterfordiens. Aunensis sive Emiliens. & Clonens. numerantur. Scribitur etiam Cassilium: quo nomine etiam urb. Hassiæ in Germ. primaria *Cassel* nominatur. vide Stereontium.

Lib. Not. Cassiliacum *Romakessel*, opp. olim, nunc pag. Rhætiæ à Schonga opp. 3. leuc. in Bor. Augustam versus 8. à Lansberga 2. in via ab Augusta ad Oenipontem occurrens. Sic à B. Rhenano indigitatur.

Vet. Insc. Cassinatium, Casini reperta, genit. est plur. pop. enim Cassini Cassinates olim dicti sunt.

Cassinum, urb. Latii excisa. vide Casinum.

Plin. Ptol. & al. Cassiope *Jannina*, urb. in Thesprotia reg. olim episc. sub archiep. Naupactens. *Cogniza* Nigro. Sed Leonico fides habenda qui Cassiopeiam vocat, eamque nunc *Joannina* dici testatur. Cassiope altera, opp. olim, nunc pag. Corcyræ ins. vulgo S. *Maria di Cassopo* teste Soph. à Brundusio & Tarento urbibus Italiæ 1700. stad. distans teste Strab. Pop. Cassiopæi Plin. Hinc Cassiopeius. De Cassiope Prop. lib. 1. eleg. 17.

" *Nec mihi Cassiope solito visura carinam.*

Plin. Mel. Cassiterides, Catteterides Strab. & Ptol. ins. Hispaniæ Tarracon. Callaicis adjacentes, plumbo divites, quas scriptores varie indigitant: * G. Camd. nunc *Silly*, nunc *Sorlings*; sed *Silly* Galliæ, *Sorlings* Britanniæ potius adjacent. Olivar. *Bisargo*. al. *Zizarga*, quod magis probo, hæc enim à Caronia urbe Gallæciæ 7. tantum leuc. distat. De eis poeta quidam lib. 7. itiner.

" ——— *Vena qua divite profert*
" *Cassiteris nitidum plumbi non una metallum.*

[* Camdeno *Silly* & *Sorlings* unum idemque sunt, sicut & aliis.]

Cassium *Case*, opp. parvum Liguriæ in agro Ticinensi, inter Silvanum & Castrum novum oppida 2. mil. pass. à Ticino 18. à Dertona 7. Cassios autem Plin. fluv. Albaniæ.

Plin. & Ptol. Castabala urbs fuit Ciliciæ episc. sub archiep. Anazarbeno, & patriarch. Antiocheno, in mediterr. Mopsuestiæ finitima, in Syriæ conf. Pop. Castabalenses, canes alentes ad bellum.

Paus. & al. Castalius, fons & mons Phocidis, inter Delphos & Parnassum; mons celebris apud poetas, pars Parnasi, fons musis sacer (qui & Caballinus nomen habet) à Castalia virgine, quam fugientem Apollinem in fontem versam fabulantur, dictus. Hinc Castalius nom. gent. Virg. lib. 3. georg.

" *Castaliam molli divertitur orbita clivo.*

Steph. Castania *Castellaneta*, urb. Lucaniæ in Salentinorum conf. episc. sub archiep. Tarentino, media inter Mateolam ad occ. & Tarentum ad ort. 18. mil. pass. Motulæ proxima ad 6.

Strab. Castaon, *Cazorla* teste Mor. cum Gomesio, opp. Hisp. Bæt. inter Ubedam urb. & Seguram opp. ad ort. 6. leuc. Sed Henr. Coquo & Car. Clusio est *Villa nueva d'Alcaraz*, opp. amplum Hisp. Tarracon. haud procul à mont. ex quo Bætis fluv. profluit, inter Cyntiliam urb. 17. & Linares opp. 20. leuc. ubi plumbum proveniebat. Hoc opp. ubi plumbum effoditur in Thes. ling. Lat. Carthagini novæ proximum dicitur, cum inde maxime distet, in Bætica situm.

Castellani, pop. Hisp. Tarracon. in Catalaunia, quorum tractus ducatus est Cardonæ teste Varrerio cum Villan. est autem *Cardona* opp. inter Salsonam 2. & Minorissam urbem 3. leuc. ab Ilerda 10. Bor. versus, ubi mons est copia salis colorum varietate respersi celebris. *Ptol.*

Castellum aquarum, quod & Aquæ, & Thermæ superiores, *Baden*, & *Ober Baden*, urb. Helvetiorum inter Tigurum 2. & Basileam 6. leuc. Helveticis. ubi comitia haberi solent Helvetiorum generalia. *Amm.*

Castellum Cattorum *Cassel*, urbs Hassiæ primaria. vide Stereontium. *Ex vet. Trad.*

Castellum quoque Hunnorum *Castellaun*, opp. Germ. sup. in Trevirensium ditione, à Simera opp. 2. leuc. in Bor. distans, à Treviris 9. in ort.

Castellum Menapiorum, *Kessel* teste Divæo, cum Hub. Leodio, *Kassel* vel *Cassel* aliis, opp. Belgii in Brabantia ad Mosam in Geldriæ conf. inter Ruremundam & Venloam urbes Geldricas, inde supra 4. leuc. hinc fere 2. dissitum, Hornæ finitimum. *Ptol. Amm.*

Castellum Morinorum, *Kassel* teste P. Divæo, opp. Belgii in Flandria inter Audomarum urb. Artesiæ ad occ. 3. & Hypras urb. Flandricam ad ort. 5. leuc. *Ant.*

Castelon *Castello d'Ampurias*, opp. amplum Hisp. citer. in Catalaunia, apud Emporias urb. olim in ora littorali, nunc oppidulum inter Gerundam supra 5. & Helenam in Bor. supra 8. leuc. ab Emporiis fere 2. *Vet. Insc.*

Castoria, Castoria castra Anton. etiam vulgo *Castoria*, urb. episc. Maced. sub archiep. Acridensi, apud lacum Lychnidum, Prileppo & Achridæ urbibus propinqua. *Laonic. Chalcond.*

Castra alata *Edenburgh*, urb. Scotiæ regia. vide Alata castra. *Ptol.*

Castra Cæcilia, *Cazeres*, opp. Lusit. præclarum in Extremadura teste Mor. inter Emeritam, & Placentiam ad Bor. 12. leuc. quod & Casa Cereris, & Castra Cæsaris alii interpretantur. Sed Varrerio est *Guadalupe* opp. ejusdem reg. cum cœnobio præclaro, inter Talabricam & Zephyram fere 14. leuc. à Castris Juliis 8. Prior interpretatio magis probatur Marianæ. *Plin.*

Castra Catulina, *Tuln* Laz. opp. Norici in Austria ad Danubium à Vienna 7. leuc. in occ. *Spart.*

Castra Constantia. vide Constantia castra. *Amm.*

Castra Cornelia, Corneliana castra Cæs. opp. Africæ erant in ora inter Carthaginem & Uticam. *Plin. Mel.*

Castra exploratorum, * *Burgh upon sands* teste G. Camd. opp. olim Britanniæ secundæ in Scotia apud Edimburgum urb. [* Camden. ait probabiliter esse locum non procul à Carleolo in Cumbria reg. quem vulgus *old Carlile* appell. aliis autem (reclamante quamvis omnino distantia) *Drumbough* esse castrum ejusd. region. vicinum *Burgh upon sands*.] *Ant.*

Castra Germanorum, *Brisca* teste Mol. *Brexar* Marm. aliis *Bersack*, opp. Maurit. Cæsariens. marit. inter Juliam Cæsaream, & Apollinis prom. ad occ. *Ptol.*

Castra Hannibalis *la Castelle*, pag. magnæ Græciæ in litore inter Scyllacium urb. & Lacinium prom. à Scyllacio 24. mill. pass. in ort. Esulæ urbi proximus, & Lacinio. *Plin.*

Castra Herculis *Erkelens* & *Hercklens*, urb. Germ. infer. in Geldriæ duc. in conf. ducat. Juliacens. inter Nuesium ad ort. & Ruremundam ad occ. paulo supra 4. leuc. à Colonia supra 5. *Amm.*

Castra Julia *Trugillo*, urb. Hisp. Lusit. in Extremadura, inter Castra Cæcilia & Guadalupam 8. leuc. *Plin. Amm.*

8. leuc. Zephyræ propior, 5. leuc. distans, ab Emerita 12.

Trad. Antiq. Castra Mariana *Camariano*, castrum Insubriæ in agro Novariensi, à Novaria ad 5. mill. pass. Vercellas versus: sed in vetustis monumentis hic locus Arcomarianum, quasi arcus Marianus nominatur. vide ibi.

Vet. insc. Castra Metallina *Medelin*, opp. præclarum Hisp. Lusit. in Extremadura ad Anam fluv. ab Emerita 6. leuc. in ort. ubi Anas fluv. conditus emergit post 7. leuc. Metallinens. colon. Plin. Metallinum Anton.

A. Hirt. Castra Posthumiana, *Castro el Rio* teste Moral. *Castro del Fiume* Mariana, opp. Hisp. Bæticæ in Vandalicia apud Salsum fluv. à Corduba 24. mill. pass. Granatum versus in ort. apud Vaenam opp. 2. leuc. dissitum.

Tacit. Castra vetera, * Vetera Ptol. *Santen*, urbs Germ. infer. ad Rhenum in ducat. Clivensi, inter Wesaliam & Calcariam 2. leuc. à Clivia 4. in austrum. vide Vetera. [* manusc. Selden. *Ἐγέτερα.*]

Vet. inscrip. Castra Vicelliana, *Medelin* testibus Moral. & Varrerio. vide Castra Metallina. Ortel. in Hisp. Bætica reponit, cum in Lusit. sit.

Ant. Castra Ulpia *Ulpen*, sive *Alpen*, opp. Germ. infer. in ducat. Clivensi apud Santhas & Bercam, inter Wesaliam ad ort. & Geldriam opp. ad occ. 2. leuc. Simlerus *Cleve* interpretatur, quæ veterib. Clivensis arx, nunc Clivia, ducatus Clivensis caput, à Noviomago urbe primaria Geldriæ 3. leuc. in austrum.

Vet. Insc. Castrimonium, Castrimonienses Plin. *Castro* teste Ortel. opp. Latii in finibus Hernicorum quod Ortel. inter Ferentinum, Signiam, & Soram statuit, urbes Latii, quas tamen ipse Ortel. Campaniæ attribuit: deinde Signia longius abest, cum inter illam & Ferentinum Anagnia occurrat.

Prov. Rom. Castrum *Castro*, urb. episc. gemina, una Hetruriæ inter Suanam ad occ. & Tuscaniam ad ort. 12. mill. pass. duc. Farnesiorum. Altera in Salentinis ab Hydrunto 10. mil. pass. in aust.

Diod. Castrum, urb. Siciliæ excisa apud Arcatam opp. teste Faz. ab Aluntio 15. mil. pass. in Cæc. Patria Epicharmi.

Liv. Castrum altum, *Castralla* teste Beuthero, opp. Hisp. Tarrac. medium inter Saguntum ad merid. & Carthaginem veterem ad septentr. cæde Amilcaris memorabile, in regno Valentiæ. Floriano autem est *Castel Seras*.

Scrip. Scot. Castrum Britonum *Dunbritton*, opp. Scotiæ & emporium apud ostia Glotæ fluv. ubi Levinum excipit, à Lomundo lac. & Grampio mont. 8. mill. à Glasquo urb. 12. in occ.

Virg. Castrum Inui opp. erat Hetruriæ inter Pyrgos & Centum cellas, inde 5. mill. pass.

Varron. Castrum Minervæ, postea Crypta aurea, *Grottaria*, opp. magnæ Græciæ in Calabria ulter. inter Hieracium ad merid. & Cauloniam ad Bor. 10. mill. pass. à Murgetia, sive à Fano S. Georgii 6. quot à littore.

Plin. Liv. & al. Castrum novum geminum apud veteres, unum in Hetruriæ ora, col. & urb. quæ periit, inter Pyrgos 8. & Centum cellas 5. mill. pass. Castrum Inui Virg. In Thes. ling. Lat. prox. Tiberi scribitur, & *Corneto* indigitatur: quæ urbs longe abest ab ostiis Tiberis. Alterum Piceni in ora Aprutii, inter Truentum & Aternum flumina, *Flaviano*, nunc excisum teste Blondo, & Leandro, inter Juliam nov. opp. & Atriam ad ort. 8. mill. pass.

Cassiod. Castrum novum *Castel Novo*, opp. amplum Liguriæ ad Iriam, seu Scripiam fluv. inter Dertonam urb. 5. & Ticinum in Bor. 20. mil. pass. à Gothis teste Cassiod. ædificatum.

Castrum novum item urbs Dalmatiæ ad sinum Rhizonicum Ascrivio urb. finitima in ora. ubi sedes est episcopi Risiniens. nunc sub Turcis. *Vet. Insc.*

Castrum Octavianum, S. *Locat* teste Morali, pag. Hisp. citer. apud Barcinonem urbem. *Vet. Trad.*

Castrum Stiliconis, *Castion* teste Merula, opp. Insubr. in agro Mediolanens. à Mediolano 25. mil. pass. Varesium versus 7. à Stilicone viro clarissimo Honorii Aug. socero à Claudiano versibus celebrato nominatum, prout alia castra, sive opp. ejusdem nominis non modo in Italia, sed & in Galliis.

Castrum Truentinum, opp. Piceni excisum ad ostia Truenti fluv. vide Truentum. *Cic. App. Liv.*

Castula *Castiglione*, opp. Hetruriæ inter Aretium 5. & Cortonam 10. mil. pass. non obscurum: nisi sit aliud ad lacum Trasimenum à priore 20. mill. in merid. distans. *Diod. Sic.*

Castulo *Caslona*, urb. olim episc. nunc pag. Hisp. Tarracon. in conf. Bæticæ intra montes (qui saltus Castulonensis dicuntur) vulgo *Puerto di Muladar, & di S. Estevan*, Biatiæ urb. proximus, inter Gienium urb. 7. & Linares opp. 6. ante bellum Trojanum annos 100. teste Mariana condit. Abest à Pyrenæis montibus ad 700. mil. pass. in austrum, quanta est Hisp. citer. longitudo. In saltu Castulonensi ubi Losa dicitur, ad 200. mill. Maurorum cæsa an. sal. 1212. Populi Castulonenses Plin. Castulonis mem. Sil. lib. 3. *Ptol. & al.*

" *Castulo Phœbæi servat cognomina vatis.*

Et paulo post,

" *Fulget præcipuis Parnasia Castulo signis.*

Casuentum, Basentium P. Diac. *Bassento* & *Bussento* teste Mazz. & al. *Vasento*, fluv. magnæ Græciæ seu Lucaniæ per Basilicatam in sin. Tarentinum post Talandrum apud Metapontum urbem excisam exiens. Fuit & Casuentum municipium Umbriæ ex veteri inscriptione, cujus populi Casuentilani Plinio. *Plin.*

Casurgis *Chaurim*, urbs Germ. in Bohemia teste Appiano, inter Pragam 4. & Cuthnas in ort. 6. leuc. Sed Pyramius hanc Pragam esse contendit. Res adhuc dubia, cum certa desint argumenta. vide Marobudum. *Ptol.*

Catabathmus, *Carto* Molet. *Capo d' Alber* Theveto, urb. olim, nunc pag. Marmaricæ littor. inter Cyrenen ad occ. 174. & Parætonium ad ort. 129. mil. pass. ex Anton. itin. medius inter Cyrenen & Alexandriam, finis Cyrenaicæ teste Mela. Ejus mem. Salust. in libro de bello Jugurth. *Plin. Ant. Ptol. & al.*

Catacium *Catanzaro*, urb. magnæ Græciæ episc. sub archiep. Rhegino, Calabriæ ulterioris primaria, & sedes præfecti, à Rhegio 100. mill. pass. distans in Bor. à Scyllacio 12. à Crotone 40. in occ. Consentiam versus totidem. *Prov. Rom.*

Catacumbæ, quæ & Cœmeterium Callisti, locus urbis Romæ in via Appia ab urbe 3. mil. pass. distans, in quo innumera martyrum corpora condita fuere: *le Catacumbe* etiam vulgo nominatur. *D. Greg.*

Catadupi, *Catadbi* test. Jo. Bermudesio, pop. Æthiopiæ apud Catarractas Nili incolentes, unde ipsæ Catarractæ Catadupa à Macrobio lib. de somno Scip. appellantur, immenso fragore incolas afficientes. *Plin. Amm.*

Catalaunia, *Catalunna* Hisp. & *Catalogna* Italis, reg. Hisp. citer. inter mare mediterr. ad ort. & Arragoniam ad occ. ac mont. Pyrenæum ad septentr. à Gallia Narbonensi separantem, & Iberum fluv. ad austrum à regno Valentiæ fere dividentem. In qua Barcino primaria urb. & Tarraco metrop. Sic à Catalaunis, pop. qui circa Tolosam Aquitaniæ urbem olim incoluerunt, in eamque reg. trajecerunt, dicta. Catalonia aliis dicitur, ut lib. 1. itiner. *Script. Hisp.*

" Ergo

" *Ergo petens ampla Catalonia littora pompa.*

Lib. Prov. Catalaunum *Chalons*, urb. Gall. Belg. in Campania ad Matronam fluv. episc. sub archiep. Rhemensi, inde 10. leuc. in Eurum Tullum urb. Austrasiæ seu Lotharingiæ versus ad 30. vide Cathelauni.

Diod. Strab. Plin. Catana, Catina Cic. *Catania*, urb. Siciliæ in ora orientali, inter Messanam ad Bor. 60. & Syracusas ad merid. 50. ex primis totius insulæ, episc. sub archiep. Montis regalis, acad. mont. Ætnæ finitima, inde in ort. 10. mil. pass. recedens. Pop. Catinenses Cic. Urbs à Chalcidensibus anno ab orbe condito 4462. 9. post Naxum condita traditur ab Eusebio; sed alii antiquiorem faciunt, conditam scilicet anno mundi 3469. post Romam 89. vide Catina. Sil. lib. 15.

" *Tum Catana ardenti nimium vicina Typhæo.*

Dionys. Byzant. Catangius, *Golfo Castaccio* teste Petr. Gyllio, sin. maris apud Bosporum Thracium.

Ant. Cataractonum, sive Cataracton ut alii cod. habent, * *Catterick* teste Rob. Talboto, oppidulum Britanniæ in Scotia, ubi & diversorium *Cantaricbridge*. vide Caturactonium, seu Caturractonium, quod alii *Carlile* indigitant. [*Camden. habet *Catarrick*, & *Catarrick-bridge*. Angl. in Eborac. comit.]

Strab. Catarractes *Cascada de Tivoli*, casus Anienis fluv. apud Tybur urb. in Latii Sabinorumque confinio.

Strab. Catarractes Danubii, *Sewreussel* teste Laz. locus Norici in Austria infra Lentiam urbem, ubi in Danubio navigia periclitantur.

Ptol. Suid. Catarractus *Arpadore* vel *Anpadore*, fluv. Cretæ in ora australi, inter Leonem prom. & Sacrum mont. apud Libenam opp. fluens.

Ptol. Mel. Catarractus alter, fluv. Pamphyliæ, qui cum Melane Aspendum urb. præterfluit, in mare inter Attaliam & Magydon exiens, ex alta rupe ingentique strepitu descendens.

Gregoras, Glycas, & al. Catelani, pop. ex Avarum stirpe qui in Hisp. profecti regioni nomen indiderunt. vide Cathelauni, & Catalauni, iidem enim videntur.

Lib. Prov. Cathelauni, al. Catalauni, pop. & urb. Gall. Belg. in Campania ad Matronam fluv. ubi campi Catalaunici, urb. vero Catalaunum lib. prov. nominatur. vide Catalaunum. Hic Ætius Rom. dux Hunnos insigni clade affecit 180000. ipsorum cæsis, teste P. Diacono.

Amm. Cathelaunii campi, à quibus reg. Campaniæ dicta putatur, ubi Attila Hunnorum rex cæsus est, uti aliquibus videtur, cum apud Jornandem id apud Tolosam accidisse legatur, cui campi Catalaunici dicuntur. Catalaunii item campi apud Eutropium, ubi Tetricus ab Aurelio imperat. prostratus. Inde Catalaunia, sive Cathelaunia Hisp. reg. dicta, quæ aliquibus Gothalania dicitur, quasi ex Gothis & Alanis permixtis constans.

Scrip. Scot. Cathnesia, reg. Scotiæ in ora orientali: cujus episcopus sub archiep. Andreapolitano Dunradi opp. commoratur.

Ptol. *Caticardamna, *Chiromandel* Petr. Appiano, urb. Indiæ citer. marit. apud Calaminam urb. ubi corpus D. Thomæ apostoli inventum est, teste Maphæo. [*manuscr. Selden. Καττιγάρδαμμα]

Vib. Seq. Catillus mons *M. di Tivoli*, mons Latii apud Tybur urb. & Anienem fluv. cujus incolæ à Sil. lib. 4. vocantur

" *Pomifera arva creant, Anienicolæque Catilli.*

Cic. Catina *Catania*, urb. episc. Siciliæ præclara; aliis Catana. vide ibi. Pop. Catinenses Plin. Aus. in catal. urbium,

" *Quis Catinam sileat? quis quadruplices Syracusas?*

Catinæ Cereris simulachrum erat, quod à viris nec tangi nec adspici fas erat, ut Cic. scribit in act. 7. in Verr. Catina item opp. fuit Arcadiæ teste Plin.

Ptol. Catraleucos, Catraleucum lib. conc. ubi mentio Contraleucensis episc. *Guimaranes* teste Mol. Lat. rec. Vimaranum, urb. olim episc. nunc opp. non obscurum Lusit. inter Lamacum & Bracaram, ab ea 5. leuc.

Corn. Tac. Catti, Chattæ Ptol. pop. Germ. hodie Hessi, à Druso domiti, quorum reg. Hessia sive Hassia *Hessen* teste Junio, Fabricio, cum Ort. Sed Willichio illorum locus marchio Badensis, & *Baden* Cattorum vicus. In Batavis etiam Cattorum vicus est *Catwyck* apud Lugdunum urbem. Horum mem. Mart. lib. 2. epigram. 2.

" *Frater Idumæos meruit cum patre triumphos,*
" *Quæ datur ex Cattis laurea, tota tua est.*

Ptol. Cattigara *Canton* & *Cantam*, urb. Sinarum in ora littorali sub Lusitanis, in Indiæ ultra Gangem confinio, emporium frequens.

Catti Meliboci, tractus Cattorum in Hassia ad mont. Melibocum, *Catzenelebogen* vulgo, ubi opp. ejusd. nominis inter Moguntiam 4. & Limburgum in Bor. 2. leuc.

Ptol. Cattiterides, ins. vide Cassiterides.

Cæs. Catuaci, pop. Belgii, quorum urb. Duacum (quasi Catuacum) *Douay* testibus Marl. & Guiciard. urbs & academia Flandriæ, in Artesiæ & Hannoniæ conf. ad Scarpum fluv. inter Atrebates 6. & Tornacum 8. leuc. à Cameraco 5. in Bor. ubi Petrus Divæus Aduatici legendum putat.

P. Vict. Catularia porta urb. Romæ, apud quam canes rufas immolabant flavescentibus frugibus, ut ad maturitatem perducerentur.

Spart. Catulina Castra, *Tuln* Laz. opp. Norici in Austria, inter Viennam ad ort. 7. & Cremisium ad occ. 4. leuc.

Cæs. Plin. Caturiges, * Catiriges Ptol. Catoriges Strab. pop. Gall. Narbon. Alpini in Delphinatu, quorum opp. Caturigæ Anton. *Charges* teste Siml. inter Vapincum 12. & Ebredunum 16. mil. pass. [*Caturigidi forsan.]

Ptol. Caturractonium, vel Caturactonium, sive Cataractonum Ant. *Carlile* & Lat. rec. Carleolum, urb. Britanniæ in Anglia apud vallum, & Scotiæ conf. episc. sub archiep. Eboracensi, inde 50 mill. in Circium. Aliis est *Allerton* opp. comit. Eboracens. ab Eboraco & Richmondia 20. mill. Dunelmum versus.

Ant. Catusiacum, vel Carisiacum, ut legit Petr. Divæus. vide ibi.

Dion. Ptol. Catyeuchlani, pop. Albionis in Anglia: * quorum oppida Buckingamia & Herfordia testibus Lelando & Lhuido sunt. [* Camd. Buckingamiens. Bedfordiens. & Hertfordiens. comitatus sunt.]

Prov. Rom. Cava, urb. episc. recens Picentinorum inter Salernum & Nuceriam 4. mil. pass. ubi insigne cœnobium Benedictinorum.

Mela. Cavaræ, Cavares Plin. Cavari Ptol. pop. Gall. Narbonens. apud Rhodanum fluv. *Gavotz* teste Dalechampio, inter Avenionem & Valentiam incolentes: quorum metrop. Avenio.

App. Alex. Ptol. & al. Cauca, Caucia Liv. *Coca* (non *Quenca*, ut in Thes. ling. Lat. quæ Concha Latine dicitur longissime distans) teste Mor. opp. Hisp. Tarracon. in conventu Cluniensi, & in regno Castellæ vet. inter Segobiam 8. & Vallisoletum 9. leuc. Patria Theodosii senioris imper. teste Zosimo. Pop. Caucenses Plin. Caucienses Liv.

Ptol. Caucana *Scaramis*, portus Siciliæ apud Camarinam urb. excisam in ora australi Pachynum versus.

Plin. Caucasiæ portæ, quæ & Iberiæ, *Demircapi*, seu *Themircapi*, i. porta ferrea, uti ab Egesippo nominatur,

tur, & *Derbent*, urb. Iberiæ in Albaniæ conf. ubi angustia maxima est inter mont. Caucasum & mare Caspium 220. pass. nec alibi transitus ex Iberia in Albaniam conceditur, inter Cyropolim ad austrum 120. & Citracanum urbem Tartarorum in Bor. 250. mil. pass. ab Ecbatanis 20. dierum itinere in septentr. dissita, empor. & præsidium.

Ptol. Caucasii montes, à Caucaso (de quo mox) diversi, in Scythiæ Indiæque conf. ex quibus Indus & Oxus profluunt. Quorum mem. Ovid. lib. 3. de arte amandi.

" *Sed non Caucasia doceo de rupe puellas,*
' *Quæque bibunt undas Myse Caice tuas.*

Strab. Plin. & al. Caucasus, *Cocas* & *Cochias* teste Haytono Armeno, *Albsor* Nig. *Adazar* Theveto: mons Asiæ notissimus, inter mare Euxinum ad occ. & Caspium ad ort. altissimus, Heniochos & Coraxicos complectens, Caspius Eratosth. apud Strab. ex quo Cyrus fluv. maximus profluit. Cujus mem. Hor. lib. 1. carm. od. 22.

' *Sive facturus per inhospitalem*
' *Caucasum, vel quæ loca fabulosus*
' *Lambit Hydaspes.*

Et Ovid. lib. 2. metam.

" *Nec prosunt Scythiæ sua frigora; Caucasus ardet.*

Tanta hujus mont. est altitudo, ut ad tertiam noctis partem vertices illius solis adhuc radiis illustrentur. De quo Aristot. lib. 1. meteor. cap. 3. & Qu. Curt. lib. 7. Is scopulosus est adeo, ut *scopuli Caucasi* in proverb. abierat. Medius inter duo maria, Hyrcanum & Euxinum, extenditur, perpetuis nivibus rigens: in quo Prometheum vinctum, aquila jecur rostro depascente, fabulantur.

Ptol. Cauchi, pop. Germ. Chauci Tac. vide Cayci.

Martyrol. Rom. Caucoliberis *Colibre*, & *Coliure*, opp. Hisp. citer. marit. in Gall. Narbonens. conf. inter Helenam ad Bor. 3. & Gerundam ad austrum 10. leuc. olim urb. episc. sub archiep. Narbonensi, cui Helena successit.

Strab. Ptol. Caucones, pop. Bithyniæ in ora Ponti Euxini, apud ostia Parthenii fluv. quorum opp. Tios, sive Tium Plin. inter Heracleam Ponti ad occ. 38. & Cytorum in ort. 63. mil. pass.

Flor. Caudi, campi apud Padum & Vercellas, in quibus Cimbri à Mario victi referuntur à Flor. in epitome Liviana. Hinc Caudium opp. nunc *Candia* (teste Alciato) Insubriæ in reg. Laumellina, inter Ticinum & Vercellas, hinc 10. inde 27. mil. pass. distans, Pado proximum, & Sartiranæ opp. etiam frequenti.

Liv. Ptol. & al. Caudium opp. fuit Hirpinorum, nunc vic. *Arpaia* teste Leand. Lat. rec. Harpadium, inter Capuam 20. & Beneventum 12. mil. pass. obliquo itinere intra montes, Abellæ proxim. ad 4. mill. Mem. Hor. lib. 1. serm. sat. 5.

" *Hinc nos Cocceii recipit plenissima villa:*
' *Quæ super est * Caudi cauponas----*

[* *Claudi* alii libri.]

Hinc Caudinæ fauces, Furcæ Caudinæ Liv. & Val. Max. Caudinum jugum Quinctiliano, *Stretto di Arpaia*, & *Giogo di S. Maria*, angustiæ montium in valle Caudina (quæ vulgo *Val di Gardano* dicitur) per quas sub jugo Romani à Samnitibus transire coacti sunt, inter Abellam & Beneventum. De quib. Luc. lib. 2.

' ---------*Romanaque Samnis*
" *Ultra Caudinas speravit vulnera furcas.*

Suid. Caudos, ins. Cretæ adjacens ad occ. ubi onagri maximi sunt, teste Suid.

Plin. Caulon, Caulonia Strab. Caulum Sil. *Castro vetere* vel *Castel vetere* teste Barrio, opp. Magnæ Græciæ in mont. cognomine, in ora Calabriæ ulter. inter Locros ad aust. & Scyllacium ad Bor. juxta Cocynthum prom. inter Cryptam auream & Stylum 10. mil. pass. ab Hieracio seu Locris 18. ab Achæis conditum, olim urb. episc. sub. archiep. Rhegino. Ejus mem. Ovid. lib. 15. metam.

" *Romechiumque legit, Caulonaque, Naritiamque.*

mons vero Caulon apud Cauloniam urbem adhuc *Caulo* dicitur.

Liv. Caunus, mons Hisp. Tarracon. in Celtiberis, inter Iberum fluv. & Turiasonem urb. in Castellæ & Arragoniæ conf. *Moncayo* Moral. Gomesio & Marianæ; qui etiam Latine Cacus mons dicitur, inter Turiasonem & Mont. Acutum.

Steph. Plin. Ptol. Caunus, *la Rosa* Soph. urbs Cariæ maritima (apud ostia Calbis flum. cœlo pestilenti ob pomorum copiam & calorem, teste Strab. unde Stratonicus citharœdus tales esse homines incolas, qualia sunt folia arborum, hoc est, pallidos, esse docebat) episc. sub archiep. Myrensi, in Lyciæ conf. sic à conditore dicta. De quo Ovid. lib. 9. metamorph.

" *Byblida cum Cauno prolem est enixa gemellam.*

Al. est *Magri*. sed hæc Macris est Strab. in Lycia. Hinc Caunius, a, um.

Plin. Ptol. Cauria, quæ & Caurium Ptol. *Coria*, urb. Hisp. Lusit. in Extremadura reg. à Placentia 8. leuc. in occ. apud fines Portugallici regni, Ægitam sive Igæditam, seu Guardiam urb. versus 14. urb. episc. olim sub archiep. Emeritens. nunc sub Compostellano. Pop. Caurenses Plin.

Plin. Cauros, ins. maris Ægæi, quæ Andros vulgato nomine dicitur.

Ant. Causennis, opp. Albionis, sive Angliæ, excisum, in territ. Lincolniensi, à Lincolnia 25. mill. ex quo tractus adhuc * *Cayseven* dicitur teste Talb. Al. est *Brig-Casterton*. [* Camden. *Kesteven*.]

Scrip. Brit. Cauti, pop. Britanniæ secund. i. e. Scotiæ. qui Moraviam & Rossiam regiones incolunt, teste Lhuydo.

Sex. Ruf. Cedren. Cavyla, *Cavalla* teste Leuncl. urb. Maced. in ora proxima Philippis, in Thraciæ conf. Cabyle Ptol. vide ibi.

Claud. Cayci, pop. Germ. (vide Cauchi, sive Chauci) qui teste Tac. in majores & minores dividuntur: illi inter Albim & Visurgim fluv. locantur, eorumque metrop. est Brema urbs in Saxonia; hi inter Visurgim & Amasium fluv. quorum urb. *Bidenburgum cum aliis in Frisiæ & Westphaliæ confiniis. Alii Cauchos majores ubi Luneburgenses sunt, statuunt. Mem. Caycorum Claud. de laud. Stilic. lib. 1.

" *ut jam trans fluvium non indignante Cayco.*

[* forsan Oldenburgum.]

Caycus, fluv. vide Caicus.

Strab. Cayster, Caystrus Hor. Mel. Ptol. Plin. *Ghias* vel *Chiay*, fluv. Ioniæ, ex Phrygia magna oriens, ac inter Ephesum & Colophonem in mare decurrens: super quo urbs ejusdem nominis erat, teste Xenoph. & al. Virg. lib. 1. georg.

" *Dulcibus in stagnis rimantur prata Caystri.*

Et alius,

" *Nomine Pirausa, non illo plura Cayster*
" *Carmina cycnorum labentibus audit in undis.*

Non longe à Sardibus fluit, & Asia palude, cycnis abundans.

Martyrol. Cea, fluv. Hisp. per regnum Legionense fluens apud opp. Sancti Facundi. vide Cæa.

Plin. Cea, ins. maris Ægæi, *Zea* vel *Zia*, inter Cyclades, Græcis Hydrussa, Ceos Cic. Strab. à Ceo Titanis filio dicta, Cia Ptol. Helenæ proxima, ab ea 5. mil. pass. in ort. distans, ab Andro 10. in austrum, * circuitu 80. propinqua Eubœæ ins. cui olim juncta traditur, licet Plin. ab ea 39. mill. distare scribat. Forte pro stad. mill. scripta sunt. vide in Cæa carmen Ovidii. Et Virg. in georg. lib. 1.

' ---------------*cui pinguia Ceæ*
' *Tercentum nivei tondens dumeta juvenci.*

Hinc

Hinc Cæus, a, um; ut vestes Cææ, olim in pretio, apud Prop. lib. 1. el. 2.

" *Et tenues Cæa veste movere sinus.*

[* nimirum antequam 4. ejus partes è 5. ad Boream absorptæ sunt, uti refert Plinius.]

Pauf. Ceada, fovea circa Spartam urb. Laconicæ, in quam capitis damnati præcipitabantur.

Plin. Ceba *Ceva*, opp. amplum Liguriæ ad Tanarum fluv. in principatu Pedemontano, inter Mont. Vici urb. 7. & Aquas Statiellas 25. circiter mil. pass. Caseum Cebanum Plin. commendat. Olim proprios habuit marchiones.

Strab. Steph. Cebrina, & Cebrena, ac Cebrenia, reg. Troadis per quam Cebrenus fluv. decurrit. Inde Cebrenis patron. de qua Ovid. lib. 11. metam.

" *Adspicit Hesperien patria Cebrenida ripa.*

Hinc Cebrenia opp. quod Scepsi proximum erat, quod & Cebrene à Cebrene fluv. Hinc Cebrenus & Cebrenius nom. gent. Auson. epist. 14.

" *Sic qui venalis tam longa ætate Cebrenus*

" *Non habet emptorem-----*

Vet. Insc. Cecia *Zeisselmur*, opp. Norici in Austria. vide Cetium.

Ptol. Cecilia Mellinum, opp. Hisp. Lusit. in Extremadura, quod & Castra Vicelliana, & Metallinum teste Ortel. vide ibi.

Ant. Ceciliana, *Agualva* & *Agua de Moura* teste Vasconc. pag. cum fluv. cognomine Lusit. in regno Portugallico, inter Cetobricam 3. & Salatiam 7. leuc. à Malceca 2.

Plin. Cecinna (non Cecina, ut in Thes. ling. Lat.) *Cecina*, fluv. Hetruriæ inter Senas & Massam oriens, & in mare Tyrrhenum ad Vada Volaterrana decurrens. Cecina apud Melam; sed opp. est inter Populoniam & Pisas ad fluv. cognom. Vulgo non *Cesena* dicitur, ut in Thes. antedicto.

Plin. Cecinum, Cæcinum Mel. *Satriano* teste Barrio, opp. magnæ Græciæ ad fluv. cognominem in Calabria ulter. à littore 4. mil. pass. distans, à Cocintho prom. 18. Scyllacium urb. versus 10.

Cecropia Plin. arx erat Athenis.

Senec. Cecropus, mons Atticæ Athenis proximus à Cecrope dictus, unde Cecropidæ Athenienses appellati sunt, de quibus Ovid. lib. 3. fast.

" *Pallada Cecropidæ, Minoia Creta Dianam.*

Bibl. Cedar, Camela Joseph. opp. Palæstinæ in Galilæa in mont. inter Capharnaum 10. & Sidonem ad occ. 30. mil. pass. à Corozain 10. excisum. In Thes. ling. Lat. dicitur reg. Arabiæ, quod vero haud consonum est.

Bibl. Cedron, opp. seu pag. & vallis, & torrens Palæstinæ in Judæa, inter Hierosolymam & mont. Oliveti. ubi notandum Cedron esse casum obliquum, non rectum, i. torrens Cedrorum, uti apud D. Jo. Evang.

Steph. Cedropolis, & Cedreæ, Steph. opp. fuit Cariæ. Pop. Cedropolitæ eidem dicuntur.

Cefalodium posteriorib. *Cefalu*, urb. Siciliæ. vide Cephaledis.

Bibl. Cela, quæ & Cila, opp. fuit Palæstinæ, apud quod Michæas propheta sepultus fuit.

Strab. Celadon, fluv. Arcadiæ in Peloponneso, qui teste Strab. in Alpheum influit.

Plin. Celadussæ, Celaduse Mel. *Lagusta* teste Hermolao Barb. ins. maris Hadriaci, inter Corcyram nigram & Garganum mont. Epidauro urbi Illyricæ subjecta, inde 90. mil. pass. distans, ab Epidauriis *Lastre*, ab aliis *Imertipitia*, bobus & capris, teste Plin. abundans. Celadussa vero parva ins. Delo proxima. vide Rhene.

Xenoph. Strab. & al. Celænæ, Celenæ Ovid. urb. Phrygiæ magnæ in monte ejusdem nominis, juxta quas Marsyas fluv. decurrit, proximæ Apamiæ urbi, quas alii confundunt, unam eandemque urbem Celænas, Apamiam, & Ciboton facientes. vide Gallum fluv. qui juxta hanc urbem, cum staret, decurrebat. Luc. ejus mem. l. 3.

" *Lugent damnatæ Phœbo victore Celenæ.*

Fuit & Celena seu Celenna opp. Campaniæ Batulo proximum, cujus mem. Virg. 7. Æn. Junoni sacra. Hinc Celenæus, a, um, adject. Stat. lib. 2. Theb.

" *Fœda Celenæa committere prælia buxo.*

Celama, *Ned Roma* teste Marm. id est nova Roma, opp. Maurit. Cæsariensis in Tingit. conf. apud Magnum promont. *Ptol.*

Celandus, qui & Alestes, *Rio Gretones* teste Vasconc. fluv. Hisp. Lusit. inter Durium & Avum flum. in oceanum apud Laciam & Matusinos oppida decurrens. Clusio est is qui *Cavado* dicitur, Bracaram urb. alluens, sed fallitur. *Mela.*

* Celemantia, opp. Germ. quod hodie *Kalmontz* appellatur, in Nariscis sive Bavaria Transdanubiana, ad Nabum fluv. ubi Wilsam excipit, à Ratispona 3. leuc. in Bor. [* in manuscr. Seld. Κιλαμαντία.] *Ptol.*

Celenderis, Colenderis Ptol. in Latin. codicib. *Palopoli* Nigro, *Crionero* Mercat. *Candeloro* Mol. urb. Ciliciæ littor. in Pamphyliæ conf. episc. sub archiep. Seleuciensi apud Sarpedonem prom. Celendræ Luc. lib. 8. *Tac. Apollodor. & al.*

" *Ad profugum collecta ducem, parvisque Celendris.*

Celenæ Ovid. vide Celænæ.

Celetrum opp. fuit Maced. intra lacum in peninf. Orestidis reg. *Liv.*

Celia, Celeia Plin. *Cylley*, urb. Norici in Pannoniæ conf. apud mont. Claudium, comitat. caput, in Stiriæ Carniolæque conf. inter Labacum ad aust. & Græcium ad Bor. 10. leuc. à Pætovione 16. episc. sub archiep. olim Laureacensi, nunc sub Salisburgensi. *Ant. Ptol.*

Celia quoque opp. Apuliæ Peucetiæ, *Ceglie* vulgo, apud Barium urb. inter illam & Balsanum opp. supra 3. mil. pass. Aquavivam versus 12. *Strab. Ptol.*

Celina, opp. Carnorum ad flu. cognominem, qui *le Celine* nominatur, in mont. excisum apud Avianum opp. ab Utino 24. mill. pass. in Africum: ibi nunc Maniacum pag. Pop. Celinenses. *Plin.*

Celiomons *Kelmuntz*, opp. Rhætiæ in Suevia. vide Cæliomons. *Ant.*

Celium sive Cælium, *Celio* & *Ceglie*, opp. amplum Salentinorum, sive Apuliæ Peucet. in conf. ab Hostunio urb. 6. mill. pass. Brundusium versus, inter Tarentum & Monopolim medium, ad 20. mil. pass. distans. *Strab.*

Celium, *Ceice* teste Varrerio, pag. Lusit. apud Tomarium opp. ubi reges coronari solebant, inde 2. leuc. in austrum Leiriam urb. versus. *Ant.*

Cella S. Jodoci *S. Josse*, pag. Belg. in Picardia cum cœnobio, inter Monstralium & Stapulas oppida teste Ort. licet male in Artesia illum reponat. De eo in vita S. Jodoci. *Scrip. Gall.*

Celnius *Killian*, fluv. Albionis, teste * Camd. in Angliæ & Scotiæ conf. apud Bervicium oppid. & Tuesim fluv. [*Camdeno est in Rossia comitat. Scotiæ Boreal.] *Ptol.*

Celsa, quæ Col. Julia Celsa inscribitur, *Xelsa* teste Mor. opp. olim Ilergetum, nunc vic. Hisp. Tarrac. apud Iberum fluv. in Arragonia apud Vilillam opp. seu pag. 1. leuc. distans, à Cæsaraugusta 13. Octogesam versus in ortum. *Strab. Ptol.*

Celsona *Solsona*, urb. Hisp. citer. in Catalaunia, episc. recens sub archiep. Tarraconens. à Philippo 2. rege effecta, à Vico urb. 5. leuc. à Minorissa 6. Urgellam versus, Cardonæ proxima, 3. leuc. distans. *Scrip. Hisp.*

Celtæ, pop. Gall. à qua una pars Celtica dicta est, quæ etiam Lugdunens. dicitur. Sunt etiam Plin. pop. Hisp. & Celti Strab. pop. Lusit. qui & Celtici. *Cæs. Plin. Strab. & al.*

Celtiberi, pop. Hisp. Tarracon. in quibus magna *Cæs. Plin. & al.*

 pars

pars Arragoniæ trans Iberum fluv. cum parte Castellæ est. De quibus Luc. lib. 4.

" ———————— *profugique à gente vetusta*
" *Gallorum Celtæ miscentes nomen Iberis.*

Hinc Celtiberius nom. gent. Catull. carm. 40.

" *Nunc Celtiber in Celtiberia terra.*

Plin. *Mel.* Celtici, pop. Hisp. in Callaicis, qui à Plin. Neriæ & Præsammarci cognominantur, circa Celticum prom. quod & Artabrum dicitur, teste Mela, incolentes.

Lycophr. Celtos, sive Celtros, stagnum Mysiæ infer. ad Euxinum mare circa ostia Istri, teste Ortel.

Scrip. Scot. Celurca, postea mons Rosarum, *Montrosse*, opp. Albionis in Scotia in Angusia reg. inter Brechinium urb. & Arbrotum prom. ad 5. mill.

Ptol. Celydnus *Salnich*, fluv. Maced. in ora occidua ultra Amantiam juxta Epiri confinia fluens.

Plin. Cema mons *Monte Camelione*, mons Alpium maritimarum ex quo Varus fluv. Italiam à Gallia separans profluit, à Nicæa in Bor. ad 30. mill. pass. distans. Est & amnis ex Cemeno mont. ibidem profluens autore Plin. lib. 3. c. 4.

Jornand. Cemandri, pop. Illyrici, seu potius Norici, apud Pannon. & Illyrici conf. Quorum opp. Martena, vulgo *Marburg* & *Margburg*, ad Saum fluv. ubi Lavantum excipit. Al. in Stiria ad Dravum fluv. inter Draburgum ad occ. 4. & Pætovium ad ort. 6. leuc. à Græcio 7. in merid.

Ptol. Cemeneleum, Cemelion Plin. Cemela lib. Not. & Cemelanensium civitas, urb. Gall. Narbonens. excisa apud Nicæam: locus adhuc *Cimies* nominatur, ubi ecclesia quæ S. *Maria di Cimies* dicitur. Rob. Cœnal. *Senes* vel *Senez* interpretatur. Sed *Senes* est Sanicium Ptol. urb. episc. sub archiep. Ebrodunens. inter Diniam, & Regium ad occ. 6. leuc. cujus manet episcopatus. In Thes. ling. Lat. *Cemelio* indigitatur: quod nomen haud reperitur in eo tractu.

Strab. Ptol. Cemmenus mons, Gebenna Cæs. Plin. & Aus. qui & Cebennæ & Gebennæ num. plur. mons maximus Gall. à Rhodano Garumnam usque in Aquitaniam extensus, apud Lugdunum initium sumens, Galliamque Narbonens. trans Rhodanum à Celtica & Aquitanica separans. Qui varia habet nomina, *Tarara* circa Lugdunum, *Montaignes d' Auvergne* circa Arvernos, *de Cevennes* circa Occitanam reg. Cemenus vero unico *m* est mons Gall. Narbonens. apud Varum, ex quo Cema fluv. teste Plin.

Dionys. Cempsi, pop. Hisp. citer. ad mont. Pyrenæi radices incolentes in regno Arragonio: quorum opp. *Venasque*, ab Osca ad 12. leuc. intra montes distans.

Strab. Ptol. Cenæum, *Capo Litar* Soph. *Canaia* Nigro, prom. cum opp. cognom. Eubœæ in ora Bor. contra Opuntem urbem Bœotiæ, & Thermopylas urbem Phthiotidis, inde 70. stad. mari; Cæneum Plin. ubi fanum erat Jovis, ex quo Jupiter Cæneus dictus, Ovid. lib. 9. metam.

" *Victor ab Oechalia Cenæo sacra parabat*
' *Vota Jovi*———

Nomen à Cenæo, seu Cæneo quodam invicto, quem invulnerabilem munere Neptuni fabulantur (unde adagium *Invulnerabilior Cæneo* apud Græcos) obtinuisse creditur.

Plin. Ptol. Strab. Cenchreæ *Cenchres*, pag. & navale Corinthiorum in ora sin. Saronici ad isthmum, contra Lechæum alterum navale in ora sin. Corinthiaci, à quo 12. stad. abest in ortum (tanta est isthmi ibi latitudo) à Corintho 70. teste Strab. Mem. Stat. lib. 4. Theb.

" *It comes Inoas Ephyre solata querelas,*
' *Cenchreæque manus*———

Tacit. Cenchrius fluv. est Asiæ per Ioniam apud Ephesum fluens haud procul à Caystro, per Ortygiam lucum, ubi Latonam ab Ortygia nutrice educatam fabulantur.

Cendevia, palus Palæstinæ in Galilææ & Samariæ conf. apud mont. Carmeli radices, unde Belus fluv. effluit. *Plin.*

Cenestum, *Corte* Castal. opp. Corsicæ apud Rhotanum fluv. circa totius ins. umbilicum, post Bastiam primaria, ab Aleria 30. mil. pass. in Africum, à Niolo 12. *Ptol.*

Ceneta, Ceneda Agathiæ, *Ceneda* nunc quoque, urb. Venetiæ episc. sub patriarc. Aquileiensi in marchia Tarvisina ad montium radices, inter Anassum & Liquentiam fluv. ac inter Tarvisium & Belunum 20. mil. pass. quot ab Opitergio, cui in episcopatu successit, Feltriam versus 15. Acedum olim. vide ibi. Episcopus Seravalli opp. proximo ad 2. mil. pass. moratur. De qua Fortun. in vita S. Mart. l. 4. *Ven. Fort. P. Diac.*

" *Per Cenetam gradiens & amicos Duplavenenses.*

Cenimagni, pop. Albionis in ora Angliæ orientali, qui & Iceni dici putantur Camden. quorum opp. *Kunman* teste Glareano nominatur. *Cæs.*

Cenina urb. fuit Latii proxima Romæ, à Cenite condita, ut author est Festus lib. 3. cujus hodie nullum exstat vestigium. Pop. Ceninenses. Scribitur etjam Cænina. *Fest. Pomp.*

Cenion, Albionis flum. in ora austral. Cornubiæ, in mare apud Fanum S. Mauditi opp. exiens, *Vale* teste Ortel. *Ptol.*

* Cenomani *Pays du Maine*, pop. & urb. Gall. Celt. episc. sub archiep. Turonens. ad Sartam fluv. inter Carnutes ad ort. et Rhedones ad occ. supra 20. leuc. quot ab Andegavis in Bor. & Cæc. à Turonibus 12. in Bor. Quorum reg. *Maine* comitat. nominatur, & urbs *le Mans*. [* manuscr. Seld. Καινόμανοι.] *Cæs. Plin. Ptol.*

Cenomani, pop. Gall. cisalpinæ seu transpadanæ in Venetia & Longobardia transpadana; quorum urbes Bergomum, Brixia, Tridentum, Verona, Mantua, Cremona, & Crema. Horum durat pagus in agro Bergomensi *Cenum*, quasi Cenomanum dictus. *Strab. Plin. Ptol.*

Urbes Cenomanorum Italiæ.

Bergomum *Bergamo.*	Cremona *Cremona.*
Brixia *Brescia.*	Mantua *Mantoua.*
Crema *Crema.*	Tridentum *Trento.*
	Verona *Verona.*

Cenophrurium. vide Cænophrurium.

* Centa, *Benibuhalul* teste Marm. opp. Maurit. Tingit. mediterr. inter Molochath & Bocanum Hemerum, sive ut nunc vocant, Marochium. [* manuscr. Seld. Κέντα.] *Ant. Ptol.*

Centauropolis urbs fuit Thessaliæ apud Tempe in mont. Ossa, cujus mem. Procop. *Procop.*

Centrites, fluv. Asiæ inter Mediam & Armeniam fluens, ac Carduchos pop. ab Armeniis separans. *Xenoph. Diod.*

Centrones, pop. Belgii, quorum opp. S. *Truyen* vel *Truyden* teste H. Leodio, à Tungris 3. leuc. à Leodio 6. in occ. in medio inter illud & Lovanium. Reg. nunc Hasbania Latine nominatur, *Haspengauu* vulgo. Sed Becanus putat opp. Centronum esse Corteriacum, vulgo *Cortryck*, in Flandria, inter Aldenardum & Tornacum 5. leuc. Prior sententia verior. *Cæs. Plin. & al.*

Centrones alii, pop. Gall. Narbonens. in Sabaudia juxta Alpes Graias. Quorum reg. & urb. (quæ metropolis, sive archiep. est) Tarantasia, vulgo *Tarentaise*, testibus Marliano, Vigenereo & Scudo, ubi Centronum pag. vulgo *Sentron*, inter Augustam Prætoriam 12. & Genevam 14. leuc. visitur. *Cæs. Stra. Ant.*

Centula *S. Riquier*, pag. cum cœnobio Gall. Belg. in Picardia Pontiniæ reg. apud Abbatisvillam opp. inde 2. leuc. in ort. distans. Cujus fit mentio in vita Sancti Richarii. *Martyrol.*

Centum cellæ *Cincelle*, urb. olim episc. Hetruriæ *Plin.*

in

Ant. Amm. Paterc. in ora australi apud Castrum novum, à Pyrgis 13. mill. pass. ab urbe Roma paulo supra 40. excisa à Saracenis: ex cujus ruinis Urbs vetus opp. (& port.) vicinum exstructum est; quod Centum cellæ novæ dici potest, ex inscriptione marmorea ibi à Sixto 5. Pont. max. posita. Earum mentio fit in lib. 3. itin.

" *Ad Centum cellas forti defleximus austro :*
' *Tranquilla puppes in statione sedent.*

Scrip. Hung. Centum colles *Hundertbuhel* & Hungarice *Zaphalon* teste Jo. Sambuco, opp. Pannoniæ infer. in Hungaria inter Budam & Albam Regalem ad 4. leuc. intra colles, à quibus nomen accepit. Sunt & Centum colles opp. Daciæ in Transylvania, inter Cibinium & Coronam urbes, ad 9. leuc. dissidens.

Ptol. Centurinum *Centuri*, opp. Corsicæ in ora Boreali apud Sacrum prom. & Canelatam, à Bastia ubi præfectus agit ad 30. mill. pass. ab arce S. Florentii 25.

Ptol. Cic. & al. Centuripæ, Centuripa Strab. *Centorvi*, urb. olim maxima Siciliæ à Federico 2. Augusto excisa, ad Ætnæ mont. radices, ab Agyra urbe 10. mill. pass. in Cæciam, inter Catinam ad ort. & Troinopolim ad occ. fere 28. Pop. Centuripini Plin. Mem. illius Sil. lib. 14.

" *Centuripe, largoque virens Entella Lyæo.*

Cic. Solin. Plutarch. Strab. & al. Cic. Ceos, Cea Plin. Cia Ptol. *Zea*, ins. maris Ægæi, una Cycladum. vide Cea.

Cephalas, *Capo Mesurata* teste Faz. prom. Africæ ad initium Syrtis magnæ; Cephalæ Ptol. ultra Trierorum prom. Calumacumam villam versus.

Cephaledis, Cephalœdis Plin. Ptol. Cephaledium Strab. Cephalodium lib. Concil. *Cefalu* & *Cifalu*, urb. Siciliæ marit. in ora occid. & Bor. inter Halesam ad Cæc. 28. & Thermas Himeras ad Africum 24. mill. pass. à Panormo 62. Messanam versus in Cæc. olim episc. sub archiep. Messanens. nunc sub archiep. Mont. Regalis. Pop. Cephaleditani Cic. al. Cephalodienses. Sil. lib. 14.

" *Quæque procelloso Cephaledias ora profundo.*

Ptol. Plin. & al. Cephalenia, Cephallenia Strab. & Steph. *Cefalonia*, insula maris Ionii (cum urb. ejusd. nominis episc. sub archiep. Corcyrens.) olim Samos, & Same Homero, circuitu 44. mill. pass. inter Leucadem ad Bor. 12. & Zacynthum ad austrum 30. mill. pass. à propiore littore Peloponnesi, ubi Chelonites prom. & Cyllene urbs apud Araxum prom. 120. stad. in occ. Ithacæ etiam ins. proxima. Pop. Cephalenes, & Cephalenii. Sil. lib. 15.

" *Saxa Cephalenum, & scopulosis Neriton arvis.*

A copia cephalorum piscium nomen habere traditur.

Plin. Ptol. Amm. Cephalonnesus, *Rubea* teste Pineto, ins. finus Carcinitis apud Tauricam Chersonesum, cum urbe cognomine.

Lib. Josue. Cephira, seu Caphara, & Caphera Josepho, opp. olim Judææ Hierosolymis proximum.

Paus. Cephisia, regiuncula Atticæ, per quam Cephisus labitur, & in qua fons ejusdem nominis teste Plin.

Plin. Cephisis lacus est juxta mare Atlanticum, quem Mauri Electrum vocant, quod sole calefactus electrum è limo det: Plin. l. 37. c. 2.

Strab. Polyen. & al. Cephissus, Cephisus Ovid. *Cefiso*, fluv. Bœotiæ apud Lilæam urbem Phocidis oriens, & apud Delphos fluens, Parnassum mont. ab Ædylio separans, nom. antiq. ret. Ovid. lib. 7. metam.

" *Cephison procul hinc deflentem fata nepotis*
' *Adspicit--------*

Et lib. 3. metam.

" *Implicuit, clausæque suis Cephisus in undis*
' *Vim tuli------*

Strab. Cephissus alter, fluv. Atticæ juxta Athenas fluens, ac in mare contra Eleusinam ins. exiens. Unde Cephisius nom. gent. Cephisias patronym. Ovid. lib. 7. metam. & Cephisia ipsa reg. appellata, ubi & fons ejusd. nominis Plin.

" *Vidit & immitem Cephisias ora Procrusten.*

Cephissus item Paus. fluv. Argiæ reg. in Peloponneso modicus.

Cepiana, opp. Lusit. in regno Portugallico mediterr. in Castellæ conf. Mirobrigæ finitimum, quod nunc *Pignel* & *Pinhel* dici ferunt, inter urb. Rodrigensem & Trancosium opp. 10. leuc. ac inter Guardensem urb. 6. & Almendrum opp. 4. Ptol.

Cepœ, opp. Sarm. Asianæ apud Bosporum Cimmerium, *Copa* nunc ex tab. recent. ad fluv. cognom. apud Hermonassam urb. de quo... lib. 6. c. 6. Plin.

Ceramea, *Kerume* teste Leun... apud Turcas, opp. Ponti. Cedren.

Ceramus, urb. Cariæ littoralis inter Halicarnassum & Gnidum, à qua sin. Ceramicus, episc. sub archiep. Stauropolit. Quæ an perduret hac tempestate non legi. Plin. Ptol. & al.

Cerasus *Cherasonda*, vel *Chirisonda*, urb. Cappadociæ marit. quæ & Pharnacea, licet apud Ptol. sit diversa, inter Hermonassam ad occ. & Trapezuntem ad ort. quasi media, inter Polemonium & Trapezunta 30. mill. pass. dissita. olim episc. sub archiep. Neocæsariens. postea metrop. effecta. Hinc cerasa primum in Italiam delata, teste Athenæo. Strab. Plin. Arrian. & al.

Ceratæ, vel Cereatæ ut alibi legitur, *Cereto* teste Leandro, opp. Sabinorum, seu potius Umbriæ intra montes, non in Latio, ut scribit Ortel. à Spoletio 15. mill. pass. à Cassia opp. 9. Nursiam versus. Ceretum Plin. ut videtur Casaubono. Pop. Ceretani. Sed apud Plin. Cernetani legitur, unde opp. Cernetum, quod in Latio, non in Sabinis est. Ceratæ autem pop. Sabini, vel Umbriæ sunt, qui vagantes vulgus arte decipiunt, vulgo *Ciarlatani*. Strab.

Ceratus *Fiume di Ginosa*, fluv. Cretæ præter Gnossum urb. eversam fluens, quæ etiam de nomine fluvii dicta est, teste Strab. cujus mem. Virg. in Ceir. Hesych. Callimac.

" *Carpathium fugiens, & flumina Ceratæa.*

Ceraunia vel Ceronia, Cirynia Plin. cui etiam Carynia, & Cerinium teste Ortel. cum hujusmodi nomina præter Cirynia non legantur apud Plin. *Cerines*, urb. Cypri in ora Boreali, inter Carpasiam, & Lapithum ad occ. episc. sub archiep. Nicosiensi. Polyb. Ptol.

Ceraunii, qui & Acroceraunii & Ceraunia, *Monti della Chimera*, & *Chimarioti*, montes Epiri in ora occid. à Macedonia separantes, à Japygio Salentinorum prom. 100. mill. pass. mari in ort. distantes, quot fere à Corcyra in Bor. à sinu Ambracio ubi Nicopolis 1300. stad. vide Acroceraunia. Super illis Chimæra urbs sita est. Hos author Thes. ling. Lat. Ambraciæ urb. vicinos facit: à qua fere 100. mil. pass. distant. Sunt & Ceraunii montes Albaniæ, Caucasi mont. pars, de quibus Ptol. Cerauniorum Epiri mem. Ovid. lib. 15. metam. Mel. Apoll.

" *Saxa fugit; dextra prærupta Ceraunia parte.*

Cerbalus, *Cervaria* teste Nig. fluv. Apuliæ Dauniæ parvus. Plin.

Cercaphus, mons Ioniæ Colophoni imminens. Lycophr.

* Cerceticus sin. maris Euxini in Sarm. Asiana, ubi Tazus urb. vulgo *Golfo di Susaco* de urbis nomine teste Mol. dictus à Cercetis pop. à Ptol. ibi memoratis. [* manusc. Seld. Κερκετικός.] Ptol.

Cercetii, pop. in ora ejusdem Sarm. * Cercetæ Ptol. & Plin. à Dionys. Afro memorantur, qui nunc *Circassi* nominantur. Dionys.

" *Post hos Cercetii, juxta quos Axenus altis*
' *Fluctuat æquoribus-----*

[* manusc. Seld. Κερκέται]

Cercetius, mons Sami ins. juxta Ampelum mont. & prom. Sunt & Cercetii montes in Thessalia teste Plin. non Cerceti, ut in Thes. ling. Lat. Plin.

Ptol. Strab. Hir. Mel. * Cercina, & Cercinna, *Querquene* Mercat. *Charchana* Faz. inf. maris Africi, à Tacapis fere 80. mill. pass. Carthaginem versus in occ. à Lotophagite 100. à Lopadusa 50. longa 25. Quam Mela una cum Meninge ante prom. Syrtis parvæ collocat. Ejus mem. Dionys. de situ orb.

" *Et Cercina simul, Libyca statione patentes.*

Hic etiam Cercinitis insula parva, Cercinæ juncta ponte Carthaginem versus, teste Plin. cujus etiam mem. Strabo lib. ultimo. [* manusc. Seld. Κέρκιννα.]

Arrian. Cercinites, lacus Macedoniæ in Thraciæ conf. ad quem Cercinium opp. fuit, teste Liv.

Cercopes, pop. ins. Pithecusæ in simias mutati, ut fabulatur Ovid. lib. 14. metamor.

" ——————— *& perjuria quondam*
" *Cercopum exosus, gentisque admissa dolosæ,*
" *In deforme viros animal mutavit*-----

Ptol. Cercopia, *Arcobia* ex tab. recent. urb. Phrygiæ magnæ inter Lysiadem & Eucarpiam proximas urbes.

Dionys. Cercyræi (qui Corcyræi Latinis dicuntur) à Cercyra insula, (quæ & Corcyra) cum seditionibus agitarentur, solebant flagra ingentia gestare ansis eburneis ornata, ex quo adagium natum est *Cercyræa scutica*, sive *Cercyræum flagrum*, de supervacaneo cultu, ut apud Plutar. in vit. decem rhet.

Cere *Ceri*, opp. Hetruriæ. vide Cære. Sic Sil. lib. 8.

" *Lectos Cere viros, lectos Cortona superbi.*

Ceredanum *Cerane*, pag. agri Novariens. inter Tercatum & Viglebanum, à Tercato supra 2. mill. pass. in litteris pontif. memoratus, ac à B. Pacifico, qui ibi colitur, illustratus.

Ptol. Ceressus, opp. Hisp. Tarracon. in Jaccetanis, quod aliquibus *Cerezo* esse videtur, inter Buytragum 5. & Arandam ad Durium fluv. in Bor. 9. leuc. Sed hoc in Castella vetere est. Ceressus autem à Ptol. in regno Arragonio, ubi Jaccetani pop. describitur.

Cic. Ceretanum *Ceretana*, opp. Siciliæ mediterr. apud Bizinim opp. & fontes Motychani fluv. inter Mont. Rubeum castrum 3. & Bucherium opp. 4. mil. pass. à Syracusis fere 28. in occ. sive Circ. Ceretani vero pop. vide Cerretani.

Vet. Insc. Cerevia *Cervia*, urb. Æmiliæ Galliæve tog. in ora Boiorum, episc. sub archiep. Ravennate, inde 12. mill. pass. Ariminum in ort. versus, totidem à Cesena; quæ & Phycocle, ubi maxima salis copia coquitur, propterea ægre habitata, & parva.

Strab. Cerilli, non Cerillum, ut scribit Ortel. *Cirella* teste Barrio, opp. Brutiorum in ora littor. Calabriæ citer. ultra Laum fluv. à Scalia 10. mill. pass. Blandam versus 18. in ort. Adamante opp. in medio, à Thuriis 37. teste Strab. Talai sinus terminus. Hic sacchari ingens copia.

Strab. App. Cerinthus, *Ellopia* teste Molet. opp. Eubœæ ins. littorale in ora orientali haud longe à Fano Dianæ. Imo *Ellopia* Ellopia est Strab. (vide Ellopia) cui Cerinthus erat proxima.

Plin. Ptol. Cerne, ins. maris Atlantici contra Atlantem mont. quæ teste Ortel. *Porto Santo* nominatur.

Ptol. Cerne altera, quæ *Gratiosa* teste Marm. dicitur, sed Rhamusio potius *Argin* esse videtur, in ora occidua Libyæ interioris contra Nigritis flum. ostia.

Plin. Ptol. Cerne item ins. oceani Æthiopici ad ortum, maxima omnium Africæ insularum, à littore 60. leucis in ortum distans, *Madagascar* Mercat. & al. ab Hispanis ins. sancti Laurentii appellata. De ea Plin. Ptol. Menuthias est.

Plin. Cernetum opp. fuit Latii inter Bovillas & Cassinum. Pop. Cernetani à Plin. memorati. Ex quo errare deprehenduntur qui illud *Cereto* opp. Sabinorum esse putant.

* Cerones, pop. Albionis, quorum tractus *Assinshire* teste Camd. vel *Strathnavern*, in Scotia apud Epidios. [* manuscr. Seld. Κέρωνες.] Ptol.

Cerretani, Ceretani Sil. pop. Hisp. Tarracon. ad mont. Pyrenæi radices in finibus Vasconum. Quorum reg. *el contado de Cerdanna* dicitur in Catalaunia, opp. vero Jugum Cerretanorum, *Puig de Cerdan* & *Puigcerda*, inter Papirianum 12. & Urgellam 7. & Cerretanum *Cerda*, à Vico urb. 3. leuc. Jugum Cerretanorum versus, à Ripollense opp. 2. Hi pop. Ausetanis & Ilergetibus finitimi sunt. de quibus Sil. lib. 3. Strab. Plin.

" *Nec Ceretani quondam Tirynthia castra,*
" *Nec Vasco insuetus galeæ, ferre arma morati.*

Cerretanorum Jugum. vide supra Cerretani.

Cersunum, *Nebbio* teste Pinet. urb. Corsicæ episc. sub archiep. Genuens. excisa in ora Bor. apud arcem S. Florentii, ubi episcopus Nebiensis moratur, à Bastia paulo supra 10. mil. pass. in occ. Ptol.

Cervaria, *Corbiere* teste Jo. Poldo, opp. Gall. Narbonens. in ora, & conf. Gall. prædictæ & Hisp. Corbaria Aimoino scribenti Karolum mag. Saracenos ibi superasse, inter mont. Pyrenæos & Birsam fluv. Est & Cervaria *Cervera*, opp. Hisp. citer. in Catalaunia apud Tarragam opp. 1. leuc. distans, ex primis regionis, in via obvia inter Barcinonem & Ilerdam. Sed hoc Servaria Latine dicitur ab Hispanis. Mel.

Cervaria, *Cervera* Mol. opp. Hisp. Tarracon. in Oretanorum & Bastetanorum conf. circa Mentisam & Biatiam. Sed ibi *Cervera* nulla est, sed inter Concham urb. 9. & Alcassarum Consaburi 14. apud Histonium, à Toleto 18. in ort. Ptol.

Cervini *Cerviani*, pop. & opp. Corsicæ mediterr. circa medium illius, licet alibi à Ptol. locentur. Ptol.

Cesata, Cesada Ptol. *Hita* teste Varrerio, opp. Hisp. Tarracon. in Celtiberis, & in Castella nova, inter Secontiam 9. & Guadalajaram 5. leuc. Ant.

Cescus apud Suid. urbs erat Ciliciæ in Pamphyliæ confinio, cui ab aliis attribuitur: juxta quam fluvius Anus, id est amens, decurrit; ex quo adagium apud Zenodot. *Cescon habitas*, in bardum, stultum, aut vecordem dici solitum. Suid.

Ceseleth, vic. Palæstinæ in Galilæa apud mont. Thabor, *Casalun* postea dictus. Lib. Josue.

Cesena, sic vulgo, urb. Gall. Tog. in Æmilia ad Sapim flu, inter Forum Livii 10. & Ariminum in ort. 20. mill. pass. vide Cæsena, varie n. scribitur. Plin.

Cessero, Cæsiro Anton. *Castres* teste Jo. Poldo, urb. Gall. Narbonens. ad Araurium fluv. inter Tolosam ad occ. 12. & Lutavam ad ort. & Cæc. 14. leuc. à Vaurino 6. sive inter Carcasonem 7. & Albigam in Bor. 9. episc. sub archiep. Bituricens. At Varrerio S. *Tubery* vel *Tibery*, opp. potius videtur inter mont. Pessulanum 8. & Narbonem 6. leuc. occurrens, à Biteris 3. quod magis probatur. Nam ex itin. Anton. Aug. Cæsaris in via inter Nemausum & Narbonem occurrit. In Thes. ling. Lat. ad Carpentoractem ponitur: quæ urbs longe à Cesserone abest. Plin. Ptol.

Cestius pons, unus ex urbis Romæ pontibus, qui teste Marl. *Ponte di S. Bartolomeo* nominatur in ins. Lycaonia, quam Tiberis in duo divisus efficit. P. Vict.

Cestria, *Sopoto* teste Pinet. opp. Epiri in Thesprotia reg. quæ sic etiam Pausaniæ dicitur, Cestrinia Steph. apud Chimæram: quod tamen Hecatompedum Ptol. dici videtur aliis. Pop. Cestrini Plin. Plin.

Cestrus, fluv. Pamphyliæ in asperæ Ciliciæ conf. inter Magydum & Sidam post Catarractum in mare descendens. Strab. Nicand. & al.

Cetaria, *Scupello* teste Faz. opp. Siciliæ in ora Bor. & occid. excisum inter Panormum & Drepanum, apud Segestanum empor. Aretio videtur esse *Carini* Ptol.

rini opp. magis Panormo propinquum, inde 18. mil. pass. à Segestano empor. 24. Sed Faz. uti indigenæ magis fidendum.

Anton. Cetium, Cecia vet. inscript. *Seisselmaur* & *Zeisselmur* teste Laz. opp. Norici in Austria præcipuum apud Danubium & fines Pannoniæ, ubi Cetius mons Noricos à Pannoniis disseparans, inter Viennam ad ort. 4. & Fanum S. Leopoldi in occ. 5. leuc. à Neoburgo 2.

Liv. Pto. Cetius mons, terminus Norici ad ortum, unde Pannonia incipit, varie ab incolis nominatus; nam alibi *Kalenberg* vel *Halenberg*, alibi *Schneberg*, alibi *Deuvsberg*, alibi *Herizberg*, alicubi *Hengsterberg*, alicubi *Semering*, ab opp. & *Plaitz*.

Plin. Cetius item fluv. Mysiæ in Asia, ex Pindaso mont. profluens, ac juxta Pergamum urbem decurrens, ex urbe nomen habens. De monte in lib. 5. itinerar.

" *Perpetuatur iter. Jam vertice Cetius alto*
' *Apparet*------

Plin. Ant. Cetobrica, Cætobrix Ptol. *Setuval* teste Resend. opp. Lusit. marit. in regno Portugallico, ab Ulyssipone 7. leuc. in austrum. Nigro est *Almadas* opp. in ostio Tagi. Resendio & Vasconcello locorum peritis, & indigenis subscribo.

Ptol. Chaberis, *Maber* Nig. *Calapate* Castal. urb. Indiæ citer. in ora occid. Uterque videtur divinare.

Ptol. Chaboras, Chobar apud Ezech. proph. fluv. & mons Mesopotamiæ, fluv. *Giulap*, mons *Capusco*, testib. Castal. & Ortel. qui fluv. in Euphratem infra Chaboram urbem quam alluit (quæ & ipsa *Giulap* nominatur incolis) inter Nicephorium ad occ. & Aphphadanam ad ort. fluit. Mons ex quo fluv. profluit Masius Ptol. dicitur.

Ptol. Chabrius, *Cilabro* Molet. fluv. Maced. in sin. Thermaicum apud Hegonis prom. inter Thessalonicam & Casandream influens.

Ptol. Chadeni, pop. Scandinaviæ, sive Scandiæ, quos Ortel. *Norwegger* sive *Pinmarcker* esse putat. Sed neutrum ex verbis Ptol. elicitur.

Plin. Steph. Chādisia, Phadisana Arriano, *Phadisa* Mercat. opp. Cappadociæ marit. in finibus Leucosyrorum, in Themiscyra reg. seu prope, ad fluv. cognominem.

Pauf. Ptol. Steph. Chæronæa, urb. Bœotiæ in Phocidis conf. patria Plutarchi, qui inde Chæronæus dicitur, hoc tempore jacens, & nomen antiq. adhuc retinens, Coroneæ finitima, ab ea in Cæciam recedens, clade & cæde Atheniensium memorabilis.

Ptol. Chætæ, pop. Scythiæ, qui teste Nigro *Chataini* nostratibus dicuntur: reg. vero *Catay* & *Cataio*, ubi Scythæ sive Tartari Seribus proximi longe lateque dominantur.

Plin. Steph. Chalastra, *Cavalla* ut aliquibus videtur, urb. Macedoniæ littoralis ad sinum Thermæum hac tempestate clara, proxima Philippis, ad 10. mill. pass. distans.

Polyb. Ptol. Strab. Plin. & al. Chalcedon, Chalcedonia Liv. urbs antiqua anno post Romam 148. condita, *Calcidona* nostris, Turcis vero *Calcitiu*, aliis *Scutar*, & *Scutari*, urb. archiep. Bithyniæ in ora ex adverso Byzantii, minus milliario distans, Bosporo intercedente; quæ teste Plin. urbs Cæcorum dicta, quod tam vicina Byzantio constructa fuerit. Hinc Chalcedonius nom. gent. Claud. de 4. conf. Hon.

" *Bosporus adversam patitur Chalcedona cerni.*

Idem lib. 2. in Ruf.

" *Et Chalcedonias contra despectat arenas.*

Sunt qui an. 69. post Romam conditam scribant.

Strab. Plin. Chalcia, (non Chalce, ut in Thes. ling. Lat.) *Charci* teste Nig. ins. maris Rhodii, à Rhodo & Telo 10. mill. pass. distans in occ. à Nisyro supra 7. à Carpatho vero ad 50. in Cæc. fertilissima. Hinc Chalcæus, & Chalcites nom. gent.

Polyb. Chalcidicus, mons Siciliæ, vulgo *S. Riti* teste Faz. vel *S. Rici*.

Chalcis *Negroponte*, urb. Eubœæ ins. primaria ad Euripum, ubi tanta est maris angustia, ut urbs continenti Achaiæ ponte conjungatur, urb. olim episc. sub archiep. Atheniens. postea metrop. effecta, urbs munitissima, ubi residet præfectus Turcarum, à quibus *Egribis* dicitur teste Leuncl. ab Athenis supra 50. mill. pass. à Thebis 24. Aulidi proxima, Euripo tantum intercedente. Mem. Luc. lib. 2. Strab. Plin. Pauf. & al.

" *Arctior Euboica, qua Chalcida verberat unda.*

Chalcidenses Eubœæ male audiebant, quod essent fœdi puerorum amatores: unde *Chalcidissare* teste Hesych. loco adagii habebatur. Hinc Chalcidicus, a, um.

Chalcis altera, urb. Ætoliæ ad Evenum fluv. inter Calydonem urb. ad austrum, & Callidromum mont. in Bor. *Iamboli* teste Castal. quo nomine etiam reg. Chalcidica appellatur, teste Leuncl. Strab. Ptol. & al.

Chalcis item urb. Syriæ, Chalcidicæ reg. caput, vulgo *Chinserin* teste Leonard. episcopo Sidon. episc. sub patr. Antiocheno, inter Berrhœam 18. & Arcam 20. mill. pass. ab Apamea 45. Chalcidicus nom. gent. ab his urbibus, Virg. lib. 6. Æn. Plin. Strab. Ptol.

" *Chalcidicaque levis tandem super adstitit arce.*

Chalcitis *Chalcis*, ins. Propontidis cum urb. episc. sub archiep. Heracleensi, contra Rhyndaci fluv. ostia. vide Demonesus. Plin.

Chaldæi, pop. Babyloniæ reg. quorum reg. Chaldæa, vulgo *Caldar* vel *Kaldar*, & Turcis *Curdistan* teste Jo. Leuncl. pars Babyloniæ vergens in austrum, Arabiam attingens desertam, & sin. Persicum. Mem. Claud. de 6. conf. Honor. Strab. Plin. & al.

" *Pugna fuit, Chaldæa mago seu carmina ritu*
' *Armavere deos*———

Chaldaici lacus, *Alarch* teste Pinet. stagna Chaldææ reg. in quos Tigris effusus rursus egreditur. Plin.

Chaldone, prom. Arabiæ ad ostia Euphratis fluv. Plin.

Chaleos, Chalæon Plin. & Steph. *Aspropiti* teste Soph. opp. Locrorum Ozolorum in Achaia ad sin. Corinthiac. inter Naupactum ad occ. & Cyrrham ad ort. etiam *Caleos* vulgo Græcis. Ptol.

Chalusus, *Dravenna* Althamero & Pirchaimero testibus, fluv. Germ. Saxoniam ab Holsatia dividens, ad Lubecam urb. mari Baltico exceptus, cum opp. cognomine, ubi & opp. *Chlus* vulgo, ex quo ager *Chluserort*. Ptol.

Chalybes, pop. Cappad. in Ponto circa Thermodontem fluv. incolentes inter Tibarenos ad occ. & Mosynos ad ort. ex Xenoph. Mem. Virg. lib. 1. georg. Xenoph. Strab. & al.

" *At Chalybes nudi ferrum, virosaque Pontus*
' *Castorea*———

Hinc chalybs pro ferro, ex quo enses & gladii fiunt, & falces.

Chalybon, *Halep* sive *Aleppo* teste Rawolfio cum Postello, urb. Syriæ archiep. sub patriarch. Antiocheno, hac tempestate primaria, & ex maximis totius imper. Turcici. Abest à Damasco in Bor. itinere 10. dierum, ab Antiochia itinere tridui. Ab aliis Berrhœa, ab aliis Hierapolis esse putatur. Ptol.

Chalybs, *Cabe* teste Clus. fluv. Hisp. in Callaicis, qui ferro temperando aptissimus est. Justin.

Chalybs item fluv. Cappad. per * Byros & Paphlagonas ex monte Tauro in mare Euxinum fluens. [* forsan Syros, i. e. Leuco-syros.]

Chamavi, Camaves Auson. Camani Ptol. pop. Germ. quorum urb. Caminum est in Pomerania teste Althamero, in ora littorali, à Stetino 10. leuc. Sed H. Junio est *Campen* urb. Transisalanæ ad ostium Rheni oriental. à Daventria urb. 5. leuc. in Bor. Volenhoviam versus 2. in conf. Frisiæ. Chytræo autem est *Chamen* urbs Westphaliæ in comitat. Marchiæ, inter Dortmaniam & Hamum 1. Tacit. Amm.

leuc. à Monasterio 5. in austr. quod magis probatur. Mem. horum Auson. in Mosell.

" *Accedent vires, quas Francia, quasque Camaves.*

Chana Galilææ. vide Cana. Chanan Juvenco lib. 2.

" *Interea thalamis connubia festa parabant*

" *In regione Chanan------*

Plin. Strab. Chaones, pop. Epiri, quorum reg. Chaonia, olim Molossia, *Canina* vulgo, sic ab urbe primaria in qua præfectus moratur incolis dicta, teste Cast. in Macedoniæ conf. vide Elyma. Hinc Chaonius nom. gent. Virg. lib. 1. georg.

" *Chaoniam pingui glandem mutavit arista.*

Hæc reg. montosa est, Epiri medium attingens. Ibi sylva Chaonia columbis abundans, teste Ovid. lib. 2. de arte amandi,

" *Quasque colat turres Chaonis ales habet.*

Bibl. Chaphar, vicus Palæstinæ apud Eleutheropolim, patria Zachariæ proph. teste Sozom.

Pauf. Charadrus, fluv. Phocidis Charadram urbem Lilææ proximam alluens, & in Cephisum influens, brevis decursus. Cujus mem. Stat. lib. 4. Theb.

" *Inachus, advolvensque natantia saxa Charadrus.*

Est & fluv. Ciliciæ cum lacu cognom. cujus aqua mares gignere facit, ut tradunt. Ubi opp. etiam ejusd. nominis Plin. sed in ora Syriæ, non Ciliciæ.

Ptol. Charax, *Cacagioni* Merc. *Giracenda* vero Nigro, opp. Tauricæ Chersonesi in ora australi, inter Frontem Arietis prom. ad occ. & Lagyram urb. ad ortum.

Plin. Ptol. Charax alterum, *Carmon* teste Pineto, urb. Susianæ ad sinum Persicum, inter ostia Euphratis & Eulæi, in conf. sinus Persici, & Arabiæ quæ inde incipit, ab ostio Oroatidis fluv. Susianam à Perside terminantis 240. mill. pass. in occ. Pop. Characeni Plin. Trallis etiam urb. Cariæ Charax dicta est, teste Steph.

Bibl. Charchamis, Charchabaresa Josepho, *Karkessa* teste Benjamin. opp. Arabiæ desertæ in Syriæ conf. ad Euphratem fluv.

Scrip. Gall. Charento *Charenton*, pag. Gall. ad Matronam fluv. apud Parisios, inde 2. leuc. in Bor. distans; echo celebris, quæ ibi duodecies redditur.

Lib. Conc. Chariatum *Cariati*, urb. episc. magnæ Græciæ in ora Calabriæ, inter Roscianum ad occ. & Crimissam ad ort. unde 12. mill. pass. recedit. Cujus fit mentio in concil. Rom. sub Symmacho Pontif. max. vide Cariatum.

Ptol. Charidemum, (non Caridemum ut in Thes. ling. Lat.) *Cabo de Gates* teste Floriano, prom. Hisp. Tarrac. in Bæticæ conf. sic appellatum ab achate lapide qui ibi reperitur, ab Almeria urb. 5. leuc. in ort. Vergi versus in ort. 10. Dicitur etiam *Cabo di Carbonero* teste Olivario.

Plin. Charini, pop. Germ. apud Plin. non Carini, ut in Thes. ling. Lat.

Cedr. & Curop. Chariopolis, *Cheropoli* teste Leuncl. urb. Peloponnesi in Laconica episc. sub archiep. Spartano. Errat Ortel. illam in Thraciæ & Maced. conf. describens.

Ptol. * Charispa, Plin. & Strab. *Zariaspa*, quæ & Bactra, *Istigias* teste Castal. urb. Bactrianæ regia. vide Bactra. [* manuscr. Selden. Ζάριασπα.]

Ptol. Charistus, Charus Strab. Chariens Plin. *Tamasa* teste Nig. fluv. Colchorum in Euxinum mare inter Æapolim ad merid. & Phasim ad Bor. exiens.

Ptol. Charitni, pop. Germ. quorum reg. ducat. *Wirtemberg*, in qua Stutgardia urbs primaria, & ducum sedes, ac Tubinga gymnasio celebris ad Nicrum Sueviæ fluv. vide Caritni.

Herod. Charitum, id est gratiarum, mons in Africa, ex quo Cinyphus fluv. oritur.

Charonia, locus Asiæ pestilens apud Hierapolim urb. Phrygiæ magnæ, & Mæandrum fluv. aves exhalatione excæcans. Alter hujuscemodi apud Magnesiam urbem reperitur, qui Plutonia à Cic. nominatur. *Strab.*

Charpote, Carpete Curopal. castrum Mesopotamiæ. *Cedr.*

Charus *Cher*, fluv. Gall. Celt. per fines Biturigum fluens, Avaricumq; alluens, ac in Soderam fluv. influens. De quo Fort. lib. 7. *Ven. Fort.*

" *Isara, Sara, Charus, Schaldis, Saba, Somena, Sura.*

Vide Caris.

Charybdis, *Galofaro* teste Faz. mare Siciliæ vorticosum ad fretum Siculum ex adverso Scyllæ scopuli, inde 15. mill. pass. apud Messanam urb. naves absorbens. Unde adagium *Strab. Plin. & al.*

" *Incidit in Scyllam, cupiens vitare Charybdim.*

De quo præter Virg. & al. Ovid. lib. 13. metam.

" *Scylla latus dextrum, lævum irrequieta Charybdis.*

Charybdis à Charybdi scorto infami voracitate & rapacitate nomen habere traditur; quod cum boves Herculis rapuisset, à Jove fulmine ictum in hoc mare præcipitatum poetæ fabulantur. Unde apud Hor. pro meretrice voraci & avida proverbialiter accipitur.

Charybdis altera in Syria inter Apameam & Antiochiam, ubi Orontes fluv. à terra absorptus post 40. stadia rursus emergit teste Strab. Quod & Anæ fluv. Hisp. accidit, cum sub terra ad 7. leuc. decurrit, ad Metallinum opp. emergens. *Strab.*

Chasuarii, *Thuringer* teste Althamero, pop. Germ. circa umbilicum, quorum reg. Thuringia, urbibus & oppidis frequens; in quibus Erfordia ex maximis Germ. Casuarii Ptol. & Chattuarii Strab. dicuntur. *Tac.*

* Chatracharta, *Chiartachar* teste Cast. urb. Bactrianæ apud Oxum fluv. à Bactris in occ. distans. [* Seld. manusc. habet Χαῤῥαχάρτα.] *Ptol.*

Chauci, Cauchi Ptol. & Paterc. Cayci Claud. pop. Germ. gemini, majores & minores: majores inter Albim & Visurgim, putantur Bremenses, Hamburgenses, & Luneburgenses in Saxonia; minores inter Visurgim & Amasium, *Oostfriesen* teste Leuncl. quorum reg. plerisque Frisia orientalis putatur. vide Cayci. *Strab. Plin.*

Chauci alii inter Ælium & Flevum sinus, in extremis Hollandiæ finibus, *Goeylanders* teste H. Junio. *Plin.*

Chaum, mons Peloponnesi in Argia reg. ex quo Erasinus fluv. teste Paus. effluit. *Pauf.*

Chaunaria extrema, *Capo di Non* Maffæo & Marianæ, prom. Lybiæ inter. in ora occid. maris Atlantici. *Ptol.*

Chaurana, *Cardandan* Mercat. *Camul* Castal. urb. Scythiæ ulterioris, sive extra Imaum mont. (quæ Scythia nunc *Catay* magna ex parte dicitur) sed hi mihi videntur divinare. *Ptol.*

Chelæ, seu Chele, *Scalas* teste P. Gyllio, locus apud Byzantium. *Dionys. Byzant.*

Chelidoniæ, insulæ parvæ, seu potius scopuli tres maris Pamphylii contra Chelidonium prom. Tauri mont. (vulgo *Capo delle Correnti*, & *delle Chelidonie*, sic n. & ipsæ vulgo dicuntur) Lyciæ adjacentes, *le Corrente* Cast. *Caprose* Pin. & quæ in medio *Castello Ruzo* teste Nig. *Strab. Dionys. Ptol.*

Chelidonium vero prom. Plin. est pars Tauri mont. in mare Pamphylium prominens.

Chelma *Chelm*, & *Chielmnick*, urb. Ruthenorum in regno Polonico episc. sub. archiep. Leopolitano, à Lublino 7. leuc. in ortum, à Præmislia 10. in Bor. *Prov. Rom.*

Chelonates, seu Chelonites Ptol. & Paus. *Castel Tornese* teste Soph. prom. cum opp. Peloponnesi in ora occidua Elidis (non Achaiæ, ut in Thes. ling. Lat.) *Strab. Ptol. Pausan.*

Lat.) inter ostia Alphei & Penei flum. contra Cephalenen ins. inde 10. mill. pass. in ort. Est & sinus Ptol. inter prom. prædictum & Ichthym prom. sequens ad austrum, [illegible]fo *di castel Tornese*.

Pausan. Chelydon[illegible]s, mons Arcadiæ Cyllenio mont. attiguus.

Herod. Mel. Chemnis, ins. Ægypti, quam natare ferunt, cum luco & templo Apoll. apud Sebennyticum ostium Nili, & Sebennytim urb. teste Herod. & Diod. Siculo, eadem cum Pano.

Ptol. Steph. Chenoboscia, Chenoboscium Anton. opp. Ægypti infer. ad Nilum in ulteriore ripa, à Copto 40. mill. pass. in Bor. distans.

Strab. Cherronesus *Peniscla* vel *Peniscola*, opp. Hispan. Tarracon. in ora orientali regni Valentiæ in Cataluniæ confinio, Latine etiam Peninsula, à Dertusa urbe Cataluniæ ad Bor. apud ostia Iberi 6. leuc. in merid. Valentiam versus, Benicarlo & Vinerosio opp. propinquum.

Strab. Plin. Cherronesus, Chersonesus Ptol. *Cherso* & *Kersoy* Nig. & al. urbs Tauricæ, in ora inter occ. & austr. inter Parthenium & Criumetopon prom. à Taphris in isthmo 60. stad. à Parthenio 100. distans, D. Clementis Papæ exilio & morte celebris. Cherso etiam à Procop. nominatur, olim episc. nunc inter metropoles habita.

Ptol. Chersonesus *Chirroniso*, urb. Cretæ littoralis in ora Bor. apud Cyteum, episc. à Matio metropoli ad 80. mill. pass. in ort. Est & al. Chersonesus Ptol. in ora occidentali.

Ptol. Chersonesus, Plin. Cherronesus, peninsula Thraciæ ad Hellespontum, inter illum ad ort. & Melanem sin. ad occ. in mare Ægæum excurrens. In qua urbes Callipolis, Cardia, seu Hexamilium, Sestos, & Madytos. Olim primariæ apud Ptol. fuere Sestos, & Elæus. Reliquæ Chersonesi celebres sunt, Aurea in India, Taurica in Sarmatia, & Cimbrica in Germania.

Ptol. Chersonesus magna, *Raxiltin* teste Marm. urbs Marmaricæ in ora littorali apud Cyrenaicæ fines. Ibi prom. quod *Capo di Raxiltin* nominatur.

Ptol. Chersonesus parva, urbs Ægypti maritima Alexandriæ finitima, quæ teste Jo. Leone *Bosire* nominatur; sed hæc potius Busiris veterib. esse videtur: utcunque sit, Chersonesus parva ab Alexandria in occ. recedit Marmaricam versus.

Ptol. Chersonesus, prom. Siciliæ cum portu in ora ortiva, inter Catanam & Syracusas, ubi nunc *Augusta* opp. teste Faz. circa Megaram.

Apoll. Chersonesus, prom. alterum Siciliæ apud Mylen opp. *Capo di Milazzo* hodie dictum.

Ptol. Chertobalus, *Charlburg* Laz. opp. Pannoniæ super. in Austria apud Danubium, nunc pag. inter Viennam ad occ. & Posonium urb. Hungariæ in ort. ad 5. leuc.

Strab. Tac. Cherusci, pop. Germ. Cherusici Ptol. Cherucæ Claud. in nonnullis exemplar. qui *Mansfelders* Ortel. sunt. Althamerus addit *Thuringer*. Horum mem. Claud. de bello Getico.

" *Quæque domant Scinthos, immansuetosque Cherucas.*

Ptol. * Chesinus, fluv. Sarmatiæ Europ. in sinum Venedicum sese exonerans, varie indigitatus, ab Ortel. *Narva*, apud Narvam opp. in conf. Livoniæ & Russiæ albæ. Al. *Duina* per Livoniam & Rigam illius metrop. in dictum sin. influens. Al. *Cang*. [* manusc. Seld. Χεσυνος.]

Plin. Chesius, fluv. Sami ins. apud Chesium prom. fluens à Callimacho memoratum.

Daniel proph. Chetim sive Cetim, reg. Europæ, quam alii Græciam, alii Macedoniam, alii Italiam interpretantur.

Ptol. Chettæa, *Carto* Castal. opp. Marmaricæ marit. inter Catabathmum & Parætonium.

Herod. Chidorus, fluv. Maced. vide Echedorus.

Chiemium *Chiempsee*, urb. Norici intra lacum episc. sub archiep. Salisburgens. inde 7. leuc. in austrum. Prov. Rom.

Chimæra *la Cimera* vel *Chimera*, urbs Epiri in Maced. conf. intra montes Ceraunios, qui propterea *Monti della Cimera* nominantur à nostratibus, apud oram littor. cum portu munitissima, inter Aulonam ad Bor. & Corcyram ad merid. 30. mill. pass. episc. sub archiep. Naupactensi. Plin. Tacit.

Chimæra, mons Lyciæ ignivomus, cujus pars Cragus appellatur. A Bellerophonte habitabilis redditus traditur, unde illum monstrum triforme interfecisse fabulati sunt poetæ, cum prius inhabitabilis esset ob leones, serpentes, & ignes. Ignis illius aqua accenditur, extinguitur terra vel fœno, teste Ctesia apud Plin. De eo Ovid. lib. 9. metam. Strab. Plin. & al.

" *Quoque Chimæra jugo mediis in partibus ignem.*

Hinc fabula, Chimæram monstrum esse caput & pectus leonis habens, ventrem capræ, & caudam draconis. Lucret. lib. 5.

" *Prima leo, postrema draco, media ipsa Chimæra.*

Chimo, *Cacobario* teste Ortel. pag. Ægypti sive Marmaricæ in ora maris mediterr. inter Parætonium & Alexandriã. Thev. locus Turris Arabũ Lat. dicitur. Ptol.

Chinaphal, *Celef* & *Acafran* teste Marm. fluv. Maurit. Cæsariens. apud Juliam Cæsaream fluens, ab ea in occ. distans. Ptol.

Chios *Scio*, insula maris Icarii Ioniæ adjacens, ab Argeno prom. (juxta quod Clazomene, & Teos, cum Erythris urbes sunt) vix 8. mill. pass. in occ. recedens, circuitu 125. patens, inter Samum ad austrum, & Lesbum ad Bor. 50. mill. à Delo in ort. ad 90. Sola mastichen inter insulas gignit, vino etiam abundat optimo, à Turcis superioribus annis occupata. Urbs ejusd. nominis episc. erat sub archiep. Rhodiens. nunc & ipsa metrop. est. Hinc Chius nom. gent. Pectunculus Chius ab Aul. Gell. commendatur. Tellus Chia Ovid. lib. 3. metam. Cic. Strab. Plin. & al.

" *Forte petens Delon, Chiæ telluris ad oras*
' *Applicor*-------

In ea mons Pellenæus, & Arvisium vino celebre, & marmore. *Chius risus* apud Diog. loco proverbii affertur de lascivo luxu, cujus Chii in veteri comœdia notantur. A quibus alterum adagium *Chius dominum emit*, in eos qui sibi mali sui causa sunt: quod Chii à Mithridate victi servis suis in alienas regiones exportandi traditi sint, ut Athen. lib. 6. Dipnosoph.

Chlorus, fluv. Syriæ inter Alexandriam & Ægas opp. Cilic. in sinum Issicum influens. Plin.

Choana, Chaona Diod. urbs Mediæ, *Com* hodie teste Becano, ultra Tabresium. Ptol.

Choaspes, fluv. Susianæ in Media oriens, Susaque urbem primariam alluens, ac in Tigrim influens apud Ctesiphontem; sic ab aquarum dulcedine dictus: ex quo reges Persarum bibere solebant. Ejus mem. Dionys. de sit. orbis, & Tibull. lib. 4. carm. 1. Herod. Plin.

" *Nec qua vel Nilus, vel regia lympha Choaspis*
' *Profluit*-------

Choaspe etiam fluv. Indiæ in Indum influens: cujus mem. Strab. Q. Curt.

Chobar, fluv. Mesopot. vide Chaboras. Ezech.

Chœrades scopuli, *los Puercos* Hisp. & *la Roche de la Truye* Gallis teste Ortel. ad fretum Gaditanum teste Strab. Sunt & scopuli hujus nominis ante Caphareum prom. Eubœæ. Strab.

Chœrobacchi, *Chirobacchi* teste Europalate, locus Thraciæ apud Melam fluv. Nicet. et Zonar.

Choma, *Com* ex tab. geograph. recent. urbs Lyciæ episc. sub archiep. Myrens. in mediterr. Chomatis in lib. concilior. fit mentio. Ptol.

Chonæ, Colossæ Strab. & aliis, urb. Phrygiæ magnæ olim episc. sub archiep. Synnadens. postea teste Niceta metrop. effecta, *Cona* etiam vulgo dicta, Lib. Conc.

olim terræ-motibus concussa, media inter Laodicæam & Hierapolim, 20. mill. pass. distans. vide Colossæ.

Lycophr. Chonia, Chonis Strab. *Belcastro* teste Barrio, urbs magnæ Græciæ in Calab. à Scyllacio 12. mill. pass. inter Tabernam 10. & Siberenam ad ort. 14. episc. sub archiepisc. Siberenens. Pop. Chones ad Syrum fluv.

Plin. Chopes, opp. Arachosiæ à Semiramide conditum ad flum. cognom. in Indum labentem. vide Cophe, sic enim in aliis edit. scribitur.

Athen. *Ptol.* Chorasmi, pop. Asiæ ad utramque Oxi fluv. ripam incolentes, in Sogdianæ & Bactrianæ conf. quorum reg. hodie *Corassan* in tab. recent. nominatur: Chorasmii Plin. Chorasmusini Strab. Horum reg. Dionys. Afer memorat:

" *Hos juxta Boream vergit Chorasmia tellus.*

Ptol. Choroane, *Balassan* teste Nig. reg. Parthiæ in Hyrcaniæ conf.

Ptol. Chorsa *Chars*, urbs Armeniæ majoris teste Ortel. episc. probeque munita cum Turcarum præsidio, in itinere inter Trapezuntem ad occ. & Tabresium regiam Persarum in ort. occurrens, à Rivano postrema mediæ urbe 30. leuc. in occ. distans.

Ptol. Chorseus, fluv. Palæstinæ juxta Phœnicis confinia, in mare Syrium apud Doram opp. inter mont. Carmelum & Cæsaream urbem excisam sese exonerans, *Corso* vulgo & *Chison*, Hebræis Cisson.

Chrimissa. vide Crimisa.

Curopal. Christianopolis *Leontari*, urb. Peloponnesi, olim Megalopolis, à Sparta supra 40. mill. pass. in Bor. distans, olim episc. sub archiep. Corinthio, nunc metrop. vide Megalopolis.

Gregor. Christopolis, urbs Macedon. in Thraciæ conf. episc. olim sub archiep. Philippens. nunc metrop. quæ eadem putatur cum Amphipoli.

Cedren. Chrobatæ, *Krabaten* teste Xylandro. pop. Illyrici in Liburniæ ora occidua, quæ reg. Croatia Latino rec. nominatur.

Steph. Chromii, montes Peloponnesi circa Arethyream, ex quibus Asopus fluv. oritur.

Ptol. * Chronus, *Memel* Germanis, *Niemen* Sclavis, testib. Cromero & Decio, fluv. Sarmatiæ ex Lituania inter Prussiam & Samogitiam in mare Balticum delabens. Al. ut Rithaymero & Erasmo Stellæ *Pergel* per Prussiam decurrens. Sed ego potius Cromero uti indigenæ assentior. [Seld. manusc. Χρόνου in genitivo.]

Cic. Chrysæ fanum locus erat Siciliæ in via inter Ennam & Assorum occurrens.

Steph. Chrysaorus, flu. Lydiæ Mastauram urbem alluens.

Cic. Diod. & al. Chrysas, *Fiume d'Assoro* teste Faz. *Veria* Leandro, *Dittaino* Aretio, fluv. Siciliæ, qui per fines Assorinorum fluens Teriæ commiscetur. Alter Chrysas ex mont. Albano in mare exit ad Agathyrium prom. qui *Viria*, seu *Veria* nominatur.

Plin. Chryse, *Mar della China* & *Mare Cin* teste Mercat. Magnus sin. Ptol. sinus eoi maris. Insula vero ejusdem sin. ac ejusdem nominis, cujus Steph. & Capella meminere, *Japan*, sive *Giapan* esse putatur. Fuit & Chryse opp. Phrygiæ minoris proxima Cillæ; cujus mem. Ovid. lib. 13. metam. in qua delubrum Apollinis erat Sminthei, teste Strab. proxima Tenedo, & apud Ovid. vide in Cilla.

Liv. Chrysites, locus Macedoniæ, qui *Siderocapsa* dicitur teste Bellonio. Aliis Chrysitis legitur, & Scydra Ptol. dici videtur, à Thessalonica ad 40. mill. pass. Athon mont. versus.

Jornand. Chrysius, *Keureuz* incolis, & *Kraiss* Germ. teste Jo. Sambuco, fluv. Daciæ per Transilvaniam fluens, ac in Tibiscum desinens. Est autem geminus fluv. hujus nominis in dicta reg. quorum alter Aqua nigra à Jornande nominatur; unus ex agro Albæ Juliæ, alter ex agro Claudiopolitano oriens, & in unum confluentes.

Chrysius alter, fluv. Hisp. Tarraco. à Bætica dividens, ex Orospeda monte manans, in mare Ibericum immittens; *Guadiaro* vulgo, al. *Guadalentin*.

Solin. Chrysoceras *Pera*, suburbium Byzantii, quod & Cornu Byzantii Latine dicitur, à Byzantio portu sinu maris divisum, ubi Christiani omnes habitant, *Galata* à Græcis & Turcis dictum. Ubi etiam prom. hujus nominis, de quo Plin.

Xenoph. *Suid.* Chrysopolis, prom. Asiæ in Bithynia cum arce apud Chalcedonem contra Byzantium, *Scutari* teste P. Gyllio. Hanc sic dictam volunt quod in ea Persæ tributa exigerent, Steph.

Isacio. Chrysopolis, urbs Maced. apud ostium Strymonis fluv. excisa, olim episc. sub archiep. Philippensi, Christopoli propinqua.

Chrysopolis etiam ex lib. Conc. urb. fuit episc. Cœlesyriæ sub archiep. Bostrensi.

Ptol. Chrysorrhoas, Pharphar Hebræis, fluv. Syriæ per Damascum & ejus agrum fluens, nec ad mare perveniens, in plura loca derivatus, *Adegele* teste Bellonio, al. *Farfar*, & *Ferne* teste Gistello. Sed *Farfar* idem cum Oronte, qui Farfarus etiam veteribus dictus est. Sic & Pactolus dictus veteribus, ob arenas aureas quas defert. Sunt alii duo Plin. hujus nominis: unus in Bithynia, alter in Themiscyra reg.

Sex. Avien. Chrysus, fluv. Hisp. per Bæticam & Vandalitiam fluens.

Callist. Chuzica Laura, cœnobium erat celebre in Palæstina inter Hierosolymam & Hierichontem.

Ptol. Chyda, fluv. Sicil. Chrysa Diod. *Rosmarino* teste Faz. inter Aluntium & Calactam sive opp. S. Marci mari exceptus, ex montibus Aereis oriens.

Ptol. Chyda quoque urbs Lyciæ marit. *Giva* teste Soph. apud Cragum mont. Sed * Chydna in cod. Græco legitur. [*forsan Lydæ.]

Ptol. Chylemath, *Mina* teste Marm. & Mauris *Rio de Cena*, fluv. Maurit. Cæsariens. inter Quizam urb. & Portum magnum pelago exceptus.

Ptol. Chyretiæ, *Malcoluri* teste Soph. urb. Macedoniæ medit. Metropoli propinqua.

Ptol. Chytros, Chytri Plin. urbs olim episc. nunc pag. Cypri mediterr. apud Famaugustam, *Chitri* etiamnum dictus.

Plin. *Ptol.* Cia, ins. maris Cretici contra Matium Cretæ urbem: & Cia vel Cea, ins. maris Myrtoi apud Eubœam. Cii pop. à lasciviis & voluptatibus alieni fuisse feruntur; cum apud eos nec tibicines nec meretrices essent. Contra Chii male tanquam effœminati audiebant. Unde adagium apud Athen. l. 13. emersit, *Non Chius sed Cius*, de rebus valde discrepantibus. Quod adagium aliter apud Aristarchum legitur, *Non Chius sed Cous*; quia Chius dicitur jactus taxillorum habens unum; Cous vero habens sex, diciturque de fortunatiore. vide Cea.

Ptol. * Ciabrus, Ciambus in Græc. cod. Cebrus Ant. & lib. Not. Cius Herod. *Morava* Merc. *Sucova* Ortel. flum. Mysiæ sup. eam ab infer. dividens, ex Æmo mont. in Danubium influens. Hunc Ort. male in Hungaria reponit [* Κιάμβρου in man. Seld.]

Ptol. * Ciagesi, pop. Daciæ, quorum arx *Ciozo* nomen antiq. redolens adhuc visitur, teste Laz. [* Καιάγεισοι in manusc. Seld.]

Ptol. Ciamum, prom. Cretæ in ora Boreali ubi occid. incipit, *Capo Chersimi*; al. *Capo Spada*, inter Cydonem urb. ad ort. & Dictamnum ad occ. propius. Ibi Cisamus urbs non procul. vide Cyamum.

Tritbem. Ciana *Zey*, fluviolus Germ. sup. in Rhenum apud Moguntiam influens.

Ptol. Cibalis, Cibalæ Amm. Eutrop. & P. Diac. *Palma* vel

Palyna

Zosim. *Palyna* Laz. urb. Pannon. infer. olim episc. inter Saum & Draum flum. quæ & Bubalis teste Laz. unde reg. Bubalia dicta, inter Sirmium ad austr. & Mursam ad Bor. ac inter Mursam 22. & Ulmos 24. mil. pass. distans ex Anton. itin. Patria fuit Valentiniani imp. Al. putatur esse quæ nunc *Bereczlo* dicitur.

Ado. Cibennica juga *Moncenis*, & Latino rec. mons Cinerum, & mons Cinesius, pars Alpium Cottiarum; nisi Gebennica legendum sit, pars excelsior Gebennæ, seu Cemmeni mont. apud Arvernos.

Prov. Rom. Cibinium, sive Hermannopolis, *Czeben* & *Seben* Hungaris, *Hermanstadt* German. urb. Daciæ in Transylvania ad fluv. cognominem, ab Alba Julia 7. leuc. in ort. Tergovistum urbem Valacchorum versus, episc. sub archiep. Colocensi.

Strab. Cibotus (vide Apamea) urb. Phrygiæ. In Thes. ling. Lat. Ciboton gen. neutr. ex Plin. legitur; sed Ciboton apud Plin. est cas. accus. non nominat.

Cic. Strab. Cibyra, *Buruz* Leuncl. urb. Phrygiæ mag. in Cariæ conf. apud Mæandrum flum. cognomento magna, episc. sub archiep. Stauropolitano. Pop. Cibyrates Cic.

Plin. Ptol. *Cibyra altera, urb. Ciliciæ ad Cragum mont. Antiochiæ urbi propinqua, ubi juga Cibyritica à Plin. memorata, quam interiisse scribit Thevetus. [*man. Seld. Καιβύρα.]

Plin. Cicæ, ins. parvæ Callaicorum ante Baionam opp. non longe distantes, ab ostio Minii fluv. 4. leuc. in Bor. *Cize* vulgo teste Moral.

Plin. Ciceronis aquæ, *Bagni di Cicerone*, & *Bagni di Britolino* teste Pighio, locus Camp. vicinus proximo.

Sueton. Ciceronis villa *Ciceroniano*, locus Campaniæ apud Puteolos & Baias ad lacum Avernum, à Puteolis 3. mil. pass. Baiis propior. Academia Plin. dictus.

Cæs. Ciceronis castra *Veltfick*, pag. Belgii apud Gandavum urb. Flandriæ, inde ad 3. leuc. circiter distans, teste Ortel.

Prov. Rom. Cicestria, olim Neomagus Ptol. urb. Albionis in ora Angliæ australi juxta Vectim ins. & Antonam opp. ab eo in ortum 20. mill. pass. distans, à Londinio 50. episc. sub archiep. Cantuariens. *Chichester* vulgo. vide Neomagus.

Orph. Plin. & al. Cicones, pop. Thraciæ ad Ismarum mont. & lacum Bistonidem incolentes: quorum urb. Porum *Porû* & *Boru*, episc. sub archiep. Trajanopolitano. Horum mem. Ovid. lib. 15. metam.

" *Flumen habent Cicones, quod potum saxea reddit*
' *Viscera*-------

Dionys. Byzant. Ciconium prom. *Cornio*, prom. Asiæ in Bithynia ad Bosporum Thracium, teste Gyllio.

Propert. Ciconum mons idem Ismaro putatur. vide ibi. Prop. lib. 3. eleg. 8.

" *Castra decem annorum, & Ciconum mons, Ismara, Calpe.*

Scrip. Lus. Cicus, mons Hisp. Lusit. ab ostio Anæ fluv. in oram occiduam protensus, & ad opp. Aliamurum desinens, Turdetanos sive Algarbios proscindens, *Cico* vulgo teste Resendio.

Plin. Mel. Cicynethus, *Pontico* teste Soph. ins. Macedon. ad sin. Pagasæum, sive Pelasgicum, ante Demetriadem urb. parum ab ea recedens.

Eustach. Cilbianum, urbs Asiæ ad Caystrum fluv. in Lydia, quæ & Valentinianopolis in lib. concil. appellatur, episc. sub archiep. Ephesino. Pop. Cilbiani Plin. & Campus Cilbianus apud Tmolum mont. Cilbiani quoque agri apud Ephesum.

Ant. Cilicenæ, *Zepd* teste Siml. olim opp. nunc pag. Pannoniæ infer. in Hungaria, ubi pop. Gepidæ.

Strab. Plin. & al. Cilicia, à Cilice Rheæ filio nomen habens, reg. Asiæ notissima, inter Pamphyliam ad occ. Syriam ad ort. ac inter Taurum mont. ad Bor. à Cappadocia separantem, & pelagus Cilicium ad merid. contenta, *Caraman* & *Caramania* vulgo, non *Turcomania*, ut scribit Ortel. Cilicia croco maxime abundat, præsertim apud Corycum, ut propterea in adagio sit *Crocum in Ciliciam* apud Suid. simile illi *Noctuas Athenas*, in eos qui merces eo deferunt ubi maxima illarum copia sit. Pop. Cilices Cic. & al. Cilices mendaces in agendo habiti sunt; à quibus adagium ortum *Cilices non facile verum dicunt*, apud Dionys. in epist. ad Rufum, in lucri cupidos magis quam veri. Urbes quondam claræ Selinus, Pompeiopolis, Mallos, & intus Tarsus, Anazarbus, & Adana. Hinc Cilicus nom. gent. Claud. lib. 2. in Eutrop.

" *Sunt qui per Cilicas rupto descendere Tauro*
' *Adventare ferant*------

Urbes Ciliciæ ad hæc tempora extantes.

* Adana	Flavias & Flaviopolis
Anazarba, quæ & Anazarbus	* Issus
Anemurium	Lamus
Antiochia super Trago, vel Crago	Mallus
Augusta	Mopsuestia
* Cæsarea penes Anazarbum, sedes satrapæ	Nicopolis
Celenderis	Olbasa
Corycus	Philadelphia
Diocæsarea	Pompeiopolis, seu Soli
Domitiopolis	Sebaste
	* Seleucia aspera
	Selinus
	* Tarsus
	Thebe

Ciliciæ Pylæ seu portæ. vide Amanicæ portæ. *Strab.*

* Cilimbesii, pop. Corsicæ, qui Nebienses à Leandro esse putantur. [*manuscr. Seld. Κιλιμβήσσιοι.] *Ptol.*

Cilla, quæ & Cylla scribitur, urbs olim Troadis Chrysæ & Adramyttio urb. propinqua, Apollini sacra. Ovid. lib. 13. metam. *Strab. Ovid.*

" *Me Tenedon, Chrysenque, & Cillam Apollinis urbes,*
' *Et Syron cepisse*-----

In Thes. ling. Lat. prope Thebas scribitur fuisse, sed prope Theben scribendum est.

Cilurnum, opp. Albionis in Northumbria, *Collerton*, sive * *Collerford* teste G. Camd. [*Camd. potius autumat vel *Walwick*, vel *Scilicester* esse ad Murum.] *Lib. Not.*

Cimarus, mons & prom. Cretæ in ora occid. & Boreali, contra Maleam prom. Peloponnesi, *Capo Chestino* seu *Chesimi* teste Metellio. Cyamum, ut videtur, Ptol. *Strab.*

Cimbri, pop. Germ. extremi ad Boream, quorum reg. & peninsula Cimbrica chersonesus à Ptol. appellatur, in 4. partes divisa, Holsatiam ad merid. Saxoniæ attiguam, Ditmarsiam ad occ. in ora Albis circa ostia, & oceani, Jutlandiam ad septent. & ducat. Slesuicensem in medio inter Holsatiam & Jutlandiam, in regno Danico contentas. Hinc Cimbrica nom. gent. Claud. de bello Getico, *Plin. Tacit.*

" *Hic Cimbros, fortesque Getas Stilicone peremptos.*

Et paulo ante,

" *Cimbrica tempestas altasque immissa per Alpes.*

Cimbrianum, Cimbriana Anton. *Brynhida* teste Laz. opp. Mysiæ infer. quasi Brionum pons. *Lib. Not.*

Cimbrica chersonesus, peninsula Ger. in septentr. inter mare Cimbricum ad occ. & Balticum excurrens, *Denemarck* vel *Danemarck*, Angl. *Denmark*, Latine Dania, ubi pop. Dani, in 4. regiones divisa. Tametsi Dania magis patet, nam Cimbricam, & insulas ei ad ortum adjacentes complectitur, in quibus Silandia, in qua Haphnia urb. regia. vide Cimbri, ubi illa in Holsatiam, Ditmarsiam, Jutlandiam & duc. Slesuicensem divisa est. *Ptol.*

Cimbrorum prom. *Scagen* Mercat. prom. Cimbricæ Borealissimum, à proximo Scandinaviæ littore 10. leuc. tanta est latitudo freti Cimbrici, in ore maris Baltici, à Bergis urbe regia Norvegiæ 60. in Eurum. *Plin.*

O 2 Cime-

Vsuard. Cimela, sive Cimella ut aliqui scribunt, urb. Liguriæ excisa apud Varum fluv. & Nicæam urb. locus adhuc *S. Maria di Cimies* nominatur, à sacra æde Virgini dedicata. Cemeneleum Ptol. Cemelion Plin.

Strab. Ciminius lacus, *Lago di Vico* teste Fabricio cum Leandro, exiguus lacus ad mont. Cimini radicem, inter Viterbium urb. & Ronciléonem opp. 5. mill. pass. Elbii lacus Anton. Sic Ciminia sylva apud Plin. in qua depacta terræ non extrahuntur.

Liv. Vib. Seq. & al. Ciminus mons *Montagna di Viterbo*, mons Heturiæ usque ad Faliscos in ortum extensus: ad cujus radices in planitie Viterbium urb. sita est. Ciminia ibi sylva, sive saltus Ciminius Liv. olim usque ad Umbros pertingens. Lacus etiam Ciminus apud Virg. lib. 7. Æneid.

" *Et Cimini cum monte lacum, lucosque Capenos.*

Strab. Plin. & al. Cimmerii, pop. Asiæ gemini; alii Sarmatiæ, circa Mæoticam pal. ad Bosporum ab ipsis Cimmerium appellatum incolentes: alii inter Colchos & Iberos, quorum reg. *Havessen* Ant. Curchinio in Georgianis appellatur. Illorum mem. Tic. & Ovid. locum eorum domum somni vocans, quod multa caligine suffusi solem raro adspiciant, Haytono Armeno referente. Ovid. lib. 11. metam.

" *Est prope Cimmerios longo spelunca recessu.*

Alius item,

" *Cimmeriumque domus, superis incognita tellus.*

Cimmeriæ tenebræ apud Lactant. lib. 4. institut. proverbio dicuntur de multa animi obscuritate aut caligine. O cæcum pectus, inquit! O mentem Cimmeriis, ut aiunt, tenebris atriorem!

Strab. Plin. Liv. & al. Cimmerii item pop. Campaniæ apud Baias & lacum Avernum, quorum opp. Cimmerium fuit, ubi antrum Sibyllæ *la grotta della Sibilla*, à Baiis 1. à Puteolis 3. mill. pass.

Plin. Ptol. Cimmerium prom. *Capo di S. Croce*, prom. cum opp. cognomine Asianæ Sarmat. ad Bosporum Cimmerium, è regione Panticapææ urbis Tauricæ, à Tyrambe opp. 15. mill. pass. in austrum Corocondamen versus 30.

Strab. Mel. Cimolis, Cinolis Arriano, *Quinoli* Mercat. (non Cinopolis, ut in Thes. ling. Lat.) opp. Paphlag. in ora maris Euxini, inter Carambim prom. ad occ. & Sinopen urb. ad ortum. Hanc urb. Thes. ling. Lat. repetit, illam urb. Galatiæ faciens, quasi hæc à Cimoli urb. Paphlagoniæ diversa sit.

Plin. Cimolus, Cimolis Ptol. Cimolia Obsequenti, *Polino* teste Nigro, ins. maris Cretici proxima Melo & Polyægo, inde 5. hinc 3. mill. pass. distans, circuitu 10. Hinc Cimolius nom. gent. Mem. illius Ovid. lib. 7. metam.

" *Hinc humilem Myconen, cretosaque rura Cimoli.*

Ptol. Cinædocolpitarum mons, *Porta di Ferro* ut videtur Ortel. ex tab. geograph. recent. mons Arabiæ fel. ad sinum Arabicum; ubi Cinædocolpitæ pop. incolebant.

Cinædopolis Plin. lib. 5. c. 31. ins. est sin. Ceramici, in qua Alexand. magnus probrosos reliquit.

Halycarn. Cinætius, Onugnathos Ptol. i. e. Maxilla asini, prom. Peloponnesi contra Cytheram ins. vicinam, *Xili* teste Nigro, apud Maleam prom. Alii, *Capo di Malvasia*, sic à Monembasia urbe propinqua.

Liv. Cinciæ, ins. 2. Callaicorum apud Baionam opp. vide Cicæ.

Plin. Cincomagus, Scingomagus Strab. *Sesans* vel *Sezans*, opp. Gall. Narbon. in Taurinorum seu Segusiorum confin. intra Alpes Cottias, inter Segusium 4. leuc. & Ebredunum urb. Delphinatus 8. in occ. seu in Africum.

Plin. Cincum *Chinchon*, opp. Hisp. Tarracon. inter Concham urb. & Madritum sedem regum occurrens, comitat. apud Complutum, ab eo 2. leuc. distans, à Toleto 11. Pop. Cincenses Plin.

Cinga *Senga*, fluv. Hisp. citer. per Ilergetes fluens, Cæs. ac Arragoniam à Catalaunia fere separans, Sicorique amni paulo infra Ilerdam urb. congrediens, ac cum eo in Iberum influens. Cujus mem. Luc. lib. 1.

" *Stridentes acuere tubæ: quæ Cinga pererrat*
' *Gurgite*———

Idem lib. 4.

" *Cinga rapax, vetitus fluctus, & littora cursu.*

Cingulum *Cingoli*, olim urb. episc. nunc opp. minime obscurum Piceni in colle, inter Auximum ad Bor. & Septempedam ad austrum 12. mill. pass. ab Æsio 8. Pop. Cingulani Plin. qui mulos Cingulanos in precio fuisse scribit. Cæs. Cic.

Ciniphii. vide Cinyphii infra in Cinyphus. Tac.

Cinium, *Cala longa* teste Pineto, opp. olim, nunc pag. majoris Balearis in ora littorali. Plin.

Cinna *Gintalup*, opp. Hisp. Tarracon. in Jaccetanis: non in regno Castellæ, ut in Thes. ling. Lat. legitur. Ptol.

Cinna quoque urb. Galatiæ episc. sub archiep. Ancyrano, inde in austrum recedens. Lib. Conc.

Cinniana, *Sitania* teste Emmanuele Barbosa, opp. excisum Hisp. in regno Portugallico, inter Bracaram urb. & Araducam 6. leuc. in ort. distans. Ant. Val. Max.

Cinsternæ, *Gar* teste Marm. opp. Africæ in ora, inter Leptim magnam ad occ. & Trieron prom. ad ort. ultra Cinyphum fluv. Ptol.

Cinthus, mons Deli tantæ celsitudinis, ut mare Ægæum quoquo versus contegat. vide Cynthos, sic enim scribitur. Plin.

Cintylia seu Cyntilia, *Chinchilla*, urbs Hisp. Tarracon. in nova Castella, inter Toletum 34. & Alonem 24. leuc. dissita. Scrip. Hisp.

Cinyphus, Cinyps Plin. & Melæ, *Magra* Marm. fluv. Africæ ex Libyæ inter. desertis oriens, & post longum decursum in Syrtim parvam apud Tripolim urb. inter illam & Barathiam opp. in ort. distans influens. Cinyps etiam poetis. Claud. de laud. Stilicon. lib. 1. Herod. Ptol.

" *Quos vagus humectat Cinyps, & proximus hortis*
' *Hesperidum Triton*———

Hinc Cinyphius, a, um. Virg. lib. 3. georg.

' *Cinyphii tondent hirci*———

Hirci enim magni juxta hujus amnis ripas sunt, quales non alibi teste Plin.

Cinyria, *Gendinar* teste Lusignano, opp. olim, nunc pag. Cypri mediterr. Plin.

Cios & Cius Plin. fluv. & opp. & emp. Phrygiæ fuit, de quo Palæmon ex Dionys.

" *Qua Cius egregias decurrens murmurat undas.*

Circæi, & Circeii, Circæum Cic. Circeium Strab. urb. olim Latii inter Asturam & Tarracinam in ora littorali, à Tarracina 12. mill. pass. in merid. sive in Afr. Antium versus 36. Locus nunc *Città vecchia* apud castrum S. Felicitatis nominatur. A Circe Oetæ regis filia, & Medeæ sorore, sic dicta. Hic Ulysses ab ea detentus, sociis in bruta conversis, legitur. Plin. & al.

Circæum, & Circeum, mons & prom. *Monte Circello*, mons Latii (non Campan. ut in Thes. ling. Lat.) ad cujus radices Circæum urb. constructa erat. Unde Circæa tellus, Ovid. lib. 15. metam. Plin. Mel. & al.

" *Et tellus Circæa, & spissi littoris antrum.*

Littus Circæum ostreis abundat, ut quidam Poeta ait,

" *Ostrea Circæis, Miseno oriuntur echini.*

Circesium, Circeium Capitol. Circusium Ammian. opp. fuit Osrhoenæ reg. in Mesopotamia ad Euphratem fluv. ubi Aborras amnis in illum influit. Gordiani imperat. tumulus. Eutrop.

Circi urbis Romæ. Maximus, in valle inter Palatinum & Aventinum colles apud Velabrum, de quo Ovid. lib. fastorum 6. P. Vict.

" Qua

" *Qua Velabra solent in Circum ducere pompas.*
Item lib. 2.

' *Quaque jacent valles Maxime Circe tuæ.*

Flaminius, ubi nunc ædes S. Catharinæ, & ubi funes fiunt; al. *Piazza Navona*; à Flaminio conſ. ab Hannibale ad Thraſimenum lacum victo constructus. Agonis, circa medium urbis locus, etiam vulgo *Agone* & *Piazza d' Agona* nominatur, & *Piazza Navona*. Neronis, apud Vaticanum, ubi obeliſcus erectus conſpicitur, vulgo *l' Agūglia di Santo Pietro*.

Ptol. Circidius, *Pianello* vel *Bavona* teſte Leandro, fluv. Corſicæ apud urbem Adiacenſem fluens in ora occid. & in Caſalum ſin. influens.

Circius apud Theſ. ling. Lat. inſ. Myſiæ, pro Cyzicus ſcribitur.

Lycophr. Ciris, *Caldana* teſte Barrio, fluv. Brutiorum in Calabria. vide Cyris, nam utrumque legitur. Hic apud Arponium opp. ortum ducit, & in ſin. Tarentinum brevi curſu deſinit.

Plin. Liv. Cirrha, * Cyrrha Ptol. *Aſpropiti* teſtibus Zardo & Nardo, opp. Phocidis marit. ad Parnaſſi mont. radices, Delphorum navale ad ſinum Criſſæum, à Delphis 60. ſtad. in auſtrum diſtans. Luc. lib. 3.

" *Phocaicas Amphiſſa manus, ſcopuloſaque Cyrrha.*

Hinc Cirrhæus nom. gent. & Apollinis cognomen, Claud. lib. 2. de rap. Proſerpin.

" *Cirrhæique Dei quamvis deſpexerit arces.*

[* in manuſc. Seld. Kippa.]

Plutarch. Cirrhæatum, villa in agro Arpinate ubi Marc. Craſſus natus & educatus eſt.

Cirrhum. vide Cyrrhus.

Mel. Strab. & al. Cirtha, ac Cirta, ut apud Cæſ. Liv. & Plin. *Conſtantina*, urb. Africæ olim archiep. & metrop. apud Ampſagam fluv. & fines Maurit. Cæſarienſ. regia quondam Maſſiniſſæ, à Cullu urbe marit. 48. mill. paſſ. in auſtrum, à Carthagine 332.

Ant. Ptol. Cirtiſa, & Certiſſa, *Oſech* ut aliquibus videtur, opp. Pannon. infer. in Hungaria à Cibali 24. mill. paſſ. Serbinum verſus.

Ptol. Ciſamus, *Chiſamopoli* Soph. al. *Chiſamo*, urb. epiſc. Cretæ in ora littorea Boreali apud oram occid. pene deſerta, ab Apteria 40. ſtad. à Cydone fere 20. mil. paſſ. in occ. Non longe abeſt Ciamum prom. Pſacum Ptol. vulgo *Capo Cheſimi*.

Ptol. Ciſſa, *Quiſo* vel *Quiſſa* ex tab. recent. flum. Cappad. inter Xylinam & Apſarum oppida fluens apud limites Colchorum. Ciſſa quoque Plin. inſ. parva eſt ante oſtia Timavi fluv. quæ male in Theſ. ling. Lat. in Mœſia locatur, calidorum fontium.

Polyb. Ptol. Ciſſe, *Ciſſi* adhuc teſte Molet. opp. Maurit. Cæſarienſ. in ora inter Ruſconiam ad occ. & Ruſcurium ad ort. apud Serbetis fluv. oſtium.

Heſych. Ciſſus, opp. Thraciæ geminum; unum apud Tzurulum urb. *Keſſe* dictum: alterum in conf. Maced. vel in Macedonia apud Amphipolim & Serras urb. *Cis* teſte Leuncl.

Plutarch. Ciſſuſa, fons Bœotiæ inter Thebas & Haliartum, ubi Bacchum educatum fabulantur.

Prov. Rom. Ciſtero, urb. epiſc. Gall. Narbonenſ. vide Segeſterorum urbs.

Martyrol. Rom. Ciſtertium *Ciſteaux*, pag. cum cœnobio in Burgundia, & territ. Cabillonenſi. unde cœpit Ordo Ciſtercienſium.

Cic. Citarini, pop. Siciliæ à Cicerone in orat. in Verrem memorati; quorum opp. Citaria, ſeu Cetaria Ptol. exciſum in ora occid. inter Drepanum & Panormum.

Ptol. Citarius mons, Titarus Strab. *Xerolibado* Soph. mons Maced. Bermio mont. contiguus.

Plin. Strab. Ptol. & al. Cithæron *M. di Stives*, mons Bœotiæ clariſſimus, Muſis ſacer, ex quo Aſopus fluv. profluit, inter Pindum ad occ. & Hymettum ad Eurum, Parnaſſo finitimus, ab eo ad 30. mill. paſſ. Thebas uſque perductus. De quo Ovid. lib. 2. metam.

' ——————— *ſed ipſe*

" *Vadit ubi electus facienda ad ſacra Cithæron.*

Plin. Mel. Ptol. Cithariſtes, Citariſta Anton. *Cap de Garcel* teſte Belleforeſtio, al. *Cap de S. Sigo*, prom. Gall. Narbonenſ. in ora Provinciæ, inter Telonem 42. & Maſſiliam 30. mill. paſſ. ex itin. Anton. Ubi numeri diſtantiæ depravati, cum inter Maſſiliam & Telonem vix 12. leuc. hoc eſt mill. paſſ. 36. numerentur.

Theophr. Cithrum, Citron Strab. *Chitro* Soph. ſed Leuncl. *Zotrivar*, opp. geminum; unum in Theſſalia *Zotrivar*, alterum in Maced. *Chitro*, quod & Pydna, urb. epiſc. olim ſub archiep. Theſſalonicenſ. nunc metrop. in ora, à Theſſalonica ad 30. mill. paſſ. in meridiem diſtans.

Plutarch. Ptol. Citium, Cittium Plin. urb. olim Cypri epiſc. in ora auſtrali, inter Amathuntem ad occ. & Thronos ad ort. adhuc *Chite* dicta, nunc pag. Cetium Strab. ſcribitur & Cytium, & Cythium.

Scrip. Ger. Citium quoque urbs eſt Miſniæ, *Ceitz* vulgo, quæ & Mamilla, epiſc. ſub archiep. Magdeburgenſ. prox. Naumburgo urbi, inde 2. leuc. Aldemburgum verſus diſtans. Cujus mem. poeta Germ. lib. 4. itiner.

" *A dextra Citium linquentes, forte ſubimus*

' *Inde Pegam*——————

vide Citizum.

Prov. Rom. Citizum, quod & Cecia apud ſcript. Germ. olim Mamilla, *Ceitz*, urb. Germ. apud Elſteram fluv. in Miſniæ & Thuringiæ conf. epiſc. ſub archiep. Magdeburgenſ. ab Othone imper. ædificata, ſedeque epiſc. à Joanne 13. Pont. max. donata, quaſi media inter Naumburgum urb. Thuringiæ & Aldemburgum urb. Miſniæ, fere 3. leuc. diſſita. Vulgo *Czeitz*.

Ptol. Cituorum inſula, *Cituatū* Hungaris, *Schut* Germanis, inſ. Danubii in Pannonia ſuper. longa 8. leuc. Hungaricis, inter Poſonium urbem ad occ. & Crumerum arcem firmiſſimam contra Turcas ad ort. in qua Samaria opp. amplum, & pagi 60.

Citus, *Zettivar* teſte Leuncl. apud Turcas, opp. Theſſaliæ, ſic apud Ortel. in Theſ. geograph. ubi Citus ſcribit pro Citrum, & *Zettivar* pro *Zotrivar*, vel è contra, niſi error in Leuncl. cod. ſit.

Cic. Civaro, *Chambery* teſte Cœnali, urbs Allobrogum, Sabaudiæ caput, & conventus reg. juridicus, media inter Maurianam urb. & Lugdunum paulo ſupra 15. leuc. propior Grannopoli, à Geneva 18. Quæ etiam Camerinum Latine dicitur, teſte Paradino, & Cambericum.

Ant. Civitas legionum, urbs Albionis gemina: una, quæ & Divana, poſtea Ceſtria, *Cheſter*, in ora Walliæ ad oſtia Divæ fluv. Altera in Wallia ad occ. à Landava urb. 10. mill. in Cæciam, *Caerleon* vulgo in agro Monumetenſi.

Prov. Rom. Civitas nova *Neuſtat*, urbs Norici in Auſtria epiſc. ſub archiep. Salisburgenſ. à Vienna 8. leuc. in auſtrum Gracium verſus. Altera in ora Hiſtriæ. vide Æmonia.

Civitas Caſtellana. vide Feſcennium.

Civitas Caſtelli. vide Tifernum.

Civitas Ducalis, ſic vulgo, in Aprutio, epiſc. inter Reate 4. & Aquilam in ort. 20. mil. paſſ.

Herod. Dionyſ. Cius, *Iſchia* teſte Ortel. fluv. Thraciæ, ſeu Myſiæ infer. in conf. ex Rhodope mont. manans, ac per Myſiam in Danubium influens: ad quem & Cium opp. teſte Anton. Sed Cium apud Anton. ultra Doroſtorum & Axiopolim erat. Cius item Plin. fluv. & opp. Phryg. vide Cios.

Strab. Cizara caſtellum erat Paphlagoniæ apud Amiſum urb. Stiphanæ paludi impoſitum.

Xenoph. Cladaus, Cladeus Pauſ. fluv. Elidis in Peloponneſo, qui apud Alten in Alpheum labitur.

Plin. Clæon fons est Phrygiæ apud Celænas saxa egerens, ut scribit Plin. lib. 31. c. 2.

Plin. Mel. Clampetia *lo Cetraro*, opp. Brutiorum in ora littor. citer. Calabriæ. vide Lampetia.

Stuab. Clanes, *Glan* teste Laz. fluv. Vindelicorum in Bavaria in Danubium decurrens, non in Istrum, ut in Thes. ling. Lat.

Steph. Clanis, Glanis Plin. *la Chiana*, fluv. & palus Hetruriæ ex agro Aretino in Tiberim una cum Pelia, cui commiscetur paulo supra Oropitum urb. infra eandem urbem influens. Hujus mem. Sil. lib. 8.

" *Et Clanis, & Rubico, & Senonum de nomine Sena.*

Virg. Clanius, *l' Agno* teste Ambr. Leone, fluv. Campaniæ ex mont. Tiphata oriens, ac juxta Acerras, & Atellam sive Aversam, urbes, ac Linternum decurrens, Linternamque creans paludem in ora littorali. De quo Virg. lib. 2. georg.

" ———— *Vicina Vesevo*
" *Ora jugo, & vacuis Clanius non æquus Acerris.*

Ant. Clanum, opp. Gall. Narbon. vide Glanum.

Scrip. Gall. Claravallis *Clervaulx*, & Italis *Chiaravalle*, opp. Gall. Celt. in Burgundiæ duc. apud Albam fluv. & fines Lingonum. Alterum in Burgundiæ com. in Sequanis ad Dubim fluv. inter Vesuntionem metrop. 8. & Mont. Bellicardum in Bor. vergentem 4. leuc.

Scrip. Brit. Clarentia *Clarence*, Albionis opp. ac comitis titul. Angliæ, in Suthfolcia reg. juxta Essexiæ confinia, ad Clarentium fluv. fere medium inter Londinium & Norvicum, ad 45. mill. distans utrinque. [* Camden. & aliis idem cum *Clare* opp. ad Sturam fluv.]

Clariacum *Clery*, pag. Aurelianens. agri, ab Aurelianis 4. leuc. Blesas versus in occ. Cujus fit mentio in vita S. Liphardi abb.

Vet. Insc. Clarinea, postea Gandavum, *Gent* vel *Gendt*, urb. Belgii in Flandria, maxima urbium Belgicarum. vide Gandavum.

Plin. Claritas Julia, opp. Hisp. Bæt. apud Aspaviam. vide Attubi.

Strab. Plin. & al. Claros, & Clarus, *Calamo* Soph. & Nig. ins. maris Myrtoi inter Coon & Leron proximas, à Coo 13. mill. pass. in occ. à Delo 90. in ort. ipsa 40. circuitu. Ex ea Chios longe distans in Bor. conspicitur.

Claros etiam (non Clarium, ut in Thes. ling. Lat.) opp. fuit Ioniæ cum mont. & luco Apollini sacro (qui propterea Clarinæus cognominatus est) apud Colophonem urbem, teste Æliano cum Paul. Cujus mem. Ovid. lib. 1. metam.

" *Et Claros, & Tenedos, Pataraaque regia servit.*

Scrip. Brit. Clarus Fons *Shirburn*, opp. Albionis in Anglia in Somersettensi com. à Sarisburia urb. 12. mil. pass. in occ. Bathoniæ urb. propior. Ubi olim sedes fuit Sarisburiens. episcopi. [* al. in agro Dorsettens. & ad majorem utrinque distantiam.]

Ælian. Spart. & Agath. Classis opp. fuit Æmiliæ apud Ravennam urb. ubi nunc *S. Apollinare* cœnobium, teste Hieron. Rubeo. licet Blondo *Cardiano* locus nunc dici videatur.

Polyb. Strab. Liv. Clastidium *Chiastezo* vel *Chiasteggio*, opp. Gall. Cispadanæ in Liguria, & agro Ticinensi, à Ticino 12. mill. pass. distans, inter Placentiam 24. & Dertonam 16. in via quæ Genuam ducit & Alexandriam.

Strab. Claston, *Andujar* teste Clusio, urb. Hisp. Bæt. ad Bætim fluv. in Vandalitia, inter Cordubam ad occ. & Ubedam ad ort. 12. leuc. Sed *Andujar* al. Illiturgi esse videtur, vel locus non longe distans.

Cic. Mel. Claterna, Citerna Plin. *Quaderna*, opp. fuit Æmiliæ medium fere inter Bononiam & Forum Cornelii, ubi adhuc fluviolus & locus nomen retinet: sic enim prædium cœnobii ord. Servorum Bononiæ appellatur. Mela Claternam in Piceno describit. Claterna sub Gratiano imperatore eversa traditur.

Mel. Claterna altera, opp. olim Apuliæ Dauniæ, nunc *Campo Marino* locus appellatur teste Nig. De priore Mantuan. in villa refriger.

" *Qua montana jugis undam Claterna sonantem*
" *Elicit* ———

In Thes. ling. Lat. male ex Mela in Piceno locatur, & *Flaviano* indigitatur; cum sit in Apulia apud fines Frentanorum.

Plin. Claudia, *Klagenfurt* teste Laz. urb. Norici in Carinthia primaria, à Villaco 4. leuc. Vitopoli propior, inde 2. distans.

Scrip. Brit. Claudia & Claudia castra *Gloucester*, urb. Albionis in Anglia ad Sabrinam fluv. ab Herefordia urb. 23. mill. in ort. Oxonium versus, episc. sub archiep. Cantuariensi.

Ant. Claudia via, quæ à Milvio ponte inchoata Flaminiæ jungebatur. Cujus mem. Ovid. lib. 1. de Ponto, eleg. 9.

" *Spectat Flaminiæ Claudia juncta viæ.*

Sueton. Claudiæ aquæ, fontes duo apud urbem Romam, unus Cæruleus, alter Curtius.

Fortun. Claudiomagus vicus erat Gall. Celt. in finibus Biturigum, apud Turonum confinia: de quo Fort. in vita S. Mart. l. 3.

" *Incola quem vicum vocitavit Claudiomagum.*

Ptol. Claudiomerium, *Cormes* teste Mol. opp. olim, nunc pag. Hisp. in Gallæcia in finibus Artabrorum.

Ptol. Claudiopolis, *Castamena* & *Castromena*, urb. Bithyniæ archiep. in mediterr. apud Sangarium fluv. sub qua metrop. erant Heraclea Ponti, Tium, Prusia, Flaviopolis, & Hadrianopolis. Sed illi Heraclea metrop. effecta successit. Thev. est *Conique* urb. inter Castamonam & Sinopen; sed hæc in Paphlagonia.

Paus. Ptol. & al. Claudiopolis etiam in Isauria, quæ & Isaura apud Ammian. & in Cilicia, episc. sub archiep. Seleuciens. & nova Claudiopolis in Galatia, quæ an exstent mihi incompertum est.

Vet. Insc. Claudiopolis, *Klausenburg* Germanis & *Kolos-war* Hungaris, urb. Daciæ in Transylvania, media fere inter Albam Juliam, & Bistritiam in Bor. distantem 6. leuc.

Ptol. Claudivium, sive ut alii legunt Claudionum, *Ens* teste Althamero, urb. Norici in Austria ad Danubium, ubi is Anisum fluv. excipit, à Lentia 4. leuc. in ort. apud Laureacum. Villanov. est *Klosternewburg* urb. Austriæ ad Danubium proxima Viennæ, ab ea 2. leuc. in occ. distans. Pyramio est *Melck*, opp. ad Danubium fere medium inter Lentiam & Viennam supra 13. leuc. Lazio vero *Klagenfurt*, de quo in Claudia: quod magis probo.

Plin. Claudius, mons Pannoniæ super. à Celeicensibus in Stiria in ortum protensus, varie ab incolis nominatus, in Stiria enim ad occ. *Vogel* & *Rochitzerberg*, ac *Im Zagor*, ad ort. in Hungaria *Motay*, *Monoczle*, *Kisdarnocz*, & *Werencze* teste Laz. nominatur.

Ptol. Claudus, ins. maris Cretici contra Criumetopon prom. vide Caudo.

Ant. Clavena, & Clavenna P. Diac. *Chiavenna* Italis, *Claven* vel *Cleven* Germ. opp. Rhætorum haud procul à Lario lacu, ab eo 16. mill. pass. in Bor. medium fere inter Comum & Curiam Rhætiæ urbem 55. mill. pass.

Ant. Clausentum, *Southampton* teste Camd. opp. Albionis apud Ventam Belgarum, inter illam 10. & Regnum 20. mill. pass. ex itin. Anton.

Lib. Not. Claustrini, pop. Daciæ ripensis, quorum opp. Ortel. dubitat an sit *Clausenburg*, cum hoc longe distet à ripensi Dacia.

Stra. Pto. & al. Clazomenæ, Clazomene Plin. patria Anaxagoræ, Gryna prius dicta, unde Apollo Grynæus appellatus,

latus, *Grine* teste Thev. al. *Urla*, urbs Ioniæ marit. episc. sub archiep. Smyrnens. inter Smyrnam & Erythras proximas urbes. Ejus mem. Aus. epigr. 123.

" *Et teris inclusas pumice Clazomenas.*

Non longe Clazomenia ins. quæ & Marathussa; ubi primum Clazomenii habitarunt.

Clene, fons Mysiæ Asiat. ubi Rheæ deæ sacra fiebant. Cujus mem. Orph. in Argon.

" *E mediis manat; fontem vocat incola Clenen.*

G. Turon. Clenus *le Clain* & *Clin*, fluv. Gall. ex montibus Lemovicum oriens, ac per Pictavos fluens, in Vigennam fluv. Pictaviensis reg. labens: qui & Clitis appellatur.

Plin. Cleon, fons in Phrygia apud Celænas saxa egerens. vide Claeon.

Strab. Paus. Ptol. & al. Cleonæ, Cleona Melæ, Cleone Plin. *Sanvasili* teste Nigro, opp. olim, nunc pag. Argiæ reg. in Peloponneso, inter Corinthum 10. & Argos 15. mill. pass. Mantiniæ urbi finitimum. Cujus mem. Ovid. lib. 6. metam.

" *Messeneque ferax, Patræque, humilesque Cleonæ.*

Hinc Cleonæus nom. gentil. Claud. lib. 1. in Rufin.

" *Una Cleonæum pascebat sylva leonem.*

Fuit & Cleone op. Maced. inter Athon mont. & Pallenen.

Strab. Cleopatris, quæ & Arsinoe, *Sues* teste P. Gyllio, *Barraarn* al. urb. Ægypti in intimo sinus Arabici recessu, à Pelusio 125. mill. pass. in ort. distans.

Paus. Clepsydra, fons Ithomæ mont. apud Messenem urb. Peloponnesi, urbi imminentis.

Mant. Clesis apud neotericos, *Chiese*, Clusius veterib. fluv. Cenomanorum per agrum Brixiensem fluens. De quo Bapt. Mantuan.

" *Pauperiore vado Clesis montanus ab ortu.*

Lycophr. Cleta, *Pietramala* & *Petramala* teste Barr. castellum Brutiorum in Calabria citer. ad fin. Terinæum, & ad ostium Sabbati fluv. inter Mamertum sive Martoranum urb. unde 4. mill. abest, & Nuceriam sive Terinam in aust. al. 4. mill.

Ant. Clevum, *Gloucester* teste Camd. urbs Britanniæ, sive Angliæ, ad Sabrinam fluv. episc. sub archiep. Cantuariens. quæ & Claudia, & Glovernia dicitur, à Londinio 80. mill. in occ. distans Herefordiam versus. Sed potius opp. excisum est apud Glocestriam, & locus adhuc *Cleve* dicitur.

Plin. Clibanus, *M. Visardo* teste Barrio mons magnæ Græciæ in Calabria ulter. apud Siberenam urb. inter illam & Petiliam. Al. vero apud Lacinium prom. Sed Celso Cittad. *li Bollenti di Solano* dicitur in summitate mont. Apennini inter Consentiam & Rhegium occurrens. Fuit & opp. Isauriæ teste Plin.

Plin. Ptol. Clides *Capo di S. Andrea*, prom. Cypri in ora orientali, ubi 4 insulæ parvæ ejusdem nominis sunt, teste Thev. In Thes. ling. Lat. ponuntur ante Asiam, cum scribendum esse ante Cyprum.

Strab. Climax, mons Phœnicis apud Byblum urb. à Tyro 100. stad. distans, *Passo di Cane* incolis dictus teste Nig. Climax quoque apud Strab. angustia est mont. Tauri apud Selgam urb. Pisidiæ. Est & mons Pamphyliæ teste Strab. nisi sit idem cum superiore.

Ptol. Cliternum, *Celano* teste Molet. opp. Latii in Marsis apud lacum Fucinum, unde ad 3. mill. pass. quod alii in ipsa lacus ripa interiisse scribunt, in finibus non Marsorum, sed Æquicolarum. In Thes. ling. Lat. Cliternia dicitur ex Pomp. Mela. Cliternini pop. Plin.

Sidon. Clitis *Clain*, fluv. Pictavorum, cum Vigenna in Ligerim influens, qui & Clenus Turon. vide ibi. De eo Sidon. in paneg. Majorano. ubi Clinis legendum videtur.

" *Clitis, Elaris, Atax, Vahalis, Ligerique bipenni*
' *Excisum* ————

Clitor, Cletor Xenoph. Clitorium Plin. Clitore Liv. *Cletorio* adhuc & *Gardichi* Nigro, opp. Peloponnesi in Arcadia cum Clitorio font. & fluv. Stymphalo Mantiniæque finitimum. Stat. lib. 4. Theb. Stra. Ptol.

" *Et rapidus Clitor, & qui tibi Phytie Ladon.*

Aqua Clitorii fontis pota vini gustum aufert, teste Ovid. lib. 15. metam.

" *Clitorio quicunque sitim de fonte levarit,*
" *Vina fugit; gaudetque meris abstemius undis.*

De qua re Plin. lib. 31. c. 2.

Clitumnus *le Vene*, fluv. Umbriæ (non Mevaniæ, ut in Thes. ling. Lat. ubi Mevania cum sit opp. ponitur reg. Umbriæ) apud Trebiam exoriens, statimque totus emergens, juxta Mevaniam decurrens, ac in Tiberim labens. Boves epotus candidos facit teste Plin. Mem. illius Proper. lib. 2. eleg. 15. Plin. Sueton. & al.

" *Qua formosa suo Clitumnus flumina luco*
' *Integit* ————

Claud. de vict. Stilic.

" *Quin & Clitumni sacras victoribus undas,*
" *Candida quæ Latiis præbent armenta triumphis.*

Clivia *Cleve*, urbs Ger. infer. inter Mosam & Rhenum, Cliviensis duc. caput, Arx Clivensis ex antiq. inscrip. ibi reperta, à clivo, in quo à Cæs. condita fertur, sic dicta; pendet enim versus Rhenum instar clivi. Abest à Col. Agripp. 16. leuc. in Bor. à Noviomago urbe primaria Geldriæ duc. 3. Eumenius Rhetor Augustoclivenses hic loci memorat. Eumen.

Clivis Scauri, locus Romæ, ubi templum S. Andreæ apostoli. Prov. Rom.

Clivus cucumeris, locus urbis Romæ. Martyrol.

Clocheria *Clogher*, urbs Hiberniæ episc. in Ultonia reg. sub archiep. Armacano.

Clodia Fossa, postea Clugia, *Chioza*, urbs Venetiæ marit. episc. sub patriarch. Veneto, inter Venetias & Hadriam urb. 25. mill. pass. ad ostium Bachilionis fluv. & Brundulum portum. Plin.

Clodianus, *Fluvian* testibus Flor. & Varrerio, fluv. Hisp. citer. in Catalaunia, inter Emporias & Rhodam opp. mari exceptus. Mel. Ptol.

Clona *Clon*, urbs Hiberniæ episc. sub archiep. Cassiliens. in ora australi Momoniæ reg. marit. à Corcagia urbe 10. mill. pass. in merid. totidem à Lismora. Prov. Rom.

Clostra Romana opp. fuit Latii in ora apud Circeios, & Nymphæum fluv. Plin.

Clota, Glota Tac. postea Cluda, *Cluid* & *Clyd* teste Hect. Boetho, fluv. Britanniæ secund. hoc est, Scotiæ, ex Grampio mont. in occ. per Glasquum urb. fluens. Ptol.

Cluanum *Kiloom*, urbs Hiberniæ episc. sub archiep. Armacano, in Connacia reg. potius *Clon* esse videtur sub archiep. Cassiliens. in Momonia, Clona etiam Latine dicta, ut supra suo loco. Scrip. Brit.

Clugia, urbs Venetiæ littorea, vide Clodia Fossa.

Clunia *Corunna del Conde* Clus. & Flor. urb. olim præcipua, ac conventus juridicus Hisp. Tarracon. in Arevacis, nunc pag. apud Durium fluv. Arandæ opp. finitimus. Licet Ambr. Mor. nunc *Cividal de Castro*, & alibi *Calahorra* locum indigitet. Prior sententia probabilior est. Plin. Liv. Plutarch. & al.

Cluniacum *Clugny*, pag. Gall. Celt. cum cœnobio in Burgundiæ duc. apud Matisconam urb. inde Augustodunum versus 5. leuc. sive apud Augustodunum, à quo 2. leuc. abest Tinurtium versus 18. Martyrol.

Clupea, * Clypea Ptol. *Quipia* teste Marm. urbs Africæ marit. apud Hermæam prom. olim episc. sub archiep. Carthaginensi, à Siculis condita teste Sol. à Carthagine 85. mill. pass. in ortum. Luc. lib. 4. Plin. Solin.

" *Et Clupeam, tenuit stationis littora notæ.*

Hic scorpiones, sicuti nec in Galata ins. non vivunt.

[* Κλύπεα manusc. Seld.]

Clu-

Hor. Clusini fontes, *Bagni di S. Cassiano* teste And. Bacio, balnea Tusciæ in territ. Clusino, inter Aquulam opp. & Clusium urb. ad 6. mill. pass.

Polyb. Strab. & al. Clusium *Chiusi*, urbs Hetruriæ antiquissima, ac ex primis Tuscorum coloniis, Porsenæque regis sedes, nunc pene ob aeris insalubritatem deserta, in colle apud Clanim fluv. non longe decurrentem, episc. sub archiep. Senensi, inde 40. mill. pass. à monte Politiano 12. in ort. Hinc Clusinus nom. gent. Sil. lib. 5.

" *Hinc Clusina petat, postremo ad mœnia Romæ.*

Plin. Clusium novum *Chiusi*, opp. sive castrum Hetruriæ in agro Aretino, ubi & Clusinus ager, vulgo *il Casentino*, apud Mont. Alvernum.

Polyb. Clusius *Chiese*, flu. Cenomanorum in Venetia reg. per agrum Brixianum ex lacu Idrio in Ollium fluv. influens. Hic Clesis à recentioribus nominatur. vide ibi.

Plin. Clylipenus sinus, Venedicus Ptol. maris Baltici pars Prussiam Livoniamque alluens: quod Germanis *Frischaff* teste Ortel. appellatur; vel *Pantzerwiick* al.

Lib. Conc. Clyzomene, *Tegiur Zair* teste Leuncl. opp. Bithyniæ inter Nicæam & Nicomediam situm.

Pauf. Cnacalous, mons Laconicæ apud Gythium opp. in ora: qui & Cnacadium.

Plin. Strab. Cnemis, Cnemides Mel. & Ptol. opp. Bœotiæ cum monte cognomine in ora Opunti finitimum, ex quo Locri Epicnemidii cognominati. *Eretia* hodie nonnullis est.

Strab. Pauf. & al. Cnidus, Gnidus Plin. & al. *Stadia*; *Capo Crio* teste Soph. *Chio* al. urbs Cariæ, & prom. quod inter oram australem & occiduam in mare velut peninsula procurrit contra Nisyrum inf. urb. episc. sub archiep. Stauropolitano, olim ex primis, nunc *Stadia*. Ejus mem. Ovid. lib. 10. metam.

" *Piscosamque Cnidon, gravidamq; Amathunta metallis.*
Hic erat Veneris imago, opus Praxitelis inæstimabile, ubi & ipsa Venus colebatur.

Cnosos, urbs Cretæ excisa. vide Gnossus. Unde Cnosius nom. gent. Virg. lib. 3. Æn.

" *Placemus ventos, & Cnosia regna petamus.*

Luc. Coatræ, seu Coactræ (non Coastræ, ut in Thes. ling. Lat.) apud Luc. pop. Choatram mont. inter Assyriam & Mediam (non in India, ut in Thes.) incolentes. Luc. lib. 3.

" *Æthera tangentes sylvas liquere Coatræ.*
Sunt qui sylvas tangentes æthera ob maximam arborum proceritatem accipiant. Alii verò ad mont. Choatram id referunt, quod verisimilius est.

Cic. Cobiomagum locus erat inter Narbonem & Tolosam in Gall. Narbonensi.

Plin. Cocanicus, lacus Siciliæ in ora australi apud ostium Drilli fluv. inter Camarinam & Heracleam, cujus aquæ circa ripas æstate in salem convertuntur teste Faz. Sicque etiam hodie nominatur.

Plut. Coccygius, mons Argiæ in Peloponn. ad Inachum fluv. qui & Dyceius teste Plut.

Ant. Coccyum, *Cockley* teste Camd. opp. Britanniæ in Anglia in duc. Lancastrensi.

Ptol. Cocconagara, *Cianganor* teste Mercat. urbs Sinarum marit.

Plin. Ant. Cocinthum, & Cocynthum, *Capo di Stylo*, prom. magnæ Græciæ Siculum ab Ionio mari disseparans teste Plin. à Scyllacio urb. 22. mill. pass. distans. vide Carcinum. Hinc Cocynthius nom. gent. Ovid. lib. 15. metam.

" *Saxa fugit: dextra prærupta * Cocynthia parte.*
[*ubi tamen vulgaria exemplaria habent *Ceraunia*.]

Sil. Virg. Cocytus, fluv. Campaniæ exiguus in Lucrinum lacum influens: qui à poetis fluv. inferorum nominatur, seu fingitur. De quo Virg. lib. 6. Æn.

" *Cocytusque sinu labens circumfluit atro.*
Est & Cocythus fluv. Epiri. Hinc Cocythia sacra, quæ Proserpinæ apud inferos fiebant.

Scip. Ger. Codania *Copenhagen*, urb. Daniæ regia in Silandia inf. quæ etiam Haphnia Latine nominatur; à Lubeca urbe Saxoniæ 35. leuc. in Cæc.

Mel. Codanonia *Zeelandt*, inf. maris Baltici in regno Daniæ, teste Ortel. quæ & Silandia dicitur, in sinu Codano, à quo nomen accepit. vide Hemodes.

Mel. Codanus sinus, mare quod ex oceano Germanico terras ingreditur inter Cimbricam Chersonesum & Scandinaviam, longeque & late inter ipsam Scandinaviam ad Bor. & Germaniam ad merid. diffunditur, appellaturque ab aliis Balticum, vulgo *Buelth*. Alii *der Sundt* indigitant.

Ptol. Coddura, *Gandavari* teste Cast. qui multoties divinare videtur, urbs Indiæ citer. in ora littorea.

App. Alex. Codropolis opp. fuit in conf. Illyrici & Macedoniæ apud Lissum urb. terminus (teste App.) imperii inter Augustum & Marc. Antonium divisi.

Liv. Cœle, angustiæ sive fauces montium Thessaliæ & Epiri, circa Pindum & Oeten.

Ptol. * Cœlemba, urbs Gedrosiæ in Indiæ conf. *Cambaia* hodie dici videtur. [* lib. Græc. habet Κοιλύμβα, Palat. Κοιλυμβα, Seld. manusc. Κοσύμβα.]

Strab. Plin. & al. Cœlesyria, i. e. Cava Syria, pars Palæstinæ, in qua Damascus, Cæsarea Philippi, Heliopolis, & aliæ urbes continentur. *Boca*, & *Bocalbalbec* teste Postello; sic à *Balbec* urbe, quæ Heliopolis à veteribus dicitur. Aliæ item urbes in Cœlesyria ut pars est Syriæ locantur; uti Antiochia, Hierapolis, Apamea, Laodicea, & Palmira.

Ptol. Cœliobriga, urbs Cœlerinorum in Hisp. Tarrac. *Berganza* Coquo.

P. Vict. Cœliomontana porta *Porta di S. Giovanni*, una ex portis urbis Romæ, quæ & porta Latina nominatur teste Marliano; unde via Latina inchoabat.

Tac. Cœlius *M. di S. Giovanni Laterano*, unus ex 7. urbis Romæ collibus, in quo basilica Lateranensis exstructa est. De quo Ovid. lib. 3. fast.

" *Cœlius ex alto qua mons descendit in æquum.*

Plin. Cœlos, Cœla Amm. urbs Chersonesi Thraciæ, inter Cardiam & Eleam, sive Elæum, ubi Lacedæmonii ab Atheniensibus mari superati insigni clade affecti sunt.

Strab. Cœlossa Strab. mons apud Phliuntem opp.

Martyrol. Rom. Cœmeteria urbis Romæ plura fuere: in quibus 1. Calepodii, via Aurelia, apud S. Pancratii templum. 2. Commodillæ, via Ostiensi, apud basilicam S. Pauli. 3. Domitillæ, via Ardeatina, apud ecclesiam S. Petronillæ. 4. Priscillæ, in eadem via, ubi etiam cœmeterium Basilei. 5. Balbinæ quoque in eademmet via. 6. Prætexti, in via Appia, apud S. Januarium. 7. Callisti, extra portam Capenam, ad basilicam S. Sebastiani. 8. Cyriacæ, via Tiburtina, apud basilicam S. Laurentii extra muros. 9. Praxedis, via Salaria, apud sacram ædem S. Sylvestri. 10. Inter duas lauros, via Lavicana, apud ædem S. Balbinæ, cœmeterium ad Ursum pileatum dicebatur. 11. Ad Insalatas quoque via Portuensi apud ecclesiam S. Felicis.

Ptol. Cœnoenum, *Laubenburg* sive *Lawenburg* teste Villanov. urbs Germ. in Saxonia ad Albim fluv. ducat. tit. ornata, inter Luneburgum 4. & Lubecam 8. leuc. in Bor.

Ant. Coequosa opp. fuit Gall. Aquitanicæ ab Aquis Tarbellicis 16. mil. pass. Burdigalam versus 48. ex itin. Anton.

Plin. Cogamus, fluv. Lydiæ ad Tmoli mont. radices decurrens. De quo Plin. lib. 5. c. 29.

Mart. Cogedus, *Rio di Codes* teste Aria Mont. sed Varrerio *Congedo*, fluv. Hisp. Tarrac. in Arragonia apud Bilbilim urb. in Salonem influens. Cujus mem. Mart. lib. 1.

" *Tepidi*

" *Tepidi natabis lene Cogedi vadum.*

Plin. Cogienses, pop. Venetiæ, quorum opp. *Conegliano* vel *Conegiam* amplum, quasi Cogium, & Latino rec. Coneglanum, medium inter Tarvisium urb. & Sacillum opp. quoque amplum 12. mill. pass.

Coianca, *Valentia* teste Mariana, opp. olim, nunc pag. Hisp. Tarracon. in finibus Asturum apud Ovetum urb. in ejus agro.

Plin. Colaicum, quod Cory & Calligicum Ptol. *Capo Comorin* testibus Barrio ac Garcia, prom. australissimum Indiæ citer. contra Taprobanam inf. quod potius est Comaria apud Ptol. ab ostio Indi, sive à Dio urbe 270. leuc. in merid. distans. Mercator *Capo di Colle* interpretatur Colaicum. [*manusc. Seld. Καλλίγικον.]

Ptol. Colancorum, *Fridwaldt* teste Villanov. ex ejus conjectura, urbs Germ. in marchia nova Brandeburgensi, ab Angermunda 4. leuc. in austrum Francofurtum versus ad Oderam fluv. quæ & *Freienwaldt*.

Ptol. Colania, & Coldana posteriorib. *Coldingham* teste Camd. opp. Albionis in finibus Damniorum, seu in * Cornubia reg. citatur Ptol. apud quem non reperio hujusmodi opp. [* Merchia reg. Scotiæ.]

Plin. Colapiani, pop. Pannoniæ super. in Liburniæ conf. per quos Saus & Colapis amnes fluunt. *Korbaten* reg. teste Nig. dicitur, Latine vero Corbavia, Croatiæ finitima, vel eadem aliis.

Strab. Plin. Dionys. Colapis, qui & Calapis alicubi legitur, *Culp*, & *Krup* teste Laz. ac etiam *Culpa*; fluv. Liburniæ in Saum fluv. ad Segesticam inf. ubi Siscia urbs antiq. & Zagabria, quæ illi successit in episcopatu, influens.

Plin. Colarni, pop. Hisp. Lusit. juxta Tagum fluv. incolentes in Extremadura reg. quorum opp. Colarnum apud Ptol. interiit.

Arrian. Ptol. Colchi, *Canancina* Castal. al. *Cochin*, urb. & empor. Indiæ citer. in ora, urbs regia sub Lusitanis, inter Calecutum ad Bor. 19. & Cory prom. ad austr. 36. leuc.

Cic. Strab. Plin. & al. Colchi item, pop. Asiæ, *Mengrelli*, oram maris Euxini orientalem incolentes, quorum reg. Colchis. Ovid. lib. 2. trist.

" *Jazyges, & Colchi, Metereaque turba, Getæque.*

Colchus item in sing. apud Hor. in poet.

Halicarn. Corniculum opp. fuit Latii ad Corniculos montes apud Tybur urb.

Dion. Strab. Plin. Cornu Byzantii, seu Byzantiorum, quod & Chrysoceras Plin. & Sol. *Pera* nostratibus, *Galata* Turcis, suburbium Constantinopolis, ab ea portu sive sinu maris angusto divisum: ubi Christiani, quibus in urbe habitare concessum non est, morantur. vide Chrysoceras.

Scrip. Brit. Cornubia *Cornwall*, reg. Britanniæ sive Albionis, in Angliæ regno, occidentalissima, in qua Exonia, sive Isca urbs metrop. & caput est. vide Cornavii.

Prov. Rom. Cornuetum *Corneto*, urbs Hetruriæ episc. in colle apud oram littoralem, à qua 3. mill. pass. in arctos recedit, Graviscis finitima, ab eis 10. mill. in ort. Romam versus 50. à Viterbio & Mont. Physcone (cujus episcopatui Cornuetanus copulatus est) 20. in merid. Sunt qui Corytum à Virgilio dictam volunt; sed Corytus est Cortona: & qui Castrum Inui esse putent; sed Castrum Inui sive Castrum nov. interiit, prout ex Anton. Aug. itiner. aperte colligitur. Est itaque urbs inter recentes, quæ Tarquiniis urbi excisæ successit, sed ægre habitata ob austros spirantes, & insalubres.

Strab. Ptol. Corocondame (non Corocondames, ut in Thes. ling. Lat.) *Colotmacorca* Mol. opp. Sarm. Asianæ ad Bosporum Cimmerium, inter Phanagoriam & Hermonassam, ac inter Cimmerium prom. 460. & Sindiacum portum ad ort. 130. stad. à Phaside urbe Colchorum 4000. in occ. tanta fere est ora Sarmatiæ inter ort. & occ.

Ptol. Corodamum *Capo Rizalgate*, prom. Arabiæ fel. in ora ortiva, inter Syagrum ad Libonot. 70. & Asabonem in Cæc. 82. leuc. Hisp. ab Armuza ins. & urbe ad 90. recedens.

Coromanis, Coromane Steph. *Carmon* sive *Corman* teste Molet. & in tab. recent. urbs Arab. fel. ad sinum Persicum, in intimo illius recessu ad occ. Ptol.

Corona *Cronstat* seu *Kronstadt*, & incolis *Brassow*, urbs Daciæ ad Alutham fluv. in Transylvania juxta limites Moldaviæ, ab Alba Julia 18. leuc. in Cæciam, quæ & Stephanopolis appellatur. vide ibi. Script. Hungar.

Corone, (non Coronæ, ut in Thes. ling. Latin.) *Coron*, urbs Peloponnesi in ora Messeniæ, inter Methonem ad Bor. & Messenen ad austrum, à Methone 12. mill. pass. olim episc. sub archiep. Patrensi, nunc metropolis, quondam Pedasum, & Æpea vocata. Hic error in Thes. ling. Lat. tollendus: nam Coronen, à qua sin. Coronæus, in Achaia locat; cum sit in Messenia. Strab. Plin. & al.

Coronea, Coronia Ptol. nunc quoque *Coronea* vulgo, urbs Bœotiæ apud Heliconem mont. inter Thespias & Lebadeam, Orchomeno propior, episc. sub archiep. Atheniensi. Hic talpæ haud vivunt; cum in tota Bœotia reperiantur, maxime in agro Orchomenio, ut Plin. scribit lib. 8. cap. 58. Plin. Strab.

Coronus, *Basarasi* teste Castal. mons Asiæ pars Tauri, inter Mediam ad occ. & Parthiam ad ort. situs. Ptol.

Coropassus urbs fuit Lycaoniæ inter Philomelium Phrygiæ ad occ. 840. & Mazacam ad ort. 800. stad. Strab.

Corozain, opp. Palæstinæ in ora lacus Genesaræ ad ortum, inter Capharnaum & Cedar 12. mill pass. à Scythopoli vero 8. in Cæc. ægre habitatum. Bibl.

Corseæ sive Corsiæ, insulæ parvæ Ioniæ adjacentes, contra Samum ins. quas etiam Plin. Corseas vocat, à Corasiis diversas. Strab. Steph.

Corsica, Cyrnus etiam Ptol. & Strab. à Cyrno Herculis filio nominata teste D. Isid. lib. 14. etymol. Corsis Steph. *Corsica* vulgo, ins. maris Ligustici & Tyrrheni, proxima Sardiniæ, freto 9. mill. pass. duntaxat divisa, ab eaque in Bor. recedens, à Populonio 60. mill. pass. in merid. à Vadis Volaterranis 62. à Liburno portu 70. longa 150. lata 50. circuitu 322. sub Genuensibus. Urbes in ea quondam claræ, & col. Rom. nunc excisæ, Mariana, & Aleria. Hic catochites lapis, corporibus quibus admovetur firmiter adhærens, teste Sol. Melle abundat. Mart. lib. 9. epig. 26. Strab. Plin. & al.

' *Hyblæis apibus Corsica mella dabit.*

Corsinianum *Pienza*, urbs Thusciæ recens episc. sub archiep. Senensi, inter Mont. Politianum & Mont. Ilcinum proximas urbes 6. mill. pass. à Sena 22. circiter distans, à Pio 2. Pont. max. episcopali sede ornata, deque suo nomine dicta. Volaterr.

Corstopitum, * *Morpit* teste Camd. opp. seu pag. nunc Albionis in Anglia ad Tinam fluv. in Northumbria. Talboto est *Corbridge*: sed Camdeno magis fidimus. [* Camdeno videtur *Corbridge* super Tinam, cui *Morpeth* vel *Morpet* est ad fluv. *Wentsbeck*. Ant.

* Cortacha, *Tarthao* teste Mercat. urbs Indiæ ulterioris sive extra Gangem ad sinum magnum. [*Gr. cod. Κορταθα. Seld. manusc. Κορτάθα.] Ptol.

Corteriacum *Cortryck*, Gallice *Courtray*, urbs Belgii in Flandria ad Legiam fluv. inter Aldenardum, & Hypras ad merid. 5. leuc. à Tornaco 6. in Bor. à Gandavo 8. in occ. sive Africum. Corteriacenses pop. Lib. Not.

Corticata, opp. Hisp. Bæt. in Vandaliæ & Extremaduræ conf. quod *Guadacanal* esse putatur aliquibus, inter Elerenam & Cazallam 3. leuc. apud montes Marianos. Sed teste Morali, cui fides habetur, Ptol.

Guadacanal non Corticata, at Sisapone veteribus dictum fuit.

Cortina in Thes. ling. Lat. pro Gortyna male scribitur.

Corton, urbs Thessaliæ à Cranone 100. stad. teste Steph.

Liv. Cortona, Virg. Corytus, quasi Corytona, urbs
Ptol. Hetruriæ antiquiss. ex primis Tuscorum, col. inter Aretium 15. & Perusiam 25. mill. pass. episc. sub archiep. Florentino, inde 50. mill. in monte excelso constructa. Pop. Cortonenses Plin. Ejus mem. Sil. lib. 8.

" *Lectos Cere viros, lectos Cortona superbi*
" *Tarchontis domus, & veteres misere Graviscæ.*

Ptol. Corula, *Corolan* vel *Coloran* teste Castal. urbs Ind. citerior.

Ptol. Cory ins. maris Indici in sinu Argarico, quæ *Nicovar* esse dici teste Merc. videtur.

Ptol. Cory quoque prom. Indiæ citer. australissimum, quod Colaicum etiam Plin. dicitur, & Calligicum Ptol. vide Colaicum.

Strab. Corybantes, qui & Curetes, pop. Cretæ Idam mont. incolentes, nec non apud Acheloum fluv. in Acarnania. Jovem educasse traduntur. Hinc Corybantius nom. gent. Virg. lib. 3. Æn.

" *Hinc mater cultrix Cybele, Corybantiaq; æra.*

Strab. Corycium antrum, Corycius specus Melæ, horrendum prom. Ciliciæ; juxta quod Corycus urb. *Coruch* Nig. *Carachisar* Turcice teste Leuncl. Ibi crocum optimum provenit. Hinc Corycius, ut quidam.

" *Corycium vidisse senem, cui pauca relicti*
" *Jugera ruris erant*------

Antri meminit Lucan. lib. 3.

" *Coryciumque patens exesis rupibus antrum.*

In Thes. ling. Lat. Coryceon prom. Ioniæ ex Plin. lib. 5. cap. 29. scribitur; sed Corycium prom. Ciliciæ scribendum videtur.

Corycus *Corcos*, *Curch* & *Curcho* Nig. Rhamusio & aliis, urbs Ciliciæ (non Pamphyliæ, ut in Thes. ling. Lat.) in ora inter Zephyrium prom. ad occ. & Sebasten urb. ad ort. episc. sub archiep. Seleuciensi, inde 18. mill. pass. in austrum, à Tarso 30. in occ. *Carachisar* à Turcis dicta. Ibi mons ejusdem nominis optimum & plurimum crocum gignens teste Strab.

Plin. Corycus item mons & prom. Cretæ, inter Cisa-
Ptol. mum, & Phalasarnam ad occid. *Cornico* ex tab. recent. cum opp. cognomine; sed in ora *Cambrussia* dicitur Nigro, & *Cambrasia* Pineto. Mons etiam est Ioniæ apud Teon urbem. Corycæi Coryci urbis & mont. incolæ male audiebant, quod merces mercatorum in eorum portus advenientium explorarent, & piratis nunciarent; quod mercatores rescientes, dicebant sibi mutuo loquentes, *Corycæus auscultavit*. propterea cavendum esse. Idque in adagium transiit teste Suid.

Ptol. * Coryne, *Antilodum* teste Nig. opp. Peloponnesi in Elide. [* Κορύνη man. Seldeni.]

Pauf. Coryphasium, *Capo Zunchi* teste Nigr. prom. Mes-
Ptol. seniæ apud Pylum. Ibi etiam opp. fuit ejusdem nominis: cujus mem. Plin. In Thes. ling. Lat. est reg. Laconiæ, ex Steph.

Pauf. Coryphe, mons Ioniæ circa Smyrnam urb. & alter in Syria inter Antiochiam & Berrhœam occurrens, qui à Polyb. Coryphæus appellatur.

Virg. Corytus, urb. vide Cortona, & Cornuetum. De ea Sil. lib. 5.

" *Areti muros, Coryti nunc diruat arcem.*

Ex quo loco liquet Corytum esse Cortonam urb. Aretio proximam, non Cornuetum.

Strab. Cos, Coos Cic. & al. *Lango* Soph. teste, ins. maris Carpathii Cariæ adjacens, ab Halicarnasso urb. Plin.
15. mill. pass. in occ. recedens, propior Myndo urbi, inter illam 5. & Nisyron ins. ad 7. mill. inter Rhodum, & Chium in Bor. distantem ad 80. mill. circuitu 100. *Stancon* à Turcis dicta, cum urb. episc. sub archiep. Rhodiens. patria Apellis pictoris. Hinc Cous nom. gent. Ovid. lib. 3. de arte amandi.

" *Si Venerem Cous nunquam pinxisset Apelles,*
" *Illa sub æquoreis mersa lateret aquis.*

Cos adeo ferax, & pecoribus abundans est, ut proverbio diceretur teste Eustath. lib. 14. Iliad. *Quem Cos non nutrit, hunc neque Ægyptus*, in eos qui nec plusquam mediocri fortuna sunt contenti. Coi diserti fuere, Chii vero loquaces: unde adagium, *Chius Coum loqui non sinit*, in eos qui multiloquio alios impediunt obstrepentes.

Cosa, (vide Cosanum) *Cosano* seu *Cassano*, co- Cæs. Liv.
lon. & urbs mag. Græciæ in Calab. citer. episc. sub archiep. Rosciano, inde supra 20. mill. pass. in Bor. inter Castrovillarium & oram sin. Tarentini 6. mil. à Thurio novo 8.

Cosa altera, urbs Hetruriæ, quæ Cossa Strab. Plin. Ant.
& Cossæ Ptol. Cosæ vero Virg. lib. 10. Æn.

" *Quique urbem liquere Cosas, queis tela, sagittæ.*

Hæc à murium è terra erumpentium multitudine deleta traditur.

Cosamba, *Satigan* teste Castal. urbs Indiæ citer. Ptol.
sed divinat. ad ostium Gangis occid. ab orientali 80. leuc. Hisp. distans.

Cosanum *Cassano*, urb. episc. mag. Græc. in conf. Lucaniæ & Calabriæ. vide Cosa.

Cosas, *Pissia* teste Leand. fluv. Hernicorum in La- Strab.
tio apud Frusinonem decurrens, & in Lirim prolabens. Sed *Cosa* adhuc nominatur, uti ab incolis audivi, ac etiam teste Celso Cittad. In Thes. ling. Lat. apud Fusinum, pro Frusinonem legitur.

Cosedia. vide Consedie. Ant.

Cosilinum. vide Consilinum.

Cosobus, qui & Cassovius, & Campus Merulæ, Laonic.
Amelsfeldt Germanis, & *Cassowopolie* Sclavis, campus latissimus Pannoniæ in Hungaria apud Samum fluv.

Cossa, Cossæ Ptol. Cosa Ant. Cosæ Virg. col. & Strab.
urb. Hetruriæ, (non Umbriæ, ut in Thes. ling. Lat.) Plin.
excisa apud Urbatellum opp. à Portu Herculis 2. mil. pass. circiter distans. Locus adhuc nom. antiq. retinet, teste Cittadino, licet Leander *Alsidonia* dici velit. à Tarquiniis urbe etiam excisa 15. mill. pass. in occ. ab urbe Roma 60.

Cossetania, reg. Hisp. Tarracon. Pop. Cosetani Plin.
Ptol. in Catalaunia, quorum metrop. est Tarraco. Reg. *Campo di Tarragona* nominatur.

Cossinitus, fluv. Thraciæ per agrum Abderitanum Ælian.
in stagnum Bistonium influens.

Cossium *Bazas*, urbs Aquitaniæ episc. sub archiep. Ptol.
Auscensi, à Burdigala urb. 10. leuc. Auscos versus. Aus.
Vasates Auson. & Vassei Plin. vide ibi.

Cossyra, Cossura Melæ & Flacco, Cosyra Plin. Ptol.
Cosura Strab. cui alibi Cossura, & Corsura, *Pantalarea* teste Thoma Faz. ins. maris Africi, una ex Pelagiis, inter Siciliam & Africam, à Lilybœo prom. 180. stad. à Clupea opp. Africæ 190. Strabo scribit illam à Melita ins. distare 500. stad. ab ostio Selinuntis fluv. Siciliæ 600. Media est inter Lilybœum Siciliæ, & Hermæam Africæ prom. 60. mil. pass. utrinque distans. Mem. illius Ovid. lib. 3. fast.

" *Fertilis est Melite sterili vicina Cosyræ.*

Cosyrus, ins. Siciliæ juxta ostium Selinuntis fluv. Steph.
ubi nunc tres parvæ insulæ conspiciuntur, *Tre Fontane* dictæ.

Cotæna, *Cotena* adhuc ex tab. rec. opp. Armeniæ Ptol.
minoris in conf. Cappadociæ.

Cotes,

Plin. Cotes, *Esparto* Marmol.& *Spartelle* Castal.opp. & prom. Maurit. Tingit. apud fretum Herculeum, paulo extra columnas, Ampelusiæ prom. vicinum, Cottes Ptol. quod *Cabo Esparto* Hispanis, & al. *Capo Spartelle* nominatur. In Thes. ling. Lat. nunc Tingi esse dicitur; cum diversa sint loca apud omnes.

Plin. Steph. Cothon, sive Cathon, ut alii legunt, ins. parva sin. Laconici apud Cytheram insulam.

Turon. & Aimoin. Cotia sylva, Gall. apud Compendium opp. juxta Isaram, sive Esiam fluv.

Agath. Cotiæ Alpes. vide Cottiæ.

Cotiliæ lacus apud Festum. vide Cutiliæ.

Scrip. Ital. Cotoneum *Codogno*, opp. Insubriæ amplum, licet sine mœnibus, in agro Laudensi, inter Laudem Pompeiam 13. & Placentiam 7. mill. pass. soli ubertate præditum.

Eutrop. Dion. & Amm. Cottiæ Alpes, *Moncenis* Leandro, & *Mon Genebre* Jovio, montes excelsi inter Galliam & Italiam divortia facientes, ac Taurinos ab Allobrogibus, seu à Delphinatu potius separantes. Has P. Diac. Dertonam & Bobium usque extendit, partemque illas Apennini facit. Has Thes. ling. Lat. cum Graiis & Pœninis confundit; cum manifesto sint diversæ.

Ant. Cottiæ *Cozzo*, pag. Insub. in agro Ticinensi, Candiæ opp. vicinus, à Ticino 28. mill. pass. distans, Casalensem urb. versus, inde vix 10. mill.

Ptol. Cottiara, *Cochin* teste Cast. urbs Indiæ citer. regia in ora littorali, Lusit. subjecta, à Cory prom. Australi 36. leuc. Hisp. in Bor. Goam versus: aliis est *Calecut*, urb. ejusd. oræ regia Lusitanisque vectigalis, prædicta Borealior, media fere inter Goam regiam Lusitanorum, & Coty prom. quasi 60. leuc. utrinque recedens.

Strab. Cotuantii, pop. Rhætiæ, quorum tractus *Kotting* teste Laz. nominatur. licet alibi eos *Kocchaw* dici etiam putet.

Plin. Ptol. * Cotyæum, *Cutaye* teste Leuncl. *Cute* Turcis, urbs Phrygiæ in Galatiæ conf. archiep. & regionis primaria, apud mont. Olympi radices, quasi ex adverso Prusæ urbi Bithyniæ, à Nicæa 40. mill. pass. in Eurum Juliopolim versus distans, sedes præfecti. [* manuscr. Seld. Κοτιάειον.]

Strab. Cotylum, seu Cotylus, mons Phrygiæ minoris parvus, instar collis, ab Idæ mont. jugo 120. stad. distans, ex quo Granicus, Æsapus, & Scamander effluunt, à Scepsi 15. mill. pass. distans.

Cotynusa vel Cotinusa ins. vide Gades.

Dionys. Xenoph. Cotyora, Cotyorum Plin. quæ & Cytorum, *Castelle* teste Nig. urb. Paphlagoniæ marit. in ora maris Euxini, in Bithyniæ conf. inter Amastrim urb. ad occ. & Caramben prom. ad ort. ab eo 15. mill. pass. in occ. Tium versus 48. Ibi mons Cytorus. vide Cytorum.

Lib. Decr. Coventria *Coventry*, urbs Britanniæ sive Albionis, (vide Conventria.) media inter Herefordiam & Lincolniam ad 50. mill. à Vigornia 20. Londinium versus.

Ptol. Counos, *Canvey* teste Camd. licet al. *Shepey*, ins. Albionis Toliapi ins. proxima, contra Thamisis fluv. ostia, à Londinio regia Angliæ supra 50. mill. in ort.

Cic. Front. Crabra *la Murana*, & *la Maranella* teste Luca Peto, fluviolus territorii Romani, non longe ab urbe decurrens.

Scrip. Polon. Cracovia, quasi Gracchopolis, à Graccho conditore, *Cracow*, urbs Germ. Poloniæ regia, amplissima, ad Vistulam fluv. tribus urbibus constans, episc. sub archiep. Gnesnensi, à Praga Bohemiæ 48. leuc. in ort. à Vienna 44. in Bor.

Strab. Mel. Ptol. Cragus, mons Lyciæ in ora, ubi & Chimera mons ignivomus, & unde Taurus maximus Asiæ mons usque Seras extremos pop. ad ortum perductus initium sumit, cui mons oppositus Anticragus nominatur, apud Limyrum fluv. & Andriacam urbem, *Monte di Gorante*, inter alia nomina, dictus. Ei Pinara, olim maxima, urbs subjacet. De quo Ovid. lib. 9. metam.

" *Jam Cragon, & Lymiren, Xanthiq; reliquerat undas.*

vide Chimæra & Taurus.

Stra. Pto. Crambusa, *Grambusia* adhuc dicta ex tab. recent. ins. Ciliciæ apud Corycum prom. & Calycadni fluv. ostia.

Plin. Valer. & al. Cranon, Crannon Liv. *Ceres* teste Bellonio, urb. Thessaliæ in Macedoniæ conf. à Cratone 100. stad. distans.

Steph. Crastus opp. fuit Siciliæ apud Sybarim, patria Epicharmi: ex quo intelligitur Stephanum hic nomine Siciliæ magnam Græciam intelligere, cum Sybaris ibi sit, non in Sicilia.

Plin. Crateis *Fiumara de Moro*, fluv. Brutiorum in Calabria ulteriore in Scyllam apud Scyllæum opp. exiens. Sic à Cænide opp. (*Fiumara de Moro* etjam dicto) quod alluit nominatus. Ejus mem. Virg. in Ciri: scribitur enim & cum diphthongo.

" *Ipsi seu Lamiæ mater sit, sive Cratæis.*

Strab. Crater *Golfo di Napoli*, sinus Campaniæ inter Misenum & prom. Minervæ conclusus, qui & sin. Puteolanus nominatus, in cujus intimo recessu Neapolis est. De quo lib. 3. itin.

" *Tandem ad Craterem fessi devenimus, unde &c.*

Strab. Plin. Theocr. Crathis *Gratti*, fluv. Calabriæ in Bruttiis ortus, & per eos & magnam Græciam fluens in sinum Tarentinum, apud Thurios desinens, per agrum enim Consentinum & Thurinum decurrit. Cujus aquæ multis morborum generibus prosunt, & hominum capillos molles candidosque efficiunt, sicuti aquæ Sybaris fluv. proximi crispos & duriores. Ortel. Crathim cum Cratæi confundit, non absque manifesto errore. De Crathi & Sybari Ovid. lib. 15. metam.

" *Crathis, & hinc Sybaris vestris conterminus oris,*
" *Electro similes faciunt auroque capillos.*

Strab. Pauf. Crathis etiam fluv. Peloponnesi per Achaiam fluens, & mons Arcadiæ, ex quo amnis hic profluit, ac in sinum Corinthiacum juxta Ægas opp. influit.

Ptol. Cratia, urbs Bithyniæ. vide Flaviopolis.

Ptol. Craton, mons Siciliæ, qui & Nebrodes. vide ibi.

Plin. Craugiæ, insulæ duæ parvæ, seu verius scopuli, Peloponnesi, in ora orientali, apud Spiræum prom. & apud Epidaurum urbem Argiæ reg.

Jornand. Cresennæ, Scritifini Procop. Scritofinni P. Diac. *Scricfinner*, pop. Scandinaviæ Boreales; quorum reg. *Scricfinia* Lat. etiam nominatur.

Scrip. Ital. Crema, urbs Cenomanorum in Gallia Transpadana, ac in Insubrum conf. episc. recens sub archiep. Bononiensi, Laudi Pompeiæ finitima, inde 10. mill. pass. Brixiam versus distans, urbs Venetorum munitissima.

Creme urbs fuit Ponti. unde apud Steph. nom. gent. Cremesius.

Liv. Halicarn. Cremera, fluv. Tusciæ cum pago, castrove parvo cognomine, in Tiberim (ex lacu apud Baccanas ortus) influens, ab urbe Roma 5. mill. pass. ut aliquibus videtur; sed cum Cremeram castrum adhuc in finibus Veientum, nomenque retineat antiquum, longius ab urbe in Tiberim labitur, Fabiorum cæde, & nulla alia re memorabilis. De quo Ovid. lib. 2. fast.

" *Ut celeri passu Cremeram tetigere rapacem.*

Polyb. Plin. & al. Cremona, col. & urbs antiqua Cenomanorum, episc. sub archiep. Mediolanens. ac in duc. Mediolanensi, apud Padum fluv. urbs ampla & bellicosa, media inter Ticinum ad occ. & Mantuam ad ort. 40. mill. pass. à Mediolano 50. Placentiæ propior, inde 18. Brixiam versus 30. anno ab orbe condito 3905.

urbis vero Romæ 545. ædificata, & col. Rom. effecta sub T. Sempron. & Cornelio, Conss. eversa an. 285. à sua conditione. Cujus mem. Virg. in Bucol.

" *Mantua væ miseræ nimium vicina Cremonæ.*

Est & Cremona opp. Carnorum, vulgo *Cormons*, Noreiæ urbi proximum.

Procop. Cremone, *Grona* teste Laz. opp. Illyrici apud Salonas urb. excisam.

Scrip. Germ. Cremsa, & Cremisium, *Krems*, urbs Austriæ ad Danubium, ubi ponte trajicitur, apud Medelicum urb. inde 2. leuc. Viennam versus 11. De ea lib. 5. itin.

" *Provehimur, Steinum quo Cremsæ jungitur urbi,*
" *Istrum per medium pons ubi præbet iter.*

Ovid. Cremyon, opp. Peloponn. in agro Corinthiaco, ubi Theseus suem ingentem occidit. vide Cromnyon.

Polyb. Creonium opp. fuit Maced. apud Lychnidum lacum & urbem.

Ptol. Crepsa, Crexa Plin. *Cherso* inf. maris Hadriaci, una Absyrtidum, Absoro juncta ponte, Liburniæ adjacens.

Ptol. Cresa, Cressa Plin. *Porto Malfetan* Soph. opp. Cariæ (non Paphlagoniæ, ut in Thes. ling. Lat.) marit. contra Rhodum inf. inde 20. mill. pass. in merid. recedentem, inter Lorymam ad occ. & Phuscam ad ort.

Scrip. Gall. Cresciacum *Cressy*, opp. Gall. Belg. in Picardia, inter Suessiones & Laudunum ad 5. mill. Gall. ubi Galli ab Anglis ad 30. mill. cæsi.

Cressæa teste Herodot. regio parva Macedoniæ est sinui Thermaico, & Pallenæ proxima.

Strab. Plin. & al. Creta, à Crete rege dicta, *Candia*, inf. maris Cretici maxima, multis teste Sol. nominibus appellata, Aeria, Curetis, Hecatompolis, Macaros, & Macaronesos. Longa 270. mill. pass. lata 50. à Sicilia 562. in ort. à Malea prom. Peloponnesi 80. à Phycunte prom. Cyrenes 225. in Bor. Venetis, quamvis ab eis remotissima, patet. Nullum animal noxium præter phalangium autore Plin. gignit. Caret & cervis, apris, & erinaceis; sicuti Africa cervis & ursis, & Arabia suibus. Urbes olim claræ Gnossus, & Gortyna: inde Cydon, Lyctos, Lycastos, Phæstos, Dictynna. Nunc Matium primaria, Cydon, & Rhitymna. Urbes 12. habuit episcopales, ex quibus manent præter tres memoratas, Milopotamos, Cytæum, Chersonesus. A centum urbibus olim Hecatompolis dicta. De ea Virg. lib. 3. Æn.

" *Creta Jovis magni medio jacet insula ponto.*

Ejus etiam mem. Luc. lib. 3.

" *Jam dilecta Jovi centenis venit in arma*
" *Creta vetus populis, Gnossasque agitare pharetras.*

Hinc Cretæus, & Cretensis nom. gent. & Creticus. Pop. Cretes apud poetas, qui & Cres habent in numero singulari.

————Phœbo gratissima dona
' *Cres tulit————*

Cretani apud Plaut. in Curcul. & Cretenses. Cressius & Cressus nom. gent. apud poetas, idem quod Cretæus & Cretensis; Virg. l. 8. Æn.

'———*Tu Cressia mactas*
' *Prodigia*———

Cretenses tanquam perfidi habiti sunt, locumque adagio dedere, ut quoties improbum cum improbo agere videmus, dici soleat, *Cretensis cum Cretensi*, vel *Cretensis cum Ægineta*. Unde illud, *Cum Cretensi Cretiza*, simile illi, *Cum Care Cariza*, apud Plutarch. in Lysandro, & apud Diogen. non absimile ei quod dicimus, *Cum vulpe vulpizandum*, hoc est, mendaciis cum mendacibus utendum, &c.

Urbes Cretæ hujus temporis.

Agium, cujus sedes Cydoniensi juncta est	Lappa
Arcadia	Ledrensis urbs. vide Mation
Camara	* Mation, quæ & Ledrensis urbs
Chersonesus	
Cisamus	Milopotamos, olim Pantomatrium
* Cydon	
Cytæum	* Rhitymna
Hierapetra	Subrita

Pagi potius sunt, exceptis tribus asterismo signatis. Interiere Gnosos, Gortyna, & aliæ complures.

Creusa, Creusia Strab. Creusis Steph. *Livadia* teste Nig. opp. & navale Thespiensium in Bœotia; Sic dicta à Creusa filia Creontis Corinthiorum regis, cujus mem. Ovid. in epist. Medeæ Jasoni. Liv. Ptol.

" *Quam tibi tum longe regnum dotale Creusæ?*

Est autem in conf. Locrensium.

Crexa. vide Crepsa.

Crimisa, Crimissa Lycoph. *lo Ciro* teste Barrio, opp. Oenotriorum in magna Græcia in ora Calabriæ, inter Crotonem & Thurios, à Crotone 16. mil. pass. in Bor. Ibi etiam Crimissa fluv. juxta opp. decurrens; qui vulgo teste eodem Barrio *Flumica* nominatur. Inde Crimissæus apud Strab. Plin. Strab. Steph.

Crinisus, Crinissus Thucyd. & Æm. Probo, *Fiume di S. Bartolomeo*, ac etiam *Freddo*, teste Faz. fluv. Siciliæ per oram occid. & Borealem apud Segestam urb. excisam, & Segestanum empor. fluens. Hic Græci Timoleonte duce insignem de Carthaginensibus victoriam reportarunt. Crinisi mem. Virg. lib. 5. Æn. Diod. Plutarch.

" *Troia Criniso conceptum flumine mater*
' *Quem genuit*——

Crissa, *Rocha d' Angitola*, sic à fluv. Angitula, teste Bar. opp. Brutiorum in Calabria ulteriore, inter Hipponium 5. & Laconiam 3. mill. pass. Lycophr.

Crissa, vel Crisa, *Claveos* ex tab. recent. opp. Phocidis ad sinum Corinthiacum, qui ex eo ibi Crissæus nominatur, inter Cirrham & Anticirrham oppida propinqua, à Thermopylis ad fin. Oetæum 62. mill. pass. in austrum recedens. Nomen habet à conditore, id est à Crisso filio Phoci. Strab. Ptol.

Crithea, *Critia* etiam vulgo teste Nigro, opp. chersonesi Thraciæ in mediterr. apud Madyton urbem, à Cardia 80. stadiis distans. Ptol.

Criumetopon, i. e. frons arietis, prom. geminum: Unum Cretæ in ora australi ubi occid. desinit, *Capo S. Jani* Nigro, *Capo Leone* Pineto, à Phycunte prom. Cyrenes 225. mill. pass. in Bor. Nigro subscribo. Alterum Tauricæ chersonesi, in ora meridionali, Carambi prom. Paphlagoniæ oppositum, ab eo 250. mill. pass. distans, inter cherronesum urbem ad occ. 43. & Theodosiam in ort. 122. teste Plin. Mel. Ptol. Plin.

Crius, fluv. Achaiæ Peloponnesiacæ ex montibus supra Pellenem oriens, & sese in sin. Corinthiacum apud Ægyras exonerans. Pausf.

Crixia *Crosetta*, & *Crosera*, pag. Liguriæ inter Aquas Statiellas urb. Mont. Ferrati, & Albingaunum urb. oræ Ligusticæ occurrens, teste Siml. ab Aquis 20. mill. pass. Anton.

Croca pro Cracovia à poetis Polonis usurpatur, ut lib. 7. itin. Script. Pol.

" *Pandit, & celsis ubi Croca tectis*
" *Regia surgit.*

Crociatonon, vel Crociatonum, Caracotinum Anton. teste Welsero, opp. Gall. Celt. in Normannia, seu in Perticensi com. *Chedouer* vulgo, teste Cœnali. Crociatonon vero Ptol. opp. est Venelorum in ora littorali, Caracotinum Ant. in ora à Juliobona 10. mill. pass. in occ. ex itin. Ptol.

Crococalana, quæ & alibi Crorolana legitur, *Ancaster* Ant.

caster teste Camd. opp. Albionis in territ. Lincolniensi.

Strab. Ptol. Crocodilopolis, seu Crocodilorum urb. Ægypti super. sive Thebaidis, ad Nilum, inter Lycopolim & Ptolemaidem Hermii. Fuit & opp. Phœnicis in Palæstinæ conf. apud Carmelum mont. & prom. Plin. lib. 5. cap. 15.

Plin. Crocodilus, mons & prom. Ciliciæ, *Caibo* incolis teste Nig. dictus. De eo Plin. lib. 5. cap. 27.

Prov. Rom. Croia, olim Eribœa, urbs Macedoniæ, Albaniæ quondam regia, episc. sub archiep. Dyrrhachino, inde 50. mill. pass. distans. vide Eribœa.

Strab. Cic. Ptol. * Crommyum, *Cornachietto* Mercat. seu *Capo Cornachetto* al. prom. Cypri in ora Boreali, inter Lapithum & Solos, ab Anemurio prom. & urb. Ciliciæ 4. mill. pass. in austrum distans. Ibi opp. sive pag. ejusdem nominis. [* man. Seld. habet mediam syllab. cum *i*.]

Steph. Cromna, Cromnum Xenoph. opp. fuit Peloponnesi apud Megalopolim urbem Arcadiæ. Est & opp. Paphlag. littorale Cytoro finitimum: de quo Val. Flacc. lib. 5.

" *Mox etiam Cromnam, atque jugo pallente Cytoron.*

Comana nunc teste Olivario.

Strab. Paus. Cromnyon, & Crommyon, Cromyon Ovid. locus erat Atticæ, sive ager illius, de quo Ovid. lib. 7. metam.

" *Quodque suum securus arat Cromyona colonus.*

Ubi alii Cremyona legunt, & opp. Peloponnesi fuisse aiunt, apud Corinthum, ubi Theseus ingentem suem agros vastantem interfecit, ut Ovid. supra narrat.

Ptol. Cronium, *Grevenos* teste Nig. mons Peloponnesi, prius Cturos Plutarcho, cum urbe cognomine in Elide.

Orph. Dionys. Cronium, quod & Saturnium, Sarmaticum Ovid. & Ptol. Scythicum Melæ, mare Asiam ad septentriones alluens, *Drobasaf* teste Cast. dictum. Sed apud Plinium Cronium est mare glaciale ultra Thulen ins.

Plin. Crotalus, fluv. mag. Græciæ in Calabria ulter. ex Apennino mont. in sinum Scyllaceum apud Scylletium urb. influens, *Coraci* incolis, teste Barrio, dictus, navigabilis.

Strab. Plin. Croton, Croto Cic. Liv. *Cotrone*, urbs magnæ Græciæ in ora Calabriæ ulterioris, apud Lacinium prom. ab eo 12. mill. pass. in Bor. recedens, olim potentissima, quæ cum Rheginis, Locrensibus, Thurinis, & Tarentinis maxime effulsit. episc. sub archiep. Sibereno, unde 12. mill. pass. abest in ort. à Scylletio, & Cathacio 40. Pop. Crotoniatæ. Hic Ortel. Crotonem cum Cortona urbe Hetruriæ confundit. Mem. Crotonis Ovid. lib. 15. metam.

" *Invenit Æsarei fatalia fluminis ora,*
" *Nec procul hinc tumulum, sub quo sacrata Crotonis*
' *Ossa tegebat humus* ———

A Miscello anno urbis conditæ 80. ædificata. Crotone tanta olim aeris salubritas fuit, ut in proverbium cesserit, *Crotone salubrius*, cum quid saluberrimum dicere volumus, apud Zenod. Tametsi id alii de crotone muscæ genere, alii de gummi quodam, quod crotonem vocant teste Plin. dici volunt. Apud Crotonem luporum copiam reperiri, & ab illis Milonem Crotoniatem devoratum, testatur Cælius Rhodig. in var. lect.

Annal. Franc. Cruciniacum, quod & Stauronesus, *Kreutznach*, al. *Crutznach*, opp. Germ. super. in Palatinatu, apud Bingium, inde 2. leuc. à Moguntia vero 5. in Africum.

Ant. Crumerum Asaum, quod & Legio prima Adjutrix, *Comaro*, seu *Komar* Germ. opp. cum arce firmissima Pannoniæ super. in Hungaria, in extremo insulæ Cituorum ad ortum, adversus Turcas, inter Posonium ad occ. 8. & Strigonium ad ort. 6. leuc. dissitum. Gomorra Latine nunc, ut lib. 5. itin.

" *Ille Gomorrææ præfecturam arcis habebat,*
" *Cernere quam nobis luce sequente licet.*

Cruni, Crunos Paus. opp. Peloponnesi cum fluv. cognomine, inter Pylum & Chalcim. Est & Crunos urbs Thraciæ marit. cum portu, in Mysiæ infer. conf. vide Dionysiopolis. Sic dicta ab aquis salientibus. De ea Mel. lib. 2. Strab.

Crusa *Crusia*, ins. parva Cariæ in sinu Ceramico, adjacens Pharmacusæ, & Lypso vicina, à Minyia & Co 25. mill. pass. in Bor. distans. Plin.

Crustumeria, Crustumerium Plin. quod & Crustuminum, col. & opp. Sabinorum apud Tiberim, contra Veios, col. Albanorum ante urbem Romam conditam, *Palombara* nunc, ut multis videtur, à Tybure 6. mill. pass. in occ. recedens. Aliis est *M. Ritondo*: quod plerisque Eretum est opp. Sabinorum apud Tiberim, ab urbe Roma 15. mill. pass. Pop. Crustumeri Virg. Crustumerini Halicarn. Crustumini Liv. Sed Crustuminum apud Plin. opp. est Thusciæ, non Sabinorum, ex quo videtur Crustuminum à Crustumerio diversum. Virg. lib. 7. Æn. Liv.

" *Ardea, Crustumerique, & turrigeræ Antennæ.*

Crustumium, opp. & fluv. Umbriæ. Opp. excisum est in ora maris Hadriaci in via Flaminia, inter Ariminum 15. & Pisaurum ad ort. 10. mil. pass. occurrens, nunc vic. *la Catholica* dictus, fluv. vero *Conca* nominatur, ex Apennino mont. profluens, & ad vicum prædictum mari exceptus. Hinc Crustumius nom. gent. ut Crustumia pyra præstantia apud Plin. & Colum. Virg. lib. 2. georg. Plin. Luc. Vib.

' *Crustumiis, Syriisque pyris* ———

Crustumii vero fluv. mem. Luc. lib. 2.

" *Crustumiumque rapax, & junctus Isapis Isauro.*

Cryon, fluv. Asiæ propriæ per Lydiam in Hermum influens. Plin.

Crypta aurea *Grottaria*, opp. mag. Græciæ. vide Castrum Minervæ.

Crypta Neapolitana *la Grotta di Napoli*, specus sub mont. Pausilypo apud Neapolim, per quod Puteolos via compendiosa itur, mill. pass. longa, lata, altaque 12. pass. ad cujus initium Virgilii sepulchrum marmoreum cernitur. Est & Crypta Ferrata *Grotta Ferrata*, cœnobium, sive abbatia insignis apud Tusculum. Stra. Sen.

Ctemenæ, *Grisano* Soph. opp. Maced. in Estiotide reg. cujus incolæ Dolopes ab Hom. teste Steph. nominantur. Ptol. Apol. Steph.

Ctenos, *Saline* Nigro, portus Tauricæ Chersonesi, ubi olim salinæ fuerunt teste Strab. inter Chersonesum urb. ad occ. & Criumetopon prom. ad ort. Aliis *Zebibana* dicitur. Stra. Pto.

Ctesiphon pagus fuit Assyriæ amplissimus, in Tigridis altera ripa, è regione Seleuciæ urbis, à Parthis in odium Seleuciæ extructus, ab ea 3. mill. pass. tantum distans, olim urbs episc. à Parthis regibus habitatus, teste Plin. Plin. Ptol. Marc. Zosim.

Cubi, pop. Gall. Aquitan. vide Bituriges. Plin.

Cubus Canopi, *Agia parasceve* Græcis teste P. Gyllio, suburbium olim Byzantii, & locus deliciarum: de quo Dionys. Byzant. Dionys.

Cucci, Cuccæ lib. Not. opp. Pannoniæ infer. apud Danubium in Hungaria, *Curusca* teste Siml. inter Bononiam & Cornacum 3. leuc. Sed Laz. Cornacum est *Curuska*. Ant.

Cuculum, *Scutula* teste Leand. opp. Marsorum in Latio, nunc in Aprutio, apud Albam Marsorum, Taliequitium versus. Strab.

Cucussus, Cocusum Anton. Cocussa D. Athanasio, Cusum Amm. urbs olim episc. in Armenia mi- Eustath.

nore,

nore, in Ciliciæ & Cappadociæ conf. à Laranda 18. mill. pass. in Bor. Cæsaream versus sup. 100. à Comanis 39. in via inter Cæsaream & Anazarbum, D. Joannis Chrysostomi exilio clara.

Vet. Insc. Cuda *Coa*, fluv. Lusit. in regno Portugallico per agrum Ægitanum, sive Guardiensem, in Durium fluv. apud Almendram pag. influens. Pop. Cudani.

Scrip. Pol. Cujavia, urbs episc. Poloniæ in Prussiæ, seu Massoviæ conf. ad Vistulam fluv. sub archiep. Gnesnensi. vide Vladislavia, eadem enim est.

Adoni. Cularo, Cularona lib. Not. al. etiam Calarona legentibus, opp. fuit Gall. Celt. cum fluv. cognomine in agro Lugdunensi.

Ptol. Culcua, *Cucutina* teste Marm. opp. Africæ mediterr. in Numidia.

Ptol. Cullu, quæ & Collops magnus Ptol. *Col* Marm. *Alcol* Cast. & *Collo* Nig. urbs Africæ olim episc. sub archiep. Carthaginens. marit. apud ostia Ampsagæ, & Mauritaniæ Cæsariens. confinia, ex præcipuis olim Numidiæ, purpura celebris teste Sol. à Cirtha 48. mill. pass. in Bor. inter Rusicadam ad occ. 43. & Hipponem Regium in ort. 75. mill.

Script. Pol. Culmia *Culm*, urbs Massoviæ in regno Polonico ad Vistulam fluv. satrapia, & episc. sub archiep. Gnesnens. à Torunia urbe 3. leuc. in Bor. Dantiscum versus. olim sub archiep. Rigensi.

Ptol. Cumacatum, urb. Arabiæ fel. apud Syagrum prom. vide Metacum.

Strab. Plin. Liv. & al. Cumæ *Cuma*, col. & urb. episc. Campaniæ in ora littorali, inter Linternum ad occ. 5. & Misenum ad ort. 3. mill. pass. urbes excisas, prorsus eversa. Non longe Cumanum, villa à Cic. commemorata, & antrum Cumanæ Sibyllæ, quæ & Cumæa à Virg. dicitur. Ab Euboeensibus condita, & à Saracenis excisa. Episcopatus ejus Aversano copulatus est. Hinc Cumanus nom. gent. & Cumæus. Mem. Virg. lib. 6. Æn.

" *Et tandem Euboicis Cumarum allabitur oris.*

Idem in eclog. 4.

' *Ultima Cumæi venit jam carminis ætas.*

Steph. Cumæ alteræ, Cyma Liv. Cume Ptol. Cyme Melæ, *Castri* teste Soph. sed Nig. *Foia nova*, urbs Æolidis marit. inter Myrinam & Phocæam urbes finitimas, à Pelope una cum Magnesia anno mundi 3150. condita, teste Isid. episc. sub archiep. Ephesino. Cumani Asiæ inter insulsos & stupidos habiti sunt, autore Strab. Cum enim pecunia mutuo accepta porticum construxissent, nec illam ad præscriptam diem reddidissent, à deambulatione sub porticu prohibiti sunt; cum autem plueret, præcone à creditoribus misso ut porticum subirent admoniti sunt. Unde in illos ortum adagium, *Cumani sero sapiunt*, cum non nisi post pluviam portum subiissent. Simile illi, *Sero sapiunt Phryges.*

Scrip. Brit. Cumbria *Cumberland*, regio Albionis in regno Anglico in ora occidua, inter Walliam ad merid. & Scotiam ad Bor.

Plin. Cumerum *Monte Santo*, & *Monte Guasco*, prom. Anconæ urbis in Piceno. Sic à Cæsare Guasco præfecto nominatum, & arce munitum Pio urb. pont. max.

Ant. Cumillomagum, sive, ut al. legunt, Camillomagum, *Gigognola*, castrum sive pag. agri Ticinens. apud Blandinonam & Sellam opp. à Papia 12. fere mill. pass. quæ olim iter erat.

Plut. Cunaxa, locus Assyriæ, ubi inter Artaxerxem regem & Cyrum ejus fratrem dimicatum est, à Babylone 500. stad.

Ant. Cunetio, *Marlborow* testibus Camd. & Lhuydo, vel *Kennet*, opp. Albionis in Anglia, cum fluv. cognomine, qui in Tamisim labitur.

Cuneus, reg. Strab. prom. Plin. Mel. ager in ora Lusit. meridionali, inter ostia Anæ fluv. & sacrum prom. ubi Pharus urbs episc. *Faro* teste Clus. inter Balsam 4. & Ossonabam ad occ. 8. leuc. Prom. *Capo di S. Maria* appellatur. In agro tres urbes sunt teste Mela, Myrtilis, Balsa, & Ossonaba, adeo patens erat. *Strab. Plin. Mel.*

Cuni, vel Cunei, pop. Hisp. Bæt. quorum urb. Cunistorgis fuit, Conistorsis Strab. qui à Plin. Celtici Mirobrigenses dicuntur, Celtici Bætici Ptol. circa Nieblam opp. teste Mor. *App.*

Cunicularíæ, *Sanguenares* Pineto, (sed Dalechampio videtur altera *Bizze*, altera *Speragia*) insf. duæ Sardiniæ, inter illam & Corsicam. *Plin.*

* Cunion charion, *Capo Ferrato* teste Nigro, prom. Sardiniæ in ora meridionali versus ort. apud Caralim urb. ab ea in Eurum distans. [* man. Seld. Ἀκυρίυ χάριον.] *Ptol.*

Cunistorgis. vide Cuni.

Cuperium, *Cupri* vel *Tzupri* teste Leuncl. locus Thraciæ apud Byzantium. *Niceta.*

Cupersanum *Conversano*, urbs Apuliæ Peucetiæ episc. sub archiep. Barensi, inde 15. mill. pass. totidem versus Monopolim in ort. *Prov. Rom.*

Cupra gemina in Piceno: una maritima, nunc *la Grotte* vel *Gritto*, pag. in ora littorali, cis ostia Truenti fluv. teste Leandro, vel *S. Benedetto*, pag. vicinus, inter Firmum urb. ad occ. & Truentum ad ort. Altera montana, *Ripa Transona*, urbs recens episc. sub archiep. Firmano, inter Firmum & Asculum ad 12. mill. pass. à priore Cupra 3. in merid. *Ptol.*

* Cuqueni, pop. Gall. Aquitanicæ, ad montium Pyrenæorum radices; quos Jo. Villanovanus *Bearnenses* interpretatur. [* man. Seld. Κομινεοί.] *Ptol.*

Curalonenses, vel, ut legit Belforestius, Cularonenses, pop. inter Allobroges, qui Gratianopolitani putantur, ob veterem inscriptionem marmoream Gratianopoli repertam. *Vet. Insc.*

Curcum, *Cruch* teste Nig. cum aliis, opp. Liburniæ mediterr. Vegiæ tamen in ora, & Argyrunto finitimum. *Ptol.*

Cures, urbs olim Sabinorum, Numæ Pompilii patria, à Medio Fidio Sabinorum Deo condita, nunc pag. *Torre* vel *Turre* teste Leandro dictus, ad Himellam fluv. à Reate 10. mill. pass. in occ. à Tybure supra 20. in arctos, Interamnam versus supra 16. Al. est *Curese* pag. ejusd. reg. apud coenobium Farfense. Pop. Curenses Plin. Horum mem. Virg. lib. 6. Æn. *Stra. Liv. Halicarn.*

" *Fundabit, Curibus parvis, & paupere terra.*

Et Ovid. lib. 6. fast.

' *Nomina terna fero, sic voluere Cures.*

Curetes, pop. Cretæ & Ætoliæ, Jovis educatores. vide Corybantes. Cureti à Dionys. Halicarn. unde Curetis terra, Ovid. lib. 8. metam. *Ovid. Strab. & al.*

" *Solvit, & egressus ratibus *Curetida terram*

' *Contigit.*———

Mem. & Virg. lib. 3. Æn.

" *Et tandem antiquis Curetum allabimur oris.*

[* alii libri *Creteida*.]

Curia *Chur*, & Italis *Coria* vel *Coira*, urbs Rhætiæ primaria ad Rhenum fluv. præterfluentem, inter Clavennam 11. & Brigantium ad Bor. 6. leuc. à Tiguro urbe Helvetiorum 9. in ort. à Constantia urbe Suevica 12. in Eurum, episc. sub archiep. Moguntino. De ea lib. 6. Itin. sic, *Ant. Diac.*

" *Interea famulus, Rhætorum missus ad urbem,*

' *Pontificemque, redit, Curia prisca, tuum.*

Curia altera, *Corbridge* Camd. opp. Albionis in Anglia, ac in Northumbria reg. *Ptol.*

Curia item urbs Livoniæ, Curlandiæ reg. caput, episc.

episc. sub archiep. Rigensi, antequam Livonia in Polonorum potestatem veniret, qui episcopatus omnes, excepto Venedensi, extinxere.

Vet. Insc. Curia picta *Gorbetta*, pag. agri Mediolanensis in Insubria, teste Alciato, à Mediolano 12. mill. pass. Novariam versus, Abiato proximus.

Ptol. Curianum, prom. Gall. Aquitan. apud ostia Garumnæ, in merid. recedens, varie indigitatum; ab Helia Veneto *Cap de Cordan* vel *Gordan*, à Scalig. *Cap de Butz*, à Bellefor. *Cap S. Marie*, à Mercatore *Sollac*. Veneti magis arridet.

Ptol. Curicta, Curictæ Plin. ins. maris Hadriatici in Liburnico sinu littori proxima, quæ teste Hermol. *Vegia* dicitur, 100. mill. pass. fere ambitu patens, inter Absyrtides ad austrum, & oram Liburniæ ad Bor. fere uno extremo Velceram opp. ad occ. altero Seniam urb. ad ort. attingens, vix 6. mill. pass. distans, cum urbe episc. Aliis vero *Pago* est, inter Arbam ad occ. & Jaderam ad ort. quod tamen Plin. & Strab. descriptioni adversari videtur. De hac lib. 2. Itin.

" *Hinc Curicta brevis, sterilis Cardona, minaxque, &c.*

Ptol. Curicum, urbs Curictæ ins. episc. in ora ejusd. australi, quæ vulgo *Veggia*, sicuti & insula vocatur, *Vegla* Germ. sub archiep. Jaderens. quæ etiam Vegia Latine nominatur.

Plin. Curiga (vide Ucultiniacum) opp. Hisp. Bæt.

Cæs. Curiosolitæ, *Cornouaille* teste Marliano, pop. & urb. Gall. Celticæ inter civitates Aremoricas in Britanniæ minoris ora, inter Venetos ad austrum, & Gobæum prom. ad Bor. episc. sub archiep. Turonens. à Rhedonibus 23. leuc. in Africum. vide Corisopitum.

Ptol. Curium, *Episcopia* teste Steph. Lusignano, *Carmia* Nig. urbs Cypri in ora australi, inter Paphum & Amathuntem; quæ & Curias Plin. licet Curias apud Ptol. & Strab. prom. sit Curio urbi propinquum, *Capo delle Gatte* dictum. Urbs episc. est apud Græcos, à Thronis 700. stad. in occ. recedens.

Ptol. Curnonium, * Carnanium lib. Not. *Carnobio*, opp. Hisp. Tarraconens. in regni Navarræ, ac Arragoniæ confinio. Tametsi non desunt, qui *Zuera* opp. à Cæsaraugusta 5. leuc. Oscam versus indigitent. [* Carnuntum forsan.]

Ptol. Curobis, Curubis Plin. Anton. & D. August. *Calibia* teste Marm. urb. olim episc. sub Carthag. archiep. in ora Africæ, inter Clupeam & Hermæam prom. Pop. Curubitani, & episcopatus Curubitanus.

Halicarn. Cursula, opp. Sabinorum ad Mont. Coretum, à Reate urb. 80. stad. distans, quod *Cassia* seu *Cassi* nunc dici videtur, teste Leandro, opp. amplum, Nursiæ finitimum, inde 7. mill. pass. distans, licet multo plus à Reate recedat. Ortel. hic Cursulam cum Carsula urbe Umbriæ, inter Narniam & Mevaniam excisa, confundit.

Ant. Ptol. Curta, *Curta* adhuc, pag. Pannoniæ infer. in Hungaria ad Danubium fluv. medius inter Crumerum ad occ. & Strigonium ad ort. 3. leuc. Al. Budam urb. regiam non sine manifesto errore interpretantur; nisi Curiam pro Curta accipiant: Curia enim *Hoffen* sive *Off*, Germanis est, quo nomine Buda appellatur vulgo.

Plin. Curubis. vide Curobis.

Ptol. Cusa, *Umarabea* Marm. & al. *Omirabi* fluv. Maurit. Tingit. inter Atlantem minorem & Rusubim portum in oceanum Atlanticum sese exonerans.

Ant. Cusi, *Cudelafs* teste Siml. pag. Pannoniæ infer. in Hungaria ad Danubium, inter Bononiam 16. & Acumincum in Eurum 30. mill. pass.

Or. Tac. Cusus, Chrysius Jornandi teste Rhenano, *Kerez* teste Laz. & al. *Keureux*, fluv. Daciæ per Transylvaniam in Tibiscum fluens. vide Chrysius.

Pli. Liv. Cutiliæ, & Cutilia, *Lago di Contigliano*, lacus Sabinorum in agro Reatino, Cotilia Festo, cum opp. cognomine, quod *Contigliano* nominatur, à Reate 8. mill. pass. distans. In hoc lacu Macrob. lib. 1. Saturnal. cap. 7. insulam esse scribit, quæ sylvosa innatat, nunquam in eod. loco permanens, teste Plin. lib. 2. cap. 95. *Varr. & al.*

Liv. Cutilium, opp. Sabinorum apud Cutilias aquas (sic enim lacus à Livio appellatur) *Contigliano* castrum, à Reate 70. stad. quod Cotilia Festo dicitur.

Ptol. * Cyamon, *Capo Spada* Soph. *Chesim* Mercat. prom. Cretæ in ora Boreali apud occid. inter Cydonem urb. ad ort. & Dictynnam ad occ. vide Cianum, sic enim etiam legitur. [* Κίαμον manusc. Seldeni.]

Plin. Cyane, Cyanes Sil. fons agri Syracusani in Sicilia apud urbem Syracusas, *Pisma Cirini* vulgo teste Faz. in quam nympham conversam fabulatur Ovid. lib. 5. metam.

" *Inter Sicelides Cyane pulcherrima nymphas.*

De quo Sil. lib. 14.

" *Et Cyanes, & Anapus, & Ortygia Arethusæ.*

Est & opp. Lyciæ apud Plin. lib. 5. cap. 27.

Strab. Plin. Ptol. Cyaneæ, quæ & Symplegades, *le Pavonare* nautis, ins. duæ parvæ Thraciæ apud os Bospori Thracii, quæ Planetæ ab Herodoto, Syndromades à Theocrito, quod loco moveri putantur, appellatæ, ab incolis *Iarcazes* dictæ. Harum mem. Ovid. lib. 1. de tristib. eleg. 9.

' *Transeat instabiles strenua Cyaneas.*

Ptol. Cyaneus, Cyanos Plin. qui & Glaucus, *Cicabo* teste Nig. cum al. fluv. Colchorum, ex magnis amnibus ejus reg. ex montibus Coraxicis in Phasidem influens.

Claud. Fest. Cybele, & Cybala Apollod. urb. Phrygiæ magnæ apud Celænas, ubi Cybele dea colebatur.

Cic. Cybira, urbs Phrygiæ magnæ. vide Cibyra. Est & opp. Lycaoniæ non procul à Mæandro fluv. ut in Thes. ling. Lat. Sed hic fluv. non est in ea reg.

Cic. Stra. Cybistra *Arminacha*, urbs Armeniæ minoris episc. sub archiep. Tyanæo, à Tyanis haud valde distans, ad Tauri mont. radices in Ciliciæ conf. apud Cic. num. plur.

Stra. Pli. Ptol. & al. Cyclades, insulæ maris Ægæi numero 50. sic, quasi circulum facientes inter se, dictæ, teste Isid. al. 54. quæ una cum Sporadibus *l' Isole dell' Arcipelago* à nostratibus dicuntur. Ovid. lib. 1. trist. eleg. 9.

" *Cycladas Ægæas obstupuisse puto.*

Dionys. Byzant. Cyclaminus sinus *Golfo di Soltania*, sinus ad Bosporum Thracium, teste P. Gyllio.

Suid. Cycloboros, apud Steph. amnis, sive torrens Atticæ adeo ob amfractus crebros strepitans, ut *Cyclobori vox* in adagio, contra clamosos & obstreperos, esset.

Plin. Cyclopum scopuli, *Faraglioni* teste Faz. tres scopuli Siciliæ. Cyclopes autem pop. primi Siciliæ, teste Diod. habitatores fuere. De quibus Ovid. lib. 14. metam.

" *Arvaque Cyclopum, quid rastra, quis usus aratri.*

Hos Vulcani ministros fuisse unoculos, & Jovi fulmina fabricasse fabulantur. *Cyclopum vita* ex Hom. lib. 9. Odyss. uti proverbium usurpatur, ubi de vita prorsus barbara, ac sine ullis legibus disciplinaque sermo est, apud Strab. lib. 1. Sic *Cyclopis donum* apud Lucian. de munere tyranni, aut latronis; quod solent hi aut minus, aut sero lædere.*

Plin. Sol. Cycones, pop. Thraciæ ad Hebri fluv. ostia incolentes, Odrysiis finitimi: quorum urbs Maronia.

Plin. Cydaras, Plin. lib. 6. c. 22. est fluv. Taprobanæ ins.

Dionys. Byzant. Cydarus *Machlesira*, fluv. Thraciæ apud Byzantium in Ceratinum sinum influens.

Stra. Pli. Plutarch. Cydnus, *Carasu* teste Leuncl. quod habeat aquas nigras, *& al.*

nigras, fluv. Ciliciæ Tarsum urb. præterfluens, in quo lavit Alexander teste Curtio. De quo Ovid. lib. 3. de arte amandi.

" *Vel prope te nato, lucide Cydne, croco.*

Et Tibull. lib. 1. eleg. 8.

" *At te Cydne canam, tacitis qui leniter undis*
" *Cæruleus placidis per vada serpis aquis.*

Plin. Mel. Cydon, Cydonia Strab. Cydonis Ptol. *la Canea* Soph. & al. urbs Cretæ episc. ex primis illius, in ora Boreali, à Gortyna & Gnosso 7. mil. pass. in Corum distans, inter Rhitymnam ad ort. & Cisamum ad occ. Hinc Cydonius nom. gent. Ovid. lib. 8. metam.

" *Armaque, equosque, habitusque, Cydoneasq; pharetras*
" *Noverat*-----

Plin. Cydonea, ins. ante Lesbum, cum fonte calido, qui vere tantum fluit, teste Plin. lib. 2. c. 103.

Scrip. Germ. Cygnea *Zwickaw*, urbs Misniæ libera, & præclara, à Cygno Herculis filio, ut dictitant, appellata, inter Curiam urb. Voitlandiæ primam, & Lipsiam Misniæ, inde 7. hinc 8. leuc. distans, à Plavia 4.

Plin. Mel. Cygnum, opp. Colchidis interius intra montes circa ort. Phasidis fluv. ex mont. Moschico.

Liv. Pauf. Cylarabis gymnasium erat Lacedæmoniorum, à Lacedæmone vix 300. pass. distans.

Lycophr. Cylistarnus, *Racanello* teste Barrio, fluv. magnæ Græciæ per agrum Cosanum in sinum Tarentinum influens, in Calabria citer.

Plin. Thucyd. Ptol. Cyllene, *Chiarenza* Soph. urbs Elidis in ora occidua Peloponnesi, apud Araxum prom. inter illud & Chelonatam, apud ostia Penei fluv. in mont. ejusd. nominis, ab Elide urbe 700. stad. ortu Mercurii clara.

Strab. Pausan. & al. Cyllene item mons excelsus Arcadiæ, in quo cypressi abunde proveniunt, & ubi Mercurium natum tradunt. Ovid. lib. 5. fast.

" *Hæc enixa jugo cupressifero Cyllenes.*

Et Virg. lib. 8. Æn.

" -------*Quem candida Maia*
" *Cyllenes gelido conceptum in vertice fudit.*

Hinc Cyllenius nom. gent.

Cyme. vide Cumæ.

Virg. Cyminus, mons Thusciæ, *Montagna di Viterbo*. Virg. lib. 7. Æn.

" *Et Cymini cum monte lacum, lucosque Capenos.*

vide Ciminus, varie enim scribitur.

Plin. Cynara, *Zenara* Nig. insula maris Ægæi inter Sporades. unde Cynareus nom. gent. Stat. lib. 5. sylvarum, carm. 1.

" *Coryciaque coma, Cynareiaque germina, & altis.*

Ovid. Cyniphes, fluv. Scythiæ Europææ, qui in Euxinum mare labitur.

Plin. Cynips, fluv. Africæ. vide Cinyphus. De quo Claud. lib. 1. de laude Stiliconis.

" *Quos vagus humectat Cynips, & proximus hortis*
" *Hesperidum Triton*----

Juxta hunc fluv. capræ inusitatæ sunt magnitudinis, authore Plin. sicut & hirci teste Virg. in georg.

Plin. Aul. Gell. Cynocephali, pop. Indiæ in montibus degentes, quos capita canina habere fabulantur, teste Aul. Gell. lib. 9. cap. 4.

Strab. Ptol. Cynopolis, & Cynospolis, i. e. urbs canum, urbs Ægypti ad Nilum fluv. inter Oxyrynchon & Hermopolim, non permanens.

Steph. Suid. Cynosarges apud Steph. locus erat Atticæ, sed apud Suid. erat gymnasium, in quo apud Athenas extra portam nothi & spurii exercebantur, de quo Plutarch. in vita Themistoclis, qui spurius fuit. Inde adagium *Ad Cynosarges*, quo dicto quis notabatur esse nothus. Reliqua duo gymnasia erant Lycæum, & Academia intra urbem.

Strab. Cynossema, prom. chersonesi Thraciæ apud Sestum oppositum Abydo urbi Asiaticæ, ubi Hecubæ sepulchrum monstrabatur: quasi canis (in quam versam Hecubam fabulantur) sepultura. Unde non recte in Thes. ling. Lat. in Troade hic locus locatur. Plin. Sol. & al.

Ptol. Cynosura, Doriscum Plin. prom. Achaiæ in ora Atticæ apud Asopi fluv. ostium, *Capo Sidro* ex tab. recent. cujus inter alios mem. Stat. lib. 4. Theb.

" *Dives, & Orchomenos pecorum, & Cynosura ferarum.*

Sed hæc Cynosura de qua Stat. cum Orchomeno in Peloponneso apud Tegeam & Erymanthum esse videtur.

Strab. Plin. Cynthos, mons Deli insulæ in illius umbilico, valde excelsus: in quo Dianam venari poetæ fabulantur, in quo etiam illa & Apollo nati feruntur. Virg. lib. 1. Æn.

" *Qualis in Eurotæ ripis, aut per juga Cynthi*
" *Exercet Diana choros*----

Inde Cynthius nom. gent. Idem 3. georg.

" *Nomina, Trosque parens, & Trojæ Cynthius autor.*

Cyntilia (vide Cintylia) *Chinchilla*, urbs Hisp. Tarracon.

Strab. Plin. Liv. & al. Cynus urbs erat & emporium Locridis reg. in Achaia, navale Opuntiorum, apud Boagrii fluv. ostium. Scribitur & Cynos: quo nomine & fluv. apud Plin. lib. 6. c. 28.

Strab. Ptol. & al. Cyparissi, Cyparissia Strab. Cyparissos Hom. *Arcadia* teste Soph. urbs Peloponnesi in ora Messeniæ littorea (non in Achaia, ut in Thes. ling. Lat.) ad ostia Cyparisseidis amnis, probe munita, à Messene 50. mill. pass. in Bor. Patras versus. Al. est *Bicorna* opp. proximum. Hinc Cyparissius sinus Melæ, *Golfo di Arcadia*.

Ptol. Cyparissium, prom. non longe ab urbe Cyparissia, *Capo Conello* Soph. seu *Capo S. Elia* Nigro. Mem. Cyparissi Stat. lib. Theb. 7.

" -------*veteremque revolvat*
" *Phocida? quis Panopen? quis Aulida? quis Cyparisson?*

Plin. Pauf. Ptol. & al. Cyphanta, opp. & portus Laconicæ (non Achaiæ, ut in Thes. ling. Lat.) in Peloponneso, in ora ad ortum, proxim. Zaraci, inde 6. tantum stad. distans, *Eriches*, & portus *Porto delle botte* Nig. sed Soph. *Stilo* nominatur.

Cic. Strab. Plin. & al. Cyprus, insula notissima maris Syrii, multis olim nominibus appellata, teste Plin. Acamantis, Cerastis, Amathusa, Aspelia, Macaria, Cryptos, & Colinia; longa 170. mill. pass. inter Acamantem prom. occid. & Clides prom. orientale, circuitu 430. Ciliciæ propior, ab Anemurio prom. vix 50. mill. recedens, à Joppe urbe Palæstinæ excisa fere 200. diu sub Venetis, nunc Turcis parens, *Cipro* Italis, *Cupron* Turcis. Hinc Cyprius nom. gent. Ejus mem. Virg. lib. 1. Æn.

" ---------------*tum Belus opimam*
" *Vastabat Cyprum, & victor ditione tenebat.*

Urbes in ea episcopales, post Leucosiam metropolim, Salamis, Paphos, Curium, Amathus, & Ceraunia, ritus Latini; Græci vero, Soli, Arzus, Leuca, & Carpasium. In quibus olim claræ Amathus, Salamis, & Paphos.

Urbes Cypri episcopales.

Amathus	mochostus
Arzus	Leuca
Carpasium	* Leucosia
* Ceraunia	Paphos vetus & nova
Curium	Soli. nunc pagus, ut cæteræ asterismo carentes.
* Fama Augusta, olim Hamacostos & Am-	

Duas habet metrop. sive archiepisc. secundum alios, unam Græcorum, quæ olim Salamis, seu Salamina, postea Constantia dicta est: cui episcop. subsunt 14.

Leuco-

Leucosia, Citium, Tremithus sive Trimithus, Tamassus, Paphos, Amathus, Carpasium, Cirynia seu Cyrenea, Solea sive Soloe, Arsinoe, Neapolis Nemesi, Curias sive Curæum, Cythera, Lapithus: Alteram Latinorum, quæ Leucosia nominatur, cui parent Hamacostos, Paphos, & Neapolis, episcopatus Latini. Quanquam exceptis Leucosia, Hamacosto, Cirynia, & Carpasio, potius pagi, quam urbis speciem præ se ferant.

Plin. Mel. & al. Cypsella, Cypsala Anton. Cypselos Strab. *Chipsala* Soph. *Ipsala* vero Jo. Leuncl. & *Chapsilar* Bellon. urbs Thraciæ mediterr. olim episc. sub archiep. Trajanopolitano, nunc metropolis, inter Trajanopolim ad occ. 29. & Apros ad ort. 41. mil. pass. apud Doriscum, & Serrhium mont. teste Liv. A Cypselo Ixionis filio. Unde Cypselidæ pop. unico *l*. Virg. in Ceiri.

" *Cypselidæ magni florentia regna Corinthi.*

Ptol. Cyptasia, *Carosa* Mol. & Thev. opp. Galatiæ in Paphlagonia, Sinopæ urbi propinquum, seu finitimum.

Trog. Pomp. Cyra, mons Cyrenæ urbi imminens, teste Trogo, unde urbi nomen videtur derivatum, *M. di Corene*.

Ptol. Cyrenaica, reg. Africæ mari mediterr. Africo exposita, inter Africam proprie dictam ad occ. & Marmaricam ad ort. quæ incipit à Syrti magna, & in Barbaria comprehenditur. In ea Pentapolis reg. quinq; urbibus constans: quarum præcipua Cyrene. Hic basiliscus serpens generatur: de quo plura habet Sol.

Urbes Cyrenaicæ, & Marmaricæ.

Apollonia	Hammonis oraculum,
Aptuchum	Marmaricæ
Arsinoe, vide Teuchira	Oasis gemina, magna, & parva
Berenice	Parætonium, Marmaricæ
Cyrene	Ptolemais
Darnis	Teuchira, quæ & Arsinoe
Hammon, ubi Jovis	

Strab. Plin. Ptol. & al. Cyrene, *Corene* Villanov. & al. urbs Cyrenaicæ reg. archiep. & primaria apud oram littoream, & Phycuntem prom. à littore 12. mill. pass. à Ptolemaide urbe ad occ. 84. mill. pass. ab Hammonis Oraculo 400. in Bor. sic à regina, quæ illam condidit, nominata: vel ex aliorum sentent. à Batto rege an. mundi 3560. urbis vero Romæ 143. Olympiade 45. condita, & à Cyrene, Penei amnis filia, quam Apollo, amore ejus captus, in eam Libyæ partem transtulit, nominata. De fluvio Virg. 4. georg.

" *Mater cyrene, mater, quæ gurgitis hujus*
' *Ima tenes* ------

de urbe vero Luc. lib. 9.

" *Africa Cyrenes etiam nunc bruma vigebat.*

Hic laserpitium herba provenit; unde Cyrenæ laserpitiferæ vocantur à Cat. Cyrenæi ad cœnam vocati solebant non solum ipsi venire, sed & alios secum ducebant: unde proverbium apud Athen. lib. 12. *Cyrenæus videris*; non solum de voluptuosis in conviviis, sed etiam de studiosis in edendis libris nunquam saturis. Hos curribus usos potissimum scribit Steph.

Lycoph. Cyris, *Caldana* teste Barrio, fluv. Magnæ Græciæ in Calabria citer. apud Arponium opp. oriens, & in sin. Tarentinum influens. vide Ciris.

Plin. Cyrnos, *Sirna* ex tab. geograph. recent. insula maris Ægæi inter Sporades, à Gyaro 80. mill. pass. in austrum teste Plin. Apud Virg. in eglog. 9.

" *Sic tua Cyrneas fugiant examina taxos.*

Steph. Cyrnos etiam ins. est Japygiæ. Cyrnius nom. gent. Unde *Terra Cyrnia* apud Zenod. in proverbium abiit in eos, qui vitam infamem latrociniis transigunt, quales olim Cyrnienses fuisse feruntur: vel de reg. latrociniis infami; sic *Cyrnia jactura* de magnis dispendiis. Cyrnus melle maxime abundans, olim propter latrones erat inaccessa. De qua ins. Steph.

Cyrnus, ins. maris Ligustici, sic à Cyrno Herculis filio dicta; unde Cyrnæus nom. gent. vide Corsica. Claud. de laudib. Stilic. lib. 3. Polyb. Strab. Ptol.

" *Cyrnæis, Siculisque jugis venata virago.*

Cyropolis *Sammachi*, vel *Summachi*, & Persis *Circombate*, Arabibus *Chyseleth*, urbs ampla ac præclara Mediæ Atropatiæ, inter Artaxata 200. & Portas Ferreas 120. mill. pass. vide Portas Caucasias. Ptol.

Cyrræi, pop. Æthiopiæ juxta Nilum incolentes, quorum mem. Claud. loquens de Nilo in epigram. Claud.

" *Hunc bibit effrænis Garamas, domitorque ferarum*
' *Cyrræus* ------

* Cyrrha, urbs Phocidis. vide Cirrha. Unde Cyrrhæi campi, & Cyrrhæi scopuli, ac antra Cyrrhæa, nec non & fontes Cyrrhæi. Mar. epig. 76. lib. 1. Ptol.

" *Quid tibi cum Cyrrha? quid cum Permesside nuda?*

[* Κίῤῥα manusc. Seld.]

* Cyrrhus, Cyrus Plin. & Strab. fluv. Albaniæ, provinciæ Asiaticæ, ingens, per illam & Mediam Atropatiam in mare Caspium fluens, varie indigitatus, *Cirech* Pineto, *Cur* Nigro, *Elcur* Rhamusio, *Ser* & *Chiur* Theveto & Thom. Minadoi, ex montibus Coraxicis teste Mela ac Plin. oriens, ac cum Cambyse confluens. [* man. Seld. Κῦρος. Apud Ptolem. vero Cyrrhus & Cyrus diversi sunt fluvii; unus Albaniæ, alter Mediæ.] Ptol.

Cyrrhus & Cyrrhum, *Quars* hodie, & al. *Carin*, urb. Syriæ in Cyrrhestica reg. episc. sub patriarch. Antiocheno. Ant. Steph.

Cyrus, urbs Syriæ archiep. à Cyro rege conditore nomen habens, ab Antiochia magna 60. mill. pass. in Eurum & ort. eadem cum Cyrrho apud Ptol. ut videtur. Procop.

Cyrus, fluv. Persidis in sin. Persicum per Pasagardas urbem decurrens. Est & Cyrus Plin. fluv. Albaniæ. vide Cyrrhus. Strab.

Cyssum *Sisso*, opp. olim Hisp. Tarracon. in finibus Ilergetum, apud Ilerdam urb. Liv.

Cyta urbs fuit Colchorum, patria Medeæ, teste Steph. quæ propterea Cytæis cognominata est: unde pop. Cytei vel Cytæi, Val. Flacc. lib. 6. Argon. Steph.

" *Talia certatim Minyæ, sparsique Cytæi*
' *Funera miscebant* ------

Cytæum, *Candia* Jovio, Nig. & plerisque al. urb. Cretæ archiep. & metrop. præclara in ora Boreali, optime contra Turcas munita, sub Venetis. Sed Belonio est *Sittia* vel *Citie*, opp. & Nicol. Soph. *Phrascia* oppidulum in eadem ora. Plin. Ptol. & al.

Cyteorum. vide Cytorum, vel Cytorus.

Cyterium, *Cirisano* teste Barrio, opp. Oenotriorum in Brutiis, & Calabria citer. in agro Consentino, apud Pandosiam urbem excisam, ab ipsa Consentia 6. mill. pass. distans, apud mont. radices. Steph.

Cythera *Cerigo*, ins. maris Ægæi, ultra sin. Laconicum, contra Maleam prom. cum urbe episc. sub Venetis; inter Maleam Peloponnesi prom. & Cretam ad 30. mill. pass. licet ex Plin. à Malea tantum 5. recedat, circuitu 160. à Phalasarna opp. Cretæ 40. De qua Virg. lib. 10. Æn. Stra. Pli. & al.

" *Est Amathus, est celsa mihi Paphos, atque Cythera.*

Ovid. lib. 4. fast.

' *Deserit, & Veneri sacra Cythera petit.*

ubi num. plur. Cythera usurpatur. Hinc Cytheriacus nom. gent. ut apud Mart. lib. 14. epig. 205.

" *Sume Cytheriacum medicatum nectare ceston.*

Cythera quoque olim opp. nunc pag. Cypri, *Conucha* teste Steph. Lusignano. Hesiod.

Lib.Conc. Cythera etiam num. plur. ex lib. conc. est urbs episc. Cypri sub archiep. Constantiæ, inter illam & Cyreneam, inde 10. hinc 6. leucis, in ora Boreali, *Cithira* vulgo, nunc pagus.

Plin. Tac.& Ptol. Cythnus, *Githno* teste Soph. etiam vulgo dicta, ins. maris Ægæi seu Myrtoi, apud Atticam & Eubœam, prius Ophiusa & Dryopis dicta, teste Steph. De qua Ovid. lib. 5. metam.

" *Deserit, à dextra Cythno Gyaroque relictis.*

Hæc insula ab Amphitryone adeo afflicta fertur, autore Steph. ut in proverbium abierit apud Zenodot. *Cythnicæ* enim *calamitates* non nisi de magnis cladibus dicuntur.

Plin. Sol. Cytorum, Cotyora Xenophonti, Cyteorum Ptol. urbs & mons Galatiæ in ora Paphlagoniæ ad mare Euxinum. Urbs sic à Cytoro Phryxi filio conditore dicta. Mons 63. mill. pass. teste Solin. extenditur. *Castelle* urbs hodie teste Nig. nominatur, inter Amastrim ad occ. & Carambim prom. ad ort. à Tio urbe 63. mill. pass. vide Cotyora. buxo abundat. Inde Cytoriacus nom. gent. Mem. Virg. lib. 2. georg.

" *Et juvat undantem buxo spectare Cytorum.*

Ovid. lib. 6. metam.

" *Utque Cytoriaco radium de monte tenebat.*

Cic. Plin. & al. Cyzicus, *Chizico* Soph. urbs Mysiæ in Asia archiep. ad Propontidem, & Æsapi fluv. ostium, *Spiga* etiam nominatur, in ins. pene continenti juncta, urbs antiqua, an. orbis conditi 2953. post Romam vero 70. ædificata cum Mileto. Thevetus ait appellari *Zelia* antiquo nonine: cum Zelia fuerit diversa à Cyzico, teste Strab. inde 12. mill. pass. distans. De Cyzico Ovid. lib. 1. tristium.

" *Hincque Propontiacis hærentem Cyzicon oris,*
' *Cyzicon Æmoniæ nobile gentis opus.*

Cyziceni apud vet. timiditatis, & mollitiei notantur: unde *Tinctura Cyzicena* proverbio dicitur apud Zenod. & alios, in eos qui aliquid indecorum metu faciunt. *Cyziceni stateres* quoque apud Suid. in proverbio sunt, pro re sculpta diligenter, sicuti fuerunt nummi Cyziceni.

D.

Ptol. DAæ, Dahæ Plin. & al. Dai Herod. pop. Asiæ in Scythia apud Caspium mare incolentes, Massagetis finitimi: de quib. Luc. lib. 2.

" *O superi, motura Daas ut clade Getasque.*

Virg. lib. 8. Æn.

" *Indomitiq; Daæ, & pontem indignatus Araxes.*

Ptol. Dabrona, *Aven-mor* teste Mol. fluv. Hiberniæ in Momonia reg. per Lismorensem agrum non procul ab urbe fluens. [Camdeno Dabrona per Corcagiensem agrum fluit, per Lismorensem vero *Broodwater* nunc, olim *Aven-more*, i.e. flumen magnum, dictus.]

Virg. Dacæ, pop. Europæ, quorum reg. Dacia. vide Daci, qui & Davi. hinc enim Davi genus servorum erant.

Arrian. Dachinabades, *Indostan* teste Ortel. seu potius, ut aliis videtur, *Malabar*, reg. Indiæ citer. ab ostio Indi fluv. in austrum extensa.

Virg. Stat. Daci, pop. qui & Dacæ, ipsi *Transylvani*, *Moldavi* & *Valacchi* sunt. Hinc Dacicus, & Dacus nom. gent. Horum mem. Virg. lib. 8. Æn.

" *Indomitique * Dacæ, & pontem indignatus Araxes.*

Et Stat. lib. 4. sylvar. carm. 2.

" *Cum modo Germanas acies; modo Daca sonantem*
" *Prælia------*

Juvenal sat. 6.

" *Dacicus, & scripto radiat Germanicus auro.*

[* ita in nonnullis exemplaribus, in aliis Daæ.]

Ptol. Dacia, reg. Europæ ingens, quæ Danubio ad austrum & ortum, Carpate mont. ad Bor. & Tibisco fluv. ad occ. continetur, in tres regiones divisa, in *Transylvaniam*, *Moldaviam*, & *Valacchiam*, Aluta fluvio Transylvaniam à reliquis separante. Urbes olim claræ, Salinæ, & Zarmisgethusa.

Dacia mediterranea est ipsa *Transylvania*, quæ *Sibenburgen* Germanice, à 7. urbibus, appellatur: inter Hungariam Transdanubianam ad occ. & meridiem, ac Moldaviam & Valacchiam ad ortum, sita. Eutrop. & al.

Dacia Ripensis, quæ & Pannodacia, *Erdel*, reg. inter Alpes à Transylvania separante, ad arctos, & Danubium fluv. ad austrum contenta. Lib. Not.

Dacia Alpestris est ipsa *Valacchia*: cujus metrop. est Tergoviscia sive Tergovista, vulgo *Terwisch*. Al. vero est tractus Daciæ, qui *Vascapu* dicitur, & inter Hungariam ad meridiem & occ. ac Transylvaniam intercedit.

Dactonium, *Ribadeo* teste Hen. Coquo, opp. clarum Hisp. Tarrac. in ora Boreali in Gallæcia, in Calaicorum & Asturum confinio, à Mindonensi urb. 5. leuc. in ortum æstivum. Ptol.

Dada, Adada etiam Latini Ptol. Adadata Strab. urb. olim Pisidiæ episc. sub archiep. Antiocheno, Antiochiæ finitima. Ptol. Lib.Conc.

Dadastana opp. erat Asiæ in Bithyniæ Galatiæque confinio, ab Ancyra 90. mill. pass. in occ. distans, Joviniani imperat. morte memorabilis, totidem fere à Nicæa recedens in ortum. Anton. Ptol.

Daddala. vide Dædala. num. plur. Ptol.

Dædala *Urlie*, mons & opp. Lyciæ inter Telmessum & Cryam. Sed opp. excisum est, nomen à Dædalo ibi sepulto habens, quod *Macri* dicitur Molet. sed male: cum Macris ins. proxima sit. Hinc Dædalus nom. gent. Lucret. l. 1. statim ab initio. Liv. Plin.

" *Adventumque tuum tibi suaveis Dædala tellus.*

Dædali montes, Indiæ citer. supra Nysam urbem apud Indum fluv. *Amy* teste Boccatio. Iust. Oros.

Dalisandus urbs fuit Ciliciæ episc. sub archiep. Seleuciensi, Claudiopoli finitima. Ptol.

Dalmana, *Damna* Volaterrano, opp. Illyrici mediter. in Dalmatia. Cassiod.

Dalmatia, reg. Europæ, Illyrici pars major ad ortum, inter Liburniam alteram Illyrici partem ad occ. Titio fluv. disseparante, & Macedoniam, Mysiamque superiorem ad ortum, Drilone fluv. dividente; ad austrum mari Hadriatico, sive Illyrico terminante, ad Boream vero montibus à Pannonia discriminantibus: quæ vulgo magna ex parte *Schiavonia* dicitur, & apud litteratos *Dalmatia*, auro olim sub Neronis principatu abundans. Urbes cujus olim claræ, Salona, Scardona, & Narona; nunc Epidaurus, Ascrivium, & Scodra. Pop. Dalmatæ Plin. Liv. & al. Mare Dalmaticum Tac. & Illyricum. Hinc Dalmaticus, & Dalmatius nom. gent. uti apud Stat. lib. 1. sylv. carm. 2. Strab. Plin. Ptol. & al.

" *Robora Dalmatico fulgent satiata metallo.*

Claud. de 3. cons. Hon.

" *Sanguine, * Dalmatias pariter prostravimus alas.*

Id. de laud. Stilic. lib. 3.

" *Dalmatiæ lucos, abruptaque brachia Pindi.*

[* alii libri *Sarmaticas*.]

Dalminium in Thes. ling. Lat. vide Delminium, uti scribitur. Ptol.

Damascus, *Damasco* Europæis, *Sciam* teste Minad. [qui ait Turcas eo nomine aliquando totam Syriam designare] *Scham* teste Leuncl. apud Turcas, urbs Syriæ archiep. in Cœlesyria clarissima, ubi Turcarum satrapa sedem habet, ad Chrysorrhoam fluv. intermeantem, inter Hierosolymam 180. & Chalybonem, sive Hierapolim, vel, ut nunc vocant alteram Syriæ urbem maximam, Haleppum ad Bor. 300. mill. pass. dissita, à Beryto 60. in ortum, à servo Abraham condita. De qua Luc. lib. 3. Strab. Plin. Ptol. & al.

" Et

" *Et felix, sic fama, Ninos, ventosa Damascus.*
Hinc Damascenus nom. gent. & Damascene reg.
Damasenus ager Cypri ab Ovid. lib. 10. metam. memoratus.
" *Est ager, indigenæ Damasenum nomine dicunt.*
Strab. Damasia, *Diessen* teste Laz. opp. Rhætiæ in Vindelicorum ac Licatiorum finibus, in Bavaria, apud Lansbergam opp. inde paulo supra leuc. 1. in ort. distans, ab Augusta 7. in merid. Schongam versus fere 6. recedentem, à Monachio 6.
Plin. Damnia, reg. Arabiæ.
Ptol. Damnii, *Westmerland* teste Lhuydo, pop. Albionis in Angliæ regno in septentrione apud Scotiæ fines, & ad occ. incolentes, à Damnoniis, quos alii confundunt, diversi.
Ptol. Damnonii vel Dumnonii, pop. Albionis in occ. vergentes: quorum reg. gemina; Devonia, quasi Damnonia, vulgo *Devonshire* com. & Cornubia occidentalior, *Cornwall*, teste G. Camd. est, qui Danmonios habet. Tametsi Cornubia Cornaviorum reg. & Devonia Damnoniorum duntaxat esse aliis videtur. Horum urb. Exonia. Sed ex Ptol. liquet Cornubiam quoque reg. Damnoniorum esse, cum Damnonium prom. in illa describat.
Ptol. Damnonium prom. *Cap de S. Michel*, & *Cap de S. Iustin*, prom. Cornubiæ ad occ. quod & Ocrinum nominatur, ubi opp. Divi Michaelis, à Cantio prom. orientali 320. mill. Anglicis recedens; tanta est Anglici regni longitudo inter ortum & occ. [Camdeno est *the Lizard-point* in parte australi Cornubiæ.]
Liv. Dampetia, *Torano* teste Barr. opp. Brutiorum in Calabria citer. Balbiæ proximum, & Rugiano, inde 4. mill. pass. inter Tempsam seu Malvitum 7. & Besidianum 10. quod & Dapetia legitur, Clampetia, ut videtur, Plin. & Lampetia Steph.
Lib. Reg. Dan, *Belenas* teste Breitenbachio, opp. Palæstinæ in Cœlesyria ad fontem Jordanis fluv. minorem, à Ptolemaide 14. mill. pass. à Paneade quarta milliarii parte distans.
Danai apud poetas pro Græcis, à Danao rege nomen habentes, postea Argivi. Virg. lib. 2. Æn.
" *Sæpe fugam Danai Troja cupiere relicta.*
Plin. Daneon, portus sin. Arabici apud Arsinoen, & Heroum urb. ex quo Sesostris rex Ægypti alveum ad Nilum usque navigabilem perducere tentavit.
Ven. For. Jorn. Dani *Denemarcker*, pop. Germ. ad septentriones in Cimbrica Chersoneso & propinquis insulis incolentes, qui & Normanni ab Eginartho vocantur: quorum reg. Dania *Denemarck*, regnum in prædicta Chersoneso & circumjacentibus insulis contentum, nominatur. Danos cum Dacis Thes. ling. Lat. non sine errore manifesto confundit. Cujus urbes, Haphnia regia, & Roschildia episc. in Silandia, Lundis metrop. in Scandia, Othonia in Fionia, Slesuicum, Ripæ, Viborgia, & Arhusia in Cimbrica, primariæ continentur. Fort. lib. 7.
" *Saxonis & Dani gens cito victa probat.*
Ex lib. itin. 6.
' *Indigenæ quotquot Dania fortis habet.*

Urbes Daniæ clariores.

Aelburgum Cimbricæ, *Aelburg*
Arhusia Cimbricæ, *Arhusen*
Calmaria Scaniæ, *Calmar*
Coldinga Cimbricæ, *Koldingen*
* Corona Scaniæ, *Landscroon*
* Elsenoria Silandiæ, *Elseneur*
* Elsingoburgum Scaniæ, *Elsinburg*
Haderslebia Cimbricæ, *Hadersleben*
* Haphnia acad. & regia Siland. *Copenhagen*
* Lundis Scaniæ, *Lunden*, *Lund*
Malmogia Scaniæ, *Elbogen*
Nicopia Cimbricæ, *Nicoping*
* Ottonium Fioniæ, *Odensee*
Ripæ Cimbricæ, *Ripen*
Ricopinga Cimbricæ, *Rincoping*
* Roschildia Silandiæ, *Roschilt*
* Slesuicum, olim Heideba, Cimbricæ, *Schleswick*
Varemburgum Silandiæ, *Warburg*
Vensista Cimb. *Wensyssel*
* Viborgia Cimbricæ, *Wiburg*

Danica sylva, *Andreswaldt* Anglice, *Coad Andres* Britannice, teste Lhuydo, sylva Albionis in Anglia, inter Glocestriam & Bristolium urbes. Quæ aliis *Dean Forest* nominatur, nomen antiqu. redolens. Scrip. Brit.
Dantiscum, *Dantzk*, & *Dantzick*, urb. & emp. Prussiæ ad ostia Vistulæ celeberrimum. vide Gedanum. Male in Thes. ling. Lat. in Polonia locatur. Scrip. Germ.
Danubius *Donaw* & *Tonaw* Germanis, *Danubio* Italis, fluv. Germaniæ notissimus & maximus, per Suevos, Vindelicos, Noricos, Pannonios, Mysosque in Euxinum mare delatus, ac Ister ab Axiopoli urbe Mysiæ appellatus, in ortum fere semper fluens 60. amnibus navigabilibus teste Plin. auctus. Cujus mem. Flacc. lib. 8. Polyb. Str. Plin. & al.
' ——————— *ostia donec*
" *Danubii, viridemque vident ante ostia Peucen.*
Auson. quoque in epigramm. 3.
" *Illyricis regnator aquis, tibi, Nile, secundus,*
" *Danubius latum profero fonte caput.*
Danuibus in num. Trajani legitur pro Danubius.
Danum, *Dancaster* Camd. & Talb. opp. Albionis in Anglia inter Lindum 35. & Eboracum 37. mill. pass. ex Itin. Anton. Ant.
Daona, *Done* teste Mercat. urbs Indiæ extra Gangem; sed Dasana habet textus Græcus. Pop. Daonæ vel Doanæ Ptol. & Daones Steph. quorum urbs Daona est. Ptol.
Daphne (non Daphnes, ut in Thes. ling. Lat.) suburbium erat amœnum valde, cupressis consitum, Antiochiæ magnæ in Syria super Orontem fluv. ab urbe 20. stad. distans; licet Liv. scribat 40. apud quem Daphnes scribitur. Strab. & al.
Daphne quoque opp. Ægypti apud Pelusium, inde 16. mill. pass. distans ex Ant. Itin. apud quem Daphnus legitur. Daphne etiam regiuncula Thessaliæ per quam Peneus fluv. labitur, ubi Daphne nympha à Phœbo adamata. Ovid. lib. 1. met. Herod. Steph.
" *Primus amor Phœbi Daphne Peneia, quem non*
' *Sors ignara tulit* ———
Daphnusa, ins. parva maris Ægæi inter Samum & Lesbum sita, quæ & Thalusa. Plin.
Dara, & Daras, *Drut* ex tab. recent. fluv. Carmaniæ quæ in Bagradam fluv. Persidis labitur. Est & fluv. ins. Cascandri apud Armuzios pop. Plin. Plin. Ptol.
Darabes, pop. Bactrianæ prov. Gangaridis finit. quorum urb. Darapsa. Eorum mem. Val. Flacc. lib. 6. Strab. Val.
" *Misit in arma Darabs, acies quem maria circum*
' *Gangaridum* ———
Daradi, pop. Libyæ inter. circa Darat fluv. incolentes, qui Daratitæ à Plin. nominantur. Ptol.
Daradus apud Ptol. est fluv. idem qui à Plin. Darat nominatur.
Daranissa, urbs Armeniæ majoris Zogocaræ finitima, & Artaxatis, quam Ortel. Analibam dici ab Anton. Aug. scribit; cum Analiba sit urbs Armeniæ minoris, inter Satala & Militenen occurrens. Ptol.
Darantasia. vide Tarantasia.
Darapsa. vide Drepsa. Ant.
Darat, Daradus ac Daratus Ptol. *Canaga* Jo. Barrosio, *Zanaga* Maphæo, fluv. Libyæ inter. pars Nigritis fluv. max. apud Hesperium prom. (quod Caput Viride dicitur) in oceanum Atlanticum exiens, inter illud 30. & Ca- Plin.

& Caput Album 380. mill. ultra Canarias inſ. 250. In eo crocodili generantur.

Steph. Plin. Dardæ, Derdæ Strab. pop. Indiæ citer. circa loca Indi fluv. ſuperiora intra montes, Dardanes à Dionyſ. Afro dicti; ubi aurifodinæ teſte Plin. & argentifodinæ.

Cæſ. Strab. Plin. & al. Dardani, Dardanii Strab. pop. Myſiæ ſuper. quorum reg. Dardania, *Boſſen* teſte Laz. *Raſcia* & *Servia* ex parte teſte Soph. cum Cuſpiniano, & Volaterr. quod probabilius eſt. Dardani etiam, & Dardanidæ apud Virg. Trojani appellantur. Hinc Dardanus, & Dardanius nom. gent. Virg. lib. 2. Æn.

" *Danais animos, vireſque ſecundas*
" *Sufficit; ipſe deos in Dardana ſuſcitat arma.*

Ovid. lib. 1. de triſtib. eleg. 9.

" *Dardaniamque petit autoris nomen habentem.*

Plin. Mel. Dardanium, & Dardania, Dardanum Ptol. urbs epiſc. olim Troadis littor. à Rhœteo 70. ſtad. diſtans, apud Abydum, nunc arx contra Seſtum, quæ *Dardanello* nominatur, firmiſſima ad arcendas cum adverſa arce claſſes à Propontide, inter oſtia Simoentis & Scamandri fluminum, inter Abydum ad Bor. & Sigæum ad merid. 70. ſtad. teſte Strab. *Dardaniæ artes*, adagium apud Colum. lib. 10. pro magicis artibus. De qua re Plin. lib. 30. c. 1. & Apul. ac Euſeb. Sed hoc proverbium à Dardano quodam mago, non à Dardanis pop. ortum eſt. Eſt & Dardania inſ. quæ poſtea Samothracia dicta fuit, teſte Plin. ex Callim.

Ptol. *Daretis, *Adilbegian* teſte Caſtal. reg. Mediæ in Aſſyriæ conf. ubi Daritæ pop. Herod. [*manuſc. Seld. Δαρεῖτὶς.]

Ptol. Dargomanes, fluv. Bactrianæ. vide Dorgamanes.

Procop. Daria, poſtea Anaſtaſia, & Anaſtaſiopolis, ſic ab Anaſtaſio imperat. nominata, urbs epiſc. Meſopotamiæ proxima Niſibi, ab ea 15. mill. paſſ. diſtans, ab Amida 60. in ort. quæ Daras ab Amm. Marcell. nominatur.

G. Tyr. Daria, & Daras, vicus Syriæ ſeu Cœleſyriæ apud Damaſcum, inde 5. mill. paſſ. *Taures* nunc, teſte Jo. Lydo, dictus.

Darinum *Eſtanford*, opp. Hiberniæ in ora Boreali Hultoniæ, apud Rhobogdium prom. [Darnii Ptol. & in cod. Palat. Darini, ſunt pop. Hiberniæ Boreales juxta Rhobogdios, quorum forſan opp. *Strangford* hodie, port. in comit. Dunenſi.]

Ptol. Dariorigum, *Vannes* teſte Cœnali, urbs Gall. Celticæ in ora littor. Britanniæ minoris, Veneti Plin. Venetia Cæſ. à Nannetibus in Bor. & Rhedonibus in occ. 16. leuc. vide Veneti.

Darnis. vide Zephyrium.

Ptol. Darvernum, ſeu Durovernum ut alibi legitur, ſed in cod. Græco Darvenum, *Dover*, opp. & port. Albionis in Cantio contra Icium portum (*Cales* vulgo vocant) urbem Gall. Belgicæ, inde mari 30. mil. paſſ. diſtans; licet multi, inter quos Camden. Cantuariam urb. inde 12. mill. diſtantem eſſe putent.

Ptol. Darus, fluv. Pannoniæ ſup. (non infer. ut quidam ſcribunt) per Stiriam fluens, qui vulgo *Muer* dici putatur, non *Mora*, ut in Theſ. ling. Lat. Sed Darus potius Draus eſt. vide ibi.

Plin. Daſcuſa, & Daſcuta, urbs Armeniæ majoris in Cappadociæ conf. ad Euphratem fluv. à Simyra (ab ortu Euphratis 12. mill. paſſ. diſtante) 75. teſte Plin.

Ant. Ptol. Daſcuſa altera, urbs Armeniæ minoris (non inſ. ut in Theſ. ling. Lat.) ad Euphratem fluv. inter Zimaram ad Bor. 60. & Melitenen ad merid. 50. mil. paſſ. *Arſingan* teſte P. Gyll. cum aliis Aziris urb. ejuſd. reg. ad Euphratem ſit *Arſingan*.

Stra. Pto. Daſcylium, Daſcylos Plin. *Daſquillo*, *Diaſquillo*, vel *Diaſchilo* Villan. & al. urbs Bithyniæ marit. ad Propontidem, inter Nicomediam ad arctos, & Apameam ad auſtrum ſibi proximam, epiſc. ſub archiep. Apameno. Ibi lacus Daſcylicus, ſeu Daſcyliticus Strab.

Daſem, ubi alii legunt Reſem ſeu Reſen, *Gehiagan* teſte Benjamin. Tudelenſ. urbs Babyloniæ inter Niniven & Chale. *Bibl.*

Daſſaretæ, Daſſaritæ, Daſſareni, & Daſſaritii, Steph.* Daſſaretii Ptol. Daſſarenſes Liv. pop. Illyrici, ſive Macedoniæ in Illyrici conf. ex Plin. & Ptol. (non Thraciæ, ut in Theſ. ling. Lat.) ad Lycum fluv. Horum urbs Lychnidus. [* man. Seldeni Δοπαρήτιοι.] *Plin. Mel.*

Daſſarites lacus *Lago de l'Ochrida* in Maced. vel in Illyrico, pars enim Macedoniæ in Illyrico apud Liv. & alios computatur. vide Lychnidus, eſt enim nomen lacus & urbis. *Callim. & Sozom.*

Datalaria & Patalaria, *Pantalarea*, inſ. maris Africi inter Siciliam & Africam. Quæ aliis eſt Coſſyra, & aliis Paconia. vide ibi. *Regin.*

Dathus, ſive Datus ut apud Suid. legitur, urbs fuit Maced. ſeu Thraciæ juxta Strymonem fluv. Thaſſiorum colonia ditiſſima ob venas auri; ut proverbio diceretur *Dathus bonorum*, pro magna rerum opulentia. *Suid.*

Datii, pop. Aquitaniæ, quorum urbs *Dax* epiſc. ſub archiep. Auſcenſi, inde 15. leuc. Baionam verſus propiorem, vix dimidio dicti intervalli diſtantem, quæ Aquæ Tarbellicæ nominatur. *Ptol.*

Daventria & Davontria, *Deventer*, urbs Germ. infer. ad Iſalam fluv. Tranſiſalanæ reg. caput, epiſc. ſub archiep. Trajectenſi, inter Zutphenum urbem Geldricam ad occ. 2. & Suolim ad ort. 4. leuc. De ea lib. 4. itin.

" *En illis etiam vicina Daventria ripis*
" *Oſtentare domos, & turres incipit altas.*

Daulia, *Eladaſagni* teſte Mol. urb. Maced. mediterr. Scampi finitima, ab ea in auſtrum parum diſtans. *Ptol.*

Daulis, Daulia etiam Strab. & Liv. *Daulia*, urbs Phocidis in Achaia, inter Delphos & Buliam, à Delphis 40. mill. paſſ. diſtans, introrſum; epiſc. ſub archiep. Athenienſ. Hinc Daulius nom. gent. Ovid. lib. 5. metam. *Ptol.*

" *Daulia Threicio Phocæaque milite rura*
" *Ceperat*------

Daulia cornix apud Zenodot. proverbialiter dicta de valde garrulo. Putatur autem idem Daulia cornix, quod philomela: apud Daulidem enim Phocidis ferunt Philomelam in avem mutatam, ac inde ortum adagium. Hinc Daulias Ovid. in epiſt. ad Liviam,

" *Deflet Threicium Daulias ales Itim.*

Hic hirundines non nidificant, nec luſciniæ pariunt.

Daunia, quæ & Apulia Daunia, *Puglia piana*, & *Capitanata*, provincia regni Neapolitani, inter Aprutium ad occ. & Apuliam Peucetiam ad ortum Aufido fluv. diviſam, ad Bor. pelago Ionio, vel Hadriatico, ad auſtrum Apennino mont. definita: de qua Virg. lib. 8. Æn. *Polyb. Strab. & al.*

" *Gens eadem, quæ te, crudeli Daunia bello*
" *Inſequitur*------

Hinc Daunius nom. gent.

Urbes & loca hujus temporis Apuliæ Dauniæ.

Apeneſtæ, poſtea Veſta, *Vieſte*
Aſculum, *Aſcoli*
Bovinum, *Bovino*
Larinum, *Larina*, vel *Larino*
Leſina, *Leſina*
Manfredonia, *Manfredonia*. vide Sipontum
Mons Corvinus, *Monte Corvino*

Mons

Mons Garganus, *Monte Gargano*, vel *Monte di S. Angelo*
Salapia, *Salpe*
Severopolis, *San Seviero*
Sipontum, *Siponto*
Thermulæ, *Termole*
Troia, olim Ecæ, *Troia*
Vultura, & Vultuaria, *Volturara*

Interiere Sipontum, Salpia, Argyripa, & Teanum, cum Herdonia.

Anton. Dautona *Tifer*, sive *Rhain*, opp. Pannoniæ super. ad Saum fluv. ubi Corcoram excipit, in Croatiæ Carniolæque conf. Andautonium à Ptol. dici autumat Laz.

Aton. Dea, Dia lib. Conc. *Die*, urbs Gall. Narbonens. episc. sub archiep. Aquensi in Delphinatu, & finibus Vocontiorum, inter Vapingum 12. & Valentiam ad occ. 10. leuc. cujus episcopatus Valentino nunc conjunctus est.

Dea quoque fluv. Albionis. vide Deuva.

Strab. Debæ, pop. Arab. proximi Sabæis, ex genere Nomadum; per quos labitur flumen auri strigilem deferens, authore Strab. lib. 16. Qui à Propertio Debatæ nominantur, ut lib. 4. eleg. 5.

" *Si te Eoa juvat, Debatarumque aurea ripa, &c.*

Scrip. Brit. Debba *Dunstaburg*, sic à S. Dunstano episcopo dictum, opp. Albionis in Northumbria in ora, inter Bervicium ad Bor. & Tinnemuthum ad merid. [Camden. *Dunstaburg* Bebbam (ita enim melius scribitur) aliqui falso suspicati sunt; quæ superius sedet, & pro *Bebbanburg*, nunc *Bamborrow* vocant.]

Ptol. * Deboma, *Dardassi* teste Mol. opp. Maced. Scampis & Dauliæ finitimum. [* manusc. Seld. Δίϐωμα.]

Ptol. Deborus, *Dibrii* Soph. urb. Maced. mediter. in Pæonia reg. ab Antigonia sive Croia 70. mill. pass. distans, in Albania. Pop. Doberienses Plin.

Sol. Plin. Debris, Bediron Ptol. opp. Garamantum in Libya, ubi fons interdiu frigens, noctu fervens, testib. Plin. & Sol.

Plin. Decapolis, reg. Palæstinæ, in qua cum parte Galilææ urbes hæ sunt, Damascus, Scythopolis, Gadara, Philadelphia, Capharnaum. Ex quo liquere potest non esse eandem cum Cœlesyria, sed partem Cœlesyriæ sub hac contineri. Sic dicta à decem urbibus quibus constabat, sic ab Hebræis enumeratis, Sephet, Tiberias, Nephtali, Asor, Cæsarea Philippi, Capharnaum, Bethsaida, Corozain, Bethsan, & Jotapata, hac tempestate jacentes.

Ant. Decastidium *S. Anna*, pag. Brutiorum teste Barr. in Calabria ulteriore, inter Hipporum 22. & Rhegium 20. mill. pass. ex itin. Ant.

Strab. Deceates & Deceites, Deciates Plin. & Melæ (non Decietæ, ut in Thes. ling. Lat.) pop. Galliæ Narbon. quorum opp. *Draguinien* vel *Draguignan*, in Provincia, teste Cœnali, non obscurum, apud Griniacum, hoc est Grassam urb. inde Regium versus 7. leuc. à Nicæa 12. in Corum. Quod à Steph. Decetum, quasi Deciatum appellatur. Al. Itorum opp. seu pag. *le Bourg de Duysans* esse malunt.

Ant. Decempagi, *Duose* sive *Dieuze* Siml. opp. Germ. super. sive Gall. Belg. in Alsatiæ & Lotharingiæ conf. inter Tabernas & Divodurum 20. mill. pass. ex itiner. Anton. cum multo plura intersint; nam abest à Nanceio 7. leuc. à Metis 9. à Sarreponte 5. Nanceium versus, ad lacum: quod etiam Duodeciacum nunc dicitur.

Lib. Pro. Decensium civitas Viennensis provinciæ, in Gallia, *Diez* Cœnali. Decia etiam dicitur.

Cæs. Ant. Decetia *Decise*, opp. Gall. Celticæ apud Ligerim fluv. inter Molinum, & Nivernas, à quibus 16. mill. pass. abest in merid. ex itin. Ant.

Decimum, locus Latii sic dictus, quod 10. mill. pass. ab urbe Roma distet via Lavicana, qua Roma Beneventum itur, qui locus adhuc *Decimo* dicitur. Ant.

Deconus, fluv. Colchorum, qui ex Caucaso mont. emanans, in Phasidem fluv. majorem excipitur. Agath.

Decumani, pop. Gall. Narbonens. quorum urbs est Narbona: unde *le Pais de Narbonne* dici vulgo possunt. Plin. Mel.

Decumates agri, reg. Germ. ubi nunc ducat. *Wirtembergensis* est teste Willichio, in Suevia. Cor. Tac.

Delas, fluv. Babyloniæ, qui Apameam urbem una cum Tigride circumfluit. Steph.

Delcos, Delta Xenoph. urbs Thraciæ episc. olim sub archiep. Heracliens. *Dercon* teste P. Gyll. à Byzantio 30. mill. pass. distans. Lib. Conc.

Delgovitia, *Godmundingham* vel *Godmanham* teste Camd. opp. seu pag. hodie Angliæ in agro Eboracens. inter Derventionem 13. & Prætorium ad occ. 25. mill. pass. ab Eboraco 20. Ant.

Delioli, *Poggio Reale* teste Fabricio, horti amœni prope Neapolim urbem Campaniæ, ubi Palæpolis erat. Pontan.

Delium oppidulum fuit Bœotiæ in ora contra Chalcidem, apud Tanagram urbem, ab ea 5. mil. pass. ubi Athenienses à Thebanis victi. Strab. Liv. Plut.

Delmata, & Delmatia, apud Ovid. in epist. ad Liv.

" *Armeniusque fugax, & tandem Delmata supplex.*

pro Dalmata, nisi sit error cod.

Delminium, & Dalminium, *Denna* teste Soph. *Damna* Volaterr. *Damnio* Nigro, opp. Dalmatiæ mediterr. Æquo proximum; quod Dimala Polyb. & Dalmana Cassiod. dici videtur. Sunt quibus Delminium Almissa urbs episc. apud oram littoream. vide Peguntium. Strab. Ptol.

Delos, *Sdiles* teste Soph. ins. maris Ægæi notissima & clarissima, ac prima inter Cyclades, oraculo Apollinis quondam frequens, multis olim nominibus appellata, Asteria, Ortygia, Midia, & Cynthon, teste Plin. Sic à manifestatione dicta, quod in diluvio Ogygis tempore (quod Deucalionis 600. ann. præcessit) prima inter alias ab aquis emerserit. In ea erat ædes Providentiæ sacra, teste Macrob. lib. 1. Saturnal. In Delo, nec parere, nec defunctos sepelire, neque canem alere fas erat, teste Thuc. lib. 4. Hinc Delius, & Deliacus nom. gent. Abest ab Eubœa 30. mill. pass. in ort. Ejus mem. Ovid. lib. 2. de art. am. Strab. Plin. & al.

" *Jam Samos à læva fuerant Naxosque relictæ,*
" *Et Paros, & Clario Delos amata Deo.*

Virg. lib. 6. Æn.

" *Delius inspirat vates, aperitque futura.*

Delphi, *Delfo* etiamnum, *Castri* Soph. & *Salona* Nig. urbs Phocidis in Achaia ad Parnasum mont. oraculo Apollinis clarissima, frumenti ferax, apud oram sin. Crissæi, à Crissa 7. mill. pass. à Cirrha 10. episc. sub archiep. Atheniensi. Hinc Delphicus nom. gent. ut Delphica Sibylla, de qua Chrysipp. lib. de divin. Juxta Cephisus amnis oritur, & Castalius fons non longe abest. De ea Ovid. lib. 10. metam. Strab. Plin. & al.

" *In medio positi caruerunt præside Delphi.*

Lucret. lib. 6.

" *Nec res ulla magis, Phœbi quam Delphica laurus*
" *Terribili sonitu, flamma crepitante crematur.*

De *Delphica umbra* apud Demosth. Plutarcho referente, idem adagium est, cum eo, quod apud eundem legitur, *De asini umbra*, hoc est, de re nihili. Cum enim orante Demosthene judices dormitarent, is fabulam, de eo qui asinum Athenis Delphos onustum ducens,

ducens, in maximo æstu sub asini umbra æstum declinare volebat, agasone sibi obsistente, & dicente, se illi asinum, non umbram asini locasse, recitavit. Cui fabellæ cum se judices attentos ostendissent, & Demosthenem rogarent, ut totam fabulam referret, is, de umbra asini, inquit, (seu de umbra Delphica) audire cupitis, non causam in qua de vita hominis agitur. *Delphicus* quoque *gladius* apud Eurip. in tragœd. & Aristot. lib. 1. polit. in proverbio est, de re in diversos usus accommodabili; uti gladius, quo Delphis & victimas cædebant, & noxios interficiebant. Delphis oracula reddebantur annulo obsignata, ea lege, ne nisi post triduum resignarentur. Prævaricatoribus orbitas oculorum, vel linguæ jactura, vel manus obtruncatio pœna erat, ut ex Arist. refert Zenod.

Strab. Delphicum Templum, locus Gall. Narbon. ubi nunc *les Trois Maries* opp. ut aliquibus videtur.

Plin. *Ant.* Delphini portus *Porto Fin* vel *Fino*, pag. oræ Ligusticæ, à Genua urbe 15. mill. pass. in ortum distans.

Plin. & al. Delta, pars Ægypti, inter Nili fossas extremas, hoc est Canopicam & Pelusiacam, mareque contenta, quæ incipit à Nili scissione apud novam Babylonem, sive (ut nunc vocant) Cairum; regio maximæ fertilitatis, 20000. olim opp. teste Plin. constans: *Sahid* vulgo, & teste G. Tyrio *Mahelech*. vide Ægyptus.

Ptol. Delta, *Menuti* teste Ortel. ex tab. recent. chorogr. opp. Deltæ reg. in Ægypto. Delta etiam apud Xenoph. opp. seu urbs Thraciæ. vide Delcos. Delta item apud Arrianum in Periplo ins. Indiæ inter ostia Indi fluv. contenta, cum urbe munitissima, *Diu* dicta, sub Lusitanis, eadem cum Patala apud Plin. & Ptol. ab Armuza 250. leuc. Hisp. in ort. distans.

Cic. Delus, ins. (vide Delos) ad quam Cic. ex Scyro ins. pervenit, qui ex Pyræo eo adnavigavit per Zostera, Ceum, Gyarum, & Scyrum, vide lib. 5. epist. 12. ad Att. Pop. Delii Cic. Delus minor apud Festum appellatur Puteolana urbs, ob templum ad similitudinem Deliaci ibi exstructum.

Ptol. Demetæ *West Wales*, & Britannice *Dyfed*, pop. Albionis ad occ. quorum reg. Wallia occidentalis appellatur (ibi Meneva urbs episc. in ora) & Demetia. Reg. vulgo *Dyfed* Britannice, teste Lhuydo, sicut pop. [Continet juxta Camden. comitatus Cardiganiæ, Carmardeniæ, & Penbrochiæ.]

Steph. *Plin.* *Liv. & al.* Demetrias *Dimitriada*, urbs Thessaliæ marit. episc. sub archiep. Larissæo olim, nunc metrop. ad sinum Pagasæum, Pagasæ proxima, licet Plin. eandem cum Pagasa faciat, à Larissa supra 40. mill. pass. distans, inter Thebas Bœotiæ ad austrum, & Thessalonicam ad Bor. ad 100. mill. à Thebis Phthiotidis dimidio circiter.

Liv. Demetrium, seu Demetrius, portus Samothraciæ ad prom. ejusd.

Plin. Demonesus, Chalcitis Steph. ins. Propontidis ante Nicomediam, non Chalcedonem (ut in Thes. ling. Lat.) *Chalcis* teste P. Gyll. cum urbe, olim episc. sub archiep. Heracliens. Alii Demoneson à Chalcite diversam faciunt. Ibi cyanus lapis, chrysocolla, & aurum reperiuntur, teste Steph.

Curop. Demonicus *Domochi*, urbs Thessaliæ episc. olim sub archiep. Larissæo, nunc metrop.

Plin. Dendros, ins. parva Peloponnesi in sin. Saronico apud Spiræum prom.

Ant. *Ptol.* Deobriga *Puente d' Orbego*, opp. Hisp. Tarrac. excisum; locus sic dicitur teste Mor. apud Asturicam, ab ea 3. leuc. Deobriga altera apud Ptol. in Vettonum finibus fuit, in Lusit.

Ant. *Ptol.* Deobrigula, opp. Hisp. Tarraconen. in Autrigonibus: quod inter Virovescam, & Suestasium occurrebat. [Deobrigulam habet Ptol. in Murbogis, Deobrigam in Autrigonibus.]

Deodatum *Tatta*, opp. Pannoniæ super. inter Vesprinium & Taurunum. *Vet. Insc.*

Deorum Currus, *Sierra Liona* Marm. & Flor. mons Libyæ inter. in ora occid. maris Atlantici. Aliis vero videtur *la punta di Lopez Gonzales*. *Plin.* *Mel.*

Deorum insulæ, Cicæ Plin. ut videtur Ortel. *Islas de Baiona* teste Mor. ins. Hisp. in Gallæcia haud procul ab ostiis Minii fluv. Sed Cicæ diversæ ab his nomen suum retinent, *Cize* dictæ, teste Mor. vide ibi. *Ptol.*

Deorum portus *Mazzagran*, & Arabice *Boreyia* teste Marm. Portus Divini Ant. teste Siml. opp. Maurit. Cæsariensis (non Tingitanæ, ut habet Ortel.) inter Quizam sive Auranum, & Arsinariam. *Stra. Ptol.*

Derangæ, in Thes. ling. Lat. pop. ex Plin. lib. 6. c. 20. pro Drangæ. vide ibi.

Derbe, Derbia etiam Steph. *Dervase* teste Leuncl. urbs olim episc. Lycaoniæ in Pisidiæ conf. inter Antiochiam metrop. ad occ. & Iconium ad ort. proxima Lystris: quam jacere And. Thev. testatur. In Thes. ling. Lat. ponitur castellum & port. Isauriæ; cum Isauria mare non attingat. *Steph.* *Ptol.*

Derbices, pop. Asiæ ad fauces maris Caspii, ut Strabo scribit, ad Oxum fluv. teste Plin. incolentes. Sunt & pop. Libyæ inter. à Ptol. memorati. Derbicum Caucasi incolarum mores miros Strabo lib. 11. refert. Nam Stoicos sequentes, delicta quamvis levia pœna capitis puniunt; terram venerantur; animal fœmineum non edunt, neque sacrificant; majores annis 70. jugulant; cognatos vorant obeuntes ultra id tempus; anus strangulant. *Strab.* *Plin.*

Derce fons. vide Dircenna. Derce pro Dirce in Thes. ling. Lat. vide Dirce.

Dercos *Delcon*, urbs Thraciæ episc. olim, nunc metrop. sub patr. Constantinopolitano. vide Delta. *Lib. Conc.*

Dere, Dire Strab. *Zeila* Mol. & al. urb. & empor. Æthiopiæ in prom. haud procul ab angustiis sinus Arabici; prom. vero *Capo Calissin* dicitur, teste Ortel. *Ptol.* *Arrian.*

Deremistæ, pop. Illyrici mediterr. quorum urbs *Drivasto* putatur, à Scodra 7. mill. pass. distans in austrum. *Plin.*

Derra, Derris Ptol. *Deterra* hodie ex tab. recent. urbs Macedoniæ ad sin. Toronaicum, Toronæ vicina inde in Bor. positæ. *Plin.*

Derrhis, *Deroas* teste Marm. prom. Marmaricæ inter Paratonium & Alexandriam. Derris etiam Melæ urbs Maced. inter Axium & Peneum flumina, in ora. *Ptol.*

Dertona, Derton Steph. Derthon & Darthon Strab. *Tortona*, colon. & urbs Liguriæ (non Taurinorum, ut in Thes. ling. Lat. cum à Taurinis supra 50. mill. pass. distet) ad Iriam fluv. non longe decurrentem, episc. sub archiep. & duc. Mediolanens. inter Ticinum 25. & Genuam ad merid. 40. mill. pass. media inter Placentiam & Genuam, proxima Alexandriæ, ab ea 10. mill. in ort. A Friderico Ænobarbo imperat. eversa, à Mediolanensibus instaurata, nunquam ad pristinam rediit magnitudinem. Dicitur & Terdona. *Plin.* *Ptol.*

Dertosa, Dertossa Strab. Dertusa Plin. *Tortosa*, urbs Hispaniæ Tarracon. apud ostia Iberi flu. in Catalaunia, apud Valentiæ regni conf. episc. sub archiep. Tarraconens. unde 11. leuc. in occas. Valentiam versus 27. recedit. Pop. Dertusani Plin. *Ptol.*

Derventio, opp. & fluv. Albionis in Anglia: fluv. *Derwent* adhuc nominatur Anglice, Britannice *Dorgwyn*, & in Trentam funditur; opp. vero *Derby*, præclarum, comit. Derbiensis metropolis, inter Lincolniam ad ort. 35. & Salopiam ad occ. 47. mill. Lichfeldiæ urbi finitim. inde 14. mil. recedens in ort. Fluv. alluit Margidunum & Agelocum oppida, & in Abum excipitur. [Camdeno Derventio est oppid. in orientali *Ant.*

orientali parte Eboracens. comitat. nunc *Auldby*, ad fluv. etiam Derventionem.]

Deserta Boiorum, *Wienerwaldt* teste Laz. tractus Norici, olim à Vindelicis per Noricos Pannoniam usque protensus, teste Strab. Strab. Plin.

Deva, *Deva* etiamnum, fluv. Hisp. Tarracon. per Vardulos in oceanum Cantabricum ad opp. cognomen fluens, reg. Guipuscoa irrigata. Mel.

Deva, fluv. Albionis per Walliam in Bor. fluens, *Dyfy* teste Lhuydo Britannice, *Dea* vel *Dee* vero Anglice, ad Cestriam urbem, quæ ex eo Devana nominatur, mari exceptus. Incolis dicitur etiam *Dyffyrdwy*. Ptol.

Deva, quæ & Legio xxiii. [in aliis codicibus xx. Victrix] & Devana, & urbs Legionum, & tandem Lat. rec. Cestria, *Caerleon*, & *Cester* Anglice, & *Legancester* teste Lhuydo, urbs Albionis ad ostia Devæ fluv. in Angliæ Cambriæque confinio, ex præcipuis Anglici regni, episc. sub archiep. Cantuariensi, à Conventria in medio Angliæ 60. mill. in occ. Asaphopolim versus 21. Salopiæ propior. [Camdeno vocatur Britannice *Caer-Legion*, *Caer-Leon Vaur*, *Caer-Leon ar Dufyr* (vel *Dyffir*) *Dwy*; majoribus nostris *Legeacester*, hodie *Chester*, & *Westchester*.] Ant.

Devana, *Aberdone* teste Camd. & *Aberdeen*, urbs Britanniæ secundæ in ora Scotiæ orientali, episc. sub archiep. Andreapolitano, inde in Bor. ad 60. mill. recedens, ad Deæ fluv. ostia, emporium regni & academia. Ptol.

Devana altera seu Deunana, vel ex antiq. inscript. Divana leg. xx. Victrix, col. & urbs Albionis in Cornaviis, quam G. Camd. cum Deva (quæ Cestria est) confundit: *Doncastre* opp. Villanov. cui non satis fido. vide Deva. Ptol.

* Deucaledonius oceanus, seu, ut in cod. Græco legitur, Duecaledonius, *Mar-Kalender*, mare Caledonium, quod Scotiam alluit. [* Δουηκαληδόνιος man. Seld.] Ptol.

Deuelton stagnum, *Stagnara* teste Nig. stagnum, seu palus apud Deueltum urb. Plin.

Deueltus, Deuelton Plin. Debelium, sive Defeltum Anton. Dibaltum Amm. *Develto* Græcis teste Soph. & *Zagoria* Bulgaris teste Curopalate, urbs Thraciæ archiep. mediter. ab Anchialo in ora 24. mill. pass. Hadrianopolim in merid. versus supra 60. à Bergulis fere 100. in Bor. olim episc. sub archiep. Hadrianopolitano. Ptol.

Devia, seu Dewia, *Bladnoch*, fluv. Albionis in Scotia apud Leucopibiam opp. (quod nunc *Whithern*, Lat. Candida Casa urbs dicitur) in mare labens ad occ. Scrip. Brit.

Deuona *Neumarckt*, urbs Germ. teste P. App. in Nortgoia reg. inter Ratisponam 7. & Noribergam 5. leuc. totidem ab Amberga urbe in occ. distans. Ptol.

Devonia *Devonshire*, reg. & comitat. Albionis in regno Anglico, inter Angliam, & Cornubiam ad occ. vide Damnonii. Scrip. Brit.

Deuriopum, Deuriopus Strab. Duriopos Steph. reg. & op. fuit Macedoniæ in Pæonia ad Erigonem fluv. Liv.

Dewa, sive etiam Deva, *Dee*, fluv. Scotiæ in ora occidua apud Carbantorigum opp. (quod *Freif Castle* vocant) sese exonerans mari exceptus.

Devus *Dyfi* vel *Dovy*, fluv. Albionis in Wallia, cujus ostia ad Aberdyfum vel Aberdovum opp.

Dia, *Standia* Soph. ins. maris Cretici ante Matium, ab ea in Bor. ad 20. mill. pass. recedens. Dia quoque apud Steph. opp. fuit Thessaliæ mediter. cujus pop. Dienses à Plin. dicuntur. Dia item in lib. Conc. *Die*, urb. Gall. Narbonens. episc. in Delphinatu. vide Dea. Hic Ortel. citat Plin. apud quem Dia non legitur, nec Dea in Gallia. Strab. Ptol.

Diabate, Diabete Steph. *Asinara* teste Leand. al. *la Zanara*, ins. parva Sardiniæ in ora occid. apud Gorditanum prom. & Tilium opp. Ptol.

Diablintres, Diablindi Plin. Diaulitæ Ptol. pop. Gall. Celt. in Armoricis, seu in Britannia minore; quorum tractus hodie *Diableres* apud oram Borealem teste Bertrando nominatur: licet Marlian. illorum opp. esse *Leondoul* scribat; cum *Leondoul* potius divisim legendum sit, *Leon Doul*, quasi Leona & Dola sint urbes horum populorum. Sunt qui Diablintres apud Cæs. in Belgio reponant: quorum adhuc vestigium manet *Linter* pag. in Brabantia teste Becano ad Getam fluv. Locus Cæs. lib. 3. de bello Gall. ambiguus est: nam post Nannetes, Ossismos, Ambiliates, Lexobios, Morinos, etiam Diablintres, & Menapios recenset: ex quo alicui videri potest, hos pop. posse inter Celtas & inter Belgas censeri. Cæs.

Diachersis, *Carcora* teste Marm. opp. Cyrenaicæ reg. in ora littorea ad Bor. apud Boreum prom. & Berenicen urbem. Ptol.

Diacopena & Demolsena, vel Pimolisena, regiunculæ Cappadociæ inter Halym & Irim flumina. Strab.

Diagon, fluv. Peloponnesi, qui Pisæam reg. ab Arcadia dividens in meridiem decurrens, Alpheo excipitur. Pauf.

Dianæ fanum *Scutari*, opp. & prom. Bithyniæ ad Bosporum Thracium, Chalcedoni urbi proximum, ab ea in Bor. paululum recedens, teste Soph. Ptol.

Dianæ fons, *Thomiso* teste Faz. pag. Siciliæ apud Camarinam urbem excisam, seu *Paradiso* fons ipse hodie teste Aretio dicitur, apud pagum prædictum. Hujus fontis aqua vino non miscetur, teste Sol. Sol.

Dianæ oraculum, *Curiale* teste Mol. urbs Arab. fel. in ora orientali, inter Didymos montes ad merid. & Corodamum prom. ad Bor. Ptol.

Dianæ portus, *Stagno di Diana* teste Molet. locus Corsicæ in ora orientali, inter Marianam & Aleriam urbes excisas, ad 15. mill. pass. distans. Ptol.

* Dianium, Artemisium Strab. opp. Hisp. Tarracon. in ora littorali apud prom. cognomen (quod Ferraria à Mela appellatur) *Denia*, in regno Valentiæ, ab ea 13. leuc. in merid. Alonem versus distans, olim urbs episc. sub archiep. Toletano. Prom. vero *Atemuz*, cum pag. quod Artemisium veterib. dictum est, teste Beuth. Gandiæ opp. proximum. Dianium vero urbs antiquissima traditur à Phocensibus ann. 1800. post diluvium condita. [* man. Seld. Διάνιον. Cic. Plin. Ptol.

Dianium, *Gianuti* teste Nig. ins. maris Tyrrheni, inter Corsicam & Cosanum littus, seu Argentarium montem, parva, & ob piratas deserta, à monte Argentario & ab Ægilio ins. 10. mill. pass. recedens, quasi trigonum æquilaterum faciens. Est & Dianium, seu Diana, *Diano*, cast. oræ Liguisticæ, inter Albingaunum 11. & Albintemelium 31. mill. pass. olei ferax. Dianium vel Dianum item opp. Lucaniæ præcipuum in Principatu citer. *Diano* vulgo, à Salerno 36. mill. pass. in ort. inter Polam & Padulam oppida 8. sive 7. mill. Et Dianium aut Dianum, *Diano*, oppidulum Liguriæ in mont. apud Albam Pompeiam, ab ea 2. mill. pass. vino abundans. Plin.

Diarrhœa, *Zanara* Marm. portus Cyrenaicæ apud Syrtes, & Africæ confinia, inter Drepanum & Boreum promontoria. Ptol.

Diaulia, Daulis Ptol. urb. Phocidis mediter. Delphis finitima, ab eis in ortum recedens, episc. sub archiep. Atheniensi. vide Daulis. Lib. Conc.

Diaulitæ, pop. Gall. Celt. in Britannia minore. vide Diablintres. Ptol.

Dicæa, Dicæarchia Plin. Dicarchia vel Dicarchea Sil. vide Puteoli. De ea Sil. lib. 13. Steph.

" *Forte Dicarchea juvenis consedit in urbe*
" *Scipio* ———
Hinc Dicarcheius nom. gent. Sil. lib. 8.
" *Prole Dicarcheia, multo cum milite Graio.*
Lucilius.
" *Inde Dicæarchum populos, Delumque minorem.*
Ubi Delus minor sumitur pro Puteolana urbe. Est & Dicæa Plin. opp. Thraciæ apud Bistonidem lacum, & aliud apud Thermæum sin. in Macedonia.

Ptol. Dictamnum, Dictynna Strab. *Dittana* teste Pineto, opp. Cretæ in ora Boreali, inter Cydonem ad ort. & Cisamum ad occ. apud prom. quod *Capo Spada* dicunt, à Phalasarna 60. stad. Ibi mons Dictynnæus, & Dictynnæum prom. Strab.

Strab. Ptol. Dicte, qui & Dictæus mons Plin. *Labirinto* teste Soph. sed Bellon. *Lasthi*, & *Sethie*, mons Cretæ in longum extensus inter Idam ad occ. & Samonium ad ort. ab Ida 125. à Samonio 12. mill. pass. teste Strab. qui alibi scribit illum ab Ida 52. mill. pass. distare, quod verius est. Hinc Dictæus nom. gent. Ovid. lib. 3. metam.
" *Se confessus erat, Dictæaque rura tenebat.*
Hic Jovem nutritum ferunt: qui propterea Dictæus cognominatur: Sic Dictæa nympha.

Lib. Not. Dictum, *Diganwy* teste Camd. opp. Albionis in ora Walliæ littorali apud Conovium opp. & ostia fluv. Conovii, inter Asaphopolim, & Bangorium ad occ. 10. mill. distans plus minus.

Strab. Dictynna, opp. Cretæ, unde Dictynnæus, a, um, uti mons Dictynnæus. vide Dictamnum.

Ptol. Didattium, Dittatium, *Tachsfelden* teste Rhenano, *Talenberg* Laz. *Hasenburg* Villanov. & al. *Dosle*, nunc Dola Lat. rec. urbs Sequanorum in Burgundiæ com. regionis conventus juridicus, inter Vesuntionem ad ort. 7. & Divionem ad occ. 9. leuc. distans. Hic mihi videntur divinare.

Ptol. * Didaucana, *Candria* teste Leuncl. opp. Bithyniæ mediterr. [* Selden. man. Δαδάκανα.]

Steph. Didyma, Didymæ Ovid. inf. maris Ægæi inter Cycladas, Scyro, Andro, Oliaroque finitima. Ovid. lib. 7. metam.
" *At non Oliaros, Didymæq;, & Tenos, & Andros.*

Ant. Ptol. Didyme, *Saline* teste Faz. (cui magis fido, quam Leandro, qui *Panare* indigitat) inf. Siciliæ, una Æoliarum, circuitu 12. mill. pass. à Lipara 4. distans in Bor. vini & aluminis ferax, de qua Ovid. lib. 4. fast.
" *Himeraq;, & Didymen, Agrigentaq;, Tauromenonq;.*

Strab. Didyme quoque opp. erat insulæ Gaditanæ, ab urbe 20. stadiis distans, teste Strab.

Laonic. Didymotychos, prom. Thraciæ, quod Hebrus fluv. ambit, *Dimotuc* hodie teste Leuncl. Ibi urbs olim episc. sub archiep. Trajanopolit. nunc & ipsa inter metropoles, ejusdem nominis.

Ptol. Didymus, mons Phrygiæ. vide Dindymus.

Ptol. Dierna, *Torrenburg* Germanis, *Torda* Hungaris, teste Laz. opp. præclarum Daciæ in Transylvania, inter Albam Juliam 4. & Claudiopolim 3. leuc. occurrens. quod male Nig. *Chelo* interpretatur.

Hor. Digentia, *Rio del Sole* teste Blondo, fluv. parvus Sabinorum in agro Reatino oriens, ac in Tiberim per Fabarim & Fanum Vacunæ fluens. De quo Hor. lib. 1. epist. 18.
" *Me quoties reficit frigidus Digentia rivus.*

Ant. Dila, port. Gall. Narbonens. in Provincia, inter Massiliam 20. & Fossas Marianas 12. mill. pass. ex itiner. Anton. cum multo major distantia inter Massiliam & Fossas prædictas sit.

Plin. Dimastus, mons Myconi inf. maris Ægæi.

Plin. Dinaretum *Capo di S. Andrea*, prom. Cypri maxime orientale, Clides Ptol. dictum, quod Clides parvæ insulæ circumstant. Inter hoc, & Acamantem ad occ. Cypri longitudo continetur.

Dindyma, Dindymus Plin. & al. mons Troadis seu Mysiæ, Cyzico urbi imminens, *Monte di Chizico* vulgo. Strab. Vib. & al.

Dindyma vel Didyma, mons Thessaliæ in quo Magnetes pop. habitarunt apud Magnesiam prom. Strab.

Dindymus, Dindyma num. plur. montes Phrygiæ magnæ, ex quibus Sangarius, & Hermus, & Gallus, diversis tamen in locis profluunt, Cybelus Diod. Adoreus Liv. in quibus Cybele mater Deum Dindymene dicta colebatur. Ovid. lib. 4. fast. Herod. Arrian. & al.
" *Dindymon, & Cybelen, & amœnam frondibus Idam.*

Dinia *Digne*, urb. Gall. Narbon. in Provincia apud fines Delphinatus & Ebroduntiorum, episc. sub archiep. Ebrodunensi, inde 10. leuc. in merid. inter Regium & Sanitium urbes propiores. Plin. Ptol.

Dinogetia, Dinogutia Diniguttia Anton. *Denigu* ex tab. recent. urbs olim, nunc opp. Mysiæ inferioris in Bessarabia, Nigro *Drimago*; quæ interpretatio aliis non probatur. Ptol.

Diocæsarea, *Tisaria* hodie ex tab. recent. urbs Cappadociæ mediterr. episc. sub archiep. Cæsariensi, inde 45. mill. pass. distans. Diocæsarea altera Ptol. urbs Ciliciæ episc. sub archiep. Seleuciensi, cui urbi est finitima. Plin. Ptol.

Dioclea (vide Doclea) urbs Illyrici in Dalmatia. Ptol.
* Dioclia quoque vel Docela, urbs Phrygiæ magnæ episc. sub archiep. Laodiceno, urbi Laodiceæ proxima, Midaio, & Amorio. [* sicut & in man. Seld.]

Diocletianopolis urbs fuit Maced. mediterr. inter Edessam & Thessalonicam, fere in medio, ad 30. mill. pass. distans utrinque. Fuit etiam Diocletianopolis urbs Palæstinæ episc. sub patriarch. Hierosolymitano, cujus est mentio in lib. concil. Ant.

Diodori insula, *Babelmandel* teste Rhamusio, in ore sin. Arabici, quæ *Primera* Belleforestio dicitur. Diodori item inf. apud Plin. & Ptol. intra sinum Arabicum Æthiopiæ adjacens, nisi sit eadem cum priore, quæ ab Adena Arabiæ emporio 30. leuc. abest, media inter Arabiam & Æthiopiam, 5. leuc. distans. Arrian.

Diomedæa Steph. major Diomedearum (vide Tremerus & Trimerus,) *S. Maria de Tremiti*, à Gargano mont. 15. mill. pass. al. 30.

Diomedeæ, inf. quinque maris Hadriatici Apuliæ adjacentes ante Garganum mont. quarum nomina sunt, 1. *S. Maria de Tremiti*. 2. *S. Domino*. 3. *Gatizzo*. 4. *Caprara*. 5. *Credazzi*. In quarum prima, quæ Tremetus Tac. dicitur, cœnobium canonicorum, seu clericorum regularium, qui insulis his potiuntur, insigne. In Thes. ling. Lat. duæ tantum ex Plin. recensentur. Arist. Strab. Ptol. & al.

Diomedis templum *S. Giovanni*, non *Belforte*, ut Ortel. scribit, pag. Carnorum apud ortum Timavi fluv. ab Aquileia 7. mill. pass. Tergeste in ort. versus. Theophr. Strab.

Dion *Capo della Fraschea*, prom. Cretæ in ora Boreali, inter Cyteum ad ort. & Pandomatrium ad occ. urbes propinquas, cum urbe olim ejusdem nominis, nunc pago. Plin. Ptol.

Dionysia, inf. maris Lycii. vide Caretha. Dionysa vero Ætoliæ adjacens. Plin.

Dionysiades, *Dionyssades* teste Ortel. insulæ parvæ Cretæ oræ orientali adjacentes.

Dionysias, inf. maris Ægæi. vide Donysa. Plin.

Dionysii columnæ, locus Asiæ ad Emodum mont. ubi terminus fuit peregrinationis Bacchi. Eustath.

Dionysiopolis, quæ & Nagara, & Nyssa Justino, urbs Indiæ citer. apud Indum fluv. inter illum & Cophen, *Nerg* hodie dicta ex tab. recent. Arrian. Ptol.

Dionysiopolis altera, *Varna*, urbs Mysiæ infer. marit. episc. apud Thraciæ fines, inter Odessum & Timogittiam 24. mill. pass. ex Anton. Itin. paulo ultra Plin. Ptol.

ultra Mesembriam urbem extremam Thraciæ, à Byzantio 250. mill. in Bor. antea Crunos teste Plin. appellata.

Ptol. Dioscoridis inſ. *Zocotera*, inſ. maris Azanii, teste Jo. Barrio, *Curia Muria* Rhamusio, al. *Abba Curta*, à Syagro prom. Arabiæ fel. 280. mill. paſſ. à propiore continenti Æthiopiæ & Arabiæ 100. circuitu vero 600. ubi aloes ingens copia.

Plin. Dioſcoros *Dioſcori*, inſ. parva magnæ Græciæ cum Calypſo ante Lacinium prom. non Locrorum, ut ait Ortel. ſed Crotoniatarum, inde 10. mill. paſſ. diſtans. Unde Lacinium prom. Dioſcoriadis à Diodor. Siculo nominatur.

Plin. Ptol. Dioſcurias, quæ & Sebaſtopolis Ptol. *Savatopoli*, urb. Colchorum marit. ab aurigis Caſtoris & Pollucis condita, deque illorum nomine dicta, teste D. Iſid. lib. 15. orig. à Phaſide primaria Colchidis urbe 80. mill. paſſ. in Bor. recedens, olim admodum clara, & 300. colonias diverſæ linguæ emiſerit; clara etiam ſub Roman.

Ant. Ptol. Steph. Dioſpolis, urbs gemina: una Ægypti ſuperior. ad Nilum fluv. in Thebaide magna, inter Abydum, & Tentyram ad auſtrum 28. mill. paſſ. non longe parva. Altera Palæſtinæ, quæ & Lydda, vulgo *Rhama*, epiſc. ſub patr. Hieroſolymitano, inde 30. mil. paſſ. in occ. à Joppe 10. inter Cæſaream ad Bor. 40. & Aſcalonem ad merid. 32.

Ptol. Dioſpolis item opp. Bithyniæ ad Pontum Euxinum, & oſtia Sangarii fluv. & Heracleam ad ort. *Porto Haſſio* teste Thev. ſed Nigro *Chio*, ſeu *Cio*, quod mihi potius Tium, quam Dioſpolis eſſe videtur.

Plin. Dioſtecnoſia, fons mirus Andri inſ. in templo Liberi patris, qui nonis Januarii ſemper ſaporem vini redolebat, teste Plin. lib. 2. c. 103.

Cedr. Dipotamum *Meſanacta*, & Turcice *Dipnanos* teste Leuncl. caſtrum Aſiæ in Phrygia.

Luc. Dipſon fluv. eſt Ciliciæ ex Tauro monte in mare Cilicium fluens: de quo Luc. lib. 8.

" ——— *Tauroque videt* * *Dipſonta cadentem.*

[*alii libri *Dipſanta*.]

Eurip. Strab. Pauſ. & al. Dirce, fons Bœotiæ, & fluv. Thebas alluens, ac in Iſmenium fluv. influens. Hinc Dircæus nom. gent. De Dirce Ovid. lib. 2. metam.

" *Deflevere comis: quærit Bœotia Dircen.*

Dircenna, fons Hiſpaniæ gelidiſſimus apud Bilbilem urb. in Salonem fluv. labens. De qua Mart. lib. 1. epig. 49.

" *Avidam rigens Dircenna placabit ſitim.*

Turon. Diſpargum *Duysburg*, urbs Germ. infer. ad Rhenum inter Duſſeldorpium & Weſaliam, à Colonia Agrip. 7. leuc. in Bor. in duc. Bergenſi.

Ptol. Diva *Dee*, fluv. Britanniæ in Scotia per oram ad ortum fluens, & in mare ad Aberdoniam urbem deſinens, ubi alter fluv. Donus nomine (ex quo nomen eſt Aberdoniæ urbi) confluit.

Vet. Inſc. Divana leg. xx. victrix. vide Devana.

Turon. Divionum, Divio, *Dijon*, urb. Gall. Celticæ Burgundiæ duc. hac tempeſtate primaria, & conventus juridicus, inter Lugdunum 38. & Senonas in Bor. ſeu Circ. 30. leuc. à Dola conventu Burgundiæ comit. 9. in occ. ab Auguſtoduno 12. circa an. ſal. 220. condita traditur. Hic in baſilica auguſtiſſima hoſtia ſacra à Judæo cultro percuſſa, ſanguine conſperſa monſtratur.

Amm. Divitenſes, & Divitenſe monimentum ex vet. inſcrip. Tuitium Rupert. abbat. loci, *Deutſch*, pagus Germ. infer. cum cœnobio ad Rhenum ex adverſo Col. Agripp.

Liv. Ptol. Dium, *Stadia* teste Nardo, urbs Maced. marit. in Pieria reg. inter oſtia Haliacmonis & Pharybi. Eſt & prom. Cretæ apud Cyteum urb. *Capo Fraſchea* vulgo, in ora Bor. vide Dion.

Pto. Tac. Divodurum *Metz*, urbs Gall. Belg. in Auſtraſia ſeu Lotharingia, ad Moſellam, munitiſſima, Cæſ. Mediomatrices, epiſc. ſub archiep. Trevirenſi, inde 13. leuc. Nanceium verſus in merid. 11. Al. eſt *Thionville*. vide Theodonis villa, & Metæ.

Auſon. Divona, *Divice* teste Vineto, fons urbis Burdigalæ in Aquitania. Sed alii legunt Duiona. Auſon. de claris urbibus,

" *Duiona Celtarum lingua fons addite Divis.*

Ptol. Diur, Vior Plin. fluv. Maurit. Tingit. in mare Atlanticum apud Mont. Solis urbem exiens, incolis *Teculet*, ut videtur Marm.

Thucyd. Doberus, urbs Macedoniæ intra montes in Panoniæ ſeu Myſiæ conf. quæ Deborus Ptol. dici videtur.

Ptol. Dobuni, Bodunni Dioni, ut videtur, pop. Albionis, quorum urbs Claudia, vulgo *Glouceſtre* teste Lelando, & al. ab Herefordia 20. mill. in ort. quot à Vigornia in auſtrum Briſtolium verſus, reg. *Glouceſterſhire*. Sed apud Ptol. horum urbs eſt Corinium. [Regio Camden. eſt *Gloceſterſhire* & *Oxfordſhire*.]

Ptol. Docimæum, quod & Docimia, & Docimum in lib. concilior. *Docimi*, urbs Phrygiæ magnæ, inter Synnadam & Eucarpiam proximas urbes, epiſc. ſub Amorienſi archiep. Abeſt à Synnada 60. ſtad. claret marmore, quod & Docimæum, & Synnadicum nominatur.

Ptol. Docirava, & ut alii cod. habent, Docirana, *Rana* teste Laz. opp. Daciæ.

Plin. Ptol. Doclea, Dioclea Aur. Vict. Diocletianos Cedr. *Antivari*, urbs archiep. Illyrici in ora Dalmatiæ (non Liburniæ, ut in Theſ. ling. Lat.) à Drivaſto 10. mill. paſſ. duplo fere à Scodra in auſtrum, ut aliquibus videtur. Sed Nig. teste eſt *Medon* opp. ejuſd. tractus. Dioclea vero patria Diocletiani imper. diverſa à Doclea videtur, cum opp. fuerit Dalmatiæ apud Salonas urbem hinc longe diſtantem. Pop. Docleates Plin. Doclea vero urbs archiep. fuit; ſed everſa, dignitas Raguſæ recepta eſt an. ſal. 990.

Steph. Strab. Plin. & al. Dodona urbs fuit Epiri epiſc. in Moloſſia reg. ſeu teste Strab. in Theſprotia in Theſſaliæ conf. ex quo Theſſalica cognominabatur, ſic à Dodone fluv. & fonte dicta, ubi ingens ſylva, & templum Jovis, & fons Jovis faces extinctas accendens, & accenſas extinguens, qui propterea Dodonæus cognominatus eſt. Pop. Dodonæi Plin. & nom. gent. Dodonæus, & Dodonæius poetis, & Dodonius apud Claud. Hoc tempore prorſus everſa, ut ne locus quidem indicari queat. Ovid. met. 8.

" *Contremuit, gemitumque dedit Dodonia quercus.*

Dodonæum æs proverbio dicitur apud Zenod. de homine importunæ loquacitatis, à pelvi ærea Dodonæ in columna ſublimi, quam flagellum in manu pueri in altera columna proxima vento agitatum ſæpius percutiebat, fiebatque tinnitus importunus. Dodonis patronym. apud Val. Flacc. l. 2.

" ——— ——— *Dodonida quercum.*

Turon. Dolenſis urbs & Dola, *Dol*, urbs Gall. Celt. in Britannia minore epiſc. ſub archiep. Turonenſ. exempta, tamen pallii uſu donata. Neodunum teste Rob. Cœnali veterib. dicta, à Rhedonibus 10. leuc. in Bor. diſtans. Eſt & Dola *Dole*, urbs Sequanorum, convent. jurid. & acad. de qua in lib. 7. itiner.

" *Ut ſileam tibi, quos tribuit vel Dola magiſtros.*

Ptol. * Doliche, *Techala* teste Mercat. *Alchria* vero Villanov. opp. Maced. in Theſſaliæ conf. apud Pytheum & Azorum; quæ tria oppida, cum ſint proxima, Tripolim faciunt teste Liv. [* manuſc. Selden. Δοχίχη.]

Plin. Doliche, etiam Macris, & Ichthyoeſſa, inſ. eſt maris Ægæi, à Naxo 17. mill. paſſ. diſtans, *Nicaro*.

Ant. Ptol. Steph. Dolicha altera, urbs Syriæ in Comagene reg. apud Euphratem fluv. inter Germaniciam 30. & Zeugma 22. mill. pass. ex itin. Anton. episc. olim sub archiep. Hieropolitano, nunc sub archiep. Edesseno, nomen antiq. servans. Dolicha quoque Strab. ins. est, quæ & Dulichium. vide ibi.

Plin. Dolichiste, ins. Lyciæ contra Chimæram mont.

P. Vict. Doliolum, *Monte testaccio* teste Ligorio, tumulus in extremo mont. Aventini apud mœnia urbis Romæ.

Plin. Doloncæ, Dolonci Steph. pop. Thraciæ circa Hebrum fluv. incolentes.

Strab. Plin. Liv. & al. Dolopes, pop. Thessaliæ in Epiri confinio, seu in Epiro teste Ptol. quorum reg. Dolopia Strab. & Thucyd. *Onoblacha* teste Ortel. inter Peneum ad ort. & Acheloum ad merid. Virg. lib. 2. Æn.

" *Myrmidonum, Dolopumve, aut duri miles Ulyssei.*

Hinc Dolopeius, a, um. adject. ut apud Valer. Flacc. lib. 2.

" ------*vidisse putant Dolopeia busta.*

Steph. Dometiopolis *Domezopoli*, urbs Isauriæ episc. sub archiep. Seleuciensi, quæ & Domitiopolis appellatur, & Titopolis, in Ciliciæ asperæ conf.

Script. Hisp. Dominæ *Duenas*, opp. amplum Hisp. Tarracon. in Vaccæis, ad Pisoracam fluv. inter Palentiam 2. & Valisoletum in merid. 6. leuc. in Castella veteri.

Stat. Domitiana via, in Campania, à via Appia apud Casilinum incipiens, inter Vulturnum & Puteolos per Linternum 20. mill. pass. extensa, teste Celso Cittad.

Lib. Conc. Domocus, & Demonicus, *Domochi*, urbs Thessaliæ prius episc. sub archiep. Larissæo, postea cum Demetriade & Thebis metrop. effecta, Lormiæ urbi finitima, & Pharsalo.

Virg. Donysa, Donyssa Melæ, Donusa Tac. ins. parva maris Ægæi inter Icariam & Gyarum, marmore viridi abundans, neque ulla alia re memorabilis, *Donussa* vulgo. Ejus mem. Virg. lib. 3. Æn.

" *Bacchatamque jugis Naxon, viridemque Donysan.*

Ptol. Joseph. Dora, Doros Steph. Doron Plin. Dor Hebræis, *Dortaire* teste Rawolfio, opp. Palæstinæ in Phœniciæ conf. littorale ad mont. Carmeli radices, inter Ptolemaidem ad Bor. & Cæsaream ad merid.

Melæ. Dorcades, ins. maris Atlantici. vide Gorgones.

Bedæ. Dorcestria *Dorchester*, opp. geminum Albionis in Anglia: unum apud oram australem, inter Wintoniam ad ort. & Exoniam ad occ. supra 30. mill. distantem, comitat. qui *Dorsetshire* vocatur caput, ubi olim Durotriges pop. à Shireburna urbe 8. mill. in merid. Alterum *Dorchester* apud Oxonium, inde 7. mill. in ort. Londinium versus, ad Isis & Tamæ amnium confluentiam, olim episc. sedes cujus Lincolniam translata fertur.

Scrip. Belg. Dorderacum, & Dordracum, *Dort*, & *Dordrecht*, urbs Batavorum in Hollandia ad ostia Mosæ & Rheni, ex primis, empor. celebre, à Lugduno 5. leuc. in occ.

Ptol. Dordomana, *Deizer* teste And. Thev. & *Rezer* al. apud Persas, urbs Parthiæ.

Aimoin. Dordonia, fluv. Gall. Aquit. *Dordonne*. vide Duranus.

Strab. Plin. Ptol. Dores, pop. (à Doro Neptuni filio, teste Isidor. lib. orig.) gemini. Alii Cariæ in Asia in ora littorea ad occas. quorum reg. Doris, & urbes Halicarnassus, Ceramus, & Gnidus. Alii in Achaia: quorum reg. Phocidi & Bœotiæ confinis est. In qua urbes Lilæa, Bion, Cytinium, & Erineus. Vulgo *Val Livadia* teste Nardo. Sunt & Dores pop. & Doris reg. apud Herod. Liv. & Mel. in Thessalia, per quam Sperchius fluv. decurrit, quæ eadem videtur Doridi prædictæ in Achaia. Hinc Doriensis, & Doricus nom. gent. Luc. lib. 9.

" *Dorida tunc Maleam, & apertam Tænaron umbris.*

Virg. lib. 2. Æn.

" *Panduntur portæ, juvat ire, & Dorica castra.*

Dores solebant, præsertim virgines, discinctæ, & sine tunica quandoque interdiu incedere; unde proverbium *Dorice incedere*, in eos, qui depositis vestibus magna ex parte nudi incedunt. Sic apud Pausan. & Ælium Dionys. Iidem erant natura loquaces. Unde apud Theocr. *Doribus Dorice loqui* adagium est in eos, quorum oratio moribus & ingenio respondet; vel in loquaces natura.

Ptol. * Dorgomanes, Orgomanes Marcell. *Obengir* ex tab. recent. & Cast. fluv. ingens Bactrianorum ex Paropamiso mont. profluens, Ochoque (non Oxo, ut scribit Ortel.) congrediens, qui Dargomanes in cod. Græco legitur. [*in man. Seld. Δαργομάνις, Δοργομάνις, & alibi Γαρδαμάνις.]

Strab. Dorion opp. fuit Magnesiæ in Thessalia, apud quod Thamyras citharœdus musas ad certamen provocasse fertur. Luc. lib. 6.

" ——— *Pteleos & Dorion ira*

" *Flebile Pieridum*------

Licet in Thes. ling. Lat. in Peloponneso citato Plin. ponatur. lib. 4. c. 5. ubi nihil de eo, & Dotion alibi dicatur in eodem Thes.

Herod. Strab. Liv. & al. Doris, reg. vide Dores. Hinc Dorii, & Dorienses, & Dorius nom. gentile apud Hor. lib. epod. ode 9.

" *Hac Dorium, illis barbarum.*

Doricus nom. gent. Unde *Dorica musa* proverb. apud Aristoph. in Cleonem, qui non aliud genus harmoniæ didicerat præter Doricæ, alludens ad Δῶρον quod munus significat, eum munerum avidum denotans. Aliud adagium est *Dorice concinere* apud Plat. in Lachete, in eos qui aliud verbis, aliud factis faciunt. In Thes. ling. Lat. scribitur juxta Maliacum sin. Sed Doris Achaiæ reg. mediterranea est.

Herod. Plin. Mel. Doriscum, Drosica Ptol. locus vel præfectura Thraciæ in ora apud Hebrum fluv. inter Cypsellam urbem, & ostia, Serrio mont. proximus, ubi Xerxes rex Persarum exercitum, qui 170. myriadibus constabat, hoc est, decies septies centenis millibus militum, recensuit. Est & prom. Atticæ à Piræo 42. mil. pass. recedens.

Appian. Dorius, fluv. Hisp. (vide Durius) apud Plin. (non Turius, ut in Thes. ling. Lat.)

Dorostorus. vide Durostolon.

Amm. Dorovernum. vide Darvernum.

Vet. Insc. Dorventani, pop. Albionis, qui teste Lhuydo Derbienses *the people of Derbyshire* sunt, quasi Derventani; tametsi diversi videntur; hi à Derventione, illi à Dorvento deducti.

Steph. Dorylæium, Dorylæum Strab. Dorylaum Plin. * Doryleum Ptol. *Tzadurile* teste Leuncl. urbs Phrygiæ Pacatianæ episc. sub archiep. Synnadensi, inter Synaum & Midaium propinquas urbes, ad fluv. cognominem. [* man. Seld. Δορύλαιον.]

Bibl. Dothaim opp. fuit Palæstinæ, nunc pag. seu vicus Galilææ, à Naason 9. mill. pass. distans, in Samariæ confinio, Bethuliæque finitimum, à Samaria urbe 12. mill. in Bor. recedens.

Ptol. * Doveona seu Dueona, non Doveana, ut legit M. Welf. *Doue* vel *Douue* (non *Cahors* urbs Cadurcorum, ut Pinetus interpretatur) pag. Aquitaniæ inter Pictavos & Andegavos, teste Lipsio, à Ligeri fluv. 15. mill. pass. distans. Quod tamen non probo. Nam Doveona à Ptol. in Aquitania, & Cadurcis describitur, longe à Ligeri & Andegavis distantibus: quare vel est ipsa Cadurcorum urbs, ut Pinetus scribit, vel locus aliquis vicinus. [* Seld. manuscr. Δουεόνα.]

Strab. Drabus, fluv. Norici. vide Draus. Hic author Thes. ling. Lat. errorem Strab. secutus, scribit Draum

um in Saum influere, cum in Danubium exoneretur.

Auson. Drachonus, sive Drahonus ut alii cod. habent, *Draum*, fluv. Gall. Belg. per Austrasiam sive Lotharingiam in Mosellam fluens, cujus mem. Auson. edyl. 10.

" *Praetereo exilem Lesuram, tenuemque Drachonum.*

Drachonus item fluv. Austriae cum opp. cognomine, *Draun.* vide Duras.

Proc. Dracon, fluviolus Campaniae in Picentium confinio, ex monte Vesuvio oriens, ac juxta Noceriam urbem fluens in Sarnum, *Dragone*.

Strab. Theocr. Draconon, opp. & mons Icariae ins. Sed Plin. est insula maris Ægaei deserta.

Ptol. Dracuina, *Trauburg* teste Laz. opp. Rhaetiae in Suevia Cisdanubiana. Sed aliis est *Ehingen* opp. Sueviae apud Danubium, medium fere inter Ulmam ad ort. & Redlingam ad occ. 3. leuc. Sed hoc non in Rhaetia, sed in Germ. est, cum ad ulteriorem Danubii ripam situm sit. Lazio itaque subscribo, cum & nomen vulgare arrideat.

Steph. Dracunteus, sive Dracuntus, Dracontius Ptol. *Chelbi* teste Nigro, insula maris Africi, Africae proprie dictae adjacens.

Aimoin. Dragamutina, *Travemund* teste Ortel. opp. Germ. in Saxoniae Holsatiaeque conf. ad Trevae fluv. ostium, Lubecae urbi proximum, Treva Ptol.

Lib. Conc. Drama, urbs Thraciae in Maced. confinio, sic vulgo, prius episc. sub archiep. Philippensi, postea & ipsa metropolis effecta, apud Philippos & Christopolim teste Curopalate.

Strab. Curt. & al. Drangae, pop. Asiae, quorum reg. Drangiana Ptol. *Sigistan* Mercat. & Castal. in qua urbes olim clarae Prophthasia, & Ariaspe. vide Prophthasia, à qua hodie nomen est regioni.

Plin. Draus, Dravus Melae, Drabus Strab. Darus Ptol. *Dra*, & Italis *la Drava*, fluv. Norici ingens, qui ex montibus in tractu Salisburgensi oriens, longo tractu per Noricum, Carinthiam, & Stiriam intermeans, & per Pannoniam fluens, Danubium ad Teutoburgium ingreditur. De quo Venant. Fortun. in vita S. Mart. l. 4.

" *Per Dravum itur iter, qua se castella supinant.*

Herodot. Drausi, seu Thrausi, pop. Thraciae: quos Herod. lib. 5. filios primum editos vehementer flere, tanquam varias calamitates perpessuros; morientes vero, tanquam his malis liberatos, cum gaudio sepelire, refert.

Steph. Drepanae, ins. duae parvae maris Ægaei apud Lebinthum ins.

Ptol. Drepanum *Trapani*, urbs Siciliae marit. cum portu in ora ad Bor. & occ. à Lilybaeo 18. mill. pass. in Bor. Panormum versus 77. Eryci mont. & urbi proxima ad 2. mill. pass. Ortel. loco urbis prom. nominat. Coralium ibi optimum piscantur. Pop. Drepanitani. Ejus mem. Virg. lib. 3. Æn.

" *Hic Drepani me portus, & illaetabilis ora*
' *Accipit*------

Sic à curvitate in modum falcis dicta, ut Ovid. lib. fast. 4.

" *Quique locus curvae nomina falcis habet.*

Amm. Niceph. Drepanum, urbs altera in Bithynia ad sinum Astacenum, postea Helenopolis in honorem Helenae Constantini magni matris appellata, episc. sub archiep. Nicomediensi, media fere inter Nicomediam ad Bor. & Nicaeam ad meridiem.

Ptol. Drepanum, prom. tergeminum. Unum in Cyrenaica reg. in illius & Africae confinio, ad Syrtim magnam, apud Automalam opp. *Punta Sabia* teste Marm. Alterum Cretae in ora Boreali, inter Cydonem & sinum Amphimalim, *Capo Melechia* Molet. & al. apud Apteram urbem. Reliquum in ora Cypri occidua apud Paphum urb. *Capo di Baffo*.

Drepsa, Darapsa Strab. Panda Plin. urbs Sogdianae regia, quae nunc *Mergian* dici traditur, teste Castal. *Ptol.*

Dresda *Dresen*, vel *Dresden*, urbs Germ. Misniae primaria, & sedes principis, apud Albim fluv. inter Pragam ad merid. 16. & Vitembergam ad Bor. 13. leuc. De Dresda sic in lib. 5. Itin. *Scrip. Germ.*

" *Progredimur tandem Dresdam, post ocia longa,*
" *Pons ubi cum pulchra saxeus arce jacet.*

Drillae, pop. Cappadociae in ora maris Euxini inter Trapezuntios & Colchos, Macronibus finitimi, teste Arriano in Periplo. Sed apud Xenoph. inter Cerasuntem & Trapezuntem urbes. *Xenoph.*

* Drilo, *Lodrino* teste Soph. *Drinax* Nigro, al. *Drino*, al. *la Boiana*, fluv. Macedoniam ab Illyrico dividens, ex Scardo monte fluens, Dardanos attingens, ac in mare Hadriaticum apud Lissum urbem immittens, nec longe à Scodra urbe decurrens. In Thes. ling. Lat. Dalmatiae attribuitur. [* Selden. man. Δρύλων.] *Strab. Plin. Ptol.*

Drinopolis *Drinovar*, urbs Mysiae super. in Servia, episc. olim, nunc metrop. ad Drinum fluv. *Cedr.*

Drinus, Drinius Plin. & Vib. Seq. fluv. geminus, ut videtur: unus Macedoniae (idem Driloni, ut aliquibus placet) ex Lychnido lacu emanans, & oblique fluens, in mare ad Lissum urbem labens, *Boliana* Dalmatis dictus, teste Nig. Alter ex mont. Scardo inter Illyricum & Mysiam superiorem in Saum fluv. delatus, *Drino, la Drina*, & *Caradrina* appellatus. *Ptol.*

Drista, urbs Mysiae infer. in Bulgaria. vide Tirista. *Cedr.*

Drocum *Dreux*, quasi Druides, opp. amplum Gall. Celt. in finibus Carnutum, à Carnutensi urbe 7. leuc. in Bor. ad Auram fluv. à Parisiis 16. comitatus, vide Druides. *Scrip. Gall.*

Dromoria *Dromore*, urbs Hiberniae in Ultonia reg. episc. sub archiep. Armachano. *Prov. Rom.*

Dromos Achillis, ins. maris Euxini, sive potius peninsula Sarmat. apud ostia Boristhenis fluv. inter illa & sin. Carcinitem, ad 80. mill. pass. in longum extensum, ab Achillea ins. 25. mill. pass. *Fidonisi* Nig. Castal. & al. *Strab. Plin. & al.*

Drosica. vide Doriscum. *Ptol.*

Druentius, Druentia Liv. Plin. & al. *Durance*, & *Durenza* Italis, fluv. rapidus Gall. Narbonens. ex Alpibus ex adverso Padi oriens, ac per Delphinatum & Provinciam in Rhodanum labens. De quo Sil. lib. 3. *Ptol.*

" *Turbidus hic truncis, saxisque Druentia laetum*
' *Ductoris vastavit iter*-----

Druides, qui & Druidae Strab. pop. Gall. Celt. in finibus Carnutum, quorum opp. *Dreux* ad Anduram flu. à Carnutibus 6. mil. Gall. in Bor. à Parisiis 16. an. post diluvium 410. conditum. De quibus Luc. lib. 1. *Caes.*

" *Sacrorum Druidae positis repetistis ab armis.*

Fuere etiam Druides in Mona ins. Britanniae. Hi apud Gallos & Britannos, magi & sacerdotes. De quibus Cic. lib. 1. de nat. deor. & Caes. in com. 6. de bell. Gall.

Druna, *Drone* vel *Drosne* teste Jul. Scal. flu. Gall. Narbonens. ex Alpibus per Delphinatum fluens, & in Rhodanum apud Valentiam urbem exceptus, ab ea 3. leuc. Auson. in Mosell. *Aus.*

" *Te Druna, te sparsis incerta Druentia ripis.*

Ubi Drumna aliqui legunt.

Drusi Monumentum *Eychelstein*, moles testacia in suburbio Moguntiae urbis ad Rhenum in Ger. super. *Dioni. Eutrop.*

Drusiana fossa, pars Rheni post ejus scissionem in Germ. infer. dextra, *Ysel* nunc dicta, incipiens apud arcem Drusianam, vulgo *Doesburg*. *Tac. Sueton.*

Drusipara, Drisipara Anton. urbs Thraciae episc. sub archiep. Hadrianopolitano, inter Bergulas, & *Ptol.*

Perinthum ad ort. inde 16. hinc 34. mill. pass. *Misini* hodie teste Soph.

Ptol. Drusomagus, *Memmingen* ex antiq. inscript. (licet Irenicus *Kempten* esse velit) urbs Germ. in Suevia lib. inter Augustam & Lindavium 8. leuc. Lazius etiam *Augsburg* interpretatur. Sed vet. inscriptio argumentum magis certum. Hic optima conficitur charta. In Thes. ling. Lat. *Kempten* (quod Campidona est) indigitatur; quod minus probatur.

Gyrald. Dryas, fluv. Thessaliæ apud Anticyram inf. in mare influens, & apud Sperchium fluv. 20. stad. tantum distans.

Pausan. Drymæa, opp. Phocidis Daulidi finitimum, cujus regio etiam Drymea à Plin. nominatur.

Steph. Plin. Liv. * Drymussa, ins. parva Ioniæ Clazomenis urbi objecta, & vicina.

Cedr. Drynopolis *Drinowar*, urbs episc. Mysiæ. vide Drinopolis.

Ovid. Steph. Dryope, opp. Peloponnesi in Argia apud Hermionen, quod hac tempestate minime extat.

Strab. Plin. & al. Dryopes, pop. Epiri teste Plin. quorum reg. *Aldradina* teste Pineto dicitur; seu Phocidis juxta Parnasum mont. teste Apollonio; & in Thessalia juxta Oeten mont. teste Strab. Virg. lib. 4. Æn.

" *Cretesque, Dryopesq; fremunt, pictiq; Agathyrsi.*

Dryopis, reg. Tetrapolis dicta.

Callist. Drys, locus in suburbio Chalcedonis urbis, *Rufiniane* teste Cedr. dictus.

Dryusa, ins. vide Samos.

Amm. Duæ Columnæ, *Gambula* vel *Gambalo* teste G. Merula, opp. haud obscurum Insubriæ in agro Ticinensi apud Viglebanum urb. ab ea 3. mill. pass. Laumellum versus distans: quod & Gambolatum Lat. rec. dicitur.

Ptol. Dubis, Alduasdubis Cæs. & Alduabis (varie enim legitur) *le Doux*, fluv. Galliæ Belgicæ ex Jura mont. per Sequanos, hoc est, per com. Burgundiæ in occ. in Ararim fluv. fluens. Ortel. male fluv. Gall. Narbonens. illum scribit.

Prov. Rom. Dublinum *Dublin*, urbs Hiberniæ archiep. Laginiæ primaria, & caput, academia, ab Eug. 3. Pont. max. metrop. effecta. vide Eblana.

Anton. Dubris *Dover*, opp. & portus Albionis in ora Cantii, è regione Icii portus, urbis Gallicæ, à Cantuaria Angliæ metropoli 12. mill. distans. vide Darvernum.

Ptol. Ducæ, pop. Mauritaniæ Cæsariensis circa ortum Ampsagæ flum. incolentes.

Ducona in Thes. ling. Lat. ex Ptol. legitur: Sed apud Ptol. Doueona scribitur. vide ibi.

Plin. Dudini, pop. Illyrici, quorum opp. *Nadin* Pineto videtur, in Liburnia: Sed hoc Nedinum est Ptol. apud Ouporum.

Ptol. * Duecaledonius oceanus, & Duecaledonium mare, (vide Deucaledonium) mare quod Scotiam alluit. [* man. Seld. Δουηκαλληδόνιος.]

Dueona. vide Dovena.

Aus. Duiona, fons urbis Burdigalensis in Aquitania. Cujus mem. Auson. de claris urb.

" *Duiona Celtarum lingua fons addite Divis.*

vide Divona; varie enim legitur. Miror quosdam Duionam *Cahors* urb. id est Cadurcum, interpretari.

Ptol. Tac. Dulgibini, Dulgumnii Ptol. pop. Germ. quorum urbs *Gottingen* esse videtur Althamero in Hassiæ & Saxoniæ conf. à Casella 5. leuc. Brunopolim versus.

Stra. Pli. Dulichium, ins. maris Ionii, una Echinadum, contra ostia Acheloi fluv. ab eis 15. stad. ab Araxo vero Peloponnesi prom. 100. Ithacæ propior. Hinc Dulichius, nom. gent. Virg. ægl. 6.

" *Dulichias vexasse rates, & gurgite in alto.*

et Ovid. lib. 1. trist. eleg. 4.

" *Nec mihi Dulichium domus est, Ithaceve, Sameve.*

Hic Ulysses habitasse, vel imperasse fertur: unde Dulichius cognominatus.

Plin. Dulopolis, hoc est urbs Servorum, quæ & Acanthus teste Plin. opp. Cariæ in ora contra Rhodum ins. quod an extet hoc tempore incertum. Urbs item ad Indum fluv. nomine Acanthus. Prior non Lydiæ, ut in Thes. ling. Lat. sed Cariæ urbs est.

Scrip. Scot. Dumbarum (quasi castrum Baræ, seu Varæ, quæ æstuarium est) opp. Albionis, seu Britanniæ 2. id est Scotiæ, in ora orientali, ad ostia Loxæ fluv. inter Bervicium ad merid. & Andreapolim ad Bor. supra 12. mil. ab Edimburgo 20. in ort. vide Bara, & Vara.

Prov. Rom. Dumblanum *Dunblane*, urbs Scotiæ episc. sub archiep. Andreapolitano, inde 25. mill. in occ. Glasquum versus 15.

D. Isidor. Dumium pag. erat cum cœnobio apud Bracaram urb. archiep. Hispan. (cujus abbas etiam episcopus erat in regis curia teste Mor.) à D. Martino episcopo an. sal. 565. condito, qui episcopatus Bracarensi unitus est.

Plin. Dumna *Hoy*, ins. Scotiæ adjacens contra Orcada prom. Norvegiam versus. [Camdeno potius *Fair Isle* videtur, ubi oppidum *Dumo*.]

Auson. Dumnissus *Domnissan*, locus Austrasiæ, sive in Lotharingia apud Mosellam, ab Auson. in sua Mosellana memoratus.

" *Prætero ardentem sitientibus undique terras*
" *Dumnissum--- ---*

Auson. Dumnitonus, locus Aquitaniæ apud Garumnam fluv. & Blaviam opp. teste Vineto, qui *Domnissan* nominari scribit; sed Scalig. est circa Caput Boiatum in Medulis.

Ptol. Dumnonii, pop. Albionis in regno Angliæ ad occ. vide Damnonii, qui tamen diversi sunt: Dumnonii enim occidentalissimi sunt, quorum reg. est Cornubia, & urbes Isca, Voliba, Uxela, Tamara.

Strab. Dunax, mons Thraciæ, pars Rhodopes excelsior: quæ Liv. Donuca appellatur.

Scrip. Scot. Duncheldinum *Dunkelden*, quasi castrum Caledonium, urbs Scotiæ episc. sub archiep. Andreapolitano, inde 22. mill. plus minus distans, ad Taum fluv. Pertho finitima, ad 6. mill. distans. vide Caledonia.

Ivoni. Dunelmum, *Durham*, & *Duresme*, urbs Albionis episc. sub archiep. Eboracens. inde ad 50. mill. in Bor. Bervicium versus opp. in ora Scotiæ, & Neocastrum urb. Northumbriæ reg. caput, apud oram, à Cestria opp. ubi prius erat sedes episcopi Lindisfarnens. ex Bebba, sive Dunstaburgo, (olim Northumbriæ regia, & primaria Lindisfarnæ insulæ) eo, & tandem Dunelmum translata, 6. mill. distans.

Ptol. Dunga, *Dabul*, ut Castal. videtur, urbs Indiæ citer. in ora littorea, à *Chaul* 25. leuc. Goam versus, sub Lusitanis.

Ptol. Dunium *Dorchester*, urbs Albionis in Anglia in finibus Durotrigum, apud oram australem, inter Wintoniam ad ortum, & Iscam sive Exoniam ad occ. ad 36. mill. dissita. G. Camd. Durnium legendum monet, cum codex Ptol. Græcus Dunium habet. Videtur Durnovaria dici apud Anton. aliquibus; sed est altera Dorcestria apud Oxonium.

Ptol. Dunum, *Down* teste Camd. urbs Hiberniæ episc. sub Armachano archiep. inde non valde ad oram orientalem recedens, à Connertho 15 mill. in Ultonia reg. Jo. Scoti viri doctissimi ord. Minorum patria. Hic corpora SS. Patritii episc. Columbæ abb. & Brigitæ virg. condita sunt: qua de re distichon erat hujuscemodi.

" *Hi tres in Duno tumulo tumulantur in uno,*
" *Brigita, Patricius, atque Columba pius.*

Turon. Dunum *Chasteaudun*, opp. Gall. Celt. in finibus Carnutum non obscurum, inter Carnutes ad ort. 15. & Vindocinum ad occ. 11. leuc.

Ptol. Dunum, *the creek at Dunesbay* teste Camd. sinus Albionis in ora Angliæ com.* Northumbriæ ad ortum, apud ostium Vedræ fluv. à Dunelmo 10. mill. distans. [* Camd. est in comitatu Eboracens. juxta *Whitby* & viculum *Dunesley*.]

Froard. Duodeciacum *Douze*, opp. Austrasiæ in Alsatiæ conf. (vide Decempagi) *Dieuze* etiam incolis, ad Selnam fluv. & Lindrum lacum.

Ven. For. Duplavonenses, seu Duplavenenses, Duplaulis Rhegin. Duplabilis P. Diacono, locus nativus ipsius Ven. Fortunati in Venetia apud Cenetam urb.

Ptol. Dur *Ledung*, fluv. Hiberniæ in ora occid. apud Traylium opp. fluens. [anonymum esse ait Camden.]

Ptol. Duraba *Der* teste Mol. urbs Babyloniæ reg. ad Euphratem fluv. cis Babylonem.

Vet. Insc. Duracii, & Duracium, *Deraz*, arx Aquit. apud Burdigalam urb. inde 2. leuc.

Auson. Duranus, & Duranius, ut alii cod. habent, Dordonia Aimonio, *la Dordonne*, fluv. Gall. Aquit. ex montibus Arvernorum, ac ex Dor & Donia fontibus scatens, ac in Garumnam fluvium apud Liburnam oppidum influens. De quo Ausonius in edyllio 10.

" *Concedes gelido Durani de monte volutus*
' *Amnis*——

Strab. Duras *Draun*, fluv. Norici ex lacu in tractu Salisburgens. effluens, ac per Austriam in Bor. fluens, in Danubium inter Lentiam & Anisum urbes labens.

Ptol. Durbeta, *Dedu* ut aliquibus videtur, opp. Mesopotamiæ apud Tigrim fluv. ab Amida urbe ad 30. mill. pass. in ort. distans. Aliis *Mosul* urbs. Sed hæc plerisque Seleucia magna putatur.

Plin. Strab. Duria, Doria Ptol. fluv. Gall. Subalpinæ in Pedemontana reg. geminus: unus per Salassos in Padum flu. apud Crescentinum opp. influens: alter per Segusium & Taurinos decurrens, in eundem Padum exiens. Uterque vulgo *Doria*, & *Doira* nominatur; prior ex Graiis, alter ex Cottiis Alpibus profluens.

Duria *Dorsetshire*, reg. Albionis in Angliæ regno in * Cornubia, sic à Durio fluv. dicta. [* late sumpto.]

Melæ. Durias, Turia Salust. & Vib. Seq. Turium Plin. teste Ortel. qui tamen fallitur, *Guadalaviar* teste Clus. fluv. Hisp. Tarracon. per regnum Valentiæ (quam urbem alluit) in fin. Sucronensem fluens, Turulis Ptol. Hic Ortel. fluv. hunc cum urbe quæ *Guadalajara* nominatur confundit. Tametsi quidam hanc urbem Turiam ex vet. inscript. vocent. vide Caracca.

Antiq. Itiner. Durii *Dorno*, pag. Insubrum in agro Ticinensi, inter Ticinum 12. & Laumellum opp. 8. mill. pass. obvium.

Strab. Durion, sive Durium, (non Durio, ut legit Ortel.) *Doyre* teste Jo. Poldo, pag. Gall. Narbonens. apud Rhodanum flu. & Valentiam urbem in Delphinatu, ubi Isara Rhodano miscetur. Al. *Donzere* castrum episcopi Vivariensis.

Plin. Strab. Durius, Durias alibi Strab. Doria Ptol. Dorius App. Alex. Duria Claud. *Duero*, fluv. maximus Hispaniæ, in Pelendonibus apud Numantiam urbem excisam oriens, per Vaccæos in occ. Astures à Vettonibus, & Calaicos à Lusitanis disjungens, in oceanum occid. ad Portum urb. delatus. Cujus decursus 120. leuc. est. De quo Claud. de laud. Serenæ:

" *Floribus, & roseis formosus Duria ripis.*

Quod alii de Duria seu Turia flu. Valentiæ accipiunt.

Scrip. Germ. Durlacum *Durlach*, urbs Germ. in marchia Badensi, inter Badam ad merid. 5. & Heidelbergam ad Bor. 3. leuc. distans. Ibi sedes marchionum.

Ant. Durnomagum, sive Durnomagus, *Durnmagen*, pag. Germ. infer. ad Rhenum apud Sunicos, medius inter Col. Agrippinam & Dusseldorpium, vel Nuesium, supra 2. leuc. utrinque distans.

Ant. Durnovaria & Dornovaria, *Dorchester*, urbs Albionis in Anglia Oxonio finitima, ab altera Dorcestria urbe, quæ Dunium Ptol. putatur, in Devonia reg. longe diversa, olim episc. vide Dorcestria.

Ant. Durobris, vel Durobrus, vide infra Durobrivæ.

Ant. Durobrivæ, & Durocobrivæ, ut alibi legitur, vel etiam Durobrovæ, *Hertford* teste * Camd. opp. Albionis in Anglia inter Duroliponteṁ 35. & Lindum 56. mill. pass. vel teste eod. Cam. *Dornford*, quod magis probo. Talboto vero est *Stanford*, opp. ejusdem tractus. Hic apud scriptores hæc loca confunduntur, Durocobrivæ, Durobrivæ, Durobrus, & Durobrovæ. Sed Durobrivæ & Durocobrivæ idem sunt *Dornford*, Durobrovæ *Dorncester* vel *Caster* teste Lhuydo apud *Wandlesford*, Durobrus vero teste Camd. *Rochester*, hoc est Roffa Lat. rec. urbs episc. inter Londinium & Cantuariam, ad 25. mill. distans. Licet Talb. *Maidston* esse contendat. [* Camdeno Durobrivæ *Dornford* & *Caster* duo viculi non procul à *Wandlesford* vel *Wansford* in confin. comitat. Northampton. & Huntington. Durocobrivæ juxta *Flamstead* & *Redburn* in comit. Hertfordiens. Durobrus vero & Durobrovæ, *Rochester* urbs Cantii.

Ant. Durocasses, opp. Gall. Celt. quod *Dreux* esse videtur. vide Drocum, & Druides.

Ant. Durocatalaunum. vide Catalaunum.

Anton. Durocornovium, Corinium Ptol. *Circester* teste Camd. opp. Albionis in Anglia, medium inter Callevam & Arriconium 30. mill. pass. ex Anton. Itin. à Clevo sive Glocestria 14.

Ptol. Durocottorum, Durocortum Cæs. vide Rhemi.

Ant. Durolevum, *Leneham* teste Camd. *Charing* Talb. opp. Albionis in Cantio, inter Durobrim seu Roffam, & Darvernum 12. mill. pass.

Ant. Durolipons, *Huntington* teste Talb. opp. Angliæ inter Camboricum 25. & Durobrivas in Bor. 35. mill. pass. Sed Camd. est *Gormoncester* pag. vicinus, qui & *Godmanchester* scribitur.

Ant. Durolitum, *Leiton* Camd. pagus Angliæ inter Londinium & Cæsaromagum 15. mill. pass. Sed al. est *Oldford*, opp. Essexiæ regione.

Tab. Peuting. Durostadium *Duerstede*, opp. Germ. infer. in Geldriæ duc. vide Batavodurum.

Ptol. Durostolon, Dorostorus Amm. Dorostorum lib. Conc. Dorostena Jornandi, *Dora* teste Laz. urbs Mysiæ infer. episc. olim, nunc pag. Bulgariæ, ab Axiopoli 30. mill. pass. distans ex Ant. Itin.

Ptol. Durotriges *Durugueir*, vel *Dwr-Gwyr* ut Camden. & Anglice *Dorsetshiremen* teste Lhuydo, pop. Albionis in ora Angliæ australi, inter Wintoniam & Exoniam, quorum urbs Dunium, seu Dorcestria. vide ibi.

Ant. Durovernum, Darvenum Ptol. Durorvernum, & Darvernum al. varie enim legitur, urbs Albionis in Cantio, quam plerique Cantuariam metropolim à Londinio 45. mill. Anglicis distantem in Cantio esse volunt, vulgo *Caer-grant*, vel ut Camden. *Caer Kent*, & *Cantewarberi*, & *Canterbury*. vide Darvernum.

Ptol. Durracium *Durazzo*, urbs Maced. vide Dyrrachium.

Plin. Dya, ins. vide Naxos.

Polyb. Dyme, *Dima* adhuc dicta, urbs Peloponnesi in Achaia

Strab. Plin. & al. Achaia excisa, inter Patras ad Bor. 15. & Araxum prom. olim Stratos, & Cauconia, à Caucone, teste Strab. proxima Oleno, ab ea 5. mill. in austrum. Pop. Dymenses Polyb. Est & Dymæ Ptol. Dime Ant. opp. Thraciæ, à Trajanopoli urb. 15. mil. pass. quod nunc jacet. De Dyma Stat. lib. 4. Theb.

" *Collis: at Ætnææ Cereri negat avia Dyme.*

Ptol. Dymethus, *Torre* teste Aret. & Pineto, seu *Torre dell' Oliveto*, opp. olim, nunc pag. Siciliæ in mediter.

Ptol. Dyos, *Guir* teste Marm. fluv. Maurit. Tingit. per regnum Marochium in oceanum Atlanticum apud Atlantem mont. minorem, inter Salam & Cusam amnes, sese exonerans.

Strab. Herod. Dyra, fluv. Trachiniæ reg. inter Achaiam & Thessaliam, à Sperchio fluv. 20. stad. distans, ubi Herculem seipsum vivum accenso rogo concremasse ferunt.

Ovid. Dyraspes, fluv. Scythiæ Europææ in Pontum Euxinum labens cum Borysthene. De quo Ovid. lib. 4. de Ponto, eleg. 10.

" *Cumque Borysthenio liquidissimus amne Dyraspes.*

Cæs. Cic. Ptol. & al. * Dyrrachium, quod & Epidamnus, *Durazzo*, & *Drazzi* Turcis, urbs clarissima Macedoniæ, archiep. in ora occidua maris Ionii, inter Brundisium urb. Italiæ ad occ. 220. & Thessalonicam urb. Maced. ad ort. in ora maris Ægæi 280. mill. pass. tanta est Macedoniæ longitudo, ab Hydrunto 170. à Scodra 50. in austrum, an. mundi 3526. à capta Troja 126. una cum Lipara, Epidauro, & Sinope condita. Hinc Dyrrachinus adject. apud Cic. in ep. ad Att. Ejus mem. Luc. lib. 6.

" *Dyrrachii præceps rapiendas tendit ad arces.*

Dyrrachium exilii locum sibi Cic. elegit, ut ad Terent. lib. 14. epist. scribit. [* manusc. Selden. Διρράχιον.]

Proc. Dysis, *Duasso* teste Leonard. Aretino, pag. Piceni apud Anconam urb.

Adoni. Dysporum *Duysburg*, urbs Germ. infer. apud Rhenum, inter Vesaliam & Dusseldorpium urb. vide Dispargum.

E.

Ptol. EBa *Pitigliano*, ut nonnullis cum Blondo videtur, opp. præclarum Hetruriæ, comitat. apud Suanam urbem, inter illam, & Castrum ad merid. 6. mill. pass. plus minus distans.

Cedr. Ebdomum, suburbium Byzantii, à septenario numero dictum.

Ant. Ebellanum, *Ayerbe* teste Hieron. Zurita, opp. clarum Hisp. ad Gallicum fluv. in Arragonia, à Cæsaraugusta 13. leuc. in Bor. propius Oscæ, inde in occ. ad 5. recedens. Al. *Biel* est opp. ejusdem tractus, à Cæsaraugusta tantundem ferme distans: quod magis probatur. Abest ab Osca fere 8. leuc. in occ. Ibi ars ferraria exercetur.

Ptol. Eblana, *Dublin* teste Stanihurstio, urbs Hiberniæ archiep. in ora orientali, Laginiæ reg. caput & totius insf. academia, inter Manapiam seu Waterfordiam ad meridiem, & Armacanam ad Bor. ad 60. mill.

P. Diac. Ebodia *Aldernay*, & al. *Ornay*, Camden. *Alderney* & *Aurney*, ins. oceani Britannici ante Sequanæ flum. ostia, à quibus 30. leuc. recedit in Bor. Albionem versus. Auriniaca etiam dicitur. Ibi Charybdis quædam, & aquarum vertigo navigia absorbens.

Vet. Insc. Ebolum *Eboli* vel *Evoli*, opp. amplum Lucaniæ in principatu citeriore ultra Silarum fluv. à Salerno 18. mill. pass. in ort. distans, Campaniam urbem versus, 4. mill. inde distantem. Ortel. citat Ptol. apud quem non reperitur.

Eboniæ. vide Ebudæ.

Ebora, Ebura Ptol. quæ & Liberalitas Julia à Plin. nominatur, *Ebora* vel *Evora*, urbs Lusitaniæ archiep. & acad. in Portugalliæ regno post Ulyssiponem præcipua, inde 20. leuc. à Pace Augusta, & Julia 10. olim episc. sub archiep. Emeritens. postea sub archiep. Compostellano, demum à Paulo 3. Pont. max. metrop. effecta. Hic error occurrit non dissimulandus Thes. ling. Lat. locantis Eboram urb. Lusit. in Latio, ex Plin. cum Plin. loquatur de Latio quoad privilegia, non quoad situm. Plin. Ant. Mela.

Ebora, Ebura Strab. *Rotta* Mol. & al. opp. Hisp. Bæt. in Turdulis apud oram, inter ostia Bætis, & Menesthei portum, Xeræ urbi finitima. De Ebora urbe poeta quidam Lusit. Ptol.

" *Quid tibi felices Eboræ, rex maxime, cives,*

" *Et validas memorem gentes?*

Eboracum, Eburacum Ptol. & Eboracum, *York*, & *Caer frock* vel *Caer-Effroc* ut Camden. Britannice, urbs archiep. Albionis, caput Brigantium, media ferme inter Londinium regiam Angliæ ad merid. & Edimburgum regiam Scotiæ ad Bor. 150. mill. Anglicis distans. Ab Honorio Pont. max. metropolis creata, illi Dunelmo, Carleolo, Cestriaque subjectis. Anton.

Ebores, pop. Gall. Celt. vide Eburovices.

Eborodunum, Ebredunum Ant. & Eburodunum, Ebrodunum lib. concil. *Embrun* vel *Ambrun*, urb. Gall. Narbonens. archiep. in Delphinatu in finibus Caturigum, fere media inter Brigantium & Vapingum, 7. leuc. circiter distans, à Gratianopoli 23. à Vienna & Lugduno 37. Pop. Ebroduntii Plin. Aus. Ptol.

Ebrodunum alterum *Yverdon*, opp. clarum Helvetiorum in finibus Bernensium, ad lacum Neoburgensem, in Equestrium & Sequanorum conf. sub Friburgo urbe, à qua 3. leuc. in occ. à Lausonio fere 4. in Bor. versus Mont. Bellicardum. Anton.

Ebroicæ, & Ebroici, Eburaici, & Eburovices Cæs. & Plin. pop. Gall. Celt. quorum urbs *Evreux* episc. sub archiep. Rotomagensi, inde supra 8. leuc. in austrum Parisios versus, ad Anduram fluv. in Normannia. Lib. Pro.

Ebromagum, Hebromagum, & Hebromanum Auson. *Brau*, pag. Aquitaniæ. Aliis *Bourg* opp. Crediderim Ebromagum esse *Bourg* opp. inter Burdigalam & Blaviam, Hebromanum vero Auson. esse *Brau* sive *Bran*, pag. apud Liburnam opp. inde 3. leuc. à Burdigala 6. distans. vide Hebromagum. Paulin.

Ebron. vide Hebron, & Eleutheropolis. urbs episc. Palæstinæ in Judæa, sub patriarc. Hierosolymitano, inde 20. mill. pass. excisa. In Thes. ling. Lat. pro urbe mons ponitur.

Ebrus, fluv. Thessaliæ apud Larissam urb. decurrens. Theoph.

Ebudæ, Æbudæ Steph. Hebudes Plin. Hebrides, & Eboniæ al. insulæ quinque Scotiæ ad occ. adjacentes: quarum duæ Ebudæ proprie nominantur, una *Eust*, & altera *Leuis* teste Mercat. 3. Ricina, & Richnea Plin. *Argitti* teste Nig. cui 4. *Lendrosia* Lat. rec. & 5. *Leeder* (Sed ut mihi videtur, Lendrosia est, quæ vulgo *Leeder* appellatur) 4. apud Ptol. Maleos, nunc *Mula*, 5. Epidium, vulgo *Yla*, sive *Ila*. Sunt qui Ebudam ins. Hiberniæ dicant, & *Selungiam* vocent. [Camdeno Ricina *Racline*, Epidium *Ila*, Maleos *Mula*, Ebuda orientalis *Skye*, occidentalis *Lewes*.] Ptol. Steph.

Ebura, Libora Ptol. Elbora lib. Concil. *Talavera*, urbs olim episc. sub Gothis Hisp. Tarracon. ad Tagum fluv. in Castella nova, à Toleto 12. leuc. in occ. Ulyssiponem versus, teste Mariana. Male in Thes. ling. Lat. scriptum est, quod hodie *Ebora* dicitur. Liv.

Eburiaci, sive Aulerci Eburaici, pop. & urbs Gall. Celt. *Evreux* in Normandia, à Rotomago & Lexoviis 8. leuc. vide Ebroicæ. Ptol.

Plin. Eburobritium, *Evora de Alcobaca* teste Varrerio, & Vasconc. opp. Hisp. Lusit. in regno Portugallico apud Colliponem, seu Leyriam urbem, Ulyssiponem versus.

Cæs. Strab. Eburones, pop. Belgii, Trevirorum clientes olim, qui nunc Leodienses sunt, quorum urb. hodie Leodium, seu Legia, *Liege*, & Germ. *Luyck* sive *Luttich*, ad Mosam, inter Col. Agrippinam, & Bruxellas ad occ. 16. leuc. sita.

Dion. Eburonia *Bury*, sive *Beury*, urbs olim ex vet. inscript. Augusta etiam Eburonum dicta, cui Leodium (quæ nova Augusta Eburonum dici potest) successit, nunc pag. ad Urtrim fluviolum, à Leodio vix milliario in austrum distans.

Cæs. Eburovices, pop. & urbs Gall. Celt. quorum urbs *Eureux* (vide Ebroicæ) & opp. *Vernon, Aigle, Passey, Jugles, Tilliers, Conches, Bretevill, Rugles, Bruir*, & *Verneville*. In Thes. ling. Lat. Eburonices pro Eburovices, forte errore typographi, legitur.

Ptol. Eburum, *Olmutz* teste Pyramio cum App. & *Olmuntz*, urbs Germ. episc. olim sub archiep. Magontino, nunc sub Pragensi, unde 28. leuc. abest in ort. urbs Moraviæ primaria, à Vienna 16. in Circium. Al. est *Brin* urb. ejusdem reg. post Olmucium præcipua, inter illam & Snoimam ad merid. 5. leuc. ex aliqua nominis allusione. Sed potius est *Borowa* opp. Bohemiæ teste Laz. *Olmutz* autem Olomucium, & Olomuncium Lat. rec. nominatur. Unde Thes. ling. Lat. hic cum aliis corrigendus est.

Strab. Plin. Liv. & al. Ebusus, Ebussus sive Ebyssus Ptol. Ebosia Stat. olim Pityusa, *Yuiza*, vel *Yuica*, ins. maris Balearici oræ Hisp. Tarracon. ad ortum adjacens, cum opp. ejusdem nominis, inter Carthaginem novam & Baleares ad 50. mill. pass. à Dianio prom. 57. licet Strabo eam à Balearibus & à Dianio 700. stad. distare scribat, circuitu 42. Hic multus salis proventus, & ficus optima, nec ullum animal noxium reperitur. opp. antiquum valde, à Maharbale Carthaginensi teste Beuth. conditum. Mem. Ebusi Sil. lib. 3.

" *Jamque Ebusus Phœnissa movet, movet Arabrus arma.*

In Thes. ling. Lat. pro *Yuiza*, *Biza* male legitur.

Anton. Ecæ, Ecana Alphano, *Troia*, urbs Apuliæ Dauniæ episc. sub archiep. Beneventano, inde 36. mill. pass. in Bor. Sipontum versus 30. inter Luceriam ad occ. & Asculum in ort. 18. Hic Ortel. Ecanam cum Æquana, quæ in Picentibus est, longe hinc distans, confundit.

Plin. Strab. Ptol. & al. * Ecbatana, *Tauris* And. Masio, Nig. Cast. & al. *Achatana Esbahan* incolis, urbs archiep. Mediæ, regia hac tempestate Persarum, quam illi à Turcis occupatam superioribus annis recuperarunt, inter Byzantium ad occ. fere 1400. & Alexandriam Ariæ in ort. 720. mill. pass. à Susis 450. in Bor. à Seleucia magna 750. teste Plin. licet non plura intersint quam à Susis, imo pauciora intercedere videntur. [* Ἀκβάτανα in manuscr. Seldeni.]

Ptol. Ecdippa, *Scandalio* vel *Sandalio* Masio & Nig. *Castel Lamberto* Postello, (quod Masio est Castrum Peregrinorum) opp. Palæstinæ, seu Phœnicis in ora, inter Tyrum & Ptolemaidem.

Ptol. Ecelesta, vel Etelesta, ut habet cod. Græcus, *Medina Celi* teste Clus. ex vet. inscript. opp. Hisp. Tarrac. in Castella nova, apud veteris & Arragoniæ confinia, ducali honore insigne, inter Bilbilim 12. & Secontiam 4. leuc. in via quæ à Cæsaraugusta, Toletum & Madritum ducit, occurrens; Egelaste (ut videtur) Plin.

Ptol. Echedorus, Chidorus Herod. *Calico* Soph. *Granea* Nigro, & *Verataser* Castal. nec mirum, cum idem locus plura habeat nomina, fluv. Maced. in sin. Thermaicum apud Thessalonicam urb. influens, qui teste Herod. ab exercitu Xerxis cum aliis amnibus exsiccatus est, ut ad bibendum non suffecerint.

Halicarn. Echetta, Ecetra Liv. urbs Latii, olim caput Volscorum: cujus hodie ne locus quidem indicari valet.

Strab. Plin. & al. Echinades, *le Curzolari* vel *Cozzulari* Soph. & al. insulæ quinque maris Ionii parvæ ante so sinus Corinthiaci, inter ostia Acheloi fluv. Acarnaniæ, & Araxum prom. Peloponnesi, à Cephalenia 12. mil. pass. in ort. distantes, apud quas Turcæ à Christianis victi ingenti classe amissa affecti sunt, Pio 5. Pont. max. Harum una Dulichium, alia Same nominatur. Echidnæ à Seneca, Echinæ à Steph. appellantur. Quanquam Echidnæ apud Ovid. diversæ ab Echinadibus videntur. De quibus lib. 8. metam.

" *In totidem mediis, quot cernis Echinadas undis.*

In Thes. ling. Lat. contra sin. Ambracium statuuntur: cum potius contra sin. Corinthiacum sint, ab Ambracio procul.

Polyb. Plin. & al. Echinus, urbs Phthiotidis marit. in Thessaliæ & Achaiæ conf. olim episc. sub archiep. Atheniens. ad sin. Pagasæum, inter Larissam ad Bor. & Sperchiam ad merid. quæ Soph. *Scarfia* nominatur; sed Scarphia teste Ptol. in Achaia ad ostium Boagrii fluv. nomen suum adhuc retinet. Hinc Echionius quidam nom. gent. derivant, sed male. Est & Echinus opp. Epiri in finibus Acarnanum, quod *Tolgus* à Pineto dici putatur; de quo Polyb. Liv. & al.

Echionii dicuntur Thebani, ab Echione Cadmi socio. Ovid. lib. 5. de trist. eleg. 3.

" *Victor Echionias si vir penetrasset in arces.*

Ant. Eclanum, Æculanum App. Alex. *Laconiano* teste Leand. opp. Hirpinorum in Principatu ulter. regni Neapolitani, ab Equotutico 25. mill. pass. ex itin. Ant. distans. vide Æculanum.

Plut. Diod. Ecnomus, *Poggio Muciacco* Thomæ Faz. propugnaculum in ora Siciliæ ad austrum apud Gelam urbem, ubi & Phalarium alterum propugnaculum.

Ptol. Ectodurum, *Ecthal* teste Laz. opp. Rhætiæ inter Campodunum, & Curiam ad merid. in Suevia, à Campoduno 3. leuc. à Curia 7.

Edelberga apud literatos & poetas, Germ. *Heydelberg*, urbs Palatinatus caput. vide Budoris.

Mos. Mardenus. Eden, ins. Tigridis fluv. infra Seleuciam magnam Mesopotamiæ urbem, 12. mill. pass. distans, circuitu 10. *Gezerta* teste Masio dicta.

Plin. Ptol. & al. * Edessa, Edesa Strab. olim Antiochia Osrhoenorum, & Callirrhoe à fonte dicta, teste Procop. & postea Justinopolis, urbs archiep. Syriæ ad lævam Euphratis ripam (ex quo etiam Mesopotamiæ tribuitur) *Rhoas* & *Rhoasse*, ac etiam *Rhoa* Nigro, *Orfa* P. Gyll. & plerisque aliis dicta (varie enim nominatur) proxima Samosatis, à quibus 12. mill. pass. recedit, à Zeugmate 45. in merid. à Hierapoli 42. in ort. antiquissima, à Nembroth teste D. Isid. lib. 15. etymol. condita. De qua Ven. Fort. l. 8.

" *Læta suis votis Hierapolis alma Philippum,*
" *Producens Thomam munus Edessa pium.*

[* man. Seld. habet Αἴδεσσα.]

Bibl. Edom, Idumæa Plin. Ptol. & al. regio Palæstinæ ad meridiem, inter Judæam & Ægyptum, finis terræ Chanaan, quæ incolis *Daron* teste G. Tyrio dicitur.

Plin. Edonus, mons Thraciæ. Edon Virg. 12. Æn.

" *Ac velut Edoni Boreæ cum spiritus alto*
' *Insonat Ægæo*------

Plin. Edron, *Porto Sabione* teste Nig. portus Venetiæ apud Fossam Clodiam urb. non apud Padum fluv. ut male in Thes. ling. Lat. legitur.

Ptol. Edros, ins. Hiberniæ (vide Hedros) *Berdsey* Camd. inter Angliam & Hiberniam.

Ptol. Edulius mons, *Moncayo* teste Hieron. Girava, mons Hispan. Tarrac. in Celtiberis, ac in Arragoniæ & Castellæ vet. confinio, apud Montem Acutum opp.

Vet.Insc. Edus, *Sadodela* teste August. Justiniano, fluviolus Liguriæ in finibus Genuensium in Porciferam fluv. influens apud Pontemdecimum.

Tac. Efflui *Liiflanders*, pop. Sarmatiæ Europææ ad sinum Venedicum; quos Latino rec. Livones appellamus, & quorum reg. Livonia dicitur, teste Willichio.

Lib.Conc. Egara *Terrassa*, urbs olim episc. Hisp. Tarracon. sub archiep. Tarraconensi, nunc opp. Catalauniæ, inter Barcinonem & Minorissam, à Barcinone 4. leuc. cujus urbis exstant aliquot vestigia, & *S. Pedro de Terrassa* locus nominatur: ejusque episcopatus Barcinonens. copulatus est.

Sil. Plin. Egates, ins. maris Libyci ante portum Carthaginiens. quæ & Egatis, & Ægates, sive Ægathes, varie enim scribitur, *Gotham* vulgo. vide Ægathes. De qua Sil. lib. 2.

" *Egatis, Libyæque procul fluitantia membra.*

Hic sal cæditur globis translucentibus, teste Plin. lib. 31. cap. 7.

Strab. Plin. Egelaste, *Yniesta* Clusio & Gomesio, opp. Hisp. Tarracon. in nova Castella, inter Concham urb. & Moyam opp. 8. leuc. Quod aliis videtur idem cum Etelesta Ptol.

Virg. Egelidus, *Freddano* teste Leand. cum Annio, fluv. Thusciæ: de quo Virg. lib. 8. Æn.

" *Ut procul egelido secretum flumine vidit.*

Sed errant, nam egelido haud nom. proprium est amnis, sed è præpositio est, & gelido adjectivum nomen.

Virg. Ovid. Egeria, Egeriæ Liv. lucus erat & fons prope Romam, extra portam Capenam, in via versus Ariciam, ubi Camœnæ, qui hodie non extat. Scribitur etiam cum diphthongo Ægeria. Virg. lib. 7. Æn.

" *Eductum Egeriæ lucis Hymettia circum.*

Sic ab Egeria nympha, de qua Ovid. lib. 15. metam.

Thucyd. Fest. Egesta, Ægesta Strab. ab Egesto Trojano condita, Acesta Virg. Segesta Cic. Plin. Ptol. & al. urbs Siciliæ excisa ad locum seu pag. qui nunc *Barbara* nominatur teste Faz. in ora occid. inter Drepanum 35. & Panormum 42. mill. pass. ab Elyma urbe etiam excisa 12. mill. in merid. Non longe in littore Egestanum, seu Segestanum empor. nunc *Castel à mar* teste Aret. cum Faz.

Cic. Eggyna urbs fuit Siciliæ: cujus mem. Cic. in orat. in Verrem. Forte Engyna ab Engyon dicta; de quo vide suo loco.

Regin. Egidora, *Eyder* ex tab. geograph. fluv. Cimbricæ Chersonesi Holsatiam à Jutia, & Slesuicensi duc. separans.

Plin. Egilium *il Giglio*, ins. maris Tyrrheni apud Cosanum littus, ab Argentario mont. 12. mill. pass. recedens, quot à Dianio ins. qua & Ægilium, & Igilium, & Iginium nominatur, pene ob piratas deserta. vide Igilium.

Ven. Fort. Egircius, sive Egirtius ut alibi legitur, Egirsius & Ægirsius Sidon. Apoll. *Gers*, & *l'Egers*, fluv. Aquitaniæ in Garumnam fluv. paulo supra Agennum urb. influens, inter illam & Burdigalensem agrum. De quo Fortun. l. 1.

" *Lubricat hic quoniam tenuato Egircius haustu.*

Lib.Conc. Egita, *Guimaranes* teste Jo. Mariana, urbs olim Lusit. nunc opp. regni Portugallici, inter Bracaram & Lamacum, à Bracara 3. leuc. Damasi Papæ patria, quem alii Tarracone natum tradunt. Scribitur & Ægita. quam alii eandem cum Igædita faciunt.

Plin. Mel. & al. Egnatia, Ignatia Strab. *Gnazzi* hodie, & *Nazzi*, urbs olim episc. Apuliæ Peucetiæ in ora, exstincta, apud Monopolim urb. quæ illi successit, media fere inter Barium ad occ. & Brundisium ad ort. ad 35. mill. pass. Falluntur qui Egnatiam hodie *Juvenatium* dici scribunt, veluti auth. Thes. ling. Lat. cum Olivario, cum hæ urbes maxime inter se distent lib. Prov.

Lib.Pro. Egolisma, Engolisma G. Turon. Iculisma, seu Jaculisma ut alii legunt, apud Auson. *Angoulesme*, urbs Gall. Aquit. sub archiep. Burdigalens. inter Burdigalam, & Pictavos ad Bor. 22. leuc. ac inter Santonas, & Lemovicos ad ort. 11.

Polyb. Egonum Vicus *Vicovenza*, pagus agri Ferrariens. inde 16. mill. pass.

Aut. Egorigium Legio 12. vicus Germ. infer. erat inter Col. Agrippinam & Treviros.

Ptol. Egosa, opp. olim Hisp. citer. in Catalaunia, nunc pag. *Gaudena* teste Mol.

Ptol. Egurri, Egovarri Plin. pop. Hisp. Tarracon. Asturibus finitimi, quorum opp. Forum Egurrorum, *Medina de Rio secco* teste Vasæo. vide Forum.

Polyb. Egusa (vide Ægusa) ins. maris Africi, inter Siciliam & Africam.

Thucyd. Herod. Demosth. Eion, urbs & empor. Thraciæ, sive Macedoniæ in confinio, ad ostia Strymonis fluv. postea *Rendina* à Græcis recent. dicta, episc. alias, nunc metrop. ab Amphipoli urbe 25. stad. in austrum distans: Ex qua urbe Strymon fluv. Eioneus apud Plutarchum denominatur.

Plin. Eione, Eion Steph. *Punta di Matriga*, & Pineto *Capo di Croce*, prom. Sarmatiæ Asianæ apud Corocondamen opp. ad Bosporum Cimmerium.

Prov. Rom. Eistatum, sive Eichstadium, *Eychstat*, quasi Quercopolis, urbs Germ. episc. sub archiep. Moguntino, in Bavaria trans Danubium, Ingolstadio ad 3. leuc. finitima. vide Aureatum.

Ptol. Mel. Steph. Elæa, *l'Alea* Mol. & tab. chorograph. urbs Æolidis in ora marit. Pergamenorum portus, inter Pitanen, & Myrinam ad merid. apud ostia Caici fluv. inde 12. stad. à Pergamo vero 120. à Pitane 42. à Teuthrania 70. ex Strab. patria Zenonis & Parmenidis.

Ptol. Elæa quoque prom. Cypri in ora ad ortum, inter Salamina & Carpassum, nunc *Riso Carpasso* teste Lusign.

Ptol. Elææ portus, Epiri, inter ostia Acherontis fluv. & Nicopolim urbem, *Parga* teste Mol.

Joseph. Elæon, mons Judææ Hierosolymis imminens, inde stadio distans, qui & mons Olivarum, & mons Olivetus in evangelio apud Joan. & Matth. dicitur.

Strab. Ptol. Suid. * Elaus, *Critea* teste Nigro, opp. Thraciæ in Chersoneso in ora australi apud Mastusiam prom. contra Sigeum Asiæ. Sed fallitur Niger, nam *Critea* Crithea est apud eundem Ptol. ab Elæo opp. diversum, licet proximum. [* Ἐλαιοῦς man. Seld.]

Ptol. Elæus item, *Docna* Molet. opp. Epiri mediterr. in Chaonia reg. Hecatompedo finitimum.

Plin. Elæussa, ins. gemina Asiæ parva, una Ioniæ ante Smyrnam urb. altera Ciliciæ ante Corycum prom. & urb. vide Eleusa. nam & sic legitur.

Plin. Elamitæ, pop. Arab. fel. cum opp. cognomine apud oram maritimam.

Ptol. Elana, Ælana ac Læna Plin. Ilana Josepho, *Aila* teste Nigro, urbs Arabiæ petrææ ad sinum Arabicum, unde sinus ibi Elaniticus à Plin. nominatur & Ælaniticus, *Golfo di Eltor*, apud mont. Sinay radices, ab Arsinoe urbe in intimo sin. Arabici recessu supra 90. mill. pass. In Thes. ling. Lat. Elaniticus sin. apud Gazam ponitur, cum Gaza sit in ora maris Syrii opposita sinui Arabico.

Plin. Elaphites, *Isole di mezzo* ex tab. geograph. insulæ tres parvæ maris Hadriatici, sive Illyrici, apud Melitam, ab ea 12. mill. pass. distantes, à quibus non longe Chia insula parva, Melitæ propior, ab ea 3. mill. distans. De quibus vide Plin. Harum prima *Calamota*, altera *Isola di mezzo*, reliqua *Guippana*.

Plin. Elaphonesus, *Marmora* teste Curopal. ob marmoris copiam, ins. Propontidis, quæ & Neuris, & Proconnesus teste Plin. dicitur, apud Cyzicum urb. vide Proconnesus.

Arist. Æl. Elaphus, Elatus Plin. mons Asiæ propriæ apud Arginusam, apud quem Alcibiades obiit, & cervæ abscissa aure reperiuntur. & fluv. Arcadiæ est Paus.

Plin. Elaphusa, ins. parva maris Ionii apud Corcyram, ita parva ut hodie nomine carere videatur.

Ptol. Elatas, *Lime* Mol. & Thev. fluv. Bithyniæ inter Hippium fluv. & Heracleam Ponticam ad ort. in mare Euxinum sese exonerans. Hinc Elatæus nom. gent. Ovid. lib. 12. metam.

" *Clara decore fuit proles Elateia Cænis.*

Plin. Elatium, Elath Josepho, opp. Arabiæ, seu Syriæ in confinio, inter Damascum, & Petram urb. Arabiæ petrææ metropolim.

Strab. Elatria, opp. Epiri in Thesprotia reg. ad fauces montium quibus ad Tempe Thessaliæ transitur teste Liv.

Plin. Elatus, mons Asiæ. vide Elaphus. Est & mons Zacynthi Plin.

Elaver *Allier*, fluv. Gall. Celt. ex montibus Arvernorum erumpens, ac non longe à Claromonte urbe decurrens, & ad Nivernas in Ligerim influens.

Ptol. Elbii vicus *Vico*, vicus parvus apud lacum Ciminium, inter Viterbium 8. & Ronciléonem opp. in via quæ Romam ducit 2. mill. pass. occurrens.

Lib. Conc. Elbora *Talavera*, urbs Hisp. Tarracon. ad Tagum fluv. vide Ebura.

Ptol. Elcebus, *Schlestat* Villanov. & al. urbs Germ. super. in Alsatia, libera, apud Rhenum, inter Colmariam 3. & Argentoratum 6. leuc. à Basilea 8. Selestadium Lat. rec.

Ptol. Eldana, *Duennas* teste Goropio, opp. amplum Hisp. Tarrac. in Castella vetere, inter Palentiam 2. & Vallisoletum in austrum 6. leuc. à Burgis 15. in occ. Sunt quibus & Donea Latine dicatur.

Polyb. *Strab.* Elea, quæ & Cauconia, cujus pop. Caucones Strab. Elis Ptol. reg. Peloponnesi inter Arcadiam, & mare Ionium ad occ. in qua Elis urbs, *Belvedere* Mol. & al. Pop. Elienses Polyb. Hinc Elæus nom. gent. Propert. lib. 3. eleg. 7.

" *Sunt quibus Elææ concurrit palma quadrigæ.*

Paus. Electra, forte, ut videtur, Leuctrum Ptol. *Istechia*, opp. Peloponnesi in ora Messeniæ, cum fluv. cognomine, apud Laconicæ confinia.

Plin. Electrides, quæ & Glessariæ, ins. maris Germanici ex adverso Scotiæ, tres, quarum una *Hetlant*, altera *Scetlant* vel *Schetland*, reliqua *Fare*, teste Ortel. nominantur. Vide Glessariæ sive Glessaria. In Thes. ling. Lat. ins. maris Adriatici dicuntur; cum apud Plin. maris Germanici sint.

Electris, ins. parva apud Tarentum urb. Magnæ Græciæ, quæ & Febra teste Servio. Hic Ortel. Virg. citat: apud quem non reperitur Electris: sed Electra filia Atlantis.

Strab. Elees, fluv. Lucaniæ in mare Tyrrhenum apud Veliam urb. excisam labens, *Evoli* teste Nig. sic ab opp. quod præterfluit dictus: longe tamen abest Ebolum opp. de Velia.

Ptol. Elephantina & Elephantis, ins. Ægypti intra Nilum fluv. cum urbe cognomine, quæ & Tabenna nominatur.

Arrian. *Ptol.* Elephas, *Felles* teste Castal. mons Æthiopiæ sub Ægypto apud sin. Avaliten. In Thes. ling. Lat. pro Æthiopiæ Arabiæ legitur.

Arist. Elephus, mons Asiæ contra Lesbum ins. qui & Elatus, ubi Alcibiades obiit, & cervæ aurem scissam habent.

Vet. Insc. Elepla, *Niebla* teste Jo. Mariana, opp. Hisp. Bæticæ apud oram Vandalitiæ, ab Hispali 9. leuc. in occ. & Africum, olim sub Gothis, urb. episc. vide Ilipa.

Eleus, ins. parva Ioniæ apud Miletum urbem. *Thucyd.*

Eleus, euntis apud Plin. & Elæus Steph. urbs Thraciæ ad Propont. in Cherroneso, Callipoli proxima, cujus incolæ Eleuntii dicuntur. *Plin.*

Eleusa, *Elesa* Sophian. *Corcu* Nigro, ins. parva Ciliciæ ante Corycum prom. à quo nomen accipit. Elæussa Steph. & Eleusin Hegesippo. *Plin.*

Eleusa altera, ins. sinus Saronici, inter Peloponnesum & Atticam, ante Spiræum prom. Salamini proxima, ad 2. stad. distans. vide Eleusis. *Strab.* *Plin.*

Eleusa item, ins. Lyciæ, inter Rhodum ins. & Phœnicem mont. Lyciæ, à Rhodo 120. tantum stad. distans, *Simie* ut scribit Bened. Bord. quam circ. 30. mill. pass. à Rhodo distare scribit. Ex quo errare Bordonius deprehenditur, nam Syme est, quæ *Simie* vulgo dicitur. *Strab.*

Eleusina, pag. Ægypti in ora apud Alexandriam, à qua 4. mill. pass. aberat teste Liv. Canopicam fossam versus, cui Leusina scribitur. *Strab.*

Eleusis, Eleusin Cic. & Strab. *Lepsina* Soph. opp. Atticæ marit. inter Megaram, seu Nysſæam urbem, & Piræum portum Atheniensium: unde sin. Eleusinius, qui & Saronicus. De quo Ovid. lib. 4. fast. *Xenoph.* *Ptol.*

" *Fors sua cuiq; loco est: qui nunc Cerealis Eleusis.*

Eleusina Atticæ sacrarium appellatur ab Apuleio, ob religiosissimum Cereris fanum, ubi plurima sacrorum ornamenta, quæ divisim & diversis temporibus ostendebantur. Unde proverb. apud Senec. *Eleusina servat quod ostendat*, contra eos, qui in una epistola aut oratione omne quod sciunt effutiunt. Eleusina sacra apud Paus. Steph. & alios Athenis magno concursu & celebritate Cereri fiebant, in quibus matronæ in curribus per jocum sibi mutuo & libere conviciari solebant; ut propterea inde illud emanarit adagium, *De plaustro loqui*, pro libere quemlibet taxare. Quod alii ad poetas comicos referunt; qui de plaustro personati non solum in alios comicos, sed etiam in potentiores, atque in deos ipsos dicebant quæ vellent pro libito. Hinc Eleusinus, & Eleusinius a, um. ut Eleusina Ceres, Eleusina sacra, Eleusinum templum.

Eleutheræ, Eleuthernæ Plin. urbs fuit Cretæ mediterr. proxima Gortynæ. *Dion.* *Ptol.*

Eleutheropolis, quæ & Hebron Judæis, urbs Palæstinæ episc. pene excisa, inter Hierosolymam 20. & Ascalonem 24. mill. pass. à Lydda 18. in austrum. *Anton.* *Suid.*

Eleutherus, *Valania* teste Pineto & Postel. fluv. Phœnicis apud Balaneas, à quibus nomen accipit, inter ipsas & Orthosiam in mare decurrens. *Plin.* *Ptol.* *& al.*

Eleutherus alter, Siciliæ fluv. *Admirati* Faz. qui Orethus Vib. Seq. dici videtur, Panormi urbis mœnia lambens. *Ptol.*

Eleuthræ, pag. Bœotiæ apud Plateas urbem; ubi Mardonius dux Persarum à Græcis prælio superatus est, 30000. militum cæsis. Scribitur & Eleutheræ. *Plin.*

Elgis *Elgin*, urbs Scotiæ episc. Moraviæ reg. caput, ad ostium Speæ fluv. in ora orientali, inter Vervedum & Tarvedum prom. ab Aberdonia 27. mill. in Bor.

Elgovæ, pop. Albionis, quorum reg. teste Blacuodæo Elgovia, & Lennoxia Lat. rec. vulgo *Lennox* dicitur, in Scotia; in qua Lomundus lacus est ad Grampii mont. radices. Hos alibi Ptol. Selgovas appellare videtur, quorum urbes Carbantorigum, Uxelum, Corda, Trimontium, Novantis finitimos. [Camdeno sunt magis ad austrum, ubi hodie *Lidesdale*, *Eusdale*, *Eskdale*, *Annandale* & *Nidisdale*.] *Ptol.*

Eliberri, Illiberis Plin. Iliberis Liv. *Colibre* seu *Colivre*, opp. Hisp. citer. in ora littorali Catalauniæ, *Mel.*

 seu

seu comit. Ruscinonens. in Galliæ Narbonensis (in qua à Plin. locatur) confinio, ad ostia fluv. cognominis, qui à Ptol. Illeris, à Strab. Illybirris appellatur. Olim urbs episc. apud Helenam urbem, quæ illi successit, 2. leuc. in merid. distans. Hic Ortel. Ptol. citat, apud quem hæc urbs * non legitur: quæ enim Illiberis ab eo nominatur, in Bætica est. Eliberi autem urbs apud Plin. ea est, quæ Illiberis Ptol. dicitur, urbs olim archiep. apud Granatum (quod illi successit) excisa, *Elvire* vulgo. [* Reperitur in Ptol. etiam Iliberis in Gall. Narbonens.]

Ant. Eliocrata vel Eliocroca, *Lorca* teste Clus. & Mariana, urbs Hisp. Tarracon. in finibus Bastetanorum, sive in regno Murciensi, à Carthagine nova 25. mill. pass. ex Ant. Itin. sed 12. revera leuc. à Murcia 14. versus Basti, olim episc. sub archiep. Toletano; sed sedes Carthaginensi unita est.

Lib. Conc. Elipa, quæ Ilipa Plin. dici videtur, & Elepla in vet. inscript. urbs olim Bæticæ episc. sub archiep. Hispalensi. vide Elepla.

Strab. Ptol. Pauf. Elis, reg. Peloponnesi inter Arcadiam & Achaiam, mareque Ionium ad occ. quæ & Elea Polyb. & Strab. & Cauconia dicta est; cum urbe ejusdem nominis, hoc est, quæ Elis appellatur, *Belvedere* Nardo, & Pineto, ubi byssus multus provenit teste Pauf. tenuitate Judaico præstantior: reg. vero *Jalea*. De qua Ovid. lib. 5. metam.

" *Pisa mihi patria est; & ab Elide ducimus ortus.*

Patria fuit Phædonis philosophi Platonis amicissimi, teste Gell. lib. 2. cap. 18. Elis item equis abundans fuit teste Prop. lib. 1. eleg. 8.

" *Et quas Elis opes ante pararat equis.*

Eleus nom. gent. ab Elide vel Elea reg. deductum, uti apud Ovid. lib. 5. metam.

" *Tunc caput Eleis Alpheias extulit undis.*

Et Elæus, a, um adject. Ovid. in epist. Leand. Heroni.

" *Ut celer Elæo carcere missus equus.*

Bibl. Elis item, sive Helis, locus Palæstinæ, ubi Moses 12. fontes invenit, *Bebbu* nunc teste Postello, & *Belbes*. Sed Belbes aut Pelbes Pelusium est, urbs Ægypti.

Pauf. Ptol. Elissus, Ilissus Plin. & al. fluv. Achaiæ per Atticam fluens, ac in mare ad Piræum portum exiens. Fluv. etiam Sicyoniæ reg. est, ex Arcadia oriens, ubi Megalepolim urbem adluit, & in Alpheum decurrens. vide Ilissus.

Strab. Elixus, fluv. Ceæ ins. apud Caressum fluens.

Strab. Steph. Ellopia, locus Eubœæ ins. ad Telethrium mont. ubi Hellopiæ aquæ calidæ Plin. & Sol. nunc pag. *Ellopia* etiamnum in tab. chorograph. dictus, in ora ad ort. apud Cerinthum.

Herod. Ellus, fluv. Phrygiæ magnæ, maximus omnium qui in Hermum influunt, Hyllus ab Hom. & Strab. dictus, per Lydiam fluens. Est & Ellus fluv. Alsatiæ, à quo illa *Elsas* nominatus, sed nomen est recens.

Scrip. Gall. Elna, fluv. Gall. Belg. per Picardiam apud Bononiam urb. fluens. cujus in vita S. Audomari episcopi fit mentio.

Scrip. Belg. Elno *S. Amand*, pag. Belgii in Hannonia ad Scarpum flu. inter Valencenas 3. & Tornacum 4. leuc. ubi Elnonense monasterium, abbatia præcipua. De eo in vita S. Amandi.

Strab. Elone, opp. Macedoniæ in Perrhæbia reg. in Thessaliæ conf. ad mont. Olympi radices, & Eurotam fluv.

Plin. Sol. Elongosine, locus Armeniæ majoris in monte ad ortum Tigridis fluv.

Lib. Pro. Elorona, & Eloronensium urbs, Illuro Anton. Oloronensis urbs Sidon. Apoll. *Oleron* teste Cœnali cum al. urbs Aquitan. episc. sub archiep. Auscensi, inde ad 12. leuc. in austrum recedens, intra Pyrenæi mont. radices, à Tarba urb. 4. in Bearnensi principatu, Lapurdo & Epauno finitima.

Elorum, Elorus Vib. Seq. Helorus Sil. fluv. Siciliæ per oram ad ortum inter Syracusas & Pachynum prom. fluens, qui intus *Atellari*, & circa ostium *Abysso*, teste Faz. nominatur. Elorum vero vel Elorus, opp. ad ostium amnis, excisum jacet; manet turris, quæ *Sta in pace* dicitur teste Faz. inter Syracusas 24. & Pachynum 16. mill. pass. Fluv. apud ostia stagnat ad mill. pass. & orta in mare [fors. tempestate] ita intumescit, ut agros in morem Nili exundet. Pop. Elorini Cic. Sil. lib. 14. Plin. Steph.

" *Sidonia & Drepane, atque unda clamosus Helorus.*

Hinc Elorius nom. gent. & Elorinus. Ovid. 4. fast.

" *Hinc Camarinam adiit, Thapsonque, & Eloria Tempe.*

Elorina autem stagna, ubi teste Sol. pisces mansuescunt, ut etiam cibos de manibus hominum capiant, sunt inter Elorum & Pachynum, apud Macharam urbem eversam: duo sunt, quorum unum *Lago di Lupo*, alterum *Ravetti* apud Faz. dicitur.

Elpenoris Tumulus, in Latio apud Circæios, in mont. ubi nunc pag. seu vic. & sacra ædes S. Felici dicata. Plin.

Elteri, & Elterium, *Alterdochan* teste Jacobo Delgado, cum Jac. Vasconc. pag. Lusit. in regno Portugallico apud Amæam urb. ad 2. leuc. distans, à Monte Albano 8. Eboram versus 20. Anton.

Elusa, *Eleusa* apud Mol. urbs Palæstinæ mediterr. in Idumæa, olim episcopali sede ornata. Ptol.

Elwa, postea urbs S. Asaphi sive Asaphopolis, *S. Asaph*, urbs Albionis in ora Walliæ littorali ad Bor. inter Cestriam ad ortum, & Bangorium ad occ. inde 30. hinc 28. mill. distans, episc. sub archiep. Cantuariens. Scrip. Brit.

Eluza, Elusa Sulpit. Elusates Cæs. Elusaberris Melæ, urbs Elusatium lib. Prov. Eluso Paulino, Helusa Sidon. *Eusa*, *Eause* & *Euse*, *Elsa* Scalig. urbs Aquit. episc. sub archiep. Auscensi, licet episcopatus nunc Auscensi sit copulatus, inter Auscos 7. & Vasatas ad occ. 9. leuc. Cœnalis non recte Lascurram urbem interpretatur. In Thes. ling. Lat. ex Olivario *Aux* male indigitatur pro *Elsa*. Ammi.

Elyma, *Canina* Soph. urbs Macedoniæ episc. in Epiri conf. & Elymiotarum finibus, in Chaoniæ reg. quoque conf. ab Aulone & Chimæra ad 25. mill. pass. in ort. distans. Ptol.

Elyma quoque urbs Siciliæ in ora Boreali & occidua excisa, à Segesta 12. mill. pass. in septentr. distans, Panormum versus 30. *Palymite* nunc locus teste Faz. nominatur. Sic ab Elymo Trojano conditore dicta, eodem tempore quo Segesta ædificata. Thucyd.

Elymais, reg. & Elymæi pop. Liv. pars Persidis ad occ. in Susianæ reg. conf. inter sin. Persicum ad merid. & Mediam ad Bor. extensa. Plin.

Elymiotæ, pop. Macedoniæ: quorum reg. *Placani* teste Cast. nominatur. Ptol.

Elys *Ely*, ins. Albionis in Anglia inter duo flumina, circuitu 80. mill. pass. cum urbe episc. sub archiep. Cantuariens. Cantabrigiæ urbi & academiæ proxima, olim Anglorum orientalium sedes regia. Scrip. Brit.

Elysii, pop. Germ. quorum reg. *Lausnitz*, & Lat. rec. Lusatia, teste Petro Nivemontio. Sed And. Velleio *Alsen* ins. Daniæ esse videtur. At plerique priori adhærent sententiæ. Sunt etiam quibus Slesii esse videntur, & reg. Slesia. Tac.

Elysii quoque campi apud inferos à poetis ficti. Virg. lib. 1. georg. Hom. Virg.

" *Quamvis Elysios miretur Græcia campos.*

Emathia, reg. Macedoniæ ad ortum mare Ægæum attingens, inter Mygdoniam ad Bor. & Pieriam ad merid. in qua Pella, Berrhœa, Ædessa, aliaque urbes Plin. Liv. & al.

bes complures. Sed aliquando pro tota accipitur Macedonia, præsertim apud poetas. In priori acceptione *Pitiotidia* à Laz. indigitatur. Sed hæc potius Phthiotis videtur reg. Thessaliæ. Hinc Emathius nom. gent. Luc.lib.1.

" *Bella per Emathios plusquam civilia campos.*

Virg. lib.1. georg.

" *Nec fuit indignum superis, bis sanguine nostro*
" *Emathiam & latos Æmi pinguescere campos.*

Scrip. Hib. Emelia *Emeley*, urbs Hiberniæ episc. sub archiep. Casiliens. in Momonia reg. Lismorensi urbi finitima.

Plin. Ptol. & al. Emerita, quæ & Aug. Emerita, *Merida*, urbs Lusitaniæ, olim ampla, archiep. & conventus juridicus multarum urbium, ad Anam fluv. in Extremadura; nunc pene deserta, sede archiep. Compostellam urbem Gallæciæ transducta; inter Metallinum 6. & Pacem Augustam 9. leuc. dissita, ab Augusto condita, & Emerita dicta, veteranis militibus & emeritis ad incolendum tradita, teste D. Isid. lib. 15. etymol. Hæc an. sal. 1230. una cum Pace Augusta, Castris Cæciliis, & aliis opp. ab Hispanis, Mauris victis & ejectis, recuperata fuit. De ea Auson. in catal. urb.

" *Jure mihi post has memorabere nomen Iberum*
' *Emerita*------

Hic granum rubrum provenit, quo vellera tinguntur Tyrio splendori neutiquam cedente, teste Plin. lib. 9. c. 41.

Euseb. Steph. Emisa, * Emissa Ptolem. Hemesa Plin. *Hamsa*, & Turcis *Haman* teste Bellon. *Chemps* Postello & Jo. Lydo, *Camala* Nig. urbs Syriæ archiep. sub patriarch. Antiocheno, inter Arethusam & Laodiceam 16. mill. pass. inter Antiochiam vero 34. & Damascum 19. ab Apamia 40. [* hab.manusc.Selden.*Ἔμισα.*]

Luc. Evang. Emmaus, quæ & Nicopolis, *Nicopol* adhuc dicta teste Post. *Gotz* à Turcis & Arabibus appellata teste Rawolfio, urbs Palæstinæ episc. in Judæa sub patriarch. Hierosolymitano, ab Hierosolymis supra 7. mill. pass. Joppen versus 33. in occ. In Thes. ling. Lat. Emaus, pro Emmaus legitur.

Strab. Emodus, Hemodus Ptol. Emodi num. plur. Plin. *Moghali* teste Cast. *Iethra* Judæis, & *Bereseth* Mengreliis teste Thev. mons maximus Asiæ, Tauri pars, Indiam à Scythia disterminans.

Plin. Emona. vide Æmonia.

Scrip. Brit. Emonia, *Maid* teste Ortel. cum aliis, ins. Scotiæ ad ortum adjacens. [forsan *the May* in freto Edinburgensi.]

Lib.Conc. Emporiæ *Castel Aragonese*, urbs Sardiniæ marit. in ora occidua apud Boreal. episc. sub archiep. Turritano, sive ut nunc vocant Sassarensi, à Sassari & Algario 18. mill. pass.

Polyb. Ptol. Emporiæ, Emporium Strab. & Steph. *Ampurias*, urbs olim maxima & episc. sub archiep. Tarraconens. nunc opp. Hisp. Tarrac. in ora littorea Catalauniæ, inter Barcinonem ad merid. 8. & Gerundam ad arctos 6. fere leuc. cujus mem. Sil. lib. 3.

" *Phocaicæ dant Emporiæ, dat Tarraco pubem.*

Ptol. Emporicus sin. *Golfo di Sella*, in Maurit. Tingit. inter ostia Subur fluv. & Atlantem minorem, ubi Sala fluv. & urbs.

Script. Etrusc. Emporium *Empoli*, opp. præclarum Thusciæ, medium inter Florentiam & Pisas, 20. mill. pass. utrinque distans, haud procul ab Arno fluv.

Liv. Emporium, *Ponte Nura*, ut videtur ex Liv. verbis colligi, pag. Æmiliæ apud Placentiam, ad 5. mil. pass. Parmam versus in ort. distans.

Emporia hujus temporis clara.

Alexandria Ægypti
Amsterodamum Hollandiæ
Antuerpia Brabantiæ
Arabia Arabiæ felicis
Armuzia Carmaniæ
Bardum Pomeraniæ
Bergæ Norvegiæ
Bocenum comit. Tirolens.
Cantanum, olim Cattigara, Sinarum
Carmana Carmaniæ
Catiganum Indiæ cit.
Damascus Cœlesyriæ
Dantiscum Prussiæ.
Elbinga Prussiæ
Epidaurus Dalmatiæ
Essedon Scythiæ
Francphordia Franconiæ
Genua Liguriæ
Gripswaldum Pomeraniæ
Hamburgum Saxoniæ
Hadrianopolis Thraciæ
Hierapolis Syriæ
Hispalis Hisp. Bæticæ
Iconium Lycaoniæ
Issedon. vide Essedon
Lipsia Misniæ
Leopolis Ruthenorum
Londinum Angliæ
Lubecum Saxoniæ
Lugdunum Galliæ
Malacca Indiæ ulter.
Messana Siciliæ
Mediolanum Insubriæ
Metelburgum Zelandiæ
Methymna Campestris Hisp.
Neapolis Campaniæ
Noriberga Germ.
Olysippo Lusit.
Prusa Mysiæ Asiaticæ
Riga Livoniæ
Rostochium ducat. Magnopolitani
Satiganum Indiæ citer.
Sundis Pomeraniæ
Tanais Sarmatiæ
Teredon Babyloniæ
Theodosia Tauricæ
Thessalonica Maced.
Tripolis Syriæ
Venetia Italiæ
Ulma Sueviæ
Wismaria duc. Magnopolit.

Empulum *S. Lupedio*, vel *S. Elpidio*, opp. amplum Piceni apud oram, à Firmourbe 6. mill. pass. in occ. Lauretum versus. Sed Franc. Pamphilo est castrum ejusdem oræ *Clavello* dictum. Liv.

Enarginum *Orgon*, opp. Gall. Narbon. in Prov. ad Druentiam fluv. apud Cabellionem 2. leuc. Tarasconem versus 4. ab Aquis Sextiis 7.

Enaulus, fluv. Thraciæ in Euxinum mare apud Anchialum urbem fluens; quem Ortel. in Thessalia describit pro Anauro. De eo sic Orph. Orph.

" *Plana quoque Anchialos, & aquis præsalsus Enaulus.* Plin.

Encheleæ, Enchelii Strab. pop. Illyrici, quorum opp. & reg. *Etesciam* vocat Pinetus. Ibi Cadmum cum uxore in serpentem versum fabulantur. Encheliæ Luc. lib. 3. Steph.

' ———— ———— *nomine prisco*
" *Encheliæ versi testantes funera Cadmi.*

Enderum, *Ender* adhuc Cast. opp. Illyrici in Dalmatia, quod Nig. *Drivesto* dicitur: sed situs non congruit. Unde Enederudini pop. Dalmatiæ, non Liburniæ, ut in Thes. ling. Lat. Ptol.

Endideium, *Neumarckt* teste Siml. opp. Rhætiæ in Suevia. Ant.

Ptol. Endigetes, Indigeti Sex. Avieno, pop. Hisp. citer. in ora Catalauniæ orientali, ubi Emporiæ & Rhoda opp.

Ptol. Steph. * Engada, Engadida Plin. opp. fuit Judææ in Palæstina proximum Sodomis, apud lacum Asphaltitem, ab Hierosolymis 300. stad. teste Josepho distans. [*man. Seld. 'Εγγάδδα.]

Scrip. Gall. Engeriacum, quod & Angeriacum Turon. *S. Jean d'Angely*, opp. Aquit. præclarum in finibus Santonum, à Santonis 5. leuc. in Bor. & Cæc. à Rupella 11. in ort.

G. Turon. Engolisma, urbs Aquit. episc. sub archiep. Burdigalensi, inde 22. leuc. in Bor. (vide Egolisma) apud Charantonum fluv. Ibi, non longe, fons copiam aquarum in morem fluvii emittens, maximamque truttarum copiam gignens.

Diod. Ptol. Engyum, Engion Sil. *Gange* Aretio, *Lognina* Faz. opp. Siciliæ in finibus Catanensium, inter Acim & Portum Ulyssis. Sed cum ex Diod. Engyum, ubi erat templum dearum, ab Argyra 12. mill. pass. distaret; non est in ora littorali, sed potius est *Gange*, pag. in mediterr. à Cretensibus condit. post Minois discessum è Sicilia. Pop. Enguini Cic. Al. videtur *Engium* emporium frumenti in ora Leontinorum: quod Faz. non reprobat. De eo Sil. lib. 14.

" ———————*Romana petivit*
" *Fœdera Callipolis, lapidosique Engion artus.*

Herod. Enienses, pop. Phthiotidis in Thessaliæ Græciæque confin. per quos Sperchius fluv. labitur.

Plin. Eningia, *Finlandt* teste Jo. Gotho, & Zieglero, ins. maris septentrionalis teste Plin. (qua in re Plin. deceptus est, cum Scandinaviam & Eningiam insulas facit) seu verius pars Scandinaviæ, in ort. & Bor. vergens; Lat. rec. Finlandia.

Strab. Liv. Appian. & al. Enipeus, fluv. Thessaliæ parvus ex Olympo mont. profluens, Pharsalumq; urbem adluens, ac in Peneum Apidano mixtus delabens, quem *Titareso* indigitant, sed male; nam Titaresus fluv. est ab Enipeo diversus. Hic Pompeius à Cæs. victus. Luc. lib. *6*.

" *Apidanus, nunquamque celer, nisi mixtus, Enipeus.*

Ovid. lib. 3. amor. eleg. *6*.

" *Siccus ut amplecti Salmonida posset Enipeus.*

Est & Enipeus fluv. Peloponnesi in Alpheum labens: Enipheus Strab. qui ejus tempore Barnichius appellabatur. Uterque apud poetas trisyllabus.

Ptol. Enisipia, *Isola de Colombi* teste Mercat. ins. maris Africi Ægypto seu Marmaricæ adjacens. Sed apud Ptol. non Enisipia, ut scribit Ortel. sed *Ænesippa, & apud Strab. Ænesipasta legitur. [* Seld. man. Αἰνησίππα.]

Thucyd. Enisis, *Nisi* Faz. fluv. Siciliæ in ora ad ortum, inter Messanam & Argenum prom. mari exceptus, utrinque 12. mill. pass. distans; qui etiam à Græcis Chrysorrhoas appellatur, quod aurum deferat. Ibi opp. cognomen, *Nisa* vulgo, olim sic natura munitum, ut ab Atheniensibus expugnari non potuerit, teste Thucyd.

Strab. Enispe opp. fuit Peloponnesi Lycæo mont. & Rhipæ finitimum; de quo Stat. lib. 4. Theb.

" *Rhipæque, & Stratiæ, ventosaq; donat Enispe.*

Cic. Liv. Strab. & al. Enna, *Castro Ioanni* teste Faz. cum al. urbs Siciliæ in mont. in insulæ umbilico, inter Leontinos ad ort. 48. & Panormum ad occ. 70. mill. pass. templo olim Cereris clara, ab Enno Syracusano condita. Pop. Ennenses Cic. Ejus mem. Ovid. lib. 4. fast.

" *Grata domus Cereri, multas ea possidet urbes,*
" *In quibus est culto fertilis Enna solo.*

Hinc Enneus nom. gent. ut Ennea virgo pro Proserpina, Sil. lib. 14.

" *Tum rapta præceps Ennea virgine flexit.*

Ptol. Enona *Nona*, urbs Liburniæ episc. sub Jaderensi archiep. inde 12. mill. pass. in occ. Seniam versus 45. ab ea in occ. distantem, in ora littorali, cui Gissa insula objacet. In Thes. ling. Lat. in Dalmatia, à qua longissime abest, collocatur. De Enona in 2. Itin. sic.

" *Jam procul ex oculis longeque recessit Enona.*
" *Tum Flannona potens*— -----

Enope. vide Gerenia.

Enosis, ins. Sardiniæ contra Sulci portum, & urbem excisam, *Isola di S. Pierro* teste Pin. *Strab. Plin.*

Entella, urbs Siciliæ extincta à Federico Aug. 2. ab Entello Trojano Æneæ comite condita in mont. apud Castrum Veteranum, à Iato opp. 12. mil. pass. à Panormo 27. à Thermis urbe in ora australi 20. in Bor. Iatum versus, mediaque inter Salemium ad occ. & Julianam ad ort. 10. mill. nomen adhuc retinens. Sil. lib. 14. *Diod. Steph. Sil.*

" *Entella Hectoreo dilectum nomen Acestæ.*

Entella quoque fluv. Liguriæ, *Lavagna*, cum opp. cognomine, in ora Ligustica, inter Genuam & Segestam Tiguliorum, apud Clavarum opp. amplum 2. mill. pass. distans, à portu Delphini 9. Pop. Entellini. *Ptol.*

Eoa, Oea Plin. & Melæ, opp. Africæ in ora littorali apud Tripolim (ut vocant) Barbariæ, *Lepide* teste Marm. sed fallitur: nam *Lepide* est Leptis, proxima Tripoli. *Ptol.*

Eordææ, Eordi (Leordi etiam scribitur) Strab. Herdæ Liv. Heordenses Plin. *Eordetes Ptol. pop. Macedoniæ in Mygdonia; quorum urbes Scampis & Daulia. [* Seld. man. 'Εορδῆται.] *Steph.*

Eous, nom. gen. apud poetas præsertim, pro orientalis, sicuti Hesperius pro occidentalis. Prop. lib. 2. eleg. 3.

" *Sive illam Hesperiis, sive illam ostendet Eois.*

Ovid. lib. 2. amor. el. *6*.

" *Psittacus, Eois ales mihi missus ab Indis.*

Eous Oceanus, Indicus Dionys. orientalis Oros. qui Asiam ab oriente adluit, *Mar del Zur* & *Mare Pacifico*. *Plin. Mel.*

Epaunum, unde Epaunense concil. *Pau*, urbs Aquitaniæ ad mont. Pyrenæi radices. Bearniæ principatus conventus juridicus, inter Eloronam & Lascuram propinquas urbes ad 4. leuc. Ortel. Apamiam (quæ *Pamiers* vulgo dicitur) urbem indigitat. Palum quoque Latine *Pau* appellatur. *Lib. Co.*

Epea opp. fuit Peloponnesi, cujus pop. Epei Strab. dicti sunt: contra quos Nestor bellum gessit.

Epetium, *Spezze* Soph. opp. Illyrici in ora Dalmatiæ littorali, inter Salonas, & Peguntium Epidaurum versus, nunc pag. apud Spalatum urb. (quod quidam ipsum Epetium esse putant ob vicinitatem, cum à Salonis 13. mill. pass. absit.) Populi Epetini Plin. In Thes. ling. Lat. in Liburnia male locantur. *Ptol.*

Ephesiorum Portus, *Aphosiatin* teste Gyll. ad Bosporum Thracium prope Byzantium. *Dionys.*

Ephesus, *Efeso* Soph. & *Figena* Turcis, urbs Ioniæ marit. archiep. & metrop. amplissima, sub qua 26. urbes episc. sunt, ab Amazonibus an. 40. à capta Troja condita, cujus templum Dianæ sacrum an. ab urbe condita 385. incensum est, quo die Alexan. mag. natus est, ab Herostrato, ut hoc facinore famam sibi compararet, Strab. lib. 14 authore; olim clarissima, & conventus juridicus Ioniæ ac Lydiæ, nunc vilis effecta, inter Smyrnam ad Bor. & Miletum ad merid. 30. mill. pass. circiter distans. Hinc Ephesius, & Ephesinus nom. gent. De hac Luc. lib. 8. *Strab. Plin. Ptol. & al.*

" *Ipse per Icariæ scopulos, Ephesumque relinquens*
" *Et placidi Colophona maris*-------

Ephesios notis quibusdam magicis, seu litteris usos, eisdem quibus Crœsus usus est, quod vellent solitos consequi, tradit Eustath. Unde adagium natum apud

pud Diogenian. *Ephesiæ literæ*, de iis qui mira felicitate gaudent, quæcunque optant consequentes. Hic templum Dianæ fuit toto orbe celeberrimum.

Bibl. Ephraim, *Gibel Ephra* teste Gistell. mons (cum urbe, quæ nunc *Hapharcan* teste Masio dicitur) in Palæstina, Samariam separans à Galilæa.

Bibl. Ephrata, urbs Judææ, eadem cum Bethleem.

Plin. Steph. Ephyra, ins. sinus Argolici cum opp. cognomine; quam Steph. proximam Melo facit: sed hæc ab illa diversa est.

Strab. & Pauf. Ephyre, Corinthus urbs sic à nympha dicta est. Et Ephyre pag. Sicyoniæ ad Selleiuntem fluv. Et alia ad Cyllenen mont. vicina Oenoæ, ab Elide 120. stad. teste Strab. Mem. Ephyres Ovid. 2. metam.

" *Argos Amymonen, Ephyre Pyrenidas undas.*

Hinc Ephyreus, & Ephyreius nom. gent. Virg. lib. 2. georg.

" *Illusas auro vestes Ephyreiaque æra.*

Ephyris, opp. Laconiæ, teste Herod.

Ptol. Epiacum, *Papcastle* teste Camd. opp. Albionis in Cumbria reg. regni Anglici, in finibus Brigantum.

Ptol. Epicaria, *Papadaros* apud Galess. in suo Dictionario, opp. Dalmatiæ mediterr. apud fines Scodrensium.

Thucyd. Plin. & al. Epidamnus, quæ & Dyrrachium, *Durazzo*, urbs archiep. Macedoniæ marit. post Trojæ excidium an. 130. condita. Miror in Thes. ling. Lat. Siciliæ appellari. vide Dyrrachium. Luc. lib. 10.

" *Ad campos, Epidamne, tuos, ubi solus apertis*
' *Obsedit muris*————

Pop. Epidamnii Plaut. Epidamnensis nom. gent. apud Plaut. in Menæch. & Epidamneus. A damno hanc urbem dictam scribit Plaut. ibid.

Plin. Epidaphne cognominata est Antiochia magna urbs Syriæ ad Orontem fluv. à Daphne illius suburbio.

Plin. Epidarum, opp. Cypri mediterr. quod nunc *Pitarevil* pag. dici testatur Steph. Lusign.

Pto. Mel. & al. Epidaurus, Epidaurum Plin. *Ragusa*, vel *Ragusi*, & Turcis *Dobronicha*, urbs Dalmatiæ marit. archiep. & libera, empor. cujus cives mercaturam in longinquas terras mari exercent, media inter Naronem ad occ. & Lissum ad ort. 100. mill. pass. utrinque distans, à Jadera 250. in ortum, inter Venetias 570. & Byzantium in ort. 822. eodem an. quo Dyrrachium condita. Luc. lib. 2.

" ————— *Seu læva petatur*
" *Illyris Ionias vergens Epidaurus in undas.*

Hæc circa an. sal. 990. ob excidium Docleæ metrop. effecta est.

Thucyd. Pauf. Pto. & al. Epidaurus altera, postea Monembasia, *Malvasia*, urbs archiep. Peloponnesi, in Laconia, ad initium sin. Argolici, cum ins. cognomine teste Plin. propinqua, à Malea prom. 30. mill. pass. in Bor. à Sparta ad 60. in ort.

Strab. Pli. Mel. & al. Epidaurus item urbs Peloponnesi in ora Argiæ ad ortum, in littore, apud Spiræum prom. & sin. Saronicum, *Esculapio* nunc Soph. sic ab Æsculapii fano dicta, *Pigiada* Nig. & *Cheronisi* Soph. Aliis Limera. Mirus error in Thes. ling. Lat. hoc opp. *Ragusi* indigitante. Sed *Cherronisi* Cherronesus est oppidulum vicinum, de quo Ptol. Hinc Epidaurius nom. gent. Ovid. lib. 7. metam.

' ———————— *tellus Epidauria per te*
" *Clavigeram vidit Vulcani occumbere prolem.*

Hinc Æsculapius, Epidaurius cognominatus est. Ovid. lib. 1. de Ponto, eleg. 4.

" *Afferat ipse licet sacras Epidaurius herbas.*

Ptol. Epidium, prom. Albionis in ora Scotiæ occidua, quod & Caledonium, *Cantire* Mercat. ante quod Epidium ins. est, una Ebudarum, quæ *Yla* teste Camd. nominatur. Prom. vero etiam *The Mul of Cantire* ab incolis teste eod. Camd. dicitur.

Epiphania, *Mapia* teste Cuspiniano, sed Nig. *Aman* esse videtur, urbs Syriæ episc. suo patr. Antiocheno, ad Orontem fluv. inter Antiochiam & Damascum, à quo 154. mill. pass. recedit, Arethusæ finitima, 16. mill. distans, inter Emesam 32. & Chalcidem 59. ex Anton. itin. proxima Larissæ, & Seleuciæ ad Belum. *Ant. Pto. & al.*

Epirus, Europæ provinc. inter mare Ionium ad occ. & Thessaliam ad ort. ac inter Macedoniam ad Bor. & Achaiam ad ort. & merid. In Chaoniam, Thesprotiam, Acarnaniam, & Ætoliam [quæ potius Achaiæ reg. est] regiones divisa; quæ non unum habet nomen, alicubi enim *Larta*, & alicubi *Ianna* nominatur. Falluntur qui Albaniam dici scribunt: cum Albania sit Macedoniæ reg. ad occ. In qua Apollonia, Dyrrachium, Lissus, & Scodra, ac Eribœa. Unde error tollendus in Thes. ling. Lat. Illam à Pyrrho Achillis filio nominatam scribit Isid. lib. 14. etymol. Urbes olim claræ, Nicopolis, Ambracia, Corcyra. Nunc præstat Joanna, quæ Cassiope veteribus dicta putatur, sedes satrapæ Turcarum. Pop. Epirotæ. Hinc Epiroticus nom. gent. Mem. Epiri Virg. lib. 3. georg. *Cic. Liv. Plin. & al.*

" *Et patriam Epirum referat, fortesque Mycenas.*

Ovid. lib. 13. metam.

" *Rura petunt. Epiros ab his, regnataque vati*
' *Buthrotos Phrygio*————

Urbes Epiri hac tempestate.

Acheloum	Chimæra
Actium olim colon.	* Corcyra ins. & urbs
* Ambracia	Dodona
Anactoria	Evoria
Antigonia	* Joanna, & Joannina, metrop. & cap. reg.
Argos	
Buthrotum	* Leucas ins. & urbs metrop.
Cassiope. vide Joannina, seu Joanna	* Nicopolis

Xenoph. Strab. & al. Epitalium, Thryon Homer. & Thryoessa teste Strab. *Zunchio* teste Nig. opp. Peloponnesi in ora Messeniæ apud Alpheum fluv. quod Xenophon lib. 3. non Messeniæ, sed Elidi tribuit. In Thes. ling. Lat. pro Messeniæ, Mastitiæ legitur.

Herod. Plin. Xenoph. Epium, opp. Peloponnesi in Arcadiæ reg. quæ Triphylia nominatur, inter Macistum & Heræam teste Plin. quæ oppida exstare non credo.

Ptol. Epla, *Lovo* teste Nig. ins. parva sin. Laconici.

Ant. Epoissius, Eposium Greg. Turon. Epulum lib. Not. *Juois* teste Ortel. vel *Yvoix*, opp. Belgii in duc. Lucemburgensi, ad Cherium fluv. non longe in Mosam influentem, à Maceriis urbe Gallica ad Mosam leuc. 1. distans, à Bullonio opp. 4. in merid. à Lucemburgo urbe 12. in occ. Juodium Lat. rec.

Strab. Epomeus, Epopos Plin. *M. di S. Nicola* teste Julio Jazzolino, mons Pithecusæ insulæ sin. Puteolani in Campania.

Vet. Inscr. Epona, nunc Epinaburgum, *Pinburg* teste Aventino, *Epenburg* al. opp. fuit, nunc vic. Vindeliciæ in Bavaria apud Novam Civitatem, leuc. 1. distans in ort. Abusinam propius accedens. Sed M. Welser. ait id esse nomen Deæ, quæ ibi colebatur. cum utrunque possit esse verum, ut locus de Deæ nomine vocatus sit. Non longe Artobrigæ rudera, inter Abusinam & Kelhemium in altera Danubii ripa opp. conspiciuntur.

Vet. Inscr. Epora, Ripepora Plin. *Montoro* teste Mor. opp. Hisp. Bæt. à Corduba 10. leuc. distans, apud Lucenam.

Ptol. & al. * Eporedia, Eporredia Plin. Eporadia Strab. Eporædia Anton. *Ivrea* seu *Hivrea* (non *Hiavrea*, ut in Thes. ling. Lat.) ubi *u* non ut vocalis, sed ut consonans

sonans profertur, urbs Gall. Subalpinæ in finibus Salassorum ad Duriam fluv. episc. sub archiep. Taurinensi, inde 25. mill. pass. Augustam Prætoriam versus 30. inde in Circ. distantem, à Vercellis quoque 25. mill. recedens. [* Ἐπορεδία hab. manusc. Selden.]

Epy. vide Æpy. Stat. lib. 4. Theb.

" ———— *Et summis ingestum montibus Epy.*

Ant. Equabona, *Conna* teste Gasp. Varrerio, cum Montano, opp. Hisp. Bæticæ in Vandalitia, à Corduba 12. mill. pass. ex Anton. Itin. Sed errant. nisi geminum sit hujus nominis opp. Nam Equabona, quæ *Conna* nunc dicitur, pag. est Lusit. inter Ulyssiponem & Cetobricam, ad 3. leuc. dissitum.

Plin. Ptol. Anton. Equestris Colon. *Cologna*, & Gallis *Cologne*, opp. Gall. Belg. in finibus Sequanorum, inter Allobroges sive Sabaudiam, & Sequanos seu Burgundiam comitat. à Geneva 4. leuc. distans, ab Orgelio urbe Burgundica 5. Al. est *Dunoy* in Sabaudia, in reg. quæ *Chabeul* seu *Chablois* dicitur. Sed errant. Nam in Sequanis est, non in Allobrogibus.

Lib. Conc. Equilium, *Jesol*, teste Jul. Faroldo, cum al. urbs Venetiæ episc. jam sub patr. Aquileiens. in ora littorali, ad ostium Anassi fluv. ab Altinatibus, seu ab Heracliensibus condita, excisa vero ab Hunnis sub Berengario. Cui Urbs Nova suffecta est, inde 4. mil. pass. in ortum, à Venetiis vero 18.

Ant. Equotuticum, *Foggia* Celso Cittad. opp. non obscurum Apuliæ Dauniæ inter Luceriam ad merid. & Sipontum ad Bor. 18. mill. pass. Arpis urbi excisæ proximum. Cujus mem. Hor. lib. 1. serm. sat. 5.

" *Mansuri oppidulo, quod versu dicere non est.*

Ant. Eraconium Flavium opp. Hisp. Tarracon. fuit in Calaicis, ab Asturica 30. mill. pass.

Strab. Pausf. Senec. & al. Erasinus *Rasino*, fluv. Peloponnesi à poetis memoratus, in Argia reg. (non in Achaia, ut in Thes. ling. Lat.) per quam ex Stymphalide palud. in sin. Argolicum decurrens, alicubi sub terram conditus, rursus Plin. teste emergit. Est & alter hujus nominis fluv. teste Strab. in Arcadia oriens ac in sin. Corinthiacum apud Buram opp. influens. De priore Ovid. lib. 15. metam.

" *Redditur Argolicis ingens Erasinus in agris.*

Alius item Strab. in Eubœa apud Eretriam fluens.

Ptol. Erbessus. vide Herbessus. opp. Siciliæ, olim Roman. granarium.

Polyb. Cic. Plin. Ptol. & al. Erbita, *Nicosia* Aretio & al. urbs non obscura Siciliæ, ab Enna paulo supra 12. mill. pass. distans in occ. & Circ. quot fere à Trojanopoli in austrum. Sed Faz. est *Cittadella* opp. ab Enna ad 12. mill. pass. in austrum Plutiam versus. Nigro vero est *Chiazza* opp. à Cittadella 6. mill. al. *Plazza*. Cum tamen *Plazza* Plutia veteribus dicta sit. Scribitur & Herbita cum aspirat. Pop. Herbitenses Cic.

Pausan. Ercyna, fluv. Bœotiæ juxta Lebadeam urbem fluens.

Plut. Pausf. Tac. Ercynia, sylva ingens Germaniæ, vide Hercynia. Ercyna à Claudiano causa metri dicta in 4. cons. Honorii.

" *Basternæ venere duces; venit accola sylvæ*
' *Bructerus Ercynæ.*

Ptol. Erdonia, Herdonia Strab. & in al. lib. Cerdonia, *Hordogna*, opp. Apuliæ Dauniæ excisum, diversorium nunc nom. antiqu. conservans, inter Asculum urb. & Ceriniolam opp. 10. mill. pass. occurrens. Miror in re tam manifesta errare M. Nig. & Celsum Cittad. quorum prior Erdoniam *Cerignola*, alter *la Cedogna* indigitat. Locus inter Æcas ad occ. 18. & Canusium ad ort. 26. mill. distat. vide Herdonia.

Virg. Erebus, fluv. inferorum, de quo Virg. lib. Æn. 6.

———————— " *Erebi tranavimus amnem.*

Tac. Ptol. Eremus Helvetiorum, *Kleckgow* teste Ægid. Scudo, tractus Germaniæ super. in territor. Basileens. in Alsatiæ confin.

Thucyd. Strab. Mel. Eressus, *Cidoria* teste Nig. urbs Lesbi ins. episc. sub archiep. Mitylenensi, quæ adhuc à Græcis *Erisi* nominatur, patria Theophrasti.

Aliæ. Eretænus, *Rerone* teste Leand. fluv. Venetiæ per agrum Vicentinum fluens, ac ad Vicentiam urbem Medoaco minori, seu Bacchilioni congrediens, optimasque anguillas gignens.

Polyb. Liv. & al. Eretria, * Eretriæ Ptol. *Vatia* ex tab. recent. opp. Thessaliæ in Phthiotide, Heracleæ, seu Trachini proximum. Est & Eretria urbs, olim clara & episc. Eubœæ in ora contra Oropum opp. Atticæ, nunc *Rocho* Molet. à Chalcide 20. mill. pass. in merid. Ab Eretrio Phaetonis filio, unoque ex Titanibus nomen habet. [* Ἐρέτρεια man. Seld.]

Strab. Halic. Anton. & al. Eretum (non Eratum, ut in Thes. ling. Lat.) *M. Ritondo* Volaterr. & Hermol. opp. Sabinorum apud Tiberim in via Salaria, ubi ea Nomentanæ conjungitur, ab urbe Roma 18. mill. pass. Cujus mem. Virg. lib. 7. Æn.

" *Ereti manus omnis, oliviferæque Mutuscæ.*

Erfordia. vide Erphordia, quæ & Erfurtum dicitur. De ea lib. 4. Itin. Germ.

" *Orta dies, adeo validos Erfordia muros*
" *Ostentat, spacii quæ tantum amplectitur una,*
" *Quantum vicinis non in regionibus ulla.*

Galen. Ergasteria, vicus Troadis in finibus Pergamenorum, inter Pergamum & Cyzicum, inde 55. mill. pass. teste Galeno.

Ptol. Ergavia, *Ygualada* teste Marineo Siculo, opp. amplum Hisp. citer. in Catalaunia, à Barcinone 9. leuc. inter Minorissam & Ilerdam, à Monte Serato 3. à Servaria 7. Licet Ptol. illud cum Tarraga in finibus Vasconum describat.

Livi. Ptol. Ergavica, *Alcaniz* Mol. & al. opp. amplum Hisp. Tarracon. in Celtiberis & regno Arragonio, à Cæsaraugusta 16. leuc. olim urbs episc. sub archiep. Tarraconens. Sed Mor. est pag. *Penna escritta*, vel *Santaver*, in regno Toletano.

Plin. Mel. Erginus, fluv. Thraciæ in Propontidem inter Athyram & Bathinium amnes influens.

Ptol. Polyb. * Eribœa, *Croia* Molet. & al. urbs Macedoniæ archiep. & Albaniæ regia sive caput, in Parthiæis, cum mont. cognomine, inter Dyrrachium, & Deborum (nunc Dibrim) in Ort. vergentem ad 50 mill. pass. Aliis *Trespa* dici putatur. [* Ἐρίβοια in Seld. manusc.]

Ptol. Anton. Ericis portus *l' Erick* & *Lerice*, opp. Liguriæ in ora ad ortum postremum, ad portum Lunæ, ab ipsa Luna urbe apud ostia Macræ excisa 3. mill. pass. quot à Sarzana urb. quæ Lunæ successit, à Spetia 5. è regione Portus Veneris, à quo 3. mill. versus Lunam in ort. abest, à Genua vero 60. In Thes. ling. Lat. cum Delphini Portu confunditur, ab hoc longe diversus & distans.

Strab. Plin. & al. Ericusa, Ericodes Ptol. Ericussa Steph. *Alicur* Leand. & al. ins. Siciliæ, una Æoliarum, à Lipara 15. mill. pass. in occ. circuitu minor, à Phœnicusa 5.

Plin. Ericusa altera, ins. parva maris Ionii apud Paxas, Corcyræ proxima. Cujus mem. poeta quidam lib. 2. Itiner.

" *Assiduo collisa vadis, Ericusa marinis.*

Polyb. Plin. & al. Eridanus Græcis, Latinis Padus, fluv. Italiæ maximus, ex Vesulo mont. in Alpibus Cottiis oriens, ac per Galliam Cisalpinam, eam in Cispadanam & Transpadanam dividens, longo tractu fluens, in mare Adriaticum 7. ostiis exoneratur. De quo Ovid. lib. 2. metam.

" *Excipit Eridanus, fumantiaque abluit ora.*

Virg.

Virg. in georg. lib. 1.

" *Fluviorum rex Eridanus, camposque per omnes.*

Liv. Ptol. Erigonus, Erigon Strab. *Viſtrizza* Soph. fluv. Macedon. ex Illyricis montibus profluens, ac per Pæoniam fluens, in Axium fluv. excipitur.

Steph. Erimum, ſive ut al. cod. habent, Erinum, *Regina* teſte Barrio, opp. Brutiorum in Calabria citer. medium inter Conſentiam & Beſidianum, ad 10. mill. paſſ. diſſidens. vide Herinum.

Plin. Ptol. Pauſ. & al. Erineus, Erinæus Diod. una ex 4. urbibus Doridis in Achaia ſub mont. Parnaſo. Cæteræ Bœon, Cytinion metrop. & Lilæa.

Thucyd. Erineus, Orinus Ptol. *Miranda* Faz. & Aretio, & intus *Fiume di Noti*, fluv. Siciliæ per Neetum, & illius agrum fluens, ac in mare inter Syracuſas & Pachynum, apud Longum prom. exiens.

Lycophr. Eris, fluv. Brutiorum, qui apud Terinam opp. in Terinæum ſin. influit. vide Ocinarus.

Strab. Ptol. Steph. Erithini, ſive Erythini, ſcopuli ponti Euxini apud oram Bithyniæ, in Paphlagoniæ conf. qui *Farnaſu* nunc teſte Bordonio dicuntur.

Ptol. Ermæa, ſive Hermæa, inſ. parva Sardiniæ, in ora orientali, quæ *Molara* Pinet. & al. *Tolara* nominatur.

Ptol. Ermione, Hermione Strab. & Thuc. *Caſtri* Soph. al. *Maria*, opp. Peloponneſi in ora Argiæ ad ſin. Argolicum, inter Naupliam urb. & Scyllæum prom. Virgil. in Ceiri.

" *Hinc ſinus, hinc ſtatio contra patet Ermionæa.*

vide Hermione.

Ant. Ernodorum opp. fuit Gall. Celt. in finibus Biturigum (non Carnutum, ut ſcribit Ortel.) inter Avaricum 13. & Argentomagum 27. mill. paſſ. ex Anton. Itin.

Joſeph. Eroge, locus Judææ circa Hieroſolymam, ubi mons ſciſſus eſt, & ad 4. ſtad. loco dimotus, teſte Joſepho.

Erphordia & Hercinophordia *Erfurdt*, urbs maxima Germaniæ, Thuringiæ caput. vide Bicurgium.

Ptol. Erpis, *Macarmeda* teſte Marm. opp. Maurit. Tingitanæ mediter.

Ant. Erroris Inſula, *Alboran*, ſive *Albuſama* teſte Ortel. inſ. maris Africi inter Carthaginem novam, & oram Mauritaniæ Cæſarienſ.

Auſ. Erubris, ſive ut al. cod. habent Erubrus, *Rober* teſte Ortel. fluv. German. ſuper. ſeu Gall. Belg. per Lotharingiam in Moſellam influens. Auſon. edyl. 10.

" *Te rapidus Gelbis, te clarus marmore Erubris.*

Plin. Eryannus, qui & Eryanos legitur, fluv. Troadis, unus ex iis qui ex monte Ida profluunt.

Plin. Pauſ. & al. Erymanthus, *Dimizana* teſte Nig. fluv. mons & opp. Arcadiæ in Peloponneſo. Opp. Tegeæ finitimum, mons cupreſſis abundat, fluv. ex mont. ſcatens in Alpheum defertur. De eo Virg. lib. 5. Æn.

" *Concidit, ut quondam cava concidit aut Erymantho,*
" *Aut Ida in magna radicibus eruta pinus.*

Mons apris abundat: ubi Hercules aprum illum immanem & furioſum interfecit.

Stra. Pli. Erythea ſive Erythia. vide Gades.

Dionyſ. Mel. Erythiæ, *Barlinguas* H. Coquo, inſ. Luſitaniæ oræ occiduæ, inter oſtia Tagi & Mundæ flum. 12. leuc. utrinque, quas Mela Geryonem habitaſſe refert.

Strab. Plin. Ptol. Erythræ, *Colire* Nig. *Stolar* al. urbs Ioniæ epiſc. ſub archiep. Epheſino, apud Argenum prom. inter Clazomenas & Teon proximas urbes, Erythræa Steph. Sibylla Erythræa celebris. Stat. lib. 7. Theb.

" *Talis erit: dives pecorum comitantur Erythræ.*

Hinc Erythræus nom. gent. Claud. in 6. conſ. Honorii.

" *Inter Erythræos ſurgentia colla ſmaragdos.*

Fuerunt & Erythræ opp. Achaiæ in Bœotia ad Cithæronem mont. & opp. Theſſaliæ ad Peneum fluv. de quibus Strabo, Plin. Thucyd.

Erythræum mare, quod Arabiam felicem ad ortum, inter duos ſinus Arabicum & Perſicum, alluit, Rubrum à Latinis dictum: ab Erythro rege Perſei filio nomen habens. In eo gemmæ leguntur pretioſæ. Tibull. lib. 3. eleg. 3. *Strab. Arrian.*

" *Quidve in Erythræo legitur quæ litore concha.*

Erythron, *Furcelli* teſte Marm. pag. Cyrenaicæ in ora, inter Apolloniam ad occ. & Dardanidem ad ort. *Ptol.*

Erythros, locus apud Tybur urbem Latii, qui & Rubra ſaxa nominatur teſte Strab. *Strab.*

Eryx *Monte di S. Giuliano*, mons & urbs Siciliæ, à conditore paulo ante Dædali adventum in Siciliam nomen habens, in ora Boreali & occ. apud Drepanum urbem, ab ea 2. mill. paſſ. diſtans introrſum. Ibi templum erat Veneris Erycinæ celeberrimum. Pop. Erycini Cic. Virg. lib. 5. Æneid. *Polyb. Strab. Thucyd. & al.*

" *Tunc vicina aſtris Erycino in vertice ſedes*
' *Fundatur Veneri Idaliæ*--------

Eſapus, fluv. Aſiæ. vide Æſapus. Unde Eſapius nom. gent. uti apud Val. Flac. lib. 3. Argon.

" *Ampycides petit adverſis Eſapia ſylvis.*

Eſar, ſive Eſer Ptol. fluv. Meroes inſ. Æthiopiæ ſub Ægypto. *Plin. Ptol.*

* Esbus, *Sabaſant* ut nonnullis videtur, opp. Judææ inter Sebaſten urbem Samariæ, & Emmaum urbem Judææ propiorem. vide Eſebon, nam videtur idem. *Esbus* adhuc Maſio. [* in manuſcr. Seld. Σέβους.] *Ptol.*

Eſcamus *Iſchar*, fluv. Myſiæ ſup. in infer. confin. in Iſtrum per Bulgariam influens. *Plin.*

Eſcua, * Esbua forte Ptol. vel Oſca (quod magis probatur) *Hueſca*, *Hueſcar* & *Gueſcar*, urbs Hiſpan. Bæt. & in regno Granatenſi, apud fines Murcienſis regni, inter Baſti ad merid. & Ventam Moralem ad Bor. 7. leuc. ab Acci 11. In Theſ. ling. Lat. non bene in Hiſp. Tarraconenſ. reponitur. [* in Lat. cod. Eſcua, in Palat. Ἔσκουα, quod in Seld. manuſc. Ἔσκυα.] *Plin.*

Eſdrelon, *Campo di Faba* teſte Brochardo cum P. Laieſtainio, campus Palæſtinæ, cujus planicies longa eſt 30. mill. paſſ. lata 18. Circumſtant illum Samaria ad auſtrum cum mont. Ephraim, ad ort. lacus Geneſara, ad occ. mons Carmelus, ad arctos mons Libanus. *Bibl.*

Eſebon, fluv. Moabitarum in Palæſtinæ & Arabiæ petrææ conf. & urbs Amorrhæorum, Esbuta Ptol. ut aliquibus videtur, *Esbus* nunc teſte And. Maſio. ſed hæc Esbus eſt Ptol. *Heſyc. Bibl.*

Eſernia, Æſernia Ptol. *Sergna*, col. Samnii, urbs epiſc. ſub archiep. Capuano, inde ſup. 40. mill. paſſ. in comit. Moliſino, inter Venafrum ad occ. 10. & Boianum ad ort. 20. à Teleſia fere totidem in Bor. vide Æſernia. De ea Sil. lib. 8. *Cicer. Liv. Plin.*

" *Et quos aut Rufræ, aut quos Eſernia, quoſve*
" *Obſcura incultis Herdonia miſit ab agris.*

Eſia (vide Æſia) *Oyſe*, fluv. Gall. Belgicæ.

Eſigus, *Leliſe* Mercat. opp. Africæ in Maurit. Cæſarienſi, inter Tipaſam, & Cirtam ad 30. mil. paſſ. Sed Sigus habent al. cod. *Anton.*

Eſis (vide Æſis, ſic enim ſcribitur aliis.) Hic fluv. apud Ravennam (à qua plurimum diſtat,) male in Theſ. ling. Lat. locatur. *Plin. Mel.*

Eſopis, ſupercilium montis, in quo Locri urbs magnæ Græciæ conſtructa erat. *Strab.*

Eſquiliæ, & Eſquilinus mons, *M. di S. Maria maggiore*, teſte Marliano cum al. unus ex 7. urbis Romæ collibus. vide Exquiliæ: nam utroque mo- *P. Vict.*

do apud Ovid. & al. authores veteres scribitur, & legitur. Ovid. lib. 6. fast.

" *Ipse sub Esquiliis ubi erat sua regia, cæsus.*

Procop. Esquilina Porta, *Porta di S. Lorenzo*, teste Marl. cum And. Fulvio & al. una ex portis urbis Romæ, quæ & Prænestina nominatur, quod ab urbe Roma Præneste urbem usque deducit. Appellatur etiam *Porta maggiore*.

Plin. Mel. Ptol. * Essedones, qui & Issedones, pop. Scythiæ extra Imaum mont. vide Issedon: quæ est metrop. ipsorum. Hi cadavera parentum discerpunt, & aliis carnibus permista comedunt: ossibus vero capitum auro ornatis pro poculis utuntur, teste Sol. Illos Mela inter Mæotim paludem, & Arimaspos longo tractu incolentes locat. [* Ἰσσήδονες manusc. Seld.]

Cæs. Essui, pop. Gall. Celt. quos varie indigitant: Alii *Bessin* in Normandia, alii *Seez* urbem ejusdem reg. alii *Eu* opp. comit. Picardiæ, alii *Aeth* opp. Hannoniæ. Sed *Aeth* & *Eu* cum sint in Gall. Belgica, Essui vero in Celtica proximi Armoricis à Cæs. describantur, nulla ratione Essui dici possunt: sicuti nec *Retelois* comitat. in Campania.

Strab. Estiones, vel Hestiones, *Estnig* & *Eschenloch* vel *Escenlog* teste Laz. pop. Helvetiorum, quos Ægid. Scud. *Estnerberger* interpretatur: cui tanquam indigenæ magis fidendum videtur.

Scrip. Hispan. Estola *Esla*, fluv. Hisp. Tarracon. ex montibus Asturum in merid. per Legionem urbem fluens, ac in Durium apud Mirandam urb. Portugallicam immittens.

Hor. Esulæ, Æsulum Paterc. locus apud Tybur urb. in Latio, teste Acrone inter illud & Tusculum. Est & Esula, quæ etiam Asyla apud Græcos, vulgo *Isola*, urbs Magnæ Græciæ littoralis in ora Calabriæ ulterioris, episc. sub archiep. Siberenensi, inde 12. mill. pass. inter Crotonem & Lacinium prom. à Crotone 8. mill. in austrum. De Esulis Hor. lib. 3. carm. 29.

" *Ne semper udum Tybur, & Esulæ*
' *Declive contempleris arvum, &*

Ant. Esuris, *Xerez* teste And. Resendio, olim opp. nunc pag. Hisp. Lusit. in Bæticæ conf. apud ostia Anæ fluv. à Balsa urbe 4. leuc. in ort. apud Ayamontem opp.

Ptol. Etelesta, opp. Hisp. Tarracon. in Carpetanis. vide Ecelesta, & Egelaste.

Strab. Eteonos, opp. Bœotiæ apud ostia Asopi fluv. quod & Scarphia, uti & hodie nominatur. Stat. lib. 7. Theb.

" *Qui Scolon, densamque jugis Eteonon iniquis.*

Ptol. Etera, forte Egeta Amm. *Rocana* nunc teste Nig. opp. Mysiæ super. in infer. conf.

Plin. Etheleum, Æthalois Strab. fluv. Asiæ, terminus Mysiæ & Troadis.

Anton. Etocetum, *Uttokcester* vel *Utcester* teste *Camd. opp. Albionis in Anglia à Benaventa 45. mill. pass. apud Staffordiam opp. [* Camdenus de *Utcester* errasse se fatetur, & tandem invenisse Etocetum esse locum juxta Lichfeldiam quem *the Wall* vulgariter vocant, à mœnium reliquiis ibi repertis.]

Liv. Etriculum, *Lataraco* teste Barrio, opp. Brutiorum in Calabria citer. inter Lampetiam & Dampetiam & 6. mill. pass. quot à Marcopoli. vide Hetriculum.

Etruria, Hetruria Plin. Melæ & al. quæ & Thuscia sive Tuscia (utroq; enim modo scrib. apud vet.) provinc. Italiæ notissima, & clarissima; longa inter Macram à Liguria disterminantem ad occ. & Tiberim fluv. ad ortum à Latio, Sabinis, & Umbria dividentem, 284. mill. pass. teste Plin. lata inter Apenn. mont. à Gallia Togata, sive Æmilia, ad Bor. distinguentem, & Tyrrhenum pelagus ad merid. terminantem, vix 100. mill. ubi maxime Apenn. à littore recedit. De ea Virg. lib. 8. Æn.

" *Ergo omnis furiis surrexit Etruria justis.*

Etruriæ prom. Etruriæ caput Caton. Argentarius mons Rutilio, *M. Argentaro*, mons Thusciæ in mare inter Portum Herculis, & Telamonis, contra Igilium & Dianium insulas maxime porrectus, apud Cosam urbem excisam. Tac.

Etrusci, Hetrusci Plin. pop. Etruriæ, iidem Tuscis; & Etruscus nom. gent. Virg. lib. 8. Æn. Liv.

" *Externos optate duces. tum Etrusca resedit*
' *Hoc acies campo------*

Etrusci campi, *Prato Magno* ut Ortel. refert, tractus Thusciæ fertilis inter Fæsulas & Aretium, juxta Arnum fluv. Liv.

Ettan, locus Palæstinæ Hierosolymis proximus, inde 2. schœnis recedens teste Josepho. Ioseph.

Eua pag. erat Peloponnesi in Argia reg. maximus. in Arcadiæ conf. in qua à Steph. locatur. Est & montis nomen ad Pamisum fluv. Pauf.

Euandria, Euandriana Anton. *Olivenza*, opp. Hisp. Lusit. in reg. Portugallico ad Anam fluv. Paci Augustæ finitimum. Sed Jacobo Vasconc. est *Talavervela* opp. Lusit. in Extremadura, ab Emerita supra 8. leuc. Eboram versus. Ptol.

Euandrius, mons urbis Romæ, idem cum Palatino. Claud.

Euarchus, fluv. Asiæ in pontum Euxinum fluens, ac Cappadociam à Paphlagonia dirimens, apud Irim fluv. cujus mem. Valer. Flacc. lib. 6. Argon. Steph.

" *Quosq; Tarax, niveumque ferax Euarchus olorum.*

Sed apud Flacc. fluv. Scythiæ esse videtur, seu Sarmatiæ. In Thes. ling. Lat. Scythiæ Asianæ tribuitur.

Eubœa, quæ & Chalcis, & apud poetas Abantis, *Negroponte*, ins. Græciæ ingens, Achaiæ ad ort. adjacens, ab ea angusto freto divisa, inter austr. & Bor. in longum 150. mill. pass. extensa, lata inter ort. & occ. 40. circuitu 365. Urbes quondam primariæ, Chalcis illius caput, Carystus, & Eretria. Hinc Euboicus nom. gent. Virg. lib. 6. Æn. Strab. Plin. Pauf. & al.

" *Et tandem Euboicis Cumarum allabitur oris.*

Urbes Eubœæ adhuc exstantes.

Carystus	Eretrea, quondam clara
Chalcis metrop. & caput	Oreum
	Porthmos

Eubœa quoque opp. fuit Siciliæ in ora australi apud Pachynum prom. locus *Castellazzo* teste Faz. (quod al. *Castellazo* & *Castelluzzo*) dicitur. Al. *Terra nova*; quæ potius Callipolis est, inter Camarinam & Gelam. Strab.

Euboicum mare, Euboicus sinus Liv. Oetæus sinus Ptol. Opuntius sinus Melæ, *Golfo di Negroponte* teste Ortel.

Eubonia, Monacœda à Ptol. Monapia Plin. Menavia Bedæ, *Man* vel *the isle of Man* Anglice, *Menaw* Britannice, incolis *Maning*, ins. Albionis inter Walliam & Scotiam, ac inter Cumbriam & Hiberniam. Gilda.

Eucarpia, urbs Phrygiæ magnæ episc. sub archiep. Synnadensi, apud Synnadam, inter Docimæum & Lysiadem, ubi racemi uvarum & magnitudine & feracitate spectabiles, unde urbi nomen esse videtur. Strab. Ptol. Steph.

Euchaita, num. plur. urbs archiep. Ponti Helenopolitani, seu Paphlagoniæ in mediter. olim episc. sub archiep. Gangrensi. Niceph. Call.

Eudæmon Arabia, quæ Latinis Felix, *Ayman*, & *Ayaman*, prov. amplissima Asiæ. vide Arabia felix. Mel.

Eudoses, pop. Germ. qui Altamero Misnenses putantur. Thucyd.

Eudoxiopolis, urbs archiep. Thraciæ, eadem Selymbriæ, sic in Eudoxiæ Augustæ honorem dicta. Socr.

Euenus, qui & Lycormas teste Strab. *Fidari* vel *Phidari* Nig. fluv. Ætoliæ ex Callidromo mont. scaturiens, Str. Plin. Pto. & al.

scaturiens, ac inter Ætolos & Locros mare Ionium petens, haud procul ab ore sin. Corinthiaci, Calydonem urbem interluens. Ostia inter Actium 670. & Molycriam urbem Ætoliæ 120. stad. Ovid. lib. 9. metam.

" *Venerat Eueni rapidas Jove natus ad undas.*

Plin. Euganei, pop. Venetiæ, quorum reg. *la Marcha Trevisana* & *Trevigiana* nominatur, tametsi hæc magis pateat. Euganei vero colles in agro Patavino *li Monti di Padoa* dicuntur, apud Ateste. Euganeus quoque nom. gent. Sil. lib. 8.

" *Tum Trojana manus, tellure antiquitus orti*
" *Euganea, profugique sacris Antenoris oris.*

Eugeon *Oggion*, opp. Insubriæ à fertilitate, seu generositate dictum. vide Oglonium.

Lib. Conc. Eugubium *Gubbio*, *Gubio*, *Eugubio*, urbs Umbriæ episc. sub. archiep. Urbinate, inde 25. mill. pass. ad montis Apennini radices, in duc. Urbinate, à Perusia ad 20. mill. pass. in Cæc. quot à Tiferno in ort. Iguvium veterib.

Bibl. Evila *Aila*, opp. Arabiæ petrææ ad sin. Arabicum, & mont. Sinai, & reg. quam Physon fluv. è Paradiso egrediens irrigare traditur, & in qua aurum purissimum, & gemmæ pretiosissimæ nasci feruntur.

Plin. Ptol. Eulæus, *Tiritiri* teste Ortel. & in tab. geograph. fluv. Susianæ, Susa urbem regiam præterluens, ac ex Mediæ montibus oriens, per Susianam reg. quam ab Elymaide dividit, in sinum Persicum defertur. Ulai apud Danielem.

Strab. Ptol. & al. Eumenia, *Einalhisar* Leuncl. urbs Phrygiæ magnæ episc. sub archiep. Laodiceno, Synnadæ finitima, ab Eumene rege condita an. urbis conditæ 556. & nominata. Eumenia quoq; pag. est frequens & magnus agri Novariensis, supra Ripariam & Hortam, vulgo *Omegna*, in calce lacus Hortæ, ab Horta 7. mill. pass. Oscelam versus.

Scrip. Belg. Euneno, *Aa* teste Ortel. fluv. Belgii per Flandriam fluens, ac in mare apud Gravelingam opp. sese exonerans, cujus in vita S. Bertulphi fit mentio.

Scrip. Scot. Euonium *Dunstaphag*, opp. Scotiæ non obscurum in Loquhabria [vel potius Lornia] reg. in ora occidua, à Dumblana urbe ad 30. mill. in Corum, à Lorna opp. 12. De quo Hect. Boet.

Ptol. Euonymus, ins. Siciliæ, una Æoliarum, *Strombo li* Nig. Sed fallitur, quia *Stromboli* est quæ Strongyle Ptol. nominatur. Potius est *Vulcanetto* ins. proxima, ignivoma. Strongyle vero à Lipara 10. mill. pass. abest in ort. circuitu totidem. In Thes. ling. Lat. male *l' Ustega* indigitatur.

Gemblac. Euosium *Yuoix*, opp. Belgii duc. Lucemburgensis ad Charum fluv. idem quod Ivodium. vide Epoissius.

Plin. App. Strab. & al. Eupatoria, urbs Paphlagoniæ episc. & Mithridatis regia, ab eo condita, postea eo victo à Pompeio magno Pompeiopolis teste Plin. dicta, Amisoque adjuncta: quam eversam jacere And. Thev. refert.

Cic. Polyb. Strab. Plin. & al. Euphrates, *Frat* Nicolaio & al. fluv. Asiæ notissimus, ex montibus Armeniæ majoris oriens, ac Mesopotamiam prov. ad occ. & meridiem perstringens, eandem Tigri ad ort. cingente, cui commixtus sinum Persicum infra Teredonem urbem petit. Sic ab ubertate teste Isidor. nominatus: Eadem incrementa, quæ Nilus, habens, ac regiones inundans teste Sol. nisi ubi angustiis Tauri mont. prohibetur. Ovid. lib. 1. de arte am.

" *Hic est Euphrates præcinctus arundine frontem:*
' *Cui coma dependet cærula, Tigris erit.*

Proc. Euphratesia, Euphratensis Marcell. reg. Syriæ ad citer. Euphratis ripam, quæ & Comagene. vide ibi.

Plin. Eupilis *Lago di Pusiano*, lacus Insubriæ, per quem Lambrus fluv. transit, non emissus ab eo ut scribit Plin. cum pago ejusd. nominis, à Mediolano 28. mill. pass. Leucum versus in Bor.

Stat. Euplæa *Gaiola*, ins. parva Campaniæ in sin. Puteolano, inter Neapolim & Puteolos, haud procul à Mergellene, juxta Pausilypum prom. seu mont. Stat. lib. 2. syl. carm. 2.

" *Inde vagis omen felix Euplæa carinis.*

Scrip. Gall. Eura *Auron*, fluv. Gall. Celt. per Bituriges, ac Bituricas urbem fluens, & in Ligerim labens.

Ptol. Euria sive Evoria, quæ apud Ptol. citatum ab Ortel. non reperitur, in lib. tamen concil. memorata, urbs Epiri olim episc. mediterr. nunc pag. vulgo *S. Donato* dictus. Unde Donatiana apud Niceph. Callistum nominatur.

Eustath. Euripus Chalcidicus, & Euboicus, *Stretto di Negroponte*, angustia maris inter Achaiam & Eubœam, quæ tanta est, ut illa huic ad Chalcidem urbem ponte jungatur. Accipitur autem in lib. conc. Euripus pro ipsa urbe Chalcide. Abest à Thermopylis 530. stad. teste Strab. in austrum. cujus mem. Luc. lib. 5.

" *Euripusque trahit, cursum mutantibus undis,*
" *Chalcidicas puppes ad iniquam classibus Aulim.*

Euripus Taurominitanus sæpius reciprocans est, sed Euripus Eubœæ septies in die ac nocte quovis tempore reciprocare traditur, autore Plin. ita, ut ventos, ac navigia velis plenis frustretur, teste Mela. Ex quo in proverbium abiit, *Euripus homo*, in inconstantes, & in varias fortunæ vices. Unde Græci Euripiston hominem incertæ fidei vocant. In Thes. ling. Lat. in dict. Salganeus, Euripus pro fluv. accipitur, quod hic monere visum fuit.

Europa, tertia pars orbis, ab Asia in occ. & ab Africa in septent. recedens: ab illa Tanai fluv. Euxino mare, & Ægæo pelago divisa; ab hac mari mediterraneo, Africo, Sardoo, & Iberico. Pop. Europæi, qui *Giauor* à Turcis, *Afrangues* ab Æthiopibus nominantur. De qua Ovid. lib. 2. amor. eleg. 12.

' - - - - - - - - - - - - *nisi rapta fuisset*
' *Tyndaris, Europæ pax, Asiæque foret.*

Europæ regiones ordine Alphabetico.

Achaia	Hispania Tarraconens.
Albion. vide Britannia	Hispania Bætica
Britannia I.	Hispania Lusitanica
Britannia II.	Illyricum
Cimbrica Chersonesus	Iazyges
Dacia	Italia
Dalmatia	Liburnia
Dania	Macedonia
Epirus	Mysia seu Mœsia superior
Eubœa	Mysia inferior
Frisia	Noricum
Gallia	Pannonia superior & inferior
Germania magna	Peloponnesus
Germania superior	Rhætia I.
Germania inferior	Rhætia II.
Græcia. vide Achaia	Sarmatia Europæa
Hellas. vide Achaia	Scandinavia
Helvetia	Scythia Europæa
Hibernia	Thracia
Hispania citerior	Thule
Hispania ulterior. seu	

Regiones Europæ alio ordine.

Extremæ marique attingentes.	Thessalia
Hispania	Achaia
Gallia	Peloponnesus
Belgium	Epirus
Germania	Macedonia ad mare Ionium
Scandinavia	Dalmatia
Sarmatia	Liburnia
Mysia inferior	Italia
Thracia	*Interiores.*
Macedonia ad Ægæum mare	Rhætia

Vindelicia — Iazyges
Noricum — Dacia
Pannonia superior — Mysia superior
Pannonia inferior

Plin. Ptol. Europum, Europus Ptol. urbs Syriæ ad Euphratem fluv. quæ & Amphipolis, & Thapsacum teste Plin. dicta fuit. Fuit & opp. Maced. ad Axium fluv. apud Apsalum in finibus Almoporum, cujus etiam Plin. mem. Item Europus apud Ptol. urbs Mediæ præclara, Rhages in lib. Tobiæ appellata, vulgo *Cassan* teste Castal. ultra Tabresium in ort. ab Armuza 200. leuc. Hispanicis per Persepolim.

Cicer. Strab. Plin. & al. Eurotas *Basilipotamo*, hoc est, fluv. regius, fluv. Peloponnesi per Laconicam in meridiem fluens, Lacedæmonemque urbem alluens, lauris abundans; cujus ortus est in Arcadia ex Stymphalo mont. De quo Ovid. lib. 2. amor. eleg. 17.

" *Frigidus Eurotas, populiferque Padus.*

Liv. Diod. Euryalus *Belvedere*, locus Siciliæ amœnus apud Syracusas, sic hodie teste Aretio nominatus.

Strab. Plin. & al. Eurymedon, *Iercon* & *Zacuth* teste Thev. fluv. Pamphyliæ Aspendum urbem interluens, ad quem usque Cimon Atheniensium dux Xerxem regem Persarum fugientem classe persecutus est, teste Mela. De quo Dionys. Afer.

" *Illic adspicies Aspendum, mœnia cujus*
' *Eurymedon lavat amnis*———

A Tauri mont. jugo defluit, ac in mare magna vi aquarum labitur.

Pli. Mel. Eutane, vel Euthane Melæ, opp. fuit Cariæ ad sinum Ceramicum.

Procop. Eutropium, locus Bithyniæ apud Chalcedonem, ubi Mauricius imperat. à Phoca occisus est.

Euxinum mare, & Euxinus Pontus, *Mar Maggiore*, & *Mar Negro*, in longitudinem 5. millibus stad. in latitudinem 3. ambitu 25. patens. Ovid. lib. 5. el. 10. de trist.

" *Ut sumus in Ponto ter frigore constitit Ister,*
' *Facta est Euxini dura ter unda maris.*

Herod. Mel. Sol. Exampæus, fons Scythiæ Europææ in quem Hypanis fluv. influit apud mare Euxinum, amarus, qui Sacræ Viæ à Græcis appellatur. De eo Herod. plura lib. 4.

Ptol. * Exilissa, postea Septa, *Zeuta*, vel *Ceuta*, urbs Mauritaniæ Tingit. in ora contra Calpen, sic à 7. montibus, qui ob æqualitatem Septem Fratres appellantur, dicta, episc. sub archiep. Eborensi. Abest à Calpe freto intercidente 9. mil. pass. in merid. [*man. Seld. Ἐξίλισσα.]

Strab. Exitani, Hexi Melæ, *Velez Malaga*, urbs Hisp. Bæt. in regno Granatensi, proxima Malacæ urbi, à qua 5. leuc. in ort. recedit. Al. est *Almunnecar* urbs ejusdem oræ littoralis, à Veletio 8. leuc. in ortum. Carolus Clus. *Salobrenna* indigitat; sed hæc Selambina est Ptol. vide Sex.

Ivoni. Exolidunum *Yssouldun*, op. præclarum Gall. Celt. in finibus Biturigum, ab Avarico opp. 4. leuc. in occ. distans: quod quidam Uxellodunum à Cæs. appellari non bene autumant.

Val. Flac. Exomatæ, Iaxamatæ Melæ, Ixomatæ Polyæno, pop. Sarmatiæ Asiaticæ. Ortel. putat eosdem pop. esse Iaxamatas, & Exomatas; sed apud Val. Flac. sunt diversi, qui Exomatarum mem. lib. 6. Argon.

" *Exomatæ, Torinique, & flavi crine Satharchæ.*

Scrip. Brit. Exonia, olim Isca, *Excester*, urbs episc. Albionis, in Cornubia reg. [late sumpta] caput illius, ad Iscam fluv. ab Antivestæo prom. occid. 79. mill. pass. in ort. Wintoniam versus.

Ptol. Exopolis, *Bogazar* sive *Bozagar* teste Mol. urbs Sarmatiæ ad Tanaim fluv. ab ostiis in septentriones paulum recedens.

P. Vict. Exquiliæ, mons Romæ, unus ex 7. collibus: qui & Exquilius mons. vide Esquiliæ; utroque enim modo apud Ovid. legitur. De quo lib. 6. fast.

" *Jamque per Exquilias Romanam intraverat urbem.*

Idem lib. 3.

' *Qui nunc Exquilias nomina collis habet.*

Sic ab excubiis, quæ ibi fiebant, dictus, teste Ovid.

Ptol. Scrip. Brit. Extensio, Exoche in Græco codice, *Easton-nesse* Camd. prom. Albionis sive Angliæ in ora Suffolciæ reg.

Eginart. Ezelinga *Esslingen*, urbs Germ. in Suevia libera apud Necarum fluv. Stutgardiæ urbi primariæ duc. Wirtimbergens. & Canstadio proxima, inde 2. hinc 1. leuc. distans, inter Ulmam 10. & Heydelbergam 13. mill. Germ.

Ezerus, quæ Bœbe à Strab. dicta putatur, *Ezero* vulgo, urbs Græciæ in Thessaliæ & Achaiæ confinio, episc. sub archiep. Larissæ. vide Bœbe.

F.

Plin. FAbaria, quæ & Burchana, *Borkum* teste G. Camd. ins. Frisiæ in mari Germanico contra ostium Amasii fluv. In Thes. ling. Lat. apud Cimbricam Chersonesum statuitur; sed inde longe abest. Sic dicta à copia fabarum.

Virg. Sidon. Fabaris, qui & Farfarus Ovid. *Farfaro*, fluv. Sabinorum teste Servio, qui ex Severo mont. ortum ducens, in meridiem fluit juxta Farfense cœnobium, ac in Tiberim ad Felicianum oppidulum, & Mont. Faliscorum labitur.

Plin. Fabianus, pagus agri Sulmonens. ubi cum arva rigantur, herbæ aqua necantur, & fruges aluntur, teste Plin. lib. 17. c. 26.

Strab. Ant. Paterc. Fabrateria *Favateria*, colon. & opp. olim, nunc pag. Latii, inter Aquinum & Fregellas, ab Aquino 8. mill. pass. distans. In Thes. ling. Lat. male in Campania locatur. Populi Fabraterni Plin. Sil. lib. 8.

" *Hic Fabrateriæ vulgus: nec monte nivoso*
' *Descendens Atina aberat*———

Martyr. Rom. Fabrianum *Fabriano*, opp. amplissimum Piceni, ex maximis Italiæ, Sentino urbi excisæ, & Matellicatibus propinquum ad 6. mill. pass. à Camerino 14. Æsium versus 30. Hic optima charta.

Hor. P. Vict. Fabricius pons, *Ponte di quattro Capi* teste And. Fulvio, unus ex pontibus urbis Romæ, à Fabricio cons. exstructus. De quo Horat. lib. 2. sat. 3.

" *Atque à Fabricio non tristem ponte reverti.*

Script. Germ. Fagophagi, pop. Germ. Thuringis & Hassis seu Cattis finitimi, nec non Franconiæ: quorum reg. *Buchaw*, cujus caput est Fulda, urbs inter Herbipolim 13. & Casellam 10. leuc.

Ant. Falacrinum, vicus Sabinorum, locus nativus Vespasiani imperat. vide Phalacrina.

Ptol. Falacrium, *Rasocolmo* teste Faz. prom. Siciliæ inter Pelorum prom. 12. & Mylas opp. in austrum & Africum 24. mill. pass. In Thes. ling. Lat. *Melazzo* pro *Capo di Melazzo* indigitatur; sed male, cum adeo à Mylis distet.

Plin. Falarienses, pop. Piceni, quorum opp. Falaria excisum, quod adhuc *Falerione* nominatur teste Pamphilo, apud Tignium opp. inter Firmum & Fanum S. Genesii.

Lib. Not. Falciana, *Wels* teste Laz. opp. Norici in Austria ad Dravum fluv. non ad Danubium, ut scribit Ortel. à Lintio urbe 4. leuc. Salisburgum versus. vide Locus felix.

Sigeb. Falconis mons, Vallatum Anton. *Valckenburg*, opp. Belgii inter Aquisgranum & Trajectum ad Mosam, à quo 2. leuc. in ort. abest.

Liv. Rut. Ant. Faleria, Falerii Liv. urbs olim episc. excisa Hetruriæ in Faliscorum finibus, apud Fescennium, seu

Urb.

Urb. Castellanam, à qua ad 7. mill. pass. Viterbium versus abest. Locus cum aliquot ædibus *Falere*, & Leand. *Falare*, adhuc dicitur. Scribitur & Phaleria, à Strab. & Ptol. Phalerium, & Phalaris Cat. à Phalerio Argivo condita.

Plin. Liv. Macrob. & al. Falernus, mons & ager Campaniæ, inter Calenum & Sinuessam, maximæ fertilitatis; ager enim frumenti, mons vini generosissimi ferax est, Massico junctus. Tametsi sunt qui Falernum mont. Puteolis proximum faciant, & nomen antiq. retinere scribant. Hinc Falernus nom. gent. Virg. lib. 2. georg.

"——— *& quo te carmine dicam*
"*Rhætica? nec cellis ideo contende Falernis.*

Vini Falerni mem. Mart. lib. 13. ep. 105.

"*Attica nectareum turbatis mella Falernum.*

Polyb. & al. Falisca, Faliscum Diodor. & Steph. *Galese* nunc, colon. & urbs episc. Hetruriæ, Faliscorum metrop. apud Tiberim fluv. inter Fescenniam seu Urb. Castellanam, & Hortam ad 4. mill. pass. Ortel. non sine manifesto errore *Monte Fiascone* indigitat; quæ urbs Mons Physcon appellatur, à finibus Faliscorum longe distans.

Plin. Liv. Strab. & al. Falisci, Phalisci Ovid. pop. Hetruriæ inter Ciminum mont. & Tiberim fluv. incolentes: quorum urbes Falisca, Faleria, Fescennia, & Horta. Quos memorat Virg. lib. 7. Æn.

"*Hi Fescenninas acies, æquosque Faliscos.*

In Faliscis fluv. est, qui boves candidos facit, teste Plin. lib. 2. cap. 103.

Caton. Faliscorum mons, qui & Soractes, mons Hetruriæ in Faliscorum finibus ad Tiberim fluv. *M. Sant'Oresto*, & *M. di S. Silvestro*, non *M. Fiascone*, ut Thes. ling. Lat. & quidam, vocis similitudine decepti, scribunt.

Scrip. Hib. Fanum vel Cella Canici *Kilkenny*, urbs Hibern. episc. sub archiep. Dublinensi, inde supra 30. mill. distans, Leighlino & Osseriæ propinqua, academia.

Plin. Fanum Fortunæ, Fanum simpliciter Cæsar. Col.

Pto. & al. Fanestris Melæ, *Fano*, urbs Umbriæ in ora Semnonum littorea episc. inter Pisaurum ad occ. 5. & Senogalliam in ort. 15. mill. pass. dissita, in ducatu Urbinate, licet ditionis Ecclesiasticæ sit.

Fanum Luciferi. vide Luciferi Fanum.

Anton. Fanum Martis *Mars* vel *Marche en Famine*, opp. olim, nunc pag. Belgii in Lucemburgens. duc. & Leodiensis episc. conf. inter Consediam 32. & Ad Fines 27. mill. pass. ex Anton. Itiner. Al. pag. *S. Salvii* in Hannoniæ, & episcopatus Leodiens. conf.

Strab. Fanum Saturni, Cronium, locus ins. Gaditanæ, qui *Punta di S. Sebastiano* teste Ortel. nominatur.

Horat. Fanum Vacunæ *Vocone*, pag. Sabinorum, inter Cures 4. & Mandellam 8. mill. pass. à Fabari (nunc Farfa) & Nerulo 10.

Liv. Fanum Voltumnæ, opp. Hetruriæ; quod varie interpretantur: quidam nunc *Massa* urbem esse putant, inter Rosetum, & Populonium, cui successit, à Senis 40. mill. distans: alii ex eo, Longula, Vetulonio, & Turrena, oppidis vicinis, Viterbium urb. constructam tradunt.

Ovid. Farfarus. vide Fabaris. fluv. Sabinorum, de quo Ovid. lib. 15. metam.

"*Nare tulit præceps, & opacæ Farfarus undæ.*

Farsalus, Pharsalus App. urbs Thessaliæ episc. olim sub archiep. Larissæo, nunc metropolis, in mediterr. vide Pharsalus.

Suet. Farum vel Pharum, Fanum Regis ut cod. aliqui habent, locus Belgii, in ora maris Britannici, in Picardia, apud Bononiam urb. à Carolo mag. instauratus; *Tour d' Ordre* Gallis, *Oudeman* Anglis, teste Ortel.

Fascellina opp. fuit Siciliæ in ora occid. apud Panormum, de quo Sil. lib. 14. *Sil.*

"*Mille Thoanteæ sedes Fascellina divæ.*

Fauces Laterræ, *la Crau pres de Maugueil* teste Dalechampio, locus Gall. Narbonens. ad Stagna Volcarum. *Plin.*

Faventia *Faenza*, urbs Galliæ togatæ in Æmilia, episc. sub archiep. Ravennate, unde 20. mill. pass. abest, inter Forum Cornelii & Forum Livii media, 10. mill. distans; ubi vasa fiunt coctilia. Cujus mem. Sil. lib. 8. *Liv. Plin. Ptol. & al.*

"*Arva coronantem nutrire Faventia pinum.*

Faustinopolis, urbs Ciliciæ episc. sub archiep. Seleuciensi, inde 18. mill. pass. distans. vide Anchiale. *Capitol.*

Febiana Castra, Phæbiana vel Phæniana Pto. *Bebenhausen* teste Pyramio, op. Rhætiæ in Suevia, inter Ulmam & Cauf-Bureniam 3. leuc. Al. est *Lauging* opp. Sueviæ ad Danubium fluv. inter Ulmam ad occ. 4. & Werdam ad ort. 3. Dillingæ proximum; sed hoc non est in Rhætia, quæ cis Danubium est. *Lib. Not.*

Felicis Lacus in Norico, lacus Austriæ, *Gemundersee*, seu *Draunsee* teste Laz. inter Salisburgum & Lentium, ex quo Drahonus fluv. egreditur. Sed Siml. est *Nideren Vaulsee*. *Ant.*

Felicis Lacus, seu locus, ut al. cod. habent, *Blindenburg*, opp. Pannoniæ in Hungaria ad Danubium fluv. inter Strigonium ad occ. & Budam ad ort. inde 3. hinc 4. leuc. quod etiam Hungarice *Visegrad* vel *Vizzegrad* appellatur teste Siml. *Anton.*

Felsina (vide Bononia) urbs Æmiliæ archiep. & acad. totius Romandiolæ maxima ac primaria, à Thuscis condita an. ab orbe condito 3287. ante urbem Romam. *Plin.*

Feltria *Feltri*, urbs Venetiæ episc. sub archiep. Aquileiensi, intra Alpes Tridentinas, non Rhæticas, ut scribit Ortel. à Ceneta & Beluno 15. mill. pass. inter Venetias 43. & Tridentum 50. Pop. Feltrini Cassiod. Fertini Plin. Sed codex videtur depravatus. De qua exstat distichon Jul. Cæs. *Anton.*

"*Feltria, perpetuo nivium damnata rigore,*
'*Atq; mihi posthac haud adeunda, vale.*

Fenni, Phinni Ptol. Finni Jornandi, *Fiinlanders*, pop. Scandinaviæ; quorum reg. Finlandia in ortum vergens, in Suecorum Moschorumque confinio. *Tac.*

Ferentanum, quod & Frentanum, opp. Ferentanorum, in Apulorum conf. quod plerique Francam Villam opp. Aprutii esse putant, cum hoc in Marrucinorum ora sit, inter Aternum & Ortonem fere 6. mill. pass. longe à finibus Frentanorum, & à Frentano, quod Teano Apulorum proximum erat, distans. Frentanum videtur hodie non exstare. In Thes. ling. Lat. Ferentum (quod in Thuscia erat, & quod est Apuliæ opp.) male in Sabinis locatur, nec inde Ferentani pop. dicuntur. *Strab.*

Ferentia, Ferentium Plin. & al. licet al. cod. Ferentinum habeant, Ferentinum Tac. & Strab. *Ferento* etiamnum, urbs Hetruriæ olim episc. excisa, cui Viterbium ad 5. mill. pass. distans successit in episc. cathedra, à Viterbiensibus an. sal. 1074. ob hæresim eversa. Pop. Ferentini Sueton. *Cat. Ptol.*

Ferentinum, *Fiorentino*, vel *Ferentino*, urbs Latii episc. in finibus Hernicorum in colle, inter Anagniam 5. & Frusinonem ad ort. 6. mill. pass. occurrens. Pop. Ferentinates Plin. & Ferentini al. Quos Sil. lib. 8. memor. *Liv. Anto. Ptol. & al.*

"*Sylla Ferentinos, Privernatumque maniplos*
'*Ducebat* ———

Ferentum *Forenzo*, opp. Apuliæ in Lucaniæ confin. inter Venusiam & Acherontiam ad 9. mill. pass. dissitum, cujus mem. Hor. l. 3. carm. od. 4. *Hor.*

'——— *& arvum*
'*Pingue tenent humilis Ferenti.*

Plin. Feritor *Bisagno* vel *Besagno*, fluv. parvus Liguriæ, ex proximis Apennini montibus per hortos juxtaque Genuæ mœnia in mare labens.

Strab. Feronia, *Castel di S. Silvestro* teste And. Massa, opp. Hetruriæ ad Soractem mont. Faliscorum, ab urbe Roma ad 28. mill. pass.

Liv. Feronia altera, col. & opp. Hetruriæ fuit apud Capenates in monte Cimino, ubi Lucus erat Feroniæ.

Ptol. Feronia altera, opp. Hetruriæ in territorio Lucensi, inter Lucam, & Lunam ad occ. inde 14. hinc 16. mill. pass. nunc *Pietra Santa*, ubi templum erat Feroniæ; ex qua, regiuncula apud Apennini mont. radices Carferoniana dicta videtur.

Tac. Feronia item opp. fuit Latii in agro Pometino, Tarracinæ proximum & Circæis, à Tarracina ad 3. mill. pass. distans, ubi lacus ab Hor. memoratus, *Lago di Ferona* adhuc dictus. De qua Hor. sat. 5. lib. 1.

" *Ora manusque tua lavimus, Feronia, lympha.*

Ptol. Feronia præterea, opp. olim, nunc pag. Sardiniæ, *Ferona*, in ora australi, à Calari in occ. recedens.

Scrip. Ant. urbis Ferraria *Ferrara*, olim, ut aliquibus videtur, Forum Alieni, urbs Æmiliæ ad Padum, quæ sub Atestinis principibus adeo crevit, & exculta fuit, ut inter præcipuas Italiæ urbes censeatur, ampla, probeque munita, & episc. exempta, cum prius sub Theodosio juniore imp. Ferrariola ob parvitatem diceretur, episcopali sede à Vitaliano pont. max. exornata. De ea in lib. 4. Itin.

" ———— *Cursuque secundo,*
" *Conspicimus quas fortis habet Ferraria turres.*

Mel. Ferraria quoque Hispan. prom. in ora littorali regni Valentini apud Dianium, cum opp. quod *Sigarra* vel *Segarra*, teste Floriano, nominatur.

Ant. Ferraria etiam prom. Sardiniæ, quod *Capo Ferrari* vel *Ferrato* nominatur, à Calari urbe 13. mill. pass. in ortum recedens, ubi pag. *Carbone* dictus. Hujus mem. Anton. Aug. in Itiner.

Ivon. Ferrariæ, *S. Pierre de Ferrieres* teste Ortel. pag. Gall. in finibus Senonum.

Scribon. Ferratæ aquæ, *Ferrati* etiam vulgo, aquæ in Hetruria apud Centum cellas, ex vicinis montibus profluentes, salubres, teste Mercuriali.

Hegesip. Ferrea Porta, quæ & Caucasiæ, ab aliis Ferreæ Portæ num. plur. *Derbent*, urbs præclara & empor. Albaniæ ad Caspium mare. vide Caucasiæ Portæ.

Plin. Fertini, pop. non in Istria, ut in Thes. ling. Lat. sed in Venetia. vide Feltria; quæ est illorum urbs.

Plin. Fescennia, Fescennium Solin. Phescennium Cat. *Citta Castellana* teste Erythræo, cum Ligorio, & al. urbs episc. Hetruriæ, Faleriæ Faliscæque urbibus finitima, inde 6. hinc 4. mill. pass. plus minus distans, ab urbe Roma 28. Ocriculum versus. Hinc Fescenninus, a, um. Virg. lib. 7. Æn.

" *Hi Fescenninas acies, æquosque Faliscos.*

Fescenninum opp. Campaniæ legitur in Thes. ling. Lat. ex Servio; sed uterque decipitur.

Plin. Fesulæ, Fesula Sil. Fæsulæ Ptol. *Fiesole*, colon. & urbs episc. Hetruriæ excisa apud Florentiam, inde 2. mill. pass. in proximo colle, ubi manet ecclesia cathedralis, cum aliquot ædibus & cœnobiis; una ex 12. primis Etruscorum colon. à Gothis eversa. De qua Sil. lib. 8.

" *Affuit & sacris interpres fulminis alis*
' *Fesula*————

Cic. Sil. Fibrenus, *Fiume della Posta* teste Sanfelicio, fluv. Latii in Lirim infra Arpinum influens, post Interamnam castrum. De quo Sil. lib. 8.

" *Atqui Fibreno miscentem flumina Lirim.*

Liv. Plin. Ficana, quæ & Ficulnea. opp. erat Latii, ab urbe Roma 11. mill. pass. via Ostiensi distans.

Plin. Ficaria, *Serpentaria* teste Leand. ins. parva Sardiniæ, oræ adjacens orientali, apud Carbonariam prom. à Calari urbe ad 30. mill. pass. in ort. distans, ubi ora in Bor. flectitur. *Ptol.*

Ficelia, qua & Vosavia, postea Wesalia, *Ober-VVesel* teste Rhenano, opp. Germ. super. ad Rhenum, medium inter Bingium & Bodobrigam, 3. leuc. dissitum, à Moguntia 7. Est & altera Wesalia in Ger. infer. ad Rhenum, in ducatu Clivensi, urbs libera & ampla, inter Dusseldorpium ad merid. 6. & Arenacum ad Bor. 7. leuc. à Col. Agripp. fere 12. à Clivia 4. *Vet. Insc.*

Ficocle, quæ & Phycocle, &, ut plerique legunt, ac in Martyrol. Rom. Phicode, *Cervia*, urbs Æmiliæ episc. sub archiep. Ravennate, inde in ora littorea 12. mill. pass. Ariminum versus 23. in ort. recedens, ubi salis ingens proventus, cæterum ob aeris insalubritatem à paucis habitata. *Vet. Insc.*

Fidenæ, Fidena Juven. Fidene Liv. *Castel Jubileo* teste Nicol. Erythræo, colon. & urbs olim Latii, ab Ascanio Æneæ filio condita, teste Sol. una cum Alba longa, & Antio, sed à Marc. Æmilio quod à Rom. rebellasset funditus eversa, nunc exiguum castrum, ab urbe 40. stad. teste Halicarn. distans. Pop. Fidenates Plin. Ejus mem. inter alios Virg. lib. 6. Æn. *Strab. Liv.*

" *Hi tibi Nomentum, Gabios, urbemque Fidenam.*

In agro Fidenate non reperiri ciconias auth. est Plin. quæ nec lacum Larium transvolant.

Fidentia, quæ & Julia, in martyrol. Rom. & vet. inscript. Julia Fidentia, *Borgo di S. Donnino*, urbs Gall. Togatæ in Lombardia Cispadana, inter Placentiam 20. & Parmam ad ort. 15. mill. pass. diu sine sede episcopali, quæ illi nostra tempestate restituta fuit sub archiep. Bononiensi, Fidentiola Liv. nunc in duc. Parmensi contenta. Pop. Fidentini Plin. De Fidentia lib. 3. Itiner. *Liv. Ant. Ptol.*

" *Veraque si memorant, olim Fidentia dicta.*

Fidentiola vero, vulgo *Fiorenzuola*, opp. est inter Placentiam 12. & Fidentiam 8. mill. pass. *Ant.*

Figulnensis Porta, quæ & Viminalis, *Porta di S. Agnese* teste Marliano, & Fulvio, una ex urbis Romæ portis, per quam in Sabinos Nomentum usq; ibatur: quæ & Ficulnensis. *Festo & Varr.*

Fimeria, quæ & Cimbria parva apud Alb. Crantzium dicitur, *Femeren*, ins. Holsatiæ, seu Cimbricæ penins. ad ort. adjacens. *Scrip. Germ.*

Fines & Ad fines, *Tuyn*, opp. Belgii ad Sabim fluv. in ditione Leodiensi, in Namurcens. & Hannoniæ comit. confinio, inter Montes urbem Hannoniæ 4. & Carolomontium opp. Namurcens. com. 7. leuc. Est & opp. Germ. super. in Helvetiis quod *Pfin* nunc dicitur, pene jacens, apud Constantiam mill. Helvetico, Vitodurum versus 2. ad Durium vel Taurum fluv. Fines quoque opp. Pannoniæ super. in Hungaria, quod *Samaguar* teste Laz. nominatur, à Vesprinio & Alba Julia 6. leuc. in merid. com. Coppano proximum, 2. distans. *Ant.*

Finni, pop. Scandinaviæ, quorum reg. Scrifinia vel Scricfinnia & Finlandia dicitur. vide Fenni. *Jorn.*

Firmanorum Castellum, *Firmiano* teste Franc. Pamphilo, castrum Piceni Firmo urbi vicinum. Est & Firmanum, *Formiano* vel *Formignano*, opp. Umbriæ apud Metaurum fluv. à Foro Sempronii 8. mill. pass. in duc. Urbinate. *Plin.*

Firmium, Firmum Cic. Strab. *Fermo*, colon. & urbs archiep. Piceni, post Anconam in marchia Anconitana urbs primaria, apud oram maris Hadriaci, media fere inter Lauretum & Asculum ad 25. mill. pass. ab Ancona 40. in ort. & Eurum. Pop. Firmani Plin. Firmiani Liv. [aliis idem est Firmum cum Firmanorum Castello.] *Ptol. Procop.*

Fiscellus mons, *Monte Fiscello* etiam vulgo, & *Plin.*

M. di Norcia, montis Appennini ramentum in Umbria juxta Piceni & Sabinorum confinia: ex quo Nar fluv. profluit, & ubi antrum Sibyllæ esse fertur, unde & *Monte della Sibilla* dicitur. Ejus mem. Sil. lib. 8.

" *Quæ Fiscelle tuas arces, Pinnamq; virentem.*

Ptol. * Fisera, *Figeri* seu *Figari* Pin. opp. olim, nunc pag. Corsicæ in ora occidua & australi, apud Marianum prom. inter Adiacium urb. & Bonifacium opp. ad 30. mill. pass. inde in Bor. [* Φισηρα manusc. Seldeni.]

Strab. Flaminia Via, ab urbe Roma Ariminum usque perducta, per Otriculum, Narniam, Spoletium, Forum Flaminii, Heluillum, Callem, Forum Sempronii, Fanum Fortunæ, & Pisaurum ex Itin. Anton. Aug. à Flaminio conf. qui ad lacum Trasimenum ab Hannibale cæsus est, strata. De qua Ovid. lib. 1. de Ponto, eleg. 9.

" *Spectat Flaminiæ Claudia juncta viæ.*

P. Diac. Flaminia etiam reg. Gall. Togatæ, sive Æmiliæ, quæ nunc Romandiola, & vulgo *la Romagna* dicitur, à P. Diac. memorata, non apud vet. Cujus metrop. Ravenna, & Bononia recens metrop. primaria.

Plin. Flanaticus Sinus, Flanonicus Steph. Polaticus Melæ, Liburnicus Orosio, sin. maris Hadriatici inter Istriam & Liburniam, *il Quarnero*. Pop. Flanates Plin.

Plin. Flanona, & Flavona ut al. habent cod. *Fianona*, opp. Istriæ apud limites Liburniæ, ab Aluona opp. 4. mill. pass. in Bor. à Pola urbe 25. apud Arsiæ fluv. ostia.

Justin. Mart. Flavia, colon. & urbs Palæstinæ, eadem Neapoli urbi Samariæ, patria Justini philosophi & mart. vide Neapolis. Aliis Cæsarea Palæstinæ esse putatur.

Script. Gal. Vet. Inscr. Flavia Æduorum, *Flavigny* ut nonnullis videtur, opp. Gall. Celt. cum cœnobio, in Burgundiæ duc. non in Sequanis, ut scribit Ortel. apud Semurium 2. leuc. distans. Sed Flavia ex panegyrico Constantini mag. est ipsa Æduorum urbs Augustodunum teste Paradino; *Flavigny* vero Flaviniacum est, inter Divionem & Semurium.

Ptol. Flavia Gallica, *Fraga* teste Varrer. opp. Hisp. Tarraconens. in Arragonia à Montione 4. leuc. ab Ilerda 2. à Cæsaraugusta 21.

Ptol. Flavia Lambris, *S. Maria Finis terræ* teste Tarapha, opp. Hisp. Tarracon. in ora Gallæciæ apud Nerium prom. à Compostella 16. leuc. Sed hoc opp. littorale est; Flavia Lambris vero mediter. quod aliis *Fuenfria* opp. inter Villam Francam ad ort. 9. & Sarriam ad occ. 6. leuc. à Compostella ad 27. distans in ortum.

Scrip. Germ. Flaviana ala, & Flaviana castra, ac Flavianum, sic à Flavio Tiberii Cæs. præfecto, *Wien*, & Italis *Viena* teste Laz. *Vienne* Gallis, urbs episc. Pannoniæ super. ad Danubium, Austriæ metrop. clarissima, inter Pragam 36. & Budam in ort. 30. leuc. vide Juliobona, & Vindobona.

Cat. Flavianum, quod & Flavinianum legitur, *Foiano*, oppidulum Hetruriæ ad Tiberim in finibus Faliscorum, ab urbe ad 24. mill. pass. Flavinium Virg. lib. 7. Æn. unde Flavinius, a, um.

" *Hi Soractis habent arces, Flaviniaque arva.*

Flavina apud Sil. lib. 8.

" *Quique tuos Flavina focos, Sabatia quique.*

Ptol. Flavias, quæ & Flaviopolis, *Fliopoli* ex tab. recent. urbs Ciliciæ mediter. olim episc. sub archiep. Seleuciens. nunc vicus. [* in Seld. man. Φλαυιόπολις.]

Flaviniacum *Flavigny*, opp. Burgundiæ. vide Flavia Æduorum.

Ptol. Flaviobriga, *Bermeo* teste Moral. opp. Hisp. Tarracon. apud oram oceani Cantabrici ad Nervium fluv. à littore 2. leuc. ubi Amanum portus Plin. Sed al. est *Bilbao*, quod à Bermeo 5. leuc. in occ. distat, à Burgis 30. in Bor. à littore 2. urbs Cantabrorum primaria. Sed Bilbaum an. sal. 1298. ædificatum est, teste Jo. Mariana lib. 15. cap. 3.

Flavionavia, quod & Flavion Avia separatim scribitur, *S. Ander* Villanov. & Coquo, opp. præclarum Hisp. in ora Cantabriæ, à Flaviobriga seu Bilbao 14. leuc. in occ. *Ptol.*

Flaviopolis, quæ & Cratia, urbs Bithyniæ in ea parte quæ Honorias dicta est, episc. sub archiep. Gangrensi, vel, ut al. scribunt, sub archiep. Claudiopolitano. Sic etiam Zela urbs Thraciæ dicta est, teste Plin. *Ptol.*

Flavium, *S. Andres* teste Laz. urbs Norici episc. sub archiep. Salisburgens. quæ & Lavantum *Lavandt*, ad fluv. cognominem, qui in Draum labitur, inter Vacorium, & Græcium ad ort. 10. leuc. à Claudia 6. Quæ urbs aliis Solva à Plinio dicta putatur; vel non procul certe abest; cum Solva teste Laz. jaceat. *Plin.*

Flavium Arvense, *Alcolea* teste Mor. opp. Hisp. Bæticæ in Vandalia ab Hispali 8. leuc. distans. *Vet. Insc.*

Flavium Axalitanum, quod & Axalita, *Lora* teste Mor. ac Clus. opp. Hisp. Bæticæ in Vandalia apud Bætim fluv. inter Hispalim 9. & Cordubam 13. leuc. olim municipium. *Vet. Insc.*

* Flavium Brigantium, Brigantium Ant. & Dioni, Brigantia Orosio, *Betanzos*, urbs Hisp. Tarracon. in Callaicis apud Caronium urbem in ora, inde 3. leuc. distans, à Compostella 6. Sic Ant. Beuth. Henr. Coq. & Jo. Mariana sentiunt. At Morali, Taraphæ, & Villanov. est ipsa Compostella urb. vulgo *Sant Jago*, & *S. Jago di Compostella*, à Caronio 10. leucis fere in austr. distans. Floriano vero est ipsum Caronium. Sed cum apud Ptol. urbes diversæ sint Caronium & Brigantium; non recte sentit Florian. nisi sit ipsius Caronii portus: & quoniam ex Ptol. descriptione, Flavium Brigantium parum ab ora littorea recedit, ipsique Caronio propinquum, priori sententiæ subscribo. Sic autem à Vespasiano imper. qui Flavius cognominatus est, dictum putatur. [* man. Seld. Φλαύιον Βριγάντιον.] *Ptol.*

Flavona. vide Flanona. *Ptol.*

Flevo, ins. Rheni, *t' Vlie*, & *Flie* teste Ortel. dicitur, in ostio ipsius Rheni, apud Hollandiam. *Mel.*

Flevum, Flevi lacus Tac. *Suderse*, & *Zuyder-see*, sinus maris Germanici inter Batavos & Frisios, in quem Rheni alveus orientalis cum Isala apud Campenam urbem, inter illam & Volenhoviam opp. influit. Sed Flevum Plin. est ipsius Rheni ostium orientale. *Plin. Mel.*

Flevum Castellum, *Vollenhove* teste Cyro Spangebergio, opp. Frisiæ occident. ad Flevum lac. à Campena urbe Transisalanæ 2. leuc. in Bor. à Stenvico opp. totidem in occ. Sed Becano est *Fledorp*, opp. ejusdem Frisiæ in ora littorea ad Bor. apud Groningam urb. *Tac.*

* Flexum, postea Posonium seu Pisonium, *Presburg* Laz. & al. urbs Pannoniæ super. in Hungaria, apud fines Austriæ, ad Danubium, conventus Hungarici regni post amissam Budam, inter Viennam ad occ. 10. & Budam ad ort. 20. leuc. occurrens. [* Φλῆξυ man. Selden.] *Ant. Ptol. Lib. Not.*

Florentia *Fiorenza*, seu *Firenze*, ut ipsi Florentini scribunt, Gallice & Anglice *Florence*, colonia & urbs archiep. Hetruriæ, quæ magno duci paret, caput, ampla, & elegantissima totius Italiæ, Arno fluv. divisa; olim libera, ac maximæ partis Hetruriæ domina, nunc vero Reip. formam adhuc, sub magno tamen duce ex Medicæa familia, servans. Pop. Fluentini *Ptol. Ant.*

entini Plin. Florentini Tac. Florentia à Syllæ militibus an. ab urbe condita 645, ædificata: colon. postea à Cæs. Aug. Marc. Antonio, & Marc. Lepido eo deducta. A Martino 5. Pont. max. archiep. effecta; synodo generali, in quo Græci Latinis circa fidem consenserunt, sub Eug. 4. Pont. max. clara. De qua illud.

" *Nunc floret Florentia, quæ ante Fluentia dicta est.*

Et lib. 13. Itin.

" *Quo trajecto, altas monstrat Florentia turres,*
' *Hetruscu caput-------*

Anton. Florentiola *Firenzuola*, & *Fiorenzuola*, opp. geminum; unum in Thuscia apud Vatrenum fluv. intra montes, inter Bononiam 30. & Florentiam 24. mill. pass. alterum in Gall. Togata, inter Placentiam 12. & Parmam 23. mill. à Fidentia Julia 8. Placentiam versus.

G.Turon. Floriacum *Fleury*, pag. Gall. Celt. in Burgundiæ duc. & territ. Divionensi. Floriacum alterum ad Ligerim fluv. in agro Aurelianensi, pag. cum cœnobio, quod Floriacense nominatur, Blesis proximum.

Ant. Floriana, opp. Pannoniæ infer. nunc pag. *S. Paul* teste Laz. apud Danubium fluv. & Budam urb.

Plin. Florius, *Ars* teste Mol. fluv. Hisp. in Callaicis apud Nerium prom. in oceanum labens: qui Vir Ptol. dicitur.

Plin. Fluentini, pop. Hetruriæ Arno appositi: qui Florentini putantur. Unde & ipsa Florentia Fluentia dicta est.

Cæs. Flusates, pop. Aquitaniæ: quorum opp. *Foix*, Fuxum Lat. rec. comitat. insignis, inter Tolosam & Consorannos, inde 9. hinc 6. leuc. dissitum. Sed sunt, qui Elusates legendum velint: quorum urbs *Euse* nominatur.

Scrip. Ital. Focaria, *M. di Pesaro* teste Blondo, mons & prom. Umbriæ, inter Pisaurum propinquum, & Fanum. Sic in antiq. Pisauri annalibus.

Plin. Focunates, *Foucigny* vel *Fossigny* teste Pingonio, pop. & opp. Sabaudiæ. Sed Siml. est vallis *Suls*, quæ & S. Bartholomæi nominatur, inter Tridentinos & Venetos. Illud manifestum, eos esse pop. Alpinos in Italia apud Plin. non in Sabaudia, quæ est in Gallia, & in Allobrogibus.

Cantic. Lib. Fons Hortorum, fluv. Adonis, qui *Canis* nominatur teste Postello, qui per Phœniciam ex mont. Libano, seu Antilibano, in mare Syrium apud Berytum decurrit.

Plin. Fons Jovis apud Dodonem in Epiro mirus, faces exstinctas accendens, & accensas extinguens.

Scrip. Hispan. Fons Rapidus *Fuente rabia*, *Fonterabia*, opp. cum arce firmissima adversus Gallos Hisp. Tarrac. in ora Vardulorum, apud Olarsonem opp. excisum, à Gothis an. sal. 625. conditum, inter Baionem urbem Aquit. & Sebastianopolim opp. 5. leuc. dissitum.

Nomina fontium aliquot apud veteres.

Acidalia, Bœotiæ apud Orchomenon.
Aganippe, Bœotiæ ad Heliconem mont.
Albuneus, in Latio apud Tybur.
Arethusa, apud Syracusas in Sicilia
Callirhoe, apud Athenas in Attica
Castalius, Phocidis ad Parnassi mont. radices
Clitorius, apud Clitorium urbem Arcadiæ
Crunos, Atticæ
Cyane, apud Syracusas in Sicilia
Dirce, apud Thebas Bœotiæ
Dircenna, apud Bilbilim Hispaniæ
Gargaphie, apud Plateas in Bœotia
Hippocrene, ad Heliconem mont.
Libethros, Magnesiæ in Thessalia
Liriope, apud Thespias in Bœotia; ubi Narcissus puer suffocatus
Magæa, apud Syracusas in Sicilia
Salmacis, Cariæ apud Halicarnassum, qui & Salmax
Virbius, Laconiæ in Peloponneso

Fontanella, pag. Gall. Celt. ad Sequanam fluv. in territor. Rhotomagens. cum cœnobio celeberrimo, à Rhotomago 12. mill. pass. distans Parisios versus, *Fontanelle*. Martyrol.

Fontecli *la Fondazza*, pag. olim Æmiliæ, nunc rus, cum castro parvo diruto, inter Placentiam & Parmam, à Placentia 13. mill. pass. post Florentiolam opp. distans.

Fontes, pag. Insubriæ apud Aronam, qui & Fontanetum nunc dicitur, à multis fontibus ibi scatentibus dictus, ubi plures exstant inscript. antiq. marmoreæ.

Fontes Aponi *Bagni d' Abano*, balnea cum vico in agro Patavino, quæ Plin. Aquæ Patavinæ dicuntur. vide Aponus. Suet.

Fordunum *Fordon*, opp. Scotiæ amplum, & Merniæ reg. primarium, ubi corpus D. Palladii Scotorum Apostoli præcipue colitur, ab Aberdonia 15. mill. distans in Africum. Scrip. Scot.

Forentani, pop. Apuliæ, sive Lucaniæ in conf. quorum opp. Forentum, Ferentum ut videtur apud Horat. *Forenzo*, à Venusia 9. mill. pass. in ort. Acherontiam versus recedens. Plin.

Formiæ, quæ & Phormiæ, & Hormiæ Græcis, colon. & urb. episc. antiqua Læstrygonum sedes, à Saracenis excisa, in Latio novo, nunc vero in Campaniæ ora littorali, inter Cajetam ad occ. 4. & Minturnas ad ort. 9. mill. pass. occurrens, ubi nunc *Mola* pagus elegans & amœnus, qui non ipsæ Formiæ, sed potius Molæ Formianæ à Cic. memoratæ, est. Sedes hujus urbis, prorsus eversæ apud Molam, episcopalis Cajetam translata est. Cavendus est error hic Strab. Formias à Tarracina 400. stad. distare scribentis, cum neque 200. distent. Hinc sin. Formianus, *Golfo di Gaietta*. Hujus urbis mem. Mart. lib. 10. ep. 30. Cic. Liv. Strab. Plin.

" *O temperatæ dulce Formiæ littus.*

ubi Formiæ num. sing.

Formianum, villa Ciceronis erat in agro Formiano: cujus locus adhuc vulgo *Ciceron* teste Smetio nominatur. Hinc Formianus, a, um. Hor. l. 1. carm. od. 20. Cicer.

' *Temperant vites, neque Formiani*
' *Pocula colles.*

Formio, *Risano* teste Vergerio cum Leand. fluv. Istriæ in mare Hadriaticum inter Tergestum & Justinopolim influens: ostia à Tergesto 6. mill. pass. absunt. Ptol.

Foroaugustani, pop. Hisp. Tarrac. quorum urbs Libisosa.

Forthea *Fyrth*, vel *Frith*, fluv. ingens Scotiæ Edimburgum regiam Scotorum præterluens, qui Loxa Ptol. dicitur [ut nonnullis videtur.] vide Bodotria. Scrip. Scot.

Fortia Castra, *Sterzing* teste Laz. vel *Sterzingen*. opp. Norici, in Rhætiæ conf. in comitat. Tyrolensi, non obscurum, inter Brixinonem 4. & Oenipontem ad arctos vergentem 6. leuc. quod & Stiriacum etiam Latine dicitur. Lib. Itin.

Fortunæ Templum erat in Campania, inter Cales & Teanum urbes propinquas, 4. tantum inter se mill. pass. distantes. Strab.

Fortunatæ insulæ, maris Atlantici, quæ *Isole Canarie* hodie, & Hispan. *Islas de Canaria*, dicuntur. Quarum nomina apud Plin. sunt Ombrio, Junonia gemina, Capraria, Nivaria, & Canaria. Apud Ptol. vero Aprositos, Heras, Pluitalia, Casperia, Canaria, & Cen- Plin. Ptol. & al.

Centuria. Absunt à Gadibus in Notolibycum 230. leuc. Hispanicis, in navigatione ad orbem novum occurrentes, sub Hispanis. Nunc 7. sunt, una earum in duas forte maris æstu divisa.

Strab. Liv. & al. Foruli, vicus Sabinorum in rupe prærupta apud Marsorum confinia, adhuc vulgo *Forolo* dictus, apud Himellæ fluv. ortum. Cujus memin. Virg. lib. 7. Æn.

" *Casperiamq; colunt, Forulosque, & flumen Himellæ.*

Tac. Forum Alieni, opp. Æmiliæ apud Padum fluv. ubi nunc Ferraria urbs *Ferrara*, teste Jo. Bocatio cum al. inter Bononiam 32. & Patavium in Bor. 48. ac inter Mantuam & Ravennam 50. à Verona vero 60. mill. pass.

Cic. Hor. Ant. Ptol. & al. Forum Appii, urbs Latii olim episc. in finibus Volscorum, apud Pontinam paludem, inter Ariciam & Feroniam, ac inter tres Tabernas & Tarracinam, à qua 12. mill. pass. recedit Romam versus 48. prorsus excisa. Locus *Cale nuoue*, seu *Case noue* Celso Cittad. al. *li Maruti* diversorium: al. vero ubi *Fossa nuoua* monasterium & abbatia: quæ loca omnia sunt proxima. Pop. Foroappii Plin. Mem. Hor. lib. 1. serm. sat. 5.

" ——— *inde Forum Appi*
" *Differtum nautis, cauponibus atque malignis.*

Ovid. Forum Augustum, sive Forum Augusti, in urbe Roma, ab Ovid. lib. 5. fast. memor.

" *Templaque in Augusto conspicienda Foro.*

Vide infra, ubi fora urbis Romæ describuntur.

Ant. Forum Aurelii opp. erat Hetruriæ, medium inter Centum Cellas & Cosam, 25. mill. pass. utrinque distans, in ora apud Graviscas, prorsus exstinctum.

Ptol. Forum Bibalorum, *Fomillam* teste Mol. opp. fuit Hisp. Tarracon. apud Aquiflavienses, nunc vic. in agro Aquarum Flaviarum in regno Portugallico.

Vet. Insc. Forum Calvisii *Calvisano*, opp. Cenomanorum in agro Brixiano, inter Brixiam 15. & Asulam 10. mill. pass. dissitum.

Anton. Forum Cassii *S. Maria Forcassi*, urbs olim episc. Hetruriæ apud Vetrallam opp. quod nonnulli ipsum Forum Cassii esse contendunt, inter Sutrium & Viterbium ad 7. mill. pass.

Ant. Ptol. Forum Claudii, Clodii Plin. *Tolsa noua*, opp. Thusciæ mediterr. apud oram australem, inter Bracenum & Cornuetum, ab urbe Roma 28. mill. pass. in occ. ubi aluminis minera.

Ptol. Forum Claudii alterum, *Tarantaise* teste Cœnali, urbs archiep. apud Alpes Graias in finibus Allobrogum, seu in Sabaudia. Al. est *Novalesa*, opp. cum cœnobio apud Alpes Cottias, à Segusio 4. mill. pass. interius distans. quod magis probatur: hoc enim in Italia est, non in Gallia; & à Ptol. in Italia describitur.

Plin. Forum Clodii. vide Claudii.

Plin. Ant. Ptol. & al. Forum Cornelii, Cornelium Cic. quod & Syllæ Forum appellatur, *Imola*, urbs Æmiliæ seu Gall. Togatæ in Romandiola, apud Vatrenum fluv. inter Bononiam 20. & Faventiam in ort. 10. mill. pass. episc. sub archiep. Ravennate, inde 24. mill. Bononiam versus. Pop. Forocornelienses Plin. & Cornelienses al.

Plin. Forum Decii fuit opp. Sabinorum, cujus hodie nullum prorsus exstat vestigium.

Ptol. Forum Diuguntorum, sive, ut habet text. Græcus, Jutuntorum, opp. fuit Gall. Transpadanæ: quod aliis est *Crema* urbs, aliis *Picighiton*, opp. cum arce firmissima in finibus Cenomanorum ad Adduam fluv. à Cremona 12. mill. pass. in occ. Ticinum versus.

Anton. Forum Domitii, *Fabregas* teste Varrerio, opp. Gall. Narbon. in Occitana reg. inter Nemausum 45. & Biteras 30. mill. pass. ex Itin. Anton. à Cæserone 12. in ort.

Forum Egurrorum, *Medina de Rio Seco* Villanov. & al. opp. præclarum Hisp. Tarracon. in regno Legionens. à Legione 15. leuc. in Austrum, à Vallisoleto 8. in Africum Asturicam versus 14. vel certe non longe. *Ptol.*

* Forum Flaminii *Forflamme*, urbs Umbriæ episc. à Longobardis eversa: locus adhuc nom. antiq. retinet, à Fulginio, quod illi in episcopali honore successit, 3. mill. pass. Nuceriam versus. Sunt qui Forum Flaminii nunc Fulginium dici putent, cum ex Plin. & lib. concil. urbes diversas esse constet, quæ eodem tempore episcopalem sedem habuerunt. [* manusc. Seld. Φόρος Φλαβινίου.] *Plin. Ptol.*

Forum Fulvii, quod & Valentinum, *Valenza*, opp. amplum Liguriæ Pado impositum fluv. in Gallia Cispadana, ab Alexandria 7. mill. pass. in Bor. Ticinum versus, unde 27. abest. *Plin.*

Forum Gallorum *Castel Franco*, oppidulum Æmiliæ, seu Gall. Togatæ, in via Æmilia, inter Bononiam (in cujus agro est) 14. & Mutinam 6. mil. pass. occurrens. *Cic. App. Front.*

Forum Gallorum alterum, *Gurrea* teste Hieron. Zurita, opp. Hisp. Tarracon. in Arragonia, inter Cæsaraugustam 5. & Jacam in Bor. 14. mill. Hisp. distans. *Ant.*

Forum Julium, & Julii, *Freius*, colonia Octavianorum Plin. & urbs Gall. Narbon. episc. sub archiep. Aquensi, unde & à Massilia 600. stad. teste Strab. abest in ort. in ora Provinciæ litt. inter Nicæam & Telonem 10. & 12. leuc. Forum item Julium Tac. & Ptol. *Cividal d' Austria* alias, nunc *Cividal del Friuli* teste Leand. & Laz. ac aliis, colon. & urbs Carnorum, ab Utino 8. mill. pass. in Bor. ab Aquileia 22. in Circium, quod & Castrum Juliense Diac. dicitur. Forum præterea Julium Plin. qui pop. Forojulienses memorat, *Friuli* & *Patria* à Venetis, quibus paret, *Friaul* Germ. quæ & Carnia veteribus, reg. est Italiæ, Venetiæ pars, inter marchiam Tarvisinam, & Histriam, ac Noricum contenta. Cujus Utinum caput est, & conventus juridicus. Ejus mem. Fortun. in vita S. Mart. l. 4. *Plin. Strab. Ptol.*

" *Inde Foro Juli de nomine principis exi.*

Forum Lebuorum, seu Lebeuorum, aut Libycorum, & Lebetiorum, (variè enim Leandro & Ortel. testibus legitur, qui Plin. & Ptol. citant, apud quos neque Lebui, neque Lebetii leguntur) *Borgo Lavizaro* teste Merula, & Leand. opp. Insubriæ in agro Novariensi, à Novaria 5. mill. pass. distans, Casalensem urbem versus. Forte Forum Libicorum, quorum mem. Ptol. vel Lebuorum, quos memor. Polyb. *Polyb. Plin. Ptol.*

Forum Licinii, seu Liciniforum apud Plin. *la Pieve d' Incino* teste Leand. opp. olim Insubriæ, nunc pag. agri Mediolanens. à Mediolano 30. mill. pass. in Bor. distans. *Plin.*

Forum Limicorum, *Puente de Lima* teste Floriano, & *Ponte di Lima*, opp. Hisp. in finibus Bracarum in regno Portugallico ad Limium fluv. à Bracara urb. 4. leuc. in Bor. distans. *Ptol.*

Forum Livii *Forli*, urbs Gall. Togatæ epis. sub archiep. Ravennate, unde 16. mill. pass. abest, in via Æmilia, media inter Faventiam & Cesenam urbes Romandiolæ, utrinque 10. mill. pass. distans. Pop. Forolivienses. *Plin. Anton.*

Forum Narbasorum, opp. Hisp. Tarracon. in finibus Asturum excisum: locus *Arvas* hodie teste Mor. nominatur, inter Legionem & Ovetum. *Ptol.*

Forum Neronis, urbs Gall. Narbon. in Occitana, cujus pop. Foroneronienses, & Lutevani Plin. dicuntur. vide Luteva. *Ptol.*

Forum novum urbs fuit Sabinorum apud Oretum opp. excisa. Est & Forum novum ex vet. inscript. opp. Gall. Tog. seu in Gallia Cispad. & in territ. *Plin.*

Parmensi ad Tarum fluv. à Parma 10. mill. pass. *Fornovo* pag.

Plin. Forum Popilii vel Pompilii, *Forlimpopoli*, urbs olim episc. sub archiep. Ravennate, nunc opp. (sede episc. Britinorium proximam urbem translata) Æmiliæ in Romandiola, inter Forum Livii 4. & Cesenam in ort. 6. mill. pass. occurrens. Pop. Foropopilienses Plin. Urbs à Grimoaldo Longobardorum rege an. sal. 700. primum, deinde ab Ægidio Cardin. legato in Italia an. 1270. eversa est, sedesque episcopalis Britinorium recepta.

Ptol. Forum * Segusianorum, *Feurs* teste Dalechampio, opp. Gall. Celticæ, Forestiæ reg. opp. primarium, à Lugduno 8. leuc. in occ. Arvernos versus. Sunt qui etiam Forum Sebusianorum legunt, quod *Bourg en Bresse* esse dicunt, opp. Gall. Celt. inter Lugdunum, & Matisconam, cui propius est, regionis Brixiæ, inter Sabaudiam & Burgundiam, comit. caput. Sed apud Ptol. Forum Segusianorum duntaxat legitur. [* Τεγυσιανῶν in manusc. Seldeni.]

Strab. Plin. & al. Forum Sempronii *Fossumbron*, *Fossombrone*, *Fossombruno*, urbs Umbriæ episc. sub archiep. Urbinate, inde 10. mill. pass. distans, ad Metaurum fluv. in duc. Urbinate, inter Fanum 15. & Callium in austrum 10. mill. occurrens.

P. Diac. Forum Statiellorum *Villa de Fo*, opp. olim, nunc pag. agri Alexandrini in Liguria, inter Alexandriam 4. & Ovilias, patriam nostram, 2. mill. pass. distans, haud procul à Tanaro fluv.

Ptol. Forum Tiberii, *Keyserstul* teste Rhenano, opp. Germ. super. ad Rhenum fluv. in Helvetia, inter Scaphusam 2. & Thermas superiores, 1. leuc. dissitum, à Basilea 10. in austrum, Constantiam versus, haud obscurum.

Plin. Forum Truentinorum, opp. Æmiliæ excisum apud Britinorium & Forum Popilii, ab eo 3. mill. pass. distans, à Britinorio 1. Cujus locus adhuc *Tro* incolis nominatur.

Plin. Forum Valentinum. vide Forum Fulvii.

Plin. Forum Vibii, opp. Gall. Subalpinæ, seu ut scribit Plin. Gall. Transpadanæ, in cujus agro Padus fluv. conditus, rursus emergit, teste Plin. Quod opp. Leander non sine errore apertissimo *Villach* interpretatur, quæ urbs est Norici in Carinthia. Est autem *Bibiena* nunc, opp. Pedemontanæ reg. à Taurinis ad 22. mill. pass. in occ. Pop. Forovibienses Plin.

Plin. Ant. Forum Voconii, opp. Gall. Narbonens. quod varie indigitant. Nam Pinetus illud *Chambery* urbem, caput Allobrogum, seu Sabaudiæ, interpretatur (quod potius est Civaro.) Alii *Freius* urbem Provinciæ maritimam esse volunt. Sed ex Anton. Itin. & ipso Plin. neque *Chambery*, neque *Freius* esse potest, cum à Foro Julio 12. sive, ut alii cod. habent, 22. mill. pass. ex Ant. Itin. distet. Consulendi sunt in re hac regionis periti.

Strab. Forum Vulcani, Campi Phlegræi Plin. & Sol. *la Solfatara*, locus est Campaniæ apud Puteolos, inde 2. mill. pass. Neapolim versus distans, in morem ingentis theatri ignes perpetuos emittens, & sulfur gignens.

Fora urbis Romæ ex P. Victore.

Forum Archimonii, ubi ædes S. Nicolai Archimonii.

Forum Augusti, ubi nunc templum S. Adriani, Romano vicinum.

Forum Boarium, ubi templum S. Gregorii, inter Romanum & Tiberim.

Forum Cæsaris, ubi porticus est Faustinæ Augusti uxoris, Romano proximum; cujus memin. Ovid. lib. 3. trist. eleg. 1.

" ———*hæc sunt fora Cæsaris, inquit.*

Forum Nervæ, apud Capitolium, inter ædes S. Hadriani & S. Basilii.

Forum Olitorium, nunc *Piazza Montanara*, ad theatrum Marcelli, inter Capitolium & Tiberim.

Forum Palladium, apud Romanum, ubi ædes S. Andreæ in Pallata; cujus mem. Mart. lib. 1. ep. 2.

" *Limina quos pacis, Palladiumque Forum.*

Forum Piscarium, apud Tiberim fluv. & theatrum Marcelli, inter Boarium & Olitorium.

Forum Romanum, apud porticum Faustinæ, inter Capitolium & Palatinum, in quo Vestæ templum erat.

Forum Sallustianum, apud hortos Sallustianos, inter ædem S. Susannæ & Salariam portam.

Forum Suarium, apud vetus Columnensium palatium, & mont. Quirinalem.

Forum Trajani, proximum Foro Nervæ, inter Capitolium & mont. Quirinalem.

Fosi, pop. Germ. Cheruscis finitimi, *Dietmerscher* teste Althamero, & regio *Dietmersch*. Sed aliis *Fosseuerde*, tractus Frisiæ occ. ubi non longe Fosete insf. vulgo *Amelandt*, teste Hieron. Verrutio. Tac.

Fossa Carbulonis, *Leck* teste Ortel. fluv. Batavorum in Hollandia, à Corbulone ex Rheno derivatus, spatio 23. mill. pass. Mosæ congrediens ad Crimpam pag. Tac.

Fossa Clodia *Chioza*, urbs Venetiæ epis. sub patr. Veneto, in ora, inter Hadriam & Venetias 25. mill. pass. vide Clodia Fossa: quæ & Clugia postea dicta est. De qua lib. 3. Itiner. Plin.

" *Inde sumus Clugiam velo remisque profecti,*
" *In qua Fossa vetus mutavit Clodia nomen.*

Fossa Drusiana *Ysel* & *Yssel*, fluv. Germ. infer. in duc. Geldriæ, à Druso ex Rheno derivatus, & in Flevum sinum perductus per Transisalanam reg. Seu verius pars Rheni in Isalam fluv. fossa deducta ad Drusoburgum opp. quod *Doesburg* hodie dicitur. Tac. Suet.

Fossa Mariana, opp. Gall. Narbonens. ad fossam quam C. Marius ex Rhodano fluv. deduxit, excisum. Locus adhuc *Fos* nominatur: licet Ortel. cum al. plerisque *Aigues mortes* opp. & alii *Camargue* opp. non sine errore interpretentur; sicuti & author Thes. ling. Lat. Plin. Mel. Anton. & al.

Fossa Messanicia *Canal di S. Alberto*, locus quo naves ex Pado in mare Ravennam usque, per paludem Padusam, deducuntur. Plin.

Fossa Neronis, *Licola* teste Sanfelicio, fossa quam Nero ex sinu Baiano Hostiam usque perducere tentavit. Tac. Suet.

Fossæ * Papirianæ, *Fos de novo* vel *Fossel novo* teste Leand. oppidulum Hetruriæ clarum apud Macram fluv. inter Lunam & Apuam, à Sarzana urbe 7. mill. pass. ab Apua 18. à Massa 8. [* man. Seld. Παπιριάνης.] Ptol.

Fossæ Philistinæ vel Fossiones Philistinæ, *Fossone* teste Georg. Fabric. unum ex Padi fluv. ostiis: quæ Fossæ, Tartarus fluv. à Tacito nominantur, vulgo etiam *Tartaro* interius dictus; qui una cum Athesi inter Carbonariam & Fossam Clodiam, 10. mill. pass. inter utramque, exit in mare. Plin.

Fossanum *Fossano*, urbs Liguriæ episc. recens sub archiep. Taurinensi, in Pedemontana reg. inter Augustam Taurinorum 24. & Montem Vici 10. mill. pass. media inter Albam Pompeiam & Montem Vici. Prov. Rom.

Fossatum *Fossato*, opp. Umbriæ, inter Eugubium & Saxoferratum, ad 14. mill. pass. dissidens, inter Validum & Sigillum opp. proxima, à Nuceria 11. Fuit & locus Æmiliæ apud Ravennam, ubi Theodoricus rex Odoacrem fugavit, qui *Fossato* adhuc appellatur. Vet. Inscr.

Franci, pop. Germ. quorum reg. Franconia, ampla, quæ & Francia orientalis, ad Gallicæ Franciæ dis- Amm. Eutrop. & al.

discrimen, nominatur: qui in Galliam trajicientes, illi nomen Franciæ indiderunt, fueruntque propterea Galli deinceps *Francesi* dicti apud Italos, & alios. Fuerunt & Franci in Germ. infer. prius Sicambri teste Orosio: quorum opp. adhuc *Francken* in duc. Bergensi durat, seu in comitatu Marchensi, teste H. Junio. In Frisia quoque habitasse Francos Procop. est testis, ubi *Franeker* urbs, apud oram illius Bor. à Leuardo urb. primaria 3. leuc. distans. Horum mem. Claud. de laudib. Stilic. lib. 2.

" *Qui mihi Germanos solus, Francosque subegit.*

Aus. Francia occidentalis, (orientalis enim est prov. Germaniæ, & Franconia dicitur) pars Galliæ inter Ligerim & Sequanam, quæ proprie *la France* à Gallis nominatur, licet apud Italos nomen Franciæ toti Galliæ, excepta magna Belgicæ parte, tribuatur. De qua Claud. de laud. Stil. l. 1.

" ——— *fallax quam Francia reges,*
" *Quos dederis* ———

Scrip. Germ. Francofurtum, & Francphordia, Helenopolis olim ex vetere inscript. quasi Francorum trajectus, *Franckford*, *Francfort*, vel *Franckfurt*, urbs Germ. magnæ clarissima, in Franconia, ad Mœnum fluv. urbs lib. & empor. celeberrimum Moguntiæ finitimum, inde 4. leuc. in ort. Est & Francfurtum ad Oderam *Franckfurt*, urbs Germ. in marchia Brandeburgensi gymnasio celebris, à Berlino, & Colonia, ubi sedes principis, 10. leuc. in ort. De Francfordia priore quidam poeta Germ. lib. 5. Itin. sic;

" *Mox turres effert Francfordia nobilis altas,*
" *Urbs decus imperii, qua primos Cæsar honores*
" *Accipit* ———

Cic. Francones, qui aliis, præsertim Claud. Franci dicuntur, pop. Germ. magnæ: quorum reg. Francia orientalis, & Franconia, & incolis *Franckenlandt* appellatur.

Urbes clariores Franconiæ.

Bamberga *Bamberg*, episc. sub archiep. Moguntino.
Cocabus *Coburg*, sedes ducis.
Culmbachium *Culmbach*.
Francphordia ad Mœnum, Helenopolis, *Franckford*, lib. & emp.
Herbipolis *Wirtzburg*, episc. & acad. sub archiep. Moguntino, cap. regionis.
Moguntia, vet. Mocontiacum, *Mentz*, archiep.
Noriberga *Nurnberg*, in Nortgoiæ conf. lib. & emp.
Onolsbachium *Onspach*.
Rotenburgum, à fluv. Tuberum etiam dictum, *Rotenburg*, libera.
Suemphordia *Schweinfurdt*, quasi Suevorum trajectus, lib.
Trutavia *Forckheim*, lib.
Winshemium *Winsheim*, lib.
Sunt præter has, Karolostadium, Cronachium, Mergethum, Mons Regius, Aschenburgum, & aliæ.

P. Diac. Francorum rivulus *Refranco*, vel *Rifranco*, pag. Liguriæ inter Alexandriam & Astam, à qua 6. mill. pass. abest.

Ptol. Frateria, seu Phrateria, *Brossa*, & Hungarice *Zarzuara*, teste Laz. opp. Daciæ in Transylvania ad Marysium fluv.

Plin. Fratuertium *Terza*, opp. præclarum Apuliæ Peucetiæ in Basilicatæ, seu Lucaniæ conf. inter Materam ad occ. 12. & Castaniam ad ort. 6. mill. pass. In Thes. ling. Lat. proximum Hydrunto scribitur, à quo tamen longe distat, fere 100. mill. pass.

Ptol. Fratuolum, *Palo* teste Ortel. opp. Hirpinorum.

Luitpr. Fraxinetum *Frassinel*, oppidulum Liguriæ ad Padum fluv. inter Forum Fulvii, & Casalensem urb.

Ant. Fraxinum *Fresno*, opp. Hisp. geminum: unum in Bætica, & Vandalia, à Corduba 8. leuc. in Bor. alterum in Tarracon. in Arragonia, apud Bilbilim, inde 2. leuc. Cæsaraugustam versus 12. Est & Fraxinum opp. Hisp. in Castella vet. ab Uxama 4. leuc. Madritum versus; & alterum in eadem Castella apud Carpium, inde leuca una recedens. Fraxinum præterea apud Anton. opp. olim nunc pag. Lusit. in regno Portugallico, *Alpalhano*, seu *Gaviano* teste Vasconc. inter Tubucci & Medobrigam supra 7. leuc. in via quæ Ulyssipone Emeritam ducit.

Fregellæ, *Ponte Corvo* teste Car. Sigon. cum al. colonia & urb. olim clara Latii, nunc opp. in Campania apud Lirim fluv. Aquino finitimum, ubi episcopus Aquinas residet, ab Aquino 8. mill. pass. inter Ceperanum 9. & Minturnas 20. licet Aldus Manut. putet excisum esse, & ex ruinis Ceperanum conditum esse. Nam Fregellas à L. Opimio excisas an. ab urbe condita 630. Liv. refert. De qua urbe Sil. lib. 5. Liv. Strab. & al.

" ——— *hunc tristes luxere Fregellæ.*

Fregenæ, Fregena Liv. colon. & opp. Hetruriæ in ora, inter Alsium & ostia Tiberina, excisum: locus nunc *Palo* teste Leand. dicitur, ab urbe Roma 30. mill. pass. distans, inter Pyrgas ad occ. 120. & ostia Tiberis ad ort. 140. stad. teste Strab. Thes. ling. Lat. in tractu Umbriæ illas locat; cum longissime ab Umbria distent. Strab. Plin. Paterc. & al.

Frentani & Ferentani, pop. Italiæ in ora, inter Marrucinos ad occ. & Apulos ad ortum, quorum urbs Ferentanum, & Frentanum, Teano Apulorum proxima fuit teste Strab. Ex quo liquet eam non esse opp. quod nunc Francam Villam dicant, inter Ortonam & Aternum, uti plerisque videtur. Horum urb. est Anxanum. Mem. eorum Sil. lib. 8. Strab. Plin. Liv. & al.

" *Marrucina simul Frentanis æmula pubes.*

Hos proximos Dauniis & Picentibus facit Thes. ling. Lat. Sed à Piceno longe distant, multis pop. interstitis.

Frento, *Fortoro* teste Nig. & Mazz. fluv. Frentanorum, illos ab Apulis Dauniis disterminans, ac Larinum urbem alluens. Plin.

Frequentum *Fricenti*, urbs Hirpinorum episc. sub archiep. Beneventano, inde 16. mill. pass. distans, paulo remotior ab Abellino, apud Jesualdum opp. Episcopatus ejus hodie Abellinati copulatus est. Pop. Frequentinates Plin. Plin.

Fretum Britannicum, Gallicum Sol. Morinorum Gratio, Oceani Tac. Fretalis oceanus Amm. mare inter Morinos & Britannos interfusum, 30. mill. pass. patens, *Pas de Calais* Gallis, Belgis *De Hoofden*, teste Ortel. Anglis *the Streight of Callis*. Strab.

Fretum maris Caspii, maris angustia ad ortum, in quam Oxus fluv. influit. Mel.

Fretum Cimmerium, *Stretto di Caffa* teste Castal. angustia maris ad Bosporum Cimmerium. Herod.

Fretum Euripi. vide Euripus Chalcidicus.

Fretum Herculeum & Gaditanum, Porthmos Græcis teste Plin. & Limen maris interni, Fretum Columnarum Strab. Fretum oceani Liv. Ostium oceani Floro, Fretum Iberum Auson. Fretum Hispanum Claud. Trajectum A. Hirt. *Estrecho de Gibraltar*, & *Stretto di Gibraltar*, maris angustia inter Hispaniam & Mauritaniam Tingit. 9. mill. pass. patens. Liv. Plin.

Fretum Mamertinum, Hadriaticum Oros. Siculum, & Siciliæ Plin. Cicer. Tac. Rheginum etiam Strab. Scyllæum Athen. Trajectum Auson. angustia maris inter Italiam & Siciliam, quæ *Faro di Messina* nominatur. Strab.

Fretum Ponticum: idem quod Bosporus Cimmerius.

Friburgum *Freiburg*, urbs gemina: una in Helvetiis Scr. Germ.

vetiis, Bernæ finitima, paulo supra 2. leuc. in occ. distans, à Salodoro in occ. unus ex 13. Helveticis conventibus: altera in Germ. magna, in Brisgoia reg. academia, & sedes episcopi Basiliensis, à Basilia 7. leuc. in ort. distans, à Rotovilla 5. in Bor. Alia item non obscura in Misnia, Annabergæ finitima, ut in lib. 7. Itin.

" *Accipior lautæ Friburgæ; & luce sequenti*
' *Occidua montem venimus, Anna, tuum.*

Ant. Claud. Frigidus *Vipao*, fluv. Iapodum in Carniola reg. cum opp. cognomine, inter Aquileiam 36. & Æmoniam in Bor. & Cæc. 40. mill. pass. ubi Theodosius imp. Eugenium tyrannum vicit. Frigidus alter, fluv. Thusciæ in agro Aretino, *Freddo* vulgo, à Tibullo memor. lib. 4. el. 8.

" *Atque Aretino Frigidus amnis agro.*

Plin. Frisiabones, pop. Germ. inter Helium & Flevum ostia Rheni: quos *Waterlandt* partem Hollandiæ Borealem Frisiis conterminam incolere Ortel. non audet affirmare.

Plin. Tac. Ptol. Frisii, pop. Germ. ad oceanum, inter ostia Rheni & Visurgis fluv. incolentes; quorum alii majores, alii minores appellantur. Illorum reg. *Oostfriesen*, id est, Frisia orientalis, horum *Westfriesen*, id est, Frisia occidentalis, dicitur. Frisiones Sigeb. & al. posterioribus dicuntur.

Urbes Frisiæ orientalis.

Auricum *Aurick.*
Embda *Embden*, emp. & caput reg.
Esenæ *Essens.*
Jeveria *Jever.*
Norda *Norden.*
Oectha *Oecht.*
Oldenburgum *Oldenburg*, com.
Ovelguna *Owelgun.*
Rhyda *Rhyde.*
Stichusa *Stichusen.*
Vitemunda *Witemundt.*

Urbes Frisiæ occidentalis.

Bolsuardum *Bolswardt.*
Damum *Dam.*
Docum *Dockum.*
Franicheria *Franeker.*
* Groninga *Groeningen*, episc. sub archiep. Trajectino primaria.
Harlinga *Harlingen.*
* Leuardum seu Leuardia *Leeuwarden*, episc. sub archiep. Trajectino, convent. jurid.
Stauria *Staveren.*
Præter has, Hendilopia, Ilstum, Sneca, Slota, & Vorcum.

Frisinga *Freising*, urb. Vindeliciæ in Bavaria episc. sub archiep. Salisburgens. inter Monachium 8. & Landshutam in Cæc. 6. leuc. ab Augusta Vindelicorum paulo supra 8. in ort. ad Mosacum fluv. non longe in Hisaram labentem. vide Fruxinum.

Mel. Frons Africæ, *Capo de bona speranza*, incolis *Zanguebar* teste Marm. Verum cum à Plin. & Mela post Cornu Hesperium in ora occ. maris Atlantici describitur, ab al. *Capo verde*, incolis *Tagazza*, esse putatur. Priori tamen sententiæ subscribo, quod caput bonæ spei revera Frons est Africæ, cum sit prom. illius Australissimum.

Oros. Frons Asiæ, ora Asiæ orientalis, quæ oceano Eoo alluitur.

Mel. Frons Galliæ, quæ oceano ad occ. exposita est.

Tac. Frons Germaniæ, ea pars quæ Danubio adjacet.

Plin. Frons Hispaniæ, quæ oceano occiduo objecta est.

Plin. Frons Italiæ, ea pars Italiæ, quæ inter duo prom. Leucopetram & Lacinium in mare porrigitur.

Frusino, Frusinum Strab. Ptol. & al. *Fraselone*, urbs Latii olim episc. nunc opp. in Hernicis in colle post Ferentinum 6. mill. pass. ab urbe Roma Casinum proficiscentibus occurrens, apud Cosam fluv. Verulo propinqua, Frusinona colon. à Frontino dicta. Mem. illius Sil. lib. 8. Liv. Fest.

" *Suessa, atque à duro Frusino haud imbellis aratro.*

Patria fuit Ormisdæ & Silverii summ. pont. Phrusino, uti apud Græcos, legitur apud Plaut. in Captiv.

Fruxinum, *Freysingen* teste Rhenano, urbs Vindeliciæ ad Hisaram fluv. in Bavaria, inter Augustam ad occ. 8. & Landshutam ad ort. 6. ac inter Monachium ad Austrum 8. & Ratisponam ad Bor. 11. leuc. in colle, apud Mosaci fluv. cum Hisara confluentiam. Scrip. Bav.

Fucinus *Lago di Celano*, & *Lago di Marso*, ac etiam *di Tagliacozzo*, lacus Latii in finibus Marsorum, ab oppidis circumstantibus nominatus. Hinc Aqua Martia Romam perducta. Ejus mem. Virg. lib. 7. Æn. Strab. Plin. & al.

" *Te nemus Angitiæ, vitrea te Fucinus unda.*

Fulcheria insula *Ghiara d' Adda*, regiuncula Cenomanorum inter Abduam & Serium flu. apud Cremam urbem recentem, in Laudensis, Bergomensis, & Cremonensis agri confinio. Sigon. P. Diac.

Fulda *Fuld*, urbs Germ. cum fluv. cognomine, à quo urbs nomen habet, in Franconiæ Hassiæque conf. inter Martisburgum ad occ. 8. & Coburgum ad ort. 7. leuc. Fagiæ reg. caput, ac abbatia celebris. Templum insigne habet cum aurea rota, ut in lib. 5. Itin. Scrip. Germ.

" *Nos Fuldam ingredimur, mirati templa rotamq;*
' *Auream, & Idææ resonantem sistra Cybeles.*

Fulsinium, seu Fulcinium ut alii legunt, opp. Curictæ ins. Liburniæ adjacentis. Pop. Fulcinates, seu Fulginates apud Plin. *VVeleka* dici videtur apud Vegiam in ora Australi. Ptol.

Fullinium, Fulcinium App. Fulginia Sil. *Foligno*, vel *Fuligno*, urbs Umbriæ episc. ad Tiniam fluv. intermeantem, inter Perusiam ad occ. 18. & Spoletium in Eurum 15. mill. pass. licet App. Alex. illam à Perusia 160. stad. distare scribit. Pop. Fulginates Plin. De ea Sil. lib. 8. Cat.

" *Inginum, patuloq; jacens sine mœnibus arvo*
' *Fulginia*———

Funchala, urbs episc. sub archiep. Ulyssiponens. cum prius esset metrop. Junoniæ ins. quæ Madera nominatur.

Fundanus Lacus *Lago di Fondi* in Latio, apud Fundos urb. Tarracinam versus, fere hoc tempore exsiccatus; ubi quoque mons Fundanus *Montagna di Fondi.* Plin. Tac.

Fundi *Fondi*, col. & urbs episc. Latii, in regni Neapolitani initio, primum ex urbe Roma Neapolim proficiscentibus occurrens, post Tarracinam 10. mil. pass. media inter illam & Formias. Hinc Fundanus nom. gent. & Fundana vina. Hanc mem. Sil. lib. 8. Cic. Strab. Mel. & al.

" *Fundique, & regnata Lamo Cajeta, domusque.*

Furconium, quasi Forum Conæ, & Avia Ptol. *Forcone*, urbs Vestinorum olim episc. excisa, ex cujus ruinis & Amiterni coaluit Aquila urb. inde 8. mil. pass. distans. Vet. Inscr.

Furnæ *Vuerne*, opp. Belgii in Flandria apud oram littoralem, inter Neoportum 2. & Bergas 4. leuc. ab Hypris urbe episc. 6. in Bor. Scrip. Belg.

Fut, Phthut Ptolem. fluv. Maurit. Tingit. cum Phut opp. in ora littorali, inter Solis mont. & Mysocaram portum in oceanum Atlanticum sese exonerans. Plin.

Gabala,

G.

Plin. Ptol. GAbala, *Gibel* teste G. Tyrio cum al. urb. Syriæ cavæ marit. inter Laodiceam ad Bor. 18. & Balanæas ad Austrum 24. mill. pass. archiep. sub Antiocheno patriarch.

Strab. Plin. Gabales, Gabali Cæs. pop. & urbs Gall. Aquit. Velaunis & Arvernis finitimi; quorum reg. *Gevodan* teste Poldo, vel *Givaudan*, & urbs Mimatum *Mande* dicitur, episc. sub archiep. Bituricens. inter Velaunos ad ort. & Ruthenos ad occ. 5. leuc. *Gaballi Ptol. Gabales vero Sidon. Apoll. carm. 24.

" *Tum terram Gabalum satis nivosam.*

[* manusc. Seldeni Στάβαλοι.]

Plin. Gabalicus pag. Gall. Narbonens. in territ. Nemausens. *Bagnolx* vel *Baignols*, (non *Baulx*, ut apud Ortel. scribitur) inter Pontem S. Spiritus 4. & Nemausum 10. leuc.

Sidon. Gabalus, quæ & Gavalis posterioribus, quibus etiam Gavalitana urb. & Mimatum, *Mande*, urb. episc. Gall. Aquit. de qua supra, (vide Gabales) inter S. Florum & Ruthenum urbes 5. leuc. cujus mem. Ven. Fortun. lib. 8.

" *Privatum Gabalus, Julianum Arvernus abundans.*

Ubi Gabalus & Arvernus nom. gent. videntur.

Bibl. Gabaon, *Gabaa* etiam nunc, & *Garaandavid* teste Benjamin. Tudelens. pag. Palæstinæ in tribu Benjamin, inter Hierosolymam & Machmas ad Bor. Saulis quoque à Saule rege dictus. Mem. illius Sedul. lib. 1.

" *Sol stetit ad Gabaon, mediique cacumine cœli.*

Joseph. Gabara opp. fuit Palæstinæ in Galilæa amplum, teste Josepho, apud Tiberiadem. Vereor ne pro Gadara Gabara scriptum sit.

Plin. Gabe, Gabala Ptol. urb. Phœnicis inter Byblum & Cæsaream Philippi, quæ *Margath* à Tyrio nominatur: sed hæc Marathus esse videtur. Vide Marathus.

Plin. Gabellus, posterioribus Sicla, *Secchia* teste Car. Sigon. fluv. Galliæ Tog. Æmiliam secans, inter Mutinam & Regium urbes, quasi in medio, apud Ruberiam arcem; ex Apenn. mont. in Padum influens, apud cœnobium S. Benedicti, agrum Mutinensem à Regiensi separat.

Plin. Gabieni, pop. Liguriæ, quorum opp. Gabienum *Gabiano*, apud Padum fluv. in duc. Montisferrati, inter Casalensem urb. & Vercellas, apud Tridinum, inde 4. mill. pass. Taurinum versus. Aliis *Gabiano* Castra Gabieni dicuntur.

Pli. Liv. Gabii, col. & urbs olim episc. Latii antiqua, à Siculis condita, media inter urbem Romam & Præneste, ad 12. mill. pass. utrinque distans (non 70. ab urbe Roma, ut in Thes. ling. Lat.) ubi Columna postea opp. fuit: non *Gallicano*, ut multis videtur; Gallicanum enim Prænestæ proximum, non medium inter illam & Romam: neque *Zagarolo* Gallicano proximum. Gabina urbs Ovid. Gabini pop. Plin. Gabina via Liv. De Gabiis Hor. lib. 2. epist. 1.

" ——————*sanxerunt fœdera regum*

" *Vel Gabiis, vel cum rigidis æquata Sabinis.*

Hinc Gabinus nom. gent. ut apud Virg. lib. 7. Æn.

" ——————*quique arva Gabinæ*

" *Junonis, gelidumq; Anienem, & roscida rivis.*

Liv. Vict. Gabiusa porta, quæ & Gabina, & Metrodii porta, una ex portis urbis Romæ, nunc clausa, inter Asinariam & Latinam. Gabiusa quoque aqua apud Romam, & portam viamque Gabiusam, quæ nunc *Marana* teste Baccio lib. de thermis.

Ptol. Gabrantonicorum portus, *Suerby* teste Camd. port. & opp. Albionis in ora Angliæ orientali apud Ocellum prom. inter ostia Abi & Vedræ flumin. Sed in cod. Græco Ptol. Gabrantuicorum legitur.

Gabreta, Gabrita Ptol. pars silvæ Bohemicæ ad occ. inter ipsam Bohemiam & Nortgoiam divortia faciens, pars etiam Hercyniæ, sicuti & Bohemica, *Friestetterwaldt* teste Laz. inter Tetinam urbem Bohemiæ, & Sylvam Monachorum oppid. Nortgoiæ. Strab.

Gabrosentum, *Gateshead* teste Camd. opp. Albionis in Angliæ regno, in agro Dunelmensi. [Camden. est *Gateshead* & *Newcastle*.] Lib. Not.

Gabrumagum, *Grobming* teste Laz. opp. olim, nunc pag. Norici in Austria, in Carinthiæ confinio, inter Candollicam ad Aust. & Laureacum ad Bor. 76. mill. pass. Ant.

Gad, urbs Palæstinæ in tribu Gad, quæ *Niphas* hodie teste Benjamin. Tudelens. dicitur, excisa, ac nunc vicus. Bibl.

Gadara, Gadora Ptol. Gadaris Strab. Gaddara Plin. urbs Palæstinæ in Cœlesyria ad Genesaram lacum, qui ab ipsa Gadarenus nominatur teste Strab. proxima Tiberiadi, inde 60. stad. teste Josepho, à Scythopoli 16. mill. pass. distans: adhuc *Gadara* dicta, sed excisa, in ora lacus ad ortum. Polyb. Steph. Suid.

Gaddir. vide Gades. Strab.

Gadelonitis, regiuncula Cappadociæ occidua juxta Halys fluv. ostia. Strab.

Gades, Gadira Ptol. quæ & Erythia Strab. & Gaddir, sive Gadir apud Pœnos teste Plin. Cotinusa olim teste Dionys. & Tartessos teste Strab. *Cadiz* (non *Calizo*, ut in Thes. ling. Lat.) ins. Hisp. Bæticæ proxima continenti contra Cæsarianam, & Portum Mnesthei, cum urbe episc. ejusdem nominis sub archiep. Hispalens. inde 19. leuc. à Tyriis condita, col. Rom. inter ostia Bætis & Calpen, inde 12. leuc. à Cæsariana 2. longa 12. mill. pass. lata 3. licet multo longior & latior apud Plin. & Strab. legatur, & 75. mill. pass. à Calpe distare à Plin. scriptum sit. De Gadibus Claud. lib. de victoria Stilic. Cæs. Plin. Mel. & al.

" *Secum cuncta trahens à Gadibus usque Britannum.*

Gaditana Jul. Col. ipsa Gadium urbs; hinc enim Gaditanus nom. gent. Unde Gaditanus sin. *Golfo de las Yeguas* teste Ortel. & Gaditanum fretum, idem cum freto Herculeo: (vide ibi) & Gaditani mores, Mart. lib. 6. ep. 71. Plin.

" *Et Gaditanis ludere docta modis.*

Gadiva *Aberfraw*, teste Camd. opp. Monæ ins. olim regia, in ora contra Northwalliam. Script. Brit.

Gæa, Pontia, & Misynos, insulæ parvæ Africæ ad Syrtim majorem, quæ *Solocho* teste Ortel. dicuntur. Ptol.

Gæsatæ, pop. Gall. Narbon. circa Rhodanum fluv. incolentes, qui cum Senonibus in Italiam advenientes Romam oppugnarunt, & circa Padum in Æmilia, seu in Romandiola consedere, teste G. Merula. In Pannoniam quoque profecti, nomen tractui cuidam *Gaysaw* teste Laz. reliquere. Polyb. Strab. & al.

Gæsum, fluv. vel potius stagnum Ioniæ inter Prienen & Miletum, juxta Mæandrum fluv. inter illum & Trogylium prom. Gessus Plin. & Melæ. Herod.

Gætuli, pop. Libyæ inter. vagi, nullo certo loco considentes, teste Sil. & Mela; qui propterea variis in locis describuntur. A Plin. in Cæsariens. Maurit. proximi Massæsylis, & alibi Autololes ab eo appellantur. Ptol. vero eos in Libya inter. apud Daras locat. Honorius inter Carthaginem & Numidiam. Dionys. Afer inter Marmaridas & Nigretes. De quibus Luc. lib. 4. Plin. Mel. & al.

" *Autololes, Numidæque vagi, semperque paratus*

" *Inculti Getulus equo*——————

Scribuntur autem Gætuli, & Getuli.

Gage, fluv. Lyciæ, ubi Gagates lapis, qui inde nomen accipit, invenitur, teste Plin. In Thes. ling. Lat. etiam Plin.

etiam fluv. Gagates appellatur; quod tamen apud Plin. non habetur.

Cedr. Gagecome, *Gaivo* teste Leuncl. opp. Phrygiæ magnæ.

Liv. Gaia, fluviolus Hisp. Tarraconens. cujus aqua à Scipionibus fossa spatio 16. mill. pass. perducta est, ut Liv. testatur.

Lacon. Gaitia *Iatza*, urbs Illyrici, Bossinæ primaria, fere media inter Ouporum opp. Liburniæ & Possegam urbem Bossinæ ultra Saum fluv. 10. leuc. à Bagnaluca, ubi sedes est satrapæ Turcarum, 7. in Africum & Libonotum.

Hom. Columm. Galactophagi, qui & Galactopotæ, pop. Sarm. circa Mæoticam pal. inter Nomades incolentes: sic à lacte, quo degunt, dicti.

Ant. Galacum, opp. Albionis. vide Calatum.

Ptol. Galapha, *Galafa* teste Marm. & *Garcis*, opp. Maurit. Tingit. quod Gala Anton. dici videtur, seu Cala, à Rusuccurro urbe marit. Cæsariens. ad 394. mill. pass. interius distans.

Plin. Mel. Galata, Calathe Ptol. Calatha Anton. sive Galata. ins. maris Africi, à Tabraca urbe 32. mill. pass. cujus terra serpentes necat teste Plin. & scorpiones, nom. ret. antiquum. Vide Calathe.

Plin. Galata item, Calata Cic. Galeata Ant. *Galati*, urb. Sicil. mediter. inter Pactensem urbem, & Traianopolim. Pop. Galatani. Vide Calata.

Turon. Galathea, urbs Thraciæ, ubi tunica Dom. nost. I. Chr. diu asservata est, à Byzantio 150. mill. pass. distans, teste Greg. Turon.

Sil. Galatia, urbs Campaniæ. (Vide Calatia) sic à Sil. dicta lib. 11.

"*Jamque Atella tuas, jamque & Galatia abegit.*

Stra. Pli. Ptol. & al. Galatia, *Chiangare* Castal. & Turcice *Gelas* teste Leuncl. prov. Asiæ, quæ & Gallogræcia, sic à Gallis, (qui Galatæ à Græcis appellantur) eo profectis & commoratis, dicta, inter Bithyniam ad occ. & Cappadociam ad ort. cui Phrygia magna ad merid. & Paphlagonia ad Septentr. hærent. Pop. Galatæ, Gallogræci, Tectosagæ, & Tolistobogi, ac etiam Trocmi. Urbes olim claræ, Ancyra, quæ hodie etiam præ cæteris floret, satrapæ reg. sedes, Germa, & Pessinus. De Galatis Claud. lib. 2. in Eutrop.

"*In Galatas, modo Bithynis incumbere fertur.*

Ant. Galava, *Kellenton* teste* Camd. opp. Albionis in Anglia, inter Clanoventam 18. & Galacum 21. mill. pass. Mediolanum versus. [* Camden. dicit Gallanam Anton. esse *Walwick* in Northumbria.]

Cæs. Galbæ Castra, *La Motte de Sarasins* teste Gab. Simeone, vic. seu pag. Veragrorum, inter Agnunum & Vicum Sancti Joannis, in Sabaudiæ & Valesiæ conf.

Liv. Galeagra *Grela*, *Scala Greca* teste Aretio, locus Siciliæ apud Syracusas, juxta Portum Trogilorum.

Diod. Sic. Galeria sive Galaria, Galarina Steph. Galerina Phavorino, *Gagliano* teste Aretio, opp. Siciliæ mediterr.

Liv. & Vib. Seq. Galesus *Galaso*, fluv. magnæ Græciæ per agrum Tarentinum fluens, ac in fin. Tarentinum à Tarento 5. mill. pass. desinens. Cujus mem. Virg. lib. 4. Georg.

"*Qua piger humectat flaventia culta Galesus.*

Bibl. Galgala urbs fuit Palæstinæ apud Jordanem fluv. & Macherunta castrum, Hierichonti etiam propinqua, inde 4. mill. pass. recedens in ort.

Stra. Pli. Galilæa, sic vulgo, reg. Palæstinæ inter oram maris Syrii ad occ. & Genesaram lacum ad ortum, ac inter Samariam ad merid. & Cœlesyriam ad Septent. contenta; sic à pop. præ cæteris candore præditis dicta, teste D. Isid. De ea Sedul. lib. 4.

"*Cœperat interea dominus Galilæa per arva*
'*Progrediens*---------

Et Jacob. Sannaz. lib. 2.

"*Jam pridem, Galilæa, tuos emensus, & imas*
'*Carmeli valles*----------

Galindæ, *Salinde*, ut videtur, pop. Sarmatiæ Europ. in Prussia. Ptol.

Gallæci, Callaici Strab. & Ptol. Gallicii Eutrop. *Gallegos*, pop. Hisp. Tarracon. extremi ad occ. & Bor. incolentes, quorum reg. Gallæcia Plin. *Gallicia* Italis & Hisp. de qua Sil. lib. 3. Plin.

"*Flammarum, misit dives Gallæcia pubem.*

Hi in Thes. ling. Lat. finitimi Gallis (a quibus maxime distant) scribuntur.

Urbes Gallæciæ.

Auria *Orense*	Flavium Brigantium *Betanzos*
Baiona *Baione*	Iria Flavia *Padron*
Caronium *Corunna*	Lucus *Lugo*
Compostella & Compostellum *Sant Jago*	Mindon/*Mondonnedo*
	Tude *Tuy*.

Gallera, sive Gallora ut alii cod. habent, locus seu vicus Thusciæ inter urbem Romam & Bracenum occurrens, ad Galloram flu. ab urbe Roma ad 14. mil. pass. distans. Utrumque *Galera* dicitur. Ant.

Gallesium *Galese*, olim Falisca, urbs episc. Hetruriæ, inter Fescennium & Hortam in Bor. recedentem, ad 4. & 5. mill. pass. distans, apud Tiberim fluv. cujus episcopatus episcopatui Urbis Castellanæ hodie junctus est.

Galleti, pop. Gall. Celt. in ora maris Britannici, inter Normandiam & Picardiam incolentes. Vide Calletæ, seu Caletæ, & Caleti. *le pais de Caulx*. Plin.

Galleva Atrebatum, opp. Albionis. Vide Caleva. Anton.

Galli, pop. notissimi, *Francesi* Italis. Virg. lib. 6. Æn. Cæs. & al.

"*Sistet eques; sternet Pœnos, Gallumque rebellem.*

Gallia, prov. Europæ amplissima, & notissima, Italis *Francia*, Anglis *France* appellata: quæ in duas primum dividitur, Cisalpinam, (quæ Italiæ pars est, & Gallia Italica, ac Italia Gallica App. Gallia citerior à Cæs. Sallust. & Hirtio nominatur, inter Alpes, quibus à Transalpina discluditur, & mare Hadriaticum quod inter Anconam & Timavum fluv. fluit, ac inter Apenninum mont. & Alpes Rhæticas, & Julias seu Noricas contenta; ac in Cispadanam & Transpadanam apud Plin. divisa) & Transalpinam, quæ in 4. (non in 3, ut in Thes. ling. Lat.) prov. distribuitur, Aquitaniam, Galliam Narbonens. Galliam Celticam sive Lugdunens. & Galliam Belgicam. Aquitania apud Cæs. Garumna fluv. à Narbonens. & Celtica dividitur, sed apud Plin. Ptol. & al. usque ad Ligerim extenditur, Garumna fluv. in duas divisa. Cæs. Plin. & al. omnibus.

Urbes Galliæ Aquitanicæ.

Agennum *Agen*	Caturcum, *Cahors*
Anicium, al. Avicium. Vide Podium	* Claromons, olim Arvernum, sive Arverni, *Clermont*
Aquæ Augustæ, postea Baiona, *Bajonne*	Condomus *Condom*
Aquæ Tarbellicæ *Dax*	Consoranni *Conserans*
Arvernum. Vide Claromons	Convenæ *S. Bertrand de Cominges*
Aturum & Atyra *Ayre*	*Egolisma *Angoulesme*
* Ausci sive Auscii, & Augusta Ausciorum, *Ausch*	Elorona *Oleron*
* Baiona, olim Aquæ Augustæ	Florum seu Floropolis *S. Flour*
	Inculisma. Vide Egolisma
* Bituricæ, olim Bituriges, *Bourges*	Isuria *Issoire*
* Burdigala *Bordeaux*	Lactura, & Lactoratum, *Lectoure*
* Cadurci, & Caturci, ac	Lascurra *Lescar*

* Le-

* Lemovices, Lemovici, & Lemovicum, *Limoges*
Lumbarium *Lombers*
Luxiona *Lusson*
Malleaca seu Malleacæ *Maillezais*
Mirapiscæ *Mirepoix*
M. Albanus *Montaulban*
Neracum, id est Aquæ nigræ, *Nerac*
Olorona. Vide Elorona
* Palum *Pau*
Pamiæ, quæ & Apamia, & Apamara, *Pamiers*
Petragorii & Petragorica *Perigeux*
* Pictavi *Poictiers*
Podium, prius Anicium, *le Puy*
Portus Santonum. Vide Rupella
Rivi *Rieux*
* Rupella, olim Portus Santonum, *la Rochelle*
Santonæ, olim Santones, *Xaintes*
Sarlatum *Sarlat*
Tarba *Tarbe*
Tutela *Tulle*
* Vasatæ, seu Vasates, *Basas*

Celtica Ligeri, Sequana, Arari, fluviis, oceanoque occiduo & Boreali terminatur, in 5. regiones partita; Burgundiam ducat. in qua Divio caput est; Franciam, in qua Lutetia; Normandiam, in qua Rotomagus; Britanniam minorem, in qua sunt Rhedones; & Belsiam geminam, cis Ligerim, in qua sunt Carnutes, Cenomani, & Andegavi, ac trans Ligerim, in qua Turones, Bituriges, & Aureliani.

Urbes Galliæ Celticæ.

Abrincæ *Auranches*
Alenconium *Alenzon*
Ambacia *Amboise*
* Andegavi & Andes *Angers*
Antisiodorum *Auxerre*
Avaricum *Vierzon*
Augustodunum, quod & Hedua, *Autun*
* Aurelia, & Aureliani, *Orleans*
Baiocæ, olim Baiocasses, *Baieux*
Belna *Beaulne*
Blesæ *Blois*
Briocum *S. Brieu*
Brivates *Brest*
Cabilonum *Chalon sur Saone*
Cadomus, quasi domus Caii, *Caen*
Carnutes *Chartres*
Cenomani *la Mans*
Constantia Castra *Constances*
Corisopitum, olim Curiosolitæ, *Cornovaille*
Dinanium *Dinan*
* Divio *Dijon*
Dolus seu Dolis *Dol.*
Ebroicæ, olim Eburovices, *Eureux*
Exolidunum *Yssouldun*
Fallesia, quæ & Promontoriola, *Falaise*
Juliobona *l'Isle bonne*
Leona *S. Pol de Leon*
Lexovii *Lisieux*
Lingonæ, vet. Lingones, *Langres*
* Lugdunum *Lion*
Maclovium, prius Aletha, *S. Malo*
Matiscona *Mascon*
Mauritania *Mortaign*
Molinum *Molins*
M. Argus *Montargis*
M. Brisonis *Monbrisson*
* Nannetes *Nantes*
Nivernæ & Nivernum *Nevers*
Osismi sive Osismii. Vide Trecorium
Oximum *Hyesmes*
Quinpercorentinum, op. Britanniæ præcipuum Osismorum, episcopi sedes, *Quimpercorentin*
* Rhedonæ, vet. Rhedones, *Rennes*
* Rotomagus *Rouen*
Sagium & Saium, seu Saii, olim Sesuvii, *Seez*
Trecorium, olim Osismi, *Triguier*
* Turonæ, vet. Turones, *Tours*
Veneti, & Venetia, *Vannes*
Vindocinum *Vendosme*

Narbonensis, quæ & Braccata, in 4. etiam dispescitur; Occitanam, in qua Tolosa, Provinciam, in qua Aquæ Sextiæ, Delphinatum, quo Granopolis, & Sabaudiam, in qua Cambericum.

Urbes Galliæ Narbonensis.

Agatha & Agathopolis *Agde*
Albæ Helviorum, quæ & Albiga, *Alby*
Annessiacum *Annesi*
Apta *Apte*
* Aquæ Sextiæ *Aix*
Arausio *Orange*
Arelate & Arelatum *Arles*
* Avenio *Avignon*
Barrum *Bar*
Belica *Belay*
Biteræ *Besiers*
Cabellio *Cavaillon*
Carcaso *Carcassone*
Carpentoracte *Carpentras*
Castra *Castres*
Civaro *Chambery*
Dea & Dia *Die*
Dinia *Digne*
Ebredunum *Embrun*
Electa *Aleth*
Forum Julium *Freius*
Gabales & Gabali. Vide Mimatum
* Geneva *Geneve*
Glandava *Glandeve*
Granopolis & Gratianopolis *Grenoble*
Grassa, olim Griniacum, *Grasse*
Helvii. Vide Alba Helviorum
Luteva *Lodesve*
Magalone *Maguelone*
Massilia *Marseille*
Mauriana *S. Iean de Maurienne*
Mimatum, olim Gabales, *Mande*
M. Pessulanus *Montpellier*
* Narbo *Narbonne*
* Nemausus *Nismes*
Nicæa *Nice en Provence*
Papuli Fanum *S. Papoul*
Pontiopolis, olim Thermæ, *S. Pons de Tomiers*
Regium *Riez*
Rutheni *Rodez*
Sanicium & Senecia *Senez*
Sistarica *Cisteron*
Tarantasia *Moustier en Tarentaise*
Telo & Telona *Toulon*
* Tolosa *Tholouse*
Tricastra *S. Paul de trois Chasteaux*
Vabræ *Vabres*
Vapingum *Gap*
Vasio *Vaison*
Vaurinum *Lavaur*
Vencia *Vence*
Vivarium *Viviers*
Utica *Usez*

Belgica, cæteris major, Sequana, Arari, ad occ. ex parte Rhodano ad meridiem, Rheno ad ort. oceano ad Bor. terminata, in plures dividitur: Picardiam, Belgium, Austrasiam, Campaniam, Burgundiam com. Germaniam super. in qua Helvetia, Alsatia, & Palatinatus, & Germ. infer. in qua Trevirenses, Colonienses, Juliacenses, & Clivenses. Ex quibus Aquitania & Celtica in regno Gallico totæ continentur: Narbonensis vero non tota, cum Ruscinonens. com. regi Hisp. comit. Venusinus sive Avenionensis summo Pont. principatus Arausicens. sive Arausionens. proprio principi, & Sabaudia proprio duci pareant; Belgicæ minor portio Galliæ regi subjecta est, Picardia, & Campania; Belgium (in quo 17. regiones numerantur) regi Hispano subest, una cum Burgundiæ com. Austrasia proprium habet ducem; Helvetia in 13. conventus liberos dividitur; Alsatia magna ex parte Austriacorum principum est, ex parte libera, & ex parte episcopi est Argentoratens. Palatinatus comitis electoris est; Trevirenses suo subduntur archiepiscopo; Colonienses sunt liberi; Juliacens. & Clivenses proprio parent duci; Leodienses, qui ad Belgium pertinent, multis oppidis proprium episcopum dominum agnoscunt. In tota Gallia quæ regi Gallo paret archiepiscopatus 14. sunt, episcopatus 102.

Urbes Galliæ Belgicæ, exceptis Belgii, & quæ nunc Germanicæ sunt.

Agendicum *Provens*
Ambiani & Ambianum *Amiens*
Augusta Veromanduorum, olim episc. nunc abbatia, *Vermand*
* Bellovaci *Beauvais*
* Bononia *Bologne*
Catalauni *Chalons*
Compendium *Compiegne*
* Dola *Dole*
Durocottorum. Vide Rhemi
Esiæ Pons, quæ & Pontisara, *Pontoise*
Guisia seu Gisia *Guise*
Janivilla *Ianville*
Icius Portus *Cales*
Laudunum *Laon*
Lausonium *Losanne*

Lutetia

Lutetia *Paris*	Sedanum *Sedan*
Meldæ *Meaux*	* Senonæ, vet. Senones, *Sens*
* Metæ, olim Mediomatrices, *Metz*	Silvanecti & Silvanectum *Senlis*
* Nancæium *Nancy*	Suessionæ, vet. Suessiones, *Soissons*
Noviodunum & Noviomum *Noion*	* Trecæ, olim Trecasses, *Troyes*
Orgelium	* Tullum *Toul*
* Parisii, quæ & Lutetia Parisiorum	Vesulium *Vesoul*
Quinctinopolis *S. Quentin*	* Vesuntio *Besanzon*
* Rhemi, quæ & Durocottorum, *Rheims*	Virodunum *Verdun*

Pli. Mel. Gallia Comata, eadem cum Transalpina.

Sex. Ruf. Gallia Novempopulana vel Novempopulonia, pars Aquitaniæ inter Garumnam fluv. montes Pyrenæos, & oceanum contenta, sic à 9. pop. in illa præcipuis dicta, vulgo *la Guascogna, Gascoigne.*

Plin. Gallia Subalpina, pars Cisalpinæ Alpibus subjecta, quæ reg. Pedemontana, & principatus Pedemontanus dicitur, vulgo *Piedmont*; in qua Augusta Taurinorum conventus juridicus, & sedes principis, qui Sabaudiæ dux est, ibi residens, cum principatus longe major, magisque Sabaudia exultus sit.

Urbes Galliæ Subalpinæ, id est princip. Pedemontani.

* Asta *Asti*	Eporedia *Ivrea*
* Augusta Taurinorum *Turino*	Fossanum *Fossano*
	* M. Vici *Mondovi*
Augusta Prætoria *Aosta*	Salutiæ *Saluzzo*
	* Vercellæ *Vercelli*

Cæs. Plin. Cic. Gallia Togata, pars Galliæ Cisalpinæ, à Placentia Anconam usque protensa (licet alii alios terminos faciant) in qua Æmilia, & pars Umbriæ in ora Senonum Hadriatico mari exposita, inter Apenninum mont. ad merid. & Padum fluv. ad Bor. perstricta. De Gallia inter alios Juven. sat. 15.

" *Gallia causidicos docuit facunda Britannos.*

Ovid. lib. 6. fast.

" ———— *cura est pro mœnibus istis,*
" *Juppiter, & pœnas Gallia victa dabit.*

Hinc Gallicus nom. gent. Ovid. lib. 4. fast.

" *Cur igitur Gallos, qui se excidere, vocamus,*
' *Cum tantum à Phrygia Gallica distet humus?*

Plin. Galliani saltus, qui & Aquinates teste Plin. *Galeata*, pag. Æmiliæ in agro Foroliviensi, Meldulæ opp. & Civitellæ oppidulo ad 2. mill. pass. vicinus.

Ptol. Gallica Flavia. Vide Flavia Gallica.

Vitruv. Gallicæ paludes, quæ & Stagna Hadriatica, *Lagune di Venetia*, intimus maris Hadriatici recessus, apud Venetam urbem, quæ intra illas condita ab omni hostili invasione tuta est.

Plutarc. Gallicanus mons, Gallicanus saltus Cic. mons Campaniæ idem cum Massico & Gauro teste Blondo, cum al. (cum pago, qui *Cascano* dicitur) Suessæ urbi finitimus, *Garro* hodie, inter Suessam & Sinuessam urbes.

Ant. Gallicum, opp. & fluv. Hisp. Tarracon. in Aragonia. opp. idem est cum Gallica Flavia, fluv. *Gallego* nominatur, in Iberum influens inter Cæsaraugustam & Oscerdam.

Plin. Gallicum mare, quod Galliam Narbonensem alluit, inter Ibericum seu Balearicum, & Ligusticum teste Plin.

Plin. Gallicus oceanus, mare quod Galliam Celticam & Aquitanicam alluit, inter Britannicum & Cantabricum, seu inter ostia Sequanæ, & Pyrenen prom.

Strab. Gallicus sinus, Salsus Melæ, mare inter Templum Veneris, sive Aphrodisium Pyrenæi mont. prom. in Hisp. Galliæque conf. & Narbonen.

Gallinaria insf. *Isola d' Albenga*, insf. parva Liguriæ apud Albingaunum urb. maris Ligustici, non Tusci, ut male scribit Ortel. Varr. Columell. & al.

Gallinaria sylva, *la Peneta di Patria* teste Sanfelicio, nemus Campaniæ apud Cumas, inter eas & Linternum: quam falso quidam Triviæ lucum esse putant. Cic. Stra.

Gallipolis, Callipolis Melæ, *Gallipoli*, urbs Salentinorum maritim. (non Magnæ Græciæ, ut scribit Ortel.) episc. sub archiep. Hydruntino, inde 30. mill. pass. in Austrolibycum, in ora, inter Tarentum 50. & Japygium prom. in ort. 30. in peninsula, munitissima, & ab aggressionibus tuta. Plin. Mel.

Gallitæ *Ghilestre*, pop. & opp. Alpium maritimarum, ubi Cottiæ incipiunt, in Delphinatu, ad Druentiam fluv. Ebreduno urbi finitimum, 3. leuc. in ort. distans, à Brigantio 8. Plin.

Gallogræci, pop. Asiæ, qui Galatæ Græcis dicuntur: quorum reg. Galatia, & Gallogræcia, eadem cum Galatia, teste Strab. Liv. Flor.

Galloligures, pop. Gall. Narbonens. quorum reg. *la Provence* nominatur, qui inter Ligures vicinos sunt & Gallos. Tametsi Provincia magis patet quam Galloligures. Strab.

Gallorum Area *Gallera*, & *Gallerato*, opp. amplum sine mœnibus Insubriæ in agro Mediolanensi à Mediolano 24. mill. pass. Sextum versus & egressum Ticini fluv. ex lacu Verbano, quod & Glareatum Latine dicitur. Vet. Trad.

Gallovidia *Galloway*, reg. Scotiæ in ora occidua, ubi Victoria opp. & Casa Candida urbs episc. Script. Scot.

Gallus *Garippo*, teste Plin. fluv. Bithyniæ ingens, ex Celænis montibus Phrygiæ magnæ oriens, Pessinuntemque urb. alluens, atque in Sangarium teste Mart. Capella labens. De quo Ovid. lib. 4. fast. Strab.

" *Inter, ait, viridem Cybelen altasque Celænas,*
' *Amnis it insana, nomine Gallus, aqua.*

Illius aquæ large potæ in furorem vertere feruntur; parce vero sanitatem conferre.

Galorum, *Garipo*, si fides est Mol. opp. Paphlagoniæ in ora maris Euxini, inter Sinopen & Amisum, apud Halys fluv. ostia. Ptol.

Gamala, Gamela Josepho, quæ & Cedar (quæ etiam Camela legitur) urbs fuit Palæstinæ in Gaulanitide reg. ad lacum Semechonitidem contra Tarichæas, à terra absorpta teste Plin. Plin. Steph. & al.

Gamala altera, in Cœlesyria. Vide Gabala, eadem enim putatur. Plin.

* Gamanodurum, *Gamartingen* teste Laz. opp. Norici in Bavaria, & tractu Salisburgensi. [*Ptol. Γαναόδυρον. man. Seld. Γαμανόδυρον.] Ptol.

Gamapius vicus, *Genape* teste Ortel. pag. Belgii in ducat. Brabantiæ, apud Nivigellam opp. inde leuc. 1. Gemlacum versus 6. distans. De quo in vita S. Eligii episcopi fit mentio. Scrip. Belg.

Gamaringa, *Gemar* teste B. Rhenano, pag. Alsatiæ in Germ. super. apud Selestadium urbem: cujus fit mentio in diplom. Car. magni. Aimoin.

Gambrivii, Gamabriuni Strab. pop. Germ. quorum urbs Hamburgum, teste Peucero cum Junio, est, urbs amplissima Saxoniæ ad Albim fluv. in Holsatiæ conf. à Lubeca 10. leuc. in occ. altero Saxoniæ emporio. Sed id potius conjectura, quam argumento certo asseritur. Tac.

Gamundium, quasi Gaudium mundi, *Castellaccio* teste Merula, vel *Castellazzo*, opp. amplum Liguriæ in agro Alexandrino apud Bormiam fluv. ab Alexandria 4. mill. pass. distans, unus ex 4. locis ex quibus Alexandria urbs coaluit. Vet. Trad.

Ganda, postea Gandavium, & olim ex vet. inscript. Clarinea, *Gent*, & Italis *Gant*, urbs maxima Belgii, Flandriæ primaria, Lysa fluv. intermeante, Martyrol.

Caroli 5. imper. natale solum, episc. sub archiepisc. Machliniens. unde, & ab Antuerpia, & Bruxellis, & Metelburgo, 10. leuc. abest, à littore 4. Pop. Gorduni teste Jacobo Meyero. 12. mill. pass. ambitu patet, 20. pontibus constans.

Ptol. Ganganorum prom. Albionis in ora Walliæ occid. inter Meneviam urb. & *Aberconwey* opp. ubi Cardiganum & Kilgarenum opp. Vide Canganorum.

Ptol. * Gangara, urbs Albaniæ, in ora maris Caspii, inter ostia Cyrrhi & Albani fluviorum; quæ Nig. est *Abachu* vel *Bachu*, mari nomen tribuens. Sed *Abachu* al. est Albana' urbs à qua nomen est reg. A Gangara Gangarides pop. quorum Val. Flacc. lib. 6. Argon. mem.

' ————————— *acies quem Martia circum*
" *Gangaridum, potaque Gerus quos efferat unda.*

Sunt & Gangaridæ pop. Asiæ inter Indos, teste Q. Curtio, apud Gangem. [* Ταἰἰδες Seld. man.]

Ptol. Gange, Ganges Strab. *Bengala* Castal. urbs Indiæ ulter. ad ostia Gangis fluv. supra 50. mill. pass. distans, maxima, empor. & regia, Gangi fluvio imposit. Non longe Gangarides pop. bello quondam clari teste Isid. qui male in Thes. ling. Lat. inter Assyrios & Indos collocantur; cum inter Indiæ pop. numerantur.

Strab. Plin. Ptol. & al. Ganges, *Ganga* Cast. & al. fluv. maximus Indiæ ulterioris illam à citeriori disterminans (quarum citerior India intra Gangem à Ptol. appellatur, ulterior India extra Gangem) ex Emodis montibus profluens, ac in meridiem in oceanum Indicum duobus ostiis extremis 80. leuc. Hispanicis inter se distantibus exiens: ab Euphrate 5021. mill. pass. distans teste Plin. Physon in sacris litteris unus ex 4. fluv. qui ex paradiso fluunt, dicitur, teste D. Hieron. & Isidor. In eo anguillæ inusitatæ magnitudinis tricenorum pedum reperiri tradit Plin. lib. 9. c. 3. cum Solino. Cujus mem. Ovid. in Ibin.

" *Dum tepidus Ganges, frigidus Ister erit.*

Hinc Gangeticus nom. gent. ut Gangetica tellus; quæ reg. est circa Gangem fluv. nunc *Regno di Bengala*. Pontan. in lib. Uran.

" *Dona ferunt auro gravida, & Gangetica bacca.*

Hinc Gangarides pop. Virg. lib. 3. georg.

" *Gangaridum faciam, victorisque arma Quirini.*

Ptol. Gangeticus sinus *Golfo di Bengala*, sinus Indiæ, pars sinus magni, qui inter Indiam citer. & ulteriorem intersitus est, in longitudinem supra 600. leuc. Hisp. in latitudinem 400.

Oros. Gangines, pop. Æthiopes ad occ. oram maris Atlantici incolentes: quorum reg. *Guinea* teste Ortel. nominatur.

Strab. Plin. Steph. Gangra num. plur. & Gangre, *Cangria* teste Leuncl. nunc urbs Paphlagoniæ archiep. amplaque metrop. in mediterr. *Kiengara* à Turcis, licet Bellon. eam etiam *Totia* appellari scribat, quasi Theodosia; in concil. enim Ephesino Theodosia Gangrorum nominatur.

Lib. Conc. Gannum *Gaino*, urbs Thraciæ littoralis in ora Propontidis, inter Myriophytum ad Austrum 10. & Redæstum ad Bor. 25. mill. pass.

Ptol. Ganodurum, postea Constantia in Constantii imp. honorem dicta, *Costentz*, & Italis *Constanza*, urbs Germ. super. in Suevia ad lacum Acronium, qui ex ipsa Constantiensis nominatur, episc. sub archiep. Moguntino, in Helvetiorum, quibus est fœderata, conf. cujus episcopatus maxime patet; inter Augustam ad ort. 18. & Basileam ad Circium 15. leuc. à Tiguro 6. Ulmam versus 11. à Curia 13. Argentoratum ad Bor. versus 15.

Herod. Plin. Strab. & al. Garamantes, pop. Libyæ inter. à Garamante Apollinis filio, qui Garamam urb. condidit, dicti, teste Isid. circa ortum Cinyphi fluv. incolentes, Syrtimque parvam attingentes: quorum reg. longa 150. lata 25. mill. pass. teste Strab. nunc *Guanguara*, *Lempta*, & *Tharegau* appellatur, ab Hammonis oraculo itinere 15. dierum teste Plin. distans. Apud hos, Dipsades serpentes maximi reperiuntur, nullaque sunt matrimonia, mulieres habentes communes, teste Sol. Illorum metrop. est Garama urbs apud ortum fluv. antedicti. Mem. ipsorum Virg. lib. 6. Æn.

' ————————— *super & Garamantas & Indos*
' *Proferet imperium* -------

Et Luc. lib. 9.

" *Syrtibus haud ultra Garamantidas attigit undas.*

Garamas, mons Asiæ pars Caucasi in finibus Iberum, ex quo Phasis fluv. Colchorum effluit. *Vib. Seq.*

Garganus mons *Monte Gargano*, & *M. di S. Angelo* (quo nomine etiam urbs recens in eo significatur, à Siponto 5. mill. pass. distans) mons Apuliæ Dauniæ, ambitu teste Plin. 200 mill. ubi Garganum prom. apud Strab. inter Sipontum & Hyrium. De quo Luc. lib. 5. *Plin. Strab. Ptol. & al.*

" *Apulus Hadriacas exit Garganos in undas.*

Gargaphia vallis, & Gargaphius fons ab Herod. in Bœotia memoratur, circa Plateas urbem, ubi Actæon à canibus inter venandum laceratus fertur. Gargaphie fons Plin. nominatur. De qua Ovid. lib. 3. metam.

" *Vallis erat piceis & acuta densa cupresso,*
' *Nomine Gargaphie* -------

Apud Vib. Seq. male legitur Garga fons Eubœæ: legendum enim est Gargaphia in Bœotia.

Gargara, mons & oppid. Troadis in summitate montis Idæ apud Ilium urb. Pergamis proximum, ubi planities maximæ ubertatis. De qua re Ovid. lib. 1. de arte amandi. *Ovid. Stat. Strab. Plin. & al.*

" *Gargara quot segetes, quot habet Methymna racemos,*
" *Æquore quot pisces, fronde teguntur aves.*

De Gargaris vide Macrob. lib. 5. Saturnal. cap. 20. Hinc Gargarius lacus juxta Idam mont. unde Scamander & Simois effluunt. Gargara urbem agrum omnium frugum feracissimum habuisse ferunt, ut propterea, quoties immensam rerum copiam significari volumus, *Gargara* dicamus, uti apud Macrob. lib. 5. Saturn. Significat & proverbialiter magnam hominum strepentium multitudinem, apud Cratinum & Suidam.

Gargetus, seu Gargettus, pag. Atticæ apud Athenas, Epicuri patria, qui inde Gargetius appellatur, apud Cic. & alios. Ibi Gargetias fons. *Plut.*

Gariannonum, *Yarmouth* teste * Camd. opp. Albionis in ora Angliæ ad ortum, ad Garieni fluv. ostium, emporium Norvico urbi propinquum, à Londinio 97. mill. in Cæc. distans. [* Camden. putat potius fuisse ubi *Burgh Castle* in altera ripa 2. inde mill. pass. *Yarmouth* tamen ex Gariannoni ruinis emersisse.] *Lib. Not.*

Garisina, locus Palæstinæ apud Sepphorin opp. 20. stad. inde recedens, qui Garizim mons Samariæ excelsus esse videtur. *Joseph.*

Garites, pop. Aquitaniæ circa Garumnam incolentes, quorum urbs Aginum, & reg. *Agennois*, teste Orontio, & Marliano. *Cæs.*

Garoceli, pop. Gall. Narbon. Alpini, quorum reg. *la Val de Morienne* est Vigenereo, vel, teste Marliano, & Scudo, *Paesi di Mont Cenis*, hoc est, incolæ montis Cinerum. *Cæs.*

* Garryenus, *Yare* & *Gerne* Camd. fluv. Albionis per oram Angliæ orientalem inter Abum & Iumanium fluens, ac in mare apud Norvicum urb. exiens: ad cujus ostium Garienonum, seu Garryenum opp. & empor. vulgo *Yarmouth*. Cujus Pontan. meminit sic: *Ptol.*

" *Albis, & incertas volvens Gariennus arenas.*

[* Seld. man. hab. Γαειανος.]

Strab. Garsaura opp. fuit Cappadociæ, inter Coropassum & Mazacam urbes occurrens, inde 120. hinc 680. stad. distans.

Cæs. Plin. Mel. & al. Garumna *la Garonne*, fluv. Aquitaniæ maximus, ex Pyrenæis montibus oriens, ac regionem in duas dividens, primum in Bor. inde in occas. cursum dirigens, oceano infra Burdigalam urb. exceptus. Super quo Tolosa, Agennum, & Burdigala urbes præcipuæ sunt. Ejus mem. Claudian. lib. 2. in Ruf.

" *Quosque rigat retro pernicior unda Garumnæ.*

Cæs. Garumni, pop. Aquitaniæ circa Garumnam fluv. incolentes, in quibus præcipui sunt Tolosates, Aginates, & Burdigalenses.

Ptol. Gasorus, Gazorus Steph. *Lesterocori* teste Mol. urbs Macedon. Amphipoli proxima episc. sub archiep. Philippensi, quæ nunc Græcis Alectryopolis dicitur.

Vita S. Juliani. Gaudianum *Gozano*, pagus non incelebris agri Novariens. apud Hortanum lacum, inter Novariam ad 20. mill. pass. & Hortam 4. circiter. Ibi corpus S. Juliani diaconi, & sacra ædes ab eo exstructa.

Plin. Ptol. Gaudos, *Porto Gaboso* teste Mol. ins. maris Cretici apud oram Cretæ occiduam, parva, contra Hierapytnam. Est & Gaudos ins. maris Africi apud Melitam. Vide Gaulos.

Plin. Plutarc. & al. Gaugamela, urbs Persidis teste Steph. seu teste Ptol. & al. urbs Assyriæ, proxima Arbelis teste Arriano. Gangamela Strab.

Front. Gavis col. & opp. fuit Sabinorum ab urbe Roma 13. mill. pass. teste Frontino, quod Fulv. Cardulus apud Eretum fuisse testatur.

Sil. Oros. Gaulales seu Galaules, pop. Æthiopiæ, ante Aulo les teste Orosio dicti, à Silio memorati.

Plin. Mel. & al. Gaulos, Gaudos Strab. *il Gozo* teste Faz. cum al. ins. maris Africi apud Melitam, angusto freto ab ea divisa, 5. mill. pass. Siciliam versus distans, circuitu 30. mill. patens. Ibi opp. in quo vet. inscript. Gaulitica plebs. Serpentes non fert, & pulvis etiam alibi injectus illos necat, & fugat, teste Sol. quod & contra scorpios præstat.

Ptol. Gaumellum. Vide Laumellum. Tametsi quidam Gaumellum *Biella*, opp. amplum in Pedemontana reg. ab Eporedia 10. mill. pass. à Vercellis 25. distans, interpretantur.

Gauni, ut quidam legunt, pop. Alpini in finibus Insubrum, *Val di Gana*. Vide Naunes.

Gausennis. Vide Causennis.

Xenoph. Gaurium, Gaureleon Liv. portus Andri insulæ.

Plin. Juv. Gaurus, Gaurani montes Plin. *M. Barbaro* teste Loffredo, mons Campaniæ apud Puteolos urb. Est & Gaurus mons Campaniæ Massico, Gallicano, & Falerno junctus, *Gerro* & *Garro* incolis dictus, in occ. vergens, Massico in ortum extenso, Falerno vero in Bor. versus Calenum. Hinc Gauranus nom. gent. Luc. lib. 2. mem. Gauri mont. apud Puteolos.

" ——— *vel si convulso vertice Gaurus*
" *Decidat in fundum penitus stagnantis Averni.*

Et Stat. lib. 3. sylv. carm. 1.

" *Spectat ab Icario nemorosus palmite Gaurus.*

Bibl. Pto. Gaza, sic à Cambyse rege Persarum dicta, quod in Ægyptum proficiscens thesaurum ibi reposuerit, urbs Palæstinæ olim episc. una ex quinque urbibus Philistinorum, nunc *Azza*, & *Gazara*, Ascaloni proxima, & oræ littorali, inde 16. mill. pass. Raphiam versus 22. ab Ælana ad sin. Arabicum 150. à Bersabee 10. in occ. De ea Luc. lib. 3.

" *Gazaque, & arbustis palmarum dives Idume.*

Hinc Gazeticus, a, um: ut vina Gazetica apud Sidon.

" *Vina mihi non sunt Gazetica, Chia, Falerna.*

Strab. Gaza item urbs Mediæ, quæ Azaga Ptol. in Atropatia, olim regia teste Strab. ab Ecbatanis 450. stad. nunc *Oziaz* teste Mol.

Ptol. Gazæorum portus, *Porto Betto* teste Mol. qui & Maiuma, à Constantino urbs episc. effecta, Constantiaque dicta, à Gaza 30. tantum stad. distans, post Ascalonem, & Anthedonem, in ora Palæstinæ, versus Ægypti limites.

Bibl. Gazara *Gazer*, urbs Palæstinæ in Judæa excisa, ab Hierosolymis 25. mill. pass. ab Emmao 20. in Bor. Cæsaream versus.

Strab. Plin. Gaziura *Gazura*, urbs Cappadociæ in Paphlagoniæ conf. ad Irim fluv. excisa, nomen tamen antiq. retinens teste Thev.

Ptol. Gazorus, *Carat* teste Mol. vel *Garat*, opp. Palæstinæ apud Jordanem fluv. Callirrhoæ, & Libiadi urbi olim episc. finitima.

Cæs. Plin. Gebenna mons (non urb. ut in Thes. ling. Lat. ubi cum Geneva urbe confunditur, licet alibi se corrigat) qui & Gebennici montes Melæ, Gebennæ Luc. quo nomine etiam opp. significat. Mons, qui Cemmenus Strab. varie nominatur: *Montagna d' Auvergne* apud Arvernos, *Monte di Civennes* apud Helvios & Velaunos, quos ab Arvernis separat, (licet author Thes. ling. Lat. scribat pro Helviis Helvetios longissime hinc distantes, idque in voce Geneva) aliaque habet nomina pro locorum diversitate, in longum maxime extensus inter Rhodanum & Garumnam flum. opp. vero etiam *Cevennes* dicitur in Occitanæ reg. conf. ad mont. Gebennæ radices, inter Lutevam & Ruthenos, inde 8. leuc. hinc supra 12. ab Uzetia supra 10. Montium mem. Auson. in catal. urbium.

" *Interiusque premunt Aquitanica rura Gebennæ.*

opp. Luc. lib. 1.

" *Gens habitat cana pendentes rupe Gebennas.*

Scrip. Pol. Gedanum *Dantzick*, & *Danzig*, urbs & empor. Prussiæ ad ostia Vistulæ. Vide Gythones.

Strab. Plin. Ptol. Gedrosia, *Circan* Cast. *Gest* Mercat. *Guzarate* Molet. prov. Asiæ inter Carmaniam ad occ. & Indiam ad ortum, Arachosiæ ad Septentriones finitima, ad merid. oceano terminata, cujus urbes olim claræ Cuni, Musarna, & Arbis. Pop. Gedrosii Strab. Gedrosi Plin. & Melæ: quos Nauracos dici Maffæus tradit. Hos memor. Dionys. de sit. orbis.

" *Gedrosi post hos tendunt orientis ad ignem.*

Strab. Thucyd. Ptol. & al. Gela, *Alicata* teste Faz. urbs Siciliæ olim episc. in ora australi, ad Gelæ fluv. ostia, inter Agrigentum ad occ. 24. & Camerinam ad ort. 36. mill. pass. Pop. Gelenses Cic. Gelani Plin. Geloi Virg. Apud Gelam stagnum tetro odore accedentes abigens; & fontes duo, unus fœcunditatem, alter sterilitatem, teste Sol. adducens. Post Syracusas à Rhodiis ædificata traditur, post Romam an. 61. Hinc Gelous nom. gent. Virg. lib. 3. Æn.

" *Apparet Camerina procul, campique Geloi.*

Ibidem de Gela.

" *Immanisque Gela fluvii de nomine dicta.*

Plin. Gelæ, Geli Ptol. *Gilan* Castal. pop. Mediæ in Parthiæ confin. quorum urbs ex regni Persici præcipuis, quæ & Gheilan.

Plin. Diod. Gelas, Gela Virg. & Ovid. Himera Ptol. *Salso* teste Faz. fluv. Siciliæ maximus, ex Nebrodide mont. apud Petram opp. oriens, ac in meridiem ad Gelam urbem fluens in mare. Cujus mem. Claud. de rapt. Proserp. l. 2.

" *Pantagiam, nomenque Gelam qui præbuit urbi.*

Et Virgil.

" *Immanisque Gela fluvii cognomine dicta.*

Gela autem, de qua supra, urbs ad ostia Gelæ fluv. eversa est, ubi nunc *Alicata*, quæ ex illius ruinis constructa traditur, novaque Gela dici potest. Locus *Cherza* etiam appellatur.

Aus. Gelbis, fluv. Gall. Belg. *Kil* teste Marlian. apud Treviros in Mosellam contra Rigodulum pag. à Tre-

iris

viris 1. leuc. dissitum influens, apud Ochtam oriens, Croneburgum & Gerrestenium opp. ac Kylburgum alluens. De quo Auson. in Mosell.

" *Te rapidus Gelbis, te marmore clarus Erubris.*

Bibl. Gelboe, mons Palæstinæ in Galilæa in Samariæ confinio, inter Sebasten & Tiberiadem occurrens, situs inter Thabor mont. ad occ. & Genesaram lacum ad ort. adhuc nomen servans, & sterilitatem; à Scythopoli 6. mill. pass. distans.

Plin. Ant. Gelduba, *Geldub* teste Ortel. opp. olim Germ. infer. ad Rhenum clarum, ubi Legio 9. nunc pag. obscurus apud Coloniam Trajanam & Novesium, à Colonia Agripp. 7. leuc. in Bor. Sed Siml. est *Gelb*, pag. à Nuesio & Rheno fluv. 4. mill. pass. in occ. distans, ubi optimum siser teste Plin. provenit. Gelduba quoque apud Usuard. in martyrol. opp. Mysiæ in conf. Thraciæ memoratur.

Scrip. Aquit. Gelisa, fluv. Aquitaniæ Elusatium urbem alluens, teste Scalig. ex vita S. Paterculi.

P... Gellus, Vergellus Val. Max. fluv. Apuliæ super quo Hannibal pontem ex cadaveribus apud Cannas interfectorum fecit; ex quo illum non longe abesse liquet.

Plin. Gelon & Clæon, fontes duo vicini apud montes Celænarum in Phrygia magna.

Virg. Sol. & al. Geloni, pop. Mysiæ infer. inter Thraces & Getas, seu potius in Scythia Europæa apud Boristhenem fluv. incolentes, Neuris finitimi, à Gelono Herculis filio dicti, quos Mela proximos Turcis & Agathyrsis facit. De quibus multa apud Plin. & Sol. leguntur. Solebant se pingere, ut in prælio terribiliores apparerent; sanguinemque equinum potabant. Horum mem. Luc. lib. 3.

" *Massagetes quo fugit equo, volucresque Gelonos.*

Gelones apud Hor. lib. 2. carm. od. 9.

" *Intraque præscriptum Gelones*
" *Exiguis equitare campis.*

Sol. Gelonium stagnum Siciliæ apud Gelam urb. odore suo tetro accedentes expellens teste Sol. Apud Ambros. Calep. Geloum pro Gelonium legitur.

Sigeb. Gemblacum, seu Gemmelacum ut alii legunt, *Gemblours*, opp. Belgii cum cœnobio præclaro in Brabantia, in Hasbaniæ conf. inter Namurcum urb. 4. & Nivigellam opp. 5. leuc. à Bruxellis 8. in ort. quot à Lovanio in merid. Geminiacum Anton.

Plin. Gemella Augusta, cujus pop. Gemellenses Plin. opp. Hisp. Bæt. Vide Tucci.

Scrip. Gall. Gementicum, & Gemeticensis saltus, ac Gemeticense cœnobium, vic. Gall. cum monasterio in Normannia, à Pauliaco 10. mill. pass. distans, ex vita S. Philiberti abbat.

Ant. Geminiacum. Vide Gemblacum, est enim idem. licet aliis sit *Soigny* opp. Hannoniæ in Brabantiæ confinio, inter Montes & Hallam 3. leuc.

Gemminus Lacus, *Germinago*, pag. agri Mediolanens. apud Verbanum lacum, à Mediolano 38. à Lucano & Varesio opp. 8.

Cæs. Genabum, Genabus Luc. *Gyen*, opp. præclarum Gall. Celt. in finibus Aurelianensium ad Ligerim fluv. ab Agendico opp. Senonum 2. castris, à Meloduno 18. leuc. ab Aurelia totidem in ort. Luc. lib. 1.

"*Inclyta Cæsarîs Genabus dissolvitur alis.*

Scrip. Hung. Genadium, quod & Cenadium, *Choniad*, & *Chzonad* Hungaris, *Gyngisch* Germanis teste Laz. urbs Hungariæ in finibus Iazygum trans Danubium, Moryssenæ reg. caput, non longe ab eo loco ubi Tibiscus Marysium fluv. excipit, inter Segedinum ad occ. 2. & Lippam ad ort. 8. leuc. quot à Temesuaria in Circium, à Taurino 14. in Bor. episc. sub arch. Colocensi inde 12. in ort.

Hor. Genauni, pop. Vindeliciæ, sic ab Hor. lib. 4. carm. Naunes Plin. Vide ibi. quorum fluv. *Glon* cum adjacente tractu teste Aventino dicitur. Vide Breuni.

Genesara *Genezareth*, prout ab Hebræis, & in evang. dicitur, in quo & mare Tiberiadis, & mare Galilææ nominatur, lacus Palæstinæ in finib. Galilææ, in quem Jordanis fluv. ingreditur apud Capharnaum, & apud *Bethsaidam egreditur, longus 16. mill. pass. latus 6. sic appellatus à Genesara opp. *quod postea Tiberias appellatum est. Illum circumstant in ripa ad occ. Capharnaum, Tiberias, Scythopolis, & Bethsaida; in altera ad ort. Gadara, Gerasa, Corozain, & Cedar. Genesar apud Sedul. lib. 3. Plin.

" *Genesar inde soli domino veniente coloni*
" *Infirmos traxere suos-------*

[* Ferrario in Geograph. poet. apud Scythopolin (vel *Bethsan*) * Idem ibid. quod & Bethsaida.]

Geneva *Geneve*, & *Geneura* Italis, *Ienff*, urbs Allobrogum in Sabaudia ad egressum Rhodani fluv. ex lacu Lemano, urbs clara, & empor. quæ se in libertatem vindicavit, cum duci ante Sabaudo pareret; episc. sub archiep. Viennensi, unde 29. leuc. abest, inter Sedunum ad ort. 18. & Lugdunum ad occ. 24. Sed cum novam Calvini religionem susceperit, fitque hæreticorum asylum, ejus episcopus Anneliaci commoratur. De ea quidam poeta sic: Cæs.

" *Geneva pulchra, potens, Geneva pulchra situ.*

Gennus *Bayonne*, seu Baiona Italis, urbs Aquitaniæ marit. in Hisp. confin. Vide Aquæ Augustæ. Vet. Inscr.

Genua, Janua recentioribus, *Genova*, incolis *Zena*, Gallis *Gennes*, urbs Liguriæ clarissima archiep. empor. & resp. totius oræ Ligusticæ & Corsicæ ins. domina, ex primis Italiæ urbibus; cujus cives ditissimi totius orbis sunt, urbes & oppida multa in alienis terris possidentes. Abest ab urbe Roma 245. mill. pass. in occ. à Mediolano 85. à Venetiis 234. in merid. à Florentia 135. Excidium à Magone Carthaginensi an. urbis conditæ 549. passa à Rom. instaurata est. Ab Innocentio 2. Pont. max. metrop. effecta. Aliquando sub ducibus Mediolani, postea in libertatem restituta, illam tuetur. Pop. Genuenses, & Genuates ex vet. inscript. ænea. Strab. Plin. Ptol. & al.

Genua altera Hisp. Bæt. Vide Urso. Plin.

Genunii, pop. Britanniæ ad occ. nunc *Northwales* teste Camd. ex adverso Hiberniæ. Pauf.

Genusus, Genusuus Liv. fluv. Macedoniæ in mare Ionium influens inter Apolloniam & Dyrrachium, apud Apolloniam, qui *Vaiussa* nonnullis esse videtur. De quo Luc. lib. 5. Cæs. & al.

" *Tellus, quam volucer Genusus, quam mollior Apsus,*
' *Circumcunt ripis--------*

Georgi, pop. Asiæ in Iberia, (qui & Sarmatiæ attribuuntur) *Giorgiani*, à quibus Iberia & magna pars Armeniæ *Giorgiana* nominatur. Plin. Mel.

Gephyra, *Sirmiu* teste Nigro, opp. Syriæ Antiochiæ magnæ finitimum, ab ea in ortum recedens. Ptol.

Gepidæ, qui & Gepides, & Gepidi, pop. Sarmatiæ Europææ inter Getas & Dacos adnumerati: quorum reg. Gepidia in Dacia à Jornan. vocatur: sic à pugna pedestri, in qua exercebantur, teste Isid. l. 9. etym. dicti. P. Diac. Agath.

Geræa, opp. Lusit. quod nonnulli *Caceres*, opp. amplum Extremaduræ inter Emeritam & Placentiam urbes 12. leuc. dissitum, indigitant. Ptol.

* Geræstus, Gerestum Plin. Geræsius Demostheni, opp. Eubœæ apud Gerestum prom. & Carystum urbem: quod prom. in ora meridionali & occid. contra Atticam porrigitur, ab Andro 10. mill. pass. in occ. recedens, inter Carystum ad occ. & Caphareum ad ortum: *Geresto* adhuc in tab. recent. [* Tegesos man. Seld.] Strab. Ptol.

Gerania, mons & prom. Megaridis reg. Achaiæ, inter Megara & Corinthum, locus olim Atheniensium valde adversus Corinthios teste Thucyd. munitus. Plin. Thucyd. Pauf.

Ptol. *Joseph.* Gerasa, Galasa Plin. urbs Cœlesyriæ apud ulteriorem lacus Genesaræ ripam, Gadaræ vicina, episc. olim sub archiep. Bostrensi, Philadelphiæ quoque finitima, nomen antiquum retinens, sed excisa. Pop. Geraseni. De quibus Juvencus lib. 2.

" *Jam Gerasenorum steterat sub littore puppis.*

Strab. *Ptol.* *Pauf.* Gerenia, Gerania Plin. *Pasava* teste Nigr. opp. Laconicæ in Peloponneso Cardamylæ proximum, quod & Enope Hom. Castal. *Sidariso*, Moletio *Betania*.

Polyb. *Steph.* Gerenia, quæ & Gerunium Steph. opp. fuit Apuliæ Dauniæ apud Phiternum fluv. inter Teanum & Larinum jacens, ad 8. mill. pass. distans. Locus adhuc *Gerione* nominatur. Vide Geryon. Nam Gerunium potius nunc *Cirignola* opp. esse videtur.

Cæs. *Strab.* *& al.* Gergobia & Gergovia, Gergon Liv. *Gergoie* teste Gab. Simeone, opp. Arvernorum excisum in mont. ad Elaverem fluv. subtus fluentem, à Claromonte urb. 2. leuc. in Austrum distans.

Cæs. Gergobia altera, quæ & Gergobina, *Molins* teste Paradino, cum Belleforestio, opp. Gall. Celt. præclarum, & Borbonii duc. primarium & caput, ad Elaverem fluv. inter Varennas 6. & Nivernas ad Bor. 13. leuc. Sed Vigenereo est *Montluson* opp. vel *Nery* pag. proximus, ubi thermæ.

Val. Flac. Geri, pop. Albaniæ in Asia, sic à Gero, vel Gerrho (ut apud Ptol.) fluv. dicti.

Ant. Gerinæ, opp. Æolidis mediterr. inter Pergamum 25. & Thyatiram 33. mill. pass. dissitum.

Ptol. *Ant.* Germa, *Girmasti* teste Leuncl. urbs Galatiæ archiep. in Bithyniæ & Phrygiæ confinio, à Pessinunte 16. mill. pass. in ort. Ancyram versus 89. Sed hæc potius ad Caicum fluv. sita videtur, cui nomen tribuit, inter Pessinuntem ad ortum, & Pergamum ad occas.

Cæs. *Plin.* *Strab.* *Ptol.* *& al.* *omnibus.* Germania, prov. Europæ maxima, cognomento magna, ad aliarum Germaniarum (de quibus infra) differentiam, Rheno fluv. qui in Bor. decurrit à Gallia, Danubio, qui fluit in ort. à Rhætia, Vindelicia, & Norico (quæ regiones hodie in Germania computantur) montibus, qui Carpatis sunt pars, à Iazygibus Metanastis (quorum reg. nunc Hungaria Transdanubiana dicitur) & à Sarmatia Vistula discreta; oceano Germanico & mari Baltico cæterum ad Arctos definita. Ea divid. in Moraviam, Bohemiam, Nortgoiam, Sueviam, Franconiam, Hassiam, Westphaliam, Frisiam, Saxoniam, Holsatiam, (cui Jutia, sive Cimbrica Chersonesus ad Arctos adjungitur,) Megalopolitanum duc. Pomeraniam, Poloniam majorem & minorem, (licet hodie non solum ditione, sed & idiomate divisæ, extra Germaniam censeantur) provincias limitaneas: interiores autem, Silesiam, marchiam Brandeburgensem (quæ triplex est) Lusatiam, Misniam, Thuringiam, & Voitlandiam. Nostra vero tempestate plures alias regiones, quibus Germanica lingua communis est, complectitur: hoc est, Geldriam, Cliviam, Juliam, Palatinatum, Alsatiam, Helvetiam, Rhætiam, Bavariam seu Vindeliciam, Noricum, hoc est Austriam, Stiriam, Carniolam, Carinthiam, & Tirolensem com. Sunt in Germania archiepiscopatus 7. Coloniens. Trevirens. Maguntin. Vesuntin. Salisburgens. Pragens. & Magdeburgens. episcopatus 40. regna 2. Bohemiæ, & Daniæ; ducatus 13. Austriæ, Stiriæ, Bavariæ, Wirtenbergens. Franconiæ, Voitlandiæ, Saxoniæ, Brunsuicens. Luneburgens. Holsatiæ, Lawenburgens. Magnopolitanus, Pomeraniæ; landgraviatus 2. Hassiæ, & Alsatiæ; marchionatus 2. Brandeburgens. & Badens. comitat. magnos 4. Palatinatus, Tirolens. Mansfeldens. & Oldenburgens. *Germania* & *Alemagna* Italis, *Teutschlandt* Germanis, Anglis *Germany* dicta. Pop. Germani, sic à mutua qua se prosequuntur benevolentia dicti, quasi fratres. Germaniæ mem. Virg. ecl. 1.

" *Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrim.*

Germanorum Claud. de laudib. Stilic. lib. 2.

" *Qui mihi Germanos solus, Francosque subegit.*

Germania superior pars est Galliæ Belgicæ, à magna Rheno discreta, in qua Helvetia, Alsatia, & Palatinatus continentur; ab inferiore (de qua mox) Mosella distincta, ad occ. Jura & Vogeso montibus à reliqua Gallia separata. *Ptol.*

Germania inferior & ipsa Belgicæ Galliæ portio est, juxta Rhenum fluv. à Mosella (qua à superiore dividitur) usque ad oceanum in Arctos porrecta: in qua ditio Trevirensis, Coloniensis, Julia, Clivia, Geldriaque ducatus, & Hollandia com. computantur. *Ptol.*

Germaniæ regiones per circuitum quæ mare attingunt.

Pomerania	Saxonia inferior
Magnopolitana	Frisia gemina

Mediterraneæ.

Transisalana	Rhætia
Geldria	Tirolens. comit.
Clivia	Carinthia
Julia	Stiria
Eysalia	Austria
Palatinatus	Moravia
Alsatia	Slesia
Helvetia	Marchia nova

Interiores.

Marchia media, & vetus	Franconia
	Hassia
Lusatia	Westphalia
Bohemia	Saxonia superior
Bavaria	Misnia
Nortgoia	Voitlandia
Suevia	Thuringia in umbilico

Urbes Germaniæ liberæ & principum clariores, asterismo majores indicante.

Amberga *Amberg*	* Embda *Embden*
* Argentoratum *Strassburg*	* Erphordia, olim Bicurgium, *Erfurdt*
Augusta Tiberii. Vide Ratispona	Fanum Galli *San Gal*
* Augusta Vindelicorum, *Augspurg*	* Francphordia *Franckfort*
Bamberga *Bamberg*	Friburgum *Freiburg*
* Basilea *Basel, Basle.*	Glogavia magna *Gross Glogaw*
* Berlinum *Berlin*	Gorlitium *Gorlitz*
* Berna *Bern*	* Grypsualdum *Gripswald.*
Bipontum *Zweibrucken*	Gusterovia *Gustrow*
Borbetomagus. Vide Wormacia	Halberstadium *Halberstat*
Brandeburgum *Brandeburg*	Halla *Hall*
Brema, olim Phabiranum, *Bremen*	* Hamburgum *Hamburg*
* Brunopolis *Braunswyck* vel *Brunswick*	* Heidelberga, olim Budoris, *Heidelberg*
* Cassella, olim Stereontium, Hassiæ primaria, *Cassel*	Helenopolis, postea Francphordia, emp. lib Franconiæ, *Franckfort*
Coburgum *Coburg*	* Herbipolis *Wirtzburg*
* Colonia Agrippina *Coeln* & *Coln*	Jena, & Isenacum, academia Thuringiæ, *Iena*, & *Isenach*
Constantia *Costentz* & *Costnitz*	Ingolstadium, aliquando Chrysopolis, *Ingolstadt*
Curia *Chur*, & *Coira*	
Curia altera *Hoff*	
* Dresda *Dresden*	
Durlacum *Durlach*	* Lipsia, olim Lupphurdum, *Leipsick*
* Egra *Eger*	

* Lubeca

* Lubeca *Lubeck*
Luneburgum *Lunenburg*
* Magdeburgum, olim Parthenopolis, *Magdenburg*, *Meidenburg*
Mansfeldia *Manſfelt*
* Martisburgum, olim Amaſia, Haſſiæ acad. & primaria reg. *Marpurg*
Miſna *Meiſſen*
* Mocontiacum, quæ & Magontia, ac Moguntia, *Mentz*
* Monachium *Munchen*
* Monaſterium, olim Minigroda, *Munſter* [Myminġrode Munſtero]
Neoburgum *Newburg*
* Neroberga, & Noriberga, & Norica, *Nurnberg*
Nerolinga *Nordlingen*
Noriberga, & Norica. Vide Neroberga
Olomucium, Julius mons aliquibus, *Olmutz*
* Praga, olim Marobudum ut creditur, *Prag*
* Ratiſpona, & Reginopolis, *Regenſpurg*
Rhodopolis, poſtea Roſtochium, *Roſtock*
Rotovilla *Rotwiil*
Salodorum *Solothurn*
* Spira, olim Nemetes, & Neomagus, *Speyr*
Stetinum *Stetin*
Stutgardia *Stutgard*
Sundis *Straelſundt*
Suſatum *Soeſt*
Swenitium *Schweinitz*
Tigurum *Zurick*
Tremonia, quæ & Dortmania, *Dortmond*
Treviri *Trier*
Tubinga, aliquando Auguſta, *Tubingen*
Vangiones. Vide Wormacia
* Verona, poſtea Berna
* Veſuntio, aliquando Chryſopolis, *Beſanzon* [Hujus nempe archiepiſc. eſt imperii princeps. Miræus]
Vimaria, aliis Vinaria, *Weimar*
* Viſmaria *Wiſmar*
* Vitemberga, quaſi Vitarum mons *Wittenberg*
* Ulma *Ulm*
Volgaſtum *Wolgaſt*
* Uratiſlavia *Breſlaw*
Wormacia *Worms*
Zuica, olim Cygnea, *Zwickaw*

Urbes Norici, Auſtriam, Stiriam, Carinthiam, Carniolam, partem Bavariæ, & comit. Tirolenſ. continentis.

Andreapolis, quæ & Lavantum, *S. Andres*
Aniſum *Ens*
Aſtaris *Steyr*
Brixina & Brixinum *Brixen*
Candolica. Vide Vitopolis
Celeia *Cilley*
Cetium *Zeiſſelmur*
Chiema *Chiemſee*
* Claudia *Clagenfurt*
Cremeſium *Krems*
Draburgum *Draburg*
Fanum S. Viti. Vide Vitopolis
* Flaviana, quæ & Juliobona, Vienna poſtea, *Wien*, Auſtriæ caput, acad. & epiſcop. ſub archiep. Saliſburgenſ.
* Gracium, ſive Græcium, olim Savaria, *Gratz*
Gurcum *Gurck*
Juliacum, olim Vacorium, *Villach*
Juvavia. Vide Salisburgum
* Labacum *Labach*
Lavantum. Vide Andreapolis
Leitæ pons, ſeu Lytipons, *Pruck*
* Lencia *Lintz*
Medelicum *Melck*
Murapons *Pruck an der Muer*
Neoburgum gem. *Neuburg*
Nova urbs *Neuſtat*
* Oeni pons *Inſpruck*
* Patavia *Paſsaw*
Petovio & Petovium *Petaw*
* Saliſburgum, olim Juvavia, *Saltzburg*
Secovia *Seckaw*
* Tridentum *Trento*, *Trient*
Vidonis Curia
* Vienna *Wien*
Vitopolis *S. Veit*

Ptol. Ant. & al. * Germanicia, *Adata* teſte Manaſſe, urbs Syriæ in Euphrateſia reg. epiſc. ſub patr. Antiocheno, apud Amanum mont. ab Edeſſa 84. mill. paſſ. in occ. per Zeugma, & Dolicham, à qua 27. abeſt. Quæ & *Mercex* teſte Leonard. Sidon. appellatur. [*Γερμανικα Seld. manuſc.]

Plin. Germanicopolis, urbs Phrygiæ magnæ Juliopoli finitima, epiſcopalis ſub archiepiſcopo Seleucienſi.

Germanicum mare, oceanus Germanicus Ptol. mare occiduum, quod Germaniam alluit, inter oſtia Rheni & Albis flum. in quo Gleſſariæ inſ. & Thule. *Plin.*

Germanopolis, *Ginopoli* teſte Mol. urbs Paphlagoniæ epiſc. ſub archiep. Gangrenſ. quam quidam eandem Germanicopoli faciunt: ſed illa in Phrygia ad meridiem, hæc ad Septentriones vergit. *Ptol.*

Germia, *Kermen* teſte Leuncl. urbs Thraciæ Hadrianopoli finitima, hac tempeſtate clara, & ſedes præfecti. *Laccn.*

Gerne, lacus Apuliæ Dauniæ ingens, circuitu 30. mill. paſſ. patens, *Lago di Varano* teſte Mazz. anguillis abundans, juxta quem Gapina & Iſchitella oppid. ſunt. *Plin.*

Geron, fluv. Peloponneſi apud Pylum opp. fluens. *Strab.*

Gerrha, & Gerrum, *Meſeli* teſte Mol. cum Ortel. urbs Ægypti marit. apud Palæſtinæ confinia, inter Caſſium & Peluſium propinquas urbes. *Strab. Plin. Ptol.*

Gerrhus, Gerus Val. Flac. flu. Albaniæ in Caſpium mare influens, ubi Geri pop. ultra Albanam urbem in Bor. & Cæſii fluv. oſtia. Cujus mem. Flacc. lib. 6. Argon. *Ptol.*

“ *Gangaridum, potaque Gerus quos efferat unda.*

Eſt & Gerrus fluv. Sarmatiæ Europ. in ſin. Carcinitem influens, *Sem* Peucero. De quo Herod. lib. 4. Septimus eſt ab Iſtro.

Gertigos, *Vamba* teſte Mor. cum Beuth. oppid. Hiſp. nunc pag. in regno Portugallico, & in Igeditania reg. *Script. Hiſpan.*

Gerua (licet cod. Latini Terua habeant) *Trebiliun* teſte Leuncl. urbs Armeniæ majoris Zurzuæ ac Matuſtanæ urbibus finitima. *Ptol.*

Gerunda *Girona*, urbs Hiſp. citer. in Catalaunia apud oram littoream, media fere inter Ruſcinonem ad Bor. & Barcinonem ad merid. ſupra 13. leuc. diſſita, à Gerione an. poſt diluvium 513. una cum Colliberi condita teſte Beuthero, epiſc. ſub archiep. Tarracon. inde 24. leuc. in Bor. De ea Prud. in Periſteph. *Plin. Ant. Ptol. & al.*

‘ *Artubus ſacris locuples Gerunda.*
‘ *Noſtra geſtabit Calagurris ambos,*
‘ *Quos veneramur.*

Gerunium, & Gerenia, *Cirignola* ut pleriſque videtur, opp. Apuliæ Dauniæ inter Aſculum & Canuſium, inde 21. hinc 14. mill. paſſ. diſtans (ubi Galli ab Hiſpanis ſub Ferdinando rege an. ſal. 1503. ingenti prælio ſuperati ſunt) apud Aufidum fluv. à Luceria 200. ſtad. teſte Polyb. Aliis jacere putatur inter Teanum & Latinum. Vide Gerenia. *Polyb. Steph.*

Geruſa, urbs Sarmatiæ littoralis in Aſia, quæ *S. Giorgio* nunc dici putatur. *Ptol.*

Geryon, urbs Apuliæ apud Fiternum fluv. inter Theanum, & Larinum exciſum. *Liv.*

Geryonis oraculum *S. Pietro*, locus apud Patavium, ſic hodie teſte Scardionio. *Suet.*

Geſodunum, *Gaſtental* teſte Laz. opp. Norici in Auſtria, quod alii Ipſium indigitant opp. ad Danubium inter Medelicum 3. & Aniſum ad occ. 6. leuc. quod potius Uſbium eſt. *Ptol.*

Geſſaces, *Schekel* teſte Laz. mons Pannoniæ ſuper. in Stiria, in Hungariæ conf. *Trebel. Pol.*

Geſſatæ, pop. Gall. Tog. in Æmilia inter Rhenum fluv. & oram maris Hadriatici, qui & Boii, quorum reg. nunc Romandiola eſt, non tamen tota: ubi Bononia, Forum Cornelii, Ravenna, & Comaclum. Vide Gæſatæ.

Geſſoriacum, Geſoriacum Anton. * Giſorriacum Ptol. olim navale Morinorum, nunc urbs Gall. Belg. littoralis, in ora Picardiæ, epiſc. ſub archiep. Rhemenſi ob excidium Tarunnæ inde 6. leuc. in ortum diſtantis effecta, à portu Icio (ſeu Caleto, ut nunc vocant) *Suet. Ant. Ptol.*

vocant) 6. in austrum distans, *Bologna a la mer*, seu *Bologna al mare* ut vocant Itali. Tametsi Marc. Welsero teste est Caletum, seu *Cales* ; & al. *Gravelinga* opp. à Caleto 3. leuc. in ortum. [*hab. Seld. manusc. Τιεογύλιον.]

Plin. Mel. Gessus, Gæsus Herod. fluv. Ioniæ apud Trogylium prom. mari exceptus.

Stra. Pli. Getæ, pop. Daciæ (non Thraciæ, ut in Thes. ling. Lat.) in Scythiæ conf. qui & Daci, & Gothi, nunc *Walacher* teste Bonfinio: al. potius *Moldavi*, hi enim Scythis magis propinquant. Thucyd. autem illos Æmi montis in Mysia infer. incolas facit. Hinc Geticus nom. gent. Horum mem. Ovid. lib. 4. trist. el. 10.

" *Juncta pharetratis Sarmatis ora Getis.*

Et lib. 5. el. 12.

" *Nam didici Getice Sarmaticeque loqui.*

Bibl. Geth, Getta Plin. *Thelin* Postel. & Brochardo, urbs excisa Palæstinæ, una ex 5. urbibus Philistinorum, inter Ascalonem & Gazam, à Joppe 12. mill. Accaron versus: nunc pag. olim episc. & Diocæsarea dicta.

Bibl. Gethsamani, vic. Judææ apud Hierosolymam. Cujus Juvenc. mem. lib. 4.

" *Nominis Hebræi sunt Gethsamaneida rura.*

Laon. Getia, *Cotzaruck* Turcis teste Leuncl. opp. Illyrici in Albania in Macedoniæ & Dalmatiæ confinio, circa Scodram urb.

Virg. Getuli, pop. Africæ circa Syrtes, à Getis orti, teste Isidor. Hinc Getulus a, um, adject. uti apud Virgil. lib. 4. Æn.

" *Hinc Getulæ urbes, genus insuperabile bello.*

Vide Gætuli. Hinc & Getulicus, a, um, adject. apud Juvenal. sat. 8.

" *Agnosco procerem: salve, Getulice, seu tu.*

Ptol. Gichthis, Gita Ant. *Galfanacar* teste Mol. opp. Africæ littorale apud Tacapam urbem in ora contra Gilbam ins.

Scrip. Hispan. Giennium, seu Gienna, prius Oningis, *Jaen*, urbs Hisp. Bæticæ in Vandalia, episc. sub archiep. Hispalens. à Ferdinando rege an. sal. 1243. deditione recepta, inter Cordubam ad occ. & Acci ad ort. 14. leuc. ab Ubeda 5. in merid. versus Granatum 14.

Ptol. Giganeum, *Garbenda* Mol. opp. Colchidis in ora apud Cyaneum fluv. *Savatopoli* Nigro. Sed hoc Sebastopolis est, à Giganeo diversa, & in Bor. distans.

Strab. Gigartum, Gigarta Plin. opp. fuit Phœnicis ad Libanum mont.

Steph. Gigas, mons seu prom. Mysiæ in Asia, apud Abydum & Dardanum.

Ptol. Gigia *Gyon*, & *Guyon*, opp. Hisp. Tarracon. in ora Asturum, apud Trileucum prom. inter Abulas ad occas. 5. & Vecum ad ortum 9. leuc. ab Oveto 6. in Bor.

Gilfil, *Geila* teste Laz. fluv. Daciæ in Transylvania.

Jorrandi Herod. Gindes, flu. Albaniæ in Asia, qui in Cyrum influit. Alter in Mesopotamia, qui ex Armeniæ montibus oriens in Tigrim excurrit, teste Orosio, qui illum secundæ magnitudinis facit post Euphratem. Vide Gyndes, sic enim scribitur. Prioris mem. Tibull. lib. 4. carm. 1.

" *Profluit, aut rapidus Cyri dementia Gindes.*

Strab. Gingunum, seu Gingunus M. *Monte Cerugnone* teste Leand. opp. Umbriæ in ducat. Urbinate, inter Urbinum ad ort. 12. & Mont. Feretranum ad occ. 8. mill. pass. occurrens. Ortel. hic Gingunum scribit: sed Gingunus apud Strab. legitur.

Ptol. Gir, fluv. Libyæ inter. *Nigir* Merc. *Canaga* & *Gambea* Barrosio, *Gir* Marm. cui & *Zenega*, per terram Nigritarum fluens : qui potius Nigir est Ptol. nomen antiquum retinens; Gir vero etiamnum *Gir* teste Marmol. est Nigritæ fluv. Borealior.

Ptol. Gira, urbs & metrop. Libyæ inter. per quam Gir fluv. fluit, quem Claud. ditissimum vocat, quod aurum gignat, lib. de laud. Stilic.

" *Hesperidum Triton, & Gir ditissimus amnis.*

Ant. Girba, Lotophagitis Ptol. Mirmex Polyb. Menynx Strab. & Plin. *le Gerbi* teste Faz. ins. Africæ apud Leptim, seu Tripolim urb. cum urbe olim episc. sub archiep. Carthaginens. 4. tantum mill. pass. à continenti Africæ.

Ptol. Gisira, *One* teste Castal. opp. Africæ mediterr. apud Ulizibram urb.

Plin. Gissa, *Pago* testibus Hermol. Volaterr. & al. ins. maris Illyrici Liburniæ adjacens, inter Arbam ad occ. & Enonam ad ort. ab Arba 10. mill. pass. Enonæ propior, longa 25. mill. pass. cum opp. cognomine, & pago qui adhuc *Gisse* dicitur.

Ptol. * Gitlui, Gilua Ant. *Zezil*, & *Izli* teste Marm. opp. Maurit. Cæsariens. mediterr. inter Victoriam & Vagas urbes. [* man. Seld. hab. Γιγλύι.]

Steph. Gitta, Getta Plin. Gittha Josepho, pag. Palæstinæ in Samaria, à Samaria urbe 6. schœnis distans, patria Simonis Magi.

Lib. Conc. Glandata, & Glandatensis urbs, & Glandatena lib. dignit. Glanatica lib. provin. *Glandesve*, urbs Gall. Narbonens. in Provinc. excisa, cujus tamen manet episcopatus, in Alpibus maritim. inter Sanicium ad ort. ac Diniam ad occ. 7. leuc.

Ptol. Glandomirum, *Mondonnedo* teste H. Cequo & Villanov. urbs Hisp. Tarracon. in Callaicis, episc. sub archiep. Compostellano, à Caronio 12. leuc. in ort. à Luco 9. Vide Mindon.

Plin. Glanicus, fluv. Campaniæ apud Acerras. Vide Clanius.

Plin. Glanis *la Chiana*, fluv. & pal. Hetruriæ. Vide Clanis. Ejus mem. Sil. lib. 8.

" *Et Glanis, & Rubico, & Senonum de nomine Sena.*

Sed plerique cod. Clanis habent.

Lib. Not. Glannibanta, Clanoventa Ant. ut videtur nonnullis, *Bainbrig* teste Camd. opp. Albionis olim, nunc pag. com. Eboracensis. [Camden. putat esse locum aliquem ad flum. *Wentsbeck* in Northumbria.]

Plin. Ptol. Mel. Glanum, opp. Gall. Narbonens. in Prov. inter Olbiam & Citharisten prom. teste Mela, Glanum Livii cognominatum à Plin. ex quo liquet errare Rob. Cœnalem illud *Lodesve* urb. (quæ extra Provinciam est in Occitana) indigitantem; multoque magis eos, qui *Gap* urb. Delphinatus esse affirmant, uti in Thes. ling. Lat.

Merul. Glareatum *Gallera*, opp. amplum agri Mediolanens. in Insubria absque mœnibus, à Mediolano 24. mill. pass. Sextum & Angleriam versus. Vide Gallorum area: nam varie hoc opp. nominatur.

Script. Brit. Glasconia *Glassenbury*, urbs olim Albionis in Anglia, nunc pag. cum cœnobio teste Camd. in territ. Londinens. Cantuariam versus & ostia Thamesis. [Agri Somersettensis. Vide Avalonia.]

Scrip. Scot. Glasquum *Glascow*, urbs Scotiæ archiep. ad Glotam fluv. ab Edimburgo regia 25. mill. in occ. ab ora occid. & ostio Glotæ 12.

Pauf. Glauci ins. Glauconesus Plin. ins. Bœotiæ, pene continenti illius juncta, apud Anthedonem, patria Glauci histrionis celebris.

Ptol. * Glauconis, ins. maris Africi apud Melitam. Vide Gaulos (eadem enim est.) Hæc tamen deest in cod. Græco Ptol. licet illum Ortel. citet. [* Γλαύκου man. Seld.]

Pauf. Glaucus, fluv. Peloponnesi penes Patras fluens, *Rio di Patrasso*. Glaucus item Strab. & Plin. fluv. Colchidis, *Ocabo* teste Mol. Vide Cyaneus, est enim idem.

Glau-

Fortun. Glaudiomagum, Claudiomagum, pag. Gall. in finibus Biturigum. Vide Claudiomagus.

P. Diac. Glemona *Gemona*, opp. amplum Carnorum apud Norici confinia, ab Utino 15. mill. pass. in via quæ Villacum urbem Carinthiæ ducit.

Plin. Glessaria, quæ & Austravia, peninsula Prussiæ ad fin. Balticum, ubi Sambia reg. & Sambiensis episcopus, ac Mons Regius urbs præclarissima in isthmo illius, à Dantisco ad 30. mill. Germanic. Ea *Sudau* teste Irenico cum Erasmo Stella. Ibi olim Sudeni pop. à Ptol. memorati. Aliis [quos inter Camden.] Glessaria est *Lesse*, ins. apud Cimbricam Chersonesum, inter illam & Halandiam. Ortelio videtur *Ameren*, ins. oceani Germanici, ubi Electrides oræ Frisiæ orientalis adjacentes. Ego verba Plinii perpendens, nulla ratione priorem sententiam probo; alteram puto veram: nam Plin. Glessariam & Electrides in mari Germanico, non in Baltico, ac inter Cimbricam & Britanniam describit. Dicitur autem Glessaria, à glesso, quod succinum significat; plumbum etiam optimum & crystallum gignens, teste Sol.

Scrip. Brit. Glessoburgum *Glessenburg*, op. Albionis in Anglia [forsan *Glassenbury*, de quo supra.]

Herod. Strab. Pauf. Glisas vel Glissas, (varie enim scribitur) opp. Bœotiæ ad Thermodontem fluv. interluentem, Coroneæ proximum, vino celebre.

Scrip. Brit. Glocestria *Gloucester*, urbs Albionis episc. in Anglia. Vide Clevum, & Claudia castra.

Tac. Glota, Clota Ptol. Cluda posterioribus, *Cluyd*, fluv. Scotiæ ingens per Glasquum urbem in occ. fluens. Vide Clota.

Ant. Glota, *Arran* teste Camd. ins. Britanniæ oræ Scoticæ ad occ. adjacens contra Rerigonium opp.

Scrip. Brit. Glovernia, urbs Albionis. Vide Clevum.

Strab. Gnatia, urbs Apuliæ Peucetiæ excisa. Vide Egnatia. Sic Hor. lib. 1. serm. sat. 5.

" *Bari mœnia piscosi, dehinc Gnatia lymphis.*

Scr. Pol. Gnesna, urbs Poloniæ majoris archiep. inter Posnaniam ad occ. 7. & Toruniam ad ort. 12. leuc.

Gnidus, urbs & prom. Cariæ. Vide Cnidus. Sic Luc. lib. 8.

" ——————*spirat de littore Coo*

" *Aura fluens; Gnidon inde fugit, claramq; relinquit.*

Hinc Gnidius nom. gent. Mart. lib. 13. ep. 63.

" *Tradita si Gnidiæ sunt tibi sacra Deæ.*

Plin. Gnossos, & Gnosos, Cnossos Strab. *Ginosa*, urbs Cretæ quondam primaria, & regia, apud Idam mont. episc. nunc excisa, & pag. inter Gortynam & Lyctum, à quo 120. stad. abest, à littore 25. à Gortyna 100. Pop. Gnossii. Hinc Gnossius nom. gent. & Gnosius. Ovid. lib. 3. Metam.

" *Gnosius Ichnobates, Spartana gente Melampus.*

Sic Gnosiacus, a, um. Ut Gnosiacum merum apud Lucan.

Ptol. Gobæum *Cap S. Mahe*, prom. Gall. Celt. in ora Britanniæ occid. ubi ora Borealis incipit, contra Senam ins. inde 4. leuc. in occ. distantem. Non longe *le Four* oppid. à Leona urbe in occ. 10. leuc. distans: quod & Gobæum appellatur.

Ant. Gobannium, *Abergevenny* teste Camd. opp. Albionis in Angliæ & Walliæ conf. inter Iscam Leg. & Magnas 22. mill. pass. ex Anton. itin.

Plin. Gomorrha urbs fuit Judææ in ora lacus Asphaltitis, Sodomis propinqua, una cum illis de cœlo tacta, ac in aquis submersa. Hinc Gomorrhæus. De ea Sedul.

" *Et facta immundus fœda Gomorrha cinis.*

Cæs. Strab. Ptol. Gomphi, *Gonfi* ex tab. recent. opp. Thessaliæ apud Epiri confinia, primoque inde venientibus occurrens, Gonno finitimum, à Larissa supra 40. mill. pass. in occ. Ejus mem. Stat. lib. 4. sylv.

" *Et crebris iter alega e Gomphis.*

Gonni, Gonnus Ptol. *Goniga* Mol. & al. opp. Strab. Maced. in Perrhæbia reg. inter Dolicham & Atra- Steph. cem, à Larissa supra 20. mill. pass. in occ. Gonocondylos, ut videtur, Liv. Gonos, & Gonussa Lycophr. Sunt qui idem Gonoessam illi putent: sed hæc in Ætoliæ finibus erat, à Seneca in Troade memor.

" *An cares nunquam Gonoessa vento?*

Gontiana, *Gemaa* teste Marm. aliis *Giumba*, opp. Ptol. Maurit. Tingit. mediterr.

Gordene, Gorduena Strab. Plut. Corduena Dioni, Ptol. *Curdi* teste Cast. reg. Armeniæ majoris in Mesopotamiæ conf.

Gordenia. Vide Gordynia. Plin.

* Gordiæus mons, *Nimbarum* P. Gyllio, *Gibel* Plin. *Noe* Thev. *Weriphout* Georgianis, mons Armeniæ Ptol. majoris excelsus, ex quo Tigris fluv. erumpit, & super quo arca Nohe quievit. [* in manusc. Selden. est Τορδυαῖα]

Gordium, urbs Phrygiæ magnæ ad Sangarium Xenoph. fluv. ubi Alex. magn. Gordium nodum cum dissolvere non posset, discidit, oraculo eluso. *Gordius* autem *nodus*, ut apud Plut. in Alexandro legitur, in proverbio habetur, quoties vinculum arctissimum & indissolubile significare volumus; simile illi, *Herculeus nodus* apud Sen. in epist. ad Luc.

Gorditanum, *Capo Argentar* Nigro, *Capo Lugu-* Plin. *dori* Pineto, prom. Sardiniæ in ora Bor. contra Cor- Ptol. sicam.

Gorduni, nunc Gandavenses, pop. Belgii, quo- Cæs. rum urbs Gandavum *Gent*, Flandriæ, atque totius Belgii maxima, ad Lysam fluv. ab Antuerpia 10. leuc. in occ.

Gordus, Juliogordus Ptol. Gordiu come & Júlio- Strab. polis Plin. urbs Phrygiæ magnæ Gordio finitima.

Gordynia, Gordenia Plin. & Ptol. Cordynia Me- Steph. læ, *Gorza* Molet. & *Gorza pasari*, opp. Macedoniæ in Æmathia, Ædessæ & Berrhœæ finitimum.

Gorgon, Urgo Plin. & Melæ, *la Gorgona*, ins. Rutil. maris Tyrrheni media fere inter ostia Macræ & Corsicam, 60. mill. pass. distans, Capraria proxima, à Portu Liburno 30. mill. recedens in merid. duplo à Portu Ericis, parva, circuitu 4. mill. pene ob piratas deserta, sub Genuensibus. Mem. illius Rutil. lib. 1.

" *Assurgit ponti medio circumflua Gorgon.*

Gorgones, Gorgades Plin. *Isole di Capo Verde* vel Mel. *Islas de Cabo Verde* Merc. ins. maris Atlantici, Libyæ Strab. interioris oræ occiduæ adjacentes contra Cornu Hesperii, à continenti bidui navigatione in occ. distantes, ab insulis Fortunatis ad 300. leuc. in merid. sic à Gorgonibus, quæ illas inhabitasse feruntur, dictæ.

Gormanum *Ganzer*, opp. Daciæ in Transylva- Ptol. nia Claudiopoli urbi finitimum.

Gornacum *Gournay*, oppid. Gall. Belg. in Picar- Ivoni. dia, Compendio propinquum, 4. leuc. in Cæc. recedens, inter Bellovacos 10. & Noviomum ad ort. 6.

Gorsio, Gursio ut alibi legitur, *Gorck* Laz. teste, Anton. opp. Pannoniæ infer. in Hungaria ad Zarwichium fluv. inter Albam Regalem & Quinque Ecclesias fere medium.

* Gortyna, *Gortyn* Soph. & al. urbs Cretæ quon- Stra. Pto. dam clara & episc. nunc exiguus pagus, Gnosso finitima, ab Ida monte 10. mill. pass. ab ora littorea 12. Hinc Gortyneus, & Gortyniacus nomina gent. Mem. Luc. lib. 3.

" *Docta, nec Eois pejor Gortyna sagittis.*

Ovid. lib. 7. Metam.

" *Nec Gortyniaco calamus levis exit ab arcu.*

[* man. Seld. Γόρτινα.]

Gortyna altera opp. fuit Arcadiæ in Peloponne- Pauf. so ad Gortynium fluv, teste Paus.

Goslaria *Goslar*, urbs Saxoniæ non ignobilis, lib. Scr. Ger.

sive

sive (ut aiunt) imperialis, inter Halberstadium & Embeccam 6. leuc. dissita. De qua lib 7. Itiner.

"*Quaque scatet multis Goslaria clara metallis,*
"*Embecca & Cereris pocula sana coquit.*

Scrip. Germ. Gotha, urbs Ger. in Thuringia ex præcipuis, à Gothis an. sal. 923. condita, ab Erphordia 4. leuc. in occ.

Gothe, arx olim firmissima, solo nunc æquata cernitur. De illa mentio est lib. 5. Itin. Germ.

"*Ni starent veteris proxima tecta Gothæ.*

Steph. P. Diac. Gothi, & Gotthi (sic enim alicubi legitur) *Polonci* teste Matth. Michoviens. pop. Sarmatiæ Europææ Boreale latus maris Euxini incolentes, prius Getæ, teste D. Isidor. lib. 9. orig. De quibus Auson. Horum metrop. & urbs archiep. Gothia, antequam à Turcis occuparetur. Auson. ep. 3.

"*Hinc possem victos inde referre Gothos.*

Regio Gothia nunc *Osia*, inter Tyram & Borysthenem.

Gothia, reg. pars Scandinaviæ, Daniæ (non Daciæ, ut in Thes. ling. Lat.) & Suediæ finitima.

Tac. Gothini, pop. Germ. terga Marcomannis vertentes, & ferrum effodientes. Horum urbs in Bohemia *Kuttenberg*, Lat. rec. Cutnæ, inter Pragam ad occ. & Littomescum in ort. 8. leuc. distans, ubi aurifodinæ.

Agath. Gothiscandia *Gothlandt*, reg. Scandinaviæ in ora Australi, in regno Suecorum olim, nunc ad Daniæ regem spectans, inter Sueciam & Daniam.

Claud. Gothunni, pop. Sarmatiæ Europææ, ex Gothis & Hunnis permixtis nominati. Quorum mem. Claud. lib. 2. in Eutrop.

"*Est opus: Ostrogothis colitur, mixtisque Gothunnis.*

Goziura, urbs. Vide Gaziura.

Scr. Pol. Gracchopolis, postea Cracovia teste Ant. Bonfin. *Crackow*, urbs Poloniæ minoris episc. & regia amplissima. Vide Carrodunum. Ejus mentio fit lib. 7. Itin. sic:

"*Hic ubi Sarmatico se jactat in orbe Viliscum,*
"*Millia quod Gracchi distat ab urbe duo.*

Ptol. Gracuris, Gracchuris Festo, *Agreda*, opp. Hisp. Tarracon. Castellæ vet. in Arragoniæ conf. teste Mor. & Clus. inter Turiasonem 4. & Soriam ad occ. 8. leuc. à Graccho post victos Celtiberos an. urbis 571. orbis vero 3939. ædificata, seu, autore Festo, (qui Illurcim prius dictam scribit) instaurata.

Regin. Eginart. & Diac. Gradus *Grado*, inf. Venetiæ, seu Carnorum, apud Aquileiam urb. inde supra 6. mill. pass. distans in Austrum, continenti proxima, cum urbe cognomine, ubi patriarcha post excidium Aquileiæ sedem diu tenuit; cum autem Aquileiam rediisset, Gradenses sibi patriarcham alterum, qui Gradensis dictus est, adscivere: cujus sedes postremo Venetias translata fuit. Sicque patriarcha olim Gradensis, nunc Venetus nominatur.

Ptol. Grææ Alpes, Graiæ Plin. & al. Graius mons Tac. & Senecæ, *M. di S. Bernardo minore*, & *M. di Giove* teste Leand. montes in finibus Salassorum, quibus ex Italia in Centrones & Allobroges in Gallia Narbonens. transitur.

Cic. Græca via, quæ & Herculea, teste Cic. in Campania apud lacum Lucrinum erat.

Plin. & al. Græcia, quæ Achaia, & Hellas teste Plin. *Romechi* incolis Turcis, seu *Rumelia*, & *Horomeli* teste Leuncl. prov. ampla Europæ, Thessaliæ ad Bor. & Epiro ad occ. Peloponneso ad Austrum finitima, in plures regiones divisa, Atticam, Bœotiam, Phocidem, Doridem, Locros, & Megaridem. Pop. Achæi, & Achivi, Argivi, Danai, Dolopes, Dores, Dryopes, Graii, Grajugenæ, Hellenes in universum, & Græci. Iones etiam, Myrmidones, & Pelasgi inter Græcos censentur. Mem. Græciæ Virg. lib. 11. Æn.

"*Dardanus, & versis lugeret Græcia fatis.*

Græcorum metropoles in Europa, antiquioribus & majoribus asterismo prænotatis.

- * Achrida
- Aegina, Atticæ ins.
- Ænos
- Anchialus
- Apros
- Arcadiopolis, quæ & Bergulæ, Thraciæ
- * Athenæ
- Athyra.
- Barna, Tiberiopoli juncta. Vide Varna
- Bergulæ
- Berrœa
- Bizya
- Brysis
- Bydena
- Byzantium. Vide Constantinopolis
- Chersona
- Christianopolis, olim Megalopolis, Peloponnesi
- Christopolis, olim Neapolis, Maced.
- * Constantinopolis
- Corcyra
- * Corinthus
- Cypsella
- Demetrias
- Dercos, Thraciæ
- Didymotichos
- Drusipara
- Drystra, olim Tirista
- * Dyrrachium
- Euripus, & Chalcis
- Garella, & Gotthia, in Sarmatia
- Hadrianopolis
- * Heraclea, seu Perinthus
- Joannina, olim Cassiope
- Justiniana
- Lacedæmon
- * Larissa
- Lemnos
- Leucas
- Macræ, olim Panormus,
- Macedoniæ
- Madyta
- Maina, olim Tænarum, Laconicæ
- Maronea
- Megalopolis, seu postea Christianopolis, in Peloponneso
- Mesembria
- Monembasia, olim Epidaurus
- * Naupactum
- Nauplia
- Nice, prius Nicea, Macedoniæ
- Pagasæ
- Paronaxia, ex Paro & Naxo insulis
- * Patræ
- Pharsala
- * Philippi
- * Philippopolis
- Phalla, & Bulla, cum Sugdæa, in Mysia
- Rhosia, postea Leopolis, Rutheniæ
- Rusium, olim Topiris
- Sardica
- Selymbria
- Serræ, olim Apollonia
- * Sophia
- Thebæ geminæ; una Bœotiæ [altera Thessaliæ]
- Theodorum, olim Tazus, *S. Theodoro*, metrop. Tauricæ
- * Thessalonica
- * Trajanopolis
- Varna, olim Dionysiopolis, Mysiæ
- Xanthia, Thraciæ, ante sub Trajanopoli
- Zichnæ, Maced. ante sub Serris

Græci pessime apud veteres audiunt, quasi perfidiæ notati, ut apud Eurip. in Iphigenia, *Græcia non novit fidem.* Apud Auson. tamen *Græca fides* est in adagio pro certa, & indubitata, cum ait, epist. 10.

"*Non Pœna, sed Græca fide.*

Sic apud Plaut. in Asinar. act. 1. scen. 3.

"*Græca fide mercamur.*

hoc est, præsente pecunia.

Græcia Magna, reg. Italiæ, apud oram sinus Scylacii, & Tarentini, inter Brutios ad merid. & Salentinos ad Bor. in longum extensa: cujus pars nunc in Calabria ulteriore, pars vero major in citeriore continetur. Ejus mem. Ovid. lib. 4. fast. *Strab. Plin. & al.*

"*Itala nam tellus Græcia major erat.*

Græi, pop. Maced. in Mysiæ conf. apud Strymonis fontes incolentes. *Thucyd.*

Gragus mons. Vide Cragus. Hor. lib. 1. carm. ode 21

"*Sylvis, aut viridis Gragi.*

Graiacum, *Graitz* seu *Gratz*, urbs Pann. super. in Norici confin. ad Savariam fluv. quæ propterea Savaria veterib. dicta putatur, Stiriæ reg. caput, & sedes *Lib. Not.*

des principis, à Vienna in Austrum, & Lentia in Eurum 27. leuc. trigonum enim æquilaterum hæ tres urbes faciunt. Appellatur etiam Græcium & Græcia, ut in lib. 5. Itin. Germ.

" *Mittit equis usos Græcia clara viros.*

Graiæ Alpes. Vide Grææ. de quibus Petron. poeta.

" *Alpibus aeriis, ubi Graio nomine pulsæ.*

Tac. Graius mons *M. di S. Bernardo*, sic à cœnobio opulento, in quo peregrini excipiuntur, dictus. Vide Alpes Graiæ & Grææ. Abest ab Augusta Prætoria supra 20. mill. pass.

Tac. Grampius mons, *Granzebain* à Scotis dictus, mons Scotiæ ingens, illam in citer. & ulteriorem dividens, inter ostia Deæ fluv. ad ort. & Lomundum lacum ad occ. extensus.

Script. Hispan. Granatum, quod nova Illiberis dici potest, urbs Hisp. Bæt. amplissima apud Illiberim urb. excisam, archiep. & regni Granatensis caput, ab Hispali 36. leuc. in ort. distans, an. sal. 1492. ab Hispanis victis Mauris recepta, ab Alex. 6. Pont. max. metropolis creata. Vide Illiberis. Academia est, & conv. juridicus, inter alios secundum sibi locum vendicans.

Scrip. Gall. Grandis, opp. seu pag. Gall. Belg. in Lotharingia, circa Tullum urbem.

Scrip. Germ. Granduicus sinus, qui & Album mare, *Wite Zee* teste Jo. Gotho, mare inter Corellios & Moschos: de quo Saxo Gramm.

Luitprand. Grani Palatium, & Grani Thermæ, & Grani Aquæ Regin. & al. Vide Aquisgranum.

Ptol. Graniacum prom. *Capo di Amance* Pineto & Molet. prom. Corsicæ in ora Australi, inter Adiacium & Bonifacium.

Strab. Mel. Q. Curt. & al. Granicus, *Lazzara* teste Nigro, fluv. Troadis, seu Phrygiæ minoris, ex Ida mont. in Propontidem inter Parium & Lampsacum influens, ab ortu Scamandri 20. stad. à Scepsi 120. Hic primum inter Alex. magn. & Persas non procul à Cyzico à 32. mill. peditum, & equitum 400. Maced. pugnatum est; & in ea pugna 600. millia Persarum cæsa sunt, testib. Plut. & Justin.

Plin. Granius, Granus Arriani, fluv. Susianæ in sin. Persicum decurrens.

Jornandi Granni, pop. Pannoniæ super. juxta Grannium fluv. incolentes, circa Strigonium urb. quæ *Gran* dicitur, accepto nomine vel à pop. vel à fluv.

Sidon. Apoll. Grannopolis, Gratianopolis D. Augustino, Acusio Ptol. *Grenoble*, col. & urbs Gall. Narbon. in Allobrogibus, & Delphinatus, episc. sub archiep. Viennens. inde 15. leuc. quot à Lugduno, distans, Delphinatus caput, & conventus juridicus, ad Isaram fluv. à Gratiano imp. instauratore nominata. Fuit & Gratianopolis urbs Africæ episc. sub archiep. Carthaginens. ex lib. concil.

Beda. Granta, *Cambridge* Anglice, *Caer-grant* Britannice, teste Leandro cum al. urbs Albionis in Anglia, academia præclara, à Londinio 45. mill. in Bor. Eliæ proxima, 10. mill. distans: nunc Latine Cantabrigia, comit. ab Oxonio altera Angliæ academia 45. mill. in ort.

Scrip. Hung. Granua *Gran*, fluv. Hungariæ Transdanubianæ ex Quadorum finibus oriens, & in Danubium exadverso Strigonii urb. cui nomen communicat, influens.

Prov. Rom. Grassa *Grasse*, olim Grinnicum, urbs Gall. Narbonens. in Prov. apud Antipolim (cui in episc. sede sub archiep. Ebredunens. successit) inde 3. leuc. à Nicæa 7. Deceates versus.

Ant. Gratia, Cratia Ptol. ut videtur, urbs Bithyniæ mediterr. episc. sub archiep. Claudiopolit. inter illam ad occ. 24. & Ancyram ad ort. 116. mill. pass.

Procop. Gratiana, *Gradischa* teste Laz. vel *Gradiscia*, oppid. Pannoniæ Saviæ in Bossinæ conf. medium inter Zagabrim ad occ. & Possegum ad ort. 8. leuc. Hung.

Gratianopolis *Grenoble*, urb. Gall. Narbon. Vide Grannopolis. Apud hanc urbem fons est aquam copiose, quando sterilitas imminet, emittens. Apud Granopolim urb. Africæ fons accensas faces extinguit, & exstinctas accendit, teste D. August. lib. de civ. Dei. *D. August.*

Xenoph. Strab. Plin. Hellespontus, *Stretto di Gallipoli* Cast. *Braccio di S. Giorgio* Volaterr. angustia maris inter Sestum urbem Thraciæ in Europa, & Abydum urbem Phrygiæ in Asia, apud Xenoph. 8. stad. apud Plin. 7. tantum distantes. Hujus & Propontidis longitudo 188. mill. pass. est teste Plin. Quod fretum varie nominatur. Sestiacum pelagus Aus. cui etiam Freta Abydi, Fretum Abydenum App. Alex. Pontus Phryxæus Luc. Phryxæa æquora Val. Flacc. Phryxi semita Statio, Athamantidis fluentum Apollonio, Ægæum fretum Pacuvio. Nomen habet ab Helle filia Athamantis regis Thebarum, quæ ibi decidens submersa est.

Ptol. Hellespontus quoque reg. Asiæ, pars Mysiæ, mari prædicto exposita; in qua urbes sunt Cyzicus, Parium, Lampsacus, Abydus, cum Dardano. Pop. Hellespontii Plin. Hinc Hellespontiacus, & Hellesponticus nom. gent. ut Hellespontiaca sibylla, quæ vixit Solonis & Cyri temporibus, teste Lactant. Ovid. lib. 4. fast.

“ *Perque urbes Asiæ longum petit Hellespontum.*

Virg. lib. 4. georg.

“ *Hellespontiaci servet tutela Priapi.*

Plin. Helleviones, Heluæones Ptol. sive ut alii legunt Æluæones, Hellusii Tac. Helli Ammian. pop. Germ. quorum locus *Heil* in ora ad fin. Venedicum apud Dantiscum urbem, teste Willichio.

Plin. Hellopes, *Lopesia* teste Pineto, pop. Epiri circa Dodonam, quorum reg. Hellopia Strab. vulgo *Lopesia.*

Vet. Insc. Hellum, sic in cod. Theodosiano, *Ell*, vic. Germ. super. in Alsatia ad Hellum fluv. sive Ellum, apud Colmariam urbem, Elegia scriptoribus mediæ ætatis.

Scr. Ger. Helmestadium *Helmstat*, urbs Germ. & academia Saxoniæ, media inter Magdeburgum ad ort. & Brunopolim ad occ. 6. fere leuc. dissidens, Halberstadio propior: Hemopolis apud literatos.

Diod. Helorus, Elorus Athenæo, Elesporus Polyb. Elleporos Æliano, fluv. Magnæ Græciæ parvus, inter Cauloniam & Scyllacium fluens, ubi Græci à Dionysio victi.

Sil. Helorus, & Helorum, urbs Siciliæ eversa cum fluv. cognomine. Vide Elorus.

Strab. Paus. Thucyd. Helos, Pteleon, & Dorion, tria oppidula Laconicæ ad sinum Laconicum proxima; quorum mem. Stat. lib. 4. Theb.

“ *Quos Helos, & Pteleon, Getico quos flebile vati*
‘ *Dorion*------

Heluæ *Elvas*, urbs Lusit. episc. sub archiep. Eborensi, inde 8. leuc. in Bor. à Pace Augusta 3. in regno Portugallico.

Heluecones. Vide Æluæones. Tac.

Cæs. Plin. Tac. & al. Helvetii *Schwitzer* vel *Schweitzer*, & Italis *Suizzeri*, pop. Germ. super. quorum reg. ampla Helvetia *Schwitzerlandt*, Rheno fluv. circumfluente ad Austrum & ort. ac Jura mont. à Sequanis disseparante, continetur, in 13. conventus juridicos divisa; qui sunt Tigurum *Zurich*, Basilea *Basel*, Scaphusia *Scafhausen*, Tugium *Zug*, Luceria *Lucern*, Salodorum *Soloturn*, Friburgum *Friburg*, Berna *Bern*, Suitia *Switz*, Uria, *Uri*, Transylvania *Underwald*, Glarona *Glaritz*, & Abbatiscella *Appenzeel*: ex quibus 4. postremi potius pagi sunt quam urbes. Helvetiæ mem. Ludov. Masurius in supplem. hodœporico.

“ *Immanesque lacus, & quas Helvetia valles*
“ *Gens sub prærupta plurima rupe colit.*

Et lib. 4. Itin.

“ *Helvetios Italis dirimit mons asper ab oris,*
‘ *Pars Adulæ, &c.*----

Urbes Helvetiis fœderatæ.

Constantia *Costentz*,	Molhusia *Mulhausen*
Costnitz	Rotovilla *Rotweil*
Curia *Chur*, *Coira*	Sedunum *Sitten*
Geneva *Geneve*	Fanum Galli *S. Gall*
Lausonium *Losanne*	

Helvetum, *Schlestadt* teste B. Rhenano, cum Villanov. urbs Germ. sup. libera in Alsatia, inter Colmariam 3. & Argentoratum in Bor. 6. leuc. Elcebus Ptol. postea Selestadium. Anton.

Helvii, Helui Plin. Elui Strab. *Alby* teste Orontio, pop. & urbs Aquit. episc. sub archiep. Bituricens. inter Tolosam 14. & Ruthenos 12. leuc. Elicoci Ptol. posterioribus Albiga, aliquando Alba Heluorum, sive Helviorum. Cæs.

Helvillum, seu Helvillus, pag. Umbriæ, inter Forum Flaminii 27. & Callem 23. mill. pass. Nuceriæ urbi prox. qui hodie non exstat. Ant.

Helvina *Elvino*, fons Latii in agro Aquinate, qui sic appellatur teste Jo. Scopa. Juv.

Helvinum, *Piomba* Nig. & Leandro, fluv. Piceni, non Samnitum, ut scribit Ortel. qui Matrinus Strab. & Ptol. dici videtur, inter Aternum & Vomanum fluens. Plin.

Hemeroscopium, *Cabo de S. Martin* teste Mariana, prom. Hisp. Tarracon. in regno Valentiæ apud Dianium: sed Beuth. est *Atalaya de Sertorio.* Strab.

Hemesa, urbs Syriæ episc. sub patr. Antiocheno, ab Arethusa 16. mill. pass. Vide Emissa. Plin.

Hemichara, opp. Siciliæ mediterr. quod *Nicosia* Nigro esse videtur. Sed *Macari* potius est urbs excisa. Vide Macara. Ptol.

Hemodes, Scandiæ Ptol. ins. 7. sinus Codani, Cimbricæ Chersoneso ad ort. adjacentes, quarum nomina sunt, *Seelandt*, *Funen*, *Langlandt*, *Muen*, *Falster*, *Loylandt*, & *Femeren*: Quarum maxima Codanonia appellatur à Mela & vulg. *Seelandt*, Scandia Ptol. & Scandinavia Plin. tametsi hæc non ins. sed ingens penins. Norvegiam, Suediam, Finlandiam, & alias Septentrionales regiones complectens, putatur. Mel.

Hemodus, mons Indiæ. Vide Emodus.

Hemopsuestia, Mopsos Plin. urbs Ciliciæ. Vide Mopsuestia. Procop.

Heneti, Eneti Steph. pop. Paphlagoniæ in ora Boreali maris Euxini incolentes: à quibus Veneti pop. Italiæ orti, & pop. Germ. Herulis proximi, de quibus poeta quidam Germanus lib. 4. Itin. Strab.

“ *Nos ducibus, qui nunc Herulos Henetosque gubernant.*

Heniochi, *Cattachi* ex tab. recent. pop. Sarmatiæ Asiaticæ circa Coracem mont. Caucasi partem, & oram maris Euxini, post Colchos in occ. incolentes, à Lacedæmoniis oriundi; apud quos montes Heniochii, qui & Coraxici teste Plin. dicuntur, ex quibus Plin. Ptol. & al.

Cyrus

Cyrus ingens fluv. per Albanos fluit. Hos memor. Val. Flac. lib. 6.

" *Miserat ardentes (mox ipse secutus) Alanos,*
'*Heniochosque truces* ———

Strab. Heorta sive Eorta, *Hardberg* teste Laz. opp. Pannoniæ infer. in Scordiscis.

Plin. Sol. Hephæsti, mons, & Hephæstium, opp. Lyciæ apud Chimæram mont. cujus terra tæda accensa tacta subito flagrat, teste Plin.

Plin. Ptol. *Hephestias, *Cochino* teste Hug. Favolio, oppid. Lemni insf. maris Ægæi. [* Ὑφαιστιὰς in Seldeni manuscr.]

Strab. Steph. Heptacometæ, Mosynœci Strab. Mel. & Dionys. Mosyni Orpheo & Plin. Byzeres etiam Steph. pop. Sarmatiæ Asianæ inter Euxinum mare, Scythicum mont. seu Caucasum, ac Colchos habitantes.

Dionys. Heptapolis, & Heptanomos, reg. Ægypti, quæ 7. urbibus, seu nomis constabat.

Strab. Plin. Heptaporos, fluv. Troadis ex Ida mont. profluens, qui Dracon à Procop. dici videtur, teste Ortel.

Halicarn. Hepta ydaton, Septem aquæ Cic. locus Latii apud Fucinum lacum, & Maruvium opp. ab eo 40. stad. distans.

Pauf. Hera, opp. Æolidis, medium inter Erythras & Chium, quod Argennum à Ptol. dici autumat Ortel. Sed hoc in Ionia est, non in Æolide.

Ptol. Heraclea, *Heraclia* teste Bellon. urbs Syriæ ad Tauri mont. radices, & Ciliciæ confinia, ab Adana 40. mill. pass. ab Iconio 75. in ortum distans.

Strab. Pli. & al. Heraclea, *Pelicore* teste Pyrrho Ligorio, urbs excisa Magnæ Græciæ apud sin. Tarentinum, inter Thurios ad merid. 41. & Tarentum in Bor. 42. mill. pass. à Rosciano 56. à Cæliano 28. Hujus navale etiam Heraclea à Strab. vocatur, ab ipsa urbe 24. stad. distans, quod hodie *Amendolara* opp. teste Barrio dicitur.

Xenoph. Strab. Ptol. & al. Heraclea Ponti *Penderachi*, urbs Bithyniæ reg. Mariandynorum metropolis, ab Hercule teste Mela condita, in ora maris Euxini, ab ore illius, sive à Bosporo Thracio 200. mill. pass. in ortum distans teste Plin. Sinopen versus, ab ostio Sangarii fluv. 62.

Ptol. Amm. & al. Heraclea Thraciæ, quæ & Perinthus Ptol. *Heraclia* teste Leuncl. & *Pantiro*, urbs archiep. & metrop. amplissima, in ora Propontidis, inter Byzantium 64. & Callipolim in Austrum ad 60. mill. pass. à Resisto 25. Herculea urbs à Claud. lib. 2. in Ruf.

" *Donec ad Herculei perventum nominis urbem.*

De ea quidam poeta.

' ——— *quæ magna Perinthus*
" *Ante fuit, priscum mutavit Heraclea nomen.*

Plin. Liv. Ptol. & al. Heraclea Macedoniæ, *Xevosna* Mol. & Nardo, urbs episc. inter Lychnidum ad occ. 45. & Ædessam ad ort. 69. mill. pass. Est & in Macedonia Heraclea altera Sintica cognomine à Ptol. memorata orientalior, & Borealior, quæ *Chesesia*, seu *Chesia* Nigro nominatur.

Strab. Plin. Ptol. Heraclea Phthiotidis, quæ & Trachinia Plin. *Comaro* teste Pinet. urbs Trachiniæ reg. in Phthiotidis & Thessaliæ conf. apud oram littoream, inde 20. stadiis, & Thermopylas, ab eis 40. stad. ubi transitus in Thessaliam ex Græcia difficilis.

Strab. Plin. Ptol. Heraclea ad Lathmon, quæ & Carica nominatur à Plin. & Lathmus à Strab. à vicino mont. *Palatia* Cast. & Mol. urb. Cariæ, *Ergel* à Turcis dicta teste Leuncl. episc. sub archiep. Stauropolitano, inter Pyrrham & Miletum 12. mill. pass. apud ostia Mæandri fluv. Apud Heracleam urbem Lydiæ, vel Ioniæ, lapis ille, quo aurum & argentum probamus, gignitur, qui *Heraclius lapis* nominatur, estque in proverbio, cum aliquem acri ingenio præditum dicere volumus.

Plin. Heraclea Cretæ, Heraclium Strab. & Ptol. *Mirabello* teste Pin. opp. & navale Gnossiorum in ora Bor. Aliis est *Setia*, una ex 4. urbibus episc. Cretæ: quæ potius Cytæum esse videtur, quam Heraclea.

Cic. Liv. Ptol. Heraclea Siciliæ, quæ & Minoa Liv. opp. exstinctum in ora Australi, medium inter Agrigentum, & Thermas ad occ. 20. mill. pass. Locus nunc *Capo bianco* teste Faz. dicitur. A Minoe rege conditum, & à Carthaginensibus eversum. Aretius vero putat esse *Terram novam*, opp. ejusdem oræ inter Gelam & Camarinam. Sed ex Liv. & Ptol. situs repugnat: nam à Ptol. inter ostia Hypsæ & Isburi fluviorum ab Agrigento in occ. distans describitur. Pop. Heraclienses Cic.

Plin. & Ant. Heraclea Galliæ, *S. Gilles* teste Jo. Poldo, oppid. Gall. Narbon. in Occitana reg. inter Arelate & Nemausum, 4. leuc. fere distans. Sed hoc adversatur Plin. qui scribit illam exstinctam esse apud ostium Rhodani, & Fossas Marianas.

Plin. Heraclea Tauricæ Chersonesi, Heracleum Strab. & Ptol. urbs in ora Boreali ad Mæoticam palud. quæ adhuc *Heraclia* teste Bonacciolo nominatur.

Ptol. Heraclea Syriæ, *Italica* teste Bonacciolo, urbs in Cyrrhestica reg. Heraclium Strab.

Ptol. Heraclea etiam urbs triplex in Ægypto. Una magna cognomine ad Nilum, quæ Herculis urbs magna appellatur à Ptol. altera Herculis urbs parva, apud Bubasticum fluv. & Bubastum urbem: tertia in ora apud Heracleoticum ostium Nili, ab ea sic appellatum, Canopo finitima.

P. Diac. Heraclea Italiæ, urbs olim episc. in ora Venetiæ à D. Magno episcopo Opitergino exstructa, & ipsa excisa, cui Urbs Nova etiam eversa successit.

Strab. Heracleopolis, Heracleæ navale, opp. Magnæ Græciæ in ora sin. Tarentini, ad Siris fluv. ostia, juxta Amigdalariam opp. *Amendolara*, ab Arce Imperiali opp. 12. à Tursio 20. mill. pass. Fuere aliæ hujus nominis urbes in Ægypto ad Nilum fluv. quarum una apud Pelusium, altera apud ostium Canobicum, tertia ad Nilum extra Delta.

Ptol. Heracleum, *Capo di Limon* Mol. & al. prom. Cappadociæ apud Themiscyram urbem, inter illam & ostia Thermodontis.

Plin. Heracleum, prom. cum fluv. & opp. cognomine, *Cacari* Mercat. in ora Colchorum, à Dioscuriade seu Sebastopoli 80. mill. pass. distans.

Pauf. Heraclius, fluv. Phocidis juxta Bulidem opp. fluens, qui ex ea hodie nominatur, *F. di Bulia* dictus, ex tab. recent.

Polyb. Pau. Pto. Heræa, *Ravoli* teste Mol. opp. Arcadiæ in Peloponneso Megalopoli propinquum, ad Alpheum fluv.

Procop. Heræus portus, *Calamolo* & *Molo di S. Giovanni Calamolo* teste P. Gyllio, portus Bithyniæ ad Bosporum Thracium.

Ptol. Heras & Helii, id est, Junonis & Solis, insf. duæ, quæ & Autolales Ptol. in oceano Atlantico, quarum una, ex Fortunatis, *Madera* dicitur, ut videtur Ortelio, Plin. Junonia. [Ptolem. habet Heras Helii, quæ & Autolala.]

Plin. Heratia, *Herachia* ex tab. recent. insf. maris Ægæi, una Sporadum, Schinussæ proxima, ab ea parum in ort. recedens.

Plin. Herbanum *Orvieto*, urbs Hetruriæ episc. in monte, apud Peliæ & Glanis cum Tiberi confluentiam, à Perusia 30. mill. pass. in merid. inter Tudertum & Viterbium 20. ab urbe Roma 50. Vide Oropitum, & Urbs vetus.

Plin. Herbessus, Erbessus Ptol. Erbessum Polyb. *Grutte* teste Faz. Nigro *Bicari*, opp. olim Siciliæ, nunc pag. apud Suteram opp. 8. mill. pass. distans, ab Agrigento 24. in Bor. à Naro 18.

Polyb. Liv. Ptol. Herbessus altera, urbs Siciliæ, & ipsa eversa, inter Syracusas & Leontinos: locus *Pantalica* teste Faz. à Syra-

Syracusis 14. mill. pass. apud Sortinum opp. inter Netum ad merid. & Leontinos ad Bor. Pop. Herbessenses Plin. Scribitur & Herbesus. Sil. lib. 14.

"Non Herbesos iners, non Naulocha pigra pericli.

Scrip. Germ. Herbipolis, quasi Herebipolis, *Wirtzburg*, quasi Mustopolis, olim Marcopolis, & Praapolis teste Irenico, & Artaunum Ptol. teste P. App. urb. Germ. episc. sub archiep. Moguntino, inde 19. leuc. in ortum distans, academia, & primaria urbs Franconiæ, ad Mœnum fluv. à Bamberga 10. in occ. inter Noribergam 13. & Francphordiam 15.

"Hic sunt, Herbipolis, qui te docuere magistri.

Ex vet. inscript.

'Dequ. 'Ερβίου Græ o nomine dicta polis.

Cic. Herbita, *Cittadella* teste Faz. urbs Siciliæ excisa inter Ennam 12. & Plutiam in Eurum 6. mill. pass. Pop. Herbitenses Cic. Sunt quibus *Nicosia* esse videtur, sed situs repugnat. In Thes. ling. Lat. pro *Nicosia*, legitur *S. Nicolaus*.

Plin. Mel. Herculaneum, Herculanum Cic. lib. 7. epist. ad Att. *Torre del Greco* teste Sanfelicio, opp. Campaniæ in ora littorali, inter Neapolim 8. & Stabias 10. mill. pass. sed Pandulpho Collenutio est *la Torre dell' Annontiata*, opp. ejusdem oræ à Neapoli remotius, hoc est 12. mill. pass. Urbs Herculea ab Ovid. lib. 15. metam. dict.

"Herculeamque urbem, Stabiasque, & in otia natam

'Parthenopen--------

Front. Herculaneus vicus apud Sublacum, ab urbe Roma 62. mill. pass.

Prop. Herculea via, in Camp. inter Avernum lacum & mare apud Puteolos.

Strab. Herculeum prom. *Capo di Spartivento* teste Barrio, prom. Brutiorum in Calabria ulteriore, inter Leucopetram 36. & Zephyrium in Bor. versus Locros 12. mill.

Ptol. Herculeum prom. Albionis in ora Cornubiæ Boreali, medium inter Bristolium urbem ad ort. & Bolerium prom. ad occ. ad 70. mill. *Hertlond*. Vide Herculis promontorium.

Diod. Herculeus lacus, *Lago di Leontini* teste Faz. lacus Siciliæ apud Leontinos.

Ant. Herculia, *Altofen* teste Laz. vel *Alt Offen*, oppid. Pannoniæ infer. à Buda 2. leuc. in occ. Strigonium versus, ad Danubium fluv.

Marcell. Herculis castra *Erckelens*, opp. Germ. infer. in duc. Geldriæ, in Juliæ duc. conf. inter Juliacum 3. & Ruremundam urb. Geldriæ 4. leuc. à Colonia Agripp. 8. Ruremundam versus.

Tac. Herculis columnæ, locus Frisiæ citer. inter Groeningam, & Covordiam ad occ. *Duvels cutz* teste Ortel.

Ptol. Herculis fanum, pag. Hetruriæ in ora, inter ostia Arni fluv. & Feroniæ Lucum ad occ. *Librafatta* teste Mol.

Strab. Herculis fanum, locus Gadium inf. Hisp. Bæticæ, vulgo *Castillo* teste Ortel. in ora ad ort.

Ptol. Herculis fanum, portus Melitæ inf. *Marza sirocco* teste Q. Heduo.

Plin. Ptol. Herculis inf. *Asinara* teste Ortel. inf. Sardiniæ in ora occid. ubi duas Herculis inf. Plin. habet. Ea *Linaria* teste Franc. Fara, cui magis habenda fides, tanquam indigenæ.

Plin. Ant. Herculis portus, geminus: unus in Hetruria, opp. cum arce & portu, *Porto Ercole* vel *Hercole*, apud mont. Argentarium, & Cosam urbem exstinctam, ab Anton. Aug. in Itin. memor. à portu Telamonis 12. mill. pass. alter pag. Brutiorum in ora Calabriæ ulterioris, à Plin. memoratus, *le Formicole* teste Barrio, inter Vibonem, & Tropeam urbem.

Strab. Plin. Herculis Monœci portus, opp. cum arce firmissima in ora Liguriæ, Nicææ finitimum, inde 7. mill. pass. in ort. distans, *Monaco* vulgo, proprio parens principi, cum Hispano præsidio. Virg. Arx Monœci, lib. 6. Æn.

"------- atque arce Monœci

'Descendens------

Herculis prom. geminum: unum in Maurit. Tingit. *Capo Cantin* teste Mercat. in oceanum Atlanticum excurrens, inter Mysocaram port. & Tamusigam urbem: alterum Albionis in Cornubiæ ora Boreali, *Hertlond* vulgo, & *Hartland point*. Vide Herculeum. Ptol.

Herculis Pyrgos seu turris, *Camera Torre* teste Marm. opp. Cyrenaicæ marit. in ora, inter Drepanum & Boreum promontoria, apud Diarrhœam portum. Ptol.

Herculius, fluv. Phocidis juxta Bulim fluens. Vide Heraclius. Paus.

Hercynia, Hercina Claudian. sylva Germ. maxima, longa itinere 60. dierum teste Mela, lata 9. teste Cæs. cujus partes sunt Bacenis, Bohemica, Gabreta, Martiana, & Semana, multis in locis excisa, ubi urbes, & oppida, & pagi nunc sunt. Varia habet nomina pro locorum varietate. Nam in Brisgoia apud Friburgum *Schwartzwaldt*, i. e. sylva nigra appellatur; apud Heidelbergam, *Udenwaldt* vel *Odewaldt*, i. e. Othonia sylva; inter Herbipolim & Bambergam, *Steygerwaldt*, *Stuligerwaldt*, i. e. sylva regia; ad Confluentiam Loriæ cum Mœno, *Westerwaldt*; circa Magontiam, Francphordiam, & Asciburgium, *Speshart*; in Thuringia juxta fines Franconiæ & Voitlandiæ, *Thuringerwaldt*; in com. Mansfeldensi in Saxoniæ faucibus, *Auff den Hartz*; in Bohemia, *Behemerwaldt*. Saltus Germanici in universum à Liv. nominatur. De ea Claud. de vict. Stiliconis sic: Cæs. Tac. Plin.

"Prominet Hercynæ confinis Rhætia sylvæ.

Et de laud. Stil. lib. 1.

"Ut procul Hercynæ per vasta silentia sylvæ.

Herdonia, opp. Apuliæ excisum. Vide Erdonia. Pop. Herdonienses Plin. Ejus mem. Sil. lib. 8. Liv.

"Obscura incultis Herdonia misit ab agris.

Herefordia *Hereford*, urbs Albionis in Angliæ Walliæque confinio trans Sabrinam, episc. sub archiep. Cantuariens. inter Londinium ad ort. 100. & Menevam ad occas. supra 90. mill. ad Lugum fluv. [ad Vagam potius, vulgo *Wye*.] Olim Ariconium. Prov. Rom.

Herenatium, opp. Germ. infer. in duc. Geldrensi, vel in Clivensi, quod Ortel. *Goch* opp. videtur, à Clivensi urbe fere 2. leuc. in Austrum, à Calcaria paulo minus in occ. recedens Genepiam versus. Al. videtur idem cum Arenaco urbe Geldrica. Ant.

Herenopolis, urbs Ciliciæ, quæ & Neronias. Vide Irenopolis. Vet. Insc.

Hereus mons, *Artisino* teste Faz. mons Siciliæ, qui & Tauis, ex quo Chrysas fluv. oritur, ab Enna in occ. & à Nicosia in Austrum 10. mill. pass. distans. Vib. Seq.

Herinum, *Regina* teste Barrio, opp. Brutiorum in Oenotriis, & Calabria citer. inter Consentiam & Besidianum medio occurrens itinere. Al. est *Reina* opp. ejusd. Calabr. inter Consentiam 16. & Lampetiam 10. mill. pass. Quod magis probo. Steph.

Herius, *Vilain* teste Ortel. fluv. Gall. Celt. in Britannia minore, inter Rhedones, Nannetes, & Venetos fluens; qui Vigelania à Lat. rec. vocatur. Ptol.

Hermæa, Mercurii prom. Plin. & Liv. *Capo Bon* Merc. Faz. Cast. & al. & *Capo di Nubia*, Olivario, prom. Africæ in ora inter Carthaginem & Hadrumetum, in mare valde contra Apollinis prom. Sardiniæ porrectum, à Maritima insula Siciliæ 700. stad. distans teste Anton. Ptol.

Hermæum prom. *Neocastro* P. Gyllio, *Genichisar* Turcis teste Leuncl. prom. Thraciæ ad Bosporum ultra Byzantium. Est & prom. Sardiniæ Ptol. in ora occid. quod *Marasso* vulgo dicitur. Hermæum apud Sozom.

Philoſtr. in Sophiſt. accipitur pro theſauro in ædificiis reperto, & pro lucro ingenti & fortuito invento.

Polyæno. Hermæum, locus Myſiæ in Aſia ad Helleſpontum, inter Parium ad Bor. & Lampſacum ad merid. inde 70. hinc 200. ſtad. diſtans.

Plin. Tac. Hermanduri, Hermunduri Plin. pop. Germ. qui à pleriſque *Meiſner* indigitantur, & quorum reg. Miſnia eſt, ad Saxoniæ ducem ſpectans, inter Bohemiam ad Auſtrum & Saxoniam ad Bor. contenta.

A. Hirt. Herminius, Erminius Dioni, *M. Armino*, mons Luſitan. teſte And. Reſend. in quo Medobriga, urbs excisa, Amæa, ſive Portus Alacris, ut nunc vocant, urbes; Marvanum & Alacretum oppida. Al. eſt *M. della Strella* in ora Luſit. Et Jo. Mariana Hirminios pop. & montes inter Durium & Minium fluv. locat. Sed Reſendio indigenæ magis fidimus.

Strab. Pauſ. Polyb. Hermione, *Maria* teſte Mol. opp. Peloponneſi in ora Argiæ, inter Naupliam & Scyllæum prom. unde ſin. Hermionicus apud Strab. qui & Saronicus, vulgo *Golfo d' Engia*. Ejus mem. Virg. in Cirin.

"*Hinc ſinus, hinc ſtatio contra patet Hermiona.*

Hermione etiam vocabatur templum ibidem Cereri & Proſerpinæ ſacrum, ad quod confugientes tuti erant. Unde *Hermionis vice* apud Zenodotum proverbialiter pro aſylo accipitur, ex Ariſtoph. in Babyloniis.

Plin. Mel. Hermiones, pop. Germ. (quos Mela ultra Cimbros & Teutonas deſcribit, cum ultra Cimbros nulli ſint) qui teſte Tac. multos ſub ſe Germ. populos continebant, Suevos, Hermunduros, Cheruſcos, Cattos, & Nariſcos, cum aliis. Horum reg. Pomerania eſſe putatur à Vadiano: ſed id Tac. verbis repugnat.

Bibl. Hermon, Hippos Ptol. mons Palæſtinæ geminus: major, qui pars eſt Libani orientalis apud ortum Jordanis fluv. alter minor apud mont. Gelboe, & Chiſonium torrentem teſte Maſio, qui etiam Sanir, & Seon appellatur, teſte Poſtello, in Galilæa, ad cujus radices Naim urbs exciſa, ſeu deſerta, hodie ſita viſitur.

Plin. Mel. Hermonaſſa, Hermonactus Ptol. *Moncaſtro* teſte Nig. *Bialogrod* Moldavis, & *Beligrad* Turcis, urbs Myſiæ infer. ad oſtium Iſtri Boreale, quæ etiam *Neſter Alba* Turcis dicitur teſte Leuncl. qui decipitur: nam *Neſter Alba* altera *Bialogrod*, (hoc eſt caſtrum album) urbs eſt ad oſtia Tyræ, quæ Turcis *Akerman* dicitur, ſedes præfecti reg. Hermonaſſa altera Ptol. urbs eſt Sarm. Aſianæ apud Cimmerium prom. & Boſporum, *Madaque* teſte Mol. *Matriga* Nig. dicta. Tertia apud Strab. & Ptol. in ora Cappadociæ in Ponto Polemoniaco, inter Polemonium ad occ. & Ceraſuntem ad ort. *Lavona* nunc teſte Nigro.

Strab. Plin. Hermopolis, *Bemſuaif* teſte Jo. Leone, urbs Ægypti ad Nilum fluv. inter Cynopolim & Antinoum, urbs probe habitata, ubi lini optimi copia, à Babylone, ſive Cayro (ut nunc vocant) 120. mill. paſſ. in merid. diſtans; Hermetis urbs & Hermupolis Ptol. dicta. Hic Pan & Hircus colebantur. Mem. & Sozom. in hiſtor. eccleſ.

Plin. Hermunduri. Vide Hermanduri.

Herod. Strab. Hermus, *Sarabat* Caſt. & al. fluv. Aſiæ per Lydiam & Æolidem ex Phrygia magna fluens, apud Docimæum, ac in Ægæum pelagus inter Phocæam & Smyrnam una cum Pactolo labens, auro clarus. De quo Virg. lib. 2. georg.

"*Nec pulcher Ganges, atque auro turbidus Hermus.*

Strab. Liv. & al. Hernici, pop. & Hernicus ager Plin. Hernica terra Ovid. Hernica ſaxa Virg. reg. Latii (non Campaniæ, ut in Theſ. ling. Lat.) *Campagna di Roma* teſte Platina; ſed nomen Campaniæ latius patet, plura alia loca complectens, ac fere totum Latium. In Hernicis autem ea eſt pars Latii, in qua Anagnia, Ferentinum, Fruſino, Verulum, Aletrium, cum aliquot aliis opp. ſunt. Hos à Pelaſgis, quorum colonia fuerunt, ortos ſcribit Macrob. lib. 5. Saturnal. ab Herno eorum duce nomen habentes. Mem. præter Virg. Ovid. & Sil. etiam Juvenal. ſat. 14.

"*O pueri Marſus dicebat, & Hernicus olim,*
'*Veſtinuſque ſenex*------.

Hernici à ſaxis dicuntur teſte Feſto, Herna enim à Marſis ſaxa appellantur.

Herodium, caſtellum Judææ inter Hieroſolymam & Hiericuntem, apud Thecuam opp. *Thacuach* teſte Poſtello, ab Hieroſolymis 60. ſtad. teſte Joſepho. *Joſeph.*

Heropolis, Heroum urbs Plin. *Herou* adhuc, urbs Ægypti ad intimum ſin. Arabici receſſum, apud Arſinoen urb. à Peluſio urbe in ora Ægypti 125. mill. paſſ. in ort. *Ptol.*

Herta turris, *Erdewdy* teſte Laz. locus cum cœnobio in Pannonia infer. in inſ. intra Danubium apud rudera Teutoburgi urbis exciſæ, inter Bathiam & Bononiam 5. leuc. à Murſa 3. in ort. à Quinque Eccleſiis 10. *Jornandi*

Heruli, pop. quos Jornandes ex Scandinavia egreſſos ad Mæoticam habitaſſe ſcribit, poſteaque Longobardos appellatos, teſte Aimoino, in Pannonia ac Norico, & demum in Italia conſediſſe. Horum quoque reg. Mechelburgia ducat. putatur; ut lib. 4. Itiner. *Amm. Trebell.*

"*Nos ducibus, qui nunc Herulos Henetoſq; gubernant.*

Heſa, vel Hæſa, urbs fuit Siciliæ, de qua Sil. l. 14.

"*Venit ab amne trahens nomen Gela, venit & Heſe.*

Heſperia, Hiſpania & Italia à poetis appellatur, ab Heſpero rege Atlantis fratre, vel ab Heſpero ſtella Veneris: Græci enim ſic Italiam vocant, quod illis ſit ad occ. Itali vero eadem de cauſa Hiſpaniam Heſperiam appellant. Virg. Italiam magnam Heſperiam vocat. Hor. Heſperiam ultimam dicit Hiſpaniam. Hinc Heſperius nom. gent. Ovid. lib. 4. faſt. *Virg. Hor.*

"*Nunc adit Heſperios, Rhenum, Rhodanumq;, Padumq;.*

Virg. lib. 3. Æn. de Heſperia.

"*Epeiro Heſperia, quibus idem Dardanus author.*

Heſperia etiam Mel. urbs Cyrenaicæ, quæ & Berenice.

Heſperides, quæ & Gorgones, *Iſole di Capo verde*, inſ. maris Atlantici contra Heſperium cornu prom. à Luſitanis detectæ, & coli cœptæ: col. deducta in urb. D. Jacobi epiſc. ſub archiep. Ulyſſiponenſ. Sed apud D. Iſid. lib. 14. orig. diverſæ ſunt à Gorgonibus. Vide Gorgones. Virg. lib. 8. Æn. *Plin. Mel.*

"*Corniger Heſperidum fluvius regnator aquarum.*

Heſperidum horti in Africa, quos Solin. (cum Virg. & Plin.) apud Lixum urbem Maurit. Ting. ubi fuerat Antæi regia, deſcribit. Plin. vero alibi ad Syrtim magnam, & Tritonem fluv. ſicuti & Claudian. Ptol. autem, etiam cum Plin. alibi, in Cyrenaica reg. apud Berenicen urb. De quibus mira poetæ fabulantur. Virg. lib. 4. Æn. *Plin. Mel.*

"*Heſperidum templi cuſtos, epulaſque draconi.*

*Heſperii, pop. Æthiopiæ in ora occidua, ubi Manicongum regnum, qui *Pangelongos* à Luſitanis teſte Barroſio dicuntur. [* in manuſc. Selden. Eſt-enim.] *Mel. Ptol.*

Heſperii alii, pop. Libyæ in ora ad oceanum Atlanticum, ad Lethæum fluv. apud Heſperium prom. *Biſneghe* & *Mandangan* à Luſitanis dict. *Strab. Plin.*

Heſperium cornu, *Capo bianco* Merc. ſed Hiſpanis, quibus magis credendum, quod locum pluries inviſerint, *Cabo verde*, in ora maris Atlantici contra Heſperides inſ. ultra oſtia Nigritis fluv. ad 30. leuc. Hiſpanicas diſtans in Auſtrum. *Plin. Mel.*

Heſron, quod & Haſor, *Antiopa* teſte Brochardo, opp. Palæſtinæ in Judæa. *Bibl.*

Heſſeni, pop. Palæſtinæ, apud quos mira eſt columbarum copia, teſte Tibullo. *Joſeph.*

Hetriculum, *Lataraco* teſte Barrio, opp. Brutiorum *Liv.*

in Calabria citer. apud Dampetiam, sive Toranum, ut nunc vocant, in S. Marci diœcesi, à Marcopoli 6. mil. pass. quot à Torano Lampetiam versus totidem.

Polyb. Plin. Liv. & al. Hetruria, reg. Italiæ præcipua. Vide Etruria, varie enim scribitur. De qua Corn. Gallus eleg. 1.

" *Ergo his ornata est meritis Hetruria nostris.*

Urbes nunc exstantes Hetruriæ.

* Aretium *Arezzo*	nus, *M. Alcino*
Balneoregium *Bagnarea*	M. Physcon *Monte Fiascone*
Castrum *Castro*	M. Politianus *Monte Pulciano*
Clusium *Chiusi*	Nepeta *Nepi*
Collis *Colle*	Oropitum, & Urbs vetus, *Orvieto*
Cornuetum *Corneto*	* Perusia *Perugia*, episc. & acad. dit. Pontificiæ
Cortona, sic vulgo, episc. sub arch. Florentino	Pientia *Pienza*
Fæsulæ *Fiesole*	* Pisæ *Pisa*
Falisca, postea Galesium	* Pistoria *Pistoia*
Fescennia *Citta Castellana*	Plebs
Florentia *Fiorenza*	Rosetum. Vide Grossetum
Galesium *Galese*	Sarzana. Vide Luna
Grossetum, olim Rosetum, *Grosseto*	*Sena *Siena*
Hortanum *Horta*	Suana *Soana*
*Luca *Lucca*	Sutrium *Sutri*
Luna nova *Sarzana*	Tuscania *Toscanella*
Massa, sic vulgo, episc. sub archiep. Senens.	* Viterbium *Viterbo*
Miniatopolis *S. Miniato*	Volaterræ *Volterra*
M. Alcinous, vel Ilci-	

Plin. & Strab. Hetrusci, pop. Hetruriæ, qui & Tusci, sive Thusci. Virg. lib. 9. Æn.

" ———————— *addant se protinus omnes*
" *Hetrusci socios* ————

Qui Etrusci quoque scribuntur.

Ptol. Hexi, Sexi Plin. Sex Ptol. Sexitania Athenæo, *Velez Malaga* teste H. Coquo cum al. urbs Hisp. Bæticæ apud oram littor. inter Manobam & Selambinam opp. à Malaca urbe 5. leuc. Illiberim sive Granatum versus. Floriano autem est *Motril* opp. apud Selambinam, inde leuc. 1. Malacam versus recedens. Pop. Exitani Strab.

Ptol. Lib. Conc. * Hexamilium *Hexamili*, urbs Thraciæ episc. sub archiep. Heracliensi ad isthmum Cherronesi, contra Caridiam, quæ & Lysimachia, à Callipoli urbe 6. mill. pass. in Bor. distans. [* in Seld. manuscrip. Εξαμηλιον.]

Liv. Plut. Hexapylum, locus Siciliæ eminens apud Syracusas, qui hodie *Mongibellisio* teste Faz. nominatur.

Cæs. Hibernia, Juverna Melæ, Ivernia Ptol. Ierna Strab. & Steph. ac Claud. Scotia Isidoro, Iris Diod. ins. ingens oceani Britannici, ab Albione in occ. ad 20. mill. pass. recedens, *Irlandt* Germanis, *Irlanda* Italis, *Ireland* Anglis, *Erin* Britannis, *Twerdhon* incolis, [Camdenus vero, incolis *Erin*, & Britannis *Tuerdon*.] & *Gwydhill*, non minor Anglia, cujus regi paret, licet diversis comitibus, tanquam regulis, sit subjecta. Urbes quondam claræ Ivernis, & Rhæba. Nunc clarent Dublinum, Waterfordia, & Armacha. Ejus mem. Claud. de lau. Stilic. lib. 2.

" *Munivit Stilico, totam cum Scotus Iernam.*

Ea in 4. regiones distribuitur, Laginiam ad ortum, in qua Dublinum metrop. Momoniam ad merid. in qua Cassilia, Hultoniam ad Bor. in qua Armacha, & Connaciam ad occ. cujus metrop. est Tuama. 50. olim episcopatus habuit, nunc ad 35. Hæc Hibernia ab hyberno tempore, quod ibi longum est, dicta putatur.

Urbes Hiberniæ inf. (olim 50.) episcopales.

Achada, episc. Connaciæ sub archiep. Tuamensi, [*Achonry*, Waræo]
Alachda, episc. Connaciæ sub archiep. Tuamens. [*Kill-alla* eidem.]
Ardacha, epis. Hultoniæ sub archiepisc. Armachano, *Ardagh*
* Armacha, archiep. Hultoniæ, *Armagh*
* Cassilia, archiep. Momoniæ, *Cashel*
Clocherium, *Clogher*
*Clona, episc. Momoniæ sub archiep. Cassiliens. *Clon*
Clonfertum, episc. Connachiæ sub archiepisc. Tuamens. *Clonefert*
Cluanum, *Kiloom*
Connertum, episc. Hult. sub archiep. Armach. *Conner*
* Corcagia *Corck*
* Deræ, episc. Hultoniæ sub archiep. Armachano, *Derry*
Dromora, episc. Hultoniæ sub Armachano, *Dromore*
* Duacum [*Kilmacogh* Waræo, al. *Galway*]
* Dublinum, olim Eblana, *Dublin*
* Dumbrosa, Connaciæ
* Duncheranum, olim Ivernis, emp. Momoniæ, *Dunkeren*
* Dundalcum, episc. Hultoniæ sub archiep. Armachano, *Dundalk*
* Dungallum, com. Hultoniæ, *Donegall*
* Dunum *Down*
Emelia *Emeley* vel *Awn*
Fernum, episc. Laginiæ sub archiep. Dublinens. *Fernes*
Glandelacum *Glandilaugh*
Kilmora, episc. Hultoniæ sub archiep. Armachano, *Kilmore*
* Kilchennium, episc. & acad. Laginiæ sub archiep. Dublinens. *Kilkenny*
* Kildaria *Kildare*
* Kilmalocum, episcop. Momoniæ sub archiep. Cassiliens. *Kilmalock*
* Laglinum *Leighlin*
* Limericum, & Lumbricum, *Limerick*
Lismora, episc. Momoniæ sub archiep. Cassiliæ, *Lismore*
Media, comitat. *Methe*, sedes episcopi *Navan*
* Olfinum, episc. Connaciæ sub archiep. Tuamens. al. Helfenia, *Elphen*
Osseria *Ossery*
Rapotum *Robogh*
Roscomia *Roscomon*
* Rossa, episc. Momoniæ sub archiep. Cassiliens. *Rosse*
Tuama *Toam*
* Waterfordia, olim Manapia, episc. Momoniæ sub archiep. Cassiliens. *Waterford*

Hiera, Latine Sacra, ins. Siciliæ, una ex 7. Æoliis, *Vulcano* teste Faz. ignes emittens, Liparæ vicina, ab ea 4. mill. pass. recedens, prius Therasia teste Plin. dicta. Plin. Mel.

Hiera altera, quæ ab Anton. Maritima dicitur, vulgo *Maretamo*, ins. Siciliæ contra Drepanum urb. ab ea in occ. ad 30. mill. pass. distans. Thymo abundat. Ptol.

Hiera item, *Gera* vulgo, ins. maris Cretici, seu Myrtoi, quam Plin. inter Theram & Therasiam emersisse scribit. Nonnullis *Suda* dici putatur; sed hæc Cretæ propior est. Plin.

Hiera *Capo delle Chelidonie*, prom. Lyciæ inter Antiphellum & Andriacam urbes, contra Chelidonias insulas tres parvas, à quibus denominationem habet. Strab.

Hiera, fluv. Bithyniæ illam à Galatia secernens: qui & Hierus. Cujus mem. Virg. lib. 9. Æn. Plin.

" *Quos Jovis eduxit luco sylvestris Hiera.*

Hiera petra, Hierapytna Strab. & Plin. Hierapydna Dionys. *Gierapetra* Soph. urbs Cretæ in ora Australi, inter Hieron oros, i. e. Sacum mont. & Erythræum prom. Sed Hierapytna apud collem Idæ, nomine Pytnam, teste Strab. Plin. vero illam statuit in ora occid. contra Gaulon ins. Ptol.

Hieracium *Gieraci*, urbs Magnæ Græciæ. Vide Locri.

Hieracum insula, *S. Pietro* teste Leandro, ins. Sardiniæ Plumbeæ proxima, contra Sulci urbem excisam, ac Sulcitanæ insulæ finitima. Ptol.

Hierapolis, quæ & Bambyca, urbs Syriæ archiep. sub patr. Stra. Pli.

Ptol. patr. Antiocheno in Cyrrestica reg. quæ *Haleppo*, teste Bellon. cum aliis, dicitur, urbs maxima, ex primis Turcici imp. à Damasco itinere 10. dierum distans in Bor. ab Edessa 50. mill. pass. De Haleppo diversa est sententia. Alii enim Hierapolim esse scribunt: alii Berrhœam inter Antiochiam & Hierapolim 30. mill. pass. dissitam; quæ sententia Cedreni & Zonaræ testimonio nititur: alii Chalybonem, vocis allusione ducti, in quibus Postellus & Rawolfius, esse putant: quam urbem Ptol. Borealiorem facit Hierapoli & Berrhœa, ac aliquanto orientaliorem. Quod si Haleppum triduo ab Antiochia in ortum recedit, ut Bellon. testatur, potius Chalybon erit, quam Hierapolis, aut Berrhœa, quæ Antiochiæ propior est. Sed Cedreni & Zonaræ, qui sub imp. Græcis scripsere, authoritas me movet. Si distantiarum numeri apud Anton. Aug. in Itin. certi essent, facile lis hæc habita distantiæ ratione tolleretur.

Strab. Plin. Ptol. Hierapolis altera, Phrygiæ magnæ urbs archiep. sub patriarch. Constantinopolit. proxima Laodiceæ, ab ea 6. mill. pass. Tripolim versus 12. distans, à Philadelphia urbe Lydiæ 45. in merid. quæ *Seideschcher* à Turcis teste Crusio cum Leuncl. nominatur. Ibi puteus amplus nebulas noxias exhalans teste Strab. Pop. Hierapolitæ Plin. Hujus mem. Ven. Fort. l. 8.

" *Læta suis votis Hierapolis alma Philippum,*
' *Producens*-------

Ptol. Hierasus, Geracus Amm. *Pruth* Mart. Cromero & Mercat. *Seret* Laz. (cui subscribendum puto; nam qui *Pruth* nunc dicitur, Porata Herodoto est) fluv. Daciæ per Moldaviam in Istrum fluens, sicuti & Porata 20. mill. pass. circiter distans.

Strab. Plin. Ptol. Hiericus, Hierico in sac. literis, urbs Palæstinæ in Judæa à Jebusæis condita, & à Jesu Nevo eversa, adhuc nomen antiq. servans, palmis abundans, ab Hierosolymis 20. mill. pass. in ort. recedens versus Jordanem fluv. à quo 6. mill. abest.

Ptol. Hierocæsarea urbs fuit Lydiæ episc. sub archiepisc. Sardiano.

Strab. Plin. Hierocepia, *Bourg de Hierochipe* teste Steph. Lusign. opp. Cypri excisum in ora occid. inter Paphum & Acamantem, quam Plinius insulam facit contra Paphum novam.

Hierogerma, *Girmasti* ex tab. geograph. urbs Phrygiæ minoris inter Scepsim & Ilium, episc. sub archiep. Cyziceno, quæ & Germa in lib. concil. nominatur. [Ἱερὰ Γέρμη Ptol.]

Plin. Hieromiace, fluv. Cœlesyriæ Gadaram urbem præterfluens, & in Genesaram lacum excurrens.

Ptol. Hieron Oros, *M. Sacro* teste Pineto, prom. Cretæ in ora Australi apud Hierapytnam.

Ptol. Hieron Stoma, hoc est Sacrum ostium, unum ex ostiis Istri in Mysia inferior. Australi apud Peucen ins.

Polyb. Plin. Hieronesus, ins. Siciliæ, eadem Hieræ, ut videtur.

Strab. Plin. Liv. & al. Hierosolyma, urbs Palæstinæ in Judæa notissima, olimque clarissima teste Plin. inter urbes orientales, à Joppe, & littore maris Syrii in ort. 40. mill. pass. recedens, inter Damascum & Babylonem Ægypti, inde 160. mill. pass. hinc 300. ab Alexandria 400. *Gierusalem* Italis, *Gotz* Turcis teste Leuncl. seu *Cuzumobarech*, *Godz* Minadoi, *Jerusalem* Anglis, olim urb. archiep. postea patriar. effecta quinque archiep. sibi contributis, Tyrio, Cæsareensi, Nazareno, Bostrensi, & Petrensi. Vetus urbs prorsus jacet: nova nulla alia re, quam Dom. nostri J. Chr. sepulchro (quod olim extra urbem erat) memorabilis, à Turcis mœnibus ad arcendos Arabes cincta. Apud poetas Solyma nominatur. Vide ibi.

Ptol. Hierus, *Orbo* teste Ortel. fluv. Corsicæ in ora ad orientem cum pago cognomine, & stagno in ore apud Aleriam urb. excisam. Sed Mol. *Salensate* fluv. vicinus nominatur.

Hignatia via, quæ & Egnatia, Via militaris Cic. à mari Ionio ad Hellespontum usque per Macedoniam perducens, longa 530. mill. pass. teste Strab. tantum est intervallum inter Dyrrachium ad occ. & Callipolim urbem Thraciæ in ora Hellesponti ad ort. Strab.

Hii, ins. Scotiæ adjacens ad occ. quæ *Iona* hodie teste Camd. nominatur. Pop. Hienses. Bedæ.

Hilara *Iler*, fluv. Rhætiæ in Suevia juxta Memingam urbem fluens, ac in Danubium apud Ulmam urb. labens. Scrip. Germ.

Hildesia *Hildesheim*, urbs Germ. in Saxonia episc. sub archiep. Moguntino, à Brunopoli 6. leuc. in occ. distans, episcopali sede donata sub Ludovico Pio imp. Ascalingium Ptol. dicta teste P. App. levi tamen conject. Scrip. Germ.

Himba apud script. Scotiæ ins. est maris Hibernici, una Acmodum (de quibus, ubi sint, & qui hac tempestate vocentur, non una est scriptorum sententia) Ihonæ finitima, ab ea 10. mill. pass. recedens.

Himella, *Aggia* teste Ligorio, ac etiam *Himella*, fluv. Sabinorum ex Severo mont. per Cures fluens, ac in Tiberim apud Ocriculum, ab eo 3. mill. pass. fere Manlianam versus, prolabens. De quo Virg. lib. 7. Æn. Vib. Seq.

" *Casperiamq; colunt, Forulosque, & flumen Himellæ,*
' *Et Tybrim, Fabarimque bibunt*------

Himera, Gelas Plin. & Diod. *Salso*, fluv. Siciliæ, ex præcipuis, qui ex Nebrodide mont. apud Petram opp. oriens in Austrum fluit, mareque apud Gelam urbem subit. Sic vulgo dicitur, quod salsas aquas habet, sicut alter sequens dulces. Ptol.

Himera alter, non longe à priore ex eodem mont. manans, in occ. & Bor. decurrens, & ad Thermas Himeræ in mare sese exonerans, & ipse ingens, qui propterea *Fiume grande* vulg. teste Faz. nominatur, & in ora apud ostia *Termine*, nomine à Thermis urbe accepto. Solin. hunc dulcem, alterum amarum haustu esse testatur. Ejus mem. Sil. lib. 14. Strab. Liv. Mel.

" *Armavere suos, qua mergitur Himera ponto.*

Himera, urbs Siciliæ apud ostia Himeræ fluv. & Thermas exstincta, à Zanclæis condita, & ab Hannibale Carthaginensi eversa, patria Stesichori poetæ; ex qua Thermæ urbs vicina cognominatur. Himeræus Crison cursor adeo celebris est apud Plat. in Socrate, ut in proverbio fuerit, *Crisonem Himeræum præcurrere*, quoties de maximo cursore sermo erat. Cic. Steph.

Hiolcos. Vide Iolcos.

Hiona *Chilca*, ins. Scotiæ oræ occiduæ adjacens, una Hebridum, sive Ebudarum, clarissima, in qua Sodora urb. episc. cæterarum, in qua cœnobium Benedictinorum regum sepultura insigne, à littore in occ. 12. mill. distans. [Vide Hii, nam idem videntur esse.] Scrip. Scot.

Hipparis, Iporus Ptol. *Camarina* teste Faz. nomine ab urbe quam alluit accepto, fluv. Siciliæ per oram Australem fluens. Pindaro

Hippi, *Capo di Sorta* teste Marm. prom. Africæ ad Syrtim magnam, apud Villam Philæni, in Cyrenaicæ confinio. Ptol.

Hippi, ins. 4. parvæ, velut scopuli, Ioniæ apud Erythras urbem adjacentes. Strab.

Hippici, montes Sarmatiæ Asianæ, Tauri mont. portio, *Mazarisci* incolis Mercat. Ptol.

Hippius, mons Phrygiæ minoris apud Ilium. Servio.

Hippo, quæ & Vibo, Hipponium Strab. cui & Vibo Valentia, Vion Valentia Ptol. Vibon, & Valentia Steph. *M. Leone* teste Barrio, cum al. col. & urb. Bruttiorum in Calabria ulteriore apud sin. Hipponiatem, inter Consentiam 38. & Rhegium 50. mill. pass. Nigro est *Bivona* oppidulum in ora sinus propinquum, quod Hippo vetus dici potest, et *M. Leone* Hippo nova, Plin. Plut. Mel.

va, vel Hipponium novum, in colle vicino exstructum; olim urbs episc. sub archiep. Rhegino, sede episcopali Miletum urbem proximam ad 5. mill. pass. translata.

Plin. Pauf. Hippocrene, fons Bœotiæ apud Heliconem mont. qui & Caballinus apud Persium dicitur, haud procul à Thebis. De quo plura apud Plin. & Sol. Ovid. lib. 5. fast.

" *Dicite, quæ fontes Aganippidos Hippocrenes.*

Sic dictus, quod ab ungula Pegasi equi productus traditur.

Ptol. Hippocura, urbs Indiæ citer. marit. quæ *Onor* urbs regia sub Lusitanis in ora, inter Sintacoram & Cory prom.

Steph. Hippola teste Pausan. urbs fuit Laconica mari proxima, olim, ob portus commoditatem, mercimonio pollens, unde ortum adagium, *Non navigamus ad Hippolaitas*, in eos qui parvos mercando quæstus faciunt, seu in pauperes mercatores.

Hom. Hippomolgi, pop. Thraciæ teste Theodoreto: sed teste Eustathio, Sarmatiæ Europææ, qui & Galactophagi dicuntur.

Strab. Plin. Mel. & al. Hippon Regius cognomine, *Bona*, urbs Africæ marit. olim episc. cui D. Augustinus episcopus præfuit, inter Aphrodisium col. & Tabracam, à Carthagine 228. mill. pass. in occid. à Cirtha 94. in Bor. & Cæc. à Tabraca supra 100. in occ. Cullu versus 76. hodie quoque non obscura. Ejus mem. Sil. lib. 3.

" *Tum Vaga, & antiquis dilectus regibus Hippon.*

Ptol. Ant. Hippon quoque Diarrhytos cognomine, altera ejusdem oræ urbs inter Tabracam ad occ. & Uticam ad ort. inde 60. hinc 36. mill. pass. ab Hippone Regio ad 160. mill. in ortum, quæ à nonnullis *Biserta* nunc dici putatur, ab Utica in occ. 36. mill. pass. distans. Hæc Vaga à Silio dici videtur in prius citato versu.

Plin. Strab. Ptol. Hipponiates sin. qui & Napitinus, & Terinæus Plin. & Thucyd. dicitur, sinus Brutiorum in Calabria inter citeriorem & ulteriorem intercedens, sic ab Hipponio urbe dictus, vulg. *Golfo di S. Eufemia*. Appellatur etiam Vibonensis à Plin.

Lycophr. Hipponium, prom. Brutiorum ad Hipponiatem sinum, & apud Hipponium urbem, de qua vide Hippo. *Salobron* teste Barrio. De urbe Ovid. lib. 15. metamorph.

" * *Hipponidæque domos regis, Temesesque metalla.*

[* alii codices habent *Hippotadæque*, Æolum intelligentes.]

Mel. Sol. Hippopodes, pop. Septentrionales, sic dicti, quod pedes habeant equinos, ut Sol. fabulatur, insulas quasdam incolentes. De quibus & Plin. lib. 4. cap. 13.

Ant. Hipporum, *Felo* teste Barrio, opp. Brutiorum in Calabria ulteriore, ab Altano 10. mill. pass. distans, apud Scunnum, seu Rosarnum opp.

Ptol. Hippos, Hippon Plin. urbs fuit Cœlesyriæ apud Dion, episc. sub patriarch. Hierosolymitano, haud procul à lacu Genesara.

Plin. Mel. Hippuris, inf. una Cycladum. Vide Anaphe, cui eadem est.

Hom. Hira opp. fuit Peloponnesi Pylo proximum. Est & mons Messeniæ Steph. & Suidæ.

Plin. Hirminius, & Hirminium, fluv. Siciliæ in oram fluens Australem, qui *Mauli*, ac etiam *Raguse* (ab oppido quod alluit) teste Faz. dicitur.

Strab. Plin. & al. Hirpini, *Principato ultra* teste Leandro, pop. & reg. Italiæ in regno Neapolitano, inter Samnites; quorum caput est & metropolis Beneventum, cæteræ urbes, Compsa, Abellinum, Frequentum, aliæque plures recentes. Horum mem. Sil. lib. 8.

" *Lucanis excita jugis, Hirpinaque pubes.*

Cic. Hirpinum, sive Irpinum, (utroque enim modo scribitur) opp. Hirpinorum, quod postea Harpadium appellatum fuit, nunc *Arpaia* vel *Harpaia*, excisum teste Volaterr. cum Blondo in mont. apud Abellam opp. apudque Caudinam vallem.

Hirtha, quasi Hirchia, inf. Scotiæ, una Hebridum, extrema, in Bor. vergens, sic ab hircorum copia & magnitudine dicta, à Scotia versus Thulen recedens. Scrip. Scot.

Hisara, fluv. Vindelitiæ, & Gall. Narbon. Vide Isara.

Hisarci, sive Hisarsi ut habent al. cod. pop. Insubriæ Alpini, quorum pag. adhuc *Isarso*, & *Arcisate* pag. alius vicinus, nominantur, teste Castilionæo, & Merula. Plin.

Hispalis, Ispalis Ptol. Hispal Sil. quæ & colonia Romulensis Plin. *Sevilla*, & Italis *Siviglia*, Anglis *Sevil*, urbs Hisp. Bæt. arch. & caput Vandaliæ, ad Bætim fluv. urbs amplissima, & empor. celebre, inter Cordubam ad Bor. 22. & Gades ad merid. 19. leuc. à Granato 36. in occ. Ulyssiponem versus 63. à Toleto Hispaniæ totius umbilico 72. in Austrum, an. sal. 1248. à Ferdinando rege, Mauris ejectis, una cum Cæsariana & Assidonia, recuperata. Ab Hercule Libyco, Gerionibus victis, condita fertur. Ejus mem. Sil. lib. 3. Plin.

" *Et celebre oceano, atque alternis æstibus Hispal.*

Hic academia ampla, & totius Vandalitiæ conventus juridicus.

Hispania, & Hispaniæ num. plur. apud poetas Hesperia ultima, prov. Europæ amplissima & notissima, Galliæ contigua, ab ea Pyrenæis montibus separata, & in Austrum recedens, à tribus lateribus oceano & mari mediterraneo instar peninsulæ circumflua; nam oceanus ad Bor. ad occ. & ad merid. mediterraneum etiam ad meridiem & ad ortum illam adluunt. Cujus peninsulæ isthmus est Pyrene mons 80. leuc. Hispanicis inter duo maria inter occ. & ort. excurrens; *Spagna* Italis, *Spain* Anglis, *Espagne* Gallis. Ea apud veteres primum in duas Hispanias, citeriorem & ulteriorem, Ibero fluv. divisas; postea in tres, Tarraconensem, Bæticam, & Lusitaniam, partita: quarum quælibet plures continet regiones; sed maxima Tarraconensis, quæ reliquas simul acceptas magnitudine superat. Olim sub uno rege Gothis imperantibus fuit, postea à Mauris occupata multis paruit regibus, & à Christianis recuperata 4. habuit reges, Legionis, seu Castellæ, Navarræ, Arragonium, & Portugalliæ. Nostra ætate rursus ad monarchiam sub uno rege Philippo 2. rediit. Corio bovino figura similis, ac quadrilatera parem ferme latitudinem longitudini habet, 800. mill. pass. Sed apud Strab. longa 6000. stad. lata 5. legitur. Pop. Hispani. Hinc Hispanus, & Hispanius nom. gent. Claud. lib. 2. in Rufin. Cic. Cæs. & al. omnibus.

" *Cuncta sibi: regit Italiam, Libyenque coercet,*

' *Hispanis Gallisque jubet*--------

Ovid. lib. 6. Fast.

' *Fecit, & Hispanam sanguine tinxit humum.*

Urbes Hispaniæ Tarraconensis hujus temporis.

* Abula *Avila*, Castiliæ vet.
Albaracinum. Vide Lobetum
Alcaratium *Alcaraz*
Alone *Alicante*, Valentiæ
Asturica *Astorga*, Asturiæ
Augusta Bracarum. Vide Bracara
Auria sive Auriensis *Orense*, Galliciæ
Ausa, & Ausona. Vide Vicus
Balagurium *Balaguer*, Catalauniæ
Barbastrum, olim Burtina, *Balbastro*, Arragoniæ
Barchino, seu Barcino, *Barcelona*, Catalauniæ
Belsinum *Borja*, Arragoniæ
Bigerra *Villena*, Castiliæ nov.
Bilbilis *Calatayud*, Arragon.
Bracara seu Bræcara *Braga*, Portugall.

Brigantia *Braganza*, Portugalliæ
* Burgi, olim Masburgi, *Burgos*, Cast. vet.
* Cæsaraugusta *Saragoza*, Arragon.
Calagurris seu Calagurrium *Calahorra*, Castil. veteris
Caronium *Corunna*, Galliciæ
Carthago nova *Cartagena*, Murciæ
Celsona *Solsona*, Catalauniæ
Civitas Regalis *Civdad Real*, Cast. nov.
Complutum *Alcala de Henares*, Castil. nov.
Compostellum, olim Janasum, *S. Jago*, Galliciæ
Concha *Cuenca*, Castil. nov.
Concia. Vide Miranda
Cyntilia *Chinchilla*, Castil. nov.
Daroca *Daroca*, Arragoniæ
Dertusa *Tortosa*, Catalauniæ
Dominicopolis *S. Domingo*, Castil. vet.
Eliocrata *Lorca*, Murciæ
* Flaviobriga *Bermeo* vel *Bilbao*, Biscaiæ
* Flavionavia *S. Ander*, Asturiæ
Flavium Brigantium *Betanzos*, Galliciæ
Frigidæ [forsan *Fraga*, Arragoniæ]
Gerunda *Girona*, Catalauniæ
Helena *Elna*, Catalauniæ
Jaca *Jacca*, Arragoniæ
Ilerda *Lerida*, Catalauniæ
Iturissa *Tolosa*, Guipuscoæ, vel *Sanguesa*, Navarræ
Juliobriga *Logronna*, Castil. vet.
* Legio *Leon*, Legionens. regni
Lobetum, postea Albaracinum, *Albaracin*, Arragoniæ
Lucus *Lugo*, Galliciæ
Lucus Asturum, nunc Ovetum prope ædificatum. Vide ibi
* Madritum *Madrid*, Castiliæ nov.
Majorica. Vide Palma
Methymna campestris *Medina del campo*, Castil. veteris
Mindon *Mondonnedo*, Galliciæ
Minorissa *Manresa*, Catalauniæ
Miranda, olim Concia, *Miranda*, Portugalliæ
Murgis & Murcia *Murcia*, reg. cognominis
Nagara *Naiara*, Castiliæ veter.
Opta *Huertes*, Castiliæ novæ
Orcelis, Oriola postea, *Orihuela*, Murciæ
Orgella. Vide Urgella
Osca *Huesca*, Arragoniæ
Ovetum *Oviedo*, Asturiæ
Oxoma. Vide Uxama
Palentia, olim Palantia, *Palentia*, Legionens. regni
* Palma, postea Majorica, *Mallorca*, insulæ cognom.
Placentia *Placencia*, Castiliæ vet.
* Pompelon *Pamplona*, Navarræ
Rodericopolis *Civdad Rodrigo*, Castiliæ vet.
Ruscino nova *Roussillon*, Catalauniæ
* Salmantica *Salamanca*, Castiliæ vet.
Sarabis. Vide Taurum
Secontia. Vide Seguntia
Segobia *Segovia*, Castiliæ vet.
Segorbia *Segorve*, Valentiæ
Seguntia, quæ & Saguntia, & Secontia, ac Segontia, *Siguenza*, Castil. nov.
Sentica. Vide Zamora
Setabis *Xativa*, Valentiæ
Stella *Estella*, Navarræ
Tarraco *Tarragona*, Catalauniæ
Taurum, olim Sarabis, *Toro*, Castiliæ veteris
Tiariulia, quæ & Terulium, ac Turulium, *Tervel*, Arragoniæ
* Toletum *Toledo*, Castiliæ nov.
Tude *Tuy*, Galliciæ
Turiaso *Tarazona*, Arragoniæ
Tutela *Tudela*, Navarræ
* Valentia *Valencia*, regni cognom.
Vallisoletum *Valladolid*, Castiliæ vet.
Vergi *Vera*, Granatens. regni
Vicus, olim Ausa, vel prope, *Vich*, Catalauniæ
Urgella *Urgel*, Catalauniæ
Uxama *Osma*, Castil. vet.
Zamora, olim Sentica, *Zamora*, regni Legionens.

Urbes Hispaniæ Bæticæ hujus temporis sub archiep. Hispalensi.

Acci *Guadix*, Granatens. regni
Alcala regalis *Alcala Real*, ejusdem
Almeria, olim Portus magnus, *Almeria*, ejusd.
Anticaria. Vide Singylia
Arcensis colon. *Arcos*, Andaluziæ
Artigi *Alhama*, Granatens. regni
Arunda *Ronda*, ejusd.
Asindon & Assidonia *Medina Sidonia*, Andaluziæ
* Astigi *Ecya*, ejusdem
Barbesula *Marbella*, regni Granat.
Basti *Baza*, ejusdem
Biatia *Baeza*, Andaluziæ
* Cæsariana *Xeres de la Frontiera*, Andaluziæ
Calpe *Gibraltar*, ejusdem
* Corduba *Cordovd*, ejusdem
Eliberis nova (vetus enim interiit) Vide Granatum
Fanum fidei *Santa Fe*, regni Granat.
Fanum Luciferi *S. Lucar de Barameda*, Andaluziæ
Gades & Gadira *Cadiz*, ejusd.
Giennium *Iaen*, ejusd.
* Granatum *Granada*, regni cognom.
* Hispalis *Sevilla*, Andaluziæ
Illiturgis nova *Anduiar*, ejusd.
Loxa *Loxa*, Granatens. regni
Magnus portus. Vide Almeria
* Malaca *Malaga*, regni Granatens.
Menoba *Bexmiliana*, ejusd.
Orsona. Vide Urso
Osca *Huescar*, ejusdem, vel Castiliæ novæ
Sexi *Velez Malaga*, ejusdem
Singylia, quæ & Anticaria, *Antequera*, Andaluziæ
Ubeda *Ubeda*, Andaluziæ
Urso, quæ & Genua Urbanorum, *Ossuna*, ejusd.

Urbes Hispaniæ Lusitanicæ, quarum aliquæ sunt extra Portugalliam.

Ægita nova, sive Igedita. Vide Guardia
Amæa, postea Portus Alacris. Vide ibi
Balsa *Tavila*, Algarbiæ
Cauria & Caurium *Coria*, Extremaduræ
* Conibrica & Conimbrica *Coimbra*, Portugalliæ
* Ebora *Evora*, ejusd.
Emerita *Merida*, Extremaduræ
Guardia seu Guarda *Guarda*, Portugall.
Heluæ sive Helviæ *Elvas*, ejusdem
Irenopolis, olim Scalabis & epis. *Santaren*, ejusdem
Julia Myrtilis. Vide Myrtilis
Lacobrica *Lagos*, Algarbiæ
Lamacum *Lamego*, Portugalliæ
Lancia, postea Viseum. Vide ibi
Leria seu Leiria pro Colippone *Leira*, Portugalliæ
Myrtilis *Mertola*, ejusd.
Olyssippo *Lisbona* & *Lisboa*, ejusd.
Ossonaba nova. Vide Sylva

Pax

* Pax Augusti *Badajoz*, Extremaduræ
Pax Julia *Beja*, ejusdem
Pharus *Faro*, Algarbiæ
Portus Alacris, olim Amæa, *Portalegre*, Portugalliæ
Portus Calensis *Porto gallo* (unde nomen regno) *Porto*, ejusdem
Rodericopolis, extra Portugalliam in Cast. veteri sub archiep. Compostellano, *Civdad Rodrigo*
Sylva seu Sylvæ *Silves*, Algarbiæ
Turris Julia, olim Castra Julia, & Julium præsidium, *Trugillo*, Extremaduræ
Viseum olim Lancia *Viseo*, episc. sub archiep. Bracarens. Portugalliæ
Xera *Xeres de Badajoz*, Extremaduræ

Regiones Hispaniæ extremæ.

Catalonia	Portugallia
Arragonia	Algarbia
Navarra	Vandalitia
Guipuscoa	Granata
Biscaia	Murcia
Asturia	Valentia
Gallæcia	

Interiores.

Extremadura	Castella vetus
Castella nova	Legionens. regnum

De Hispania Claud. de laudibus Serenæ sic;

" *Quid dignum memorare tuis, Hispania, terris*
' *Vox humana valet?*--------

Plin. Hispanum mare, quod & Ibericum Ptol. & al. ac Balearicum dicitur, mare mediterraneum quod Hispaniæ latus orientale, partemque Australis adluit.

Plin. Hispellum, Ispellum Strab.* Ispelum Ptol. Hispella colon. in vet. inscript. marmorea, *Spelle*, & *Spello*, urbs Umbriæ olim episc. nunc opp. amplum in colle apud Fulginium, inde 3. mill. pass. in occ. Perusiam versus; ubi theatrum, & alia antiquæ illius magnitudinis exstant vestigia. De eo Sil. lib. 8.

" *Hispellum, & duro monti per saxa recumbens*
' *Narnia*-----

[* Ισπελον est in manusc. Seldeni.]

Plin. Histonium, Istonium Ptol. Hisconium in vet. inscript. *il Vasto*, & *il Guasto d' Aimone*, col. & urbs olim, nunc opp. præclarum apud oram Frentanorum ad Trinium fluv. inter Anxanum urb. ad occ. & Thermulas, inde 18. hinc 10. mill. pass. quot ab Ortona: marchionem habet antiquum.

Ptol. Histria, Istria Plin. Strab. Mel. & al. reg. Italiæ extrema Illyrico ad ort. confinis, Arsia fluv. divisa, in mare velut peninsula inter Carnos ad occ. & Liburniam ad ortum excurrens, à Norico montibus divisa ad Arctos, longa 122. lata 40. mill. pass. ex Plin. Pop. Istri Plin. *Istria* etiam vulgo Italis, & *Histereych* Germ. Venetis paret. De Histris Luc. lib. 4.

" *Detegit orta dies stantes in rupibus Histros.*

Sex. Aur. Fl. Vopisc. Hiulca, palus Pannoniæ inferioris in Hungaria apud Cibalim urbem, quam Probus imperat. circa Sirmium siccari jussit teste Flav. Vopisco. *Polina* hodie dicitur.

Prov. Rom. Hola, urbs Thulæ inf. in oceano Caledonio, episc. sub archiep. Lundensi, cum tota insula nostra tempestate regi Daniæ parens, cum prius Norvegiæ subesset.

Xenoph. Strab. Holmi, Olmi Plin. urbs Ciliciæ asperæ, quæ & Seleucia; quo Holmienses translati sunt teste Strab. qui ab Antiochia Pisidiæ 115. mill. pass. in ort. distabant.

Sax. Gra. Holmia *Steckolm*, seu *Stockholm*, urbs Scandinaviæ, regia Suediæ, intra stagna (ut Venetiæ in Italia) exstructa, cum arce firmissima.

Bede. Homelea, *Humble* teste Ortel. fluv. Albionis in ora Angliæ Australi contra Vectim ins. in mar. influens.

Homeritæ, *Regno di Aden* Cast. ex tab. geograph. pop. & reg. Arabiæ fel. in ora ad ortum, extra fauces sinus Arabici. Quorum regia Arabiæ emporium. Plin. Ptol.

Homile, Homolium Plin. Strab. Liv. opp. Magnesiæ in Thessalia, in Macedoniæ confinio, *Lamina* teste Mol. dictum, quod aliis Lamia esse videtur, non Homile. Ptol.

Homole, mons Thessaliæ excelsus Othry mont. vicinus, centaurorum sedes, ubi Homolium erat teste Plin. Omole Strab. Homolus Steph. Omolium Liv. mons & Pelii pars, cujus incolæ Homoles Euripidi dicuntur. De quo Virgil. lib. 7. Æn. Strab. Virg.

" *Descendunt centauri, Homolen Othrynque nivalem*
' *Linquentes*--------

Thebis Phthioticis propinquus imminet. Hinc Homolais, Stat. lib. 7. Theb.

" *Sphynge: per ingentes Homolaidas excat Amon.*

Homolium apud Plin. opp. est Magnesiæ. Vide Homole.

Homona, Homonada Tac. opp. fuit Isauriæ in Pamphylia, Selgæ finitimum. Pop. Homonadenses. Plin.

Honorias, reg. Asiæ, pars Ponti; in qua Heraclea, Tium, Claudiopolis, Cratia, & Hadrianopolis urbes, *Volli* sive *Bolli* hodie ex tab. recent. Lib. Not.

Hoplias, qui & Hoplites, & Isomantos, fluv. Bœotiæ juxta Coroneam urbem in Phliarum fluv. influens. Plut.

Hor, mons Arabiæ petr. in finibus Edom. Vide Or. Bibl.

Horatii Flacci villa, *S. Giovanni in Campo Oratio* teste Blondo, locus erat prope urbem Romam. P. Vict.

Horbatii, pop. Illyrici in Norici confinio: quorum reg. *Crabaten* seu *Krabaten*, Lat. rec. Corbavia teste Laz. dicitur. Scrip. Germ.

Horchianus vicus *Vitorchiano*, & *Vicorchiano*, opp. seu castrum Hetruriæ inter Viterbium & Polymartium, inde 8. hinc 4. mill. pass. distans, sic ab Horchia dea ibi culta. Tab. Antiq.

Hordacha, fluv. Thuringiæ in Germ. *Herdach*: cujus mem. Ven. Fortun. Fortun.

Hordonienses, pop. Apuliæ Dauniæ, quorum urbs Hordonia, aliis Herdonia & Erdonia, excisa. Vide Erdonia. Plin.

Horeb, mons Arabiæ petreæ. Vide Oreb. Bibl.

Horesti, pop. Britanniæ 2. seu Scotiæ, quorum reg. *Mernia* & *Angusia* vel *Anguis* teste Hectore Boetho, juxta oram ortivam, ubi Duncheldinum urbs, Deidonum opp. & Brechina urb. Camd. vero est *Eskedale*. Sed Boetho indigenæ credimus. [De iisdem iterum] Horesti ultra Taum fluv. siti sunt: quorum nunc reg. *Angusia* dicitur; in qua Brechinum *Brechin* urb. epis. & Orrea, olim regia, nunc opp. *Forfair*. Ibi etiam opp. Alectum, postea Deidonum dictum, vulgo *Dondee*. Tac.

Horisius, fluv. Phrygiæ minoris juxta Troadem urbem fluens. Plin.

Horma, *Coria* Mol. (quo argumento nescio) opp. Macedoniæ Albanopoli finitimum. Ptol.

Hormiæ. Vide Formiæ. Strab.

Horminius, mons Bithyniæ. Vide Hyppius, & Ormenius. Ptol.

Horta, opp. agri Novariens. apud lacum Hortanum (aliis Verbani pars est) à Novaria 24. mill. pass. cujus mem. Paul. Diac.

Hortanum, Orta P. Diac. *Horti* & *Orta*, urbs Hetruriæ in Faliscis apud Tiberim fluv. ex adverso Ocriculi, ab eo 2. mill. pass. distans in occ. à Falisca 4. in Bor. à Viterbio 14. in ort. episcopatus Fescenniæ episcopatui, unde 9. mill. abest, junctus est. Plin.

Hostia (Vide Ostia) urbs Latii ad ostia Tiberina prorsus excisa. Halicarn.

Hosti-

Plin. Tac. Ant. Hostilia *Hostia*, producta 2. syllaba, opp. amplum Venetiæ ad Padum in agro Mantuano, inter Mantuam 30. & Ferrariam 20. mill. pass. contra Reverum opp. in altera Padi ripa.

Prov. Rom. Hostunium *Hostuni*, urbs Salentinorum in terra Hydruntina episc. sub archiep. Brundisino, inde 15. mill. pass. distans, à Monopoli 20. à Celio 8.

Tac. Huionum, vel Juhonum ut al. cod. habent, *Hoye*, opp. præclarum Belgii ad Mosam fluv. in finibus Eburonum, medium inter Leodium & Namurcum, 5. leuc. utrinque distans.

Hungaria *Ongaria*, prov. Europæ Pannoniam cis Danubium,& Iazyges trans Danubium complectens, regnum amplum, inter Austriam, Stiriam, & Moraviam ad occ. Serviam ad ortum, Illyricum ad meridiem, Poloniamque ad Septentriones contentum: cujus maxima pars à Turcis occupatur; rege, qui ex familia Austriaca est, Iaurinum, Possonium, Vesprinium, Tirnaviam, Nytriam, Cassoviam, Varadinum, ex urbibus possidente. In ea Buda regia, metropoles 2. Strigonium & Colocia, episcopatus 8.

Agath. & P. Diac. Hunni, qui & Huni, & Abares sive Avares teste P. Diac. dicuntur, pop. Sarmatiæ juxta Mæoticam palolim incolentes, unde egressi, in Pannonias primum (quibus Hungariæ nomen ab his inditum traditur) deinde in Gallias migrarunt. De quibus Claud. lib. 1. in Ruf.

" *Hunnorum laturus olim, &c*——
" *Est genus extremos Scythiæ vergens in ortus*
" *Trans gelidum Tanaim*——

Prudent. lib. 2. cont. Sym.

" *Denique Romanus, Daca, Sarmata, Vandalus, Hunnus.*

Lib. Not. Hunnum *Seaven-shale* teste Camd. opp. Albionis in Northumbria ab Hunnis, ut videtur, nomen habens.

Eulogio. Hurdaspalense cœnobium, *Urdax* teste Mor. monasterium cum pago apud Baionam urbem in Hispaniæ Aquitaniæque confinio, intra Pyrenæos montes.

Bibl. Hus, urbs parva in Ausitide reg. in Syriæ Arabiæque confinio, *Omps* teste Thom. Minadoio, patria Job.

Huya insula est oceani parva, cum cœnobio olim præclaro, à littore Scotico orientali parum distans, à Bervico urbe paulo supra 6. mill. pass. recedens, ab Edimburgo ad 45.

Strab. Hyadetæ *Heyssant*, ins. maris Britannici ante Gobæum prom. Gall. Celt. in Britannia minore, à Foro & Congusto oppidis marit. 4. leuc. in occ. distantes.

Strab. Ptol. & al. Hyampolis, *Iampoli* in tab. recent. quæ & Anemoria Strab. opp. Phocidis in Bœotiæ confinio, Chæroneæ & Coroniæ finitimum: ubi Hyampolus vertex montis apud Parnassum à Plutarcho memor. Mem. Hyampolis Stat. lib. 7. Theb.

" *Et valles Lebadea tuas, & Hyampolin acri*
" *Subnixam scopulo*——

Altera Hyampolis in Bœotia apud Orchomenum à Ptol. describitur, nisi eadem sit priori in Phocidis & Bœotiæ conf.

Thucyd. Diod. Ptol. Hybla minor, opp. Siciliæ excisum inter Catinam & Centuripas, ubi nunc *Indica* locus teste Faz. & ipse dirutus, in mont. Centuripis propior. Al. est *Mellili* vel *Melilli*, à Megara urbe excisa apud Augustam 4. mill. pass. distans. Imo aliis est Megara ipsa, quæ teste Thucydide Hybla prius, & Megara postea dicta est. Mellis copia memorabilis.

Paus. Thucyd. Steph. Hybla major, *Avola* teste Erythræo, opp. Siciliæ apud Neetum, inter illud & Ragusiam opp.

Hybla parva, opp. Siciliæ extinctum in finibus Gelensium, inter Claromontem & Buterium oppida, non longe à Buterio. Pop. Hyblæi Thucyd. Hyblenses Plin. Mart. lib. 13. ep. 102.

" *Cum dederis Siculos mediis è collibus Hyblæ*
" *Cecropios dicas tu licet esse favos.*

Ovid. lib. 5. de trist.

" *Et careat dulci Trinacris Hybla thymo.*

Hyccara *Carbolongi* & *Garbolangi*, seu *Carini* teste Faz. urbs Siciliæ olim episc. à Sicanis condita, sed eversa, ubi nunc Carinum opp. quod sub D. Gregorio magno sedem episcopalem habuit, inter Panormum & Elymam, à Panormo 12. mill. pass. distans. Vetus autem Hyccara nunc *Muro Carini* nominatur apud Carinum. Patria Laidis meretricis famosissimæ. *Plut. Diod.*

Hyccarum, opp. Siciliæ, quod *Bicari* seu *Vicari* esse videtur, inter Panormum & Agrigentum à Thermis Himerensibus 24. mill. pass. Laidis insignis scorti patria. [* Habet Steph. & Hyccaram & Hyccarum, opp. Sicil. verum prius ait esse patriam Laidis.] *Steph.*

Hydaspes, fluv. Asiæ geminus: unus per Susianam apud Susam urb. fluens delicatissimus; de quo Virg. lib. 4. georg. *Strab. Plin. Q. Curt.*

" *Lydia, nec populi Parthorum, aut Medus Hydaspes.*

Alter Indiæ, terminus itineris Alexandri magni cum Asiam subjugaret, in Indum influens apud Nysam urbem: cujus incolæ Hydaspii à Trogo appellantur. De illo Luc. lib. 8.

" *Qua rapidus Ganges, & qua Nysæus Hydaspes.*

Hydia, *Cadra* Faz. opp. Siciliæ excisum in finibus Leontinorum, ubi adhuc turris sic dicta. Aliis est *Franco fonte* castrum à Paliconia 11. mill. pass. Licodiam versus distans. Nigro *Fontana murata* dicitur. *Ptol.*

Hydra, prom. Æolidis inter Myrinam & Phocæam urbes. Fuit etiam opp. hujus nominis Ætoliæ teste Strab. & apud poetas monstrum, hoc est, serpens 7. constans capitibus, vel 50. ut ipsi fabulantur, quorum uno resciso duo pullulabant, ab Hercule ad Lernæam paludem in Argia reg. interfectum: unde & Lerna de paludis nomine dictum est. De quo Virg. lib. 6. Æn. *Strab. Ptol.*

" *Quinquaginta atris immanis hiatibus Hydra.*

Hydralis, *Belgrado* teste Gyll. fluviolus apud Byzantium in Barbysim influens. *Niceta.*

Hydruntum, Hydrus Strab. & Ptol. *Otranto*, urb. Salentinorum archiep. olim major & primaria, ex qua ipsa Salentinorum reg. *Terra d' Otranto* nominatur, in ora extrema, à Brundisio 50. mill pass. in ort. Dyrrachium versus, à quo mari 170. mill. abest, à Japygio prom. 19. in Bor. ibi mons & fluv. ejusdem nominis. Mons vero, qui Hydrus dicitur, urbi imminens, *Capo d' Otranto* nominatur, sicuti & fluv. Hydrus appellatur. De urbe Lucan. lib. 5. *Plin.*

" *Et cunctas revocare rates, quas avius Hydrus,*
" *Antiquusque Taras*——

Hydrussa, ins. maris Ægæi. Vide Andros, & Cea. *Stra. Pli.*

Hyela *Bonifacio*, seu *Bonfatti* teste Barrio, opp. Brutiorum in Calab. citer. ora, inter Blandam 2. & Lampetiam ad ort. 10. mill. pass. Hyela quoque Strab. urbs Lucaniæ marit. excisa. Vide Velia. *Herod.*

Hygris, *Sabardi* teste Villanov. *Tabardi* Mol. opp. Sarmatiæ Europææ in ora maris Euxini, seu Mæotidis, inter ostia Tanais & Gerri fluminum. *Ptol.*

Hyla, Hylas Solino, Capellæ, & al. fluv. Mysiæ Asianæ Prusiadem, sive Prusam urb. alluens, ubi fons, & lacus, ab Hyla puero ab Hercule amato ibi submerso, dictus. De quo Virg. lib. 3. georg. *Plin.*

" *Cui non dictus Hylas puer, aut Latonia Delos?*

Hyla quoque, & Ila, ins. Scotiæ ad occ. adjacens, una Ebudarum, Novanto prom. una cum Mula, Cumbra, & Ihona proxima, ab Hibernia 30. mill. in Bor. distans. *Scrip. Scot.*

Hylea, sive Hylæa, reg. parva Sarmatiæ in Asia ad oram maris Euxini, cujus mem. Val. Flac. lib. 6. Argonaut. *Herod. Plin.*

" *Movit & Hylea supplex cum gente Syenen.*

Hylias,

Thucyd. Hylias, *Trionto* teste Barrio, fluv. Magnæ Græciæ inter fines Thuriorum & Crotoniatarum fluens, à Rosciano 12. mill. pass. ostio Chrimissam versus distans.

Plin. Hyllis *Capo Olm, Capo Cista* teste Nig. prom. Liburniæ in ora maris Hadriatici, in illud instar peninsulæ porrectum; quod & prom. Diomedis Plin. dicitur: (aliis *Sabion*, cum Sabioncello opp.) circuitu 100. mill. pass. inter Phariam ad occ. & Melitam ad ort. proximas insulas, Corcyræ nigræ finitimum: sed non Liburniæ, ut scribit Ortel. at Dalmatiæ prom. est. Hylli pop. Steph.

Strab. Paus. Hyllus, fluv. Lydiæ in Hermum influens: qui & Phrygius à Strab. & Liv. appellatur, ex Phrygia ortum ducens.

Paus. Hylycus, fluv. Argiæ, qui & Taurius, sive Taurus Athenæo dicitur, inter Hermionen & Trœzenen in mare fluens.

Strab. Plin. Ptol. & al. Hymettus *Monte di Sethines*, mons Atticæ Athenis proximus, melle abundans, quo cum Hyblæo certat, juxta quem Helice opp. erat. De eo Mart. lib. 13. ep. 101.

" *Hoc tibi Thesei populatrix misit Hymetti.*

Hymettius, a, um, ab Hymetto deducitur: unde Hymettia mella, & mella Attica adeo præcipua, ut abierint in adagium apud Martial. & Lucian. etiam pro suavi eloquentia.

Herod. Hypacyris, Pacyris Plin. *Desna* teste Peucero, fluv. Scythiæ Europææ, qui cum Gerro fluv. in Carcinitem sin. Mæotidis influit apud *Czernigow* urbem.

Plin. Hypæa, ins. una ex tribus quæ Stœchades dicuntur, & oræ Galliæ Narbonens. adjacent, inter Telonem & Massiliam, *Pomige* teste Dalechampio, *Pomegue*.

Strab. Ptol. Hypæpa *Ipepa*, urbs Lydiæ episc. sub archiep. Ephesino, sive Sardiano, inter Tmolum mont. & Caystrum fluv. sita, Thyatiræ proxima. Hypæpæ Ovid. & Pausan. num. plur. lib. 11. metam.

" *Tmolus in adscensu: clivoque extensus utroque,*
" *Sardibus hinc, illinc parvis finitur Hypæpis.*

Ptol. Hypania, *Accumba* teste Nigro, opp. Peloponnesi in Elide reg. Epina Strab. vel Hypana eidem, & Epion Steph. opp. Triphyliæ.

Arist. Herod. Plin. & al. Hypanis, *Bog* Merc. & Lud. Decio, fluv. Sarm. Europ. per Volhiniam & Podoliam regiones regni Polonici in Euxinum mare decurrens, inter ostia Borysthenis, & Dromum Achillis ins. ad Dassoviam urbem. Cujus aquas amaras Ovid. lib. 15. metam. refert.

" *Quid? non & Hypanis Scythicis de montibus ortus?*

Errant, qui Hypanim *Bug* seu *Buch* indigitant, fluv. Rhutenorum apud Olescham urbem orientem, perque Briestiam, Melnicum, Nurum, Prostymam, Camenetiam, & Vischegrodam, urbes regni Polonici, in Vistulam influent. cum in Euxinum mare ex Ptol. Plin. & aliis Hypanis deferatur. A capite ad ostia 48. mill. pass. numerantur. Est & Hypanis alter, qui Herod. & Plin. Panticapes dicitur teste Ortel. De quo forte Virg. lib. 4. georg.

" *Saxosumq; sonans Hypanis, Mysusq; Caicus.*

Hypanis item fluv. ab Aristot. lib. 5. de hist. animal. apud Cimmerium Bosporum memoratur: juxta quem animal quoddam volatile gignitur Ephemeron appellatum, quod non ultra diem vivat, in meridie languens, & ad occ. solis moriens.

Plin. Sol. Hypasis, Hypanis Strab. & Propert. Plin. & Q. Curtio Hydaspes, fluv. Indiæ citer. in Indum influens. Vide Hydaspes.

Arist. Apu. Heliod. Hypata urbs fuit Thessaliæ quondam reg. primaria, ad sin. Maliacum, ad radices mont. Oetæ.

Sil. Hypatis *Caminei*, fluv. Siciliæ, qui idem Iporo Ptol. videtur, & Hypari Pind. de quo Sil. lib. 14.

" *Hypatin, ac facilem superari gurgite parvo.*

Hypatus, mons Bœotiæ Thebis imminens: qui *M. di Stives* incolis dicitur. Strab. Paus.

Hyperborei, pop. & montes, qui & Riphæi, ultra Scythiam teste Arist. *Comenopoias*, id est zona mundi, teste Mercat. cum Herbestenio, vel *Doffrini* & *Dosfrafiel* teste Olao Magno, in Boreali Scandinaviæ reg. Veteres hos circa Tanais fluv. fontes describunt; cum ibi maxima sit planities. De his ubi sint, & cur sic dicantur, consule Macrobium lib. 2. de somn. Scip. cap. 7. Mem. Hyperboreorum inter alios Virg. lib. 3. georg. Arist. Orp. Plin. & al.

" *Qualis Hyperboreis Aquilo cum densus ab oris*
" *Incubuit* ———

Hyperea, & Hyperia, fons geminus: unus in Thessalia apud Pharsalum, Helladem, & Phthiam opp. seu teste Plin. apud Pheras & Atracem; alter in Messenia reg. Peloponnesi. Val. Flac. lib. 4. Argon. Strab. Plin.

" *Flevit & effusis revocans Hyperia lacertis.*

Hyperia, fons Thessaliæ apud Pheras opp. teste Sophocle. Al. Hyperea. Vide supra. Strab. Plin.

Hyppius, Hypius Steph. fluv. & mons Bithyniæ. Fluv. *Lippo* in tab. recent. nominatur Hypiam opp. alluens apud Heracleam Ponti, in mare Euxinum inter Sangarium & Lycum flum. ejusdem oræ exiens. Mons vero, qui & Horminius, sive Ormenius dicitur, *Armendag* teste Leuncl. appellatur apud Turcas. Plin.

Hypræ *Ypri, Ypres* & *Yperen*, urbs Belgii episc. Flandriæ sub archiep. Machliniens. episcopalis effecta ob excidium Tarvannæ urb. Artesiæ, una cum Bononia, & Audomaro, ab Insula 6. leuc. in Bor. à Gandavo 13. in occ. Scrip. Belg.

Hypsa, *Belici* vel *Blici* teste Faz. fluv. Siciliæ in oram fluens Australem inter Thermas & Selinuntem urbes. Aretio est *Laprissa*. Sed Faz. interpretationem magis probo. Forte Hyspa Sil. Polyb. Plin. Ptol.

Hypsela, *Alascehar* teste Leuncl. opp. Pamphyliæ in Ciliciæ conf. sive è contra, Pergæ finitima teste Strab. unde potius in Pamphylia, quam in Cilicia reponenda est. Hypsile vero apud Ptol. opp. fuit Ægypti. Strab.

Hypsipylæa terra, Lemnos, ins. maris Ægæi, appellata ab Hypsipyle regina teste Ovid. lib. 3. Fast. Ovid.

Hypsus, quæ & Hypsopolis, *Upsu* teste Leuncl. nunc urbs Phrygiæ magnæ episc. sub archiep. Synnadensi: quæ Turcis *Alaschehyr* teste eod. Leuncl. dicitur. Lib. Conc.

Hyrcania, reg. Asiæ Hyrcano mari inter Mediam ad occ. & Margianam ad ort. adjacens, varia habens nomina; *Diargument* Mercat. *Strava* Mariæ Angiolello, *Casson* Giravæ (quo nomine & Hyrcania urbs & metrop. appellatur) *Hyrach* Erythræo, *Masandran* Minadoio, *Corcan* Nig. Quæ nomina non totius, sed partialium regionum sunt. Urbes olim claræ Hyrcania, unde nomen regioni, & Amarusa. Ibi pantheras gigni testatur Sol. Pop. Hyrcani, Virg. lib. 7. Æneid. Strab. Ptol. & al.

" *Hyrcanisve, Arabisve parant, seu tendere ad Indos.*

Reg. summæ fertilitatis, maxime vini & frumenti, ob ejus planitiem. Hic pantheri & tigres.

Hyrcanum mare, quod & Caspium, varie hodie nominatur, pro regionum adjacentium diversitate: *Abachu* juxta Albaniam, *Gurgian* vel *Giorgian* juxta Iberiam, *Guilan* vel *Guilao* juxta Mediam, *Massandran* juxta Hyrcaniam, *Corasun* juxta Margianam, *Terbestan* juxta Sogdianam, *Ganna* ad Bor. juxta Scythiam. Cujus ambitus 575. mill. pass. esse traditur. Ejus mem. Proper. lib. 2. el. 23. Strab. Plin. & al.

" *Num jam, dura, paras Phrygias nunc ire per undas,*
" *Et petere Hyrcani littora nota maris?*

In Thes. ling. Lat. male *locatur: non enim habet mare ad ort. sed ad Sept. neque conterminatur Armeniæ, neque Albaniæ. [* forsan Hyrcania.]

Hyrgis, fluv. Scythiæ Europææ in Tanaim influens: qui incolis *Scosna* appellatur teste Merc. Herod.

Steph. Hyria opp. erat Isauriæ ad Calycadnum fluv. Seleuciæ urbi vicinum. Pop. Hyrienses Plin. & Liv.

Ovid. Hyrie, sive Hyries, lacus Hyriæ Bœotiæ reg. circa Aulidem cum opp. cognomine olim apud Hom. Strab. Plin. & al. De quo Ovid. lib. 7. metam.

" *Inde lacus Hyries videt, & Cycneia Tempe.*

Steph. Hyris, prom. Bithyniæ ad Bosporum Thraciæ circa Chalcedonem urb. quod & Euron appellatur.

Ptol. Hyrium, Hyria Herod. *Rhode* teste Nig. cum al. opp. Apuliæ Dauniæ marit. ad Gargani mont. radices in ora occid. ubi Urias sin. apud Melam, vulgo *Golfo di Rhode*, inter Lesinam urbeculam ad occ. 15. & Apeneste in Cæc. 8. mill. pass. Pop. Hyrini Plin. De eo Dionys. Afer de sit. orbis.

" *Usque Hyrii summum se tendit Iapygis ora.*

Stra. Pli. Hyrmine, Hyrmina Steph. opp. erat Peloponnesi in Elide.

Paus. Herod. Strab. Hysiæ, opp. fuit Bœotiæ ad mont. Cithæronis radices.

Sil. Hyspa, fluv. Siciliæ. (Vide Hypsa) cum oppidulo apud Motucam, inde 6. mill. pass. in ort. vulgo *Spacafurno*. De fluv. Sil. lib. 14.

" *Nec non qui potant Hyspamque Alabumq; sonantem.*

Arrian. Ptol. Hyssus, port. & fluv. Cappadociæ circa Cerasuntem urbem fluens.

Plin. Sol. Capellæ. Hytanis, *Tab* ex tab. geograph. neotericorum, fluv. Carmaniæ in ora, inter ostia Bagradæ fluv. Persidis, & Armuzam urbem ad ortum: qui Andanius Ptol. dici videtur.

I.

Ptol. IAbadii, *la Giava* vel *Java* teste Nig. ins. gemina maris Eoi, sive Indici, Indiæ ulteriori adjacens, major & minor, aureæ Chersonneso finitima, à Malaca urbe regia Lusitanorum navigatione 15. dierum in Austrum distans, ab aurea freto divisa. Major 3. mil. pass. circuiri fertur, minor 2. Mercator novam Guineam interpretatur.

Ptol. Iabruda urbs erat Syriæ Laodiceæ Scabiosæ proxima.

Ptol. Iacca, *Iacca* etiamnum dicta, urbs Hisp. Tarraconens. episc. Arragoniæ sub archiep. Cæsaraugustano, inde 19. leuc. in Bor. ad montium Pyrenæorum radices, ab Osca 7. in occ. à Pompeio magno condita putatur; ab aliis longe ante à Baccho ædificata traditur. Pop. Iaccetani, seu Iacetani.

Plin. Iactum, fluv. Liguriæ ex Apenn. mont. in Padum ante Tanarum influens, qui *Grana* aliquibus esse videtur per Mont. Ferratum fluens. Sed hic potius rivi, quam fluvii nomen meretur.

Luc. Vib. Seq. Iader, *Salona* teste Nigro, fluv. Illyrici juxta Salonas urbem excisam, à qua nomen accipit, decurrens. Sed potius fluv. est apud Iaderam veterem fluens: Iader enim nomen est non tam fluv. quam urbis. De eo Lucanus lib. 4.

" *Et tepidum in molles Zephyros excurrit Iader.*

Plin. Ant. Ptol. Iadera *Zara*, urbs Liburniæ archiep. & caput, in ora littorali, probe adversus Turcas finitimos munita, sub Venetis, inter Polam Histriæ urbem ad occ. 160. & Epidaurum urbem Dalmatiæ ad ort. 200. mill. pass. Pop. Iadertini Plin. & Hiadertini Hirtio. Sub Iaderensi metrop. urbes continentur Senia, Enona, Absorus, Arba, Vegia, & Scardona: quarum prior Austriacis principibus paret. A Venetiis 225. mill. pass. mari abest. In Thes. ling. Lat. non recte Apolloniæ vicina dicitur.

Ptol. Iadua, Guttalus Plin. Iada Reginoni, *die Jade*, fluv. German. in ora Frisiæ orientalis, inter Amasium & Visurgim in oceanum Germanicum sese exonerans, ingenti stagno sinuve in ore procreato.

Ptol. Iagath, *Targa* teste Marm. opp. Maurit. Tingitanæ intra fretum Herculeum, Abylæ uni ex columnis Herculis propinquum.

Strab. Ialysus, * Ialyssus Ptol. Ialysem Plin. *Uxilica* teste Nig. opp. olim, nunc pag. Rhodi ins. à Rhodo urbe 60. stadiis distans teste Strab. Hic imago, Protogenis opus, erat adeo pulchra, ut Demetrius rex illius potiundæ causa bellum Ialysiis intulerit teste Aul. Gell. lib. 15. cap. 31. Vide Lindus, & Telchines. [* Ἰηλυσσός Seld. man.]

Ptol. Iamissa vel Iamesa, Thamesis Cæs. fluv. Albionis ex primis Angliæ, per Oxonium & Londinium regiam fluens in ortum. Vide Thamesis.

Plin. Mel. Ptol. Iamna, *Cittadella* teste Gerundensi, opp. minoris Balearis, Iamno Plin. & Melæ.

Steph. Iamna altera, Iamnis Plin. Iamnia Anton. Iamnetorum port. Ptol. *Zania* Masio & aliis, urbs Palæstinæ marit. inter Joppen ad Bor. & Azotum ad merid. proxima Gazæ, ab Azoto & Ascalone 200. stadiis, à Joppe 10. mill. pass. Ascalonem versus supra 20.

Mela. Ianasum, *Sant Jago* Villanov. & al. urb. Hisp. Tarrac. hodie Gallæciæ primaria, archiep. & academ. ac conventus provinciæ jurid. Latino rec. Compostellum sive Compostella appellata: quæ ex chron. Hispaniæ urbs recens est, ab Alfonso rege circa Car. magni tempora exstructa, Iriæ Flaviæ urbi proximæ littorali subrogata, & archiepiscopali postea sede, quæ Emeritæ erat, decorata.

P. Vict. Ianiculensis pons, unus ex Romæ pontibus, nunc *Ponte Sisto* teste Fulvio cum al. sic dictus à Janiculo.

Virg. Ianiculum urbs Roma primum, sive arx illius dicta. Quod ubi fuerit, docet Macrob. lib. 1. cap. 7. Saturnal. De eo Ovid. lib. 1. fastor.

" *Arx mea collis erat, quam vulgus nomine nostro*
" *Nuncupat, hæc ætas Ianiculumq; vocat.*

A Iano teste Virg. nomen habens. Male in Thes. ling. Lat. Ianiculum opp. Romæ vicinum scribitur,

P. Vict. Ianiculus mons, *Montorio* teste Marl. & Fulvio, unus ex 7. urbis Romæ collibus usque ad pontem Milvium extra porrectus teste Cæs. Baron. in annalib. ubi ecclesia S. Petri in Montorio, & S. Honophrii. De quo Ovid. supra in Ianiculum, & Virg. lib. 8. Æn.

" *Ianiculum huic, illi fuerat Saturnia nomen.*

Luitprando. Ianua *Genova*, urbs clarissima Liguriæ, à veteribus Genua. Vide ibi.

Strab. Iapodes, Iapydes Ptol. pop. Illyrici in Liburniæ, Histriæ, Carnorumque, seu Noricorum, confinio, *Krainer* vel *Craner* teste Laz. & interius *Iappenaw*. Ibi Iapodum opp. teste Servio, Iapyx Plin. Reg. Iapydia. Iapis Virg. lib. 3. georg.

" *Castella in tumulis, & Iapidis arva Timavi.*

Polyb. Plin. Iapygia, reg. Italiæ, quæ & Salentina, & Peucetia, & Messapia, Apulia, Calabriaque dicta est: confunduntur enim apud aliquos hæc nomina, ut putat Ortel. cum tamen synonyma non sint, nec in Salentinorum peninsula contineantur: Apulia enim & Peucetia extra Salentinos sunt. Ea nunc, Apulia exclusa, *Terra d' Otranto* nominatur, in qua Calabria in ora Boreali collocatur, Messapia in Austrum vergit & occas. Salentini & Iapygia in ortus. Pop. Iapyges Plin. Messapii, & Salentini. Est & Iapygia pars Apuliæ Dauniæ, in qua Garganus mons. Ovid. lib. 15. metam.

" *Thurinosque sinus, Temesenq;, & Iapygis arva.*
" *Linquit Iapygiam lævisque Amphisia remis.*

Nomen ab Iapyge vento apud aliquos habere videtur, vel ab ea ventus Caurus per eam fluens Iapyx dictus fuit.

Ptol. Iapygium prom. *Capo di S. Maria*, Salentinorum prom. etiam, vel * Salentine Ptol. Acra Iapygia Plin. prom. in mare valde excurrens, ab Hydrunto 20. mill. pass. in Austrum, à Tarento 80. in ortum, ab Acrocerau-

ceraunijs montibus Epiri 50. tanta est maris Ionii ibi latitudo. [* Σιλευτινον hab. manusc. Seldeni.]

Ptol. * Iarganum, *Capo di S. Maria* teste Leuncl. cum Soph. prom. Phrygiæ minoris, non magnæ, ut scribit Ortel. inter Assum & Scepsim urbes. [* Ἰαργίανον in Seld. manusc.]

Scrip. Gall. Iargolium *Iargeau* vel *Gergeau*, opp. Gall. Celticæ in Belsia reg. inter Aurelianos & Castrum novum 2. leuc. dissitum.

Ptol. Iarsath, *Tedeles* vel *Tedelez* Castal. *Gien* aliis, opp. Maurit. Cæsariens. marit. inter Saldas urbem & Audum prom.

Dionys. Iasonium, locus prope Byzantium in Thracia, *Diplociana* Græcis, & *Bisitas* Turcis teste P. Gyllio.

Strab. Ptol. Iasonium, seu Iasonius, mons ingens Mediæ ad lævam portarum Caspiarum, pars Tauri mont.

Ptol. Iasonium item prom. cum fluv. cognomine apud Plin. in Cappadocia, inter Polemonium & Cyteorum, *Capo di S. Thomaso* Mol.

Ptol. Iaspis, Aspis Anton. *Aspe* teste Hieron. Zurita, opp. Hisp. Tarracon. in Contestanis, & regno Valentiæ, ab Alonis urbe 3. leuc. in Bor. distans Valentiam versus.

Ptol. * Iassii, Iasii Plin. pop. Pannoniæ circa Draum fluv. incolentes. [* Ἰάσσιοι Seld. manusc.]

Ptol. Iassus, Iasus Athenæo & al. *S. Pietro*, urbs Cariæ marit. in ora occid. episc. sub archiep. Stauropolit. apud Halycarnassum urbem, ad sinum, qui ex ea Iassius, & Iasius nominatur, *Golfo di S. Pietro*. Pop. Iassæi Strab. Ovid. lib. 3. amor. el. 10.

" *Viderat * Iasium Cretæa diva sub Ida.*

In Thes. ling. Lat. male Iasum scribitur, & quod sit ins. dicitur. [*ni potius sit *Iasius* hoc loco proprium viri nomen.]

Vib. Seq. Iatamana, lacus lunæ in Athamania reg. Thessaliæ, ubi fanum nympharum, & fons sarmenta inflammans, teste Antigono.

Ptol. Iatinum *Meaulx*, urbs Gall. Belgicæ episc. sub archiep. Rhemens. ad Matronam fluv. à Lutetia Parisiorum 10. leuc. in ort. Rhemos versus 20. Vide Meldæ, sic enim apud Cæs. & alios dicitur.

Jornand. Iatrus, Ieterus Plin. *Ischar*, & *Abiz* ex tab. geograph. fluv. Mysiæ apud Nicopolim urbem in Danubium influens, teste Jornande. Iatrus aliis, nunc *Ieter*, nominatur apud Ternobum urbs.

Iauna, fluv. Vide Icauna.

Prov. Rom. Iaurinum, *Giavarin* Italis, & *Rab* Hungaris, urbs Pannoniæ super. in Hungaria munitissima adversus Turcas, ad Arabonem fluv. ubi is Danubio congreditur, episc. sub archiep. Strigoniens. à Posonio 10. leuc. in Austrum, à Vienna 13. in Eurum Vesprinium versus. Vide Arabo, sive Arrabo.

Mel. Iaxamatæ, pop. Sarmatiæ ad Mæoticam pal. apud Tanaim fluv. Exomatis & Satharchis finitimi, quorum mem. Val. Flacc. lib. 6. Argon.

" * *Iaxamatas venatus alit, nec clarior ullis.*

[* al. lib. hab. Exomatas: & forsan iidem sunt. Vide Exomatæ.]

Ptol. Iaxartæ, *Turquestan* vel *Turchestan* teste Nigro, pop. Sogdianæ, seu Scythiæ intra Imaum in Sogdianæ confinio: unde Turcæ profecti feruntur.

Plin. Ptol. Iaxartes, *Chesel* Nig. & al. qui & *Organz* à Barbaris, & à Scythis *Schyttim* teste Bonfinio, fluv. ingens Sogdianorum, qui in occ. fluens mari Caspio excipitur. Iaxtes Claud. vel idem, vel ejusdem tractus: de Prob. & Olyb. consulatu.

' ------ *sic nobis Scythicus famulatur Iaxtes.*

Strab. Ptol. Iazyges, pop. Sarmatiæ Europææ, *Iaz* teste Wernhero; quos Martin. Crom. *Iasuingos* vocat, pop. Prussiæ, in regno Polonico. Iazices apud Val. Flac. lib. 6. Argon.

" *Neurus, & expertes canentis Iazices ævi.*

Ovid. lib. 1. de Ponto el. 3.

" *Aut quid Sauromatæ faciant, aut Iazyges acres.*

Iazyges Metanastæ *Ongaria di la dal Danubio*, pop. & reg. Europæ inter Moraviam Germaniæ reg. ad occ. & Transylvaniam reg. Daciæ ad ort. ac inter Pannoniam ad meridiem, Danubio disseparante, & regnum Polonicum ad Bor. Carpate monte intercedente: ubi olim Bormanum urbs primaria, nunc Varadinum, Agria, Cassovia. Hic Thes. ling. Lat. corrigendus est, qui Iaziges septem castra, hoc est, Transylvaniam nunc dici testatur. Ptol.

Iban, *Wan* nunc teste Leuncl. urbs Mediæ in Armeniæ majoris conf. sive è contra, archiep. & metrop. Baas pracaniæ reg. ad lacum ingentem, qui ex ea denominatur, inter Bithlim ad occ. 150. & Arxata (*Coy* nunc dicitur) ad ort. 50. mill. pass. à Tabresio 125. in occ. distans. Cedren. & Græc. al.

Ibera, *Flix* teste Ant. Augustino, opp. Hisp. Tarracon. ad Iberum fluv. apud Carthaginem veterem, medium fere inter Cæsaraugustam & Dertusam. Liv. Avieno.

Iberia, *Giorgiana* Nig. & al. reg. Asiæ inter Colchidem ad occ. & Albaniam ad ort. Armeniæ majori ad merid. contermina, ad Bor. montibus Caucaseis definita. Pop. Iberes Strab. Iberi Virg. *Giorgiani* vulgo: quamvis *Giorgiana* reg. magnam Armeniæ partem complectitur. Urbes quondam claræ Artanissa, & Armactica. Virg. lib. 3. georg. Strab. Plin. Ptol.

" *Aut impacatos à tergo horrebis Iberos.*

Iberia item Hispania apud Strab. & Plin. dicitur, sive ab Ibero rege, sive à fluvio: pop. Iberi. Sic Claud. de laudibus Serenæ.

" *Sola novum Latiis vectigal Iberia rebus*
' *Contulit* ————

Iberus *Ebro*, fluv. Hisp. Tarracon. maximus, illam in citeriorem & ulteriorem dividens, ex montibus Asturum & Cantabrorum gemino fonte oriens, ac per Castellam veterem, Arragoniamque, Navarram quoque attingens, inter Catalauniam & Valentiæ regnum delatus, apud Dertusam urb. pelago excipitur. Cujus ostia à fontibus 450. mill. pass. teste Plin. distant, à Varia, ubi nunc Logronium urbs, navigabilis. De quo Sil. lib. 7. Cæs. Strab. Plin. Liv. & al.

" *Nomina nostra tremens, & ripas servat Iberi.*

Iberus alter *Rio Tinto*, fluv. Hisp. Bæticæ per Vandaliam fluens inter Bætim & Anam, teste Floriano, qui etiam *Azech* appellari eum scribit, in ostio leucæ latitudinem habens, inter ostia Bætis 12. & Anæ 8. distans. Sex. Avien.

Iberus item fluv. Iberiæ reg. Asiæ, ex Caucaso mont. in Cyrum fluv. majorem defluens. Est & Iberus nom. gent. & ab Iberia Asiæ, & ab Iberia Europæ deductum. Virg. lib. 9. Æn. Plin.

" *Pictus acu chlamydem, & ferrugine clarus Ibera.*

Ibliodunum, opp. Gall. Belg. inter Virodunum 15. & Divodurum 8. mill. pass. in Austrasia, nunc pag. *Benyl* esse videtur, vel *S. Benoist*, aut *Benoys*. Ant.

Ibriones, Briones P. Diac. pop. Germ. quos Mart. Welf. inter Lycum & Oenum flum. in Bavariæ finibus statuit. Aliis videntur esse *Prynner*, incolæ montis Pyrenæi in duc. Tirolens. Jornandi

Icaria, Icaros Plin. Mel. Sol. *Nicaria*, ins. maris Ægæi, (quod ibi ex ea Icarium nominatur) inter Delum ad occ. 50. & Samum ad ort. 35. mill. pass. à Naxo 17. à Mycono 37. cum urb. cognomine episc. sub arch. Rhodio, inter Rhodum & Samum. Sic ab Icaro, quem volantem ibi decidisse amissis alis fabulantur, dictus, 300. stad. ambitu patens. De qua Ovid. lib. 4. fast. Strab. Plin.

" *Transit & Icarium, lapsas ubi perdidit alas*
' *Icarus* ————

Et lib. 1. tristium.

" *Icarus, Icariis nomina fecit aquis.*

Icarium mare Ptol. *Mare di Nicaria* teste Castal.

Strab. Arrian. Icarium, Ichara Plin. & Ptol. inf. finus Persici ostio Euphratis objecta, *Carai* ex tab. geograph. recent. & *Carge*. Vide Ichara.

Plin. Sol. Icarus, fluv. Scythiæ in Oxum fluv. Sogdianorum influens: quo nomine etiam Icaria inf. à Steph. appellatur, & * mons Atticæ teste Plin. [* aliter Icarius.]

Scrip. Gall. Icauna, & Iauna ut alii legunt, *Yonne*, fluv. Gall. Celt. apud Antifiodorum urbem fluens, & fines Senonum, ac in Sequanam ad Mont. Regium opp. influens. De eo in vita S. Germani episcopi Antifiodorenf. fit mentio.

Cæf. Iccius & Icius portus, Itius Strab. Itium prom. Ptol. Portus *Cales* Italis, *Calais* Gallis, urbs Gall. Belg. Picardiæ extrema, ex adverso Britanniæ, inde 30. mil. paff. tantum diftans, à Bononia urb. 7. leuc. in Bor. à Gravelinga opp. Flandriæ 3. in occ. Prom. vero *Petresse*, inter Bononiam & Icium. Sed Camd. putat esse *Vitsan* vel *Whitsan* pag. à Caleto 3. leuc. Boloniam versus.

Tac. Iceni, Icini Anton. pop. Albionis, quorum reg. *Essex* in Anglia teste Lhuydo. Sed Camd. & Lelando est *Norfolk*, reg. proxima. Polyd. autem Virg. scribit Icenos pop. accolas esse Sabrinæ fluv. eosque hodie esse Salopienses, Vigornienses, Glocestrienses, & Herefordienses. Sed ex Itin. Ant. longe ab his distant Iceni. Icenorum reg. Trinobantibus finitima est, ab eis in Bor. recedens. In ea sunt Suffolcia, Norfolcia, (in qua Norvicum urbs episc. in ora littorali ad ortum) tractus Cantabrigienf. & Huntingdonenf. teste Camdeno.

Ptol. Icesia, *Panaria* teste Faz. inf. Siciliæ, Didymæ proxima & Liparæ, ab ea 8. mill. paff. in ort. recedens, circuitu 6. Thermissa Strab. ob aquas calidas. Nigro est *Saline*; sed Faz. Siculo credimus.

Plin. Ichara, inf. fin. Persici ante Euphratis ostia, *Carai*: non *Baharen* ut Maphæus putat, inf. ejusdem fin. unionum piscatione clara; hæc enim fere media est inter Armuziam & ostia Euphratis, fere 200. leuc. Hisp. distans. Vide Tylos.

Stra. Pli. Ichnæ opp. erat Maced. ad Axii fluv. ostium.

Herod. Ichnusa. Vide Sardinia, eadem enim est. Sil. lib. 12.

" *Inde Ichnusa prius Graiis memorata colonis.*

Ptol. Ichthyophagi, pop. Sinarum: & apud Agatharchidem pop. oræ inter Carmaniam ad occ. & Gedrosiam ad ort. apud Plin. vero inf. Arab. fel. in ora orientali. Sic ab esu piscium dicti.

Ptol. Ichthys, *Jardan* teste And. Thev. prom. Peloponnesi in ora occid. inter Chelonatem fin. & ostia Alphei fluv. De quo lib. 2. Itiner. sic.

" *Conduntur Sphagiæ, & pisci cognominis Ichthys.*

Anton. Iciani, *Icborough* teste Camd. oppid. Albionis in Norfolcia reg. Angliæ in Simenis Ptol. seu in Icenis Tac. Sed teste Talboto est *Thetford* opp. ejusd. tractus.

Ptol. * Icium, vel Iccium prom. *Blanchnest* teste Becano, prom. Gall. Belg. in ora Picardiæ, inter Bononiam, & Caletum sive Icium portum, contra Cantium prom. Britanniæ. [* Ἴτιον ex man. Seld.]

Ptol. Icius portus. Vide Iccius, utroque enim modo legitur, & Itius, ut lib. 1. Itiner.

" *Hic igitur, quo nunc consistimus, Itius olim*
" *Nomen ab itando portus habebat, ait.*

Cic. Xenoph. Plin. & al. Iconium *Cogni* & *Gogni*, urbs Lycaoniæ archiep. & caput, inter Cappadociam & Ciliciam, quo nomine & ipsa reg. hodie nominatur, ab Heraclea ad Taurum mont. 45. mill. paff. in occ. Sub hac metrop. sunt Derbe, Lystra, Laranda, Canna, Baratha, Perta, Amblada, & Homonada.

Plin. Mel. Icosium, *Acor* teste Cast. & Mol. colon. & urbs Maurit. Cæsarienf. marit. inter Tipasam & Rusconiam, sic dicta, quod à 20. Herculis comitibus condita sit, teste Isidor. lib. 15. orig. episc. erat sub archiepisc. Cæsarienfi. Nigro est *Oran*, sed hæc longe hinc distat in occ.

Plin. Ictumulum, Ictomulum Strab. *Victimolo* hodie, locus agri Vercellensis, ubi quondam aurifodinæ, intra montes.

Auson. Iculisma *Angoulesme*, urbs Aquitaniæ episc. Vide Egolisma, & Engolisma, tot enim modis appellatur.

Strab. Liv. Icus, inf. maris Ægæi apud Eubœam teste Steph. & teste Strab. apud Magnesiam.

Hor. Strab. Ida & Ide, mons geminus: unus Phrygiæ, seu Troadis in Asia apud Trojam, altissimus, cujus cacumen Gargarus apud Strab. nominatur, à Troja 3. mill. paff. ex quo 15. amnes effluunt. De quo Ovid. lib. 13. metam.

" *Ante retro Simois fluet, & sine frondibus Ide*
" *Stabit* ----

Alter Cretæ, qui & Idæus Plin. *Psiloriti* incolis teste Bellonio, cæteris insulis celsior, & ut plurimum nive conspersus. Prior inter Abydum & Æsapum fluv. apud Cyzicum protenditur.

Strab. Idæus, sinus Troadis à mont. Ida dictus, qui & Adramyttenus, *Golfo di Landramiti*, inter Mysiam & Lesbon inf. Idæus & mons Cretæ, qui & Ida; & Phrygiæ, de quo Virg. lib. 3. Æn.

" *Mons Idæus ubi, & gentis cunabula nostræ.*

Plin. Steph. Idalium, *Burg Dalim* teste Steph. Lusign. opp. olim, nunc pag. Cypri ad Idalum mont. Cujus mem. lib. 10. Æn. Virg.

" *Est Paphos, Idaliumque tibi, sunt alta Cythera.*

Est & hinc Idalius, a, um: ut Idaliæ domus apud Virg. ibid.

Pauf. Idea, Idæa Strab. opp. erat Lydiæ apud mont. Sipylum: quod absorptum in paludem versum est, quæ Sale dicitur teste Plin.

Strab. Idessa urbs fuit Colchidis in Iberiæ conf. quæ Phryxium, & Phryxi urbs dicta est teste Strab.

Vet. Insc. Idiensis opp. seu pag. fuit Hisp. Bæticæ in conventu Cordubensi. Locus adhuc *Idia* teste Mor. nominatur.

Thucyd. Steph. Idomenæ, Idomene Ptol. opp. erat Macedoniæ in Æmathia, inter Doberum & Atalantam, Europo proximum. Pop. Idomenenses Plin. Gortyniis finitimi seu Gordiniis.

Strab. Mel. Ptol. & al. * Idubeda, mons Hisp. Tarraconenf. à Pyrenæis ortus, & in regnum Lusitanum usque perductus, varia pro locorum diversitate sortitus nomina. Nam primum *Sierra d' Atienza* dicitur, inde *Sommo sierra* vel *Sumo sierra*, postea *Puerto della Tablada*, ulterius *Palomera d' Avila*, postquam *Puerto de Guadarama*, *Puerto del Colmenar*, & *del Pico*, demum *Puerto de Tornavacas*; in Lusitania vero *M. de la Strella* teste Oliv. [* Ἰδούβεδα est in man. Seld.]

Plin. Idubeda quoque fluv. Hisp. Tarracon. per regnum Valentiæ fluens, & in mare Balearicum inter Iberum & Turiam prolabens, *Rio de Millas* teste Beuth. At Naugerio *Zema* dicitur. Nomen habet à mont. à cujus radicibus in Celtiberis oritur.

Strab. Plin. Idumæa, Edom in sacr. liter. ab Edom filio Esau teste D. Isid. nomen habens, Idume Luc. reg. Palæstinæ inter Arabiam petræam & Ægyptum, incipiens ab occ. Jordanis fluv. *Bidumi* adhuc incolis nominatur. Pop. Idumæi Plin. Luc. lib. 3.

" *Gazaque, & arbustis palmarum dives Idume.*

Et Mart. lib. 2. ep. 2.

" *Frater Idumæos meruit cum patre triumphos.*

Ptol. * Idumania, *Stone* [nonnullis, forsan pro *Stour*] at *Blackwater* teste Camd. fluv. Albionis per Essexiam Angliæ reg. orientalem fluens, inter Thamesim & Garyenum. Qui & Iumanius dicitur. [* Εἰδουμάνιος in lib. man. Seld.]

Ptol. Idunum *Iudenburg*, (non *Udine*, ut scribit Ortel. urbs Carnorum longe distans à Norico) opp. Norici in Carinthia apud fines Stiriæ, medium inter Neomarchum & Leubiam opp. 6. leuc. à Vacorio 21. Viennam versus. *Idenaw* putatur Aventin. in Bavaria apud Ditmaningum opp. à Burchausia opp. 2. leuc. sed situs apud Ptol. haud congruit.

Bibl. Iebusæi, pop. Palæstinæ in Judæa, sic à Iebus filio Chanahan dicti, à quo Hierosolyma condita est, teste D. Isid. lib. orig. unde illa Iebus prius appellata, teste D. Hieron.

Strab. Iella vel Ielleia *Stradella*, opp. Gall. Cispadanæ in agro Ticinensi, medium fere inter Placentiam & Dertonam ad 20. mill. pass. à Ticino 10.

Ptol. Iena, *Kray* apud Ortel. videtur æstuarium Albionis in Angliæ Scotiæque conf. in ora Cumbriæ occid. Est & Iena urbs & acad. Thuringiæ ad Salam fluv. unde & Salana ab aliquibus appellatur, inter Coburgum ad merid. 11. & Naumburgum ad Bor. 4. leuc. De qua in lib. 5. Itin.

" *Jamque urbs est oculis Iena relicta meis.*

Ant. Ierabrica, *Alanquera* teste And. Resend. opp. Lusitaniæ inter Ulyssipponem supra 7. & Scalabim supra 5. leuc. ad Tagum fluv. Al. est *Pouos* pag. non longe distans. Videtur Arabrica Ptol. Sed hæc *Abrigada* vel *Pouos* est.

Mel. Ierna, *Ierne* adhuc vulgo, fluv. Hisp. Tarracon. in Gallæcia apud Celticum prom. fluens. Straboni mons est, à quo forte fluv. scaturit.

Ptol. Iernus, *Droses* ut videtur aliquibus, fluv. Hiberniæ in ora Connaciæ apud Dyngam opp. in mare labens. [Camdeno *Maire* videtur in Desmonia comitatu Momoniæ.]

Annal. Turc. Iesrab, urbs Arabiæ, quæ nunc *Medina Talnabi* teste Postello, patria Maumethis pseudoprophetæ.

Bibl. Iesrael, *Taracin* hodie teste Postello, vel *Zaracin* aut *Zerecin*, urbs olim, nunc pag. Galilææ in tribu Juda, patria Naboth, Jezrael Josepho, apud mont. Gelboe, & campum magnum Esdrelon, à Bethsan 6. mill. pass. in occ. non Judææ, ut scribit Ortel.

Sil. Ietas, Ietæ Steph. *Iato* nunc, op. Siciliæ in mont. pene jacens, inter Salemium 16. & Corileonem 18. mill. pass. Alcamo opp. propinquum, à Christianis, inde Saracenis ejectis sub Frederico 2. imp. excisum. Pop. Ietini Cic. Ietenses Plin. Opp. à Panormo 15. mill. pass. abest Mazaram versus 30. ab Entella 12. in Bor. apud Julianum opp. in mont. prærupto, ubi magna aquarum copia. De eo Sil. lib. 14.

" *Sidonios Arabeia ferox, & celsus Ietas.*

Plin. Ieterus, fluv. Mysiæ ex Hæmo monte fluens. Vide Iatrus.

Lib. Conc. Igædita, Idigita legit Jo. Mariana, *Idanhia la veja* Mor. *Idanhas* Varrer. *Edania* Vasæo (quæ nomina idem referunt) urbs olim episc. Lusit. sub archiep. Emeritens. nunc vicus urb. Guardensi (quæ illi in episcopali dignitate subrogata est) finitimus, ad 6. leuc. distans in Austrum. Pop. Igæditani.

Tac. Igeni, pop. Albionis, quos Northumbros esse ferunt.

Script. Brit. Igenia, *Tegengil* ex tab. Angliæ, opp. Albionis in Cambria, seu Wallia, apud urb. Asaphensem, & Varim opp. [Camdenus dicit partem regionis (scilicet Flintens. comitat.) vocari Britannis *Teg-engle*, i. e. formosam Angliam.]

Plin. Ptol. Igilgili, *Gigel* teste Marm. vel *Giger*, urbs olim episc. nunc pag. Maurit. Cæsariens. in fin. Numidico, inter ostia Audi & Guli fluv. in Africæ conf. Pop. Igillitani, & episcopus Igillitanus apud Vict. Uticens. Abest à Saldis urbe Africæ 70. mill. pass. in occ.

Rutil. Igilium, Iginium Melæ, Egilium Plin. *il Giglio*, ins. maris Tyrrheni apud Mont. Argentarium, ab eo 12. mill. pass. à Cosa urbe exstincta 90. stad. De ea Rutil. lib. 1.

" *Eminus Igilii sylvosa cacumina miror.*

Igmanus, fluv. Aquit. Vide Sigmanus, sic enim apud Ptol. legitur. Ptol.

Ignatia, urbs Apuliæ excisa. Vide Egnatia. Strab.

Iguvium, postea Eugubium, *Gubio*, urbs Umbriæ episc. sub archiep. Urbinate, unde 20. mill. pass. abest in Austr. seu Euronotum, ad Apennini mont. radices, Perusiam versus totidem, in ducat. Urbinate, lanificio clara. Pop. * Iguvini, & Iguini Plin. Inginium Sil. dici videtur. [* Inginini in nonnullis codicibus.] Cic.

Ihona, & Iona, *Chilca*, ins. Scotiæ. Vide Hiona, varie enim scribitur. Scrip. Scot.

Ila, *Wifle* teste Camd. fluv. Albionis in ora Scotiæ ad ortum apud Virtuvium prom. & * Andreapolim urb. mari exceptus. Est & Ila ins. ejusdem Scotiæ in ora occid. una Ebudarum, Novanto prom. objecta. [* in Cathanesia comitatu ponit Camd. longe hinc in Bor. distanti.] Ptol.

Ilarcuris, opp. Hisp. Tarracon. in finibus Carpetanorum & novæ Castellæ; quod Mol. *Caros de los infantes* dici testatur: quod apud alios non legi. Ptol.

Ildum *Salsadella*, opp. seu pag. Hisp. Tarrac. in ora regni Valentiæ, ab Indibili 24. mill. pass. Ant.

Ilercaones, Ilercaonenses Liv. Illurgavonenses Cæs. pop. Hisp. Tarraconens. circa Dertusam urb. & Iberum fluv. Ptol.

Ilerda *Lerida*, urbs Hisp. Tarracon. in Catalaunia epis. sub archiep. Tarraconens. inde 12. leuc. in occ. quot fere à Dertusa, inter Barcinonem ad ort. & Cæsaraugustam fere media, ad 20. leuc. dissita, academia, inter duo flum. Sicorim & Cingam paulo infra confluentes, ab Ibero 160. stad. Ea anno sal. 1143. ejectis Mauris post Dertusam recuperata est. Pop. Ilerdenses. Luc. lib. 4. Cæs. Plin. Ptol. & al.

" ———————— *super hunc fundata vetusta*
" *Surgit Ilerda manu : placidis prælabitur undis.*

Ilergetes, pop. Hisp. citer. circa Ilerdam urbem incolentes: quorum opp. Ilerda, Osca; urbes, Burtina, Bergidum, Bergusia, Celsa. Nonnulli Urgellam urbem caput Ilergetum faciunt ex allusione nominis. Plin. Ptol.

Ilienses, pop. Sardiniæ circa medium illius incolentes, quorum tractus *Ilena* teste Pineto. In Thes. ling. Lat. pop. Corsicæ nominantur; cum Sardiniæ scribendum esset. Plin. Liv.

Ilingæ, pop. Germ. qui Elysii Tac. esse videntur. Horum urbs *Leignitz* teste Ortel. est in Slesia, inter Gorlitium urb. Lusatiæ ad occ. 9. & Uratislaviam metrop. Slesiæ ad ort. 6. leuc. dissita. Ptol.

Ilipa, *Calamea en la Serena* teste Mor. opp. Lusitaniæ in Extremadura, à Metallino & Zephyra 12. leuc. ab Emerita 18. in Austrum. Ilipa quoque opp. Hisp. Bæt. quæ Elepla in lib. conc. appellatur, olim urb. episc. nunc opp. *Niebla*. Liv.

Ilissus & Illissus, fluv. Atticæ (cum opp. cognomine) per fines Atheniensium fluens, ipsas Athenas ex adverso Cephisi alluens, mari ad Piræum exceptus. Est & fluv. Imbri ins. teste Plin. De Ilisso Atticæ Stat. lib. 12. Theb. Plat. & Plin.

" *Celavit Geticos ripis Ilissos amores.*

Iliturgis, in nonnull. codd. Ilurgis, Illiturgis Plin. Iliturgi Liv. *Lietor* teste Mariana, urbs Hisp. Bæt. excisa apud Bætim fluv. à Scipion. una cum Castulone, quod ad Pœnos defecissent, eversa, apud *Anduiar* urb. ad Bætim in Vandalia, inter Cordubam ad occ. & Ubedam ad ort. 12. leuc. distantem, ab ea 3. leuc. Alii *Iaen*, & alii *Aldea el Rio* esse putant. Sed prior sententia vera. Ptol.

Ilium, quod & Troja, urbs Phrygiæ minoris inter Idam mont. & oram littoralem, à qua 1500. pass. distat, à Græcis eversum, postea reædificatum, & episcopali sede ornatum sub archiep. Cyziceno, modo jacens, & Hom. Virg. & al.

& *Troja* adhuc dictum teste Soph. à Dardano urb. 13. mill. pass. distans. Virg. lib. 2. Æn.

" *Ilium, & ex imo verti Neptunia Troja.*

Hinc Ilius & Iliacus, nom. gent. Virg. lib. 8. Æn.

" *Dardanus Iliacæ primus pater urbis, & autor.*

Apud Hor. lib. 4. od. 9. & apud Ovid. lib. 14. metam. Ilios & Ilion fœm. gen. leguntur,

' *Non semel Ilios vexata, &c.*

Plin. Illarco *Alarco*, opp. Hisp. Tarracon. Castellæ novæ, medium fere inter Toletum & Valentiam. Tametsi situs apud Plin. haud congruere videtur.

Ptol. Illiberis, Plin. Eliberi & lib. conc. urbs Hisp. Bæticæ (non Tarracon. ut scribit Ortel.) archiep. excisa, *Elvire* nunc locus dicitur, à Granato, quæ illi successit, & nova Illiberis dici potest, 2. leuc. distans. Pop. Iliberini Plin. Eliberitani in lib. concil. Est & Illyberis Strab. Eliberri Mel. Illiberis Plin. opp. Gall. Narbon. in ora littorali, nunc ad Hispaniam spectans, apud Helenam urbem. Vide Eliberri. In Thes. ling. Lat. geminus error est: quod Illiberis aliis Liberia dicatur; & quod sit *Granata*, si de urb. Gall. Narbon. loquimur: eundem errorem habet in voce Ilyberis.

Plin. Illici, Illice Melæ, Ilicias Ptol. ut videtur aliquibus, *Elche*, opp. Hispan. Tarracon. ad Sorabim fluv. in regno Valentiæ, inter Oriolam 5. & Alonem 4. leuc. olim urb. episc. sub archiep. Toletano, nunc opp. non obscurum, marchionem habens. Nonnullis est *Alicante*. Thes. ling. Lat. Olivar. secutus, haud bene *Alicante* interpretatur.

Ptol. Illicias vel Ilicias, aliis *Lucena*, opp. Hisp. Tarracon. in ora regni Valentiæ. Aliis est idem quod Illici: *Lucena* enim opp. est inter Segorbiam urb. & opp. Sancti Matthæi, longe à situ Illiciæ distans.

Ptol. Illicitatus portus, apud Alonem urb. Hisp. Tarracon. & Illicitanus sinus apud Melam *Golfo d' Alicante* nominatur.

Ptol. Illipula, (opp. Hispan. Bæt. geminum) major & minor. Major, quæ Ilipa Plin. *Pennaflor* teste Mor. opp. ad Bætim, ubi Singulim fluv. excipit, medium inter Cordubam & Hispalim, utrinque 11. leuc. vel *Palma* inter Cordubam 8. & Andugaram 4. leuc. Minor in Turdetanis est apud Lusitaniæ confin. Ilipa Liv. Vide Ilipa. In Thes. ling. Lat. pro oppid. mons scribitur.

Plin. Illiturgis. Vide Iliturgis.

Festo. Illurcis, urbs Hisp. Tarraconens. postea Gracchuris à Graccho dicta.

Plin. Mel. Illuro, *Alora* teste Mor. opp. olim, nunc pag. Hisp. Tarrac. in Catalaunia, qui Diluron Ptol. dici videtur, inter Blandam, & Betullonem Barcinonen versus in occasum.

Plin. Illyricum, Illiris Ptol. Illyria Steph. reg. ampla Europæ mari Hadriatico ad merid. exposita, à Septentrionibus Pannoniæ contermina, Sao fluv. separante, inter Histriam ad occ. & Macedoniam ad ort. ad 800. mill. pass. longa, lata, ubi maxime, 225. sed apud recent. longitudo minor deprehenditur. In duas regiones dividitur, Liburniam ad occ. & Dalmatiam ad ortum. Vulgo *Schiavonia* in universum appellatur. Pop. Illyrii Polyb. Illirici al. Pix Illyrica commendatur Ovid. lib. 2. de arte amandi,

" *Nigrior Illyrica cui pice sanguis erat.*

Urbes Illyrici.

Absorus seu Apsorus *Osero*
Æquum *Clucci*
Almissa, olim Piguntiæ, *Almissa*, al. Delminium
Andecrium *Mostar*
*Antibarum *Antivari*
Arauzona *Ostroviza*
Arba *Arbe*
* Ascrivium *Cataro*
Blanona *Urana*
Bulua, postea Butua, *Budoa*
*Castrum novum *Castel novo*
* Cneanis
Corcyra melana *Curzola*
Curcum *Cruch*
Delminium *Denna*
Doclea. Vide Antibarum
Drivastum *Drivasto*
Enderum *Ender*
Enona *Nona*
Epetium, postea Spalatum
*Epidaurus, postea Ragusium
Flavona *Fianona*
* Jadera *Zara*
Lissus *Alessio*
Marcana *Marcana*
Modrussia, olim Tediastum, *Modrusch*
Narona *Narenta*
Nedinum *Nadin*
Olchinium. Vide Ulcinium
Olliricum ob mare. [ad mare forsan, vel op. maritim.]
Onæum. Vide Stagnum
Ouporum *Obrovazo*
Peguntium & Piguntiæ *Almissa*
Pharia *Lesina*
Polatum *Pola*
* Ragusium *Ragusi*
Rhisinium *Risine*
Rizana *Rudine*
† Salo, & Salona, sic vulgo, olim episc. Liburniæ apud Spalatum.
Saloniana *Czernicz*
Sanadria
Scardona *Scardo*, vel *Scardona*
* Scodra *Scutari*
Senia *Segna*, *Zeng*
Sibenicum, olim Sicum, *Sebenico*
Sidrona *Belas*
Sirbia
* Spalatum, olim Epetium, *Spalatro*
Stagnum, olim Onæum, *Stagno*
Suacium *Suatim*
Tarsatica, postea Fumium, *Tersacz*, vel *Fiume*
Thermidava *Dagno*
Tinia *Tina*
Tragurium *Trau*
Tribunia *Tribigna*
Vegium *Veggia* & *Vegla*
Velcera *Bacharin*
Ulcinium *Dolcigno*
Zacolmia

Sunt in Illyrico archiepisc. 4. Iaderens. Spalatens. Ragusinus, & Antibarens. sub quibus epis. 22. numerantur. Illyricum Epiro conterminum non sine aperto errore scribitur in Thes. ling. Lat.

Ilorci, *Lorca* teste Mor. urbs Hisp. Tarrac. ad Taderum flu. olim episc. sub Toletano, in regno Murciens. à Murcia regni primaria 14. leuc. Basti versus distans. Al. est *Lorqui*, opp. ejusdem regni ad Staberum fluv. Luri à Liv. nominatur, ubi Cneus Scipio cum Rom. à Pœnis cæsus est, & sepultus: qua de re vide Liv. & Plin. Ego posteriori sent. subscribo; nam *Lorqui*, non *Lorca*, ad Taderum, sive Staberum fluv. ubi victi Romani fuerunt, est, inter Murciam 3. & Cæcam opp. 4. leuc. dissitum. Plin.

Ilua, Æthalia Strab. *Elba*, ins. maris Tyrrheni contra Populonium urbem Hetruriæ, à qua 10. mill. pass. abest, circuitu 125. ferro abundans. Pop. Iluates Liv. De qua Virg. lib. 10. Æn. Plin. Mel. Ptol.

' ——— *ast Ilva trecentos*

" *Insula, inexhaustis chalybum generosa metallis.*

Ilumberitani, pop. Hisp. Tarracon. & citer. qui Lumbritani adhuc teste Marin. Siculo nominantur, & opp. *Lombier* in Navarra, inter Pompelonem 6. & Suestasium 4. leuc. occurrens. Plin.

Ilurgavonenses, pop. Hisp. citerioris, Ausetanis & Lacetanis finitimi: quorum urbs *Urgel* esse videtur. Cæs. Liv.

Ilurgis, Ilurgia Polyb. & Appian. *Illora* Mor. & al. opp. Hisp. Bæt. in regni Granatens. & Vandalitiæ confin. à Malaca urbe 7. leuc. Hispalim versus, Carthamæ propinquum. Ptol.

Iluro, Elorona Sidon. *Oleron*, urbs Aquit. intra mont. Pyrenæi radices, episc. sub archiep. Auscensi, inde 12. leuc. in Austrum, à Tarba 4. Palo vicinior, in Bearniæ principatu. Ant.

Ilybirris, Illeris Ptol. Illebernis Athenæo, fluv. Gall. Narbon. *Tec* teste Varrerio, idem Thici apud Melam, qui ad Caucoliberi opp. mari excipitur in Catalauniæ confin. Strab.

Ima-

Cic. Plin. Imacharenses, sive, ut alii legendum putant, Hycarenses, pop. Siciliæ: quorum urb. Hycara, vel Hyccara, nunc *Carini* opp. vide Hyccara: al. est *Bichari*, Calatavulturo finitimum, 6. mill. pass. distans, à Castro novo 15. à Thermis Himerensibus 24.

Strab. Plin. Ptol. Imaus, Emaon Arriano, mons Scythiæ (non Indiæ, ut in Thes. ling. Lat.) maximus, Tauri pars, qui Scythiam apud Ptol. dividit in citer. & ulter. sive, ut is loquitur, in Scythiam intra Imaum & Scythiam extra Imaum. Imaus tamen Ptol. ab Imao Strab. & Plin. diversus esse videtur: nam ex Ptol. is à Tauro mont. decisus in Bor. ad mare glaciale usque porrigitur; apud Plin. vero & Strab. in ortum usque ad mare Eoum extenditur. Hic varia hodie apud incolas nomina habet; *Altai* teste Castal. *Inifa* Merc. Ille, hoc est, apud Ptol. *Dalanguer* & *Navagrot* eodem Cast. teste. De quo Pont. lib. 5. Uran.

" *Caucasia, & superis jam jam calcandus Imaus.*

Strab. Imbarus, portio mont. Tauri, in Armenia majore apud Strab. sed apud Plin. in Cilicia.

Callimac. Strab. Imbrasus, Imbrassus Plin. teste Ortel. cum Imbrassus apud Plin. legatur, fluv. Sami ins. ex quo illa Imbrasia dicta est. De quo Virg. lib. 12. Æn.

" *Imbrasidas Glaucum, atque Ladem, quos Imbrasus ipse*
' *Nutrierat Lycia--------*

Liv. Imbrinium, locus Samnii, quem aliqui eundem cum Simbrivio Tac. esse putant; sed errant: hoc enim in Samnio, illud in Latio est.

Strab. Plin. Ptol. Imbros, Imbrus Liv. *l' Embro, Lembro* Soph. ins. maris Ægæi oræ Thraciæ adjacens, inter Lemnum ad occ. & Cherronesum Thraciæ ad ort. inde 22. hinc 72. mill. pass. quot circuitu patere traditur, cum urb. cognomine, Terra Imbria Ovid. lib. 1. trist. el. 9.

" *Venimus in portus, Imbria terra, tuos.*

Imbrii pop. Imbrum ins. incolentes, & Lemnii apud Dionys. Halicarnass. & Hesych. proverbio sunt in eos, qui judicium, vel aliam rem subterfugientes, absentiam causantur: uti qui se in Imbrum, vel in Lemnum navigasse dicebant.

Anton. Immanicelum, & Immacellum, & Manicelum, (tot modis legitur) pag. Liguriæ agri Genuensis, qui *Immaticen* August. Justinian. dicitur, à Genua 6. mill. pass. apud ædem S. Urciseni, vel Urcicinii.

Ant. Imum Pyrenæi *S. Iean pie du port*, opp. Aquit. in mont. Pyrenæo, in conf. Hisp. olim urbs episc. Hisp. inter Pompelonem 14. & Baionam 6. leuc.

Plin. Inachium, opp. Peloponn. ad Inachum fluv. in Argia reg. (Vide Coryphasium) unde Inachia reg. quam pro tota Peloponneso accipi scribitur in Thes. ling. Lat. cum pro Argia tantum accipiatur.

Ptol. Inachorium, opp. olim Cretæ, nunc pag. in ora occid. inter Chersonesum parvam & Criumetopon prom. *Inachori* vulg. ex tab. recent.

Strab. Plin. Pausf. & al. Inachus, *Planizza* Soph. fluv. Peloponnesi per Argiam reg. quæ ex eo Inachia apud vet. nominatur, fluens, & in sinum Argolicum inter Naupliam & Prasiam exiens, ab Inacho Argivorum rege nomen habens. Virg. lib. 7. Æn.

" *Cœlataque amnem fundens pater Inachus urna.*

Strab. Inachus alter, fluv. Acarnaniæ in Acheloum influens. De quo Ovid. lib. 1. metam.

" *Inachus unus abest: imoque reconditus antro.*

Hinc Inachius nom. gent. Ovid. lib. 5. fast.

" *Littus ad Inachium pulvis inanis eam.*

Virg. Ovid. Inarime, Arime Hom. Ænaria Plin. & al. Pithecusæ Strab. Pithecussæ Steph. & App. *Ischia*, ins. Campaniæ in sin. Puteolano, cum urbe cognomine episc. sub archiep. Neapolitano, inde 13. mill. pass. distans, circuitu 18. Prochytæ vicina, ab ea avulsa, fretoque angusto divisa, ante Misenum prom. Ibi ingens coturnicum copia. De ea Ovid. lib. 14. metamorph.

" *Inarimen, Prochytenque legit, sterilique locatas*
' *Colle Pithecusas, habitantum nomine dictas.*

Vib. Seq. Inatamana, lacus lunæ, & fons in Athamania reg. in Epiri & Thessaliæ conf. ligna injecta accendens, & bibentes in insaniam vertens, teste Antigono lib. de mirabilibus.

Ant. Incarus, *Cari* teste Ortel. locus & port. Gall. Narbon. inter Massiliam & Fossam Marianam, ubi Carus legendum puto, à Massilia 12. mill. pass. ex Itin. Anton.

Liv. Incibilis, Indibilis Ant. *Chelva* teste Floriano, opp. Hisp. Tarracon. in ora regni Valentiæ, à Dertusa 24. mill. pass. in occ. Valentiam versus, seu 27. apud Liv. à Valentia 10. leuc. apud Terulium urb. & Sinarcam opp.

Ant. Incitaria port. erat Hetruriæ inter Portum Herculis 9. & Almianam fluv. 3. mill. pass.

Auson. Inculisma, urbs Aquit. Vide Iculisma, & Egolisma, ac Engolisma, tot enim modis appellatur.

Strab. Plin. & al. omnibus. India, reg. Asiæ amplissima, inter Indum flu. ad occ. à quo nomen habet, & Serum ad ort. à Sinis separantem, in longum extensa, oceano Indico ad merid. & Emodis aliisque montibus ad Bor. à Scythia secernentibus, terminata; à Gange fluv. in duas divisa, citeriorem & ulteriorem: citerior intra Gangem à Ptol. nominatur, *Indostan* incolis, cujus pars Australis *Malabar* dicitur; ulterior, extra Gangem, non unico hodie nomine dicta. Sola India mittit ebenum & ebur, solaque psittacum avem gignit, teste Plin. & Solin. Pop. Indi, Italis *Indiani*. Hinc Indicus nom. gent. Ovid. lib. 4. metam.

" *Decolor extremo qua cingitur India Gange.*

Hujus ora 60. diebus & noctibus teste Mela navigatur.

Ant. Indibilis, opp. Hisp. Tarracon. Vide Incibilis.

Scrip. Gall. Indiciacus, olim pag. Arvernorum, nunc urb. Sancti Flori episc. sub archiep. Bituricens. in Gall. Aquit. inter Arvernos seu Claromontem 14. & Ruthenos 10. leuc. De quo in vita S. Flori episcopi.

Ptol. Indigeti, seu potius Endigeti in cod. Græco, Indigetes Plin. Endiceti Steph. pop. Hisp. citer. in ora Catalauniæ, inter ostia Sambrocæ fluv. & Templum Veneris incolentes: quorum opp. Emporiæ, & Rhoda. Sunt & Indigetes dii ex hominibus facti, vel dii tutelares apud ethnicos. Virg. lib. 1. georg.

" *Dii patrii Indigetes, & Romule, Vestaque mater.*

Ptol. Indoscythia, reg. Asiæ, Indiæ citer. pars, circa Indi fluv. ortum.

Arist. Strab. & al. Indus, Indiæ fluv. maximus & notissimus, ex Paropamisso mont. Tauri parte excellentissima oriens, longoque decursu in merid. fluens, seque in oceanum duobus ostiis exonerans, Baracenque ins. efficiens. Varie hodie nominatur: *Indu* Castal. *Hiind* Nig. *Diul* circa ostia teste Garcia, & *Inder* ab incolis Cambaiensibus. Ovid. lib. 3. fast.

" *Et domitas gentes, thurifer Inde, tuas.*

Abest ab Ecbatanis in ort. 2019. mill. pass. à Gange fluv. in occ. 978. teste Plin. qui etiam scribit Alex. magn. Indum per 1250. mill. pass. navigasse: quod sane mirum videri potest, si in numeris non sit error.

Plin. Industria opp. erat Italiæ Cispadanæ ad Padum fluv. apud Bodincomagum. Vide ibi.

Thucyd. Inessa, Inuessa Strab. Eineosia Diod. Sic. opp. erat Siciliæ inter Centuripas & Megaram, sed Centuripis vicinum; quod *Mascali* aliquibus videtur.

Plin. Infernates & Supernates, pop. Italiæ, qui mare inferum & superum accolunt.

Plin. Inferum mare *il Mar Tosco, & il Mar Tirreno*, idem cum Tyrrheno: quod ab ostio Macræ fluv. usque ad fretum Siculum protenditur. Tuscum quoque nominatur.

In-

Plin. Ingævones, pop. Germ. (quos Hermol. Ingriones Ptol. dici putat) sub Hermionibus, una cum Isthævonibus, Hermunduris, Cheruscis, & Cattis comprehensi: qui nunc in Saxonia continentur.

Strab. Ingauni, pop. Liguriæ, quorum urbs Albingaunum in ora Ligustica, à qua & ipsi Albingauni apud Vopiscum nominantur.

Sil. Inginium, & Inginum, urbs Umbriæ, quæ *Gubbio* esse videtur. Vide Iguvium, & Eugubium. De ea Sil. lib. 8.

" *Inginum patuloque jacens sine mœnibus arvo.*

Ingolstadium *Ingolstadt*, quasi Anglorum urbs, acad. Bavariæ clarissima ad ulteriorem Danubii ripam, proxima Aichstadio, 3. leuc. distans in merid. Auriapolis etiam dicta. Ingolstadium poetæ Germ. Lycæum Boium appellant: ut lib. 4. Itiner.

" *Ocyus egrediens, Boii loca culta Lycæi*
' *In patriam, capio, mox rediturus, iter.*

Ptol. * Ingriones, pop. Germ. quorum situs teste Pyramio est *Spesbart*, sylva inter Thuringiam & Voitlandiam. [* in Selden. manusc. Ιγχειωνες.]

Plin. Inguini, pop. Umbriæ, quorum urbs Iguvium. Vide ibi.

Steph. Inia seu Inias, *Carolei* teste Bar. opp. Brutiorum in agro Consentino, à Consentia urbe 4. mil. pass. Menecinæ proximum. Al. legunt Ixias.

Ant. Inicerum, & Incerum ex al. cod. *Cernich* teste Laz. opp. Pannoniæ ad Saum fluv. apud Velicam Regalem, inter Zagabriam urb. ad occ. & Gradiscam opp. ad ort. 6. leuc. Hungaricis.

Hom. Str. Plin. Inopus, fluv. Deli ins. quem ex Nilo occulto meatu subtus mare fluere fabulantur.

Polyb. Stra. Pli. & al. Insubres, pop. Galliæ Transpadanæ, inter Sessitem & Adduam flum. contenti; quorum reg. *Ducato* seu *Stato di Milano* solet appellari: sed ducat. Mediolanens. magis patet, partem Liguriæ complectens, quæ ab illis Pado secernitur: Alexandria enim, Dertona, & Bobium, urbes Ligusticæ, in ducat. prædicto censentur. Reg. Insubria apud Liv. & alios appellatur; à Liguria Pado, à Venetia Addua, à Gallia Subalpina seu Pedemontano principatu Sessite fluv. divisa. Est etjam Insubria pag. agri Mediolanens. ad Oronam fluviolum, *Seprio* vulgo testib. Castilionæo & Merula, inter Mediolanum 18. & Varesium 12. mill. pass. occurrens.

Urbes Insubriæ.

Comum, quod & Novum Comum, *Como*	* Mediolanum *Milano*
* Cremona in Cenomanis, sic vulgo, episc. sub archiep. Mediolanens.	Novaria *Novara*
	* Papia, quæ & Ticinum vet. *Pavia*, episc. & acad.
Laus Pompeia *Lodi*	Viglebanum *Vigevano*

Scrip. Belg. Insula sive Insulæ, *l'Isle* Gallis, *l' Illa* Italis, *Ryssel* Belgis, urbs Belgii præclara mercimonio, in Flandriæ primis habita, inter Tornacum 5. & Duacum 8. leuc. ab Hypris 6. in meridiem, in Artesiæ & Hannoniæ confiniis.

Cic. Insula Arpinas, vulgo adhuc *Isola*, oppidulum Latii apud Arpinum opp. intra Fibreni fluv. alveos; cujus mem. Cic. epist. 1. ad Att. lib. 12.

Procop. Insula sacra, *Meza Paludosa* teste Leand. ins. Latii, quam apud Ostiam urbem excisam, inter illam & Portum, Tiberis fluv. divisus efficit. Insula item Tiberina, quæ & Lycaonia, Romæ, vulgo *di S. Bartholomeo*, sub mont. Aventino. Cujus mem. Ovid. lib. 1. fast.

P. Diac. Insula S. Julii *Isola di S. Giulio*, intra lacum Hortanum, ubi Horta opp. Novariens. episcop. à Novaria 24. mill. pass.

Insularum maris Ægæi ordo, situs, distantia, & magnitudo, uti apud neotericos.

Cythera *Cerigo*, 60. mill. pass. circuitu, cum urbe archiep. à Malea prom. Peloponnesi 5. mill. pass. à Creta 60.

Creta *Candia*, longa inter occ. & ort. 225. mill. à Peloponneso 65. in ort. & Eurum recedens, circuitu 600. urbs archiep. Matium; episc. Cydon, Rhitymna, Cytæum, Milopotamus, Chersonesus, Hierapetra, & aliæ aliquot apud Græcos.

Carpathus *Scarpanto*, circuitu 60. mill. pass. à Creta 20. recedens. Ibi episcopus Græcus.

Rhodus *Rhodi*, à Carpatho in ort. 70. mill. pass. circuitu 100. Urbes duæ, Rhodus, & Lindus. Metropolitam habet. A Caria 20. mill. pass. abest.

Cos & Coos *Lango*, à Rhodo in Bor. 70. mill. pass. circuitu 100. In ea metropolita ritus Græci.

Astypalæa *Stampalia*, à Co 50. mill. pass. circuitu 60. non episcopum, sed legatum habet. Circumstant hæ tres:

Syme *Simie*, circuitu 25. mill. pass. à Rhodo 20.

Leros *Lero*, circuitu totidem fere mill. pass. Cariæ proxima.

Nisyros seu Nysiros *Nisaro*, circuitu pariter 25. mill. pass. proxima Gnido urbi.

Pathmos *Palmosa*, circuitu 30. mill. pass. ab Astypalæa 70. Ibi cœnobium S. Joannis evangelistæ, & specus, ubi is Apocalypsim scripsit.

Samos *Samo*, circuitu 80. mill. pass. à Pathmo 20. proxima Ioniæ.

Icaria *Nicaria*, circuitu 70. mill. pass. à Samo 18. longe aliter distans apud vet. Legatum habet loco episcopi.

Amorgus *Amurgo* vel *Morgo*, circuitu 36. mill. pass. ab Icaria 40. Circumstant insulæ parvæ, Crusa *Crusia*, & Furni. Præest legatus.

Anaphe *Nanfio* & *Napi*, circuitu 25. mill. pass. ab Amorgo 30. Ibi legatus pro episcopo residet.

Therasia *Santorini*, circuitu 40. mill. pass. ab Anaphe 18. Habet episcopum Latini, & Græci ritus. Tametsi Therasia modica insula est proxima, adhuc nomen retinens. Forte gemina est; magna, quæ *Santorini*, duabus urbibus constans, & parva, quæ nomen antiquum retinet. Hæ nuper emersisse feruntur, hoc est, una abhinc 100. annis, altera 50. Ibi mare profundissimum, & ingentes strepitus exaudiuntur.

Ios *Nio*, circuitu 60. mill. pass. à Therasia 18. Ibi legatus residet.

Sicinus *Sicino*, circuitu 25. mill. pass. ab Io 5. Legatum habet.

Philocandros *Policandro*, circuitu 38. mill. pass. à Sicino 6. Ibi legatus moratur.

Melos *Milo*, circuitu 60. mill. pass. à Philocandro 25. Ibi archiepiscopus Latinus, & Græcus.

Cimolos *Cimolo*, [al. *Polino*] circuitu 20. mill. pass. proxima Melo, vix 2. mill. past. distans.

Siphnos *Sifano*, circuitu 40. mill. pass. à Cimolo 8. Ibi episcopus Latinus, & legatus Græcus.

Seriphus *Serfo*, vel *Serphone*, circuitu 30. mill. pass. à Siphno 12. Legatum habet.

Theramnia *Thermnia*, circuitu 60. mill. pass. à Seripho 12. Ibi geminus episcopus, Latinus, & Græcus.

Hydra *Idra*, circuitu 30. mill. pass. à Theramnia 30.

Poros *Poro*, circuitu 15. mill. pass. ab Hydra 40.

Salamis *Coluri*, circuitu 18. mill. pass. à Poro 15.

Ægina *l' Engina*, circuitu 40. mill. pass. à Salamine 6. Habet archiep.

Hele-

Helena,& Macris, *Macroniso*, circuitu 30. mill. paſſ. totidem ab Ægina diſtans in ort.

Cea & Cia *Zea*, circuitu 80. mill. paſſ. ab Helena 25. Ibi geminus epiſcopus, Latinus, & Græcus.

Eubœa *Negroponte*, circuitu 300. mill. paſſ. à Cea 30. duas urbes epiſcopales habet, Chalcidem, & Caryſtum. Atticæ ponte jungitur; ſub quo ~~mirus eſt~~ maris fluxus & refluxus.

Scyros *Sciro*, circuitu 60. mill. paſſ. ab Eubœa in Bor. 40. cujus epiſcopus archiep. Athenienſ. ſubeſt. Magneſiæ adjacet.

Scopelos *Scopulo*, circuitu 30. mill. paſſ. quot à Scyro diſtat.

Sciathos *Schiato*, circuitu 20. mill. paſſ. epiſcopum habet.

Lemnus *Lemno* & *Stalimene*, circuitu 65. ab inſulis parvis inter ipſam & Sciathon ad 30. mil. paſſ. recedens. Ibi epiſcopus Græcus.

Thaſos *Taſſo*, circuitu 30. mill. paſſ. totidem diſtans à Lemno in Bor.

Samothrace *Samandrachi*, circuitu 30. mil. paſſ. quot abeſt à Thaſo in ort. ſub metropolita Imbri.

Imbros *l' Embro*, circuitu 60. mill. paſſ. à Samothrace 12. Metropolitam habet.

Tenedos *Tenedo*, circuitu 20. mill. paſſ. ab Imbro 25. in ort. Ibi legatus reſidet.

Lesbos *Metelin*, circuitu 200. mill. paſſ. à Tenedo 60. in merid. Ibi duæ urbes cum duobus epiſcopis, & uno metropolita.

Chios *Scio*, circuitu 100. mill. paſſ. à Lesbo 40. in Auſtrum. Habet epiſcopum Latinum, & archiepiſcopum Græcum.

Pſyra *Pſara*, circuitu 18. mill. paſſ. à Chio 12. in occ.

Andros *Andro*, circuitu 100. mill. paſſ. à Pſyra in occ. 80. duos habet epiſcopos, unum Latinum, alterum Græcum.

Tyra *Tura*, circuitu 18. mill. paſſ. ab Andro 12. Ibi epiſcopus Latinus.

Syros *Siro*, proxima Tyræ, 6. mill. paſſ. diſtans, cujus pop. & epiſcopus Latini ritus eſt, Pont. Rom. parens.

Tenos *Tina*, à Syro 18. mill. paſſ. proxima Andro, circuitu 70. mill. paſſ. ſub Venetis, cum epiſcopo Latini ritus.

Myconos *Micole*, circuitu 30. mill. paſſ. à Teno 12. in Auſtrum diſtans ſub metropolita Naxio.

Naxos *Naxia* & *Nixia*, vel *Nicſia*, circuitu 100. mill. paſſ. à Mycono 30. Ibi metropolita Græci ritus, & epiſcopus Latinus.

Paros *Pario*, circuitu 40. mill. paſſ. ſub Naxo, inde 4. mill. paſſ. diſtans in Auſtrum. Non longe, (mill. paſſ.) diſtat Antiparos inſ. circuitu 18.

Schenuſa *Scinuſa*, & Heraclea *Raclia*, inſ. circuitu 15. mill. paſſ. à Paro ſupra 21. mill. paſſ.

Tota itaque harum inſularum prænavigatio 1245. mill. paſſ. continet.

Cic. Intemelium, & Intimelium, ut alii legunt, urbs Liguriæ maritima, inter Albingaunum 40. & Nicæam ad occ. 17. mill. paſſ. (Vide Albintemelium) epiſc. ſub archiep. Mediolan. Pop. Intemelii Liv.

Strab. Plin. Interamna *Terni* & *Terani*, urbs Umbriæ epiſc. ad Narem fluv. in planitie, inter Spoletium 12. & Narniam 6. mill. paſſ. in via quæ Romam ducit occurrens. Pop. Interamnates Cic. & Nartes Plin. Hujus urbis (quæ & colonia Latinorum, & municipium fuit ſplendidiſſimum) antiquitatem & nobilitatem rudera, reliquiæque ædificiorum, ac innumeræ pene antiquæ & marmoreæ inſcriptiones teſtantur. Ubi adhuc nobiliſſima & antiquiſſima Caſtellorum familia (ex qua Pontif. aliquot, & antiſtites ſancti, ac principes Narniæ regionis prodiere,) adhuc viget.

Interamna altera, Latii col. in conf. Samnii ad Lirim fluv. *Iſola* teſte Blondo cum al. apud Arpinum, ab eo 3. mill. paſſ. diſtans, à Sora 5. in merid. totidem à Bovillis in ort. ubi Liris Melphem fluv. excipit, una ex 12. colon. quæ Romanis auxilium adverſus Hanibalem denegabant teſte Liv. Pop. Interamnates Cic. *Liv.*

Interamnia *Teramo*, (non *Teranio*, ut in Theſ. ling. Lat.) urbs Præguttiorum in Aprutio epiſc. inter Batinum & Vomanum flumina, ac inter Aſculum ad occ. ſupra 20. & Teate ad ort. 24. mill. paſſ. cujus epiſc. Aprutinus nominatur. *Ptol.*

Interamnium, *Ponferrada* teſte H. Coquo, oppid. Hiſp. Tarracon. in Gallæcia, apud fines regni Legionenſ. inter Aſturicam ad ort. 14. & Villam Francam opp. Gallæciæ ad occ. 5. leuc. Sed Mor. eſt *Fuente Encelada* opp. ejuſdem reg. Interamnium Flavium Ant. ab Aſturica 30. mill. paſſ. in occ. Lucum Auguſti verſus. *Ant. Ptol.*

Intercatia, *S. Maria di Rebilla* teſte Mor. opp. Hiſp. Tarracon. in finibus Aſturum & Vaccæorum, excisum; locus inter Valliſoletum, & Aſturicam ad occ. in medio, ad 10. leuc. diſtans, viſitur. Pop. Intercatienſes Plin. *Strab. Plin. Ptol. App.*

Interciſa, *Rachzkewi* teſte Siml. olim opp. nunc pag. Pannoniæ ſuper. in Hungariæ Stiriæque conf. lib. Not. in Valeria ripenſ. in ipſa Stiria. Eſt & locus Umbriæ, uti ſpecus, in montis rupe excavatus, ad Candianum fluv. *il Furlo* dicitur, inter Callium & Forum Sempronii mill. paſſ. 9. intercedens. *Ant.*

Internum mare, idem quod Mediterraneum. *Stra. Pli.*

Interocrea, *Interdoco* teſte Pand. Collenutio, opp. Sabinorum in agro Reatino, nunc in Aprutio, ab Aquila 15. mill. paſſ. in occ. quot ferme à Reate. Interocrium Ant.

Inteſtinum mare, idem quod Mediterraneum. *Flor.*

Intuergi, pop. Germ. quorum urbs Heydelberga teſte Peucero, proxima Spiræ, inde vix 4. leuc. diſtans in ort. *Ptol.*

Invectus, fluv. Latii per lacum Fucinum tranſiens, qui aliis Juvencus legitur. Videtur autem invectus participium eſſe, non fluv. alicujus nomen. *Plin.*

Inui Caſtrum, opp. Hetruriæ, quod hodie non extat. Vide Caſtrum Inui. Erat in ora, inter Centum cellas ad occ. & Pyrgos ad ort. inde 5. hinc 8. mill. paſſ. diſtans. Virg. lib. 6. Æn. *Virg.*

" *Pometios, Caſtrumq; Inui, Bolamque, Coramque.*

Inutrium *Mittenwaldt* (non *Inſpruch*, ut in Theſ. ling. Lat.) teſte Avent. opp. olim Vindeliciæ, nunc pag. Bavariæ apud Hiſaræ amnis ortum, Parthano proximus ad 2. leuc. à Monachio 10. in Auſtrum Oenipontem verſus. De quo in lib. 4. Itin. ſic. *Ptol.*

" *Excipimur lauto clementer ab hoſpite Inutri.*

Inycus, *Longobardo* teſte Faz. opp. olim, nunc pag. Siciliæ in ora Auſtrali, apud Camarinam urbem exciſam, ab ea 10. mill. paſſ. in ort. verſus Pachynum promontorium. Camicus etiam Steph. Aliis eſt *il Molinaccio*, locus à Camarina 10. à Motuca urbe 15. mill. *Pauſ. Steph.*

Ioanna, Ioannina Cedreno, *Ianna* Leuncl. urbs archiep. & Epiri primaria, ubi ſedes præfecti Turcarum, ad lacum, olim * Caſſiope; inter Ambraciam ad occ. & Triccam urbem Theſſaliæ in ort. à qua 40. mil. paſſ. [* Duplex deſignatur Caſſiope: altera maritima, altera mediterr. quarum hæc *Ianna*, illa forſan *Ioannina*, uti Brietius, indigitatur.] *Lib. Conc.*

Ioannipolis vero urbs Myſiæ infer. *Iambol* nominatur.

Iol, quæ poſtea Julia Cæſarea teſte Plin. dicta eſt, *Alger*, & incolis *Gezeir* teſte Lud. Marmol. cum al. *Stra. Pli. & al.*

olim Mesgana à conditore, urbs Mauritaniæ Cæsariens. metrop. & regia, in ora littorea, egregie munita, à Quiza urbe ejusdem oræ sub Hispanis 128. mill. pass. in ort. Carthaginem versus 733. à Carthagine nova Hisp. 187.

Strab. Plin. Ptol. Iolcos, opp. Thessaliæ ad sinum Pagasicum in finibus Pelasgiotarum, proximum Demetriadi urb. ab ea vix milliario distans, à Pagasis 30. stad. ab Ormenio 20, à Phæris 120. *Iaco* nunc. Inde Iolciacus nom. gent. Ovid. lib. 7. metam.

" *Victor Iolciacos tetigit cum conjuge portus.*

Luc. lib. 3.

" *Thessalus Æmoniam vomer proscindit Iolcon.*

Ptol. * Iomnium, Lomnium Ant. *Caffen* teste Mol. opp. olim Maurit. Cæsariens. in ora, nunc pag. inter Rusuccurrum ad occ. vicinum, & Rusazum ad ort. inde 17. hinc 38. mill. pass. Saldas versus. [* Ἰόμνιον est in manuscript. Seld.]

Iona, seu Ihona ut apud script. Scotic. ins. est, una Hæbudum, à littore occiduo Scotiæ ad 12. mill. pass. distans, ubi insigne Benedictinorum cœnobium, & regum Scotiæ sepultura.

Strab. Plin. Ptol. Ionia, reg. Asiæ maritima in ora maris Ægæi, inter Æolidem ad Bor. & Cariam ad merid. Mæandro fluv. eas separante, *Sarchiom* teste Leuncl. (in qua olim Ephesus urbs clarissima, cum Mileto, nunc Smyrna omnibus præstat, sedes præfecti) Lydiæ ad ort. contermina. *Quiscum* vel *Quiscon* à Turcis hodie Ionia appellatur. Hinc Ionius & Ionicus nom. gent. Pop. Iones. De Ionia Ovid. lib. 6. fast.

" *Nec Latium norat, quam præbet Ionia dives.*

Claud. lib. 2. in Eutrop.

" *Proxima Bithynos: solem quæ condit, Ionas.*

Mart. lib. 13. epigr. 58. attagenas Ionicas commendat.

' *Inter sapores fertur alitum primus*
' *Ionicarum gustus attagenarum.*

Solin. Ionica, reg. seu tractus Magnæ Græciæ in Italia, circa Crotonem urbem.

Xenoph. Strab. Plin. Ptol. & al. Ionium mare appellatur, non quod Ioniam alluit, sed quod inter Siciliam & Græciam interfusum, Macedoniam, Epirum, Achaiam, & Peloponnesum ad occ. attingit: *il Mar Gionio* Italis. De quo Virg. lib. 5. Æn.

" *Ionioque mari, Maleæque sequacibus undis.*

In Authenticis. Ionopolis, *Ginopoli* ex tab. recent. urbs Paphlagoniæ mediterr. episc. sub archiep. Gangrensi, inde in Bor. distans apud oram.

Scrip. Hispan. Ionosia *Villa Yoiosa*, opp. Hisp. Tarracon. in regno Valentiæ ad sinum Illicitanum, ab Ionibus, ut est traditio antiqua loci, conditum, inter Gandiam opp. ad occ. 11. & Alonem ad ort. 7. leuc.

Scrip. Belg. Iopilia villa, *Jupile* teste Ortel. pag. Belgii in agro Leodiensi ad Mosam fluv. non procul à Leodio: cujus fit in vita S. Lamberti episcopi mentio.

Plin. Mel. Ptol. Ioppe, Iope Strab. *Zaffo* & *Iaffa*, urbs Palæstinæ maritima excisa, omnium antiquissima, olim episc. sub archiep. Cæsariensi, inde 20. mill. pass. in Austrum recedens, ab Hierosolymis 40. in occ. Lyddæ proxima, 10. mill. distans, ante diluvium universale condita. Cujus hodie nil extat, nisi turris, & diversorium excipiendis peregrinis, qui ex Europa Hierosolymam tendunt. De qua Arator lib. 1.

" *Te quoque laude potens, cœlestibus inclyta signis*
' *Carminibus Ioppe canimus* -----

Ptol. Ioplica, *Clissa* seu *Sclissa* Mol. oppid. Liburniæ littorale, inter Seniam & Vegiam. Sed errat Molet. Lopsica enim scribitur à Ptol. & à Plin. Iospica: Clissa vero urbs est cum arce munitissima Dalmatiæ apud Salonas, inde 5. mill. pass. distans in mont.

Strab. Plin. & al. Iordanis, *Giordano* Italis, fluv. Palæstinæ maximus in Cœlesyria apud Cæsaream Philippi gemino fonte oriens, in Austrumque per Genesaram lacum fluens, ac tandem in Asphaltitem lacum desinens. De quo Sedul. lib. 1.

" *Sex quasi lustra gerens placidam Iordanis ad undam*
' *Venit* ---------

Ptol. Iorum, *Novigrad* teste Molet. opp. Maced. Deboro finitimum, & Aloro, in Pæonia reg. à Castoria urb. 20. mill. pass.

Strab. Plin. & al. Ios, *Nio* teste Soph. cum al. ins. maris Ægæi apud Theram teste Strab. Homeri sepulchro teste Plin. memorabilis, olim Phœnice, ut ait Plin. una Sporadum, à Naxo 14. mill. pass. in Eurum, ipsa circuitu 25. quot à Thera recedit.

Cæs. Iosedum, postea Corbolium recentioribus, *Corbueil* vel *Corbeil* teste Marl. cum al. opp. Gall. Celt. ad Sequanam fluv. apud Parisios, à Lutetia 6. leuc. in Austrum, Melodunum versus 14.

Steph. Joseph. Iotapata, *Syria* teste Breitenbachio, opp. Palæstinæ, sic à conditore nominatum. In Thes. ling. Lat. in Syria locatur.

Ptol. Iotape, *Lombardo* teste Nig. cum al. urbs Ciliciæ marit. inter Coracesium Pamphyliæ urb. ad occ. & Seleuciam Ciliciæ ad ort. episc. sub archiep. Seleuciensi. Selinunti proxima orientaliori.

Ant. Ioviacum, *Kogel* teste Laz. arx Norici in Austriæ Bavariæque conf. Siml. autem *Assach*, opp. inter Pataviam & Lintium. Varie legitur; nam & Loviacum, & Laviacum, & alicubi etiam Laciacum. Porro Laviacum *Lauffen*, opp. Norici in terr. Salisburgens. putatur, à Salisburgo 3. leuc. in Circium: Ioviacum vero *Assach*, inter Ovilabim opp. Austriæ 27. & Boiodurum urbem excisam apud Pataviam 38. mill. pass. ex Itin. Anton. Laciacum autem inter Ovilabim, & Juvaviam, hoc est Salisburgum, inde 32. hinc 28. mill. pass. occurrit.

Vet. Insc. Iovis fanum, locus Lusit. in regno Portugallico apud Terranum opp. Eborensis diœcesis, ubi ecclesia SS. Justi & Pastoris teste Resendio.

Plin. Iovis fons in Epiro apud Dodonam urbem excisam, in meridie semper deficiens teste Plin. l. 2. c. 103.

Plin. Iovis Hammonis fons in Marmarica apud Hammonis oraculum, idem patiens quod Iovis fons in Epiro.

Mel. Iovis mons *Monjui* teste Varrerio, *Monte Iudaico* Gerundensi, mons Hispaniæ Tarraconens. in ora apud Barcinonem urb.

Liv. Iovis templum in Macedonia ad ostium Bephyri fluv.

Arrian. Iovis Urii fanum, locus Asiæ in ora Bithyniæ ad Bosporum Thraciæ, ubi nunc arx *Ieron* teste P. Gyll. apud Chrysopolim.

Vet. Insc. Iporcense municipium, *Constantina* teste Mor. & Mariana, opp. Hisp. Bæt. in Vandaliæ & Extremaduræ conf. in Turdulis, & Bæturia, inter Hispalim 14. & Elerenam opp. Extremaduræ 5. leuc.

Ptol. Iporus, fluv. Siciliæ in ora Australi. Vide Hipparis.

Herod. Ippoleum, prom. Scythiæ Europææ inter ostia Hypanis & Borysthenis: in quo templum Cereris erat.

Ipra, urbs Belgii. Vide Hypræ.

Metaphr. Irenæum, monasterium in Bithyniæ ora ad fauces maris Euxini, Byzantio & Chalcedoni proximum: quod & Accœmetum ab Euagrio nominatur.

Steph. Irene, *Sidra* Soph. ins. Peloponnesi in fin. Argolico. Vide Calauria: cui eadem est.

Ptol. Irenopolis, urbs gemina: una in Cilicia mediterr. episc. sub archiep. Anazarbeno, olim sub Seleuciensi; altera in Babylonia, archiep. sub patr. Antiocheno. Cujus in concil. fit mentio.

Plin. Iria, *Voghera* teste Merula, opp. præclarum Liguriæ in Gall. Cispadana, Anton. Vicus Iriæ, inter Dertonam 10. & Placentiam 30. mill. pass. à Ticino 15. Dertonam versus.

Jornand. & Diac. Iria quoque fluv. Liguriæ, ex Apennino mont. apud An-

Antiliam, & Dertonam, & Castrum novum, cujus mœnia disjecit, fluens, ac in Padum post 5. mill. pass. labens. Hic & Scripia Lat. rec. dicitur, vulgo *la Scrivia*, amnis valde Neocastrensibus perniciosus.

Ptol. Iria Flavia, *el Padron* teste Mor. urbs olim episc. sub archiep. Bracarens. nunc opp. Hisp. Tarracon. marit. in ora Gallæciæ, à Compostella (quæ illi successit) 4. mill. Hisp. in occ. distans. Male *S. Maria finis terræ* esse scribitur in Thes. ling. Lat.

Strab. Plin. Iris, *l'Irio* teste Nig. & interius *Casalmach*, fluv. Cappadociæ ingens per Amasiam urbem in Pontum Cappadocium influens, ex Argio mont. ortum ducens. De quo Val. Flacc. lib. 5.

" *Transit Halys, longisque fluens anfractibus Iris.*

Ptol. Irpini, & Irpinum. Vide Hirpini, & Hirpinum.

Urbes Irpinorum in regno Neapolitano.

Abellinum *Avellino*	Frequentum *Fricenti*
Agatha *Sant Agatha di Gotti*	Laquedonia *Lacedogna, Cedogna*
Angelopolis *Sant Angelo di Lombardi*	Mons Maranus *Monte Marano*
Arianum *Ariano*	M. Viridis *Monte Verde*
Bisacia, sic vulgo, & *Bisazza*, episc. unitus Angelopolit. sub archiep. Compsano	Nuscum *Nosca*
	Vicus *Vico della Baronia*
Compsa *Conza* vel *Consa*	Vulturaria *Vulturara*

Arrian. Irus & Iros, mons Indiæ in Gedrosiæ conf. apud ostia Indi fluv. cujus mem. Arrian. in Periplo. Irus apud Hom. mendicus fuit: unde adag. *Iro pauperior.* De quo Ovid.

" *Irus & est subito, qui modo Crœsus erat.*

Herod. Steph. Is, fluvius Susianæ in Euphratem influens. Est & urbis nomen Steph.

Ptol. Isaca, qui & Isca, fluv. Albionis in Damnoniis, seu * Cornubia reg. Anglici regni, in Austrum fluens per urb. cognominem. Fluv. *Ex*, urbs vero *Excester* teste Camd. Lat. rec. Exonia, urbs episc. sub archiep. Cantuariens. Cornubiæ metrop. media inter Wintoniam urb. ad ort. & Antivestæum prom. ad occ. 79. mill. distans. Vide Exonia. [* Late sumpta: aliter enim Devoniæ comitatus est.]

Ptol. Isamnium, *Saint Iohns Foreland* teste Camd. Hoc *Portmuck* Merc. & aliis *Capstat*, prom. Hiberniæ in ora orientali, inter Eblanam urb. & Logiæ fluv. ostium. [*corrupte forsan pro *Cap St. Iean.*]

Ant. Isannavaria, *Stonystratford* teste * Camd. opp. Albionis in Anglia, inter Lactodurum & Tripontium 12. mill. pass. à Londinio 73. in Bor. Lindum versus. [* Camden. in Britannia sua hoc modo: Hanc vero (de *Wedon* in agro Northamptoniensi, olim regia Merciorum regis, verba faciens) esse quod in Anton. Itiner. Banavenna, Bennavenna, & Bennaventa dicitur, & semel corrupte Isannaventa (alii legunt Isanavantia, Isannavatia, & tandem Isannavaria) etsi nulla supersint expressa nominis vestigia, nisi existimarem, veritati sane vereor ne illuderem; etiamsi antea contra senserim.]

Strab. Plin. Isapis *il Savio*, fluv. Æmiliæ in Romandiola ex Apenn. mont. supra Sarsinam urbem oriens, ac juxta Cesenam urb. ejus mœnia radens, delatus, in mare Hadriaticum apud Cerviam exiens, qui & Sapis Plin. De eo Luc. lib. 2.

" *Crustumiumque rapax, & junctus Isapis Isauro.*

Sed hic fluv. est Umbriæ apud Urbinum in Isaurum influens, qui *Albs* vulgo teste Leandro dicitur. Ortel. manifesto labitur errore, Isapim fluv. circa Ariminum describens. Vide Sapis.

Cic. Plin. Isara, Isar Ptol. *l'Isere*, fluv. Gall. Narbonens. per Allobroges in Rhodanum apud Valentiam urb. delatus, Mauriana, Camberico, Gratianopolique urbibus irrigatis. De eo Lucan. lib. 1.

" *Hi vada liquerunt Isaræ, qui gurgite ductus, &c.*

Isara alter fluv. Vindeliciæ per Bavariam fluens, ex Alpibus inter Oenipontem & Inutrium oriens, ac per Monachium, Frisingam, Landshutum, Dingelfingum, Landaviamque urbes, in Danubium contra Deckendorfum opp. fluens, & ipse *Iser* vulgo dictus. Strab.

Isara quoque, fluv. Gall. Belgicæ, *Oyse*. Vide Esia.

Isarci, pop. Alpini in Insubria. Vide Hisarci. Plin.

Isauria, reg. Asiæ, pars Galatiæ Australis, Pisidiæ finitima: ubi Isaura urbs, quæ & Claudiopolis teste Ammiano dicta est, & in lib. conc. Isauropolis, *Saura* nunc teste Thev. urbs episc. sub archiep. Seleuciensi. Pop. Isauri. Mem. horum Claud. lib. 1. in Eutrop. Ptol.

" *Indomitos curru Servilius egit Isauros.*

Isaurus *la Foglia*, fluv. Umbriæ Transapenninæ ex Apenn. mont. descendens, per agrum Urbinatem fluens, & ad Pisaurum urbem mari Hadriatico exceptus, qui & Pisaurum Plin. dicitur. Alter hujus nominis fluv. est Magnæ Græciæ Neetho vicinus, per agrum Crotoniatem in mare delatus; cui *Donato* teste Barrio nomen est.

Isburus, *Mayhasoli* teste Faz. fluv. Siciliæ per oram Australem inter Heracleam & Thermas in pelagus fluens. Ptol.

Isca *Excester*, & *Caer Suysk* Britannice teste Lhuydo, [*Caer-isk, Pen-Caer,* teste Camdeno,] urbs Albionis episc. caput Cornubiæ, ad Isacam fluv. quæ Isca Dumnoniorum ad alterius differentiam dicitur. Vide Isaca, & Exonia. Ptol.

Isca Leg. 2. Augusta, opp. Albionis, *Caerleon* teste Camd. id est Urb. Legionum, in Wallia, agri Monumetensis, apud Landavam urbem, ab ea 10. mill. distans. Alia porro Isca, Exoniæ finitima, *Leskard*, & ipsa Urb. Legionum, seu Legio Augusta aliis dicitur. Ant.

Ischalis, *Ilcester* teste Lhuydo, & Camd. *Ivelcester*, al. *Ilchester*, opp. Albionis in finibus Belgarum, & in Somersettens. reg. inter Bathoniam & Exoniam ad 35. mill. dissitum, Welliæ finitimum. Ptol.

Ischopolis, *Tripoli* teste Mol. opp. Cappadociæ marit. inter Hermonassam, & Cerasuntem ad ortum. Strab. Ptol.

Iscia, ins. Brutiorum oræ adjacens. Vide Oenotrides, est enim una Oenotridum. Plin.

Isenacum *Isenach*, urbs & acad. Thuringiæ in Hassiæ conf. inter Erphordiam & Casellam; sic à ferro dicta, vel ab Iside, ut quidam poeta Germ. ait lib. 5. Itiner. Scrip. Germ.

" ——— *positam hinc in vallibus urbem,*
" *A ferro dictam vulgo; sed ab Iside doctis:*
" *Isnacum dicunt, urbs gestis clara vetustis.*

Et lib. 7.

" *Ante oculos montes, Isenacumque videmus,*
" *Quæ fuit Hessorum regia clara ducum.*

Isidis insula, Isidis port. Plin. Isidis templum Strab. *Pascoa* teste Belleforestio, ins. sinus Arabici Æthiopiæ continenti fere adjuncta, in sinu Avalite. Est & Isidis templum apud Strab. opp. Ægypti ad Nilum, prope Copton urb. Ptol.

Isinisca, *Isin* teste M. Welsero, oppid. Vindeliciæ olim, nunc pag. Bavariæ ad fluv. cognominem, qui Isiniscus Anton. dicitur: Siml. autem est *Isen* seu *Tyne*, opp. Sueviæ in Rhætia, inter Campidonam ad ort. 3. & Wangam ad occ. 2. leuc. Sed errat Siml. quia Isinisca cum fluv. non in Suevia, sed in Bavaria apud Frisingam urbem est, ut recte Welserus indigena adnotavit, vulgo *Ilzm* vel *Ism*, à Landshuto 6. leuc. in merid. à Frisinga 4. in ort. Anton.

Isla *Ysel*, seu *Yssel*, fluv. Germ. per Frisiam fluens. Regin.

Ismarus, mons Thraciæ apud Hebrum fluv. & Maroneam urbem teste Plin. cujus accolæ Cicones Hom. dicuntur, ubi & palus, & Ismara vel Ismarum urbs quondam fuit. Virg. lib. 10. Æn. Virg. Herod. Plin. & al.

"*Et tres, quos Idas pater, & patria Ismara misit.*

Hinc Ismarius nom. gent. Ovid. lib. 10. metam.

"*Gentibus Ismariis, & nostro gratulor orbi.*

Mont. hunc partim asperum, & partim olivetis ac vitibus cultum, incoluit Orpheus.

Sophocl. Ptol. Ismenus, Ismenius Plin. Strab. & Pauf. fluv. Bœotiæ (cum oppid. cognomine, & monte) circa Dircen fontem Thebas alluens, & apud Saganeum opp. in mare exiens non procul ab Aulide, ex monte Cithærone scatens. De quo Ovid. lib. 2. metam.

"*Et celer Ismenos, cum Phocaico Erymantho.*

Hinc Ismenius nom. gent. Ovid. lib. 13. metam.

"*Hospes ab Aoniis Therses Ismenius oris.*

Accipitur autem Ismenius pro Thebanus, & Ismenides mulieres pro Thebanæ.

Cassiod. Isontius *l' Isonzo*, fluv. Carnorum, qui Natiso Strab. per Noreiam ex Alpibus Juliis profluens, & secus Gradiscam opp. in mare Hadriaticum inter Aquileiam urb. & Timavum fluv. exceptus, apud quem Theodoricus rex Gothorum Odoacrem vicit & fugavit, teste Cassiod.

Ptol. Ispinum, *Spinario* Mol. al. *Fuente Duenna*, opp. olim, nunc pag. Hisp. Tarracon. in finibus Carpetanorum.

Ptol. Isporis, pagus Africæ apud Syrtim magnam cis Aras Philænorum, *Ilbacha* Mol. aliis *Naim*. [Vide Oesporis, sic enim scribitur.]

Polyb. Plin. Mel. Issa, Hissa Cæs. *Lissa* Soph. & Bordonio, ins. maris Illyrici apud Tragurium, unde ea 15. mill. pass. Phariam versus recedit, ulterius 10. mill. distantem in merid. circuitu 80. mill. Hæc Liburniæ adjacet, non Dalmatiæ, ut in Thes. ling. Lat. Issa quoque Dionys. Halycarn. insula parva Latii apud Marruvium, à Septem aquis 40. stad. distans.

Ptol. Issedon, Essedon Steph. urbs gemina: una Scythiæ extra Imaum mont. quæ *Succuir* teste Cast. nunc appellatur; altera Sericæ, quæ *Cambalu*, magni Chanis (ut vocant) Tartarorum regis sedes, dicitur.

Plin. Ptol. Issus, Issum Strab. quæ & Nicopolis teste Steph. dicta est, *Aiazza* seu *Aiassa* teste Nig. cum al. urbs Ciliciæ extrema in Syriæ conf. ad sinum qui ex ea Issicus, *Golfo dell' Aiazza*, nominatur, ab Antiochia magna ad 60. mill. pass. in occ. distans: ubi Darius rex primo fusus fuit ab Alex. magno, teste Q. Curtio, unde Nicopolis dicta: episc. sub archiep. Tarsensi. Ab Amiso urbe Paphlagonica 1500. stad. inter Pyrami fluv. ostia, & Zeugma ad Euphratem 400.

Strab. Plin. Ptol. & al. Ister, Danubius, fluv. maximus Germ. qui ut primum Illyricum attingit, Ister appellari incipit teste Strab. & Plin. sed teste App. Alex. non nisi post Savi cum ipso confluentiam ad Taurunum urb. Ptol. vero post Axiopolim Mysiæ infer. urbem; cujus ostia ab ore ponti apud Byzantium ad 500. mill. pass. teste Plin. in Bor. distant, eaque 7. sunt, quibus Ister in mare Euxinum effunditur, ab ostio Borysthenis 250. mill. in Austrum. De quo Ovid. l. 2. metam.

"*Thermodoonq; citus, Gangesque, & Phasis, & Ister.*

Plin. Isthævones, qui & Busacteri minores Ptol. dici videntur, pop. Germaniæ, quos Gemma Fris. *Westfalen* indigitat.

Strab. Plin. & al. Isthmus multiplex: 1. Peloponnesi, qui & Corinthiacus, quo Peloponnesus reliquæ Græciæ connectitur, 40. stad. inter sinum Corinthiacum ad occ. & Saronicum ad ort. patens, quem Nero perfodere frustra tentavit, unde proverbium, *Isthmum fodere*. 2. Cherronesi Thraciæ, inter Cardiam seu Lysimachiam, & Macrontichon. Uterque *Hexamili* Nig. & Volaterr. 3. Ægypti, inter mare mediterr. ubi Pelusium, & sin. Arabicum, ubi Urbs Heroum, Dorsum Arabiæ Ptol. dictus, *Sur* vulgo teste Goropio, 300. stad. ex Plutarcho patens, Plin. 125. mill. pass. quo Ægyptus Palæstinæ & Arabiæ petrææ jungitur. 4. Tauricæ Chersonesi, de quo Xenoph. & Ptol. *Zucala* teste Joseph. Barbaro, 37. stad. ex Xenoph. patens, quo Taurica Sarmatiæ continenti copulatur. In eo Taphræ urbs, *Precop*, Tartarorum regia. 5. Acanthæus, in Macedonia, qui Athon mont. continenti jungit, à Xerxe rege teste Æliano perfossus. 6. Italiæ, inter sinum Scylletium, & Hipponiatem, longus apud Aristot. dimidii diei itinere, apud Strab. 111. stad. apud Plin. 20. mil. pass. apud Solin. 40. mill. quod verius est. 7. Asiæ, inter Tarsum & Amisum 1500. stad. teste Strab. Asia nusquam angustiore. 8. Græciæ, inter Crissæum sin. & Oetæum, ubi Thermopylæ, 508. stad. ex Strab. patens. Hinc Isthmiacus nom. gent. Claud. de 4. cons. Hon.

"*Et puer Isthmiaci jampridem littoris exsul.*

Istiæotis, regiuncula Thessaliæ inter Ossam & Olympum montes jacens. *Herod.*

Isto, mons Corcyræ ins. cujus incolæ Istones Polyæno dicuntur. *Thucyd.*

Istonium, *Histo* teste Mol. opp. Hisp. Tarracon. in Castella nov. inter Villam excusam & Cervariam supra 2. leuc. interq; Toletum 18. & Valentiam in ort. ad 40. *Ptol.*

Istri, pop. Italiæ extremi, Liburnis finitimi, quorum reg. Istria, & Histria, sic ab Istro fluv. quo Argonautæ vecti huc venere, teste Plin. dicti. *Plin.*

Urbes Istriæ ex ordine occurrentes.

Tergestum *Trieste*	Pola, sic vulgo, episc. sub patriarch. Aquileiensi
Justinopolis *Cavo d' Istria*	Petena *Pedena*
Urbs nova, pro Æmonia, *Citta nova*	Omnes sub Venetis, exceptis prima & postrema
Parentium *Parenzo*	

Istriani, pop. Mysiæ infer. quorum reg. *Bessarabia*, & urbs Istropolis, circa Istri flum. ostia, ubi & Istrianorum portus. *Herod.*

Istrianus, *Calamita* teste Nig. fluv. Tauricæ Chersonesi, inter Corax prom. ad occ. & Theodosiam urb. ad ort. haud procul ab ea fluens. *Ptol.*

Istrici, pop. Scythiæ Europææ circa ostia Axiacis fluv. & Euxinum mare incolentes: quorum urbs Axiace, nunc *Oczacow*. *Mela.*

Istropolis, Istros Strab. * Ptol. Istria Arriano, *Stravico* Castal. & al. opp. Mysiæ infer. in ora maris Euxini apud ostium Istri Australe, à Sacro ostio 500. stad. Tomos versus in Austrum 250. ex Strab. Nigro est *Grossea* op. vicinum. [* Ἰςρόπολις manusc. Seld.] *Plin.*

Istula, fluv. Germ. illam à Sarmatia separans. Vide Vistula. De eo lib. 1. Itin. sic: *Ptol.*

"*Danubiusque pater, vagus Albis, & Istula, quique.*

Isurium, *Aldburg* vel *Aldborrow* testibus Camd. & Lhuydo, opp. Albionis in Anglia in comit. Eborac. inter Eboracum 18. & Caturractonium 24. mill. pass. ex Itin. Anton. *Ant. Ptol.*

Isus opp. fuit Bœotiæ in Atticæ conf. apud Anthedonem. *Strab.*

Italia, reg. Europæ clarissima, penes quam sub Romanis orbis terræ fuit imperium, à boum multitudine & magnitudine teste Varr. & A. Gellio lib. 11. c. 1. dicta: [item Festo; Italia dicta quod magnos italos, h. e. boves habeat, vituli enim itali dicti sunt.] vel ab Italo Siciliæ rege, Siculi fratre, teste Isid. lib. orig. longa inter Alpes Graias & Rhegium 1020. mill. pass. teste Plin. Inter Varum autem & Arsiam flumina per Alpium radices 742. sed recta via per Vada Sabatia 420. quæ maxima illius latitudo est. Hæc Alpibus à Gallia, Germania & Norico separata, in arcum quodammodo sese conformantibus, cæterum mari Ligustico, Tyrrheno, Ausonio, Ionio, Hadriaticoque contunditur. Plura habet apud veteres nomina: nam olim Ausonia, Camesena, Oenotria, Hesperia, Janicula, Saleumbrona, Saturnia, & aliis nominibus dicta, apud Cat. Polyb. Plin. Halycarnass. & *Cæs. Cic. Plin. & al. omnibus.*

& Gell. Non ultra Ariminum olim extendebatur: reliquum enim inde ad Alpes Gallia Cisalpina, in Cispadanam & Transpadanam divisa, dicebatur. Numero urbium omnibus provinciis præstat: nam urbes, quibus episcopalis sedes affixa est, supra 300. habet; quot in Hispania, Gallia, & Germania simul acceptis haud comperies, etiam si regnum Polonicum, & Belgium omne computaveris. Urbes hac tempestate clarissimæ, Roma, Neapolis, Mediolanum, Venetiæ, Genua, Bononia, Florentia, Verona, quibus adjicere libet Brixiam, & Patavium. *Italia* etiam vulgo, & Sclavonice *Vloska* dicitur. Pop. Itali. Inde Italus nom. gent. Virg. lib. 3. Æn.

" *Et sæpe Hesperiam, sæpe Itala regna vocare.*

Et lib. 11.

" *Tros, Italusve mihi pariter dec sanguine pœnas.*

Ab Italia non solum Italus, sed etiam Italicus nom. deducitur; ut *Italica mensa*, proverbialiter dicta, de mensa lauta.

Regiones Italiæ quæ mare & Alpes attingunt.

Insubria	Salentini
Gallia Subalpina	Apulia Peucetia
Liguria	Apulia Daunia
Hetruria	Aprutium
Latium	Picenum
Campania	Senones
Picentes	Æmilia
Lucania	Venetia
Brutii	Carni
Magna Græcia	Histria

Interiores.

Hirpini	Sabini
Samnium	Umbria

Italiæ principes hac tempestate clari.

Pontifex Maximus; sub quo Latium, Umbria, Picenum, Flaminia, sive Romandiola, & magna pars Hetruriæ.

Rex Hispanus; sub quo regnum Neapolitan. Sicilia, Sardinia, & ducatus Mediolani.

Veneti; sub quibus tota Venetia, Carnia, & Histria.

Magnus dux Hetruriæ; sub quo major Hetruriæ pars.

Dux Sabaudiæ; sub quo Gallia Subalpina, sive principatus Pedemontanus.

Genuenses; sub quibus Corsica inf. & ora Ligustica.

Dux Mantuanus; qui & dux Montisferrati.

Dux Mutinensis; cui & reg. Caferoniana paret.

Dux Urbinas; qui & Montis Feretrani.

Dux Parmensis; cui etiam Castrens. ducatus in Hetruria subest.

Plin. Ptol. Italica, *Sevilla la veja* teste Mor. colon. & urbs fuit Hisp. Bæt. apud Bætim fluv. Hispali vicina, patria Silii poetæ, trium Augustorum quoque natale solum, Trajani, Hadriani, & Theodosii senioris, à Scipione Africano condita teste Jo. Mariana. Al. est *Alcala del Rio*, opp. inter Hispalim 4. & Castrum Album 3. leuc. olim urbs episc. sub archiep. Hispalensi.

Plin. Itani *Aytona*, pop. & opp. Hisp. citer. in Catalaunia, ab Ilerda urbe 3. leuc. in Austr. Octogesam versus: marchionem habet antiquum.

Herod. Ptol. Itanus, *Paleocastro* Soph. & al. opp. Cretæ apud Itanum prom. (de quo Plin.) in ora Australi, ubi orientalis incipit, inter Ampelum & Samonium prom.

Ovid. Itargus, fluv. Germ. Visurgis Ptol. De quo Ovid. ad Liviam.

" *Decolor infecta testis Itargus aqua.*

Steph. Suid. Itea, *Soguta* Laconico, urbs Phrygiæ, seu potius Paphlagoniæ, unde Othomana familia, late in Asia, Europa, & Africa imperans, originem duxisse fertur, ab ora maris Euxini 250. stad. in Austrum recedens.

Ithaca *Isola del Compare* vel *Val di Compare*, & à Turcis *Phiachi* teste Leuncl. dicta, ins. maris Ionii Cephaleniæ propinqua, ab ea 5. mill. pass. versus Ætoliam & Peloponnesum distans, ab Araxo prom. 12. in occ. ipsa circuitu 25. patens (cui Ulysses imperavit) cum urbe cognomine, Alalcomene à Plutarc. Alcomenæ à Steph. dicta: ubi lepores non vivunt. Ovid. lib. 1. trist. el 4. Strab. Plin. Ptol. & al.

" *Nec mihi Dulichium domus est, Ithaceve, Sameve.*

Hinc Ithacus nom. gent. Virg. lib. 3. Æn.

" *Sum patria ex Ithaca, comes infelicis Ulyssei.*

Hinc Ithaceius, a, um; ut Ithaceia conjunx apud poetas, id est Penelope.

Ithacesiæ, ins. tres parvæ Brutiorum contra Vibonem, ad sin. Hipponiatem; quarum una *Braces*, altera *Praca*, reliqua *Turrecula*, teste Barr. vel *Turricella* nominatur. Plin. Capellæ.

Ithome, arx Messeniæ urbis in mont. illi imminente, non secus ac Acrocorinthos Corintho: quas arces Demetrius Phalereus Philippo Maced. capiendas suadebat, sic enim bovem, hoc est Peloponnesum, utroque cornu teneret. Ea nunc *Grebegin* Nig. teste dicitur. De qua Stat. lib. 4. Theb. Strab. Pauf. Diod. & al.

" *Planaque Messena, montanaque nutrit Ithome.*

Ituci, colon. & urbs Hisp. Bæticæ, quæ & Virtus Julia teste Plin. interiit. Plin.

Ituna, *Eden* & *Eiden* Camd. fluv. sive æstuarium Albionis per Cumbriam, reg. Angliæ ad occ. Scotiæ conterminam, apud Carleolum urb. nec procul à Solveo fluv. Scotiæ in mare fluens. Ptol.

Ituræa, quæ & Trachonitis, *Bacar* teste G. Tyrio, reg. Palæstinæ Cœlesyriæ finitima, seu pars illius. Pop. Ituræi. Ituræus etiam nom. gent. apud poetas. Luc. lib. 7. Strab.

" *Tunc & Ituræi, Medique, Arabesque, soluto.*

Vide Trachonitis, quæ reg. Syriæ est in Arabiæ conf. apud Alsadamum montem.

Iturissa *Tolosa*, opp. præclarum Hisp. in finibus Vasconum, Guipuscuæ reg. primarium, inter Victoriam urb. 12. & Fontem Rapidum 7. leuc. à Pompelone urb. 12. in Corum. Al. est *Sanguesa*, opp. Navarræ amplum, à Pompelone 7. leuc. in ort. Sed hoc potius Suestasium, quam Iturissa esse videtur. Mel. Ptol.

Ityræi, pop. Vide Ituræi. Virg. lib. 2. georg. Virg.

" *Cornus: Ityræos taxi curvantur in arcus.*

Sunt qui Ityræus ab Ityra urbe Parthiæ deducant, ita ut arcus Ityræi & Parthici idem sint.

Itys, *Assin* teste Camd. fluv. Albionis in ora Scotiæ occid. decurrens, inter Tarvedrum & Epidium prom. qui aliis est *Heu*, contra Ricinam ins. in mare exiens. Fuit & Itys filius Terei regis in phasianum avem conversus; cujus fab. apud Ovid. Ptol.

Judæa, reg. notissima Palæstinæ, inter Samariam ad Arctos & Idumæam ad Austrum, mare Syrium ad occ. & Arabiam petræam ad ort. Jordane fluv. Asphaltiteque lacu discreta, attingens: in qua Hierosolyma urbs clarissima. Huic soli balsamum, omnibus odoribus prælatum, ferre à natura concessum est, teste Plin. lib. 12. cap. 25. Pop. Judæi, *Giudei* Italis, *Jewes* Anglis, *Chifont* Turcis teste Gyll. Hinc Judaicus nom. gent. ut Judaicum mare, id est Syrium, quæ Iudæam alluit. De Judæa Luc. lib. 2. Strab. Plin. Ptol. & al.

" *Incerti Judæa Dei, mollisque Sophene.*

Juvenc. lib. 4.

" *Judæamque petit, qua pinguia rura silenter.*

Claud. lib. 1. in Eutrop.

" *Nutrit Judaicis quæ pingitur India velis.*

De Judæis Hor. lib. 1. serm. sat. 9.

" ---------*Hodie tricesima sabbata. Vin'tu*
" *Curtis Judæis oppedere?*

Ptol. Ivernia, inf. *Irlanda*. Vide Hibernia, uti à Cæf. nominatur.

Ptol. Ivernis, *Dunkeran* teste Camd. urbs Hiberniæ episc. sub archiep. Cassiliens. in Momonia, apud oram meridionalem & occid. olim primaria, nunc vero non obscura, à Corcagia 60. mill. in occ. à Galiva supra 60. in Austrum, à Cassilia supra 70. Sed Duncheranum urbs est marit. Ivernis autem apud Ptol. mediterr. Aliis propterea *Ganaforda* videtur.

Ptol. Iusicum seu Iuphicum, *Sassoferrato* ut aliquibus videtur, opp. Umbriæ præcipuum apud Sentinum opp. excisum, Fabriano opp. Piceni amplissimo vicinum, inter ipsum & Pertiam 7. mill. pass. à Fossato 4.

Tac. Iugantes, pop. Britanniæ, *Ygaint* adhuc teste Camd. dicuntur in Angliæ ora apud Cantium. [An Cantiani sunt, quos Britanni *Y-Gaint* vocare solebant, an corrupte pro Brigantes scribuntur, subdubitat Camdenus.]

Vet. Insc. Iugum Cerretanorum *Puyg Cerdan*, opp. Hisp. citer. in Catalaunia ad Pyrenæi mont. radices, à Ruscinone sive Parpiniano 12. leuc. Orgellam versus.

Tac. Iuhonum *Hoye*, col. & opp. etiamnum amplum Belgii ad Mosam, inter Leodium & Namurcum urbes. Vide Huionum.

Scrip. Germ. Iulia *Giuliers*, reg. Germ. infer. ducat. titulo insignis, inter Coloniam Agripp. & Trajectum ad Mosam, sub qua Eysalia reg. ad merid. magna ex parte continetur, ad Bor. Geldriæ contermina. In qua Iuliacum urbs primaria.

Martyrol. Iulia, quæ Plin. & Ant. Fidentia, *Borgo di S. Donnino*, urbs Gall. Togatæ, inter Placentiam 20. & Parmam 15. mill. pass. quæ diu sine sede episcopali fuit, nostra tempestate ei restituta sub archiepisc. Bononiensi.

Vet. Insc. Iulia, Apulum Ptol. urbs Daciæ, Transylvaniæ primaria. Vide Alba Iulia.

Script. Germ. Iulia, *Geyl* teste Merc. fluv. Norici per agrum Salisburgens. decurrens. In Thes. ling. Lat. opp. Norici nominatur: cum apud Plin. Iulia opp. sit Galliæ Togatæ.

Plin. Mel. & al. Iulia Cæsarea, urbs Maurit. Cæsariens. primaria, prius Iol, à Iuba rege condita, postea in Cæs. honorem Iulia Cæsarea dicta. Hic Carol. 5. imp. an. sal. 1541. urbem expugnaturus, insignem cladem, maris tempestate diutina amissa classe ingenti, pertulit. Vide Iol.

Plin. Iulia Campestris, *Beni Teudi* teste Marm. & al. *Banituede*, urbs Maurit. Tingit. mediterr. à Lixo 40. mil. pass. in ort. distans, quæ & Augusti col. Babba Plin. dicitur.

Latin. Pacat. Iulia claustra, locus intra Alpes Iulias, quo ex Carnis in Noricum transitur, *la Chiusa* vulgo, à Glemona opp. Carnorum 14. in Bor. Villacum versus, ab Utino 30.

Plin. Iulia fama, quæ & Seria Plin. dicitur, opp. Hisp. Bæticæ apud Anam fluv. in Lusitaniæ conf. *Seria* adhuc teste Flor. & Tarapha dictum, nunc pag. apud Ayamontem opp.

Plin. Julia felix. Vide Berytus.

Plin. Iulia liberalitas. Vide Ebora.

Ptol. Iulia * Libyca, *Linca* teste Flor. vel *Linza*, oppid. Hisp. Tarracon. in Arragonia, apud mont. Pyrenæi radices, à Cæsaraugusta 30. leuc. in Bor. versus Aquitaniam distans: quæ *Insa* al. dicitur. [* Λιμυκα in Selden. man.]

Ptol. Plin. Iulia Myrtilis *Mertola*, opp. Hisp. Lusit. antiq. & præclarum apud Anam fluv. in regno Portugallico, inter Pacem Juliam & Sylvam urb. 9. leuc. Serpæ & Mauræ finitimum, ad 4. & 5. leuc. dissidens.

Plin. Iulia pietas, (Vide Pola) urbs Istriæ.

Plin. Iulia Restituta. Vide Segeda.

Plin. Iulia Traducta. Vide Tingi.

Tac. Amm. Iuliacum *Gulick*, & *Giulick*, urbs Germ. infer. Iuliæ ducatus caput, inter Coloniam Agripp. 6. & Trajectum ad Mosam ad occ. 8. leuc. ab Aquisgrano in Cæc. 4. Incolæ Iuliacenses: qui Gugerni à veteribus dicti putantur.

Scrip. Germ. Iulinum *Wollin*, urbs olim Germ. ampla & clara, ut ejus rudera adhuc testantur, in ora Pomeraniæ, in inf. continenti vicina, nunc pag. olim urb. episc. cui Caminum urb. in eadem ora ad 2. leuc. in ort. distans successit, à Stetino 8. in Bor.

Ant. Ptol. Iuliobona, *Honfleu* teste P. Divæo, vel *Honfleur*, opp. Gall. Celt. in Normannia, apud ostia Sequanæ fluv. contra Hareflectum opp. à Rotomago urbe 17. leuc. in Bor. distans. Sed Turnebo est *Villebon* pag. finitimus, al. *l' Isle bonne*.

Ptol. Iuliobona altera *Wien*, & Italis *Viena*, urbs Pannoniæ super. ad Danubium, Austriæ caput, & adversus Turcas optime munita, amplaque, in Norici & Pannoniæ conf. quæ Ant. Vindobona, & vet. inscrip. Ala Flaviana. Vide ibi.

Plin. Ptol. Iuliobrica, urbs Hisp. Tarracon. in finibus Cantabrorum, quæ Clus. & Taraphæ *Logronno* nominatur, urbs ad Iberum, in Castellæ vet. & Navarræ conf. inter Nagaram 4. & Calagurrim 8. leuc. Floriano autem est *Oliva* opp. Navarræ, & H. Coquo est *Aquilar del Campo*. Sed omnes hallucinantur. Nam Iuliobrica à Plin. in Cantabris apud fontes Iberi fluv. descripta est, quæ nunc *Fuente d' Ivero* opp. vel non longe jacens.

Scrip. Gall. Iuliodunum, *Lodun* teste Paradino, opp. Gall. Celt. haud obscurum in finibus Pictavorum, medium inter Ambaciam ad ort. & Luxionam ad occ. 24. leuc. inter Pictavos vero, & Semurium 7. Andegavos versus.

Ptol. Iuliola, *Longosardo* Nig. seu *Lugosardo* aliis, opp. Sardiniæ exiguum in ora Boreali, ex adverso Bonifacii opp. Corsicæ.

Ptol. Iuliomagus, Andes Cæs. Andegavi Plin. & al. urbs Gall. Celt. episc. sub archiep. Turonens. inde 30. leuc. in occ. Nannetes versus 16. ducat. & acad. & Andegavens. reg. caput, *Angers* vulgo.

Vet. Insc. Iuliomagus altera, *Pfullendorff* teste Rhenano, urbs Germ. in Suevia Cisdanubiana, inter Constantiam 5. & Tubingam urbem duc. Wirtembergens. trans Danubium in Bor. 6. leuc.

Plin. Ant. Ptol. Iuliopolis, urbs Bithyniæ, seu Phrygiæ magnæ in conf. episc. sub archiep. Sardiano, inter Dadastanam ad occ. 26. & Ancyram Galatiæ in ort. 65. mill. pass. ex Itin. Ant.

Strab. Iuliopolis, à priore ut videtur diversa, urbs Bithyniæ apud Olympum mont. ex Gordo vico urbs effecta teste Strab. Juliogordus Ptol. *Begasar* hodie, urbs clara, ab Ancyra 100. mill. pass. in occ. recedens.

Ant. Iulium Carnicum *Zuglio*, opp. olim Carnorum intra Alpes Iulias, seu Norici, urbs quondam præcipua teste Ptol. nunc pag. Vide Carnicum Iulium. Quidam Goritiam esse putant, ut apud Thes. ling. Lat. ubi pro *Goritia* scriptum est *Golitia*.

Plin. Iulium præsidium, quod & Scalabis Plin. Scalabiscus Ptol. *Santaren*, urbs olim clarissima Lusit. & conventus multarum urbium, nunc opp. amplissimum ad Tagum, ab Ulyssipone 13. leuc. in ort. Toletum versus. Al. est *Trugillo* urbs Lusit. in Extremadura. Sed Mor. Varrer. Olorio, & al. *Santaren* indigitantibus credendum.

Ant. Ptol. Iuncaria *Ionquera*, opp. Hisp. citer. in Catalaunia, inter Helenam 5. & Gerundam in merid. 8. leuc. occurrens, Ficeriæ propinquum ad 3. leuc. * Iugaria Ptol. in cod. Græco. Ibi campus Iuncarius teste Strab. [* in nonnullis exemplar. Ἰωγγαρία, in Seld. man. Ἰυγκαρία.]

Iunganni, pop. Ligures corruptissime pro Ingauni in Thes. ling. Lat. scribuntur.

Iunna,

Aimoin. Iunna, *Iuine* teste Ortel. sed mihi *Yonne* videtur, fluv. Gall. Celt. qui ex Burgundia duc. per Senonas in Sequanam fluv. defertur.

Plin. Iunonia, Heras Ptol. *Madera* teste Nigro, inf. una ex fortunatis, Hispaniæ propior, à Gadibus 164. leuc. Hisp. in merid. versus Autololam 100. distans, sic à lignorum copia ab Hispanis nominata. Sed ex Plin. Iunonia 750. mill. pass. recedit, versus fortunatas 250. ex quo nequit esse quæ *Madera* nunc dicitur; nisi quis dicat duas esse apud Plin. hujus nominis insulas, quarum remotior 270. mill. pass. distet, propior vero sit *Madera*. Vide Heras & Helii.

Mel. Iunonis ara, Iunonis prom. Plin. Iunonis fanum Ptol. *Trafalgar* teste Tarapha, prom. & locus Gadium insulæ. Al. est *Porto di S. Maria*: Sed hoc oppid. est in ora Bæticæ.

Liv. Iunonis Laciniæ templum, *Nao*, & *Manna* teste Gabr. Barr. locus erat in ora Magnæ Græciæ inter Crotonem urb. & Lacinium prom. à Crotone 6. mill. pass. in merid. distans, teste Liv.

Liv. Iunonis prom. *Capo Giallo* teste Nardo, prom. Peloponn. in ora sin. Corinthiaci, contra Sicyonem urbem.

Cic. *Ptol.* Iunonis sacrum, seu templum, *S. Maria di Corte* teste Quinctino Heduo, prom. Melitæ inf. [cum ædicula] in montis vertice apud oram littor.

Scrip. Belg. Iuodium *Yuois*, opp. Belg. in ducatu Lucemburgens. Vide Epoissius.

Ptol. Iuollum, *Vylack* teste Laz. opp. Pannoniæ super. in Hungaria apud Danubium, medium inter Teutoburgium & Bononiam 3. leuc. Hungaricis.

Cæs. *Plin.* Iura, Iurassus Strab. & Ptol. mons Gall. Belg. Sequanos ab Helvetiis discludens: non Gall. Narbonens. ut scribit Ortel. Hic varie vulgo nominatur: nam in Genevensium & Equestrium conf. *M. di S. Claude*, *Iurat* & *Iurten* dicitur: in conf. Basiliensium *Pirreport*, & *Botzberg*, ad merid. *Schaffmat*, & *Blamberg*, ac *Leeberg* ab Helvetiis appellatur: circa ortum Dubis fluv. *Ioux*: aliaque habet nomina; est enim maximus, Rhenum fluv. attingens in ort. & Lemanum lacum ad merid. De quo Jacob. Sannazar. lib. 3.

" *Ostendit sacrum mons ubi Jura nemus.*

Procop. Justiniana prima, quæ & Achridus, Lychnidus Ptol. *l'Ochrida*, & Turcis *Giustandil* teste Leuncl. urbs archiep. Maced. ad Lychnidum lacum, à Dyrrachio 70. mill. pass. in ort. Thessalonicam versus: quæ etiam *Prisrien* teste Jacobo Luccaro Epidaurio.

Procop. Iustiniana secunda, Ulpianum Ptol. Villa Ulpiana Jornandi, *Villa Procopiana* teste Laz. urbs episc. sub archiep. Achridensi Mysiæ super. in Dardaniæ & Maced. conf. Scupi finitima, inde 6. leuc. in occ. distans, à Sophia supra 15. in Austrum: *Vulpia* nunc.

Curop. Justiniana tertia Chalcedon, urbs archiep. Bithyniæ in ora contra Byzantium, teste Curopalate, dicta est.

Lib. Conc. Iustinopolis, Ægida Plin. urbs Istriæ primaria, episc. sub patr. Aquileiensi, inde 35. mill. pass. in ort. distans, in ora littorea, in peninsula, vulgo propterea *Cavo d' Istria* appellata. A Justino imp. illius instauratore nomen habet; inter Tergestum ad occ. 10. & Parentium in ort. 30. mill. *Gafers* Germanis.

Val. Max. Iuturna, fons & lacus parvus Latii apud Numicium fluv. teste Servio, *Treglio* nunc teste Giraldo, sic à nympha. Virg. lib. 12. Æn.

" *Iuturnam misero (fateor) succurrere fratri*
" *Suasi*------

P. Vict. Est & Iuturna fons Romæ in Velabro, ubi nunc sacra ædes S. Mariæ liberatricis.

Plin. Iuvantius, *Tordino* teste Volaterr. fluv. Prægutiorum in Aprutio Interamnam urbem præterfluens; qui al. Batinus dici videtur.

Iuvavia, Iuvense seu Iuvaviense castrum lib. Not. *Ant.* *Saltzburg* teste Othone Frisingens. cum Laz. & al. urbs archiep. Norici in Bavaria ad Juvavium fluv. quæ Laureaco urbi Norici ad Danubium, olim metrop. nunc excisæ, successit, inter Oenipontem 17. & Lintium 15. leuc. à Monachio 17. Villacum versus in ort. 24. Cujus archiepiscopus regionis, in qua duæ urbes & plura opp. continentur, est dominus.

Iuvavius, fluv. Iuvaviam urbem præterfluens, ex Tauro mont. in Carinthiæ conf. ortum habet, ac in Oenum inter Oetingam & Braunodunum Bavariæ urbes influit, vulgo *Saltz*, unde nomen Iuvaviæ, quæ nunc Salisburgum dicitur.

Iuvenacium *Giovenazzo*, urbs Apuliæ Peucetiæ marit. episc. sub archiep. Barensi, inde 12. mill. pass. in occ. Barolum versus 18. Melficto proxima, 3. distans. Volaterr. putat eam sic dici quasi Iuvenis Egnatia: sed Egnatia hinc supra 50. mill. pass. in ort. recedit apud Monopolim. *Prov. Rom.*

Iuvenatium, *Adhasta* teste Zanchio, pag. agri Bergomensis. *Ver. Insc.*

Iuvencus, seu Invectus ut al. cod. habent, fluv. Latii per Fucinum lacum fluens, à Vib. Seq. Pitornius appellatus, *Giovenco* Leandro; sed errat, nam Invectus apud Plin. non fluv. nomen, sed participium est. *Plin.*

Iuverna, ins. Vide Hibernia, eadem enim est. Hæc male *Islandt* in Thes. ling. Lat. indigitatur: *Islandt* enim est Thule. Vide ibi. *Mel.*

Ixias, Inia al. legunt, *Carolei* teste Barr. opp. agri Consentini, Menecinæ opp. proximum. Vide Inia. *Steph.*

K.

Kilchennia *Kilkenny*, quasi Fanum S. Canici, urbs Hiberniæ episc. sub archiep. Dublinensi in Laginia, à Dublino ad 35. mill. in Africum distans, Osseriæ & Leiglino propinqua: academiam habet. *Scrip. Hib.*

Kildaria *Kildare*, urbs Hiberniæ in Laginia reg. episc. sub archiep. Dublinensi, inter Dublinum ad Bor. 20. & Waterfordiam ad Austrum 40. mill. dissita. *Prov. Rom.*

Kiovia *Kiow*, urbs Sarmatiæ in Lituania ad Borysthenem flu. olim archiep. & metrop. maxima, nunc excisa, à Circassis urbe 25. leuc. in Boream, Smolenscum versus super 80. *Scrip. Pol.*

L.

Labacum, olim Nauportus, *Labach* & *Laybach*, urbs Norici ad fluv. cognominem episc. sub archiep. Salisburgens. inde 36. leuc. Carnioliæ reg. caput, à Vacorio (seu Villaco) urbe Carinthiæ 12. leuc. in ortum, à Paulo 2. Pont. max. cum Nova Urbe, urbe Austriaca, sede episcopali exornata, an. sal. 1468. Hic sanguis, ex vino albo ad consecrationem adhibito conversus, rubei coloris adservatur, sic sacerdote dubitante effectus. *Prov. Rom.*

Labarus, fluv. Insubrum, qui à Plin. & al. Lambrus dicitur. *Sil.*

Labeatis, lacus Dalmatiæ apud Scodram urb. *Lago di Scutari*, ambitu 130. mill. pass. patens, montibusque undique septus, nisi ad Septentriones. Pop. Labeates Plin. & Liv. quorum urbs Scodra, lacum prædictum incolentes. *Liv.*

Labellum *Lavello*, urbs Apuliæ Peucetiæ in Lucan. conf. apud Aufidum fluv. à Venusia 6. mill. pass. in Bor. Canusium versus 9. episc. sub archiep. Barensi. Sunt ibi antiquitatis vestigia. *Prov. Rom.*

Laberris *Pennaflor*, opp. Hisp. Tarrac. in finib. Asturum, inter Legionem & Ovetum 11. leuc. *Ptol.*

Laberus, urbs Hiberniæ, quæ Camd. est * *Kildare*, *Ptol.*

Nig. *Cassil*: sed potius *Limerick* est, urbs episc. sub archiep. Cassiliens. inde 20. mill. in occ. ad Sineum fluv. in Hiberniæ umbilico, inter Waterfordiam ad ort. 42. & Galviam ad occ. 32. [* Camdeno est *Kil-lair*, castrum in Midia reg. Hiberniæ umbilico.]

Liv. Labici, pop. Labicum, col. & urbs olim episc. Latii, nunc opp. ducat. titulo honestatum, medium inter Tusculum, & Anagniam in Bor. 12. mill. pass. ab urbe Roma 24. quæ urbs Labici etiam & Lavici, (quo nomine apud vet. tam pop. quam urbs significantur) & Lavicum dicitur. Unde Via Labicana & Lavicana. Pop. vero & Labici, & Labicani Liv. Virg. lib. 7. Æn.

" *Et Sacranæ acies, & picti scuta Labici.*

Cæs. Labieni castra, postea Monasterium Lobiense, *Lobbe*, & *Lowe*, pag. cum cœnobio Belgii in Hannonia apud Binchium opp. inde 2. leuc. Marieburgum versus, Laubium, & Laubacum, in vitis sanctorum. Cujus cœnobii abbas olim etiam episcopus erat.

App. Alex. Labinius *Lavino*, fluv. Gall. Tog. inter Bononiam & Mutinam occurrens, à Bononia vix 8. mill. pass. distans, apud quem triumviratus inter Octavianum, M. Antonium, & Lepidum firmatus est, circa prædium Servorum fratrum Bononiæ, ex loci monumentis.

Plin. Laboriæ campi & Laborini *T. di Lavoro*, (quod nomen postea toti Campaniæ tributum est) campi fertilissimi circa Capuam, Cales, Calenum, & Sinuessam, nunc *Territorio di Gaudo* teste Sanfelicio.

Cic. Labro, portus Hetruriæ, *Livorno*. Vide Liburnus, sic enim aliis dicitur. De quo sic lib. 3. Itin.

" *Occiduo tandem Labronem sole subimus.*

Virg. Labyrinthus, locus Cretæ apud Gortynam urbem inextricabilis, in quo Minotaurus à Theseo interfectus est. Virg. lib. 5. Æn.

" *Ut quondam Creta fertur Labyrinthus in alta.*

Labyrinthus apud Suid. adagii specie dicitur, de studio alicujus rei difficillimo & inextricabili, cujus finem aut exitum reperire non sit.

Ptol. Strab. Plin. & al. Lacedæmon, quæ & Sparta Polyb. & Pauf. testibus dicta est, *Misitra* Soph. & al. urbs clarissima Peloponnesi in Laconica ad Eurotam fluv. olim episc. sub archiep. Corinthio, nunc metrop. & ipsa, à Corintho 90. mill. pass. in Austrum, inter Methonem ad occ. & Monembasiam ad ort. 60. ab Athenis 145. Pop. Lacedæmonii; apud quos furtum non modo permissum, sed & commendatum scribit Aul. Gell. lib. 11. cap. 18. Virg. lib. 7. Æn.

" *At non sic Phrygius penetrat Lacedæmona pastor.*

Cæs. Plin. Lacetani, pop. Hisp. Tarracon. qui Iaccetani Ptol. esse videntur, & quorum urbs Iacca in Arragonia, à Cæsaraugusta 19. leuc. in Bor. inter Suessetanos ad occ. & Ilergetes ad ortum. Eorum reg. Lacetania à Martiale memoratur (sed al. Laletania legunt) & Lacetania opp. præclarum Iaccæ urbi finitimum, ab ea 4. leuc. in merid. Cæsaraugustam versus 15. *Sobrarve* vulgo.

Bibl. Lachis, *Bellena* teste Brochardo, opp. Palæstinæ. Sed Bellina aliis Cæsarea Philippi urbs excisa est in Cœlesyria.

Ant. Laciacum, opp. Norici. Vide Ioviacum.

Ptol. Laciburgium, *Lazenitz* Willichio & al. opp. Germ. in Pomerania apud ostium Oderæ fluv. à Stetino urbe primaria 3. leuc. in Bor. In Thes. ling. Lat. male Rostochium (quæ est urbs primaria ducat. Magnopolitani marit. empor. & academia) indigitatur.

Strab. Ptol. Plin. Mel. Lacinium, *Capo delle Colonne* teste Barr. prom. Magnæ Græciæ Crotoni urbi finitimum, ab ea 20. mill. pass. fere in Austrum recedens, sinum Tarentinum ex adverso Iapygii prom. (à quo 187. [forsan 87.] mill. pass. seu 700. stad. teste Strab. à freto Siculo 2300.) claudens, & Scylletium finiens, à Cocyntho prom. Australiore, unde sin. Scylletius incipit, 72. mill. pass. ab Issa ins. Illyrici 50. in occ. Ibi templum erat Iunonis Laciniæ. Hinc Lacinius nom. gent. Ovid. lib. 15. metam.

" *Italiam venit, præterque Lacinia templa*
' *Nobilitata Dea*--------

Et Virg. lib. 3. Æn.

" *Cernitur: attollit se diva Lacinia contra.*

Nomen habet à Laceno latrone, quem ibi Hercules interemit.

Ant. Lacipea opp. erat Lusit. in Extremadura ab Emerita 20. mill. pass. Toletum versus.

Plin. Mel. Ptol. Lacippo, *Porchena* Mol. & al. opp. Hisp. Bæt. in Vandalia, à Tucci 4. leuc. Sed Mela Lacipponem inter Saldubam & Barbesul describit. Vide Oboulco.

Strab. Lacmon, vertex Pindi mont. ex quo Æas & Inachus fluunt, teste Strab.

Mel. Lacobriga, *Lagos* teste And. Resend. cum Vasæo & al. urbs Lusitaniæ apud Sacrum prom. à Sylvensi urbe 7. leuc. distans, à Pharo 14. in occ. ab Ulyssippone 32. in merid. Pop. Langobritæ apud Plutarchum. Nomen habet à lacu, & briga, hoc est, urbe, ut autor est Festus.

Pauf. Laconica, Laconia Pli. *Zaconia* Mol. & al. *Tzaconia* Leuncl. *Sacania* al. reg. Peloponnesi in ora Australi, quæ & Lacedæmonia teste Strab. & Gratio poeta, quod in ea Lacedæmon urbs est metrop. Pop. Lacones, qui claves invenisse putantur. Hinc Lacænus nom. gent. Stat. lib. 6. Theb.

" *Tandem insperatus media de plebe Laconum.*

Virg. lib. 1. georg.

" *Sperchiusque, & virginibus bacchata Lacænis*
' *Taygeta*--------

Lacones in rebus agendis lunam observabant, nam prælium non nisi in plenilunio ex Lycurgi instituto committebant. Ex quo adagium emanavit, *Luna Laconica*, in eos qui promissa aut pacta incerta faciunt, aliquid ne promissum fiat causantes, ut Lacones cum lunam causabantur, cur aliquid non facerent. Ex Luciano *Laconicus tithymallus* adagium est apud Suid. in lippientes, tithymallus enim multus apud Lacones est visum juvans. Lacones etiam, inter alia, sobrietatis & frugalitatis gratia laudantur, ut proverbio dicatur *Laconica cœna* apud Athen. lib. 2. pro cibis parum exquisitis: sic apud Plutarch. in vita Lycurgi. Ubi & *poculum Laconicum* pro potatione moderata, apud Critiam. Apud Lacones marmor viride & pretiosum est, apud Tænarum, de quo Stat. in Sylv. lib. 1. carm. 2.

" ----------------*hic dura Laconum*
' *Saxa virent, &c.*

Strab. Ptol. Laconicus sinus *Golfo di Colochina* Castal. & al. sinus ingens Peloponnesi in ora Australi, inter Messeniacum ad oram occ. & Argolicum ad oram ortivam, à duobus prom. Tænaria ad occ. Malea ad ort. terminatus.

Plin. Laconimurgi, Laconimurgum Ptol. *Lamego* Mol. urbs Lusit. in regno Portugallico. Sed situs apud Ptol. haud congruit. Vide Lameca, seu Lamacum.

Cassiod. Lactarius mons, Lacteus Procop. mons Campaniæ circa Vesuvium mont. & Stabias, ad Draconem fluv. Hinc Lycterens. urb. vulgo *Lettore*, quasi Lactarensis urbs, dicta videtur.

Ant. Lactodurum, * *Bedford* teste Camd. opp. Albionis in Anglia, (sed est *Laughborow* pag. proximus Leicestriæ teste Talboto, al. *Loughborow*) à Londinio 50. mill. pass. in Bor. Lindum versus. [* De *Bedford* Camdenus ita: Lactodorum tamen esse Antonini affirmare cum aliis non audeo. Alibi igitur *Stony-Stratford* opp. comitat. Buckingamiens. esse existimat.]

Lib. Pri. Lactoracium, Lactura Anton. Lactorum ex vet. inscrip. Lactoratum ex urbis ipsius monum. *Lectour*, urb. Aquit. episc. sub archiep. Auscensi, inde 4. leuc. Agennum versus 5. Condomo propior, 3. distans, Armeniaci

aci comitat. caput: sub quo Castora, Vicus, Nogeronum, Eusa, Barasolonna, Casa alba, & Avæ opp.

Ptol. * Lacuris *Loquera*, opp. Hisp. Tarracon. in Castellæ & Murciæ conf. inter Caravacam & Ventam Moralem opp. 4. leuc. Hieron. Zurita Larcuris legit, & *Alarcos* interpretatur, cum Ptol. in cod. Græco Lacuris habeat. [* Λακκυρὶς in man. Seld.]

Anton. Lacus regius, Aquæ Regienses Victori Uticens. urbs fuit Africæ mediterr. episc. sub archiep. Carthaginens. à Cirta 20. mill. pass. Sic scribit Ortel. cum Aquæ Regiæ & Lacus Regius loca diversa sint. Nam Aquæ Regiæ ab Anton. inter Hadrumetum & Sufetulam 50. mill. pass. distantes locantur.

Herod. Strab. & al. Lade, *Iada* ex tab. recent. ins. parva maris Myrtoi, (non Ægæi, ut scribit Ortel.) ante Miletum urb. Cariæ: ubi altera Asterii dicta teste Paus.

Ptol. Ladeni, pop. (qui perperam Gadeni apud Ptol. legi videntur) sunt mediterr. sive interiores Scotiæ, inter Meatas ad ortum & Brigantes ad occ. quorum reg. * Laudonia, vulgo *Lauden* & *Lothian*, in qua Alata castra urbs primaria, & regia, ac acad. vulgo *Edenburgh*. [* Camden. dicit esse totam regionem quæ Tuedæ flum. ostium & Edenburgi Fortham interjacet.]

Vet. Insc. Ladicus mons *los Codos de Ladoco*, mons Hisp. Tarracon. in territorio Legionens. Pyrenæi mont. ramentum, in via quæ à Legione Compostellam ducit obvius: in cujus jugo hæc inscriptio legitur, *Jovi Ladico*.

Strab. Plin. & al. Ladon, fluv. Peloponnesi per Arcadiam in Alpheum fluens, ex lacu Pheneo teste Plin. oriens, inter Helim & Megalopolim decurrens per agrum Cletoriensem. Ovid. lib. 5. fast.

" *Arcades hunc, Ladonque rapax, & Mænalus ingens*
' *Rite colunt----*

Ibi pag. cognomen, qui Ladocea Paus. dicitur.

Ptol. Læa, quæ & Aphrodites, *Isola del Patriarcha* teste Bordon. ins. maris Africi Marmaricæ oræ adjacens. Sed apud Ptol. non Marmaricæ, at Cyrenaicæ adjacet, ante Phycuntem prom. Est & Aphrodites Ptol. ins. Ægypti ad sin. Arabicum, insulæ Agathonis finitima.

Plin. Læana, urbs Arab. petrææ ad sin. Arabicum. Vide Elana. Scribitur & Læna.

Laonic. Læmocopia, *Bogazasar* Leuncl. opp. Cherronesi Thraciæ apud Sestum. Al. *Bogazasar* est ipsa Sestos.

Strab. Læneus, fluv. Cretæ Gortynam præterfluens: ad quem Europam à Jove raptam ferunt. [Lethæus Straboni & Solino dicitur fluv. Gortynam præterfluens. Læneus forsan in aliquibus codic. vel saltem inferioris ætatis appellatio, in quibusd. enim tabulis *Lineo* vulgo dici videtur.]

Ptol. Læpa magna, Læpia Latinorum Plin. *Lepe* adhuc dicta, opp. Hisp. Bæt. in ora apud ostia Anæ fluv. in Vandalia, ab Ayamonte opp. ad ostia Anæ 5. leuc. in ort. distans.

Laertia regna à Virg. pro Ithaca ins. lib. 3. Æn.

" *Effugimus scopulos Ithacæ, Laertia regna.*

Plin. & al. Læstrygones, pop. Latii novi, circa Formias urbem excisam incolentes, ubi Læstrigonia reg. & *Læstrigonii campi Plin. cum urbe cognomine teste Hesychio, quæ & Lamus. Sunt etiam pop. Siciliæ, qui & Leontini teste Isacio apud Lycophr. De prioribus Ovid. lib. 4. fast.

" *Dux quoque Naritius: testes Læstrygones exstant.*

[* Læstrigonii campi Plin. sunt in Sicilia.]

Liv. Lævi, Levi Plin. pop. Liguriæ, qui cum Mariciis Ticinum teste Plin. condiderunt, circa Ticinum amnem incolentes. Horum locus adhuc *li Lobi* in agro Alexandrino apud Maricos, inde ad 2. mill. pass. distans, nominatur, ab Alexandria 4.

Strab. Plin. & al. Lagaria, urbs Lucaniæ excisa in mont. apud Cylistarnum fluv. Grumento oppid. etiam exciso proxima. Locus adhuc *Lagara* nominatur, & mons cum fluv. *Cirnistaso* teste Barr. à Thuriis 10. mill. pass. à Cosano 4. à littore sin. Tarentini 6. in occ. Non longe Nemæa fluv. decurrit. Vina Lagarina olim teste Plin. commendata.

Anton. Lagecium, *Castleford* teste Camd. opp. olim Albionis, nunc pag. Angliæ inter Eboracum, & Danum in merid. Londinium versus 16. mill. pass.

Scrip. Hib. Lagina, opp. Hiberniæ in Laginia reg. patria D. Brigitæ virg. cujus fit mentio in vita ejusdem virginis.

Plin. Lagnus, sin. maris Baltici apud Cimbricam Chersonesum, *Beltz* vulgo, ubi *Langlant* ins. ab eo, ut videtur, denominata.

Ptol. Lagnutum, *Tenes* teste Marm. opp. Maurit. Cæsariens. marit. inter Quizam ad occ. & Juliam Cæsaream ad ort. apud Apollinis prom. quod *Capo di Tenes* dicitur.

Strab. Steph. Lagusa, *Christiana* teste Nig. ins. maris Cretici, inter Cretam, & Sicinum ins. in Bor. vergentem, à qua parum distat in Austrum. Alia ins. hujus nominis in mari Lycio, seu Pamphylio, ante ostia Glauci fluv. teste Plin.

Plin. Lagussæ, insulæ parvæ maris Ægæi ante Troadem urb. Mysiæ.

Ptol. Lagyra, *Soldadia* seu *Soldaia* Nigro, urbs Tauricæ Chersonesi in ora Australi, inter Criumetopon prom. ad occ. & Theodosiam urb. ad ort. apud Characem prom. ex præcipuis regionis.

Plin. Lalassis, *Calendo* teste Nig. fluv. (& opp. ut alibi legitur) Ciliciæ, in Pamphyliæ confinio, ex Isauria oriens.

Plin. Laletani, * Lætani Ptol. Leetani Strab. pop. Hisp. citer. Indigetis finitimi, ab eis in occ. recedentes, quorum reg. Laletania apud Martialem dicitur, quæ magnam partem Catalauniæ complectitur. Mart. lib. 7. ep. 53.

" *Et Laletanæ nigra lagena sapæ.*

Laletanum vinum à Plin. lib. 14. c. 6. magis copia, quam bonitate commendatur. [* Λεηταυοὶ in Selden. manusc.]

Ptol. Lama, Lamaca, & Lamacum lib. concilior. *Lamego*, urbs Lusit. episc. sub archiep. Bracarens. inde supra 12. leuc. in Cæciam Viseum versus totidem distans, apud Durium fluv. Sed Lama à Ptol. in Vettonibus describitur; ex quo diversa à Lamaco videtur. Vide Lameca.

Anton. Lambese, *Lambesca* nunc, urbs Africæ mediterr. olim episc. cujus mem. D. Augustin. à Cirta 24. mill. pass. distans in ortum, à Tamugada 14. Lampæsa Ptol.

Sueton. Lambrani, pop. Insubriæ circa Lambrum fluv. incolentes, quorum pag. adhuc *Lambra* nominatur.

Mel. Lambriaca, quæ Ptol. Flavia Lambris, oppid. Hisp. in ora Gallæciæ occid. Vide ibi.

Plin. Lambrus *Lambro*, fluv. Insubriæ maxime perspicuus, apud lacum Larium & Comum ex mont. profluens, perque Eupilim lacum transiens, Modoetiam opp. amplum, & Marinianum interluens, Padoque inter Ticinum & Placentiam urbes exceptus.

Lib. Conc. Lameca, & Lamaca, & Lamacum (varie enim legitur) urbs episc. Lusit. inter Bracaram & Ægitam, seu Guardam, 14. leuc. Vide Lama.

Platinæ. Lamellum, quæ & Mellaria, *Malora*, ins. parva maris Tyrrheni ante Liburnum portum, inde 5. mill. pass. ubi Pisani à Genuensibus classe superati, amisso portu prædicto, mox Sardiniam amittunt, Gregorio 9. Pont. maximo.

Lycophr. Lametiæ, *S. Eufemia* teste Barr. opp. Brutiorum in ora sin. Hipponiatis apud ostia Lameti fluv. à Consentia 22. mill. pass. Hipponium versus, patria Steph. geographi. Pop. Lametini. Hinc Lameticus sin. apud Aristot. memor. *Golfo di S. Eufemia*, qui & Te-

rinæus, Hipponiates, & Napitinus, à sinu Scylletio 20. mill. pass. teste Plin. Solin. vero 40.

Lycophr. Lametus *Lameto*, fluv. Brutiorum ex Apenn. mont. in sin. Lameticum influens, Lametiæque opp. nomen tribuens. Hujus ostium inter opp. S. Euphemiæ 6. & ostium Angitulæ fluv. 8. mill. pass. Ex quo Lametiam haud esse opp. *S. Eufemia* suspicor.

Polyb. Liv. Ptol. & al. Lamia *Domochi*, urbs Thessaliæ mediterr. apud oram littoream teste Mol. ab Heraclea Trachinia urbe Phthiotidis in ora 7. mill. pass. teste Liv. distans. Al. *Lamina* est. *Domochi* vero, Domocus apud Græcos, urbs episc. sub archiep. Larissæo, aliquibus à Lamia diversa videtur. Vide Demonicus. A Lamia sin. Lamiacus, qui & Oetæus. Vide ibi.

Plin. Lamiæ, ins. parvæ, seu verius scopuli maris Ægæi ante Troadem, Lagussis finitimi.

Plin. Laminitani, pop. Hisp. Tarracon. quorum urbs Laminium apud fontes Anæ fluv. ab eis 6. leuc. olim urbs episc. sub archiep. Toletano, inde 24. leuc. in Eurum, nunc opp. *Alambra* in Castella nova, à Consaburo 11. versus ortum Anæ. Hinc Laminitanus ager Plin. in quo Anas fluv. oritur, *Campo di Montiel* teste Clus. & *la Mancha d' Aragon* teste Varrer. & teste Coquo *la Mancha cieca*.

Ptol. Laminium. Vide supra.

Ovid. Lamius est mons Ioniæ Endymione celebris, qui inde Lamius cognominatus est. Ovid. libro 3. de arte am.

" *Lamius Endymion, non est tibi luna rubori.*

Vide Latmius.

Polyb. Steph. Lampetia, *lo Cetraro* teste Barr. opp. Brutiorum marit. in ora Calabriæ citer. inter Blandam ad occ. & Paulam ad ort. 10. mill. pass. à Consentia 26. mill. pass. Videtur idem cum Clampetia & Dampetia Plin. & Liv. Hic Lampetes Steph. prom. unde sin. Terinæus inchoatur, à Lampetia supra 40. mill. pass. distans.

Strab. Paus. Lampia, Lampeus Plin. mons Arcadiæ apud Erymanthum mont. ex quo Lampia fluv. de quo Plin. ortum habet, *Elanda* vulgo. De eo Stat. lib. 4. Theb.

" *Pene socer: candensque jugis Lampia nivosis.*

Ibi etiam opp. cognomen erat teste Lactantio.

Xenoph. Strab. Lampsacus, Lampsacum Plin. Mel. & Cic. à splendore nomen habens, *Lampsico* Soph. & *Lepseke* Turcis teste Leuncl. urbs Mysiæ ad Hellespontum archiep. antiqua & clara, ad ostia Granici fluv. olim Pityusa teste Plin. inter Parium ad Bor. & Abydum ad merid. ad 21. mill. pass. à Callipoli urbe Thraciæ 40. stad. Hæc à Xerxe rege Persarum Themistocli Atheniensi à patria exsulanti in vinum dono data est. Pop. Lampsaceni Cic. Hic Priapus colebatur. Ovid. lib. 1. tristium, el. 9.

" *Et te ruricola Lampsace tuta Deo.*

Halycarn. Lamum, opp. Latii, quod Fabricius *Marino* indigitat in via Appia, medium inter urbem Romam & Velitras 10. mill. pass. Sed aliis Marinum Villa Marii appellatur.

Virg. Ovid. Lamus urbs fuit Læstrigonum prope Formias & Cajetam, vel ipsa Cajeta, aut ipsæ Formiæ; utrique enim Lamus rex dominatus est. Virg. lib. 9. Æn.

" *Terra toriq; madent, nec non Lamyrumq; Lamumq;.*

Ptol. Lamus item *Lamo*, urbs Ciliciæ mediterr. episc. sub archiep. Seleuciens. inter Flaviopolim ad occ. & Irenopolim ad ort. proxima Tarso.

Ptol. Flor. Lancia, Lance Anton. postea in concil. Viseum, *Viseo* teste Jacobo Vasconcello, urbs Lusit. episc. sub archiep. Bracarens. media fere inter Guardensem urb. & Portum, ad 14. leuc. dissita. Hic Viriatus Romanos vicit, & Roderici postremi Gothorum regis sepulchrum visitur, teste Mariana, qui Lanciam Ovetum interpretatur, ignorans geminam illam esse, unam in Lusit. alteram in Asturibus. Lancia item & Albianus insulæ sunt Callaicorum, vulgo *Isole di Baiona* teste Mariana.

Ptol. Lancobardi *Lombardi*, pop. Germ. qui circa Suevum fluv. in ducatu Mechelburgensi incolentes, egressi finibus illis in Italiam profecti sunt, ibique victis Gothis usque ad Caroli magni tempora imperarunt; à quibus adhuc Gallia Cisalpina maxima ex parte *Lombardia*, quasi Lancobardia, nominatur. Longobardi Aimoino & P. Diac. dicti.

Anton. Lancobrica seu Lancobriga *Langroiva*, opp. olim, nunc pag. Lusit. in regno Portugallico, inter Talabricam, & Calem seu Portum Calensem, teste Jacobo Delgado, inde 18. hinc 13. mill. pass. ex Itin. Anton. Sed Vasconcello *Afeira*; aliis *Lago*, Talabricæ finitimus.

Scrip. Brit. Landava *Llandaff*, urbs Albionis episc. in Walliæ ora littor. australi, Bristolio finitima, inde 12. mill. in occ. Maridunum versus 36. ab Herefordia supra 30.

Strab. Tac. Langia, fluviolus Peloponnesi ex Nemæa sylva per Sicyoniam in sin. Corinthiacum fluens. De quo Stat. lib. 4. Theb.

" *Hæc quoque secreta nutrit Langia sub umbra.*

Ex Tab. antiqu. Langienses, pop. Liguriæ in Genuensium finibus, quorum adhuc pag. manet *Langascho*, ad Apenn. mont. radices, à Genua 10. mill. pass. apud Pontem decimum distans.

Langobardi. Vide Lancobardi.

Scrip. Germ. Lanicola ex vet. monum. urbs Germaniæ, academia Hassiæ, quæ alio nomine Martisburgum dicitur, ut lib. 5. Itin.

" *Mœnia Lanicolæ præclara reliquimus urbis,*
' *Quam Martisburgum patria turba vocat.*

Sic à Lano fluv.

Ptol. Lanigara, *Guagida* teste Marm. opp. Maurit. Cæsariens. mediterr. ad Sigam fluv. Sigæ opp. & Quizæ urbi finitimum.

Cic. Plin. Liv. & al. Lanuvium *Indovina*, & *Civita Indovina*, urbs olim, nunc pag. sive oppidulum Latii via Appia ab urbe Roma 16. mill. pass. distans, inter Albam, Ariciam, Ardeam, & Velitras, in agro Laurenti. Hinc Lanuvius, a, um, ut ager Lanuvius Hor. lib. 3. carm. ode 27.

' ——— *ab agro*
' *Rava decurrens lupa Lanuvino.*

Cic. Strab. Plin. & al. Laodicea, Laodice Polyb. Cabiosa cognomine, urbs Syriæ episc. olim sub archiep. Damasceno, in Cœlesyria, ad montem Libanum, nunc metropolis sub patriarch. Antiocheno, 18. mill. pass. ab Hemesa distans, sic à Laodice Antiochi regis uxore, Seleucique matre dicta, *Lizza* & *Liche*, teste Minadoio & Oliv. nunc dicta, à Damasco 120. mill. pass. in Bor. versus Heliopolim, Hemesam, & Hierapolim.

Plin. Ptol. & al. Laodicea altera, urbs Lydiæ ad Lycum fluv. haud procul in Mæandrum influentem, olim clarissima, & conventus multarum urbium, nunc etiam metrop. & archiep. sub qua 16. urbes episc. in quibus Eumenia, Acmonia, Trapezopolis, Synaus, Silbium, Peltæ, Dioclia, Hierapoli Phrygiæ proxima, ad 6. mill. pass. distans, olim Diospolis teste Plin. nunc adhuc *Laudichia*, & Turcis *Nove Lesche* teste Leuncl. dicta, inter Tralles ad Bor. & Apamiam ad Euronot.

Ptol. Laodicea quoque urbs Syriæ in ora littorali, inter Heracleam & Gabala, in prom. à Seleuco rege, una cum Antiochia & Apamea, condita: quæ tres urbes propterea sorores teste Strab. dicebantur: archiep. & metrop. Rhamata Hebræis, *Lyche* incolis teste Mol. cum al. inter Antiochiam 64. & Gabala 18. mill. pass. De qua Dionys. Afer lib. de situ orbis.

" *Laodicen pariter positam prope littus amœnum.*

Liv. Lapathus castellum erat ad Ascuridem paludem, in conf. Epiri & Thessaliæ, qua ad Tempe Thessalica aditus erat.

Ptol. Lapatia Cori, quod & Trileucum, prom. Hisp. Tarracon.

racon. in ora Gallæciæ Boreali, in conf. Asturum, *Capo d'Ortiguera* Mol. al. *Cabo de pennas*, in finibus Asturum, apud Abulas opp. ab Oveto 7. leuc. Sed situs apud Ptol. non congruit.

Liv. Lapides atri, *Pennas negras* Mor. locus Hisp. Tarracon. inter Mentesam & Iliturgim.

Diod. Lapithæ, pop. Thessaliæ circa mont. Olympum & Larissam urb. incolentes, sic à Lapitha Apollinis filia dicti teste Isid. primi equorum domitores teste Virg. in georg. lib. 3.

"*Fræna Pelethronii Lapithæ, gyrosque dedere.*

Ovid. lib. 2. amor. el. 12.

"*Fœmina sylvestres Lapithas, populumq; biformem.*

Lapithæ generosi, ac plurimum sibi arrogantes fuere; ut proverbio sint apud Eustath. & Plutarch. in eos, qui sibi tantum arrogant, ut omnes in sui admirationem trahere præsumant. Hinc Lapithonius adject. Stat. Theb. l. 7.

"*Confudere modos: puerum Lapithonia nympha.*

Ptol. Steph. * Lapithus, Lapathos Strab. *Lapathios*, urbs olim episc. nunc pag. Cypri in ora Boreali, inter Ceauniam ad occ. & Solos ad ort. apud Crommyorum prom. episc. adhuc ritus Græci, inter Cyreneam & Paphum, inde 12. mill. pass. hinc supra 20. distans, Arsinoe propior, Lapethos Plin. Hinc Lapithius, a, um, nom. gent. [* Λάπηθος Selden. manusc.]

Ptol. Lappa, urbs Cretæ olim episc. mediterr. Gortynæ proxima, nunc pag. nomen antiquum conservans.

Sidon. & lib. Not. Lapurdum, *Lorde* Scaligero, *Lourde*, opp. Aquitaniæ in Bearniæ principatu præcipuum, inter Tarbam 3. & Eloronam 1. leuc. dissitum, ad mont. Pyrenæi radices.

Prov. Rom. Laquedonia *Lacedogna*, urbs Lucaniæ episc. sub archiep. Compsano, inde 14. mill. pass. in Apuliæ utriusque conf. Melphiæ & Monti Viridi proxima, cum illis trigonum æquilaterum 6. mill. faciens. A Celso Cittadino Aquilonia veterum esse putatur: sed hæc in Irpinis erat, inter Beneventum & Luceriam, teste Liv.

Ptol. Lar, *Om* ex tab. recent. flu. Arabiæ fel. in sinum Persicum, inter Sacra solis extrema & Capsinā urb. fluens.

Strab. Ptol. Diod. Laranda, urbs Lycaoniæ in Ciliciæ conf. ad Taurum mont. episc. sub archiep. Iconiens. Cocuso finitima, inde 18. mill. pass. distans, à Flaviade 62. ab Anazarbo 80. in Bor. à Comanis Cappad. 65. nomen adhuc antiquum retinens.

Ptol. Ant. Lares, *Migana* teste Marm. colon. & urbs Africæ olim clara & episc. sub archiep. Carthaginens. inter Carthaginem, & Cirtam, à qua 210. mill. pass. inter Musti 30. & Ammendaram 48. Hic maxime efferbuit Vandalorum in catholicos persecutio sub Hunnerico & Genserico regibus. Laris in sing. apud Sallust. de bello Iugurth. [Laribum coloniam habet Anton. sic positam.]

Ant. Larices seu Larix, *Larfeld* teste Laz. pag. Norici medius inter Aquileiam & Virunum, 56. mill. pass. ex Itin. Anton. distans.

Cic. Plin. Larinum *Larino*, urbs Frentanorum ad Tifernum fluv. in Aprutio, apud Apuliæ fines, inter Histonium opp. Aprutii 8. & Teanum urbem excisam Apuliæ 18. mill. pass. episc. sub archiep. Beneventano, inde supra 50. mill. Pop. Larinates Plin. & al. Sil. lib. 15.

"*Quaque jacet superi Larinas accola ponti.*

Strab. Plin. & al. Larissa, urbs Thessaliæ gemina: una mediterr. ad Peneum fluv. *Larizzo* Soph. & al. *Larsa*, urbs archiep. & metrop. ampla, patria Achillis, inter Demetriadem 48. & Dium urbem Macedonicam in Bor. 24. mill. pass. teste Anton. à Thebis Phthiotidis 45. teste Polyb. Hinc Larissæus nom. gent. Virg. lib. 2. Æn.

"*Quas neque Tydides, nec Larissæus Achilles.*

Altera marit. ad Pagasicum sin. inter Thebas Phthiotidis ad merid. & Demetriadem ad Arctos, Pagasis proxima, *Armiro* nunc dicta; tametsi aliis *Armiro* est ipsæ Pagasæ: Larissa vero etiam *Larso* vulgo dicta. De priore Larissa Luc. lib. 6.

"*Atque olim Larissa potens, ubi nobile quondam.*

Larissa item urbs Syriæ episc. sub metrop. Apamena, inter illam & Epiphaniam 16. mill. pass. ex Itin. Anton. adhuc *Laris* dicta teste Leon. Sidon. Strab. Ptol. & al.

Larissus, fluv. Peloponnesi agrum Elæum à Dymæo secernens teste Liv. at Paus. scribit illum Achæos ab Elæis separare. Strab. Liv.

Larius, qui & Comacenus Anton. & P. Diac. lacus Insubriæ longitudine ad 50. mill. pass. porrectus, latitudine vix 6. patens, *Lago di Como*, *Cumersee* Germanis, à Mediolano 25. mill. pass. in Bor. Strab. scribit illius longitudinem 300. esse stad. cum non minor 400. deprehendatur, inter Comum & Adduæ flu. ostia. Ejus mem. inter alios Virg. lib. 2. georg. Stra. Pli. & al.

"*Anne lacus tantos? te, Lari maxime, teque.*

Larii lacus ambitus à recentioribus 172. mill. pass. esse traditur. Nam à Como ad Summolacum 48. numerantur, (quo in spatio opp. & pagi plures sunt; in iis Canobium, Rhetionicum, Mussium, Aduncum, Gravedona, Suricum;) inde ad Adduæ amnis egressum 38. (in ora Bellanum, Mandellum, & Leucum;) unde in adversa ripa Comum usque 86. supputari ferunt (qua in ora Malgratum, Bellasium, Lecenum in 13. villas divisum, Nessus, & Tornum.) Præstant aliis Gravedona, Bellanum, & Leucum.

Larnum, fluv. Hisp. Tarracon. ex Pyrenæis montibus fluens; cujus incolæ Larnenses Plinio dicuntur. Plin.

Laros, Laro aliis, *Larone*, fluv. Hetruriæ ex lacu Sabbatino effluens, ac in mare Tyrrhenum inter Fregenas & ostia Tiberis exiens. Cat.

Larthenianum, *Marteniano* teste Leand. oppidulum seu castrum Hetruriæ Veiis urbi excisæ propinquum, ab urbe Roma ad 16. mill. pass. Cat. Ant.

Larunesiæ, *Mollicolno* teste Faz. ins. maris Africi contra Rhuspinam urbem maritimam Africæ, haud multum à prom. Mercurii in ortum distantes. Ptol.

Larymna, opp. Bœotiæ ad Cephisi flum. ostium. Sed Plin. illud in ora Locrorum Epicnemidorum describit. Strab. Paus.

Las, *Vathi* teste Nig. pag. Laconicæ in ora inter Teuthroniam, & Gythium, à quo 40. stad. à littore 10. *Lasa* vulgo, non *Vathi*. Liv. Paus.

Lasæa, & Thalassa in actibus Apost. ins. parva Cretæ apud Pulchrum prom. ad quam D. Paulus Apost. venit, cum Romam vinctus navigaret. D. Hiero.

Lascura *Lescar*, urbs Aquit. episc. sub archiep. Auscensi, à Tarba 10. leuc. à Baiona 102. ab Elorona in Austrum 6. Lib. Prov.

Lassira, *Sarione* Mol. potius conjectura sua quam argumento, opp. Hisp. citer. in Arragonia, in conf. regni Valentiæ, à Therulio urbe 6. leuc. Moraen versus 3. Populæ etiam proximum, 3. distans. Ptol.

Latara, *Lates* teste Jo. Poldo, castellum Gall. Narbonens. in agro Nemausensi: ubi Laterra stagnum Plin. quod *Estang* nominatur, seu *Estan*, apud oram littoream, oppidulis & pagis aliquot circumstantibus, Stagna Volcarum apud Melam teste Clus. lacus ingens in ora Occitaniæ. Mela.

Lateranum *S. Giovanni Laterano*, templum in urbe Roma cum ædibus Pontificiis in Cœlio mont. apud portam Latinam; cujus templi Pont. Rom. cum sit totius orbis terræ episcopus, se episcopum inscribit. De quo Prud. contra Symm. lib. 1. Capitol. Juvenal.

"*Cœtibus aut magnis Lateranas currit ad ædes.*

Latium *Campagna di Roma*, reg. Italiæ notissima, inter Hetruriam ad occ. & Campaniam ad ortum, Sabinis & Samnitibus ad Bor. confinis, à latendo dict. quod ibi Saturnus latitarit: quamvis nomen Latii magis pateat; nam Marsi, Volsci, cum aliis pop. in Latio continentur, non in Campania Romæ. Latium autem apud vet. geminum est, vetus, & novum: illud non ultra Tarracinam extendebatur; hoc usque ad Minturnas urbem excisam ad Liris ostia perdurabat. Nunc ad regnum Neapolitanum spectat, Cic. Plin. Strab. & al.

quicquid inter Tarracinam & Lirim jacet. Pop. Latini. Hinc Latius & Latinus nom. gent. Virg. lib. 1. Æn.

" *Tendimus in Latium, sedes ubi fata quietas*
' *Ostendunt*--------

Idem lib. 7.

" *Nursia & Hortinæ classes, populique Latini.*

Strab. Plin. Mel. Ptol. Latmus, mons Cariæ in Ioniæ conf. apud Mæandri flum. ostia, & Miletum urbem, juxta quem Heraclea urbs inter Mæandrum & Miletum sita est, nunc *M. di Palatia*. Hinc Latmius nom. gent. De quo Stat. lib. 3. sylv. carm. 4.

'------*Cedat tibi Latmius ultro,*
' *Sangariusque puer*-- ------

Fabula Endymionis à Luna adamati celebris. Alii apud Ovid. lib. 3. de arte am. Lamius legunt. Vide ibi. [Lamus Ptol. est. Strab. Latmus fluv. & pagi nomen.]

Cæs. Latobrici, seu Latobrigi, pop. Gall. Belg. inter Allobroges & Helvetios, juxta Lemanum lacum, in ora Bor. quorum urbs Lausonium *Losanne*, cum opp. adjacentibus, teste Marl. Sed Scudo horum reg. *Cleckgow*, Hegoia Lat. rec. in Suevia, inter Basileenses & Scaphusios: quod magis probatur; nam ex Cæs. erant finitimi Rauracis & Tulingis.

Cic. Varr. Strab. Latomiæ, *le Tagliate* teste Aretio, locus Siciliæ apud Syracusas, ubi lapidicinæ. Sunt etiam Latomiæ in Latio in agro Gabiorum teste Strab. inter Romam & Præneste.

Ptol. Latone, *Derote* teste Zeiglero, urbs Ægypti ad Nilum fluv. intra Deltam, hac tempestate clara, sed absque mœnibus. [Λατοῦς πόλις in Græc. cod. i. e. Latonæ civitas.]

Plin. Ptol. Latopolis, Latorum urbs Strab. Latopolites nomus Plin. urbs Ægypti intra Deltam, Latonæ proxima. [In Ægypto superiori ponunt Ptol. & Strab. proximam Apollinis civitati magnæ.]

Plin. Latovici, Latobici Ptol. Prætorium Latovicorum Anton. Vide ibi.

Plin. Latris, *Frisch Narung* teste Ortel. insf. Germ. ante ostia Vistulæ, & Dantiscum urbem.

Mel. Laturus sinus, *Golfo di Estora* teste Marm. Vide Numidicus; est namque idem.

Theocr. Latymnus, mons Magnæ Græciæ apud Crotonem urb. *M. di Cotrone*.

Lavantum *S. Andres*, urbs episc. Norici ad fluv. cognominem. Vide Solva.

Ptol. Lavare, *Aveiro* teste Flor. opp. Lusit. in ora ad ostia Vaccæ fluv. à Portu urbe 9. leuc. in Austrum, Conimbricam versus 10. ducatus titulo decorum. Sed hoc Talabrica videtur Vasconcello.

Ant. Lib. Not. Lavatris, *Stanemore** Camd. opp. Britann. in Anglia inter Eboracum & Luguvallum, à Caturractonio 16. mill. pass. versus Vallum teste Ant. Al. est *Bowes* pag. vicinus. [* Camdeno est *Bowes* viculus ad initium *Stanemore* reg. montanæ agri Eboracensis.]

Script. Fris. Laubacus, qui & Lavica, Labola, & Lanus, *Lauwers* teste Hieron. Verrutio, fluv. Frisiæ occiduæ apud ostium Rheni orientale, inter Coresandam & Monicogam insulas mari absorptas, influens.

Scrip. Belg. Laubium, cœnobium quondam celebre ad Sabim fluv. in Hannoniæ & Leodiensis ditionis conf. diœcesis Cameracens. cujus abbates erant episcopi.

Lauda, urbs Franconiæ, *Lauden*, inter Miltebur-gum 2. & Mergethum 3. leuc. ex lib. 6. Itin.

' *Lotichius Lauda ducit in urbe moras.*

Turon. Laudiacum, pag. seu oppid. in finibus Turonum, inde 6. mill. pass. distans. Forte *Lodun* hodie, opp. præclarum.

Laudum posteriorib. urbs Insubriæ, quæ veterib. Laus Pompeia. Vide ibi.

Scrip. Gall. Laudunum, Launa, ut videtur aliquibus, Anton. *Laon*, urbs Gall. Belg. episc. sub archiep. Rhemensi, inde 10. leuc. versus Veromanduos 9. in Bor. urbs Picardiæ in mont. probe munita, inter Noviomum ad occ. & Vervinum ad ort. 9. leuc. quot à Suessione, à Parisiis 30. in Cæciam. Hujus episcopus comes est, & unus ex 12. Galliæ proceribus, & supremis judicibus.

Laviacum, *Lauffen* teste Laz. opp. Norici in Salisburgensi ditione, à Salisburgo 3. leuc. Braunodunum versus; seu *Kogel* arx proxima. Anton.

Lavici, Lavicum, & Lavicana via. Vide Labici.

Lavinga *Laugingen*, urbs Sueviæ ad Danub. ducis Neoburgens. clara, inter Verdam & Dilingam. De qua lib. 5. Itin. Scrip. Germ.

" *Principis urbe Palatini florente Lavinga.*

Lavinium, prius Lavinum teste Servio, *Citta Lavinia* etiam hodie, urbs olim Latii, (nunc vero oppidulum) inter Ostiam & Velitras ad 20. mill. pass. quot ab urbe Roma, apud Ardeam, proxima littori, ad 3. mill. distans, quæ & Laurentum dicta est; ab Ænea anno post Trojæ excidium 41. condita. Strabo illam à Laurento distinguit, una cum Liv. Pop. Lavinii. Hinc Lavinius nom. gent. Virg. lib. 4. Æn. Stra. Appi. Liv. & al.

" *Nec prolem Ausoniam, & Lavinia prospicit arva.*

Lavinus quoque apud Virg. in eadem significatione: ut lib. 1. Æn.

" ----------*Lavinaque venit*
" *Littora*--------

Laumellum *Lumello*, opp. Insubriæ olim præclarum, (à quo reg. Laumellina *Lumellina*) agri Papiensis, à Ticino seu Papia urbe 20. mill. pass. Casale & Vercellas versus. Ant. Amm. P. Diac.

Laurentes, pop. & Laurentum urbs fuit Latii Lavinio proxima, ab Ostia 16. mill. pass. distans. Hinc via Laurentina apud Plin. & Val. Max. Laurentinæ paludes Paterc. Laurentia palus Virg. lib. 10. Æn. Plin. Strab.

" *Defendit, multosque palus Laurentia, sylva.*

Idem alibi.

" *Occupat ignavum Laurens, urbemque Latini.*

Laurentinum, villa Plinii secundi apud Laurentum, ab urbe Roma 17. mill. pass. Plin. jun.

Lauretum *Loreto*, urbs Piceni recens episc. inter Recinetum & oram maris ad 3. mill. pass. ab Ancona 15. in merid. ubi templum augustissimum, in quo ædicula Deiparæ Mariæ Virginis, ad quod visendum ex tota Europa peregrini quotidie confluunt.

Lauriacum *Lorck*, urbs olim Norici archiep. & metrop. ad Danubium in Austria, nunc cœnobium, apud Anisum urbem & fluv. à Lentia urbe 3. leuc. in ort. Viennam versus, cujus sedes Salisburgum inde 20. leuc. translata est. Ant. Lib. Not.

Laurios Atticæ regiuncula est aureis venis scatens, & quia in numismatibus noctuarum figura insculpi solebat, in proverbio fuere *Noctuæ Laurioticæ*, ut apud Aristoph. in avibus, ad vim pecuniarum ingentem significandam.

Laurium, mons Atticæ inter Piræum port. & Sunium prom. in quo Atheniensium argentifodinæ erant teste Thucyd. Herod. Thucyd.

Lauro, Lauron, & Laurona Floro, *Laurigi*, opp. olim, nunc pag. (teste Jo. Mariana) Hisp. Tarracon. in regno Valentiæ, inde 5. leuc. apud Leriam opp. Ibi Sex. Pompeius à Cæsarianis victus & cæsus est. Front. Plut.

Laus, opp. & flu. Brutiorum in Calabria citer. in Lucaniæ conf. *Laino* teste Nig. Collenutio *Sapri*, inter Polycastrum urb. Lucaniæ ad occ. & Scaleam opp. Calabriæ in mare exiens, utrinque 10. mill. pass. cujus aquæ nunquam turbari feruntur. Abest à Melphi fluv. Lucaniæ 30. mill. Strab. Plin.

Laus alterum, ut videtur, Brutiorum oppid. Talaus Strab. *Scalea* teste Barr. ad fluv. Talaum, ita ut duo opp. ejusdem nominis sint apud Bar. unum *Laino* in conf. Lucaniæ, alterum *Scalea* in ora Calabriæ. Herod.

Laus Pompeia *Lodi*, colon. & urbs Insubriæ episc. sub Plin.

sub archiep. Mediolanens. ad Adduam fluv. media inter Mediolanum ad occ. & Placentiam in Eurum 20. mill. pass. quot à Ticino, Brixiam versus 40. cujus ager fertilissimus, caseo, butyro, & carnibus abundans, à Boiis Gallis teste Plin. condita,& Pompeia, colonia eo à Pompeio deducta,cognominata:vetus tamen Laus jacet, à Mediolanens. eversa, à nova 5.mill. pass. distans, *Lodi vecchio* dicta,Ticinum versus, nunc pagus frequens probeque habitatus, ubi plurima antiquitatis vestigia.

Anton. Lausonium *Losanne*, urbs Gall. Belg. in finibus Equestrium, ad oram Borealem lacus Lemani, qui propterea etiam *Lago di Losanna* nominatur, episc. sub archiep. Vesuntino, inter Genevam urb. & Ebredunum opp. Helvetiorum 10. leuc. à Salodoro urbe Helvetica 17. propior Bernæ, & Friburgo supra 12.

Herod. Laxii, sive Lazii, ut al. cod. habet, pop. Sarmatiæ Europææ oram paludis Mæoticæ incolentes.

Ptol. Laxta *Hita*, opp. Hisp. Tarracon. teste Mol. in Celtiberis, & regno Castellæ novæ, Valeriæ & Segobrigæ finitimum: sed situs apud Ptol. non congruit.

Ptol. Leanitæ, pop. Arabiæ fel. ad sinum Arabicum, qui ibi Leanitis appellatur. Sic habet Ortel. sed errat: nam Leanitis sinus in Persico sinu est, non in Arabico; ibique Leanitæ pop. in ora incolentes, quorum reg. *Elcatif* hodie nominatur teste Cast.

Pauſ. Plin. Ptol. Lebadea (non Lebadia, ut in Thes. ling. Lat.) *Badia* nunc teste Zardo, opp. Bœotiæ apud Cephisum fluv. Chæronææ & Orchomeno finitimum: in cujus agro talpæ nullæ teste Plin. reperiuntur. De quo Stat. lib. 7. Theb.

"*Et valles Lebadea tuas, & Hyampolin acri*
'*Subnixam scopulo*——

Polyb. Lebecii, pop. Gall. Cisalpinæ in agro Novariensi: quorum oppid. Forum Lebeciorum *Borgo Lavezzaro*, à Novaria urbe 5. mill. pass. Casale versus. Vide Lebui.

Strab. Plin. Ptol. Lebedus, *Lebeditzi-Chisar* teste Leuncl. urbs Ioniæ marit. episc. sub archiep. Ephesino, inter Teon ad Bor. & Colophonem ad Austrum, inde 120. stad. recedens. Ibi ludi quotannis in honorem Bacchi celebrabantur. Lesbos dicta Ptol. inter Teon & Colophonem 120. stad. Hor. lib. 1. epist. 11.

"*Scis Lebedus quam sit Gabiis desertior, atque*
'*Fidenis*——

Strab. Plin. Ptol. Lebena *Lebina*, opp. olim, nunc pag. seu vicus Cretæ, in ora Australi, inter Leonem prom. & ostium Catarracti fluv. Ibi templum erat Lebenæum Æsculapio sacrum circa Phæstum, quo ex Asia & Africa confluebant, teste Philostrato.

Strab. Plin. Mel. Lebinthos *Levita*, ins. maris Ægæi Pathmo vicina, & Lero; Lebynthos Ovid. lib. 2. de arte amandi,

"*Dextra Lebynthus erat, sylvisque umbrosa Calydne.*

Lebonia *Lavagna*, opp. cum fluv. cognomine oræ Ligusticæ, Entella Ptol. inter Clavarum ad occ. & Segestam ad ortum, oppida clariora, 4. mill. pass. distans.

Liv. Lebui, pop. Ital. quos Liv. in Cenomanis inter Brixiam & Veronam describit; ex quo error G. Merulæ patet, eos eosdem cum Lebeciis Polyb. facientis.

Scrip. Germ. Lebussa *Lebuss*, urbs Germ. episc. sub archiep. Gnesnens. in marchia Brandeburgensi, Francofurto ad Oderam proxima, inde 2. leuc. in Bor.

Ovid. Lebynthos, ins. maris Ægæi. Vide Lebinthus.

Strab. Plin. Ptol. Val. Lechæum, opp. & navale Corinthiorum ad sin. Saronicum, Cenchreis alteri navali & oppid. ad sin. Corinthiacum adversum, à Corintho 12. stad. à Cenchreis 70. in ort. distans, *Lesteiocori* teste Mol. Cujus mem. Prop. lib. 3. el. 19.

"*Deinde per Ionium vectus cum fessa Lechæo*
'*Sedarit placida vela phaselus aqua.*

Ptol. Lectum, *Scorpiata* Soph. prom. Troadis, in quod Ida mons desinit, quod ab Aristot. Idæ prom. appellatur, inter Troadem urbem ad Bor. & Assum prom. & urbem ad merid.

Ledrensis urbs, quæ & Leutheon, *Nicosia* Soph. & al. urbs archiep. & metrop. Cypri ins. in ora Boreali, quæ Leucotheon & Leucosia Græcis dicitur. Hist. tripart.

Ledum, Ledus Sidon. *le Lez*, fluv. Gall. Narbonens. juxta Mont. Pesulanum decurrens ex agro Gabalitano, & in stagna Volcarum influens. Mel.

Legæ, Leges Plutarcho, pop. Asiæ in Albania ad Caucasum mont. juxta Caspium mare incolentes. Strab.

Legia, *Leye* Flandris, *le Lis* Gallis, fluv. Belgii ex Artesia per Flandriam fluens, Gandavum urb. intermeans, indeq; in Scaldim delabens. Legia quoque urbs præclara Eburonum, *Liege*. Vide Leodium. Scrip. Belg.

Legio opp. erat Palæstinæ inter Samariam & Ptolemaidem, à Bethacad vico Samariæ 15. ab Arbelis 9. à Nazaret 15. mill. pass. in occ. D. Hiero.

Legio Atheniensis *Thienen*, opp. Belgii in Brabantia, quod & *Tilemont*, medium inter Leodium & Machliniam 7. leuc. à Lovanio 3. in ort. quot à Trudonio in Bor. Dion.

Legio Auxiliatrix *Scambri*, opp. olim Pannoniæ inferior. ad Danubium, quod & Sicambria, nunc pag. apud Budam veterem, teste Anton. Bonfinio. Ant.

Legio Germanica, quæ & septima cognominata, *Leon*, urbs Hisp. Tarracon. in finibus Asturum, media fere inter Vallisoletum & Ovetum, 22. leuc. distans, à Burgis 33. in occ. à Pelagio I. rege post captam Hispaniam à Mauris an. sal. 722. recuperata, & an. 918. regia, & caput regni Legionens. effecta; quod regno Castellæ an. 1230. sub Ferdinando rege copulatum est. Hæc sub Nerva imperat. condita traditur, quo tempore & Asturica instaurata. Ptol.

Legio I. Adjutrix. Vide Crumerum Asaum. Ant.

Legio I. Iovia. Vide Trosmis, seu Trismis, & Novidunum. Ant. Lib. Not.

Legio I. Italica. Vide Novæ, & Durostolon. Ant. Pto.

Legio I. Macedonica. Vide Oescus. Ant.

Legio altera Augusta *Leskard*, apud Iscam urb. Albionis. Vide Sebasta. Ptol.

Legio 2. Vide Cartennæ. Plin.

Legio 2. Augusta, urbs Maurit. Cæsariens. marit. Plin.

Legio 2. Herculia. Vide Trismis, & Novidunum. Lib. Not.

Legio 3. Diocletiana. Vide Thebæ. Lib. Not.

Legio 3. Sebasta. Vide Lambese. Ptol.

Legio 4. Italica. Vide Antium. Vet. Insc.

Legio 5. Vide Buruncum. Anton.

Legio 6. Vide Burginacium, & Samosata. Anton.

Legio 7. Claudiana. Vide Vienna. Vet. Insc.

Legio 7. Germanica. Vide Legio Germanica. Ptol.

Legio 8. Vide Ausana. Anton.

Legio 9. Vide Gelduba, & Calonis. Tac. Ant.

Legio 10. Germanica in Pann. super. apud *Totam* teste Bonf. Ptol.

Legio 10. Vide Tolpia, seu Tolbiacum. Anton.

Legio 12. Vide Egorigium. Anton.

Legio 14. Germanica, *S. Andrea* in Pannon. apud Budam, inde 3. leuc. in occ. teste Bonf. Ptol.

Legio 14. Vide Tinurtium, & Caballinum; utrobique enim fuit. Anton.

Legio 15. Vide Satala. Lib. Not.

Legio 16. Vide Aballo. Anton.

Legio 18. Vide Sidoleucum, Durocottorum, & Noviomagum inter Ambianos & Suessiones, nam in tribus his locis fuit. Anton.

Legio 19. Vide Agrippina. Anton.

Legio 20. Vide Orolaunum. Anton.

Legio 20. Victrix, seu Nicephoria. Vide Devana. Anton.

Legio 21. Vide Durostolon, Vetera, & Troja. Anton.

Legio 22. Vide Antissiodorum, Augustodunum, Trecasses, Durocatalaunum. Anton.

Anton. Legio 23. Vide Ambiani, & Deva.

Anton. Legio 24. Vide Pontes in Belgio.

Anton. Legio 25. Vide Tucci, Aquæ Sextiæ.

Anton. Legio 26. Vide Gessoriacum.

Anton. Legio 28. Vide Marcomagum. [De his omnibus in suis locis vide Ortelii Thesaurum Geographicum.]

Legio Trajana. Vide Trajana.

Vet. Insc. Legio Victrix *Vitry*, opp. Campaniæ in Gall. Belg. inter Asprenciacum opp. ad occ. 12. leuc. & Barrum Ducis in ort. Nunc Victriacum.

Vet. Trad. Legiodunum *Legion*, pag. Insubriæ apud oram lacus Verbani & Besutium, inter Angleriam & Locarnum, ab Angleria 8. mill. pass. à Varesio 12. à Mediolano 42. sic à legionibus dictus, olim opp. amplum, & antiq. ut antiquæ inscription. (quarum una, Jovi Max. altera Dianæ, in marmore conspicitur) & rudera late sparsa testantur. Ibi corpora Sanctorum Primi & Feliciani, eo Roma Sergio Pont. (ex Brev. Mediolanens.) translata, in sacra æde sibi dicata servantur.

Ant. Legionum urbs gemina Albionis in Cambria, seu Wallia: una apud Wisam fluv. *Caerleon*, Landavensi urbi finitima; altera in ora Boreali ad ostia Devæ fluv. * *Chester*, quæ & Devana. Sed & Isca urbs Legionum apud Ant. dicta videtur, *Legacester* Anglice. - [* quæ potius Angliæ adnumeratur.]

Ptol. Leinum, urbs Sarm. Europææ, quam Niger *Lutzko* urb. episc. Volhiniæ interpretatur. Vide Luceoria.

Scrip. Germ. Leitæpons *Pruck an der Leyte*, urbs Austriæ ad Leitam fluv. in Pannonia super. inter Viennam & Altemburgum, inde 4. hinc 6. leuc. Vide Lutipons in Lutis (nam & sic scribitur.) De ea lib. 5. Itiner. sic:

" *Trans Leitam vehimur: mox grata Neapolis olim*
" *Conspicitur proavo, Maxmiliane, tuo.*

Stra. Pli. Leleges, pop. Cariæ in Asia, qui & Cares. Vide ibi. Fuere etiam in Achaia apud Locros Epicnemidos. Virg. lib. 8.

" *His Lelegas, Carasque, sagittiferosque Gelonos.*

Hinc Lelegeius Ovid. lib. 8. metam.

" *Interea Minos Lelegeia littora vastat.*

Scrip. Scot. Lelgovia, reg. Scotiæ, nunc *Lennos* vel *Lennox*, in ora occidua, ubi Elgovæ pop. apud lacum Lomundum, inter illum & Argadiam reg. teste Boetho. Vide Elgovæ.

Lib. Not. Lemannus, gemin. *n* (non Lemanus, ut in Thes. ling. Lat.) *Limpne* teste Talboto, oppid. olim, nunc vic. cum templo Albionis in ora Angliæ Australi; vel ubi Novus portus Ptol. teste Camd. in Cantio, vulgo *Lime*: qui & Limenus Latine dicitur.

Cæs. Plin. & al. Lemanus, *Lac de Geneve* & *Lac de Losanne* Gallis, *Lago di Geneura* Italis, *Jenffersee* Germanis, lacus Allobrogum in Gall. Narbonens. inter illos & Equestres, in Sabaudia, per quem Rhodanus ex Sedunis fluit; ad cujus egressus Geneva urbs sita est. De eo Luc. lib. 1.

" *Deseruere cavo tentoria fixa Lemano.*

Plin. Strab. Ptol. & al. Lemnos, quæ & Hypsipylea, à filia Thoantis quæ in ea regnavit, dicta, *Stalimene* Soph. & al. ins. maris Ægæi, inter Athon mont. Macedoniæ ad occ. & Cherronesum Thraciæ ad ort. ab Atho 87. mill. pass. Lesbum versus in ort. 60. à Delo 250. in Bor. ipsa circuitu 100. cum urbe episc. olim, nunc archiep. ejusdem nominis. Ibi olim Vulcanus colebatur, ibidem nutritus. Hic terra Lemnia foditur quotannis contra venena. Hinc Lemnius nom. gent. Ovid. in epistola Hypsip. Jas.

" *Dos tibi Lemnos erit, terra ingeniosa colenti.*

Lemniæ mulieres cum auxilio Thoantis viros omnes graveolentia illorum offensæ è medio sustulissent, ut Eurip. in Hecuba narrat, proverbio locum fecisse videntur, quod est, *Malum Lemnium*, de malo maximo & miserando. Vel ex eo adagium hoc natum est, quod Atticæ mulieres à Pelasgis in Lemnum ins. abductæ, & compressæ, filios genuere, qui Atticis moribus educati in Pelasgos insurgere cœperunt; quapropter omnes ad unum una cum matribus à Pelasgis trucidati sunt: unde illi sterilitate, orbitate, pestilentia, aliisque calamitatibus affecti, occasionem proverbio dedere, ut per cunctam Græciam, quodvis malum grande & miserabile *Lemnium malum* diceretur, ut autor est Herod. in Eratone. Hoc adagium etiam, *Lemnia manu*, (hoc est, impia & nefaria,) profertur. Lemnii pop. Lemni ins. proverbio dicebantur, ut Imbrii. Vide ibi. Lemnus quoque pag. lacus Larii, villa Pliniana. Vide Comedia.

Lemovices, Limovici Ptol. pop. & urbs Gall. Aquit. episc. sub archiep. Bituricensi, caput reg. Lemovicensis, vulgo *Lymosin*; urbs vero *Lymoges*, inter Pictavos ad Arctos 20. & Cadurcos ad merid. ad 30. leuc. ab Arvernis 25. in occ. Engolismam versus 15. Lemovicum Cæs. & Hirtio. *Cæs. Plin.*

Lemovii, pop. Germ. quos Curæus *Lifflender*, hoc est Livonios, interpretatur. Sed hi sunt in Sarmatia extra Germaniam. Ortelio sunt Meckelburgenses *Mecklenburger*. *Tac.*

Lemuris *Lim* vel *Lem*, fluv. Liguriæ ex Apennino monte juxta Octavium & Gavium oppida in Urbem fluv. agri Alexandrini influens. *Ex Tab. antiq.*

Lentia *Lintz*, urbs Norici ad Danubium in Austria, inter Ratisponam ad occ. & Viennam ad ort. 25. leuc. plus minus. Vide Aurelianum. Lyncia & Lyncium, à lynce, etiam dicitur; ut lib. 5. Itiner. *Lib. Not.*

" *Urbe sed egressis clarum quæ nomen acutæ*
" *Lyncis habet, laus est & nobilis Austriados oræ.*

Lentienses, pop. German. in Vindelicia, qui *Lintzgoewer* appellantur teste Ægid. Scudo. *Amm.*

Lentudum *Lutenberg*, sive, ut alii scribunt, *Lutenburg*, teste Lazio, opp. Pannoniæ super. in Stiriæ & Hungariæ conf. ad Muram fluv. inter Bolentium ad occ. 2. & Canisiam ad ort. 3. leuc. ac inter Patovionem ad merid. & Olimacum ad Bor. 5. *Ptol.*

Lentulæ, opp. Pannoniæ super. inter Ioviam ad occ. & Serotam in ort. 32. mill. pass. ab Aquaviva 52. *Ant.*

Leoburgum *Lewenburg* vel *Lawenburg*, urbs Saxoniæ non obscura, ducatus titulo insignis, Luneburgo proxima, vix 3. leuc. inde distans Lubecam versus inde 8. recedentem. De ea lib. 7. Itiner. sic: *Scrip. Germ.*

" *Inde Leoburgum adspicimus de parte sinistra.*

Leodium, ac Leodicum Lipsio, quod & Legia ex vitis Sanctorum, *Liege*, *Luyck* & *Luttyck* Germanis, urbs Belgii ad Mosam in finibus Eburonum, ampla & episc. sub archiep. Coloniensi, inde 12. leuc. in occ. Lovanium versus totidem, proxima Tungris & Trajecto, à quo 4. leuc. in merid. ab Aquisgrano 6. in occ. Hujus urbis episcopus amplissimam habet ditionem, 24. oppidis sive (ut vocant) urbibus sibi utroque jure subjectis. *Regin.*

Leon, Leuce Acte Strab. *Capo Mantello* Soph. prom. Eubœæ ins. in ora Australi, contra Sunium prom. Atticæ, inde 37. mill. pass. in ort. recedens. Est & prom. Cretæ in ora quoque Australi apud Metalliam urbem, *Capo Leon*. *Ptol.*

Leon etiam fluv. Phœnicis ex Libano mont. profluens, ac in mare Syrium inter Berytum & Sidonem prolabens, *Damor* incolis teste Mol. *Ptol.*

Leona *S. Pol de Leon*, urbs Gall. Celt. in ora Britanniæ min. Boreali, episc. sub archiep. Turonens. à Rhedonibus 28. leuc. in Bor. seu Circium, à Trecorio 7. in occ. Pop. Leonices.

Leonia & Leonium *S. Leon*, urbs Magnæ Græciæ, olim episc. sub archiep. Siberinensi, excisa, inter Siberenam & Crotonem. *Lib. Conc.*

Leonica, *Oliva* Mol. oppid. Hisp. Tarracon. in Celtiberis, & regno Arragonio, in regni Valentini *Ptol.*

tini

tini confinio, five è contra. Pop. Leonicenses Plin.

Platinæ. Leonina *Borgo di S. Pietro*, pars urbis Romæ trans Tiberim, in qua Vaticanus mons & palatium Pontificum apud basilicam S. Petri, sic à Leone 4. Pontif. max. qui muris contra Barbarorum incursiones eam cinxit, appellata.

Lycophr. Leontharna, fons & vic. Bœotiæ ad mont. Heliconem.

Cic. Plin. & al. Leontini, Leontium Ptol. *Lentini*, urbs Siciliæ quondam maxima, olim episc. sub archiep. Syracusano, quando Syracusæ sub Græcis imperator. metropolis erant, apud oram orientalem, à littore 5. mill. pass. recedens, media pene inter Catinam ad Bor. & Syracusas ad merid. 24. mill. pass. antiqua Læstrygonum sedes, licet Strabo à Naxiis conditam scribat, Gorgiæ rhetoris clarissimi patria. Ovid. lib. 4. fast.

" *Jamque Leontinos, Anisenaque flumina cursu*
' *Prætevit*---------

Leontini bellicosi quondam fuere; sed à Phalaride victi, armisque exuti, potationibus operam dare cœpere: unde proverbium emanavit, *Leontini semper juxta pocula*, apud Diogen. in voluptuosos.

Plin. Leonton, Leontopolis Strab. *Damor*, opp. Phœnicis in ora ad ostium fluv. cognominis, inter Berytum & Sidonem.

Ptol. Leontopolis, urbs altera Ægypti, quæ & Urbs Leonum, intra Deltam, Busiridi urbi proxima. Est & Leontopolis lib. concil. urbs Bithyniæ episc. sub archiep. Helenopolitano.

Prov. Rom. Leopolis, urbs gemina: una Italiæ in Umbria & ducatu Urbinate, in mont. qui Feretranus dicitur, episc. sub archiep. Urbinate, inde ad 20. mill. pass. in occ. distans, *San Leo* vulgo, ubi arx inexpugnabilis: altera in Sarmatia, & regno Polonico, archiep. & Russiæ metropolis, à Cracovia ad 50. leuc. in ortum distans, sic à Leone imperat. conditore dicta, *Limburg* vulgo vel *Lemburg*.

Steph. Leosthenium, *Sosthenion* teste P. Gyll. sinus ad Bosporum Thracium. Alii vulgo dici scribunt *Sthenion*.

Script. Fris. Leovardia *Leeuwarden*, urbs Frisiæ occidentalis post Groeningam caput, & primaria, conventusque cæterarum urbium, à Groeninga 7. leuc. in occ. episc. sub archiep. Trajectens. Philippo 2. rege Hispaniæ curante effecta.

Thucyd. Lepas, *Crimiti* Fazel. & Aretio, vertex rupis cujusdam asperæ in agro Syracusano.

Plin. Lepethymus, mons Lesbi ins. juxta Methymnam urb. qui Lepithymnus dicitur Antigono & Theophrasto.

Æthic. Lepidi pons, unus ex Romæ pontibus, qui & Sublicius, & Æmilius apud P. Vict. appellatur.

Colum. Lepinus *M. di Segni*, mons Latii in quo Signia urbs sita est, vino celebris, ab urbe Roma 30. mill. pass. cujus mem. Columella lib. 10.

" *Quæ Marrucini, quæ Signia monte Lepino.*

Plin. Lepontiæ Alpes *M. di S. Bernardino*, Summis proximæ, apud ortum Rheni fluv. apud quas Lepontii pop.

Plin. Lepontii, pop. Rhetiæ Alpini circa ortum Rheni fluv. inter Insubres & Helvetios ac Rhætos, *Rhinwalder* teste Æg. Scudo. Ubi Lepontum opp. seu pag. *Lepontz*.

Strab. Ptol. Lepontii alii, qui Viberi Plin. dicuntur. pop. Alpini inter Insubres & Alpes Summas, circa fontes Rhodani & Ticini flum. quorum reg. Vallis Lepontia, vulgo *Val Levontina*, nominatur, inter Alpes Summas & Verbanum lacum, *Levontinerthal* Geim. & *Eschenthal* teste eod. Scudo. Hinc Leponticus, Sil. lib. 4.

" *Occidis & tristi pugnax Lepontice fato.*

Cic. Tha. Strab. & al. Leprium, *Chiappa* seu *Chaiapa* Nigro, opp. Peloponnesi in Elide reg. seu verius teste Cic. & Plin. in Arcadia (non in Achaia, ut in Thes. ling. Lat. gem. opp. faciente.) Pop. Leprini Cic. Lepreatæ Polyb. apud Alpheum fluv. inter Pisam 7. & Elidem 15. mill. *Lepreo* etiam Græcis dicitur. Sic dictum tradunt, quod lepra ibi in Alpheo lota curaretur.

Leptis, urbs Africæ marit. gemina: magna, apud Neapolim & Tripolim excisa, *Lepide* adhuc teste Jo. Leone dicta, paulum à littore distans, apud Cinyphii fluv. ostia, & Syrtim parvam: parva, in ora ejusd. inter Hadrumetum ad occ. & Rhuspinam ad ort. ab Hadrumeto 18. mill. & ipsa excisa, *Lepi* nunc, licet *Mahometa* aliis, & aliis *Africa* dicatur. Sarana à Sil. lib. 3. cognominatur. Strab. Plin. Ptol.

" *Tabraca tum Tyrium vulgus, Saranaque Leptis.*

Leria, quæ & Hedeta, *Liria*, opp. Hisp. Tarracon. in regno Valentiæ, teste Mor. cum al. à Valentia 5. leuc. post Saguntum (à quo 2. leuc. abest) anteque Herculis Libyci adventum in Hispanias ædificata; olim Hedetanorum caput teste Beuthero. Leria quoque Strab. ins. maris Ægæi. Vide Leros. *Lerii mali*, ut author est Strabo lib. 10. prædicantur, & in adagio sunt, cum gentem improbam significare volumus; veluti cum *Chius malus* dicimus: sunt autem pop. Leri ins. Ptol.

Lerina, *S. Honorato* teste P. Massono, vel *S. Honorat*, ins. maris Gallici, oræ Gall. Narbonens. inter Antipolim & Forum Julii adjacens, (ubi Lerinense cœnobium præclarissimum) Læronæ & Leroni, ins. parvis ejusd. oræ, proxima, ab Antipoli 11. mill. pass. à Foro Julii 27. distans. Lerinum quoque & Lerinus dicitur apud scriptores ecclesiasticos. Plin.

Lerna, *Lerna* adhuc dicta, palus Argiæ in Peloponneso apud Argos urb. (ubi Lernæus fons, & fluv. ex ea pal. egrediens) ab Hercule, quod noxia incolis esset, exsiccata; unde poetæ Lernam monstrum, quod Hydram vocant, septem habens capita, quorum uno rescisso alia 7. nascebantur, ab Hercule interfectum fabulantur. Hinc adagium *Lerna malorum*, de malis multis in unum congestis. Hinc Lernæus nom. gent. Virg. lib. 8. Æn. Strab. Pauſ. Plin.

" *Lernæus turba capitum circumstetit anguis.*

Lerna item opp. Laconicæ mediterr. *Phonea* Soph. sed Nig. *Petrina*, inter Lacedæmona, & Cyphantam ortum versus. Mel. Ptol.

Lero, Lerone Ptol. *S. Margarita* vel *S. Marguerite*, ins. Gall. Narbonens. apud oram Provinciæ, Lerinæ vicina, teste Massonio. Strab.

Leros, ins. maris Ægæi, sive Icarii, Cariæ adjacens, quæ & Leria teste Strab. proxima Pathmo, *Lero* etiam vulgo, à Delo 65. mill. pass. in ort. distans, ipsa circuitu 20. cum urbe cognomine episc. sub archiep. Rhodiensi; aloe, quæ ibi nascitur, clara. Strab. Plin. & al.

Lesbos *Metelin*, ins. maris Ægæi ante Assum prom. Troadis, ab eo 6. mill. pass. in occ. distans, longa 70. mill. ambitu 168. media inter Chium ad merid. & Tenedum ad Bor. à Chio 400. stad. teste Strab. sic dicta à prima urbe, quæ archiep. & metrop. est. Olim Hemerte, Lasia, Ægira, Pelasga, Æthiope, & Macaria teste Plin. dicta. Hinc Lesbius nom. gent. Ovid. lib. 11. metam. Plin. Cic. Strab. & al.

" *Et Methymnææ potiuntur litore Lesbi.*

Lesbius, a, um, apud Hor. Lesbia hæc ins. appellatur à Plaut. in Mercat. A Lesbiis ortum est adagium apud Aristot. lib. 5. moral. quod est, *Lesbia regula*, cum ratio ad factum, non factum ad rationem, vel lex ad mores, non mores ad legem accommodantur; sicuti Lesbiæ ædificationis plumbea regula ad lapidum figuram transmovetur, non contra. Lesbii inter alias turpitudinis notas hanc contraxerunt, quod fellationis, & errumationis primi autores feruntur: unde *Lesbiari*, seu Græce λεσβιάζειν, apud Aristoph. pro polluere proverbialiter dicitur. Divinandi tamen arte pollebant: quapropter apud Plut. hoc adagium legitur, *Lesbius Prylis*, nam Prylis Mercurii filius fuisse traditur

dicitur divinandi peritissimus. Lesbii cantores celebres habiti, qui accersiti Lacedæmonem, cives tumultuantes suavitate cantus ad concordiam revocabant, quos propterea cæteris cantoribus præferebant: unde ortum proverbium apud Suid. & Zenod. *Post Lesbium cantorem*, cum aliquem non primas, sed secundas tenere debere significare volumus. Soli fertilitate, & vini generositate inter alia præstans, nec non puellarum formositate.

Sidon. Lesera, *Losere* vel *Lesere* teste Dalechampio, mons Aquit. apud Gabalos, ex quo Tarnes fluv. effluit, Cemmeni pars. De quo Sidon. in carm. 24. sive Propemptico.

" *Hinc te Lesera Caucasum Scytharum*
" *Vincens aspiciat, citroque Tarnis.*

Plin. Lestrygones, pop. Campaniæ, sive Latii novi, qui apud Formias incolebant, & humanis carnibus vescebantur teste Plin. Hinc Lestrigonius nom. gent. Ovid. lib. 4. de Ponto, el. 10.

" *Nec tu contuleris urbes Lestrygonis unquam.*

Hor. lib. 3. carm. od. 16.

" *Nec Lestrygonia Bacchus in amphora.*

Vide Læstrygones, sic enim etiam scribitur. Male in extremo Italiæ locantur in Thes. ling. Lat.

Auson. Lesura *Leser*, fluv. Gall. Belg. cum pag. cognomine ad ostium quo à Mosella excipitur, contra Veldentium opp. per Eyffaliam reg. & Manderschedium opp. fluens. De eo Aus. edyl. 10.

" *Præterit exilem Lesuram, tenuemque Drachonum.*

Anal. Fris. Leta *Leto morto*, fluv. Piceni ex Apenn. mont. per agrum Firmanum in Hadriaticum mare influens, teste Franc. Adamo.

Scrip. Gall. Letavia *Lhydaw*, tractus Armoricæ, hoc est Britanniæ min. Gall. Celt. reg.

Plin. Ptol. Steph. * Lete *Letta*, urbs Macedon. episc. sub archiep. Thessalonicens. in Mygdonia, apud sin. Thermaicum, Apolloniæ urbi propinqua, à Thessalonica 20. mill. pass. *Lita* etiam vulgo dicitur. [* Αυτὴ habet Selden. manusc.]

Strab. Lethæus, fluv. geminus: unus Lydiæ, Magnesiam urbem alluens, & Pactya mont. erumpens, in Mæandrumque per agrum Magnesianum descendens, *Fiume di Mangresia* vulgo: alter in Macedonia, Triccam urb. attingens, apud quem Æsculapium natum ferunt. Est & Lethæus apud Solin. fluv. Cretæ Gortynam urb. præterfluens, sicuti Electra Gnossum. Is per oram Australem inter Catarractum fluv. & Inatum opp. decurrit, & *Letor* appellatur.

Strab. Sil. Lethes, fluv. Hisp. geminus: unus Hisp. Tarracon. (licet Ortel. Lusit. scribat) per fines Bracarum fluens, qui & Limæa, vulgo *Lima*: alter Hisp. Bæticæ per Vandalitiam fluens, Zacharamque opp. Arcus & Xeram urbes alluens, ac in mare apud Portum Menesthei exiens, vulgo *Guadalete*. Fluv. etiam infernorum à poetis fingitur. De quo Sil. lib. 1.

" *Quique super Gravios, lucentes volvit arenas,*
" *Infernæ populis referens oblivia Lethes.*

Pro Lethes, Lethe male in Thes. ling. Lat. legitur.

Plin. C. p. Lethon, Lathon Strab. Ptol. Ladon Apollonio, *Milel* teste Marm. fluv. Cyrenaicæ Berenicen urbem alluens, atque inter ipsam & Apolloniam in mare illabens.

Scrip. Belg. Letia *Lesche*, fluv. Belgii per sylvam Arduennam fluens, ac in Mosam desinens: cujus in vita S. Mononis fit mentio.

Cic. Letini, pop. Siciliæ, quorum Cicero mem. in orat. in Verrem: ubi Ietini mihi legendum videtur.

Ptol. Leton, *Christiana* Soph. ins. maris Cretici, oræ Cretæ Boreali contra Psychium opp. adjacens. [Videtur ex descriptione Ptolem. ins. oræ Austral. vulgo *Christiana*; & à Lagusa ins. ad Boream, quæ & *Christiana* dicitur, diversa.]

Letoia, ins. maris Ionii apud Cephalenen. Vide Lotoa. Plin.

Letus mons, *Alpi di S. Pelegrino* teste Leand. mons Apennini pars inter Gall. Togat. & Hetruriam, inter Rhegium Lepidi, & Lucam ad 40. mill. pass. distans. Liv. Val. Max.

Levaci, pop. Belgii, Nerviorum clientes, quorum opp. *Leew*, quasi Levacum, in Brabantia, a Lovanio 4. leuc. in ort. licet Marl. ipsos Lovanienses interpretetur. Cæs.

* Leuca *S. Maria d' Leuca*, urbs fuit episc. Salentinorum sub arch. Hydrunt. inde 19. mil pass. in merid. distans, apud Iapygium prom. à Sasone ins. Epiri 50. mill. pass. Sedes episcopalis Alexanum proximam urb. ad 8. mill. deducta est teste Galatheo. Leuca altera in lib. concil. urbs episcop. erat Cypri. De priore Luc. lib. 5. Strab.

" *Antiquusque Taras, secretaque litora Leucæ.*

Leuca item opp. Ioniæ, medium inter Cumas & Clazomenas, apud Hermum fluv. Strab. Mel.

Leuca Ore, i. e. Albi montes Plin. *Madara* & *Spachia* Bellon. & aliis, montes Cretæ in occ. Polyb. Ptol.

Leucarum, *Loghor* Camd. opp. Albionis in Walliæ ora meridionali, inter Iscam Dumnuniorum & Nidum 15. mill. pass. ex Itin. Anton. Anton.

Leucas, & Leucadia Plin. & Melæ, & Leucata Virg. Leucates Strab. Neritis quoque Plin. ins. maris Ionii oræ Epiri occiduæ adeo vicina, ut continenti juncta videatur, (cum urbe cognomine episc. sub archiep. Naupactensi, quæ Neritos Stra. Neritum Plin.) media inter Acroceraunia & Peloponnesum 87. mill. pass. ab Actio 30. in merid. cujus urbs caput erat Acarnaniæ teste Liv. *S. Maura* hodie dicitur, sedes præfecti Turcarum: mons vero & prom. Leucata, & Leucates, *Capo di S. Maura* nominatur. Ovid. lib. 15. metam. Cic. Stra. Pli. & al.

" *Leucada continuam veteres habuere coloni.*

In Thes. ling. Lat. contra sin. Ambracium locatur; cum inde in Austrum ad 30. mill. pass. distet.

Leucasia, Leucosia Strab. *la Licosa* & *Leucosa*, ins. parva Lucaniæ in sin. Pæstano contra Posidoniate prom. quod ab ea *Capo della Licosa* nominatur. Sic à Sirene ibi sepulta. De qua Sil. lib. 8. Pli. Stra.

" *Leucosiæ à scopulis, nunc quem Picentia Pæsto*
" *Mittit*---------

Ea olim teste Plin. Sirenum prom. juncta erat; ibique rudera multa in mari, urbis quasi subversæ, cernuntur.

Leucata *la Locata*, *Locate*, opp. seu arx firmissima Gall. Narbonens. in ora post Narbonens. urb. contra Salsulas arcem adversam Hispanorum, & proximam, ut utrinque sonitus exaudiantur. Leucata item Virg. Leucates Strab. Leucate Cic. & Plin. *Capo di S. Maura*, prom. Epiri apud Leucadem ins. Virg. lib. 8. Æn. Mel.

" *Fervere Leucaten, auroq; effulgere fluctus.*

Leuce, ins. parva Cretæ contra Cydonem urb. ab ea parum recedens in Boream. Est & ins. parva in Ponto ostio Borysthenis fluv. objecta, cum opp. cognomine; quæ & Achillea apud Melam. Vide Achillea. Diod.

Leuci, pop. Gall. Belg. quorum urbs Tullum est in Austrasia, episc. sub. archiep. Rhemensi, à Nancæio sede ducum 5. leuc. in occ. à Viroduno 9. aut 10. in merid. Luc. lib. 1. Cæs. Plin. Ptol.

" *Optimus excusso Leucus Rhemusque lacerto.*

Leuci, montes Cretæ in ora occidua, quorum longitudo 300. stad. est teste Strab. *Monti di Madara*, & *Monti di Spachia*, ab oppidis circumstantibus, teste Bellonio, dicti. Vide Leuca Ore. Ptol. Strab.

Leucimna, *Capo Bianco* Soph. prom. Corcyræ ins. inter Corcyram urb. & Phalacrum prom. Thucyd. Ptol.

Leucobibia *Locaber*, vel *Loquaber*, & Lat. rec. Loquabria, Ptol.

quabria, reg. Scotiæ occidua contra Ebudas inf. Male Ortel. citat Ptol. qui Leucopibiam habet, non Leucobibiam. [Videtur apud Ptol. Lucopibia esse nomen urbis potius quam regionis. Vide ibi, & Candida casa.]

Plin. Leucogæus collis, & Leucogæi fontes, *la Lumera* vel *Lunera* teste Sanfelicio, locus Campaniæ inter Neapolim & Puteolos. Hic alica plurima, & sulphur, ut scribit Plin. lib. 18. c. 11. & 35. c. 15. Fontes prædicti firmitatem dentibus, oculis claritatem, & vulneribus sanitatem afferunt teste eod. Plin. lib. 31. c. 2.

Strab. Leucogæus quoque, Leuce Acte Ptol. hoc est Album littus, locus Marmaricæ in ora littorali, inter Parætonium & Alexandriam, *Riva bianca* hodie teste Mol.

Strab. Plin. Leucola, portus Cypri, ubi gagates lapis teste Plin. reperitur.

Plin. Leucolla, prom. Pamphyliæ cum inf. & opp. cognomine, inter Pergen & Eurymedontis fluv. ostia, ultra Chelidonias.

* Cic. Plin. Strab. & al. Leucopetra, *Capo dell' Arme* Nig. & al. (licet *Capo Spartivento* Leand. & Fazello, quod tamen longe distat versus Locros) prom. Brutiorum (non Siciliæ, ut in Thes. ling. Lat.) ultra Rhegium urb. 12. mill. pass. in ort. in Calabria ulteriore. Leucopetra etiam Polyb. mons Asiæ qui Parthiam secernit ab Hyrcania. Vide Coronus, idem enim videtur.

Xenoph. Leucophrus, Dianæ fanum, & stagnum inter Tralles & Mæandrum fluv. in Lydia.

Laonic. Leucopolichna *Lemburg*, urbs Sarmatiæ, Rutheniæ sive Russiæ metrop. & archiep. quæ & Leopolis.

Plin. Leucopolis, postea Acsara, & Aspropolis, *Aeschecher* teste Leuncl. urbs Cariæ marit. ad sin. Doridis reg.

Scrip. Germ. Leucoræa, urbs Saxoniæ sup. & academ. clarissima ad Albim fluv. inter Lipsiam & Brandeburgum 6. leuc. à Magdeburgo 11. in Austrum: quæ Viteberga (*Wittenberg*) alio nomine usitato dicitur. De ea lib. 4. Itin.

“ ———— *ubi surgunt mœnia ad Albim*
“ *Leucoreæ, musis quæ sacra, piis & alumnis.*

Plutarch. Leucos, fluv. Macedoniæ juxta Pydnam urb. fluens, *F. di Chitri*.

Strab. Leucosia, inf. maris Tyrrheni, sic dicta ab Æneæ consobrina ibi sepulta, in ora Lucaniæ, teste Festo; sed teste Plin. à Sirene una ibi submersa, & sepulta. Vide Leucasia. Ovid. lib. 15. metam.

“ *Leucosiamque petit, tepidique rosaria Pæsti.*

Leucosia *Nicosia*, urbs archiep. ritus Latini, episc. vero apud Græcos (habent enim urbes aliquot duos episcopos, unum Latinum, alterum Græcum) totius Cypri primaria, ab ora Boreali aliquantisper distans, à Constantia, & ab Hamacosto altera urbe præclara, & munitissima, 12. leucis, seu 36. mill. pass. in occ. recedens.

Plin. Ptol. Leucosyria, reg. Cappadociæ circa Iridis & Thermodontis flum. ostia, ubi pop. Leucosyri, qui & Assyrii Orpheo dicuntur; quorum urbs Themiscyra.

Plin. Mel. Leucothea, inf. maris Tyrrheni apud Capreas & prom. Minervæ teste Plin. in ora Picentium, non apud Leucosiam in ora Lucaniæ, ut scribit Ortel. Fons item hujus nominis in inf. Samo teste Plin. Forte à filia Cadmi dicta, de qua Ovid. libro 3. de Ponto, eleg. 6.

“ *Nec quia Neptunus navem lacerarat Ulyssis,*
“ *Leucothoe nanti ferre negavit opem.*

Strab. Leuctra opp. erat Bœotiæ inter Plateas & Thespias, in confin. Megaridis, ubi ingens planities, in qua Thebani Spartanos ingenti strage teste Xenoph. vicere. Et numero sing. & plur. legitur.

Polyb. Ptol. Pauf. Leuctrum, *Maina* Nig. (cum *Maina* sit Tænarus) *Istechia* Mol. opp. Laconiæ marit. in Messeniæ conf. apud Tænariam prom. quod Messeniacum sin. à Laconico dividit, inter Abæam opp. Messeniæ, & Tænarum urbem Laconicæ.

Leucum *Lecco*, opp. cum arce Insubriæ apud Larium lacum, ubi Adduam fluv. emittit, à Como 14. mill. pass. in ort. Bergomum versus, à Mediolano 30. in Bor. Script. Ital.

Levi, pop. Liguriæ. Vide Lævi. Plin.

Levinia, reg. Scotiæ interior ultra Damnios (quorum tractus * *Sterlingshire*, à Sterlingo urbe) extenditur in Bor. sic à Levino fluv. qui in ea ortum habet, dicta: vulgo *Lennox* seu *Lennos* dicitur. [* Camden. putat Damnios habitasse in *Cluydsdale*, baronia *Renfraw*, *Lenoxia*, *Strivelinia*, *Menteth*, & *Fife*.]

Levinus *Levin*, fluv. Scotiæ, qui Tacito Bodotria dicitur teste Hect. Boetho. Vide Bodotria. Scrip. Scot.

Leuni, pop. Vindeliciæ, Genauni Hor. Naunes ut videtur Plin. quorum tractus *Glon* seu *Gloneck* teste Aventino (cum fluv. cognomine) in Bavaria nominatur. Licet Aventin. Gelonos ab Hor. dictos referat. Ptol.

Levonæ, pop. Scandinaviæ, seu Scandiæ, quorum reg. *Bothnia* videtur ultra Suediam in Arctos. Aliis *Livonia* reg. Sarmatiæ, in ora sin. seu maris Venedici: nam Ptol. hos pop. quos Levonos (non Levonas, ut scribit Ortel.) vocat, ultra Vistulæ fluv. ostia ad ortum locat; quo in situ Livones pop. sunt. Ptol.

Leuphana, vel * Lephana (sic enim habet codex Ptol. male ab Ortel. citatus,) *Hanofer* teste Irenico, urbs German. in Saxonia, inter Cassellam Hassiæ urb. ad merid. 16. & Hamburgum ad Bor. 21. leuc. ab Eymbeca 8. in occ. [* manuscr. Seld. Λευφάνα.] Ptol.

Leutarnia, *Levidonia* seu *Levidona* teste Barr. cui & *Alvidona*, opp. Lucaniæ in magnæ Græciæ conf. inter Amigdalariam & Vicenumum 4. mill. pass. Strab.

Lexobii, Lexovii Plin. Lexubii Ptol. pop. & urbs Gall. Celt. episc. in Normannia, *Lisieux*, sub archiep. Rothomagens. inde 18. leuc. in occ. Cadomum versus 9. ab Ebroicis in Circ. 16. Cæs.

Lianum, *Salinea* Mercat. & al. opp. Sarmatiæ Europ. in ora occid. Mæoticæ paludis, inter isthmum Tauricæ ad merid. & Bycis fluv. ostia in Bor. Novis mœnibus, seu Castro albo, finitimum. Ptol.

Liba, *Arestinga* Castaldo, inf. maris Indici oræ Carmaniæ, contra Musarnam, seu, ut nunc vocant, Dulcindam urb. Ptol.

Libana opp. fuit Hisp. Tarracon. in finibus Celtiberorum, Valeriæ urbi finitimum. Ptol.

Libanus mons *Libano*, mons Syriæ maximus & notissimus, ab agro Damasceno in Arabiæ confinio, Tripolim usque Phœnicis urbem perductus, vallem longam cum Antilibano mont. efficiens, cujus longitudo 187. mill. pass. continet. In eo duntaxat cedrus arbor provenit. De eo quidam poeta ex neotericis. Polyb. Strab. Plin. & al.

‘ *Libanus hirsutum tollit ad astra caput.*

Libarna, Libarnum Ant. opp. Liguriæ intra montes Apenninos, inter Genuam & Dertonam 35. mill. pass. occurrens, *Bobio* Nigro, *Incisa* Merulæ, aliis *Villa Barna*, pag. agri Dertonens. esse videtur: sed Bobium potius inter Genuam & Placentiam, quam inter Genuam & Dertonam occurrit; Incisa vero longe distat non solum à via inter istas urbes, sed etiam à mont. Apennino, à Nicia opp. Mont. Ferrati 2. mill. pass. recedens, Alexandriam versus 12. In Thes. ling. Lat. *Lavagna* indigitatur. Verum hic locus est in ora Ligustica, seu littorea. Plin. Anton.

Libethrii, pop. Magnesiæ inter Macedoniam & Thessaliam, licet apud eos Libethra fons fuerit Musis dicata, à musica tamen alieni, & idiotæ habiti sunt, cum Orpheum interemisse ferantur. Qua de re teste Zenod. *Libethriis inelegantior* proverbio dicitur, qui valde idiota & rusticus, aut agrestis sit.

Libethrum seu Libethrus, opp. fuit, & fons, ac mons Bœotiæ apud Heliconem mont. & Coroneam urbem, ab Pauf.

ab ea 40. stad. distans. Libethros etiam & Libethra, Sol. & Plin. fons est Magnesiæ Musis sacer, quæ Libethrides Virg. egl. 7.

" *Nymphæ, noster amor, Libethrides, aut mihi carmen.*

Anton. Libisosa, Libisoca Ptol. *Lebazusa* teste Moral. ex vet. inscr. opp. Hisp. Tarracon. in Castella nova, apud Alcaratium, quod Plin. Libisona, & Foroaugustana cognominatur.

Plin. Libissonis turris, & Turris Bissonis Ptol. Turres lib. conciliorum, urbs archiep. fuit Sardiniæ marit. in ora occid. excisa, cui Sassaris intus successit ad 12. mill. pass. nunc *Porto di Torre* locus dicitur, ubi sacra ædes D. Gabino dicata.

Lamprid. Libitinensis porta, per quam extra urbem Romam cadavera defunctorum, *teste Lampridio Vulcatio, efferebantur.

Ptol. Libnius *Lacari*, fluv. Hiberniæ per Connaciam fluens post Nagnatam urbem mare subiens. Sic apud aliquos legitur; sed apud Ptol. Liboeus legendum est.

Ptol. Liboeus, *the Bay of Slego* teste Camd. fluv. Hiberniæ per Connaciam juxta Slegum opp. fluens.

Scrip. Germ. Libonotria, reg. Germaniæ quæ postea Misnia dicta est, sicuti & Libonotri pop. Misnenses, Tac. Eudoses. Vide ibi.

Ptol. Libora, Elbora lib. concil. sub Gothis, Ebura sive Æbura Liv. *Talavera* teste Jo. Mariana, urbs Hisp. Tarracon. ad Tagum fluv. in Carpetanis, & Castella nova, à Toleto 12. leuc. in occ.

Anton. Libum opp. erat Bithyniæ, medium inter Nicomediam & Nicæam, 20. mill. pass. dissitum.

Ptol. Mel. Libunca, *Llanes* teste H. Coquo, opp. Hisp. Tarrac. in ora Asturum Boreali, inter Fanum S. Vincentii 3. & Saliam opp. 6. leuc. ad Narii fluv. ostium, inter Flavionaviam ad ort. 12. & Vœcam ad occ. 16.

Plin. Ptol. Liburnia, *Croacia* Italis, *Crabaten* & *Krayn* Germanis teste Lazio, reg. Illyrici (non pars Dalmatiæ, ut in Thes. ling. Lat.) ad occ. inter Istriam, & Dalmatiam ad ort. ab ea Titio fluvio divisa. Pineto est *il Contado di Zara*; sed fallitur, cum hic comitat. pars sit, non tota reg. Urbes quondam claræ Iadera, & Sidrona. Pop. Liburni Plin. De quibus Virg. lib. 1. Æn.

" *Regna Liburnorum, & fontem superare Timavi.*

Liburna vero genus est navis quo Liburni utebantur ad prædandum.

Oros. Liburnicus sin. *il Carner*, qui & Flanaticus. Vide ibi.

Strab. Liburnides, ins. 60. Strab. in mari Illyrico, seu Hadriatico, inter quas Lissa, Tragurium, & Pharus.

Liburnus, mons Apuliæ.

Polyb. Liburnus item portus Etruriæ apud Pisas, inde 13. mill. pass. distans, cum oppid. *Livorno*. Vide Ligurnus.

Cic. Liburnum mare, idem quod Tyrrhenum, & Inferum, apud Cic.

Strab. Plin. & al. Libya, eadem Africæ Plin. sic à Libe vento dicta, vel à Libya Epaphi filia. Libya vero proprie teste Procop. pars Africæ inter Cyrenen ad occ. & Alexandriam Ægypti ad ort. appellatur à Ptol. & al. Marmarica. De ea Claud. de bello Gildon.

" *Iunximus Europam Libyæ; concordia fratrum*
' *Plena redit.* ------

Ptol. Libya deserta, *Zabara* Barrosio & Leoni Africano, & incolis *Elber* teste Marm. ea pars Libyæ interioris, quæ ultra tropicum Cancri in Austrum extenditur. Libya tot ferarum genera fert, quæ permixta nova & varia monstra generant, ut apud Diogen. adagium hoc referatur, *Libyca fera*, in hominem vafrum, versipellem, & variis moribus imbutum. *Libyca* quoque *avis* apud Suid speciem habet proverbii de prægrandibus; & apud Horat. *Afra avis*, pro pingui & lauta, & apud Aristoph. in grandes & timidiores, qualis camelostruthio avis Libyca; grandiores enim corpore timidiores esse solent.

Libya interior, *Beled Geneva* Marmolio, maxima Africæ pars inter Cyrenen, Africam propriam, & Mauritanias ad Bor. ac Æthiopiam ad merid. atque inter Æthiopiam sub Ægypto, Nilo fluv. separante, ad ort. & oceanum Atlanticum ad occ. contenta, in qua terra Nigritarum, & regna plurima continentur. Urbes apud Ptol. quondam claræ Autolala, Iarzetha, Thamudocana, Gera, & Garama. Hinc Libycus nom. gent. & Libycum mare Ptol. quod Cyrenen alluit. Virg. lib. 5. Æn. Ptol.

" *Carpathium, Libycumq; secant, luduntq; per undas.*

Libycæ Sibyllæ, quæ & Elissa, meminit Euripides. Hinc Libyes pop. apud Sallust. lib. de bello Iugurthino, inter Numidas & Getulos: post quos Æthiopes, teste eodem.

Libyci, pop. Gall. Cisalpinæ, seu Italiæ Transpadanæ, inter Insubres & Taurinos: quorum urbs Vercellæ ad Sessiten fluv. Vide ibi. Plin.

Libycum mare à Ptol. appellatur, quod Cyrenaicam alluit, *Mare di Barcha*. Ptol.

Libyphœnices *Regno di Tunes*, pop. Africæ propriæ Byzacenam reg. incolentes, ubi nunc regnum Tunetanum: Libophœnices Plin. Hinc Libophœnicia apud Sallust. lib. de bello Iugurth. Liv.

Libyssa, * Liossa Ptol. *Lebussa* adhuc teste Leuncl. opp. Bithyniæ mediterr. cum fluv. cognomine, inter Nicomediam & Chalcedonem, inde 25. hinc 36. mill. pass. Hannibalis Carthaginens. sepulchro memorabile. Aliis *Gebise*, & aliis *Lebise* dicitur, & aliis *Polmen*. [* Λίϐυσσα in Seldeni manuscripto.] Plin. App.

Licatii, Licates Plin. *Lechrainer* teste Aventino cum Scudo, pop. Vindeliciæ in Bavaria, inter Augustam & Monachium incolentes; à Lico fluv. nomen habent. Strab. Ptol.

Lichades, ins. seu potius scopuli maris Ægæi apud Eubœam & Atticam. Lichas Ovid. lib. 9. metam. Strab. Plin.

" *Quem quasi sensurum nautæ calcare verentur,*
' *Appellantque Licham*---------

Liciniana *Luzen*, opp. Lusit. in regno Portugallico, in conf. Extremaduræ, Norbæ Cæsareæ finitimum, Licinniana etiam gem. *n*, scribitur. Ptol.

* Licneni, pop. Corsicæ: quorum tractus *Val di Niolo* teste Leand. dicitur. [*in Selden. manuscr. Λικνινοι.] Ptol.

Licostoma *Lichmondt* vel *Lechmundt*, opp. Vindel. in Boiis seu Bavaria, ad ostium Lici fluv. in Danubium apud Werdam urbem, inter Augustam, & Nerolingam in Bor. 4. leuc. Scrip. Germ.

Licus, * Lycias Ptol. Lechus Eginartho, *Lech* vel *Leck*, fluv. Vindeliciæ eam à Rhetia cum Vinda separans, inter Sueviam ad occ. & Bavariam ad ort. per Augustam in Danubium influens apud Verdam. [* man. Seldeni Λικίας.] Fortun.

Liga, *Ligon* teste Camd. ins. maris Britannici. Ubi Iga al. cod. habent. Anton.

Ligana, sylva in Cenomanis apud lacum Benacum, ubi Claud. imperator Alemannos vicit, teste Diac. P. Diac.

Ligeris & Liger *Loire*, fluv. Gall. Celt. ex maximis Galliæ, è Cemmenis montibus in Arvernorum finibus oriens, & in Bor. inter Heduos & Bituriges fluens, inde in occ. per Aurelianos, Turones, Andes, & Nannetes in oceanum Gallicum sese magna aquarum mole exonerans. De quo Tibull. el. 8. lib. 1. Cæs. Plin.

" *Carnuti & flavii cærula lympha Liger.*

Ligerula *Loiret*, fluv. ex fonte apud Aurelianos adeo copiose effluens, ut statim navigabilis evadat, in Ligerim delabens.

Ligii, *Schlesier* teste Willichio cum al. pop. German. quorum reg. Slesia, & pop. Lat. recent. Slesii, inter Lusatiam ad occident. & Poloniam ad ort. And. Velleius *Langlandt* ins. indigitat, quæ potius Ilingæ. Tac. Dionys.

Ligir,

Ligir, *Bechir* teste Nig. fluv. Bœotiæ juxta Plateas urbem fluens. Steph.

Liguidonis portus *Porto Lugoduni*, in Sardiniæ ora orientali apud occid. Pop. Ptol. Lucuidonesii dici videntur. Anton.

Ligures Apuani, pop. Liguriæ extremi circa Macram in Hetruriæ conf. incolentes; quorum opp. Apua, vulgo *Pontremoli*. Liv.

Liguria, Italiæ reg. gemina: littorea, quæ vulgo *la Riviera di Genova* nominatur, inter ostia Vari ad occ. & Macræ ad ort. inter Galliam Narbonens. & Hetruriam supra 200. mill. pass. extensa, cujus caput est Genua, inter mont. Apenninum, & mare Ligusticum perstricta: mediterranea vero, Galliæ Cisalpinæ non modica portio, inter Apenninum mont. ad merid. & ort. Alpes maritimas & Cottias ad occas. Padumque fluv. ad Bor. & ort. comprehensa, in qua Mons Ferratus ducatus, magna pars principatus Pedemontani, parsque ducatus Mediolanens. continentur. Pop. Ligures apud omnes. Virgil. lib. 2. georg. Polyb. Plin. Strab. & al.

" *Assuetumque malo Ligurem, Volscosque verutos.*

Sub Liguria etiam Insubriam complectuntur scriptores, uti Anton. Aug. in Itiner. Paul. Diac. in lib. de gest. Longobardorum, & alii. Unde Mediolanum, quod est caput Insubrum, ab eis in Liguria collocatur.

Urbes Liguriæ hujus temporis.

Alba Pompeia *Alba*	Dertona *Tortona*
Albingaunum *Albenga*	Fossanum *Fossano*
Alexandria Statiellorum *Alessandria della paglia*	Genua *Genova*
	Mons Vici, & Mons Regalis, *Mondovi*
Albintemelium. Vide Vintimilium	Naulum *Noli*
	Prunatum *Brugneto*
Aquæ Statiellæ *Acqui*	Savona *Savona*
Asta *Asti*	Vintimilium, olim Albintimilium, vel Albintemelium, *Vintimiglia*
Bobium *Bobio*	
Casale, olim Sedula, *Casal di S. Vaso*	

Ligurnus portus, Liburnus al. Labro Cic. *Livorno*, opp. cum arce firmissima, & portu Hetruriæ, inter Pisas 13. & Vada Volaterrana ad ort. 20. mill. pass. ab ostio Arni fluv. supra 10. in ort. Cat. Anton.

Ligurum montes, *Monti della Lunigiana* teste Leand. Liguria enim apud Liv. Trogum, Sempronium, & al. post Macram, Arnum usque fluv. extendebatur. Liv.

Ligusticæ Alpes, *Montagna di Tenda* teste Pingonio, eædem sunt maritimis apud Ptol. inter Nicæam & Taurinos extensæ. Liv.

Ligusticum mare *Mar Leone*, & *Mar di Genova*, inter Gallicum ad occ. & Tyrrhenum ad ort. Liguriam reg. alluens, Ligusticus sin. à Floro. Male à Nigro à Gaditano freto usque ad Siculum extendi scribitur. Plin.

Lilæa, *Lellen* ex tab. recent. opp. Achaiæ in Doride reg. apud fontes Cephisi fluv. De quo Stat. lib. 7. Theb. Plin. Ptol.

" *Coryciumque nemus, propellentemque Lilæam*
" *Cephisi glaciale caput*----------

Lilybæum, prom. & urbs Siciliæ. Prom. unum ex tribus est, Africam prospectans, *Capo Boeo*, à Pachyno 180. mill. pass. in occ. à Peloro 170. in merid. contra prom. Mercurii Africæ 180. Urbs vero, olim episc. apud prom. *Marsala* nominatur, ab Agrigento 82. mill. pass. in occ. à Panormo in Austrum 85. à Drepano 18. à Mazaria 12. à Carthagine 1050. stad. teste Strab. à Rom. excisa, ex cujus ruinis Marsala ædificata est. Hic classis Carthaginensium à Rom. Attilio Regulo duce magna strage dissipata. Hinc Lilybæus & Lilybeius nom. gent. Virg. lib. 3. Æn. Cic. Plin.

" *Et vada dura lego saxis Lilybeia cæcis.*

Luc. lib. 4.

" *Namque rates audax Lilybæo littore solvit.*

Lima, quæ ab Hisp. Urbs regum *Civdad de los Reyes*, colonia & urbs archiep. Americæ marit. in ora occid. Peruviæ caput, conventusque juridicus, an. sal. 1543. effecta. Script. Hispan.

Limæa, Limius Ptol. Lethes etiam Strab. & Sil. *Lima*, fluv. Hisp. Tarracon. nunc in regno Portugalliæ, per fines Bracarum, & Limicos pop. inter Durium & Minium, in oceanum ad Vianam opp. fluens. Strab. Plin.

Limaga & Limagus, fluv. Helvetiorum, *Limat*, qui in Rhenum influit. Scr. Helv.

Limane *Limaigne*, reg. Gall. Aquit. in finibus Arvernorum, apud quam Elaver fluv. decurrit, cum fluv. cognomine, qui *Lymone* teste Belleforestio dicitur, in Elaverim influens. Turon.

Limenia, *Limnat* teste Steph. Lusignano, opp. olim Cypri, nunc pag. in mediterr. St. ab.

Limia *S. Estevan de Lima*, opp. Hisp. Tarracon. in regno Portugallico, inter Bracaram 6. & Tyden 5. leuc. Aliis est *Puente de Lima* ad Limæam fluv. Hinc Limici pop. quorum opp. Forum Limicorum Ptol. Vide ibi. Anton.

Liminium, Laminium Plin. & al. Vide ibi. Anton.

Limiosaleum, *Gnesna* teste P. App. urbs Germaniæ, nunc in regno Polonico, archiep. & metrop. inter Posnaniam ad occ. 7. & Toruniam ad ort. 12. leuc. in Polonia majore. Ptol.

Limnos, *Lymen* teste Camd. Britannice, & *Ramsey* Anglice, ins. maris Britannici, inter Cambriam Albionis reg. occiduam, & Hiberniam, ante Meneviam urb. Walliæ. Ptol.

Limon, locus Campaniæ inter Neapolim & Puteolos. De quo Stat. 3. sylv. carm. 1. Stat.

" *Et placidus Limon, numenq; Euplæa carinis.*

Limonius mons *Lymes*, [*Plinlimon* Camdeno in comitatu Cardiganiæ] mons Albionis in Wallia, ex quo Vaga fluv. scaturit. Scrip. Brit.

Limonum, opp. Gall. Aquit. in finibus Lemovicum, nunc pag. *Limon*, inter Lemovicos & Pictones. Ptol.

Limusa, *Wiselburg* vel *Musnburg* teste Laz. opp. Pannoniæ inferior. in Hungaria apud Austriæ fines, Altenburgo vicinum. Anton.

Limyra, urbs Lyciæ mediterr. ad Limyrum fluv. episc. sub archiep. Myrensi, non longe inde distans, ab ora littorali 20. stad. recedens: nunc *Mari* vel *Mira* dici videtur aliquibus, sed adhuc nomen servat antiq. Vide Lymira. Strab. Ptol. Plin.

Limyrus, fluv. Lyciæ per Limyram urb. fluens in mare Lycium, inter Andriacam & Aperras urbes propinquas exiens, Lorymus Strab. Ptol.

Lincolnia *Lincolne*, urbs Angliæ. Vide Lindum. Prov. Rom.

Lindavia sive Lindavium *Lindaw*, urbs lib. & pulchra Sueviæ ad lacum Brigantinum, à Sallopoli 2. leuc. Memingam versus, quæ & Philyre. Scrip. Germ.

Lindemagus & Limagus *Limat*, fluv. Germ. super. per Helvetios fluens, ac per lacum Tigurinum transiens; qui Arolæ apud Badam urbem, quam alluit, commiscetur, inter illam & Clignaviam 1. leuc. Scrip. Germ.

Lindisfarna *Halig Eiland*, nunc *Holy Island*, ins. Albionis oræ Northumbriæ ad ostia Tuedæ fluv. adjacens, cum urb. cognomine, quæ & Augustaldia dicta fertur, olim episc. sub archiep. Eboracens. cujus sedes Dunelmum translata est. Abest à Bervico urbe in finibus Scotorum 4. mill. in Austrum. Bedæ.

Lindonium. Vide Londinium.

Lindum, *Lincolne* Anglice, * *Caerlud coyd* Britannice, teste Lhuido cum al. urbs episc. Albionis in Anglia sub archiep. Cantuarienf. quæ & Lindocolnia, & per syncopen Lincolnia posterioribus dicta est, inter Londinium ad merid. 95. & Eboracum in Arctos 55. mill. distans, olim regia Merciorum, cui sedes Dorcestriensf. copulata fuit. [* Britannis *Lindcoit*, pro Ant. Ptol.

quo perperam *Luitcoit*, Saxonibus *Lindo-Collyne*, *Lind-cyllanceaster*. Camden.]

Ptol. Lindum alterum, opp. Albionis in finibus Damniorum, seu *in Cornubia reg. *Lithquo* nunc teste Camd. [* In Scotia, ibi enim Damnii Ptolem. Cornubienses vero Damnonii.]

Strab. Ptol. Lindus, Lindum Plin. opp. Rhodi, unum ex tribus præcipuis illius inſ. quod adhuc *Lindo* teſte Soph. nominatur.

Caſ. Plin. & al. Lingones, pop. & urbs Gall. Celticæ in Burgundiæ & Campaniæ conf. antiquiſſima, anno poſt diluvium 591. ut ferunt, condita, ad Vogeſi mont. radices, inter Trecas 22. & Veſulium opp. Burgundiæ com. 12. leuc. media inter Trecas & Veſuntionem, epiſc. ſub archiep. Lugdunenſ. *Langres* vulgo. Hinc Lingonicus nom. gent. Luc. lib. 1.

" *Pugnaces pictis cohibebant Lingonas armis.*

Claud. de laud. Stilic. lib. 3.

" *Vexit Lingonico ſudatas vomere meſſes.*

Apud Lingonas Alemanni bis victi à Conſtantino Auguſto, cæſiq; ad 60000.

Scrip. Brit. Liniennus *Rother*, fluv. Albionis per Cantium fluens, & per * Roffam urb. quam alluit in Thameſim influens. De quo in vitis Sanctorum Britanniæ fit mentio. [* Juxta *Rhie* opp. ad merid. in oceanum Britannicum influit.]

Sil. Linterna palus, *Lago di Patria* teſte Scip. Mazzella, apud Linternum urb. exciſam in Campania.

Cic. Mel. & al. Linternum, Liternum Plin. & Liv. colonia & urbs olim epiſc. Campaniæ, inter Vulturnum ad occ. & Cumas ad ort. in ora littorea, exciſa : manet turris cum diverſorio, vulgo *Patria* : à Vulturno 9. mill. paſſ. Puteolos verſus fere totidem, à Cumis vix 5. ubi Scipio Africanus mortem obiit, cum Roma ob civium ingratitudinem ſeceſſiſſet. Lentiſciferum quoque ab Ovidio lib. 15. metam. ob lentiſci copiam nominatur.

" ————— *lentiſciferumque tenetur*

" *Linternum, multamque trahens ſub gurgite arenam.*

Lycophr. Linum *Capo di Verre*, prom. Brutiorum in Calabria citeriore teſte Barrio, apud Amantiam urbem, & Tylleſium prom. ubi Bellus mons oppid. conſpicitur.

Plin. Linus, fons Arcadiæ fœminis bibentibus ex eo abortum prohibens, teſte Plin.

Ariſt. Strab. Plin. & al. Lipara, antea Meligunis, *Lipari*, inſ. Siciliæ, prima Æoliarum, contra oſtia Metauri fluv. Brutiorum, inter illa 12. & Mylen opp. Siciliæ in ort. 24. mill. paſſ. ipſa circuitu 18. cum urbe epiſc. ſub archiep. Meſſanenſi, anno quo Dyrrachium urbs Maced. condita, ignes ſemper emittens. Pop. Liparenſes Cic. Virg. lib. 8. Æneid.

" *Inſula Sicanium juxta latus, Æoliamque*

' *Erigitur Liparen*—————

Plin. Liparеæ inſ. quæ & Æoliæ, & Vulcaniæ, ac Hephæſtiades, inſulæ Siciliæ numero 7. (Vide Æoliæ) ubi Æolus rex ventorum, ut poetæ fingunt, regnaſſe fertur: quarum prima eſt Lipara : à freto Siculo 200. ſtad. diſtantes teſte Strab.

Plin. Liparis, fluv. Ciliciæ ad Selinuntem urbem fluens, in quo natantes oleo perungi videntur, teſte Plin. & Vitruvio. Liparis etiam Lipara inſ. dicitur à Claud. lib. 2. de raptu Proſerp.

" *Turbatur Liparis; ſtupuit fornace relicta*

' *Mulciber*—————

Plin. Liquentia *Livenza*, fluv. Venetiæ illam à Carnis ſeparans, ſeu marchiam Tarviſinam à Foro Julio dividens, cum portu cognomine teſte Plin. Virg. lib. 9. Æn.

" *Quales aeriæ Liquentia flumina circum.*

Ubi liquentia participium videtur, non nomen fluv.

Plin. Liria, Ledum Melæ, *le Lez*, fluv. Gall. Narbonenſ. apud Mont. Peſſulanum decurrens, ſeq; in ſtagna Volcarum exonerans, teſte Dalechampio.

Ptol. Lirimiris, *Mulheym* Villanov. ex conjectura, opp. Germaniæ apud oram Bor. in Saxonia, Hamburgo proximum.

Sil. Lirinates, pop. Italiæ in Frentanis, qui aliis Larinates dicuntur, & quorum urbs Larinum eſt. Vide ibi.

Sidon. Lirinenſe cœnobium. Vide Lerina : legitur enim Lirinenſe, & Lerinenſe.

Ovid. Pauſ. Liriope, fons Narciſſi in Bœotia in finibus Theſpienſium, in quo Narciſſum ſui amore captum ſubmerſum fabulantur, ad vicum Hedonacum teſte Pauſ. in Cephiſum influens. Ovid. lib. 3. metam.

" *Cærula Liriope, quam quondam flumine curvo.*

Strab. Plin. & al. Liris, Lyris Tac. Liternus App. *Garigliano*, fluv. Italiæ Latium à Samnio & Campania ſeparans, ſupra Soram apud Atinam oriens, & ad Minturnam urbem exciſam in mare Tyrrhenum inter Formias & Sinueſſam deſinens. De quo Mart. lib. 13. ep. 80.

" *Cæruleus nos Liris amat, quem ſylva Maricæ*

' *Perlegit*—————

Plin. Liſboum, locus German. in Franconia ad Mœnum fluv. qui *Erlenbrunnen* dicitur teſte B. Rhenano.

Prov. Rom. Liſmora *Lyſmore*, urbs Hiberniæ in Momoniæ ora, inter Waterfordiam ad ort. & Corcagiam ad occ. 20. mill. epiſc. ſub archiep. Caſſilienſi. Liſmoria item urbs Scotiæ epiſc. ſub archiep. Glaſquenſi in Argadia reg. occidua, à Glaſquo ad 20. mill. in Circium, à Candida caſa in Bor.

Plin. Liſſa, inſ. Illyrici oræ Liburnicæ contra Iaderam adjacens, etiam vulgo *Liſſa* teſte Hermolao dicta, & *Iſola di Zara*.

Anton. Liſſia, *Lethowſow* & *the Gulfe* teſte Camd. inſ. maris Britannici Angliæ adjacens.

Polyb. Liſſon, fluviolus Siciliæ Leontinos à latere occiduo præterfluens, *F. di Lentini*.

Polyb. Strab. Ptol. Liſſus, Liſſum Plin. *Aleſſio* Soph. & al. urbs Macedon. in Illyrici conf. ad oſtia Drilonis fluv. media inter Epidaurum urb. Dalmatiæ, & Aulonam urb. Maced. 100. mill. paſſ. diſtans, mediaque inter Scodram ad Bor. & Dyrrachium in Auſtrum ſupra 40. mill. Nymphæo prom. prox. ad 3. mill. epiſc. ſub archiep. Dyrrachino. Liſſi, ſeu Lyſſi ut aliqui cod. habent, mem. Lucan. lib. 5.

" *Prætereunt fruſtra tentati littora Liſſi,*

" *Nymphæumque tenent*—————

Plin. Liſſus, etiam Lyſſus (& non Leſſus, ut ſcribit Ortelius) Ptol. Lyctus Strab. *Fioniſſi* teſte Nigro, oppid. Cretæ in ora Auſtrali apud Criumetopon prom. & Tarbam opp. Eſt & fluv. Thraciæ in mare Ægeum inter Thaſon & Samothracen inſ. exiens, unus ex illis quos Xerxis exercitus bibendo exſiccavit teſte Herod.

Halycarn. Liſta opp. fuit Sabinorum Reatinæ urbi proximum, ad 3. mill. paſſ. diſtans. Pop. Liſtini.

Liv. Litabrum oppid. fuit Hiſp. Tarracon. Locus teſte Liv. Mor. apud Segobiam urb. indicatur.

Liv. Litana, *Selva di Lugo* teſte Nardo, ſylva Gall. Togatæ apud Lucum opp. Romandiolæ, ubi Romani Luc. Poſthumio conſule cæſi ſunt ad 25000. teſte Liv.

Evagrio & Callist. Litarbis, regiuncula Syriæ in agro Antiocheno, ab Antiochia 300. ſtad. diſtans.

Scrip. Germ. Litavi, qui & Lituani, pop. Sarmatiæ Europææ, quorum reg. ampliſſima eſt in regno Polonico. Vide Alani, ſic enim vet. dicti putantur: de quibus lib. 1. Itiner.

" *Continuo Litavos Boryſthenidaſque Rutenos,*

' *Et deſolatos advena vidit agros.*

Liv. Liternum. Vide Linternum.

Scrip. Gall. Lithophaum, *Moret* teſte Vigenereo, oppid. Gall. Celt. in Vaſtinia reg. ad Longum fluv. inter Melodunum ad Bor. & Montem Regium ad merid. 5. leuc. à Pariſiis 15.

Li-

Cedr. Lithoprosopus *Tragoca*, mons Phœnicis apud Botryn urb. qui Ptol. Theuprosopon prom. dicitur, inter Tripolim & Botryn.

Anton. Littamum, *Lutach* teste Laz. opp. olim, nunc pag. Norici in Carinthiæ & comitatus Tirolens. conf. ad Aicham fluv. apud Dauferium opp. inter Brunecum ad merid. 4. & Rotenburgum in Bor. 6. leuc. à Lincio 7. in occ.

Ptol. Littus altum, seu Ripa alta, *Tarbarth* Camd. aliis *Roxemburgh*, vel *Roxburgh*, opp. Albionis in ora Scotiæ orientali, inter ostia Ilæ & Loxæ flum. in Rossia comitatu.

Ptol. Littus Cæsiæ, *Calvi* Mol. & Pin. opp. Corsicæ in ora occidua, à Sagona urbe excisa ad 30. mill. pass. in Bor. à Nebio 40. in occ. Sed apud Ptol. in ora Boreali describitur.

Liv. Litubium, *Ritorbio* teste Bernard. Sacco, pag. Liguriæ in agro Ticinens. apud Dertonam urb. inde 7. mill. pass. à Vico Iriæ 3. ubi aquæ calidæ salutares.

Plin. Livias, Libias Josepho, opp. Palæstinæ trans Asphaltitem lacum, sic à Livia Tiberii Aug. matre dictum.

Aimon. Livones *Lifflender*, pop. Sarmatiæ Europææ ad sinum Venedicum: quorum reg. Livonia, inter Prussiam ad merid. & Russiam albam ad Bor. Samogitia comprehensa; cujus urbes Riga *Riga* metrop. & archiep. Curovia *Curow*, Venda *Wenden*, Oselia *Osel*, Revalia *Revel*, & Torpatum *Derpt*, episc. sub regno Polonico.

Ptol. Sol. Lixa, Lix Solino, Lixos Plin. *Larach* teste Marmol. cum al. & *Arays* Africanis, colonia & urbs Maurit. Tingit. in ora maris Atlantici, olim regia Antæi, inter fretum Herculeum 112. & Atlantem mont. 205. mill. pass. teste Solino; nunc portus cum arce sub Hispanis.

Strab. Plin. Lixus, Lix Ptol. *Lusso* Castal. & al. *F. di Larach*, fluv. Maurit. Tingit. ad Lixam urbem in oceanum Atlanticum labens. De quo Sil. lib. 3.

"*Et Tingin rapido mittebat ab æquore Lixus.*

Ptol. Lizisis, *Laorzalos* teste Laz. opp. Daciæ in Transylvania ad Cusum fluv. excisum.

Ptol. Lobetum *Albaracin*, urbs Hisp. Tarracon. in Celtiberis, & Arragonio regno, in Castellæ novæ conf. à Terulio urbe 6. leuc. in occ. à Concha 12. in Bor. Cæsaraugustam versus 32. episc. sub archiep. Cæsaraugustano, in mont. Turia fluv. circumfluente. Pop. Lobetani Plin. Ab Hercule Libyco condita cum Aula traditur, an. post diluvium 625.

Ptol. Plin. Locanus, *Proteriato* teste Barr. fluv. Magnæ Græciæ in Calabria ulteriore, in mare Ausonium ex Apennino mont. inter Locros & Scyllacium fluens.

Strab. Lochias, & Acrolochias eidem Strab. *Castelletto* teste Ortel. prom. & arx Ægypti apud Pharum & Alexandriam.

Anton. Locobormannum pag. erat Liguriæ inter Alpes & Albingaunum urb. à qua 15. mill. pass. Albintemelium versus distabat.

Ptol. Locoritum, *Forcheim* teste P. App. urbs Germaniæ libera in Franconia in Nortgoiæ conf. inter Noribergam ad merid. 5. & Bambergam ad Bor. 4. leuc. Trutavia etiam Latine dicta, ex antiq. traditione.

Ptol. Locra, fluv. Corsicæ per oram occiduam inter Urcinium, sive Adiacium urb. & Paucam opp. fluens, adhuc *Locra* nominatus; licet Leandro *Talabo* sit, à Locra 10. mill. pass. in Bor. distans, apud Genarcam oppid.

Strab. Plin. Ovid. Locri *Gieraci*, urbs Magnæ Græciæ in ora apud Zephyrium prom. in conf. Brutiorum, quæ & Naritia Ovid. excisa, cui ad 3. mill. pass. Hieracium suffecta est, episc. sub archiep. Rhegino, inde 600. stad. in Bor. ex Strab. distans, Scyllacium versus supra 50. mil. pass. à Locrensibus Ozolis pop. Achaiæ duce Evante condita, sive ab Ajace Locrorum prædictorum rege teste Sol. Pop. Locrenses. Virg. lib. 3. Æn.

"*Hic & Narycii posuerunt mœnia Locri.*

Locrenses cum bovem, quem diis facerent, non haberent, composito ex lignis minutis bovis simulachro, illo rem sacram fecerunt. Unde adagium de re vili & munere sordido natum est, *Locrensis bos*. Iidem, cum fœdus, quod cum Peloponnesiis inierant, violassent, ad Heraclidarum partes transeuntes, adagio causam dedere huic apud Zenod. & Eustath. *Locrense pactum*, in fœdifragos. Idem narratur, quod Siculos elusissent.

Strab. Liv. & al. Locri, pop. Achaiæ gemini: alii Ozolæ, & Ozoli, circa fauces sinus Corinthiaci incolentes, proximi Ætolis, quorum reg. Locris Liv. dicitur, & urbs primaria Naupactum; alii, Epicnemidi cognomine, in adversa ora ad sinum Oetæum, Opuntiis proximi, quorum opp. Scarphia.

Anton. Locus felix, *Wels* teste Laz. opp. Norici in Austria ad Dariam fluv. inter Lentiam 4. & Salisburgum 11. leuc. Ovilabi proximum. Alii Lacus felix legunt.

Ptol. Logi, non Lugi, ut aliqui legunt, pop. Albionis in Scotia, quorum reg. *Strathnavern* teste Hect. Boetho dicitur.

Ptol. Logia, * *Lough* teste Camd. fluv. Hiberniæ per oram orientalem ex lacu Schaterwico fluens, ac in mare ad Strangfordiam oppid. exiens. [* Camdeno est *Lough Der* vel *Lough Foyle* in ora Boreali apud urbem *Derry*; *Lough Coyn* vero est qui apud Strangfordiam exit.]

Scrip. Brit. Logus *Lug*, & *Lugwy* vel *Lhygwy*, fluv. Cambriæ, seu Walliæ, una cum Vaga in Sabrinæ ostia ad Strigulinam opp. influens.

Polyb. Loius (Vide Lous) fluv. Macedoniæ.

Lomandus lacus apud script. Scot. in Levinia regione est, non procul à monte Grampio (qui totam fere Scotiam, ut Apennin. Italiam, percurrit) prodigiosus sane propter illius insulas fluctuantes. Non longe Caledonii pop. (quorum urbs episc. Dunkeldinum appell.) sunt, apud ortum Bodotriæ in * occas. decurrentis, & Tai in ort. [* in ort. Bodotria etiam fluit.]

Prov. Rom. Lombarium *Lombes* vel *Lombers*, urbs Gall. Narbon. in Aquit. conf. apud Garumnam fluv. à Tolosa 8. leuc. in Austrum, episc. sub archiep. Tolosano, à Joanne 22. Pont. max. sede episc. decorata.

Anton. Lomnium. Vide Iomnium.

Scrip. Scot. Lomundus *Lomond*, lacus ingens Scotiæ inter Galovidiam ad Aust. & Loquabriam ad Bor. ac inter Caledoniam ad ort. & Argadiam ad occ. sub Grampio monte, ostia fere attingens Glotæ fluv.

Anton. Loncium, *Liencz* teste Lazio, & *Lincz*, opp. Norici in Carinthia, inter Julium Carnicum, & Aguntum 16. sive 17. mill. pass. ex Itin. Anton.

Tac. Ptol. Anton. Londinium, Lundinium, Londonium Steph. & Martiano, quasi à Lindo Rhodiorum, & Londonium, & Augusta Trinobantum Amm. Colonia Augusta Tac. Londonia Bedæ, Londonia Sigeb. *Lundain* & *Caerlud* Britannice, *Londen* Germ. *London* Anglis, *Londra* Italis, *Londres* Gall. urbs Albionis episc. sub archiep. Cantuariens. inde ad 45. mill. distans, & regia clariss. Angliæ, ad Thamesim fluv. emporium amplum. Dicitur & Londinum, ut in lib. 4. Itin.

"*Sero Londinum, admisso properante veredo,*
"*Sed primo Tamesis trajecto ponte, subimus.*

Et infra.

"*Londinum tamen ante alias caput extulit urbes.*

Ptol. Londobris, Erythia Plin. & Mel. *Berlingues* teste Resendio, ins. Lusitaniæ oræ occiduæ adjacens, inter ostia Tagi & Mundæ 12. leuc.

Anton. Longanicum, seu Longaticum, ut alibi legitur, *Logitsch* teste Laz. opp. olim, nunc pag. Norici, inter Aquileiam & Æmoniam occurrens, ab Aquileia 45. mil. pass. à Frigido 22. Lubianæ finitimus, ad 24. seu 30.

Polyb. Longanus, fluv. parvus Sicil. circa Mylen opp. à quo nunc nomen accipit, fluens.

Paterc. *P. Diac.* Longobardi, pop. Germaniæ, sic à barba prolixa quam gerebant dicti teste Isid. Vide Lancobardi, & Langobardi.

Lib. Not. Longovicum, *Lanchester* teste Camd. opp. Albionis in Northumbria in territorio Dunelmensi.

Liv. Longula opp. fuit Latii in finibus Volscorum, Poluscæ & Tarracinæ finitimum. Pop. Longulani Plin. Longula altera, ex vet. inscript. unum ex 4. oppid. seu pagis Hetruriæ, ex quibus Viterbium urbs conflata est.

Ptol. Longum, *Lognina* teste Faz. prom. Siciliæ in ora ad ortum, inter Syracusas & ostia Orini fluv.

Liv. Longuntica, *Guardamar* teste Beuth. opp. Hispan. Tarrac. in ora Contestanorum & regno Valentiæ, ad ostium Serabis fluv. inter Alonem ad Bor. & Carthaginem novam in Austr. apud Ilici, inde 2. leuc. in ortum distans.

Ptol. Longus, *Lough* in tab. *Louth* aliis, & aliis *Long*, vel *Lough Long*, fluv. Albionis in ora Scotiæ occid. contra Maleon insf. in mare exiens, apud Epidium prom. [Secundum Camden. magis ad Boream fluit apud Rossiam comitatum.]

Nicet.& Laon. Lopadium *Lupadi*, & *Ulubat* Turcis teste Leuncl. urbs Bithyniæ, seu Mysiæ, ad Rhyndacum fluv. olim Apollonia apud Olympum mont. seu Apollonias, urbs episc. sub archiepisc. Sardiniano. Ortel. illam ad Sangarium fluv. longe hinc fluentem describit.

Strab. *Ptol.* Lopadusa *Lampedosa*, insf. maris inter Siciliam & Africam, inter Pelagias major, circuitu 12. mill. pass. à Cercinna 50. mill. in Austr. naufragio classis Caroli 5. imperat. ann. sal. 1551. memorabilis.

Ptol. Lopsica, *Selissa* Molet. oppid. Liburniæ marit. inter Seniam, cui propius est, ad occ. & Vegium ad ort. Pop. Lopsi Plin.

Liv. Loretanus portus Thusciæ, qui al. Trajanus. Vide ibi.

Anton. Loria, seu Lorii villa, locus Thusciæ in via Aurelia ab urbe Roma 12. mill. pass. occurrens.

Strab. *Liv.* *Ptol.* Loryma, Larymna Plin. & Melæ, *Maxi* teste Nigro (non *Stadia*, ut scribit Pinet. cum Stadia apud Plin. à Loryma diversa sit, licet proxima) urbs Cariæ marit. in ora contra Rhodum insf. inde 20. mill. pass. episc. sub archiep. Stauropolitano.

Annal. Gall. Lotharingia *Lorena*, reg. & ducat. Gall. Belg. à Lothario rege Galliæ sic dicta, quæ & Lotharii regnum, & prius Austrasia; quæ tamen magis patebat, inter Mosam & Rhenum & Scaldem flum. extensa; in superiorem, quæ & Tullingia, & Mosellanica dicta fuit, nunc *Loraine* Gallis, *Lotreych* German. proprio duci, qui Nancæi residet, parens, & inferiorem, Brabantiam, & adjacentes Belgii regiones complectentem, divisa. Ejus mentio fit lib. 4. Itin. in Augustano Itinere.

" *Hac ubi fertilibus floret Lotharingia campis.*

Ptol. Lotoa, Letoia Plin. *Guardiano* Soph. insf. parva maris Ionii Cephaleniæ proxima, ab ea parum in Austrum Zacynthum versus distans: Nigro *Trapano* nominatur.

Strab. *Ptol.* Lotophagites, Meninx Plin. Mirmex Polyb. Girba Ant. *le Gerbi* teste Faz. cum al. insf. maris Africi ad Syrtim parvam, cum urbe cognomine, proxima oræ Africæ, inter Tripolim & Tacapam, ad 4. mill. pass. distans. Pop. hujus insf. Lotophagi dicuntur, in conspectu Neapolis Tripolitanæ reg. urbis. Quorum mem. Dionys. Afer. Ovid. lib. 2. de remed. amor.

" *Illo Lotophagos, illo Sirenas in antro.*

Et Priscianus.

' ——— *hanc supra justissima fertur*
" *Hospitiis gaudens gens degere Lotophagorum.*

Sigeb. Lovanium *Loewen* & *Loeven* Belgis, *Lovagna*, *Lovanio* & *Lovania* Italis, *Louvain* Gallis, urbs Belgii, academia Brabantiæ clarissima, urbiumq; Brabanticarum maxima, Grudiorum metrop. ad Dyliam fluv. à Bruxellis 4. leuc. in ort. quot à Machlinia, trigonum cum illis faciens æquilaterum, ab Antuerpia duplo recedens Leodium versus. De eo lib. 4. Itin.

" *Postera musarum sedem, collegiaque ampla*
' *Lovanii adspicienda dedi* --------

Ptol. Loventinum, *Powesland* Villanov. & Molet. opp. Albionis in Wallia Angliæ reg. occidua. Vide Luentinum, sic enim legitur apud Ptol.

Ptol. Lous, Aous Strab. Liv. Æas Ovid. Plin. & Mel. *Vaiussa* teste Nig. fluv. Macedoniæ in Ionium mare ad occasf. apud Apolloniam urb. fluens. *Piergo* M. Nigro, ab urbe dicitur.

Ptol. Loxa, *Losse* teste Camd. fluv. Albionis in ora Scotiæ ad ort. Moraviæ reg. inter Ripam altam & Tuesim. Male in Thes. ling. Lat. *Firth* indigitatur, cum ab eo diversus sit.

Prov. Rom. Lubecum & Lubeca *Lubeck*, urbs Germaniæ in Saxoniæ & Holsatiæ conf. in ora maris Baltici, urbs libera, & episc. sub archiep. Bremensf. sede ex Aldemburgo urb. Holsatica ann. sal. 970. eo translata; emporium clarissimum, ac inter urbes Anseaticas primum tenens locum, ab Hamburgo altero Saxoniæ emporio 10. leuc. in ort. & Cæc. distans. Lubecam quidam poeta Germ. sic describit lib. 7. Itin.

" *Travena leni descendimus 'amne Lubecam.*
" *Urbis post paucas munimina cernimus horas.*
" *Ingressi vero portas miramur, & aedes*
" *Arte laboratas omnes, cultumque domorum*
" *Eximium, mercis, amplissima strata viarum.*
" *Denique longe alias omnes, quas vidimus, urbes*
' *Hæc superat* ————

Lubiana Italis, *Laybach*, urbs Norici. Vide Labacum.

Front. Lubra opp. erat Hetruriæ ab urbe Roma 12. mill. pass. in via Flaminia occurrens.

Plin. Strab. Liv. & al. Luca *Lucca*, col. & urbs Hetruriæ libera & episc. apud Auserim, seu Sarculum fluv. Pisis proxima, 10. mill. pass. distans, à Florentia 40. à Senis supra 50. in occ. Lunam versus 30. à Thuscis ann. orbis conditi 1469. quo Tarentum & Syracusæ, ædificata. Pop. Lucenses. De ea poeta quidam Italus.

" *Unum Luca tulit, Luca urbes inter Hetruscas*
' *Nobilis* ————

Strab. Liv. Plin. Ptol. & al. Lucania, *Basilicata* Leandro & al. reg. Italiæ in regno Neapolitano, inter Picentes ad occ. & Brutios ad ortum, una cum magna Græcia, ac inter Apuliam Peucetiam ad Bor. Apenn. mont. intercedente, & oram maris Tyrrheni ad meridiem contenta. Qua in re decipiuntur qui illam Basilicatam vocant, cum *Basilicata* vix dimidia pars sit Lucaniæ, cujus magna portio apud oram maris Tyrrheni in Principatu ulteriore continetur. Nam quicquid inter Silarum & Laum fluv. continetur, ad Lucaniam spectat, ex Ptol. & aliorum vet. descriptione. Pop. Lucani. Sil. lib. 8.

" *Brutius haud dispar animorum, unaque juventus*
" *Lucanis excita jugis, Hirpinaque pubes.*

De Lucania Hor. lib. 2. serm. sat. 1.

" *Sive quod Appula gens, seu quod Lucania bellum*
' *Incuteret* ————

Paulin. Lucanus, & Lucaniacus fundus, suburbium Burdigalæ urbis Aquitanicæ, ab ea 2. leuc. apud Liburniam opp. & Condatum, ac Duranii fluv. ostium in Garumnam: qui locus nunc S. Æmilianus appellatur, teste Scaligero. Lucanus item lacus Insubriæ inter Larium & Verbanum, ac ad illum Lucanum opp. non obscurum sub Helvetiis, vulgo *Lugano*, & lacus *Lago di Lugano*. Opp. à Mediolano ad 40. mill. pass. inter Comum, & Belitionem 16. à Locarno 12. Comum versus.

Plin. Lucenses, pop. Hisp. Tarracon. quorum urbs est Lucus. Vide ibi.

Lu-

Plin. Lucentum, Lucenti Ptol. Lucentia Melæ, *Luxente* teste Mor. opp. Hisp. Tarracon. marit. in ora Contestanorum, & regno Valentiæ: à qua 12. leuc. in ort. Hic Ortel. hallucinatur, putans idem esse Lucentum Plin. Lucenti Ptol. & Lucentia Mel. cum Lucenti sit in ora inter Carthaginem novam & Virgi, vulgo *Maccaron*, à nova Carthagine 6. leuc. in Austrum.

P. Diac. Luceolum, & Luceoli Proc. opp. Umbriæ ad Cantianum fluv. & apud mont. Apenn. inter Eugubium & Callium, sive inter Nuceriam 25. & Callium 10. mill. pass. excisum à Narsete: locus nunc *Ponte Rezzoli* vel *Riccioli*, quasi pons Luceoli, teste Blondo, aliis *Ricivoli* nominatur. Loci mentio fit lib. 3. Itin.

' ---- *conscendimus Apenninum:*

' *Luceolis cursu vincere cura fuit.*

Scrip. Pol. Luceoria *Luczko*, *Luzcko* & *Lutzko*, urbs Sarmatiæ in regno Polonico, Volhiniæ reg. primaria, episc. sub archiep. Gnesnensi, à Leopoli metrop. Ruthenorum 20. leuc. in Bor.

Sic. Plin. Liv. & al. Luceria *Lucera*, urbs Apuliæ Dauniæ episc. sub archiep. Beneventano, unde 36. mill. pass. in Bor. recedit, Sipontum versus 30. inter Trojam, & Fanum Severi 12. De qua Luc. lib. 2.

" *Tu quoque commissæ nudatam deseris arcem,*

' *Scipio, Luceriæ*———

Nuceria dicitur Sueton. & Ptol.

Ptol. Luceria altera, [Nuceria] Ptol. opp. Gall. Cispad. apud Padum in territorio Mantuæ, ab illa 14. mill. pass. in Austrum, Regium Lepidi versus 22. & ipsum vulgo *Lucera*.

Luceria item urbs, & unus ex Helvetiæ conventibus, ad lacum Lucerinum, inter Uriam 4. & Basileam 8. leuc. Helvet. *Lucern*.

Strab. Luciferi fanum *S. Lucar de Barameda*, urbs cum portu Hisp. Bæt. ad ostia Bætis, ab Hispali metrop. 15. leuc. à portu Menesthei 2. in occ. teste Flor.

Itin. Ant. Luciona & Luxiona *Lusson*, urbs Gall. Aquit. in ora Pictonum, episc. sub archiep. Burdigalens. à Joanne 22. Pont. max. ei episcopo attributo, à Rupella urbe 6. leuc. in Bor. à Pictavis 24. in Notolibycum, à Maleaca 6.

Ptol. Lucopibia, postea Candida Casa, & Ninianopolis, *Whittern* vel *Whit-hern*, urbs Albionis in Scotia, & Gallovidia reg. episc. sub archiep. Glasquens. inde supra 30. mill. in occ. Sunt qui *Carlile* indigitent; sed hæc potius est Luguvallum, in regno Angliæ.

Ptol. Lucotetia. Vide Lutetia.

Fest. Pomp. Lucretilis, mons in Sabinis (licet Acron Horatii interpres illum Gabiis in Latio proximum faciat) valli per quam Farfarus fluv. decurrit imminens. De quo Hor. lib. 1. carm. od. 17.

' *Velox amœnum sæpe Lucretilem*

' *Mutat Lycæo Faunus*———

Lucrinum opp. fuit Apuliæ Dauniæ teste Pomponio Mela.

Strab. Plin. Mel. & al. Lucrinus lacus, *Mar morto* testibus Erythræo, Georg. Fabricio, cum al. lacus, seu sinus Campaniæ, inter Puteolos & Baias, ac inter Avernum lacum & mare Tyrrhenum, maxime piscosus. Bened. Falcon. *Lago di Licola* interpretatur, quod minus probatur. Virg. lib. 2. georg.

" *An memorem portus, Lucrinoq; addita claustra?*

Appellatur & sinus Lucrinus à Strab. & Symmacho, idem cum Baiano.

Marcell. Lucullanum, olim Megaris, arx in mari apud Neapolim urb. Campaniæ, in insula parva, quæ *Castel dell' Ovo* nominatur, ante portum Neapolitanum.

Tac. Plut. Luculli horti *Cento Camerelle*, locus Campaniæ inter Baias & Misenum teste Loffredo, ubi plura antiquitatis vestigia.

Plutarch. Luculli villa, *Bagni d' Agnano* teste Blondo, apud Puteolos in Campania, quæ etiam Villa Lucullana Sueton. dicitur.

Lucus Augusti, geminus: *unus in Hisp. Tarracon. *Lugo*, urbs episc. in Gallæcia sub archiep. Compostellano, unde 18. leuc. abest, Mindonem versus 9. ab Auria 14. in Bor. ab Alphonso rege victis Mauris an. sal. 753. recuperata, una cum Tyde, Asturica, Portucalensi, Bracara, Pace Julia, Miranda, Segobia, Abula, Segobrica, Septimancis, & Dominis, episcopis suis urbibus restitutis. Alter, qui Lucus Vocontiorum Tac. dicitur, in Gall. Narbon. in Delphinatu, *le Luc*, à Dia urbe 12. mill. Vapingum versus. [* Λῦκος Αὐτόστα in manuscr. Seld.] Plin. Ptol. Anton.

Tac. Lucus Baduhennæ. Vide Baduhennæ.

Liv. Lucus Feroniæ col. & opp. fuit Hetruriæ Capenatibus proximum. Alter apud Ptol. opp. Hetruriæ apud oram littoralem, inter Lucam & Lunam, *Pietra santa* teste Leandro. Nonnullis *Bientina* pag. putatur, inter Florentiam & Lucam, apud lacum.

Lucus Sacer, *Selva de Hami* teste Mazzella, locus Campaniæ Tripergolæ proximus, à Cumis 3. mill. pass.

Bibl. Lud *Segura*, opp. Palæstinæ, nunc pag. teste Tudelense.

Strab. Ludias, Lydius Ptol. fluv. Maced. juxta Pellam decurrens. Vide Lydius.

Ptol. Luentinum *Powesland* (non *Prowesland*, ut in Thes. ling. Lat.) opp. Albionis in Wallia teste Villanov. Mariduno finitimum, sinu maris intercedente. [Camdeno videtur vel locus excisus in comitatu Brechiniæ ad *Leveney* fluv. vel *Newcastle* prius *Elmelin*, pag. Carmardeniæ comit. apud Tivium fluv. *Powesland* vero, vel *Powsland*, Camdeno & aliis media pars Walliæ dicitur. Vide Povisia.]

Strab. Plin. Anton. Ptol. Lugdunum, urbs Gall. triplex. Una Gall. Celt. quæ ab illa Lugdunens. nominatur, *Lyon*, urbs archiep. & emporium clarissimum, ad Araris & Rhodani flumin. confluentiam, à Planco sub Augusto conditum, licet Galli illud ann. post diluvium 680. ædificatum prædicent, à Lutetia Parisiorum 90. leuc. in Eurum distans, Lugdunum Celtarum ad aliarum urbium hujus nominis differentiam dictum. Hinc Lugdunensis nom. gent. Juvenal. sat. 1.

" *Aut Lugdunensem rhetor dicturus ad aram.*

Lugdunum Aquit. Strab. urbs Cuquenorum ad mont. Pyrenæi radices, *Oleron*. Vide Elorona. Aliis Lugdunum Convenarum urbs ejusdem Aquit. excisa; ex cujus ruinis urb. *S. Bertrand* excita traditur, episc. sub archiep. Auscensi, à Tolosa 10. leuc. in merid. Vide Convenæ.

Lugdunum Batavorum Ant. Lugodinum Ptol. *Leyden*, urbs Belgii in Hollandia, à Trajecto 8. leuc. in occ. quot à Dordraco in Bor. Harlemum versus. Alii Lugodunum legunt, & *Worckum* interpretantur; alii *Sevenberg*; alii demum *S. Geertruydenberg*: sed prior sententia plerisque probatur.

Strab. Lugeum, sive Lugea palus, *Zirknitzersee*, palus Iapodum in Liburnorum conf. apud Arsiæ ortum, aliis *Zirichnitz*; cujus natura mirabilis, cum singulis annis frumentum, piscationem, & venationem præbeat, aquis accedentibus & recedentibus, teste Laz.

Ptol. Lugi vel Logi, pop. Boreales Scotiæ, proximi Carinis, quorum reg. nunc *Cathanesia* Borealior & orientalior, in qua urbes, Virvedrum, nunc *Dunsby*, & Berubium, vulgo * *Bernswale*. Dornum vero sedes episc. Cathanesiæ. Horum reg. etiam Lugia, vulgo *Sutherland*, dicitur, Loquabriæ etiam contermina: ejus opp. sunt Dunrobinum, & Dornum episc. ut dictum est Cathanens. sedes. Aliis Lugia *Rossia* putatur: ubi Canonria urbs episc. vulgo *Chanonry*. [* Camdeno *Urdehead* promont. (sicut & Virvedrum) juxta *Bernswale* viculum.]

Lugi-

Ptol. Lugidunum, urbs Germ. inter præcipuas Slesiæ, *Glogaw*, ab Uratislavia 12. leuc. Crosnam versus. [*Seld. manusc. Αντίδωτον.]

Anton. Lugudone, sive Liguidone, ut alii legunt, *Lico* ut videtur, portus Sardiniæ à Tibulis 50. mill. pass. in ora contra Corsicam.

Anton. Luguvallum, Luguballia Bedæ, *Caerlile* vel *Carlile*, urbs Albionis in regno Anglico juxta Scotiæ limites, episc. sub archiep. Eboracensi, unde 50. mill. in Circium, à Dunelmo 40. in occ. Carleolum Lat. rec. teste Lhuydo.

Anton. Lumone *Limon*, opp. Liguriæ apud Alpes maritimas, inter Tendam opp. 9. & Cuneum urbem Pedemontani principatus in Bor. 10. mill. pass.

Strab. Plin. Liv. Luna *Luni*, urbs Hetruriæ in Liguriæ conf. ad ostia Macræ fluv. excisa: cui Sarzana (quæ nova Luna dici potest) ad 3. mill. pass. in episcopali dignitate successit, inter Lucam 30. & Genuam 65. mill. pass. antiquissima, una ex 12. primis Tuscorum coloniis. Luc. lib. 2.

" *Alnos, vicinæ procurrit in æquora Lunæ.*

In Thes. ling. Lat. *Sarzana* indigitatur.

Luna altera vel Lunna Ant. in Gall. seu Clunia, ut alii legunt, & melius, *Cluny*, (Vide Cluniacum) oppid. Gall. Celt. in Burgundia, Matisconi finitimum.

Ptol. Lunæ mons, geminus: unus in Lusit. prom. *Punta de Luna* Villanov. apud ostia Tagi fluv. qui & *Cabo*, vel *Monte de Sintra* dicitur, à Sintria opp. vicino; quod prom. magnum à Plin. appellatur, & Olissipponense, teste Resend. Alter in Æthiopia ultra æquatorem; ex quo teste Ptol. Nilus fluv. Ægypti ortum habet: *Bed* incolis teste Marmolio.

Strab. Lunæ portus *Golfo della Spezzia*, portus maximus, seu verius sinus Liguriæ, inter Portum Veneris & Portum Ericis, ambitu 20. mill. pass. patens, sic à Spetia opp. amplo in intimo recessu denominatus.

Scrip. Germ. Lunæburgum, & Lunæburga poetis Germ. urbs clara Saxoniæ ad Albim fluv. ducatus titulo insignis, ædificiorum superbia, & opum copia illustris, *Luneburg*, à luna ibi culta nominata, inter Brunopolim 13. & Lubecum 10. leuc. occurrens, ab Hamburgo 7. Quæ & Luna, ut lib. 4. Itin.

" *——nec tua, Wismare, tecta,*
" *Lubeciique arces, nec celsæ mœnia Lunæ,*
" *Hammonisque domos, non propugnacula Bremæ.*

Ptol. Lunarium promont. *Capo de Figel*, vel *Palafigel* H. Coquo, sed Clus. est *Cabo de Vallis*, prom. Hisp. citer. in ora Catalauniæ apud Barcinonem urb.

Sax. Gra. Lundis *Londen* vel *Lunden*, urbs Scaniæ archiep. olim clara metrop. regni Danici, nunc obscurior, à Coronia & Malmogia 3. leuc. sub ea sex urbes episc.

Chron. Ravenn. Lungipressum *Rusio*, oppidulum Gall. Togatæ in Æmilia, seu Romandiola, inter Ravennam & Faventiam urbes 10. mill. pass. teste Hieron. Rubeo.

Halycarn. Lupercal, locus urbis Romæ apud Tiberim sub mont. Aventino, deo Pani sacer, cujus sacra Lupercalia, & sacerdotes Luperci dicebantur; vel à lupa, quæ Romulo Remoque lac præbuit; vel à lupis, quos Pan deus Arcadiæ ab ovibus arcere dicebatur. Virgil. lib. 8. Æn.

" *Rettulit, & gelida monstrat sub rupe Lupercal.*

Ptol. Lupfurdum *Leypsick*, Lipsia Lat. recent. urbs Germ. præclara academia & emporio, in Misnia reg. inter Hallam Saxoniæ, & Dresdam urbem Misniæ in Eurum 5. leuc. Sed Appiano & Pirchaymero videtur esse *Meissen*, hoc est Misna, urbs episc. sub archiep. Magdeburgensi, ad Albim fluv. inter Dresdam ad merid. & Torgam ad Bor. 6. leuc. à qua reg. nomen est. Apud poetas Germ. Phylira etiam nominatur, & Lipsia lib. 4. Itin.

" *Dives opum fera me Lipsia nocte recepit,*
' *Lubricus humectat cujus Elister agros.*

Lupiæ, Lupia Plin. Lipia Ant. Lusspiæ Ptol. colon. opp. & port. Salentinorum in ora Calabriæ Boreali, Aletinorum navale, nunc pag. *la Rocca* dictus, teste Galateo, inter Brundisium, & Hydruntum, unde 14. mill. pass. in occ. ab Aletio 10. in Bor. Aliis videtur esse pag. ejusd. oræ *S. Cataldo*, ab Aletio etiam 10. mill. Brundisium versus. Sed ego Galateo tanquam indigenæ subscribendum censeo. Unde male in Thes. ling. Lat. *Fez* indigitatur. Strab. Mel.

Lupias, Lupia Melæ, Luppia Tac. *Lyppe* seu *Lippe* teste Junio, fluv. Germaniæ (cum opp. cognomine) per Westphaliam in Rhenum apud Wesaliam urbem fluens: opp. vero comitat. non obscuri caput, inter Susatum 2. & Padebornam 4. mill. situm est. Irenicus *Lhon*, fluv. Hassiæ in Rhenum inter Bodobrigam & Confluentes desinentem, quod minus probatur, indigitat. Strab.

Lupondum, *Lupff* teste Laz. oppid. seu potius arx German. in Suevia, non procul à fontibus Danubii, à Friburgo urbe Brisgoiæ 3. leuc. in ort. in sylva nigra; quod & Lupodunum legitur. De quo Auson. in Mosell. Auson.

" *Hostibus exactis Nicrum super, & Lupodunum.*

Luppia, urbs Germ. quæ *Lyppe* dicitur. Vide Lupias. Situs apud Ptol. repugnat; ideo aliis potius *Leypsick*, quæ nunc Lipsia Lat. dicitur, esse videtur. Vide supra Lupfurdum. Ptol.

Lurinum *Luri*, opp. Corsicæ mediterr. nunc pag. ingens apud opp. S. Florentii, Centurinum versus 10. à Bastia 20. mill. pass. à Mariana duplo distans intervallo, apud Opinum 3. Ptol.

Lusitania, reg. Hispaniæ una ex tribus, in occ. & Austrum vergens, Durio fluv. à Tarraconens. ad Boream, montibus vero ad ort. separata; à Bætica Ana fluv. Quæ plerisque *Portugallo* dicitur; sed non ex æquo sibi respondent: nam sub Portugallia pars Tarracon. inter Durium & Minium (in qua Bracari) continetur; in Lusitania vero Extremadura reg. cum parte Castellæ vet. extra Portugalliam. Pop. Lusitani, à Luso Bacchi filio, seu, ut alii scribunt, comite; Lysitani sicuti, & regio Lysitania, Strab. Polyb. Dion. & al. à Lysa Lusi socio: unde & Lysiades dicuntur. De his Sil. lib. 3. Strab. & al. omnibus.

" *Hos Viriathus agit, Lusitanumq; remotis*
' *Extractum lustris——*

Lusitania regem proprium habuit, qui Mauris expulsis eam recuperavit, usque ad Henricum postremum, qui Cardinalis fuit; quo defuncto sine prole, Philippus 2. Hisp. rex in regno Portugalliæ successit: sicque tota Hispania ad monarchiam, quam sub Gotthis habuerat, rediit.

Lusspiæ. Vide Lupiæ. Ptol.

Lussonium, *Pax* teste Simlero, opp. Pannoniæ infer. ad Danubium in Hungaria, fere ex adverso Colociæ urb. à Buda 10. leuc. in Eurum, à Quinque Ecclesiis 5. in ort. & Cæc. Altinio finitimum, 3. seu 2. recedens. Est & opp. Valeriæ Ripensis in lib. Not. Vide Intercisa. Anton. Ptol.

Lutetia, Castellum Parisiorum Amm. Parisium Zosimo, Lucotetia Ptol. *Paris*, Italis *Parigi*, urbs Gall. Celt. in Belgicæ conf. ad Sequanam & Matronam fluv. interluentes, episc. sub archiep. Senonens. inde 24. leuc. distans, regia amplissima, in tres urbes divisa, & academia, ex primis totius Europæ, omniumque Europæarum urbium uno Byzantio excepto maxima. Pop. Parisii, quo nomine urbs etiam significatur. De Lutetia sic in lib. 4. Itin. Cæs.

" *Sequanis adductis salvere Lutetia musis,*
" *Nos jubet: O iterum populosa Lutetia salve.*

Et Jul. Scalig. sic de eadem.

" *Certe hæc Lutetia est, sic ubi vina rubent.*

Lutæva, seu Lutava (utroque enim modo legitur) Lo- Lib. Pr. Plin.

Lodesve, urbs Gall. Narbonens. in Occitania reg. inter Uticam & Biteras 8. leuc. à Nemauso 12. in occ. episc. sub archiep. Narbonens. (Pop. Lutevani Plin. & Foroneronienses) à Joanne 22. Pont. max. episcopali sede exornata, Narbonique subjecta, unde 12. leuc. abest.

Ptol. * Luti, pop. Germ. qui *Slesier* Pyramio, hoc est Slesii dicuntur, & aliis Teschinenses, in Slesiæ, Moraviæ, Poloniæque conf. inter Olomucium urb. Moraviæ 12. & Cracoviam regiam Poloniæ 14. leuc. à Ratiboria Slesiæ 7. in merid. [* man. Seld. Λυτιοι.]

App. Lutia, opp. olim Hisp. Tarracon. in finibus Arevacorum opulentum, à Numantia 300. stad. teste App. Alex.

Scrip. Germ. Lutis *Leyta*, fluv. Pannoniæ super. in Austria per agrum Viennensem fluens, super quo oppid. Lutipons *Pruck an der Leyte*.

Plin. Luxia, fluv. Hisp. Bæticæ inter Bætim & Anam fluens.

Aimoin. Luxovium *Lusseul* vel *Luxeul*, opp. Gall. Belg. in Sequanorum finibus, seu in Burgundiæ comitat. apud mont. Vogesi radices, cum cœnobio Benedictinorum præclaro, apud Fontenacum opp. in Lotharingiæ conf. 2. leuc. à Vesulio urbe 6. in ort. à Vesuntione 12.

Bibl. Luza, urbs Palæstinæ, postea *Bethel*, hoc est domus Dei, in tribu Benjamin.

Anton. Lybia, opp. Hisp. Tarracon. inter Calagurim & Segisamunclum occurrens, à Virovesca 20. mill. pass. Calagurim versus. Scribitur & Libya.

Anton. Lybum, opp. Cœlesyriæ inter Laodiceam & Heliopolim 32. mill. pass. Damascum versus, quæ ab Heliopoli 56. abest.

Plin. Sol. & al. Lycabetus, mons Atticæ altissimus, & Athenis proximus, Hymettoque finitimus, * Lycabesus Strab. olivifer. Ejus mem. Stat. lib. 12. Theb.

" *Vitibus, & pingui melior Lycabetus oliva.*

[* In al. edition. Λυκάμϐητος.]

Lycæum gymnasium erat Athenis celebre, uti Suid. author est.

Pauf. Vib. Seq. Lycæus, mons Arcadiæ in Peloponneso excelsus, qui & Olympus dicitur, Pani deo pastorum sacer. Hinc Lycæus etiam nom. gent. Ovid. lib. 1. metam.

" *Consitaque arboribus * Lycæa reliquerat arva.*

[* Aliæ editiones legunt *Dircæa*, aliæ autem *Lyrcæa*.] Hinc Lycæa festa, quæ ibi celebrabantur, teste Strab. & Paus.

Strab. Plin. & al. Lycaonia *Cogni*, regio Asiæ, Cappadociæ pars in Austrum Ciliciam versus, ab ea Tauro mont. divisa, inter Isauriam ad occ. & Armeniam minorem ad ort. cujus metrop. est Iconium, à qua hodie reg. nominatur. Pop. Lycaones, apud quos onagrorum copia est, sicuti & apud Phryges. Hinc Lycaonius nom. gent. Catull. carm. 67.

" *Virginis & sævi contingens namque leonis*
' *Lumina, Callisto juncta Lycaoniæ.*

[* Alii legunt *Lycaonidæ*, ut sit patronym. Callistus filiæ Lycaonis.] Est & Lycaonia insula Tiberis in urbe Roma, vulgo *Isola di S. Bartholameo*, ob sacram illius ædem.

Plin. Mel. Plutarch. Lycastium, *Docastelli* teste Nigro, opp. Cappadociæ apud Halym fluv. teste Mela, in Paphlagoniæ conf. Lycastia Apollonio.

Hom. Strab. Plin. Lycastus opp. fuit Cretæ, quod interiisse scribit Strabo, apud Dictæum mont. à Lycaste nympha; de qua Claud. de laud. Stilic. lib. 3.

" *Tenditur ad Syrtes: mecum Dictæa Lycaste.*

Val. Flacc. Lyces, Lycus Ptol. & Herod. fluv. Scythiæ Europææ, à Val. Flacco cum Tanai & Hypani memoratus. Vide ibi.

Liv. Diod. Ptol. Lychnidus, Lychnidion Polyb. lacus & urbs archiepisc. Macedoniæ, quæ & Justiniana prima, postea Achridus, *l' Ochrida*, & Turcis *Giustandil*, inter Dyrrachium ad occ. 70. & Thessalonicam in ort. supra 130. mill. pass. Lacus vero, qui & Lychnitus Herod. & Steph. dicitur, *Lago de l' Ochrida*.

Lychnitis palus, *Exsechia* ex tab. geogr. recent. lacus & reg. teste Steph. Armeniæ majoris. Ptol.

Lycia, *Aidinelli* vel *Aldinelli* Cast. & al. & *Bricquia* Giravæ, reg. Asiæ in ora Australi, inter Cariam ad occ. & Pamphyliam ad ortum, à Lyco rege Pandionis filio dicta teste Isidor. Est & reg. parva Troadis juxta Idam mont. ubi Apollo natus traditur teste Strab. ex Hom. Pop. Lycii Cic. Urbes Lyciæ olim claræ Patara, Myra, Limyra, & Andriaca. Ovid. lib. 9. metamorph. Cic. Strab. Plin. & al.

" *Caras, & armiferos Lelegas, Lyciamque peterrat.*

Lycias, Licus Ven. Fortun. Lechus Eginartho, *Lech* seu *Leck*, fluv. Vindeliciæ in Danubium per Augustam delatus apud Werdam opp. Vide Licus. Ptol.

Lycimna arx erat Peloponnesi à Nauplia olim 12. stad. tantum distans. Strab.

Lycomedis, *Linxano* teste Pineto, lacus Africæ in Marmaricæ finibus ad Austrum: qui aliis *Serta* nominatur, nomen etiam reg. tribuens. Plin. Ptol.

Lycon, *Lobon* teste Jac. Delgado, opp. Lusitan. non obscurum in Extremadura, ab Emerita 4. leuc. distans in Austr. Liv.

Lycone, mons Peloponnesi in Argia reg. cupressis abundans. Pauf.

Lycopolis, i. e. Urbs luporum, urbs & nomus Ægypti ad Nilum fluv. inter Antinoen, & Crocodilorum urb. nunc *Munia*, urbs clara & pulchra teste Mol. Hanc Diod. Sicul. lib. 2. ab Ægyptiis in honorem luporum, quos illi, ut & alias bestias, coluere, ædificatam scribit; quod lupi acie instructa adversus Æthiopes, qui fines Ægypti invaserant, illos repulissent. Strab. Pli. Ptol.

Lycormas, qui & Euenus, *Phidari* teste Nigro, fluv. Ætoliæ, Calydonius ab Ovid. quod Calydonem urbem alluit, cognominatus. Lib. 2. metam. Strab. Plut.

" *Arsurusque iterum Xanthus, flavusque Lycormas.*

Lycos, fluv. Palæstinæ: & fons Indiæ, cujus aqua lucernæ ardent teste Plin. & Sol. Stra. Pli. Mel.

Lycosura opp. erat Arcadiæ in monte Lycæo antiquissimum. Pauf. Steph.

Lyctus, qui & Lyttus à poeta teste Strab. *Paleocastro* teste Nig. urbs Cretæ quondam clara, nunc pag. à Gnosso in Austrum 15. mill. pass. ab ora Boreali 10. in qua Cherronesus erat, Lyctiorum emporium. Hinc Lyctius, a, um, ut apud Virg. lib. 3. Æn. Strab. Polyb.

" *Et Salentinos obsedit milite campos*
' *Lyctius Idomeneus.* ———

Lycus, *Platani* teste Faz. cum al. vel *Platina*, fluv. Siciliæ per oram Australem inter Heracleam & Thermas fluens, mari apud Heracleam exceptus, è regione Himeræ oriens, ex magnis Siciliæ. Plut. Diod.

Lycus, fluv. Paphlagoniæ in Pontum Euxinum apud Heracleam Ponti per Mariandynos fluens. De quo Ovid. lib. 4. de Ponto el. 10. Xenoph. Plin. & al.

" *Huc Lycus, huc Sagaris, Peniusq; Hipanisq; Oratesq;.*

Sed hi fluv. omnes in Sarmatia Europ. sunt.

Lycus item Strab. Plin. Q. Curt. Plutarch. & al. fluv. Phrygiæ magnæ Celænas urbem interluens, Laodiceamque urbem Lydiæ attingens, nec longe Mæandro congrediens, *Licho*, qui Marsyas Liv. dicitur. Hic subtus terram conditus, post aliquot mill. pass. emergit teste Plin. Lycus quoque fluv. Cappad. Neocæsaream urb. præterfluens, ac in Irim apud oram maris Euxini influens.

Lycus demum fluv. Scythiæ Europææ in paludem Mæoticam influens inter Cnemam & Hygrim urbes, qui Lyces à Flacco appellatur, Sagari vicinus. Est & Lycus apud Strab. fluv. Armeniæ majoris non longe ab Araxe oriens; qui in occas. fluens & Bor. in Phasim delabitur teste Apollonio, licet Strabo illum in Pontum Euxinum fluere scribat. Herod. Ptol. Ovid.

Ptol. Lydda *Rama*, & *S. Giorgio*, urbs Palæstinæ apud oram Judææ occiduam, Joppæ proxima, inde 10. mill. pass. Hierosolymam versus 30. distans, inter Nicopolim, & Antipatridam 10. olim Diospolis, urbs episc. sub archiep. Cæsariensi.

Strab. Lydi, pop. Thusciæ à Lydis Asiæ profecti: quorum opp. fuere Agylla & Cære.

Strab. & al. omnibus. Lydia, reg. Asiæ inter Ioniam ad occ. & Phrygiam magnam ad ort. comprehensa, quæ & Mæonia teste Plin. *Carasia*, & *Carasicli* Turcis teste Leuncl. cujus regia Sardes fuere. Pop. Lydi, & Lydius nom. gent. Ovid. lib. 6. metam.

" *Lydia tota fremit: Phrygiæque per oppida facti.*

Claud. in Eutrop. lib. 2.

" *Finibus obliquis Lydi, Pisidæque feroces.*

Virg. lib. 2. Æn.

" *Ad terram Hesperiam venies, ubi Lydius arva*
" *Inter opima virum, leni fluit agmine Tybris.*

Lydi mali & improbi fuisse apud Athen. Diogen. referente feruntur, post quos Ægypti, ac demum pessimi omnium Cares. Hi capita flammeis muliebribus ornare solebant: unde in effœminatos ortum est proverbium, *Lydio more*, apud Suid. *Lydius lapis* (qui & *Heracleus*, sic ab Heraclea urbe Lydiæ) in proverbio est apud Theophr. lib. de nat. lapid. de homine acri ingenio prædito: nam hic lapis aurum & argentum arguit, quale sit. Lydorum currus in certaminibus erant adeo veloces, ut proverbio sit *Currus Lydius*; & apud Plut. *Juxta Lydum currum curris* dicitur de eo, qui longe cæteris in aliqua re inferior est: sicuti apud Greg. Nazianz. *Pedes à curru Lydio abest*. Lydos quoque equitatu cæteris præfert Herodot. lib. 1. quos non aliter quam ex equo pugnare scribit. Hi cibis opiparis & cupediis operam dabant, ut *Caryca Lydorum* in adagium abierit apud Athen. lib. 12. Caryca enim gen. cibi erat apud illos ex variis lautitiis sanguineque confectum. De quibus etiam in voluptuosos, *Lydus cauponatur* apud Herod. legitur, in eodem sensu, quo *More Lydio* dictum est. Tantæ quoque libidinis notabantur Lydi, ut *Lydus in meridie* proverbialiter diceretur de homine insatiatæ libidinis. Hi enim non solum noctu, sed etiam in meridie, tempore videlicet intempestivo, venereæ rei operam dabant.

Herod. Ptol. Lydius, *Castoro* ex tab. recent. fluv. Macedon. agrum Macedon. à Bottiæico disterminans ac in Haliacmonem teste Herod. influens: sed teste Ptol. in sinum Thermaicum, inter Haliacmonem & Axium, labitur, inter Thessalonicam & Pydnam.

Tac. Lygii, pop. Germaniæ. Vide Ligii.

Pauf. Lymax, fluv. Arcadiæ Phygaliam opp. alluens, & in Nedam fluv. influens.

Marcell. Comiti. Lyminis, opp. Cappadociæ exsilio & morte Basilisci, imp. eo jussu Zenonis imp. deportati, memorabilis.

Pomp. Mel. Lymira, urbs Lyciæ ad Lymirum fluv. apud oram littor. quæ Ptol. Limyra. Vide ibi.

Plin. Ptol. Lyncestæ, pop. & Lyncestis, reg. Macedoniæ mediterr. per quam Lyncestis seu Lyncestius fluv. decurrit, ac in Erigonem teste Plin. excipitur; *Linceo*, & *Lincen* nunc dici fertur. Ovid. lib. 15. metam.

" *Hinc fluit effectu dispar Lyncestius amnis.*

Liv. Lyncos, mons Epiri in Thessaliæ conf. Pindi pars.

Strab. Lyndus urbs fuit Rhodi inf. clara in ora Australi Alexandriam versus, adhuc *Lindo*. Vide Lindus.

Lypsia *Leypsick*, urbs emp. & acad. Misniæ, quæ poetis Phylira. Vide Lupfurdum.

Plin. Strab. Lyrcæus, Lycæus Virg. mons Arcadiæ, ubi Lyrcæa urbs erat teste Pauf. quem alii cum Callimacho in Argia locant, ex eoque Inachum effluere aiunt, ex fonte Lyrcæo teste Strab. Ovid. lib. 1. metam.

" *Consitaque arboribus Lyrcæa reliquerat arva.*

Scribitur & Lircæus.

Lyris, fluv. Campaniæ. Vide Liris. Luc. lib. 2.

" *Sarnus, & umbrosæ Lyris per regna Maricæ.*

Lyrnessus opp. fuit Troadis, licet Philostratus Æolicum faciat, ab Adramyttio 80. stad. distans, Thebis propius, inde 20. Est & Lyrnesus op. Ciliciæ teste Strab. & Q. Curtio. Hinc Lyrnessius nom. gent. Ovid. in ep. 3. Strab.

" *Diruta Marte tuo Lyrnessia mœnia vidi.*

Lyrnessus quoque ins. parva Troadis Sigæo prom. teste Plin. objecta. Virg. lib. 12. Æn. Plin.

" *Lyrnessi domus alta, solo Laurente sepulcrum.*

Lysias, *Crepa* teste Nigro, opp. Peloponnesi, Arcadiæ, inter Psophim & Mantineam. Al. *Londan* oppid. vicinum. Xenoph. Ptol.

Lysias quoque urbs Asiæ in Phrygia magna episc. sub archiep. Synnadensi, inde in occ. supra 25. mill. pass. distans, Connæ, Eucarpiæ, Cercopiæque finitima. Fuit & urbs Syriæ ejusdem nominis. Strab. Plin. Ptol.

Lysimachia, quæ & Hexamilium, *Hexamili* Soph. urbs Cherronesi Thraciæ ad isthmum in ora Hellesponti, contra Cardiam urbem excisam, cui Lysimachia teste Pauf. suffecta est, episc. sub archiep. Heracliensi, à Longis muris, seu Macrontico, 5. mill. pass. in Austrum Callipolim versus. Fuit etiam urbs Ætoliæ teste Strab. A Lysimacho conditore nomen habet autore Pausania. Herod. Ptol.

Lysimelia palus, *Pantanella* teste Aretio cum Faz. palus Siciliæ in agro Syracusano, haud longe ab urbe distans. Scribitur etiam Lysimelia unico *l*. Thucyd. Theocr.

* Lystra, urbs Isauriæ in Lycaoniæ conf. Derbæ proxima, prorsus eversa, (teste And. Thev. monstratur locus nomen retinens antiq.) episc. olim sub Iconiens. archiep. inde in occ. ad 40. mill. pass. distans. [*In Græc. cod. Λύσεα, in Seld. manusc. Λύστρα.] Plin. Ptol.

Lytarmis prom. *Wardhuss* teste Ortel. prom. Scandinaviæ in ora extrema Norvegiæ ad Aquilonem, ubi arx Wardhusia, à Bergis urbe regia 144. leuc. in Bor. Norvegicis, Germanicis vero supra 200. Plin.

M.

Macæ *Regno d' Ormus*, pop. Arabiæ fel. circa fauces sin. Persici incolentes, quorum reg. Maceta Arriano dicitur, nunc Armuziæ regnum. Hæc reg. nardum & myrrham fert. Strab. Ptol.

Macæ item, & Maces, Macæi Ptol. cognom. Syrtitæ, pop. Cyrenaicæ circa Syrtim majorem siti; seu juxta Cinyphum fluv. in Africa, teste Sil. lib. 3. Plin. Diod. Herod.

" *Cinyphii didicere Macæ, squallentia barba*
" *Ora viris*

Macalla. Vide Macella. Lycophr.

Macara, (Vide Machara) oppid. Siciliæ, *Cittadella* hodie. Heraclid.

Macaria (non Machara, ut in Thes. ling. Lat.) *Jalines* teste Nig. al. *Macaria*, opp. Cypri in ora Boreali apud ort. pag. nunc, inter Carpasium & Ceraunìam 8. & 9. mill. pass. dissidens. Immo tota ins. sic dicta. Ptol.

Macaria item palus est Atticæ apud Marathonem opp. in qua maxima Persarum pars, Græcis navali & terrestri pugna superioribus, infeliciter submersa est, ut ea propterea adagio locum fecerit; nam quoties alicui malum imprecamur, *In Macariam abi*, ac si diceremus *Abi in malam rem*, dicimus, ut Pauf. & Suid. cum aliis testantur. Steph.

Macaronnesos, arx Thebarum in Bœotia. Herod.

Mace, *Matnicz* teste Laz. opp. Norici in Austriæ Carinthiæque conf. nunc pag. qui Gabrumagum Antputatur, inter Candollicam urbem Carinthiæ, & Laureacum urbem Austriæ in Bor. occurrens, quasi 20. leuc. Steph.

Macedo, & Macedones, pop. Macedoniæ, à Macedone Deucalionis filio dicti. Ovid. in Ibin. Stra. Pli. & al.

" *Ut Macedo rapidus icta est cum conjuge flammis.*

Macedonia, reg. Europæ ampla, inter Ionium ad occ. & Ægæum mare ad ort. perstricta, Epiro, Achaiæ, Thes- Cæs. Pli. Str. & al.

Thessaliæque ad merid. confinis, ad Bor. vero Mysiæ super. Scardo Orbeloq; montibus interfitis, cum Thraciæ particula. Ea etiam vulgo apud literatos *Macedonia* dicitur. Pars occidua *Albania*; pars ad ortum *Jamboli*; Australis vero *Comenolitari* apud Castal. Olim Pæonia, Mygdonia, & Æmonia teste Liv. Emathia teste Plin. Edonia & Pieria teste Solin. Macetia teste Steph. & Hesych. Quæ nomina, ultimo excepto, nunc partes illius significant. Urbes illius quondam claræ, Dyrrachium, Thessalonica, Amphipolis, Heraclea, Philippi, Ædessa, Pella, Berrœa, Cassandrea. Pop. Macedones. Hinc Macedonicus nomen gent. ut Macedonicum mare Liv. quod oram circa Canastræum prom. alluit. Macedonicus sin. Plin. idem cum Thermaico, & Oros. idem cum Pelasgico. De ea Arat. lib. 2.

" *Vescitur esuriens Macedonia, perque soporis.*

Urbes Macedoniæ hujus temporis.

* Achrida	* Eribœa
Ædessa	Gazorus
Albanopolis	Heraclea, episc. gem. una Sintica
Alectryopolis, episc. sub Philippis	Herissus
Amphipolis	Hormia
Apollonia	* Justiniana prima
Apollonia altera. Vide Serræ	Lece
* Aulon	Lissus
* Berrœa	* Lychnidus
Candavia	Myeza
Casandrea	Neapolis
Castoria, epis. sub archiep. Achridensi	Oesyma
Christopolis, ante Neapolis, nunc metrop.	Pella
Citrum	Philippi
Daulia	Rentena
Deborus	Scampes
Derre	Scotusa, sic hodie, episcop.
* Dyrrachium	* Scupi
Elyma	Serræ
	* Thessalonica
	Zachniæ

Plin. Macedonum portus, locus in ora Carmaniæ ad fretum sin. Persici, ubi Armuzum prom.

Polyb. Steph. Macella, Macalla Lycophr. *Strongoli* teste Barr. urbs Magnæ Græciæ episc. sub archiep. Sibereno, in ora Calabriæ ulter. inter Crotonem ad merid. 8. & Chrimissam ad Bor. 16. mill. pass. Hinc Macellæus nom. gent.

Prov. Rom. Macerata, urbs Piceni recens, non obscura, episc. & acad. post Ricinæ urbis excidium una cum Recineto exstructa, media inter Lauretum & Tollentinum, 10. mill. pass. utrinque distans. De ea quidam poeta lib. 3. Itin.

" *Ardua quæ saxo colitur Macerata vetusto.*

Strab. Plin. Macestus, *Megisto* teste Ortel. fluv. Mysiæ in Asia in Rhyndacum influens.

Polyb. Machæra, fluv. Africæ apud Carthaginem fluens.

Plin. Steph. Joseph. Machærus, opp. seu castellum Judææ apud Jordanem fluv. & Asphaltitem lacum in Arabiæ petrææ conf. dirutum, ab Hierosolymis ad 40. mill. pass. in ort.

Cic. Machara, Macara Heraclidi, *Macari* vel *Machari* & *Cittadella* teste Fazello, urbs Siciliæ excisa in ora, inter Syracusas 32. & Pachynum prom. 8. mill. pass.

G.Turon. Machela *Mechelen*, pag. in Belgio circa Trajectum ad Mosam, vix milliario distans.

Scrip. Belg. Machlinia, quæ & Malina, *Machelen* vel *Meckelen* Belgis & Germ. *Malines* Hispanis, Gallis & Italis, urbs Belgii præclara, metrop. Brabantiæ, media inter Antuerpiam, Lovanium, & Bruxellas, 4. leuc. trigonum æquilaterum cum Bruxellis & Lovanio faciens, urbs archiep. à Paulo 3. Pont. max. Philippo 2. Hisp. rege & Belgii domino curante, effecta. De qua lib. 4. Itin. Germ. sic.

" *—————primo ergo die Maclinia dives,*
" *Ostenditque locum, reliquis ubi jura Brabantis*
" *Dant proceres————————*

Machlyes, qui & Androgyni teste Plin. quasi utrumque sexum habentes, pop. Africæ circa Syrtim, Lotophagis, & Maxybus ad Tritonem fluv. finitimi, Machyni Ptol. Herod. Plin.

Machmas *Barra*, & *Birra* teste Brochardo, *Birn* al. opp. Palæstinæ, & castrum Templariorum in Judæa, ab Hierosolymis 12. mill. pass. distans in Bor. Garizim mont. versus 15. Bibl.

Macidos, Madytos Xenoph. *Maiton* & *Maitos* teste Leuncl. urbs Cherronesi Thraciæ olim episc. sub Heracleensi archiep. à Callipoli 23. mill. pass. in merid. apud Sestum, à quo 2. mill. distat, nunc metropolis. Sunt qui Macistos legunt; sed hæc opp. fuit Elidis, vel Arcadiæ, in Peloponneso. Mel.

Macistos. Vide Macidos. Strab.

Maclovium, sive Macloviopolis, *S. Malo*, urbs Gall. Celt. in ora Britanniæ Boreali, à Rhedonibus 14. leuc. in Bor. à Briocensi urbe 6. in ort. episc. sub archiep. Turonens. olim Aletha, & Aletum. Vide ibi. Prov. Rom.

Macodama, Macomades Ant. *Macros* teste Mol. urbs Africæ ad Syrtim parvam, inter Theænas & ostia Tritonis. Non *Mahometta*, ut scribit Ort. quæ Hadrumetum putatur. Ptol. Lib. Not.

Macolicum, *Malckin* Mercat. & al. *Malck* vel *Malc*; urbs Hiberniæ ad Syneum fluv. à Lymmerico ad 25. mill. in Bor. versus Alonem, circa Hiberniæ umbilicum. Ptol.

Macomada (Vide Macodama; sic enim in cod. Græco legitur) urbs episc. Africæ olim sub archiep. Carthaginens. nunc pagus apud ostia Tritonis, & Theænas. Ptol.

Macomadæ, Calumacuma Ptol. *Mecellata* Marm. *Mesurata* Molet. opp. Africæ ad initium Syrtis magnæ, & apud Aspidem opp. à Lepti magna 220. mill. pass. in ort. Anton.

Macra, Macralla Ptolemæo, fluvius Italiæ, Liguriæ terminus, illam ab Hetruria distinguens, ad cujus ostia Luna urbs jacet, ex Apenn. mont. seu ex Apuanis montibus oriens, & in mare Ligusticum, seu Tyrrhenum (ibi enim unum desit, & alterum incipit) sese effundens, inter ostia Vari ad occ. 211. & ostia Tiberis in ort. 284. mill. pass. teste Plin. *Magra* vulgo. Ejus mem. Luc. lib. 2. Strab. Plin.

" *Culta Siler, nullasque vado qui Macra moratus.*

Macra item Plin. ins. maris Myrtoi apud Eubœam, à qua avulsa est teste Plin. Atticæ etiam proxima, à Sunio illius prom. 60. stad. distans, circuitu totidem, apud Helenam ins. 2. mill. pass. *Macronisi*. Plin.

Macras, campus Cœlesyriæ, qui *Marzi* hodie teste Nig. nominatur. Strab.

Macria, ins. parva Rhodiorum. Plin.

Macris, *Magri* ex tab. recentior. ins. Cariæ in mari Rhodiensi apud Caunum urbem maritimam. Plin.

Macris etiam ob ejus longitudinem dicta est Eubœa ins. teste Strab. & Plin. sicuti & Chios.

Macrobii, pop. Africæ in Meroe ins. teste Mela, & in Æthiopia ad solis ortum teste Plin. sic ob vitæ longitudinem dicti. Hyperborei etiam pop. Macrobii dicti teste Eustathio ob eandem causam. Sicuti & Æthiopes ad oceanum Atlanticum incolentes à Dionys. Afro nominantur, & ab Orph. in Argon. Plin. Mel. Sol.

" *Venimus ad dites, omnique ex parte beatos*
" *Macrobios————*

Macrocephali, pop. Cappadociæ circa Cerasuntem urb. incolentes; sic à capitis longitudine dicti. Plin. Mel.

Macrones, pop. Cappadociæ extremi circa Absarum opp. & fluv. in Colchidis & Armeniæ majoris conf. Xen. Str. Pli. & al.

conf. incolentes: quos Val. Flacc. lib. 5. Argon. memorat.

" *Mossynici, vos & stabulis Macrones ab altis.*

Plin. Ptol. Macronticbos, hoc est Longus murus, *Macri* ex tab. recent. urbs Thraciæ in ora Propontidis, inter Rhædestum & Pactyam, à Lysimachia 5. mill. pass. in Bor. ab ore Ponti 150. à Dorisco 122. in ort. olim episc. sub archiep. Heracleens. postea metrop. cum Xanthia & Peritheorio urbibus proximis effecta. Suidas eam a Byzantio 60. mill. pass. distare scribit, cum duplo fere intervallo absit.

Plin. Macrynius, mons Ætoliæ maximus apud Chalcidem opp.

Herod. Steph. Mactorium, *Mazarino* teste Aretio, opp. Siciliæ mediterr. apud oram Australem, & Narum urbem: cui Thom. Faz. contradicit, inter Plutiam & Cacyrum illud fuisse asserens.

Strab. Macynia, Macyna Plutarcho, opp. Ætoliæ, quod & Macrynium, ad Macrynium mont. Chalcidi oppid. proximum.

Mareotis, Maria Strab. palus ingens Ægypti apud Alexandriam, circuitu olim 600. mill. pass. & trajectu 30. *Lago di Buchiara* Molet. Cast. & al. Est & Ægypti reg. in qua vinum optimum provenit; ubi & vites Mareotides. Unde Mareoticus, a, um, nom. gent. ut Mareoticæ vites apud Colum. & Mareotides vites apud Virg. lib. 2. georg. Plin. Ptol.

" *Sunt Thasiæ vites, sunt & Mareotides albæ.*

Luc. lib. 10.

" *Calcabatur onyx, hebenus Mareotica vastos*
" *Non operit postes*------

Margiana, *Ieselbas* Castal. & tab. recent. reg. Asiæ inter Hyrcaniam ad occ. & Bactrianam ad ortum, Caspium mare attingens ad Arctos, & Ariam ad merid. cujus urbes olim claræ Alexandria, Nigæa vel Nisæa, & Antiochia, sic à Margo fluv. interluente dicta; 1500. stad. ambitu patens teste Sol. difficilem habet aditum. Plin. Ptol.

Margidunum,* *Margret-o verton* Camd. opp. Albionis in Anglia, inter Lindum & Ratas 25. mill. pass. Londinium versus; al. *Leicester*, & al. *Derby*: sed Camd. magis fidendum. [*Camdenus (in novissima editione, secundum quam per omnia variationes & emendationes fecimus) ubi *Belvoir* vel *Bever castle* castrum comitat. Lincolniens. in confin. Leicestrens. descripsit, hæc verba habet: Si non hoc ipso lo- Anton.

co, certe juxta, Margidunum fuisse, & nomen & distantia satis dilucide docent.]

Lib. Not. Margum, Murgum Eutropio, opp. fuit Mysiæ super. inter Viminacium & Mont. Aureum, ubi Carinus imperator occubuit.

Ptol. Margus, *Morgab* Castal. fluv. Margianæ ingens, ex montibus Ariæ fluens per Margianam, in Ochum fluv. Bactrianæ decurrens, ac cum illo in Caspium mare desinens. Is per Massagetas pop. labitur Margianis finitimos, ex Sariphis montibus descendens.

Strab. Maria, seu Marea, pal. Ægypti. Vide Mareotis.

Strab. Plin. Mariaba, Mariama Ptol. *Marib* ex tab. recent. urbs Arabiæ fel. Sabæorum regia, in regno *Amansirdim* præcipua, & metropolis, haud procul à mari Rubro teste Strab. lib. 16.

Ptol. Plin. Mariana, colon. & urbs Corsicæ in ora ad ortum excisa, inter Bastiam ad occ. 12. & Aleriam ad ort. 38. mill. pass. *Mariana* etiamnum, episc. sub archiep. Genuensi, cujus episc. Bastiæ residet.

Trad. antiqu. Mariana castra *Camairano*, pagus Insubriæ in agro Novariens. à Novaria 5. mill. pass. distans Vercellas versus. Aliis is pagus Arcus Marianus ex loci antiqu. monum. dicitur, & vulgo *Camariano*.

Vet. Insc. Mariana villa *Marino*, opp. Latii inter urbem Romam & Velitras, in via Appia occurrens, in mont. utrinque 10. mill. pass. distans.

Strab. Mariandyni, * Mariandini Ptol. Mariandynæi Melæ, pop. Bithyniæ, seu Paphlagoniæ in conf. in ora maris Euxini, inter Heracleam ad occ. & Cytorum ad ort. quorum caput Amastris urbs est. In horum reg. Hercules Cerberum canem tricipitem virus evomentem inficientemque reg. interfecisse fertur. Mariandynos ferunt solitos lugubria concinere: unde apud Æschyl. in proverbio est, *Mariandynus tibicen*, & *Mariandynus ejulator*, de incompto poeta aut scriptore; quo pacto dici solet *Carica Musa*: veluti Eustath. in Dionysianis interpretatur. De his Val. Flacc. Argon. lib. 4.

" *Et Maryandinum patrias penetravit ad urbes.*

[* in Seld. man. Μαειαδινοι.]

Ptol. * Mariane, Martiana in cod. Lat. *Bendemal* Cast. palus ingens Mediæ in Armeniæ majoris conf. quæ videtur eadem cum Mantiana Strab. [Ματειάνη in man. Seld.]

Marianæ fossæ, opp. Gall. Narb. hodie *Fos*; non *Aigues mortes*, ut in Thes. ling. Lat. Vide Fossa Mariana.

Plin. Mariani montes, Marianus mons Ptol. *Sierra Morena*, montes Hisp. Tarracon. illam longo tractu à Bætica separantes: quorum pars saltus Castulonensis dicitur.

Vet. Tra. Marianum, *Marliano* teste And. Alciato, opp. Insubriæ in agro Mediolanens. à Mediolano 20. mill. pass. Glareatum versus.

Ptol. Marianum quoque prom. Corsicæ, cum opp. *San Spirito*, in ora Australi, à Bonifacio oppid. 12. mill. in occ.

Vib. Seq. Marica sylva, Maricæ lucus Liv. sylva Latii novi in Campaniæ conf. ad Lirim fluv. apud Minturnas urbem excisam, sic à Marica nympha, de qua Virg. lib. 7. Æn.

" *Huc Fauno, & nympha genitum Laurente Marica.*

Plin. Marici, pop. Liguriæ, qui cum Lævis Ticinum condiderunt teste Plin. quorum vic. adhuc visitur apud Alexandriam, inde 2. mill. pass. Dertonam versus, qui *Marengo* dicitur, & oppidulum *Pietra de Marici*, ab Alexandria 3. mill. Ticinum versus, apud Tanarum fluv.

Ptol. Maridunum, Muridunum Anton. *Caer-Marden* Camd. urbs Albionis in ora Walliæ occidua & merid. inter Landavam ad ort. 44. & Meneviam ad occ. 25. mill. dissita, urbs primaria, & regionis conventus juridicus.

Marinessus pag. fuit Mysiæ, sive Hellesponti, in quo Sibylla Hellespontiaca nata est, temporibus Solonis & Cyri, ut Lactant. Firm. autor est. *Lact.*

Marinianæ, Marinanæ lib. Not. Marciana castra Marcell. ut videtur aliquibus, sed falluntur; nam Marinianæ sunt opp. Pannon. infer. à Mursa 48. mill. pass. in occ. apud Ant. *Anton.*

Marinum *S. Marino*, opp. Gall. Togatæ in mont. qui Titanus dicitur, sicuti & opp. ipsum, in territ. Ariminensi, ab Arimino 10. mill. pass. in Austrum, quod oppid. liberum est. *Strab.*

Marinum alterum, *Roccha di val di Marino* teste Ortel. opp. Venetiæ in marchia, & agro Tarvisino.

Marinus lacus *Lago di Orbitello*, lacus Thusciæ apud Cosam urbem excisam, & Urbatellum opp. Portui Herculis ad 2. mill. pass. vicinum. *Strab.*

Marionis, *Lunenburg* teste P. App. ex conjectura, Luneburgum, ubi luna, ex antiq. gentis traditione, colebatur, urbs German. non obscura ad Albim fluv. in Saxonia, duci suo parens, inter Brunsvicum 13. & Lubecum 11. leuc. ab Hamburgo 7. Ibi ingens salis proventus. *Ptol.*

Marionis altera, urbs German. in ora, quæ varie indigitatur: à Villanovano *Sberir*, ab Althamero *Sundt*, urbs Pomeraniæ, inter Bardum ad oc. & Grypsualdum in ort. 4. leuc. Ortel. *Lubeck*; vide Lubecum. Illud certum, hanc priori finitimam esse, paulo Borealiorem & orientaliorem apud Ptol. *Ptol.*

Maris, lacus Thraciæ in finibus Ciconum apud Maroneam urb. *Lago di Marogna*. *Steph.*

Marisus, Marus Tac. & posterioribus Marysius, *Maros* Hungarice, & *Merisch* vel *Marisch* Germ. fluv. Daciæ per Transylvaniam in Tibiscum influens, ac Albam Juliam alluens: Maris Herod. dici videtur. *Strab.*

Marithæ, *Martimos* ex tab. geograph. recent. montes Arabiæ felicis in ora Australi, haud procul à littore & ortu Laris fluv. qui Maritha num. plur. vocantur à Ptol. *Ptol.*

Maritima, *Martegue* teste Jo. Poldo, opp. Gall. Narbonens. in ora Provinciæ, inter Massiliam 6. & Arelatum 8. leuc. à Massilia 100. stad. apud Strab. Est & Maritima ins. Siciliæ ab Anton. memorata apud Drepanum urb. *Maretamo* vulgo. Vide Hiera, & Phorbantia. Melle abundat. *Plin. Mel. Ptol.*

Maritimæ Alpes, quæ & littoreæ, quod à littorali ora ortum habeant, *le Montagne di Tenda*, montes Liguriæ, quibus illa à Gall. Narbonens. discreta est, à quibus Apenninus mons incipit. *Ptol.*

Maritimæ stationes, *Saline* Marmolio & Moletio, locus Cyrenaicæ apud Syrtim magnam in Africæ conf. inter Drepanum prom. & Diarrhœam oppid. *Ptol.*

Marium, *Vasilipotamo* teste Thom. Porcatio, oppid. Cypri in ora Boreali, olim Arsinoe apud Steph. dictum, Marii apud Catull. ubi carm. 37. ait, *Plin. Steph.*

" *Quæ sanctum Idalium, Mariosque apertos.*

Marmarica, reg. Africæ inter Cyrenaicam ad occ. & Ægyptum ad ort. nunc *Barcha*, olim Mareotis Lybia teste Plin. introrsum ubi Libya deserta patens: cujus urbes in ora quondam claræ, Chersonesus magna, & Parætonium. Pop. Marmaridæ Strab. Barcitæ Ptol. Barcæi Virg. Hinc Marmaricus nom. gent. Claud. lib. 1. in Eutrop. *Ptol.*

" *Marmaricus claris violatur cædibus Hammon.*

Sil. lib. 14.

" *Cuspide Marmarides Scyron: pars subnatat unda.*

Hos pop. Sol. serpentes incantare scribit. In Marmarica elephantes gignuntur teste Sidonio, sicuti & in Æthiopia, & in Mauritania Tingitana teste Plin.

Marobudum, *Budweiss* teste Laz. urbs German. in Bohemia apud Multaviam fluv. à Taboria 6. leuc. in occ. à Praga 15. in Austrum. Aliis est ipsa Praga. *Ptol.*

Maroi-

Paulin. Maroialicæ, Maraiolicæ thermæ Aus. *Bagneres* ut aliquibus videtur, opp. & thermæ Aquit. apud mont. Apennini radices, à Convenis 5. leuc. in Eurum distans. De quib. Paulin. in epist. 3.

" *Cumque Maroialicis tua prodigis ocia thermis.*

Plin. Ptol. Maronea, Maronia Melæ, Ismaros Hom. teste Hesychio, & prius Ortagurea teste Plin. *Marogna* Soph. & al. urbs archiep. Thraciæ in ora apud ostia Hebri, ad Scœnum fluv. Æno finitima, vino celebris. Pop. Cicones. Hinc Maroneus nom. gent. Tibull. lib. 4. eleg. 1.

" *Victa Maroneo fœdatus lumina Baccho.*

Ptol. Maronias, Maronia D. Hieron. *Marat* teste Bellon. & al. *Marona*, urbs Syriæ, ab Antiochia 30. mill. pass. in ort. ab Emissa & Hierapoli supra 40. licet apud Ptol. situs non congruat, multo ab Antiochia remotior, in Chalcidica reg. Unde Maronitæ hæretici dicti.

Vib. Seq. Steph. Marpesa & Marpessa, mons Pari ins. saxosus, Marpesus Steph. Hinc Marpesius nom. gent. ut Marpesia cautes Virg. 6. Æn.

" *Quam si dura silex, aut stet Marpesia cautes.*

Paus. Lactant. Marpessus opp. fuit Mysiæ apud Idam mont. in agro Trojano circa Gergithum opp. ad Ladonem fluv. unde ortum habuit Sibylla Hellespontica teste Lactant. Firm. à Troade 30. mill. pass.

Martyrol. Marpurgum, quasi Martisburgum, urbs & academia Hassiæ clarissima. Vide Amasia. Lib. 5. Itiner.

" *Marpurgum hinc petitur, musis ubi cura sacravit*
' *Principis egregiæ clara Lycæa scholæ.*

Ptol. Marrasium, *Marazu* ex tab. recent. urbs Persidis mediterr. olim clara, Persepoli & Arbuæ finitima.

Marria, quæ & Marnia, & Mernia, reg. est Scotiæ in ora ad ortum: cujus urbs primaria est Aberdonia. Hujus reg. pop. apud Tac. Horesti dicti putantur.

Plin. Liv. Marrucini, * Maruceni Ptol. pop. Italiæ oram maris Hadriatici attingentes, inter Præguttios ad occ. & Frentanos ad ort. in Aprutio; quorum caput est Teatea urbs. Sil. lib. 8.

" *Marrucina simul Frentanis æmula pubes.*

[* man. Seld. habet penultimam cum *i*.]

Strab. Halycarn. Marruvium, Marrubium Virg. *Marno* teste Leand. opp. olim, nunc pag. exiguus Latii in finibus Marsorum ad Fucinum lacum, à Septem aquis 40. stad. teste Dion. Halycarn. distans. Pop. Marruvii Plin. Hinc Marrubius nom. gent. Virg. lib. 7. Æn.

" *Quin & Marrubia venit de gente sacerdos.*

Sil. lib. 8.

" *Marruvium veteris celebratum nomine Marri*
' *Urbibus est illis caput---------*

Tac. Marsaci, pop. Germaniæ.

Plin. Marsatii, pop. German. infer. in Batavis, quorum pag. *Marsen* apud Trajectum urbem.

Cæs. Strab. Plin. & al. Marsi, pop. & urbs (quæ Valeria etiam dicta est) Latii ad lacum Fucinum, excisa, sive aquis absorpta, *Marci* adhuc dicta, episc. apud Piscinam opp. ubi episcopus moratur, & Celani opp. vicin. ad 3. mill. pass. Marsi porro sic à Marso Circes filio dicti, & edocti in veneficiis, & incantationibus serpentum teste Sol. Marsi quoque apud Herod. lib. 4. pop. sunt Scythiæ Europææ. Hinc Marsus & Marsicus nom. gent. Virg. lib. 7. Æn.

" *Somniferi, & Marsis quæsita in montibus herbæ.*

Sil. lib. 8.

" *Hæ bellare pares norant; ac Marsica pubes.*

Sunt & Marsi Tac. pop. Germaniæ.

Prov. Rom. Marsicum *Marsico*, urbs Lucaniæ episc. sub Salernitano archiep. inde supra 50. mill. pass. in Cæc. à Potentia 12. licet aliis sub archiep. Beneventano, unde multo magis recedit. Est autem geminum, novum, & vetus, & 6. mill. pass. alterum ab altero distans.

Polyb. Marsya opp. erat Syriæ, in angustiis Libani & Antilibani montium; ubi calamus aromaticus provenit. Strab.

Marsyas, fluv. Phrygiæ magnæ haud procul à Mæandro oriens, in quem apud Celænas, & Apameam urbem, quam circumfluit, excurrit: à Marsya ibi ab Apolline decoriato, ut poetæ fabulantur, dictus. De quo Ovid. lib. 6. metam. Xenoph. Strab.

" *Marsya nomen habet, Phrygiæ liquidissimus amnis.*

Marsyas alter Plin. fluv. Syriæ in Euphratem apud Samosata labens, & alius in Cœlesyria.

Marta, & Martana civitas, urbs Umbriæ olim episc. excisa, locus *S. Maria de Pantano*, abbatia nunc, à Tuderto ad 5. mill. pass. distans Narniam versus. Lib. Conc.

Martena, & Marcena ut alii legunt, *Margburg*, opp. Pannoniæ super. in Stiria, à Pœtovione 4. leuc. in occ. ad Saum fluv. Jornandi

Martha, fluv. Hetruriæ cum opp. cognomine ad lacum Volsinium, unde is egreditur, à Monte Physcone ad 4. mill. pass. in occ. à Viterbio 12. Fluv. vero, qui etiam cum opp. *Marta* dicitur, per Tuscaniam urbem, cujus mœnia radit, in mare Tyrrhenum apud Cornuetum urb. defertur. Antoni.

Martia, & Martiana col. Vide Marcia, utroque enim modo legitur. Vet. Insc.

Martia aqua, una ex aquis urbis Romæ, cæteris clarior, & salubrior ad potandum, ex lacu Fucino Romam perducta ab Anco Martio rege, cujus aquæductus in via Tiburtina adhuc ex parte conspicitur. De qua Tibull. lib. 3. eleg. 6. P. Vict. Plin.

" *Temperet annosum Martia lympha merum.*

Martiana palus. Vide Mantiana. Ptol.

Martiana sylva *Schwartzwaldt*, id est sylva nigra, teste Peucero cum al. pars sylvæ Hercyniæ in Suevia, inter Rhenum & Nicrum fluv. in qua marchia Badensis, plura oppida, & monasteria sunt. Ammian.

Martianæ *Marchiennes*, pag. Belg. cum cœnobio in Hannonia, apud Artesiæ & Flandriæ confinia, ad Scarpum fluv. inter Duacum, & Fanum S. Amandi 3. leuc. Martyrol. Rom.

Martianopolis *Martiopoli*, urbs Thraciæ, seu Mysiæ infer. in conf. in ora inter Anchialum & Odessum, inde 50. & hinc 18. mill. pass. ex Itin. Ant. ad Euxinum mare. Trebell. & Zosim.

Martinopolis, sive Martiopolis, *Meersburg* vel *Mersburg*, urbs episc. Germaniæ in Misnia ad Salam fluv. in Saxoniæ Thuringiæque conf. à Lipsia 3. leuc. Hallam versus distans, sub archiep. Magdeburgensi. Naumburgo propinqua, inde 3. in Bor. & Cæc. Martisburgum ab aliis appellatur; sed hoc nomen est & Marpurgi urbis Hassiæ. Othon. Fris.

Martis castra, *Marotha* teste Laz. opp. Pannoniæ infer. in Hungaria apud Saum fluv. haud procul à Sirmio. Sozom. & Amm.

Martulana urbs *S. Britio*, nunc castrum Umbriæ in Spoletino territ. à Spoletio 4. mill. pass. olim urbs episc. ubi S. Britius episcopus fuisse traditur: nisi sit Martana urbs excisa in agro Tudertino, ubi etiam legitur S. Britius episc. fuisse. Martulani montes Plin. Martyr. Rom.

Martyropolis, *Miepherkin* teste Jo. Lydo, & al. *Magarckin*, urbs Armeniæ majoris ad Nymphium fluv. in Mesopotamiæ conf. sive è contra, episc. sub archiep. Amidensi, inde 80. stadiis in Bor. Procop.

Marubium *Marugi* vel *Maruggio*, opp. Salentinorum apud oram littoream sin. Tarentini, à Tarento 15. mill. pass. in ort. Gallipolim versus. Vet. Tr.

Marucini, pop. Italiæ. Vide Marrucini.

Maruvium, Maruvii Plin. Vide Marruvium. Strab.

Marysus, fluv. Vide Marisus.

Masaci, pop. German. infer. in Belgio, quorum opp. *Maseyck* ad Mosam fluv. inter Trajectum ad Austrum 4. & Ruremundam ad Bor. 3. leuc. Sunt qui putent Marsatios esse Pli. sed horum pag. *Marsen* dicitur apud Trajectum inferius, 1. leuc. inde distans, teste Ort. Tac.

Plin. Masada, Moasada Strab. Massada Josepho, *Massa* teste Pineto, oppid. Palæstinæ apud Asphaltitem lacum.

Liv. Pto. Masæsyli, pop. Maurit. Cæsariensf. Vide Massæsyli.

Bibl. Masaloth, pag. Galilææ, qui & Arbela num. plur. Cujus loci in lib. Machab. fit mentio.

Ptol. Masburgi, *Burgos* teste Tarapha, urbs Hisp. Tarracon. Castellæ vet. caput & regia, quæ & Bravum Ptol. à Toleto in medio Hisp. 51. leuc. in Bor. quot fere à Cæsaraugusta in occ. Sed Burgi urbs recens est teste Jo. Mariana, ann. sal. 905. ædificata, posteaque ann. 1075. Alphonso 6. rege, ab Urbano 2. Pont. max. episc. loco Aucæ urbis excisæ, sub archiep. Tarraconensf. effecta, ac demum à Gregorio 13. sub Philippo 2. rege catholico archiep. facta.

Ptol. Masdoranus, *Chiteliur* teste Castal. mons Asiæ ingens inter Parthiam & Ariam. Incolæ Masdorani.

Ptol. * Masicytus, Massycites Plin. mons Asiæ in ora littorea, inter Lyciam ad occ. & Pamphyliam ad ort. illas separans; qui Climax Strab. dicitur, Crago vicinus. [* Μασικύτης secundum man. Seld.]

Strab. Ptol. Masium & Masius, mons Mesopotamiæ inter Nisibim & Tigranocertam, ut scribit Ortel. cum Strabo illum proximum, & contiguum Niphati mont. faciat. Nisibi urbi imminet.

Bibl. Maspha, opp. Palæstinæ geminum, vetus & novum; in medio quorum est Lapis adjutorii. De eo mentio in lib. Machab.

Ptol. Massa, Masatat Plin. *Masat* adhuc in tab. recent. fluv. Libyæ inter. in ora occ. apud Solventia prom. in oceanum Atlanticum labens.

Amm. Massa Veternensis cognominata, *Massa*, urbs Thusciæ episc. sub archiep. Senensi, inde 40. mill. pass. Populonium versus 20. cui in episcopali sede successit. Est & Massa cognomine Lubrensis urbs episc. Picentinorum sub archiep. Surrentino, inde 4. mill. pass. apud prom. Minervæ, contra Capreas, à Neapoli 30. mill. Massa item Manliana, urbs Sabinorum, cujus mem. S. Damasus in vita S. Sylvestri. Vide Manliana. Massa item Carraræ cognomine, opp. insigne proprio parens principi, apud Lunam urb. Hetruriæ, à Sarzana 7. mill. pass. in ortum.

Strab. Hor. Dion. Am. & al. Massagetæ, pop. Sarmatiæ Europ. juxta Euxinum mare & paludem Mæoticam incolentes, qui & Alani, quasi graves Getæ, massa enim apud Scythas grave significat, teste D. Isid. lib. de orig. 9. Vide Messagetæ. Horum mem. Claud. & alii.

" *Massagetæ truces, duro gens aspera bello.*

Solem pro deo colebant, & senes conscissos edebant.

Ptol. Massalia, *Masano* teste Pin. fluv. Cretæ in ora Australi inter Phœnicen & Psychium opp. proxima fluens. Aliis *Masotto*.

Polyb. Plin. Massalioticum, *Gras de Passon* teste Ortel. ostium Rhodani fluv. maximum in ortum Massiliam versus spectans, apud Maritimam opp.

Plin. Massæsyli, pop. Maurit. Tingit. Autololis proximi, de quib. Dionys.

" *Atque Masæsyli, nec non Massylia proles.*

Vide Massyla.

Plin. Massia opp. fuit Hisp. Bæticæ apud Tartesios, ubi lateres siccati in aqua non merguntur teste Plin. lib. 35. cap. 14.

Massica, reg. Bæticæ Tartesiis opposita: cujus mem. Vitruvius.

Plin. Massici montis prom. *Monte dragone* teste Leand. extremum montis Massici, apud Sinuessam urb. Campaniæ exstinctam, inter Minturnas od occ. & Vulturnum ad ort. 9. mill. pass.

Plin. & al. Massicus mons, *M. Masso* teste Falconio, mons Campaniæ celebris vino Massicano, Falerno & Gauro junctus, inter Suessam, Calenum, & Sinuessam. Hinc Massicus etiam nom. gent. ut vina Massica Mart. lib. 13. ep. 108.

" *De Sinuessanis venerunt Massica prelis.*

Cæs. Stra. Pli. & al. Massilia, *Marseille* Gallis, *Marsiglia* Italis, urbs Gall. Narbonensf. præclara, in ora Provinciæ, portu & emporio celebris, à Phœnicibus condita, una cum Emporiis in Hisp. episc. sub archiep. Arelatensi, inde 14. seu 15. leuc. in ort. & Eur. ab Aquis Sextiis 5. in merid. Pop. Massilienses. Martial. fumosa vina Massiliæ vocat, lib. 13. ep. 120.

" *Fumea Massiliæ ponere vina potes.*

Massilienses olim non solum literis, sed & moribus maxime claruerunt, uti apud Cic. in orat. pro L. Flacco, & apud Strab. videre est. Unde *Mores Massilienses* apud Plaut. in Casina, de probatissimis, proverbialiter dicuntur. Idem luxus notati sunt; unde *Massiliam navigas*, & *E Massilia venisti* apud Suid. de nimis cultis dicitur.

Virg. Plin. Liv. Massyla opp. Cyrenes fuit mediterr. apud Berenicen & hortos Hesperidum: sed apud Liv. Massylia gens in Numidia ponitur. Pop. Massyli, quos Plin. inter Capsitanos & Getulos apud Libyæ deserta locat. Hinc Massylius nom. gent. & Massylus. Virg. lib. 4. Æn.

" *Hinc mihi Massylæ gentis monstrata sacerdos.*

Et Sil. lib. 3.

" *Quin & Massyli fulgentia signa tulere.*

Dionys. Masyli, pop. & Masylia, reg. Africæ apud Dionys. Afrum. Vide Massyli in Massyla.

" *Atque Masæsyli, nec non Masylia proles.*

Ptol. Masta, *Graro* teste Jo. Barosio, mons Æthiopiæ sub Ægypto in ora orientali, ultra Æquatorem, cum urbe cognomine.

Strab. Steph. Mastaura, *Mestaurebe* teste Leuncl. urbs Lydiæ in Cariæ conf. episc. sub archiep. Myrensf. num. plur. prolata; sic dicta, quod ibi taurus Rheæ Bacchi nutrici in sacrificio mactaretur. Pop. Mastaurenses Plin.

Plin. Mastramella, uti in cod. emendatiore legitur, oppid. Gall. Narbonensf. marit. Vide Astromela, uti legitur etiam, & Maritima.

Ptol. Plin. & al. Mastusia, *Capo Griego* teste Nig. & al. prom. Cherronesi Thraciæ in ora Australi, contra Sigeum prom. Troadis, ab Atho monte Maced. 163. mill. pass. in ort. recedens.

Ptol. Matalla, Metallum Strab. *Metalia* & *Matala* hodie, opp. olim, nunc pag. Cretæ in ora Australi, inter Psychium opp. ad occ. & Leonem prom. ad ort. ad Electræ fluv. ostium. Sed Matalia habet cod. Ptol. Græcus.

Lib. Cit. Mateola *Matera*, urbs archiep. Lucaniæ in Apuliæ confin. in valle quam circumstant montes, inter Acherontiam ad occ. 18. & Tarentum ad ort. 36. mill. pass. Hodie idem archiepiscopus est Acherontiæ & Mateolæ. Pop. Mateolani Plin.

Vib. Seq. Mathis [illegible] Matis, *Matin* Castal. fluv. Macedoniæ apud [illegible]um fluens.

Strab. Steph. [illegible]eg. Mediæ apud fines Armeniæ, ubi Matia[illegible]antiana palus.

Herod. [illegible]op. Asiæ in Cappadocia ad dextram Haly[illegible]colentes. Sunt & pop. Asiæ Armeniis pro[illegible] quos Euphrates fluv. montibus altis perstrin[illegible]ribit Dionys. Afer.

" [illegible]*rtis prope quos sævit Mavors, Matieni:*
[illegible] *prope concludunt Euphratem collibus altis.*

Plin. [illegible]tilicates, pop. Piceni, quorum opp. Matilica *Matelica*, non obscurum, inter Septempedam urb. & Fabrianum oppid. ad 7. mill. pass. dissitum, paulo tamen à Septempeda remotius. De eo lib. 3. Itin.

" *Deinde vetus retinens ingressa Matilica nomen.*

Plin. Matini, pop. Apuliæ (non Calabriæ, ut in Thes. ling. Lat.) in Lucaniæ confinio, ubi saltus Matini buxetis abundantes. De quibus Luc. lib. 9.

" *Vulturis, & calidi lucent buxeta Matini.*

Hor.

Hor. lib. 1. carm. od. 28.

" *Pulveris exigui prope littus parva Ma inum.*

Ptol. Matisa *Matagi*, pag. Corsicæ à Bonifacio opp. littorali 9. mill. pass. in Bor. inter Moram & Allinam.

Cæs. Matiscona *Mascon*, urbs Gall. Celt. episc. sub archiep. Lugdunensi ad Ararim fluv. in Burgundiæ ducatu, inter Lugdunum ad merid. 9. & Cabilonum ad Bor. 10. leuc.

Plin. Matium, *Candia* teste Pineto, urbs archiep. Cretæ in ora Boreali, primaria, & caput insulæ.

Europ. Matracha, urbs Thraciæ mediterr. una ex metropolibus patriarch. Constantinopolitano subjectis.

Anton. Matreium & Matreio, *Matrun* teste Pirchaimero, opp. Rhætiæ in comitatu Tirolensi ad Salim fluv. proximum Oeniponti, ab eo 2. leuc. Brixinam versus. De quo in lib. 4. Itin. sic.

" *Pergimus ad veteres priscæ Matreionis arces,*
" *Quas Salis irriguis gemmifer ambit aquis.*

Anton. Matrica, *Theten* teste Siml. pag. Pannoniæ super. apud Danubium in Hungaria, à Buda 2. leuc. in Austrum, sive Eurum.

Plin. Matrinus, *Librata* teste Pyrrho Ligorio, fluv. Piceni in Aprutio apud fines Præguttiorum, qui aliis Albula videtur.

Cæs. Matrona *Marne*, fluv. Gall. Belgicæ per Campaniam fluens, Catalaunumque & Meldas urbes alluens, ac Sequanæ apud Lutetiam Parisiorum congrediens. In Thes. ling. Lat. dicitur Celtas à Belgis separare, sed male, nam id facit Sequana; nec oritur in finibus Lingonum, ut ibidem scribitur.

Lib. Not. Tac. Mattiaci, pop. German. infer. seu Galliæ Belg. Batavis finitimi, qui Ortel. *Zelanders* esse videntur: quorum urbs primaria Metelburgum, episc. sub archiep. Machliniensi, à Gandavo urbe Flandrica, & Antuerpia urbe Brabant. 12. leuc.

Ptol. Mattiacum, *Marpurg* vel *Martpurg* teste Ortel. urbs Germaniæ præclara, Hassiæque primaria, & academia, media inter Francofurtum, & Casellam, alteram Hassiæ urbem primariam, 9. leuc. quæ Mattium Tac. caput Cattorum. Aliis *Baden* esse videtur, marchiæ Badensis urbs primaria in Suevia, inter Argentoratum & Phorcenam 4. leuc. quod Tac. ibi fontes calidos memoret. Hinc Mattiacus, a, um, ut pilæ Mattiacæ genus saponis apud Martial. lib. 14. el. 25.

" *Accipe Mattiacas (quo tibi calva?) pilas.*

Anton. Matusarum, *Puente de Sor* teste Jac. Vasconc. pag. Lusit. in regno Portugallico prox. Villæ Formos , ab Amæa 6. leuc. ab Ulyssippone 22. in ort. Emeritam versus.

Plin. Mavitania, *Murcia* teste Pineto, reg. Hisp. Tarraconens. in finibus Bastetanorum.

Strab. Pli.& al. Mauri *Mori*, pop. Africæ, sic à nigredine dicti, ob solis adustionem; quorum reg. Mauritania.

Lib. Conc. Mauriana, reg. & urbs episc. Allobrogum sub archiep. Tarantasiensi in Sabaudia; *S. Iean de Morienne* vel *Maurienne* urbs nominatur, apud Hisaram fluv. à Camberico 14. leuc. Segusium versus.

Strab. Plin. Ptol. & al. Mauritania, reg. Africæ gemina: Cæsariensis, mari mediterr. exposita, sic à Julia Cæsarea urbe primaria & regia nominata; quæ *Regno d' Algier*, & *Regno di Tremesin* dicitur: altera Tingitana, oceano ad occ. adjacens, sic à Tingi olim primaria urbe dicta; in qua duo regna continentur, Fessanum & Marochium. Utraque vero una cum Africa proprie dicta *Barberia* nominatur. Est & opp. Gall. Celt. in comit. Perticens. *Mortaigne* apud Bellismum ejusd. com. oppid. Vide Moritania.

Urbes Mauritaniæ adhuc exstantes.

Abyla, Tingitanæ
Arsenaria, Cæsariensis
Baba, Tingit.
Banasa, quæ & Valentia, Tingit.
* Bocanū Hemerū, Tingit.
Cartennæ, Cæsariens.
Deorum Portus, Cæsariens.
* Exilissa, Tingit.
* Fessa. Vide Volubilis.
Gontiana, Tingit.
Hydata Therma, i. Aquæ calidæ, colon. Cæsariens.
Iagath, Tingit.
Icosium, Cæsariens.
Igilgili, Cæsariens.
Iol. Vide Iulia
Iulia, Cæsariens.
Lixa & Lixos, Tingit.
Manliana, Cæsariens.
* Marochium, Tingit.
Mysocoras, Tingit.
Opinum, olim episc. Tingit.
Oppidum novum, Cæsariens.
Portus magnus, Cæsariens.
* Quiza, Cæsariens.
Rusazus, Cæsariens.
Rusconia, Cæsariens.
Rusibis, & Rutubis, Tingit.
Russocorum, Cæsariens.
Ryssadirum, Tingit.
Sala, Tingit.
* Saldæ, colon. Cæsariens.
† Sittici, olim colonia & episc. Cæsariens.
Tamusida, Tingit.
Tenissa, Cæsariens.
* Timice, Cæsariens.
Tingi & Tingis, Tingitanæ
Tocolosida, Tingit.
Vagæ, Cæsariens.
Victoria, olim episc. Cæsariens.
* Volubilis, Tingit.
Zilis & Zilia, Tingitanæ.

Maurum *S. Mauro*, urbs olim magnæ Græciæ episc. sub archiep. Rhegino, nunc opp. Calabriæ citer. inter Coriolanum & Thurios teste Barrio, à Coriolano 4. à Rosciano 10. in Bor. à Besidiano supra 12. mill. pass. Lib. Conc.

Maurusia reg. à Strab. in ora Libyæ occidua contra ins. Fortunatas collocatur. De qua Virg. lib. 4. Æn.

" *Juppiter omnipotens, cui nunc Maurusia pictis*
' *Gens epulata toris--------*

Maurusii, pop. Africæ gemini: alii apud Tripolim urb. Africæ juxta Syrtim magnam, teste Procopio; alii in ora Mauritaniæ Tingit. contra Gades, teste Liv. Alii item Strab. in ora Libyæ occ. Liv. Proc.

Mausoca, *Mesat* ex tab. geograph. recent. urbs Hyrcaniæ mediterr. Hyrcaniæ metropoli finitima: quæ metropolis *Casson*, sive *Cassan* appellatur, teste Mol. & Girava. Ptol.

Maxentia, *Mazenta* teste Gaud. Merula, pag. agri Mediolanens. sic à Maxentio imp. dictus, ut est loci traditio, à Mediolano 16. mill. pass. Novariam versus. Vet. Tra.

Maxera, Mazeras Plin. fluv. Hyrcaniæ in Hyrcanium mare labens, qui *Firi* nunc in tabul. dici videtur, juxta quem Maxeræ pop. habitant. Ptol.

Maxula, seu Maxulla Plin. colon. & opp. Africæ marit. Tunesi seu Tuneti proximum, inter Carthaginem ad occ. & Clupiam ad ortum: sed Mazula apud Ptol. ut habet cod. Græcus: nunc *Marsa*, olim episc. urbs sub archiep. Carthaginens. inde 18. mill. pass. in ort. Ant. Plin. Ptol.

Mazaca, quæ & Cæsarea, *Tisaria* teste Nigro, urbs Cappadociæ archiep. & metrop. ampla olim, apud mont. Argæi radices, ab ora Ponti Euxini 800. stad. in Austrum, Tyanam versus 90. mill. pass. à Melitene urbe & Euphrate flum. 200. circiter plus minus in occ. recedens, Ephesum versus 500. Strab. Pli.& al.

Mazacæ, pop. apud Plin. lib. 6. cap. 7. circa Mæotim in Sarmat.

* Mazaces, pop. Liburniæ juxta Dalmatiæ confinia, quorum reg. *Lica* vel *Lika*, teste Nigro nominatur. Mem. Luc. lib. 4. Ptol. Dio.

Medorum, tremulum cum torsit missile, Mazax.

[* Mazæi apud Ptol. Μαζαῖοι in eld. manuscripto: Mazax autem in citato carmine de gente Africana intelligend.]

Mazara *Mazara*, urbs Siciliæ littoralis in ora Australi, inter Thermas ad ort. 30. & Lilybœum ad occ. 18. mill. Steph. Diod. Ptol.

18. mill. pass. ad fluv. cognominem, episc. sub archiep. Panormitano, inde supra 60. mill. pass. Urbs etjam Armeniæ majoris.

Plin. Mazeras flum. est Hyrcaniæ in mare Caspium influens. De quo Plut. lib.6.cap.78.

Ptol. * Mazorani, pop. Ariæ in Parthiæ & Carmaniæ confinio. [* In Selden.man. Μαζωρανοί.]

Ptol. Mazula. Vide Maxula.

Steph. Mazyes, Mazyces Amm. Mazices Ptol. pop. Maurit. Cæsariens. quorum rex fuit Iarbas teste Salust.

Mel. Mearus, Metarus Ptol. *Mearon* ex tab. recent. & Floriano, flum. Hisp. Tarracon. Callaicos ab Asturibus separans: ad cujus ostium Ribadeum opp. à Caronio urbe 23. leuc. in ort. distans.

Dion. Meatæ, pop. Albionis in Scotia, quorum reg. *Laudonia* in Angliæ conf. cujus caput est Edimburgum urbs regia. Vide Mæatæ.

P. Diac. Meclaria, sive, ut alii legunt, Medaria, opp. Illyrici in Liburnia ad Colapim fluv. *Medling* teste Laz. Sed hoc Metullum dicitur Strab.

Lycophr. Mecon, ins. parva maris Ægæi apud Delon, in qua Ajax sepultus traditur.

Strab. Mecone urbs fuit Sicyoniæ reg. ut Cæl. Rhodig. lib.12.cap.12.scribit ex Strab.

Plin. Diod. Mecyberna, Mecyperna Strab. opp. Maced. in Pallene penins. proximum Olintho, inde 20. stad. distans. Inde Mecybernæus sin. Thermaicus apud Melam.

Meda, vicus agri Mediolanens. cum antiquo cœnobio virginum, à divis Haymone & Veremundo comitibus (quorum ibi corpora asservantur veneranturque) circa Caroli magni tempora extructo, nobil. Conorum (qui à Curiis Roman. profecti putantur) familiæ, à Mediolano 12. mill. pass. Est & Meda urbs Thessaliæ teste Peroto.

Ptol. Joseph. Medaba, *Medauon* G. Tyrio, & al. *Medbah*, urbs Arabiæ petrææ in finibus Moabitarum, episc. sub archiep. Bostrensi, qua & Madaba in lib. Machab. dicitur.

Strab. Plin. Medama, fluv. & urbs Brutiorum in ora Calabriæ ulterioris. Fluv. nomen retinet antiquum; urbs à Saracenis excisa, ubi nunc *Nicotera* urbs episc. sub archiep. Rhegino, à Tropea 8. mill. pass. in ort. Scyllæum versus ad 30.

Lib. Conc. Medea, urbs Thraciæ episc. sub archiep. Heraclensi, apud Cherronesum, *Midia* vulgo.

Scrip. Gall. Medelacus *Meteloch*, pag. Gall. Belg. cum cœnobio in Lotharingia, ad Sarram fluv.

Lib. Not. Medelicum *Melck*, opp. Norici ad Danubium in Austria, inter Lentiam ad occ. 14. leuc. & Viennam ad ort. 16. occurrens.

Scrip. Brit. Medena *Neuport* vel *Newport*, opp. & empor. Vectis ins. teste Nevillio, contra Magnum portum, & Hamptonam urbem Angliæ.

Strab. Pauf. & al. Medeon opp. fuit Phocidis ad Crissæum sin. in conf. Bœotiæ; & aliud Bœotiæ, apud Copas & Onchestum.

Anton. · Mederiacum, *Mierle* teste Simlero, pag. Germaniæ infer. in Geldria apud Mosam fluv. à Venloa urbe 3. leuc. in Bor.

Polyb. Strab. & al. omnib. Media, reg. Asiæ maxima, inter Armeniam majorem ad occ. & Parthiam ac Hyrcaniam ad ortum, mare Caspium attingens ad Bor. & Assyriam Susianamque ad meridiem; cujus pars Borealis Atropatia, & vulgo *Servan*. Urbes claræ Cyropolis, Ecbatana, Arsacia, & Europus. A Medo victore & occupatore dicta, vulgo *Maday*. Pop. Medi. Hinc Medicus nom. gent. Luc. lib.2.

" *Mundus: Achæmeniis decurrant Medica Susis*
' *Agmina.*

Virg. 2.georg.

" *Media fert tristes succos, tardumque saporem.*

Et apud Dionys. Afrum Medica tellus pro ipsa Media.

" *Medica nescitur tibi tellus: cujus ad axes*
" *Geli sunt, Mardique viri, simul Atropateni.*

Medi deliciis dediti à Synes. lib. de insomn. referuntur, ut *Medica mensa* in proverbium abierit, sicuti *Mensa Sybaritica*, & *Apparatus Persicus*, pro exquisita ac sumptuosa mensa; sic apud Athen. & apud D. Chrysostom. in orat. tricesima. Sumitur & *Mensa Medica* pro crudeli epulo apud Athenagor. lib. de mort. resurrect. ex eo quod Astyages Medorum rex Harpago consiliario filium ejusd. Harpagi epulandum apposuit, ut Justin. autor est.

Media quoque urbs episc. Hiberniæ sub Armachano archiep. circa medium fere Hiberniæ, unde nomen habet cum regiuncula, *Mieh* vulgo, Lymmerico finitima. [Camdeno & aliis Media, vulgo *Mieh* vel *Mith*, & Anglice *Methe*, comitatus nomen est, (non urbis) & episcopatus, cujus episcop. plerumque ad *Navan* opp. residet, nullam vero ecclesiam cathedralem habet.]

Mediana, suburbium Nessi urbis Mysiæ super. sive Dardaniæ, ab ea 3. mill. pass. distans. Amm.

Mediolanum *Milano*, *Meylandt* Germanis, *Milan* Strab.
Gallis, urbs Insubriæ archiep. & metropolis amplissima, à Gallis condita post Romam ann. 395. ducatus Plin. & al.
Mediolanens. caput, emporium, & urbium Italicarum maxima, ab urbe Roma 315. mill. pass. inter Venetias 165. & Lugdunum 215. Hic copia omnium pene rerum, ac artificum cujusque generis multitudo. De ea Auson. de clar. urbibus.

" *Et Mediolani mira omnia, copia rerum.*

Hæc urbs cæteras Italiæ urbes excellit quatuor inter alia, populi frequentia, templo augustissimo, vix unquam perficiendo, arce firmissima, & bibliotheca Ambrosiana appellata, à Federico Borrhomæo Cardinali, & archiepiscopo Mediolanensi, viro doctissimo, & studiosorum Mecœnate de suo extructa, librisque omnis generis & linguæ, ac redditibus amplis ad perpetuitatem instructa. In eo ad 300000. capita hodie censeri putantur: cæteras enim Italiæ urbes incolarum multitudine, una excepta Neapoli, longe superat.

Mediolanum Germaniæ, nunc pag. ingens ad Vidrum fluv. in Westphalia, in Transisalanæ conf. *Metelen* Mercat. inter Monasterium urb. 4. & Veteres Salios urbem Transisalanæ 7. leuc. Ptol.

Mediolanum alterum Germ. infer. *Metteler* Siml. pag. apud Mosam, inter Colon. Agrippinam & Trajanam, a Colonia Trajana 8. mill. pass. versus Mederiacum 18. & Juliacum in Austrum 45. Ortel. vero pag. *Midelflun* ejusd. tractus. Anton.

Mediolanum item Santonum, Mediolanium Ptol. Strab.
Sainctes vel *Xainctes*, urbs Gall. Aquit. Vide Santones.

Mediolanum alterum Gall. Aulercorum cognomine, idem Magduno teste Wellero. Vide ibi. Anton.

Mediolanum 3. Gall. Aulirciorum Eburaicorum Ptol. urbs eadem Ebroicis. Vide Eburovices.

Mediolanum quoque Albionis, sive Britanniæ, in Ptol.
Anglia, in finibus Ordovicum, in com. Lancastrensi, Anton.
Lancaster teste Lhuydo, urbs, *Lhanvellin* Camd. pag. al. *Mitlam*, [fortan *Midlam*] quod magis probatur, cum situs & nomen magis congruat. Alii legunt Mediolani, & est locus qui vulgo *Llanveilin* vel *Lanvethlin* tene Camd. dicitur in Wallia, in comitat. Montis Gomerici.

Mediolum, opp. Hisp. Tarracon. in Celtiberis: *Medina celi* nonnullis putatur. Ptol.

Mediomatrices, Mediomatrici Plin. populi, & urbs Cæs. & al.
Gall. Belg. episc. sub archiep. Trevirens. inde 13. leuc. in merid. Tullum versus 11. in Lotharingia, ad Mosellam fluv. urbs probe munita, & habitata, olim libera,

libera, nunc sub Gallis, *Metz*, quæ etiam Latine Metæ, & Metis posterioribus dicitur, à Viroduno 10. leuc. in ort.

Mediterraneum mare. Vide Mare.

Ptol. Medium ostium Rheni, inter orientale & occident. *le Rhyn*, fossa Rheni qua is per Batavos in oceanum defertur.

Stra. Pli. Medoacus, Meduacus Liv. *la Brenta*, Brinta Ven. Fortunat. fluv. Venetiæ, qui Plin. geminus est; major, & *Brenta* appellatur, ex Alpibus Tridentinis per Bassanum opp. & Patavium urbem fluens in mare Hadriaticum, in quod excipitur à Venetiis 5. mill. pass. minor, qui ex dictis Alpibus etiam descendit, Vincentiamque urb. interluit, ac secus Ateste decurrit, in mare Hadriaticum labens apud Fossam Clodiam, & *Bacchiglione* dicitur. De majore in lib. 4. Itiner.

" *Hic ubi Medoacus pelago se turbidus infert,*
" *Adriacasque suo flumine miscet aquas.*

Strab. Medoacus portus, Methamaucum postea, *Malamocco*, port. & olim urbs episc. sub patr. Aquileiensi, apud Venetias, inde 5. mill. pass. aquis submersa; manet portus: Episcopatus vero Castellum, (sic pars Venetiarum appellatur) Venetias relatus est.

A. Hirt. Amon. Medobriga, Medubrica Plin. *Armenna*, opp. Lusit. ad mont. Herminium, excisum teste Resend. (rudera apud Marvanum opp. ostentantur) Amææ urbi proximum ad 3. leuc. Scalabim versus 6. ferme. Pop. Medubricenses Plin.

Luc. Meduana *Mayne*, fluv. cum opp. cognomine Gall. Celticæ, (non Belgicæ, ut in Thes. ling. Lat. à qua plurimum distat) per Cenomanos & Andegavenses, hoc est per agrum horum, in Ligerim fluens. Opp. vero *Mayenne*, quod ducali titulo fulget, à Cenomanis 7. leuc. abest in Circium, inter Mauritaniam opp. ad ort. & Rhedones urb. Britanniæ ad occ. 12.

Auson. Meduli, pop. Gall. Aquit. ultra ostia Garumnæ ad oceanum, quorum tractus *Meduc* teste Vineto vel *Medoc* nominatur. Meduli alii Strab. & Ptol. Medulli Vitruvio & Plin. pop. Gall. Narbon. in Delphinatu, quorum opp. *Miolans*, inter Barcinonetam & Fanum S. Pauli 4. leuc. Sigesteronem versus 15. à Cuneo urbe Pedemontana 25. mill. pass. in occ. Simlerus vero hos putat esse vallem Maurianam. De Medulis Aquit. Auson. in epist. 4.

" *Quam tamen exerces Medulorum in littore vitam?*

Oros. Flor. Medullius, Edulius Ptol. mons Hisp. Tarracon. *Manduria* teste Garibæo, qui etiam Medulia, & Medulius Oros. qui scribit illum Minio fluv. in Callaicis imminere. Porro qui Edulius à Ptol. appellatur longe diversus est à Medullio, seu Medulio Oros. Hic enim in Vasconibus, sive in regno Navarræ esse videtur, ex situ quem illi tribuit Ptol.

Ptol. Medullum, *Medling* teste Laz. & Aventino, opp. olim, nunc pag. Vindeliciæ in Bavaria, apud Muldorffum opp. ab Oetinga 2. leuc. in occ. à Landshuto 5. in Eurum versus Salisburgum.

Strab. Q. Curt. Medus, fluv. Mediæ, qui in Araxem influit: à quo videtur Media nomen accepisse.

Plin. Megala, ins. parva ante Smyrnam urb. Ioniæ. Megala Agora, *Malgara* Leuncl. urbs Maced. in Thraciæ confinio.

Stat. Megalia, ins. parva Campaniæ apud Neapolim. Vide Megaris. De qua Stat. lib. 2. sylv. carm. 2.

" *Quæque ferit curvos exserta Megalia fluctus.*

Polyb. Stra. & al. Megalopolis, *Leondari* Soph. & *Leontari*, urbs Arcadiæ in Peloponneso episc. sub archiep. Corinthio, postea Christianopolis dicta, & metrop. effecta, à Lacedæmone supra 40. mill. pass. in Bor. Corinthum versus, patria Polybii, post bellum Trojanum condita. Pop. Megalopolitani. Hinc ludi Megalesii apud Ovid. lib. 4. fast.

Megalopolis altera, urbs German. in Vandalia, *Meckelburg*, quo nomine etiam ducat. cujus illa caput erat, vocatur. Vide Magnopolis.

Strab. Plin. Plut. & al. Megara, gemina urbs: una Achaiæ num. plur. & sing. Megaridis caput, in ora, quæ & Nissæa Ptol. Nisa Paus. Nissa Hom. ad sin. Saronicum, inter Athenas & Corinthum, ab Athenis 20. mill. pass. (unde male in Thes. ling. Lat. ad isthmum Corinthiacum locatur) patria Euclidis, Alcathoe prius dicta, inter Thespias urbem Bœotiæ 40. & Eleusin urbem Atticæ 12. mill. pass. fere deserta, & jacens, adhuc *Megra* dicta. De qua urbe Ovid. lib. 2. de rem. amor.

" *An veniat Megaris, noxius omnis erit.*

Megares num. plur. apud Plaut. in Persa, ubi Megaribus in ablat. legitur. Altera Siciliæ, prius Hybla, postea à Megarensibus Græciæ Megara appellata, in ora ad ortum, inter Catinam, & Syracusas ad 24. mill. pass. à Marcello, cum Syracusas obsideret, excisa, ex cujus reliquiis Augusta prope à Friderico imp. exstructa est; sed teste Fazell. longius locus illius ab Augusta indicatur, inter ostia Alabi, & Thapsum penins. Pop. Megarenses, qui ab Atheniensibus ingressu urbis prohibebantur teste Aul. Gell. lib. 6. cap. 10. Quapropter Euclides muliebri vestitu ad Socratem legentem se conferebat, eadem die domum rediens. Hinc Megarus, Megareus, & Megaricus nom. gent. Virg. lib. 3. Æneid.

" *Pantagiæ, Megarosq; sinus, Thapsumque jacentem.*

Et Megareus Ovid. lib. 4. fast.

" *Liquerat Ortygiam, Megareaque, Pantagiamque.*

Megarenses risui deditos adeo ferunt, ut *Risus Megaricus* in proverbio sit, in eos qui intempestive jocantur, & quorum artes in contemptum venere, novis succedentibus. Quemadmodum in eandem sententiam *Risus Chius* apud Diogenianum. *Megarensis ars* quoque in adagium transiit apud Suid. ex Aristoph. in dolosos & astutos, quales Megarenses habiti sunt. *Megarenses lacrymæ* apud Diogen. proverbialiter de fictis dicuntur, à virginibus Megarensibus à rege Corinthum ad filiæ mortem lugendam missis.

Strab. Pausf. & al. Megaris, reg. Achaiæ parva sinui Saronico exposita, inter Phocidem ad occ. & Atticam ad ort. ab isthmo Corinthiaco sumens initium. Est & Megaris Plin. insula parva apud Neapolim Campaniæ, cum arce firmissima, vulgo *Castel dell' Ovo*, quæ & Lucullanum dicta est, & Megalia, Papin. Statio. Vide ibi.

Lycophr. Megarsus, Magarsus Plin. opp. fuit Ciliciæ in ora ad ostium Pyrami fluv. Mallo urbi propinquum. Est & fluv. Indiæ ex Emodis montib. oriens: de quo Dionys.

" *—— ——rapidusque Megarsus.*

Plin. Liv. Ptol. Megista, ins. Lyciæ ante Megistam portum, cujus portus mem. Liv. è regione Pataræ urbis. Hæc à nonnullis *Strongallo* dici putatur, ins. Dolichæ prox.

Megistus, fluv. teste Suida, qui in Ægæum mare influit.

G. Turon. Megledunum, *Mehun* teste Ortel. opp. Gall. Celt. in finibus Biturigum, inter Bituricas 4. & Avaricum 3. leuc. quod alii Magdunum dictum est. Sed cum Megledunum à Bituricis teste Turonens. 15. mill. distet, videtur non esse *Mehun*, quod 4. leuc. parvis abest.

Virg. Catull. Mela *la Mela*, fluv. parvus Cenomanorum Venetiæ apud Brixiam urb. fluens, & infra in Ollium ad Ostianum pag. labens. Cujus mem. Catull. ad Januam, carm. 68.

" *Flavus quam molli percurrit flumine Mela,*
" *Brixia, Veronæ mater amata meæ.*

Stat. Melæcæ, pagus Atticæ: cujus mem. Stat. lib. 12. Theb.

" *Icarii, Celeique domus, viridesque Melacæ.*

Ptol. Mel. Strab. Melanchlæni, *Mourophoros* teste Leuncl. Turcis, pop. Sarmatiæ Asiaticæ, sic ab atra veste dicti teste Mela, inter Rha flu. & Hippicos montes, ubi Mithridatis reg.

Me-

Glycæ. Melanga *Malagina*, locus Thraciæ apud Byzantium.

Ptol. Melange, *Malipur* incolis, & Lusitanis *S. Thomaso* teste Castaldo, urbs Indiæ citer. in ora ultra Cory prom. contra Taprobanem inf. episc. in qua corpus D. Thomæ apostoli inventum.

Ptol. Melani seu Melanes, montes Arabiæ petrææ apud sin. Arabicum, inter quos & Ægyptum Saracene reg. Hi varia nunc habent nomina: nam *Sinai* & *Oreb* vel *Horeb* Europæis, sicut & olim Hebræis, *Turla* & *el Tor* vel *Tur* Turcis teste Nicol. Ziegler. Arabibus *Gebel Tor* teste Thev. *Phasga* teste Nig. Apud Justinum & Trog. mons hic Synæus, apud Joseph. & Suidam Sinæus appellatur, à Sinai, seu Sinay, & Sina, ut in bibliis, ab Hierosolymis 300. mill. pass. in Africum.

Steph. Melanium *Maida*, opp. Brutior. in Calab. ulter. inter Neocastrum urb. & sinum Hipponiatem 8. mil. pass. apud Lametum fluv. ab Hipponio supra 20. mill. in Bor. Vide Malanium.

Plin. Melano, inf. parva Doridis (quæ est reg. Cariæ in Asia) in sin. Ceramico.

Strab. Melanosyri, pop. Syriæ, qui inter sin. Issicum ad occ. & Euphratem fluv. ad ort. incolunt.

Strab. Melanthii scopuli, *Furni* Nigro, *Fornelli* Bened. Bordonio, scopuli maris Icarii circa Samum inf. Melantii quoque Apollonio scopuli duo maris Ægæi apud Theram inf.

Plin. Melanthium, fluv. Cappadociæ, qui sese in Euxinum mare exonerat inter Pharnaciam & Polemonium. Is per agrum Polemonii urb. in Pontum Euxinum, sicut & Iasonium, placide fluit decurrens.

Arrian. Melanthus, fluv. Sarmatiæ Europææ, qui in Borysthenem labitur: cujus mem. Ovid. lib. 4. de Ponto.

"*Et tacite peragens lene Melanthus iter.*

Suid. Proc. Melantias *Melitias*, urbs Thraciæ ad Propontidem archiep. inter Byzantium & Selymbriam, à Byzantio 13. mill. pass. in merid. quæ & Athyra, ad ostia Athyræ fluv. Melancia Anton. & Villa Cæsariana Ammiano.

Strab. Plin. & al. Melas, fluv. multiplex: 1. Thraciæ, in sin. Melanen ad Caridiam urbem influens, qui non satis fuit ad bibendum exercitui Xerxis, teste Herod. *la Mera* teste Nardo, sed Bellon. *Larissa*, de quo Ovid. 2. metamorph.

"*Mygdoniusque Melas, & Tænareus Eurotas.*

Sed hic in Macedonia est. 2. Cappadociæ, apud Cæsaream urb. ex mont. Argæo oriens, longoque tractu in Euphratem per Armeniam minorem decurrens, non procul à Melitene, ex Strab. *Gensui* teste Cast. 3. Ioniæ, qui teste Jul. Solino Smyrnam urbem circumfluit. 4. Pamphyliæ Strab. & Plin. Pamphyliam à Cilicia separans, apud Sidam urb. fluens, *Crionero* teste Nig. 5. Bœotiæ, qui ex Parnasso mont. in Cephisum labitur teste Strab. & oves juxta illum pascentes nigras facit teste Plin. qui circa solstitium æstivum crescit, ut Nilus, & ab exordio navigabilis est. 6. Phthiotidis Herod. & Liv. apud Heracleam Trachiniam fluens, & à Dyra fluv. 20. stad. distans. 7. Arcadiæ Strab. per Achaiam fluens, & Olenum urbem alluens, Mellas Virg. lib. 4. georg.

"*Pastores, & curva legunt prope flumina Mellæ.*

Est & Melas fluv. Lyciæ, ubi Latona incolas in ranas convertit, teste Probo, & in Mygdonia reg. Maced. & in Sicilia prope Himeram locus, teste Ovid. cum ait,

"*Sacratumque Melam, pascua læta boum.*

Cæs. Ptol. Meldæ, Meldi Plin. pop. & urbs Gall. Belgicæ, *Meaulx*, episc. sub archiep. Senonens. ad Matronam flu. inter Parisios ad occ. 10. & Rhemos ad ortum 20. leuc. à Senonibus totidem in Bor. Melda quoque in num. sing. usitatur, ut lib. 4. Itin.

"*Hoc uni tempus erat, primo nos vespere Melda*

"*Excipit, hinc virides qua Matrona proluit herbas.*

Meleagrea, urbs Ætoliæ, quæ & Calydon. Vide ibi. Sic dicta à Meleagro, qui in ea imperavit.

Meles, qui & Melas Sol. fluv. Ioniæ Smyrnæ urbis mœnia alluens, à qua nunc nomen habet. Hic Meletis in genit. facit. Strab. Stat.

Melese, *Melissa* teste Barrio, opp. Magnæ Græciæ in ora Calabriæ ulterioris, à littore ad 7. mill. pass. recedens, inter Macellam 3. & Crimissam 13. Quod Temese etiam apud Ovid. legitur. Ovid.

Melfictum *Molfetta*, urbs Apuliæ Peucetiæ marit. episc. sub archiep. Barensi, inde 15. mill. pass. in occ. Tranium versus 9. proxima Juvenacio 3. à Rubo 4. Vet. Trad.

Meliacus sin. Idem Maliaco.

Melibocus mons *Hardtswaldt* teste Pirchaymero, *Brockersberg* Peucero, al. *Vogelsberg*, mons German. quæ in Thuringiæ & Francon. conf. ad ortum Visurgis fluv. statuitur. Ptol.

Melibœa, opp. Thessaliæ ad mont. Ossæ radices cis Peneum fluv. apud Bœbeidem lacum, purpura nobile. De Melibœa Virg. lib. 5. Æn. Stra. Pli. Herod. Liv. & al.

"*Purpura Mæandro duplici Melibœa cucurrit.*

Patria fuit Philoctetæ, de qua Herod. lib. 6. Hinc Melibœus, a, um.

Melibœus, mons Campaniæ, ex quo Orrhontes fluv. oritur: de quo tamen fluv. nulla exstat apud recentiores, sicuti nec de monte, commemoratio. Lycophr.

Melienses, pop. Thessaliæ in Melide reg. ad Othrys montis radices. Xenoph.

Melinophagi, pop. Thraciæ, sic dicti, quod panico vitam transigant. Thucyd.

Meliodunum *Mileusckо*, *Mileusck*, & *Milausſ*, opp. German. teste Laz. in Bohemia, Taborio proxim. 1. leuc. distans in occ. Alterum in Gall. in finibus Biturigum, vulgo *Mehun*, quod al. est Magdunum. Xenoph. Ptol.

Melise *Melissa*, opp. Magnæ Græciæ. Vide Melese. De quo Ovid. lib. 15. metam.

"*Thurinosque sinus, Melisenque, & Iapygis arva.*

Melita, Melitene Ptol. *Malatia* teste Nig. urbs Armeniæ minoris apud Euphratem fluv. Melitenes reg. caput, à Samosatis 90. mill. pass. in Bor. à Cæsarea 228. in ort. Plin. Sol.

Melita, inf. gemina: una maris Africi, inter Siciliam & Africam, à Pachyno prom. 70. mill. pass. à Camarina 84. ipsa longa 20. lata 11. circuitu 60. sedes equitum Hierosolymitanorum, sibi à Carolo 5. Aug. post amissam Rhodum dono data, Melite Cic. *Malta* vulgo, cum urbe cognomine episc. sub archiep. Panormitano. De ea Ovid. lib. 3. fast. Plin. & al.

"*Fertilis est Melite sterili vicina Cosyræ.*

Altera maris Hadriatici, Dalmatiæ adjacens, inter oram illius, & Corcyram Melænam 12. mill. pass. quot patet latitudine, longa 30. canibus Melitæis, qui in deliciis habebantur, nobilis, ab Epidauro urbe, cui paret, 70. mill. pass. De Melitæis catellis Athen. lib. 12. qui eos scribit maxime apud Sybaritas in deliciis fuisse. Unde processit adagium apud Græcos, *Melitæus catellus*, de eo, cujus opera nulli rei seriæ conducit.

Melita quoque, pen. producta, quæ postea Miletus dicta est, *Mileto*, urbs Brutiorum in Calab. ulter. episc. sub archiep. Rhegino apud Hipponium, inde 5. mil. pass. distans Terram novam versus 25. Cic.

Melitene, Melitine in nonnullis codicib. Ptol. reg. Armeniæ min. & urbs archiep. caput illius reg. Vide Melita. Est & *opp. Susianæ apud Ptol. *Aracgelaran* teste Cast. Ortelio referente: quod tamen apud Ptol. non invenio. [*In Ortel. est regiuncula Susianæ ex Ptolemæo.] Anton.

Melitopolis, urbs Bithyniæ, prius episc. sub archiep. Cyziceno, postea metropolis. Strab.

Mellaria, *Beiar de Melena* teste Mor. urbs Hisp. Bæt. excisa, Plin. Mel.

excisa, patria Pomp. Melæ, in ora, inter Tariffam & Bellonem, inde 3. hinc vix 2. leuc. à Calpe paulo supra 4.

Plin. Mellaria altera, *Fuente Oveiuna* teste Mor. oppid. Hisp. Bæt. mediterr. in Extremaduræ conf. à Corduba 14. leuc. Emeritam versus, à Metallino 16. in Austrum & Eurum Cordubam versus. Utraque Mellaria à mellis copia dicta est.

Anton. Mellisurgis opp. fuit Maced. ultra Thessalonicam, 30. mill. pass. Amphipolim versus distans.

Ptol. Melocabus, *Coburg* teste Villanov. urbs Germaniæ in Franconia non obscura, à Bamberga 6. leuc. in Bor. proxima Thuringiæ finibus. Duci proprio paret. De qua urbe in lib. 4. Itiner.

" *Longius evecti Coburgi vidimus arcem*
" *Illustrem, atque arci subjectam intravimus urbem.*

Cæs. Melodunum *Melun*, opp. Gall. Celt. præclarum & elegans, ad Sequanam flum. inter Lutetiam 10. & Senonas 15. leuc.

Strab. Plin. & al. Melos *Milo*, ins. maris Ægæi (seu Cretici) rotundissima, olim Zephyria ab Aristot. dicta, Mimallis à Callimacho, inter Dictynnam prom. Cretæ, & Scyllæum prom. Peloponnesi 87. mill. pass. à Delo 80. in Austrum, inter Rhitymnam urb. Cretæ, & Sunium prom. Atticæ fere 100. Urbem habet cognominem episc. sub archiep. Rhodiensi. In ea sulphur laudatissimum provenit teste Plin. Pop. Melii Thucyd.

Melos item sive Melios Thucyd. Steph. opp. Thessaliæ fuit, à Nicia Atheniensium duce machinis & fame expugnatum. Unde *Fames Meliaa* in adagium transiit de fame extrema, apud Græc. script. proverbiorum.

Plin. Melphes, *Molfa* teste Leand. fluv. Lucaniæ in sin. Pæstanum apud Palinurum prom. influens, à Lao 30. mill. pass. in occ. ubi castrum parvum ejusd. nominis inter Palinurum & Palæocastrum.

Prov. Rom. Melphis & Melphia *Melfi*, urbs Lucaniæ apud Apuliæ & Hirpinorum fines, episc. sub archiep. Compsano, inde 8. mill. pass. in ortum recedens, sive sub archiep. Sipontino, media fere inter Neapolim & Tarentum, ad 90. mill. utrinque distans, principatus.

Strab. Melpis seu Melphis *Melfa*, fluv. Latii ex agro Arpinate oriens, juxtaque Aquinum urb. decurrens, & in Lirim demum labens.

Plin. Melpum, *Melzo* teste Gaud. Merula, opp. Insubriæ amplum inter Modoetiam & Laudem Pompeiam occurrens, à Mediolano 13. mill. pass. in ortum hybernum.

Strab. Melsus, forte Nælus Ptol. fluv. Hisp. Tarraconen. qui Cantabros ab Asturibus dividit.

Jornandi Memma, *Meneg* Camd. ins. Albionis Angliæ adjacens, imo peninsula apud Camd. in Cornubia.

Q. Curt. Memnium, opp. Mesopot. apud Babylonem, ubi fontes bituminis multi.

Memnones Plin. pop. Æthiopiæ sub Ægypto.

Memnonia Herod. Susa appellatur, & Susii Memnonii à rege dicti.

Stra. Pli. Diod. & al. Memnonis regia, urbs Ægypti apud Nilum fluv. ab eo mill. pass. in occ. recedens, inter Tentyra & Ptolemaidem, quæ Abydus Ptol. Vide ibi.

Plin. Memoria, fons Bœotiæ apud Orchomenum oppid. sic dictus quod memoriam adjuvet, sicut alter vicinus oblivionis est causa teste Plin.

Strab. Plin. & al. Memphis, *Menchis* & *Mitzir* teste Postello, urbs Ægypti excisa, olim regia, ab Osyride condita apud verticem Deltæ, ex adverso Babylonis, à vertice 15. mill. pass. in Austrum distans: ibi papyri copia. Luc. lib. 1. ejus sic mem.

" *Nossefuit, quem non stellarum Ægyptia Memphis.*

Ovid. 2. amor. el. 13.

' *Quæ colis & Memphim, palmiferamque Pharum.*

Regio Memphitis. Non procul adhuc pyramidum vestigia cernuntur. Sunt qui Cayrum *Cairo* esse putent, cujus ambitus 150. stad. fuit. Memphiticus, a, um, nomen gent. à Memphi, ut, juvenca Memphitica, apud Ovid.

Menæ, Menænon Diod. *Meneo* vel *Mineo*, oppid. Siciliæ mediterr. apud Palicam urbem dirutam 2. mill. pass. à Leontinis 12. ab Enna 36. Syracusas versus supra 30. Pop. Menenii Cic. Menanini P in. Ptol.

Menan *Meneg*, opp. Albionis in peninsula Cornwalliæ. Vide Memma. Scrip. Brit.

Menapii, pop. German. infer. juxta Rhenum, qui plerique Juliacenses & Clivenses cum parte Geldrensium esse videntur. Ortel. putat eos esse Brabantinos & Flandros: sed hi nimis à Rheno recedunt. Sunt itaque potius inter Rhenum & Mosam, quales sunt Clivenses cum parte Geldrensium, Eburonibus & Tungris finitimi. De iis 4. Itin. sic: Cæs. Plin. Tac.

" *Hinc per Menapios Batavam ponte relicto.*

Menaria, insula parva contra Magonem, sic à mænis piscibus, quorum ibi magna copia est, Plin. lib. 3. cap. 5.

Menariacum, *Mergen* Belgis, *Merville* Gallis teste Ortel. pag. Belgii in Flandria, prius Broylus teste Jo. Molano, ad Lysam flv. inter Atriam ad occ. & Armentariam ad ort. 3. leuc. ab Hypris 6. Sed apud Ant. inter Castellum oppid. Morinorum & Cameracum occurrit. Anton.

Mendæi, pop. Thraciæ in ora marit. apud Ænum urbem. Pausf.

Mendesium, unum ex ostiis Nili, Tanitico proximum, vulgo *Migrun* teste Mol. *Migni* Bonacciolo. Hinc Mendesius nom. gent. Ovid. lib. 3. metam. Ptol.

" *Occidit & Celadon Mendesius, occidit Astreus.*

Menecina *Mendicino*, opp. seu pag. Brutiorum in agro Consentino, à Consentia urbe 4. mill. pass. distans, Ixiæ opp. propinquum. Steph.

Menelaus, urbs Ægypti, eadem Canopo. Vide ibi. Est & urbs Marmaricæ. Ptol. Steph.

Menevia *S. Davids*, urbs Albionis episc. sub archiep. Cantuariensi, in ora occidua Walliæ, apud Octapitarum prom. à Mariduno supra 30. mill. in occident. Scrip. Brit.

Menini, * Mimeni Ptol. pop. Gall. Narbonens. quorum opp. *Menosque* teste Dalechampio, amplum, ad Druentiam fluv. inter Aptam, & Regium 6. leuc. ab Aquis 8. Aliis est *Mournas*, opp. ad Rhodanum fluv. inter Avenionem ad merid. 6. & Mont. Limarium ad Bor. 7. leuc. [* Μημινοι in Seldeni manuscripto.] Plin.

Meninx, ins. Africæ ad Syrtim minorem, (Vide Lotophagites) longa 35. mill. pass. lata 25. De qua Plin. lib. 5. cap. 7. Hanc Dionys. Afer apud Syrtum minorem, & Cercinnam ins. describit. Plin.

" ——— *juxta quam Meninx insula fulget,*
" *Et Cercinna simul, Libyca statione patentes.*

Menius, fluv. Peloponnesi in mare Ionium apud Chelonatem prom. exiens. Strab.

Menlaria, vel Menralia, oppid. Hisp. *Marcia* in Thes. ling. Lat. Ptol.

Menlascus *Rio de S. Sebastian* vel *Donostien*, fluv. cum opp. cognom. Hisp. Tarraconens. per Vardulos fluens. Vide Magrada. Aliis *Oria* cum opp. cognomine dicitur. Ptol.

Menneianæ, *Mansburg* teste Laz. opp. Pannoniæ super. à Varianis 26. mill. pass. in ort. in Hungaria: ex quo liquet non esse *Mansburg*, quod Monetium est Strab. in finibus Iapodum. Anton.

Mennonii, pop. & Mennonia regna. Vide Memnones; sic apud Luc. lib. 3. Luc.

" *Non, cum Memnoniis deduceret agmina regnis*
' *Cyrus* ———

Menoba, *Bezmiliana* Mol. & al. fluv. cum oppid. cognomine Hisp. Bæt. inter Malacam urb. ad occid. & Selambinam oppid. ad ort. 10. mill. pass. seu à Plin.

Malaca 3. leuc. In Thes. ling. Lat. male *Vezmelaga* dicitur.

Plin. Menocaleni, *Mingelstal* teste Laz. pop. Alpini in Histria, inter Tergestum & Polam, in mediterr. & intra montes.

Plin. Ptol. Menosca, *Oria* seu *Uramea* teste Garibæo, oppid. Hisp. Tarracon. marit. in Vardulis, in ora Guipuscuæ reg. inter S. Sebastianum ad ort. & Guetariam ad occ. 3. leuc. Al. est *Guetaria*.

Ptol. Menosgada, *Eger* teste P. Appiano, urbs Germaniæ libera non obscura in Nortgoiæ, Voitlandiæ, & Bohemiæ conf. ad fluv. cognominem, à Praga 20. leuc. in occ. Bambergam versus & Herbipolim.

Ptol. * Mentæ populi apud Vallum quo Scotia ab Anglia separatur, & oram orientalem conspiciuntur: quorum reg. Merchia seu Marchia, vulgo *Mers*, urb. Bremenium, postea Bervicium, ut putatur, dicta, vulgo *Berwick* vel *Barwick*, in Angliæ conf. altera urbs Coldana. [* Proculdubio pro Meatæ vel Meatæ scriptum. Vide ibi.]

Ptol. * Mentercosa oppid. Hisp. in Thes. ling. Lat. *Pedrazza de la Sierra* indigitatur. [* vel Metercosa. Vide ibi.]

Plin. Mentesa, Mentisa Ant. & Ptol. Mentissa Liv. cui etiam alibi Mentisa, *Mentexa* teste Clusio, *Monteion* vero Jo. Marianæ, *Cazorla* Morali, urbs Hisp. in finibus Oretanorum excisa, olim episc. cui in episcopatu Giena successit. Forte duæ hujus nominis urbes fuere, una in Oretanis apud Cazorlam, quæ *Monteion* dicitur; altera in Bastetanis, cui successit *Iaen*, & hæc *Mentexa* nominatur, à Castulone 22. mill. pass. distans. Unde male in Thes. ling. Lat. *Iaen* appellatur.

Plin. Mentonomum, æstuarium oceani Germanici, quod *Frischaff* Ortel. teste appellatur, in ora German. occident.

Menus, pro Mœnus, in Thes. ling. Lat.

Ptol. Menuthias, insula ingens Æthiopiæ ad ortum adjacens: quæ *Madagascar* nunc dici putatur.

Steph. Menuthis, vic. Ægypti apud Canopum urb. 2. tantum stadiis distans, à S. Epiphanio in vita S. Cyri abbatis memoratus.

Strab. Ptol. Menynx, ins. Africæ, (Vide Lotophagites) cujus mem. Sil. lib. 3.

" *Neritia Menynge satus, cui tragula semper.*

Meonia, reg. Asiæ, quæ & Lydia. Vide Mæonia; varie enim scribitur.

Halycar. Mephyla opp. fuit Latii ab Orvinio 40. stad. à Suna vero 30. distans: quæ loca prorsus extincta sunt.

Bedæ. Mercii, pop. Albionis, quorum reg. Mercia, quæ proprium habuit regem, in Northumbria. Hæc Merchia nunc dicitur, ad Scotos spectans.

Vet. Insc. Mercuriacum, pag. agri Novariens. apud Ticinum, Olegio proximus, à Mercurio dictus, uti ex antiq. inscriptione.

Anton. Mercuriale, *Mercogliano* teste Scip. Mazzella, opp. Campaniæ amplum inter Neapolim 12. & Abellinum 18. mill. pass.

Plin. Mel. Mercurii prom. Hermea prom. Ptol. *Capo Bon*, prom. Africæ contra Siciliam, à Lilybœo 100. mill. pass. in Austrum distans, inter Carthaginem ad occ. & Hadrumetum in ort.

Ovid. Mercurii aquæ, apud Capenam portam urbis Romæ, ab Ovid. memoratæ.

Ptol. Meribriga, opp. Lusit. in regno Portugallico, Bretolæo urbi excisæ proximum, *Abnedara* pag. teste Moletio.

Merinianum, ex quodam itiner. antiquo, opp. Insubriæ ad Lambrum fluv. intermeantem, medium inter Mediolanum & Laudem Pompeiam, 10. mill. pass. utrinque distans, proprio parens marchioni, *Merignano* vulgo.

Merobrica, *Santjago de Cacem* teste And. Resend. opp. Lusit. in regno Portugalliæ in ora, medium fere inter Ulyssipponem ad Bor. & Sacrum prom. ad Austrum 15. leuc. Plin.

Meroe, Saba Josepho, sicuti & nunc ab Abissinis appellatur, ins. Æthiopiæ sub Ægypto maxima, à Nilo, Astapo, & Astabora fluviis effecta, cui nomen dedit Meroe urbs primaria, à Syene 800. mill. pass. distans in Austrum, & à Napata altera regia 360. ab Alexandria 10000. stad. teste Strab. Insula *Gueguere* una cum urbe teste Cast. dicitur, *Neube* teste Marmol. Pop. Meroitæ, Merveni Mel. Ovid. 4. fast. Herod. Strab. Plin. & al.

" *Hinc Libs, Hinc Meroe, siccaque terra subest.*

Hic Saba reginæ (quæ & Candace) regnasse traditur, nunc Abyssinorum imperator late per totam fere Æthiopiam dominatur. Urbs à Cambyse rege Persarum condita est, & de nomine matris dicta: quod nomen postea toti insulæ commodatum fuit Herod. In ea mulieres grandes habent mammas, autore Juvenale, sat. 13.

" *In Meroe crasso majorem infante mamillam.*

Meron, qui & Samachonitis, *Tabaria* teste Masio, lacus Palæstinæ apud Serapionem, quem Jordanis fluv. efficit, qui æstate siccatur. Bibl.

Meropus, mons Thessaliæ, ex quo ob multos anfractus echo multiplex redditur. Steph.

Meros, mons Indiæ citer. inter Indum & Cophem fluv. Nysa Plin. ab urbe vicina, Sacer Trogo, & Tricoryphus Polyæno à tribus cacuminibus dictus. Hic ferunt Bacchum enutritum fuisse. Strab. Mel. Theophr.

Merromeni, *Meroner* teste Laz. pop. Illyrici, quorum opp. *Merona*. App. Alex.

Merula, *Meira* teste Aug. Justin. fluv. Liguriæ apud Albingaunum urb. fluens. Est & Merula fluv. Pedemontanæ reg. per Saluciense territorium in Padum influens, vulgo *Maira*: sed hic Latine etiam Macra ab aliis nominatur. Plin.

Merulæ campus, qui & Cosobus Laonico dicitur, & aliis Cassovius, *Cassowopoly* Sclavis, & *Amserfeldt* Germanis, regiuncula Mysiæ sup. à meridie in Bor. ad 30. leuc. patens, maxime ferax. Ejus mem. quidam poeta lib. 1. Itiner. Scrip. Pann.

" *Vertit ut in tristes victoris gaudia luctus*

" *In Merulæ campis cum superatus erat.*

Merulis, locus Thusciæ Populonio urbi propinquus, inde 8. mill. pass. distans: ubi S. Cerbonius episc. à Totila Gothorum rege feris objectus est. D. Greg.

Mesabius, mons Bœotiæ apud Anthedonem opp. Euripo imminens. Pausi.

Mese, ins. Gall. Narbonens. una Stœchadum, media illarum, quæ & Pomponiana Plin. Vide Stœchades. Plin.

Mesembria, quæ & Menebria Strab. Mesambria Herod. *Mesember* Soph. urbs archiep. Thraciæ marit. in Mysiæ infer. confin. in ora maris Euxini, inter Anchialum, & Odessum ad 20. mill. pass. ubi mons Hæmus desinit. Hinc Mesembriacus nom. gent. Ovid. lib. 1. trist. el. 9. Strab. Plin. Ptol.

" *Inde Mesembriacos portus, & Odesson, & arces.*

Mesopotamia, reg. Asiæ Euphrate ad occ. & merid. ac Tigri ad ort. comprehensa; cui ad Bor. Armenia major, Niphate monte intercedente, Babylonia & Chaldæa ad meridiem incumbunt, Assyria cum Susiana ad ort. Syria vero cum Armenia minore ad occ. hærentibus; longa 800. lata 360. mill. pass. ex Plin. Aram & Charam in sacris literis, Osrhoena Dioni, Herodiano, & lib. Not. Urbes olim claræ Edessa, Nisibis, Nicephorium, & Seleucia: nunc clarent Amida, & Marde. Strab. Ptol. Plin. & al.

Messabatæ, Massabatæ Strab. pop. Persidis, quorum reg. *Savas* teste Castaldo nominatur. Ptol. Dionys.

Messagetæ, pop. Scythiæ Europææ ad * Euxinum mare Ptol. Claud.

mare & Mæoticam pal. incolentes. Vide Maſſagetæ. Claud. 1. in Ruf.

" *Et qui cornipedes in pocula vulnerat audax*
' *Meſſagetes*-------

[* Ptol. duplices habet; in Margiana & inter Sacas, utroſque longe ab Euxino mari in ort. diſtantes.]

Cic. Plin. Liv. & al. Meſſana, Meſſene Strab. & Ptol. *Meſſina*, urbs archiep. Siciliæ præcipua, academia, empor. & portus apud fretum Mamertinum, & Pelorum prom. à quo 12. mill. paſſ. quot à Rhegio urbe Brutiorum abeſt, à Meſſeniis pop. Peloponneſi condita & nominata, à Panormo altera Siciliæ urbe clara & regia 208. mill. in Bor. diſtans. Hæc primum à Normannis, victis Saracenis, recuperata. Macrob. lib. 1. Saturn. illam ab Anaxilao Rheginorum tyranno conditam ſcribit. Vide Zancle, & Mamertini. Hinc Meſſenius nom. gent. Ovid. lib. 14. metam.

" *Littore in Italico Meſſenia mœnia contra*
' *Scylla mihi*------

Meſſanicus, fluv. pars Padi. Vide Paduſa.

Plin. Plin. Strab. Meſſapia, reg. Italiæ, quæ & Salentini Ptol. & al. ac Iapygia, *Terra d'Otranto*, peninſula inter Brundiſium, & Tarentum in occaſum, ſupra 50. mill. paſſ. porrecta, à Meſſapo, qui in ea dominatus eſt, dicta, ex Virg. lib. 7. Æn.

" *At Meſſapus equum domitor, Neptunia proles.*

Vide Salentini, & Iapygia. Meſſapia item Plin. oppid. ejuſdem reg. quod alii *Miſagno*, à Brundiſio 8. mill. paſſ. Uriam verſus diſtans; alii *Meſafra* & *Maſſafro*, à Tarento totidem in occ. Motulam verſus recedens eſſe contendunt. Hinc Meſſapius nom. gent. Ovid. 14. metam.

" *Peucetioſque ſinus, Meſſapiaq; arva reliquit.*

Aiſt. Meſſapius, mons Maced. in Pæoniæ Mædicæque confin. bonaſum animal gignens.

Stat. Meſſe, opp. Cytheræ inſ. à Stat. lib. 4. Theb. memoratum.

" *Quos Pharis, volucrumque parens Cytherea Meſſe.*

Stra. Pli. Meſſeis, fons Theſſaliæ apud Helladem opp.

Strab. Plin. Pauſ. & al. Meſſene, *Moſeniga* teſte Nardo cum al. urbs Peloponneſi olim clara, & Meſſeniæ reg. caput, in ora occidua, ab oſtio Pamiſi 31. mill. paſſ. in merid. recedens. Alii locum illius hodie *Petalidi* dici volunt, à Corone urbe 28. mill. paſſ. diſtantem. Pop. Meſſenii. De ea Ovid. lib. 6. metam.

" *Meſſeneque ferox, Patræq; humileſq; Cleonæ.*

Meſſenii cum iterum atque iterum defeciſſent à Lacedæmoniis, ab iis in ſervitutem redacti ſunt, pejuſque ſervis habiti, autore Pauſan. & Juſtino in lib. 3. epitom. Unde natum proverbium eſt, *Meſſena ſervilior*, in eos qui alieno vivunt arbitrio.

Plin. Meſſeniacus ſin. Meſſenius Strab. qui & Coronæus, & Aſinæus, *Golfo di Coron*, inter Acritam & Tænarum prom.

Procul. Meſſis *Meſiano*, opp. Brutiorum in Calabria ulter. teſte Barr. mediterr. inter Neocaſtrum 10. & Miletum 6. Hipponio proximum, à Soriano 12. mill. paſſ.

Capella. Meſſua. Vide Miſua, & Niſua.

Anton. Meſtriana, *Meſtri* Laz. pag. Pannoniæ ſuper. in Hungaria, à Sabaria 6. leuc. Hung. diſtans in ort. Aquincum ſive Acincum verſus. Meſtrianæ etiam num. plur.

Mel. Meſua, peninſ. Gall. Narbon. *Meſe* teſte Poldo: forte Meſe Plin.

Ptol. Meſuium *Magdeburg*, urbs archiep. German. ad Albim, in Saxonia, libera, à Brandeburgo 7. leuc. inter Witebergam, & Brunſuicum 11. Vide Parthenopolis.

Steph. Metachœum caſtrum erat Bœotiæ medium inter Coroneam & Orchomenum.

Ptol. Metacompſo, Tacompſon Plin. Tachempſo Melæ, *Aſnan* teſte Zieglero vel *Aſuam*, urbs Ægypti ad Nilum proxima Sienæ.

Metacum, *Calaiate* teſte Jo. Baroſio, urbs Arabiæ Ptol. fel. in ora orientali ad fin. Sachalitem, inter Syagrum prom. & Auſaram urb. ab Armuzia 100. leuc. in Auſtrum. Vide Cumacatum, ut habet cod. Græcus.

Metæ, Metenſis urbs Greg. Turonenſ. Mediomatrices Cæſ. *Metz*, urbs Gall. Belg. in Lotharingia, ad Moſellam, epiſc. ſub archiep. Trevirenſ. inde 13. leuc. Nanceium ſedem ducis Lotharingiæ verſus in merid. Metis etiam. De qua quidam poeta. Lib. Not.

" *Noſtraque te nuper, nunc aliena, Metis.*

Et Mettis apud Ven. Fortun. lib. 7.

" *Seu qui Mettin adit de ſale nomen habens.*

Loquitur de Salia fluv. qui ad Metim in Moſellam influit. Vide Mediomatrices.

Metagonium, * Metagonites Ptol. *Capo de tres forcas* Caſtal. & *Capo de Caſaſa* Moletio, prom. Maurit. Tingit. inter Ryſſadirum urbem, & oſtia Malvæ fluv. in Maurit. Cæſarienſ. conſ. ubi pop. Metagonitæ. Strab.

[* Μεταγωνίτης in Seld. manuſcr.]

Metallina Caſtra, Metallinum Ant. cui etiam Metellinum, Metallinenſis colonia Plin. Caſtra Vicelliana ex antiq. inſcript. *Medelin*, opp. Luſitan. clarum in Extremadura ad Anam fluv. ubi is emergit, poſt per 7. leucas occultationem, à Turre Julia 6. leuc. ab Emerita 12. in ort. Vet. Inſc.

Metapontum, Metapontium Strab. & Ptol. *Pelicore* teſte Barr. quaſi Pyliorum regio, urbs Magnæ Græciæ ad ſin. Tarentinum exciſa, inter Heracleam ad Auſtrum 25. & Tarentum ad Bor. 17. mill. paſſ. Al. ut Leand. & Ananiæ, *Torre di mare*. Sed Barrio magis fido. A Pylis pop. Peloponn. teſte Solin. condita, & à Samnitibus everſa. De qua Dionyſ. Afer. Plin. Mel.

" *Mœnia cernuntur Metaponti, deinde Crotonis.*

Metaris, *the Waſh* teſte Ortel. vel *the Waſhes* uti Camdenus, æſtus ſeu fluv. Albionis in ora Angliæ orientali: al. ubi Boſtonum opp. à Lincolnia 30. mil. à Londinio 97. in Bor. & Cæciam. Ptol.

Metaros, Mearos Melæ, fluv. Hiſp. apud Trileucum prom. inter Aſtures & Callaicos. Vide Mearus. Ptol.

Metaurus, qui & Metauria al. *Gioia*, opp. Brutiorum in ora Calabriæ ulterioris, à Roſarno opp. 6. mil. paſſ. in ort. Scyllæum verſus, apud Taurianum, patria Steſichori. Eadem urbs Metaurum à Pompon. Mela appellatur teſte Barrio, inter Nicoteram ad occ. 8. & Scyllæum ad ort. 24. Steph.

Metaurus, fluv. Italiæ geminus: unus Umbriæ, *Metro* vel *Metaro*, penes Forum Sempronii fluens, ac in mare Hadriaticum inter Fanum & Senogalliam exiens, quem male in Flaminiam decurrere in Theſ. ling. Lat. dicitur. De quo Luc. lib. 2. Strab. Plin. & al.

" *In lævum cecidere latus, veloxque Metaurus.*

Alter Brutiorum geminus, per Calabriam ulteriorem fluens: unus per Taurianum ſeu Seminariam fluens, vulgo *Seminara*, teſte Barrio; alter *Metremo*, per Galatrum opp. fluens, & accepto Medama ad Nicoteram urbem exiens. Ex quo error Ortelii deprehenditur, eos qui geminum ſcribunt in Brutiis Metaurum arguentis. In hoc flum. Oreſtem laviſſe, & ab inſania curatum tradunt. Eſt & Metaurus fluv. Siciliæ Strab. & Plin.

Metelis, *Roſetto* Italis, & *Raſchit* Turcis teſte Benjamin Tudelenſ. urbs Ægypti juxta Heracleoticum oſtium Nili non obſcura, ab Alexandria 60. mill. paſſ. in ort. Peluſium verſus: unde male in Theſ. ling. Lat. ſcriptum eſt, non procul ab Alexandria eſſe. Ptol. Mel.

Metelli caſtrum *Mittelburg* vel *Middelburg*, urbs Selandiæ inſ. primaria, à Metello cive Romano, ut nonnullis videtur, nomen habens, à Brugis urbe Flandrica 8. leuc. diſtans, à Philippo 2. rege Hiſp. ſede epiſc. exornata. Vide Mattiaci. Scrip. Belg.

Metercoſa, *Pedrazza de la Sierra* teſte Mol. opp. Hiſp. Tarracon. in Carpetanis, ab Aranda 8. leuc. Maditum Ptol.

dritum versus in Austrum & Eurum. Hinc Trajanum ortum ferunt.

Annal. Venet. Methamaucum *Malamocco*, urbs olim episc. aquis submersa, & portus, contra Medoaci fluv. ostia, à Venetiis 5. mill. pass. distans; quasi meta Medoacum, id est post Medoacum.

Strab. Plin. Ptol. & al. Methone *Modon*, *Mutune* & *Moitune* al. urbs Peloponnesi in ora Messeniæ ad occ. hac tempestate clarissima, & sedes præfecti, episc. sub archiep. Patrensi, proxima Coronæ, ab ea 15. mill. pass. in Bor. distans, inter Patras 120. & Tænarum in merid. 72. mill. Turcicis, *Moitune* teste Leuncl. Pedasus Hom. Methone altera Strab. in Magnesia. Alia in Macedonia juxta Thraciæ fines apud Olinthum, cujus mem. Demosth. in orat. contra Philippum Alex. magni patrem; qui ibi in pugna oculo uno privatus est. De qua Val. Flacc. Argon. lib. 1.

" ——— ———*quem parva Methone,*
" *Et levis Elis equis, & fluctibus obvius Aulon.*

Plin. Methurides, Methuriades Steph. ins. 4. parvæ in sin. Megarico, inter Atticam & Æginam.

Xenoph. & al. Methydrium opp. fuit Peloponnesi in agro Megalopolitano.

Plin. Ptol. & al. Methymna, urbs Lesbi ins. post Mitylenen primaria, in ora ad ortum, Cænidem opp. Æoliæ versus, inde 15. mill. pass. quot ab Arginusis ins. in Bor. Hinc Methymnæus nom. gent. Vino celebris est. Sil. lib. 7.

" *Ac Methymna ferax Latiis cessere Falernis.*

Est & Methymna opp. Hisp. multiplex: in iis Campestris *Medina del Campo*, emporium præclarum, à Vallisoleto 8. leuc. Toletum versus.

Plin. Metina, *Languillade* hodie, ins. Gall. Narbonante ostium Rhodani orientale.

Ven. Fort. Metis *Metz*, urbs Austrasiæ. Vide Metæ. Sic lib. 4. Itin.

" *Qua colit, & Metin silva comitante peragras.*

Dionys. Byzant. Metopon, *Acra Spandona* teste Gyllio, prom. Cornu Byzantii ad Boream. Cujus mem. Call. Niceph.

Steph. Ptol. Metropolis, urbs Phrygiæ magnæ apud Mæandrum fluv. episc. sub archiep. Ephesino. Sed hæc in Ionia est, inter Ephesum 120. & Smyrnam 200. stad. Sunt & aliæ Metropoles: una in Phrygia præter memoratam, episc. sub archiep. Antiochiæ Pisidiæ; & alia in Lydia ad Caystrum fluv. Pop. Metropolitæ Plin. Fuit & Metropolis in Thessalia inter Gomphos & Pharsalum, à Cæs. memorata.

Plin. Metubarris *Zygeth*, & *Otozecz* teste Laz. ins. Pannoniæ infer. intra Saum fluv. inter Possegam ad occ. & Sirmium ad ort. ad 7. leuc. Hungaricas, ubi *Bibar* vel *Bivar* opp. quasi Bubalis, seu Bubalia apud veteres.

Strab. App. & al. Metullum, seu Metulum, *Metling* vel *Medling*, opp. Iapodum apud Colapim fluv. in conf. Liburniæ. De quo vide Meclaria. Sed Laz. est *Troia* opp. ad Saum in com. Ciliensi.

Stra. Pto. Metymna. Vide Methymna.

Strab. Tac. Mevania *Bevagna*, urbs olim episc. Umbriæ ad Clitumnum fluv. nunc opp. amplum, olim in via Flaminia occurrens, à Fulginio 6. mill. pass. distans, à Perusia 12. patria Propertii. De qua Luc. lib. 1.

" *Est qui, tauriferis ubi se Mevania campis.*

Vet. Insc. Mevoniola *Galeate*, pag. Gall. Tog. sive Æmiliæ, in Romandiola, à Forolivii ad 10. mill. pass. distans, à Cesena 20.

Mexicum *Mexico*, urbs archiep. & Hispaniæ novæ in novo orbe conventus juridicus, & Hispanorum colonia maxima, 100000. ædium, ut ferunt, continens, intra lacum, ut Venetiæ, constructa.

Amon. Miacum, opp. Hisp. Tarracon. inter Segobiam 19. & Titulciam 24. mill. pass. occurrens.

Sil. Mibæ, pop. Libyæ inter. in Austrum vergentes, Æthiopibus & Nigritis proximi. Sil. lib. 3.

" *His simul immitem testantes corpore solem*
' *Exustio venere Mibæ*———

Ptol. Midaium, *Midelli* teste Thev. urbs Phrygiæ magnæ episc. sub archiep. Synnadensi, Doryleo & Synao urbibus proxima. Pop. Midæi Plin.

Strab. Midea, & Midia, opp. geminum: unum Bœotiæ apud lacum Copaidem, & Orchomenum opp. alterum Argiæ in Peloponneso apud Naupliam, ab ea 12. stad. distans. Stat. lib. 4. Theb.

" *Aptior armentis Midea, pecorosaque Phyllos.*

Plin. Mieza, Myeza Ptolem. Strymonium Steph. *Strumona*, opp. Macedoniæ apud * ostia Strymonis, & Stagiram opp. Hinc Miezæus, & Miezeus adject. A Mieza filia Beretis nomen habet teste Stephano. [*Ptolem. in Emathia ponit.]

Cic. Strab. Plin. & al. Milesii, pop. Cariæ, seu Ioniæ in confinio, (quorum urbs est Miletus) multarum urbium conditores teste Strab. Milesius etiam nom. gent. Virg. lib. 3. georg.

' ——— ———*quamvis Milesia magno*
" *Vellera mutentur Tyrios incocta colores.*

Milesii quondam bello clari habiti, cum à Samiis socii belli gerendi expeterentur, consultum oraculum super ea re respondit, *Milesii quondam strenui*. Idem oraculum Caribus, Milesios adversus Persas socios habere cupientibus, factum traditur: quibus cæsis à Persis, oraculum in proverbium abiit in eos, qui à pristina fortuna excidissent, & apud Aristoph. & Athenæum lib. 12. Apud Milesios copia labracum piscium provenit grandium; unde *Labrax Milesius* tum propter magnitudinem, tum propter aviditatem, ac stoliditatem est in proverbio. Sed apud Aristoph. Sapientissimus piscis nominatur. Milesii adeo luxui dediti fuere, ut *Milesii lascivi* passim dicantur apud Lucian. & Apul.

Strab. Plin. Miletopolis, urbs Mysiæ in Bithyniæ conf. apud Artyniam stagnum, ex quo Rhyndacus fluv. effluit, episc. sub archiep. Cyziceno, nunc etiam *Melitopoli* dicta.

Cic. Strab. Plin. & al. Miletus, à Mileto conditore, teste Ovid. lib. 9. metam. nomen habens, *Melaxo* teste Alex. Zardo cum Molet. *Melasso* aliis, urbs Ioniæ, seu Cariæ ex Ptol. apud Mæandri fluv. ostia, ab eis 10. stad. distans, episc. sub archiep. Myrensi. olim Pithyusa, Anactoria, & Lelegis dicta teste Plin. Cadmi patria, anno mundi 2953. una cum Cyzico condita, olim Apollinis oraculo clara, ibi enim responsa dabantur. Pop. Milesii. Ovid. lib. 3. trist. mem. Mileti, eleg. 9.

" *Huc quoque Mileto missi venere coloni,*
" *Inque Getis Græcas constituere domos.*

Miletus altera in Brutiis, à Milesiis condita, ut est traditio, Melita Cic. *Melito* teste Barr. Hipponio proxima, 5. mill. pass. distans; quo sedes episcopalis Tauriani Gregorio 7. Pont. max. translata est. Vide Melita. Hic etiam sedes Vibonens. sive Hipponii.

Anton. Lib. Conc. Milevum, Milevis D. Aug. & Vict. Uticens. *Mela* nunc, urbs Africæ episc. sub archiep. Carthaginens. (ubi concilium Milevitanum habitum est) à Cirta 30. mill. pass. Sitifim versus.

Jornand. Miliare, sive Muliare, ut alii legunt, *Mulbach*, fluv. Daciæ teste Laz. per Transylvaniam fluens.

P. Vict. Milvius Pons *Ponte Molle*, unus ex Romæ pontibus, ab urbe 2. mill. distans; unde incipit Via Flaminia. Ubi etiam Milvius ager apud Stat. Ejus mem. Claud. in 6. cons. Honorii.

" *Omne, Palatino qua pons à colle recedit*
' *Milvius*———

Polyb. Ptol. Milyas, urbs Pamphyliæ mediterr. in Carbalia reg. *Milia* adhuc dicta, sed excisa, apud Termessum. Pop. Milyæ Strab. Plin. & Herod.

Hom. Cic. Strab. & al. Mimas, mons & prom. *Capo Stillari* teste Nig. mons Ioniæ Colophoni urbi vicinus, contra Chium ins. porrectus, intus Laodiceam Lydiæ urb. attingens.

Est

Est & Mimas mons Thraciæ ab Aristoph. & Ovid. lib. 2. metam. memoratus.

" *Et tandem nivibus Rhodope caritura, Mimasque.*

S. Turon. Mimatum, *Mande* teste Cœnali, urbs Gabalorum in Gall. Aquit. episc. sub archiep. Bituricens. Rhutenis & Vellaunis finitima, à Vellaunis seu Floropoli 5. leuc. in merid. Ruthenos versus 10. à Podio 9. in occid.

Plin. Minæi, pop. Arab. fel. Atramitis & Sabæis proximi, apud oram maris Rubri. Quorum metrop. Carna nomen retinet. Dionys. Afer.

" *Minæique maris prope rubri littora vivunt.*

Ptol. Minagara, *Maciquopatan* ex conjectura levi Cast. urbs Indiæ citer. marit.

Anton. Minariacum. Vide Menariacum, sic enim etiam legitur.

Scrip. Brit. Minarii, montes Albionis excelsi in Anglia, qui incolis *Mendip hills* dicuntur, in comit. Somersettensi.

Plin. & al. Mincius *Mencio* & *Menzo*, fluv. Cenomanorum Venetiæ clarissimus, ex Benaco lacu emissus ad Piscariam arcem, & Mantuam urbem alluens, inque Padum ad Acroventum pag. influens. Cujus mem. inter alios Claud. de 6. cons. Honor.

" *Cæculus, & velox Athesis, tardusque meatu*
' *Mincius* ——

Prov. Rom. Minda *Minden*, urbs German. in Saxoniæ & Westphaliæ conf. ad Visurgim fluv. episc. sede à Carolo magno insignita anno sal. 780. sub archiep. Coloniens. à Monasterio 13. leuc. in ort. Brunsuicum versus 15.

Lib. Conc. Mindon, seu Mindonia, *Mondonnedo*, urbs Hispaniæ in Callaicis, episc. sub archiep. Compostellano, Bretoniæ urbi proximæ excisæ subrogata, inter Lucum 9. & Ribadeum 5. leuc.

Ptol. Minervæ ara, *Chifale* teste Ortel. ex tab. recent. inf. sin. Arabici, apud Cardaminen. Quam tamen apud Ptol. non legi: Is enim Are tantum habet.

Varroni. Minervæ castrum, postea Crypteria, *Grottaria* teste Barr. quasi Crypta aurea, opp. Magnæ Græciæ in Calabria ulteriore apud Locros, inter Hieracium 8. & Caulonem 10. mill. pass. Murgetiæ propius, 6. mill. distans.

Strab. Plin. Minervæ prom. (Vide Athenæum) prom. Picentinorum, *Capo Campanella*, & *Capo di Minerva*, à Surrento & Capreis 4. mill. pass. à Circæis 76. in ort. teste Plin. *Capo* etiam *di Capri* dicitur.

Paterc. Minervium, colon. apud Paterculum Italiæ, quæ ubi sit ignoratur: nisi sit Minervinum *Monervino*, urbs Apuliæ Peucetiæ episc. sub archiep. Barensi, inter Canusium 9. & Venusiam ad meridiem 15. à Labello 6. in ort. Scribitur & *Minerbino*.

Anton. Mingum, sive ut al. cod. habet Ningum, *Mugia*, opp. Histriæ in ora inter Tergestum & Justinopolim, utrinque 5. mill. pass. distans.

Vet. Inscr. Miniatum *S. Miniato*, opp. Thusciæ, medium fere inter Florentiam & Pisas, in colle, utrinque 20. mill. pass. distans, nuper episc. sede donatum.

Minicium opp. sive pag. est Larii lacus, à Minicia familia (quæ à Minicio viro clarissimo sub Vespasiano Aug. derivata est, ex antiq. inscript. marmorea ibidem reperta) nomen habens, apud promontor. Rhetionico opp. finitimum, vulgo *Menasio*, à Como 20. mill. pass. distans.

Scrip. Germ. Miningroda, quæ & Minimigardum, postea Monasterium, *Munster*, urbs Germaniæ, Westphaliæ primaria, ad Amasium fluv. una ex 10. urbibus à Carolo magno, post Saxones devictos, episcopali sede decoratis, inter Coloniam 16. & Bremam 18. leuc. à Daventria 12. in merid. episc. sub archiep. Coloniensi.

Virg. Minio *Mugnone*, al. *Mignone*, fluv. Hetruriæ per agrum Cornuetanum inter Centum cellas & Cornuetum in mare decurrens; Munio Rutilio lib. 1. itiner. Ejus mem. Virg. lib. 10. Æneid.

" *Qui Cærete domo, qui sunt Minionis in arvis.*

Minius *Minno*, fluv. ingens Hisp. Tarracon. qui Gallæciam à Portugallia dividit, male à Strab. descriptus; ex finibus Asturum oriens, & post Tyden urbem Callaicorum quam alluit, ad Mirtilum opp. in oceanum desinens. Cujus decursus 35. leucarum est. Strab. Mel. Ptol.

Minnodunum, *Mouldon* Gallis, *Milden* Germanis, opp. Gall. Belg. in Helvetiorum finibus apud fines Equestrium, medium inter Lausonium urb. & Peterlingam oppid. 4. leuc. Salodorum urbem Helveticam versus 13. Anton.

Minoa, opp. Cretæ geminum : unum in ora ad ortum, inter Samonium prom. & Camaram urbem in Bor. vergentem, *Altemura* Soph. alterum in ora Bor. à Cydone 10. mill. pass. in ort. apud Amphimalim sin. *Minolo* hodie Molet. Hinc Minoium mare, idem Cretico, Apollonio autore. Ptol.

Minoa item port. ad sin. Argolicum in Peloponneso apud Naupliam, *Altamura* teste Moletio. Ptol.

Minoa quoque urbs fuit Siciliæ in ora Australi, quæ & Heraclea. Vide ibi. A Minoa Cretæ Minoius nom. gent. Virg. 6. Æn. Liv.

" *Dædalus, ut fama est, fugiens Minoia regna.*

Minorissa *Manresa*, urbs Hisp. citer. in Catalaunia, olim episc. apud Mont. Seratum 3. leuc. à Vico 8. à Barcinone 10. Urgellam versus 14. olim Athanagia, ut aliquibus videtur.

* Minthe, Euan Paus. *Oleno* teste Nig. mons Peloponnesi inter Taygetum ad Austrum & Stymphalum ad Arctos, *Mittena* hodie. Hujus mentio fit lib. 2. Itin. Strab. Ptol.

' ———— *Dorsoque nigranti*
" *Imminet à tergo juxta Cocytia Minthe.*

[* *Miron* in manuscr. Selden.]

Minturnæ, colon. Latii novi in Campaniæ confinio, ad ostia Liris fluv. olim urbs episc. nunc prorsus extincta. Locus *la Scaffa del Garigliano* teste Sanfelicio nominatur, inter Formias ad occ. & Sinuessam ad ort. urbes etiam excisas, 9. mill. pass. à Fregellis 20. Ex ejus ruinis Trajectum opp. proximum & parvum ad 2. mill. pass. exstructum. Juvenal. sat. 10. Cic. Strab. Plin. & al.

" *Exsilium, & carcer, Minturnarumque paludes.*

Minyæ, pop. & Minya, opp. Thessaliæ circa Scarphiam; & circa Orchomenon opp. Thessaliæ, teste Pausania ; & Elidis in Peloponneso, ubi Minyeius fluv. Hesychio juxta Pylum fluens, teste Strab. De quibus Val. Flac. lib. 5. Argon. Paus. Strab.

" *Æquore, Cyaneas Minyæ timuere relictas.*

Minyeus, fluv. Thessaliæ, qui & Orchomenus, juxta Orchomenum opp. Plin.

Minyia, Minoa Steph. opp. Amorgi insf. *Mandria* Cast. sed Soph. *Plati*. At Ptol. est ins. maris Icarii, inter Con ad merid. & Samum ad Arctos 23. mill. pass. inter Pathmon, & Pharmacusam 25. & ipsa *Mandria*, unde nomen mari. Steph. Ptol.

Mirace, locus Scythiæ, (Vide Tamyrace ; videtur enim idem, opp. Sarmatiæ Europææ.) cujus mem. Val. lib. 6. Argon. Val. Flacc.

" *Progenuit viridem Miracen, Tibisenaque juxta*
' *Ostia*————

Mirapiscæ *Mirepoix*, urbs Gall. Narbonens. apud Lersium fluv. in Occitania reg. episc. sub archiep. Tolosano, à Joanne 22. Pont. max. effecta, inter Tolosam ad Bor. & Electam ad merid. 8. leuc. Fuxo proxima, inde 2. leuc. in ort. distans. Prov. Rom.

Mirobriga, *Malabriga* teste Mor. urbs Lusit. in Vettonibus excisa, olim episc. cui successit Rodericopolis urbs Castellæ vet. in conf. Portug. à Salmantica 13. leuc. Olissipponem versus, episc. sub archiep. Compostellano. Jo. Mariana, cum aliis, illam *Civdad Rodrigo* indigitat; cum locus illius ab Urbe Roderici distans nomen adhuc retineat. Pop. Mirobrigenses Ptol.

Celtici Plin. Myrobriga legitur in cod. Ptol. Græco. [* in Celticis ponit Ptolemæus.]

Plin. Mirobriga, opp. Hisp. Bæt. conventus Cordubens. nunc pag. *Villa de Capilla* teste Mor. cum Mariana, apud Fontem Oveiunam opp. à Corduba 14. leuc. distans, ab Azuaga 2. opp. Extremaduræ. Tertia Mirobriga Ptol. erat in Hisp. Tarracon. in Oretanis.

Vet. Insc. Mirtilum *Viana*, opp. Hisp. Tarracon. in Callaicis apud ostia Minii fluv. in Portugalliæ conf. à Minio 4. leuc. à Bracara 7. Aliis Mirtylum.

Strab. Ptol. Misenum, prom. & urbs, Misenus mons Liv. *Miseno* adhuc dicuntur tam mons (qui & Aerius Virg.) quam urbs in eo excisa, olim episc. à Baiis 2. Puteolis & Cumis 3. mill. pass. plus minus distans, in ora, cujus adhuc vestigia & ruinæ durant; sic à Miseno Æneæ comite ibi sepulto, de quo Virg. lib. 6. Æn.

" *Nec minus interea Misenum in littore Teucri*
' *Flebant*———

Et postea;

" *Monte sub Aerio, qui nunc Misenus ab illo.*

Pop. Misenates Plin.

Prov. Rom. Misna *Meissen*, urbs German. in Misnia reg. ab ea nomen habente, episc. sub archiep. Magdeburgens. inde in Austrum 20. leuc. Pragam versus totidem, ad Albim fluv. à Dresda 3. urbs clara, dives, & populosa: quæ & Misia à poetis German. dicitur, & pop. Misii, & Misnii. De Misna urbe sic in lib. 7. carm.

" *Est locus, Albiacis ubi Misna rigatur ab undis,*
" *Fertilis, & viridi totus amœnus humo.*

Mel. * Mistia, Mystia Plin. *Gelosia*, al. *Gioiosa* teste Barrio, opp. Magnæ Græciæ in finibus Locrorum, inter Hieracium urb. ad merid. & Auricellam opp. ad Bor. fere medium. [* Mistræ in aliis codicibus.]

Anton. Plin. Misua, Nisua Ptol. *Nucbia* nunc Mol. & al. *Nubia*, opp. Africæ in ora apud Mercurii prom. inter Carpim & Clupeam, à Clupea fere 20. mill. pass.

Ptol. Misynos, *Mesurata* ut videtur Ortel. ins. maris Libyci Cyrenaicæ adjacens in Syrti magna.

Cic. Strab. Plin. & al. Mitylene, urbs archiep. Lesbi ins. primaria; quo nomine etiam ins. nominatur: *Metelin*, sicuti & insula ipsa. Inde Mitylenæus nom. gent. Luc. lib. 8.

" *Tunc Mitylenæum jam pleno littore vulgus*
' *Affatur Magnum*———

Illam Cic. 2. de lege agraria valde celebrat ob situm, ædificiorum pulchritudinem, & soli fertilitatem. * De ead. Vitruv. lib. 1. cap. 6.

Hom. Apol. Mixodia: sic fretum Siciliæ inter Scyllam & Charybdim.

Strab. Mnasyrium pag. erat Rhodi apud Lindum opp.

Ptol. * Mnestheus vel Menesthei portus *Puerto de S. Maria*, opp. Hisp. Bæt. amplum cum portu in ora contra Gades ins. inde 4. leuc. distantem, inter Xeram, seu Cæsarianam ad ort. & Fanum Luciferi ad occ. proximas urbes, ad 2. leuc. Virg. lib. 5. Æn.

Velocem Mnestheus agit acri remige Pristin.

Sed est nom. viri. [* Ptol. habet Μενεσθέως λιμήν.]

Ptol. Mniara, Mina Anton. *Hubet* teste Marmol. opp. Maurit. Cæsariens. mediterr. apud Telensinum urbem amplam, & regiam, à littore 14. mill. pass. distantem, à Quiza vero 140.

Lib. Conc. * Mnizum, & Mizinum, Minyzum Anton. urbs Galatiæ, inter Juliopolim Bithyniæ ad occ. 47. & Ancyram in ort. 52. mill. pass. Est & Mizinum, seu Misinum, urbs episc. Thraciæ, quæ & Drysipara, seu Drusipara. Vide ibi.

Bibl. Moab, Areopolis Steph. & D. Hieron. *Aroer* hodie teste Tyrio, urbs Arabiæ petrææ trans Jordanem, quæ Medabæ eadem putatur, episc. sub archiep. Bostrensi.

Vet. Insc. Mocenia, *Motzing* teste Jo. Avent. opp. olim, nunc pag. Vindeliciæ apud Danubium in Bavaria, apud Straubingam urbem, inde 1. leuc. in occ. recedens.

Ptol. Mochura, *Mecha* teste Nig. urbs Arabiæ felicis mediterr. non longe tamen ab ora sin. Arabici distans, ab Hierosolymis 800. mill. pass. in Eurum; quo Turcæ quotannis voti causa ad Maumethis pseudoprophetæ sepulchrum, uti Christicolæ Hierosolymam, contendere solent.

Lib. Conc. Mocissus, & Mocasus, urbs Cappadociæ archiep. sub qua Nazianzum urbs finitima, à Cæsarea in occ. supra 50. mill. pass. recedens.

Ptol. Mocontiacum *Mentz*, urbs Germ. super. archiep. ad Rhenum. Dicitur & Mogontiacum. Varie scribitur, nam & Magontia, ac Moguntia passim legitur. Urbs clara, à Spira 7. & à Wormacia 4. leuc. Vide Magontiacum.

P. Diac. Modicia apud Paul. Diac. lib. de gest. Longobard. opp. præclarum est Insubriæ ad Lambrum fluv. à Mediolano 10. mill. pass. in Bor. recedens. Forte Modocecia, ut alii cod. habent. Vide Modoetia.

Bibl. Modin, urbs Palæstinæ in Judæa in monte excisa, nomen adhuc retinens, Machabæorum patria, inter Emmaum & Rhamam, à qua 10. mill. pass. Hierosolymam versus abest.

P. Diac. Modoetia, Mogontia ex antiq. inscript. *Monza*, opp. Insubriæ amplum ad Lambrum fluv. mœnia lambentem, à Mediolano 10. mill. pass. in Bor. distans. Ibi sacra ædes, D. Jo. Baptistæ sacra, insignis, à Theodolinda Longobard. regina exstructa, ubi gallina cum pullis aurea visitur.

Ptol. Modonus, fluv. Hiberniæ, Liffeus Ortel. *the Liffy*, Dublinum urb. alluens. Aliis *Aven-Liff*. Sed Paulo Jov. *Suyre* esse putatur, maximus. [*Slane* Camdeno.]

Porphyr. Genn. Modrena, quæ & Comopolis, *Mudarni* teste Leuncl. urbs Bithyniæ mediterr. episc. sub archiep. Nicæno, cui finitima est.

Strab. Modron, locus Phrygiæ magnæ, ex quo Gallus fluv. ortum habet.

Prov. Rom. Modrusa *Smodrusch* vel *Modrusch*, urbs Liburniæ episc. Croatiæ, Seniæ finitima, inde ad 18. mill. pass. in Bor. recedens, episc. sub archiep. Jaderens. olim Tediastum, ut nonnullis videtur, dicta. Abest à Colapis ostio in Saum, sive à Siscia urbe ad 50. mill. pass. sive paulo plures.

Ptol. Modura, *Bisnagar* Cast. urbs Indiæ cit. ampla, & regia, in mediterr. ex conjectura.

Ptol. * Moduti, *Pinder* teste Villanov. urbs Taprobanæ ins. ex conjectura levi. [in Seldeni man. scribitur duplici τ.]

Tac. Plin. Mœnus, Mœnis Melæ, Menus Amm. Mogonus Regin. *der Meyn*, fluv. German. ex Sudetis montibus (ex quibus Nabus in merid. Sala in Bor. & Egra in ort. ipse vero in occ.) per Franconiam in Rhenum fluens, contra Moguntiam, Columbachio, Bamberga, Herbipoli, Sweinfordia, Francofurto, aliisque urbibus irrigatis. In eo siluri pisces equos tranantes deorsum trahere feruntur, teste Boccatio. De quo lib. 4. Itiner.

" *Vitiferumque cava trajecimus arbore Mœnum,*
" *Irriguas cujus Francia potat aquas.*

Vide Narisci.

Strab. Plin. Mel. Mœris, Muris Herod. Mœridis stagnum Ptol. palus ingens Ægypti à Memphi 72. mill. pass. in occid. distans, 20. mill. circuitu patens teste Mela. Ex quo patet decipi eos, qui illam *Buchiara* indigitant, cum Mareotide eam confundentes; quæ juxta Alexandriam est, multo vastior.

Tac. Plin. & al. Mœsia, Mysia Ptol. & Strab. reg. Europæ in superiorem & inferiorem Ciabro fluv. divisa. Superior *Bisna* ad occ. & *Servia* ad ort. dicitur: Inferior *Bulgaria* in superioris, & Thraciæ confinio, inter Hemum mont. & Danubium fluv. contenta, circa oram maris Euxini & ostia Istri *Bessarabia*, ultra Danubium, ex parte,

parte, hoc est circa oram maris Euxini, *Moldavia*. Pop. Mœsi Plin. Hinc Mœsius nom. gent. Virg. lib. 1. georg.

" *Lætus ager: nullo tantum se Mœsia cultu.*

Quod de Mœsia Asiæ intelligi potest. Est enim etiam Mœsia, & Mysia Asiæ, quæ & Phrygia. Vide Mysia.

Anton. Mogetiana, seu Mogentiana ut al. cod. habent, *Zicka* teste Laz. opp. Pannoniæ infer. in Hungaria.

Regin. Moguntia, (Vide Magontiacum, & Modoetia, & Magontia) urbs archiep. Germaniæ sup. ad Rhen. celebris, & operosa; sic ab amne Mogi dicta. De ea lib. 6. Itiner.

" *Quas & quot non hic præclaras vidimus urbes?*
" *Nempe Moguntinæ pulchra lycæa scholæ.*

Sic. Molæ Formianæ, *Mola*, pag. Latii novi in ora, inter Cajetam, à qua 4. mill. pass. abest, & Minturnas, amœnus, non longe à Formiis urbe deleta.

Vit. Insc. Moles, locus excisus in agro Cæsaraugustano ad Orbam fluv. à Cæsaraugusta 18. mill. pass. in Austrum distans. Cujus adhuc exstant vestigia teste Hieron. Surita.

Ivoni. Molismum *Molesme*, pag. Gall. Celt. cum cœnobio Cistercienssium in agro Lingonens. apud Ararim fluv. Incolæ Molismenses.

Ptol. Molochath, Mulucha Sallust. Plin. & Melæ, *Mulucham* etiam hodie teste Marmol. fluv. Maurit. Tingit. inter Metagonitem prom. & Maluam fluv. terminum utriusque Maurit. Juxta hunc fluv. Massæsyli pop. habitant.

Herod. Moloeus, fluv. Bœotiæ juxta Cithæronem mont. fluens. Moloeuntis mem. Herodotus.

Vib. Seq. Molorchos, nemus Nemeæ reg. in Peloponneso, ubi Hercules leonem interfecisse traditur. Virg. lib. 3. georg.

" *Cuncta mihi, Alpheum linquens, lucosq; Molorchi.*

Hinc Molorcheus nom. gent. Tib. lib. 4. carm. 1.

' *Læta Molorcheis posuit vestigia terris.*

Plin. Liv. Plut. Molossi, pop. Epiri, quorum reg. Molossia, nunc *Pandosia* ab urbe Pandosia teste Pinet. Sunt & Molossi pop. Thessaliæ apud Iolcum opp. teste Athenæo. Apud Molossos Epiri canes sunt venatici generosissimi, qui molossi dicuntur. Virg. lib. 3. georg.

" *Veloces Spartæ catulos, acremque molossum.*

Et in Culice.

" *Illam Scylla rapax, canibus succincta Molossis.*

Ptol. * Molybodes, *Isola del Toro* teste Leand. inf. Sardiniæ adjacens contra Sulci una cum ins. Hieracum; quæ Latine Plumbea dicitur. [* Μολιϐώδης in Seld. man.]

Ptol. Steph. Molycria, Molycrion Pauf. *Molicria* adhuc ex tab. recent. opp. Ætoliæ, seu Locrorum Ozolorum in ora, inter ostia Eueni fluv. ad occ. & Naupactum urbem proximam ad ort. apud Antirrhium prom.

Momonia, reg. Hiberniæ in Austrum vergens, à Connacia Lymerico urbe, sicuti Slego Ultonia ab eadem Connacia, dividitur. Ejus metrop. est Cassilia urbs archiep. inter Manapiam ad ortum 28. & Tuamam metrop. Connaciæ ad occ. æstiv. ad 60. mill. Hibern. dissita. Est & Corcagia urbs episc. Momoniæ in ora Australi post Manapiam (à qua in occ. ad 50. mil. recedit) præcipua, vulgo *Corck*.

Cæs. Plin. Ptol. Ord. Mona, *Mon* Britannice, *Anglesey* Anglis teste Lhuydo cum Lelando, ins. Albionis oræ Walliæ adjacens apud Bangorium urb. inter Angliam & Hiberniam: in qua Druidæ pop. Adeo continenti vicina est, ut quandoque recedentibus fluctibus absque navigio ad eam perveniatur. Est & ins. hujus nom. parva in Rheni ostio apud Frisios.

Monacris, mons, pro Nonacris male in Thes. ling. Lat. Vide Nonacris.

Scrip. Germ. Monacum & Monachium *Munchen*, urbs Bavariæ elegantissima, & primaria, sedes ducum, ad Hisaram fluv. apud Cambodunum urb. extinctam, (unde Cambodunum novum dici potest) ab Augusta Vindelicorum 8. leuc. in ort. à Ratispona 19. in Austrum, sive Austrolibycum. De qua quidam poeta Germanus lib. 7. Itiner.

" *Ut patriam repetens liquisti mœnia nostra,*
" *Nobile qua Monachum nomen adepta tenet.*

Monalus, *Poiana* teste Faz. al. *Pollina*, al. *Malpertuso*, fluv. Siciliæ inter Cephalœdim & Alæsam in ora occ. & Bor. fluens. Ptol.

Monaœda, Monapia Plin. Menavia Bedæ, Eubonia Gildæ, *Man* Anglis, & *Menaw* Britannice teste Lhuydo, ins. Albionis seu Britanniæ, inter illam & Hiberniam, media fere inter Monam ad merid. & Gallovidiam reg. Scotiæ ad Bor. Ptol.

Monarchias hic libet paucis recensere, licet à scopo geograph. alienum videatur.

Monarchiæ à diluvio universali ad hæc tempora clariores.

1. Assyriorum, quæ sub Nino rege cœpit.
2. Babyloniorum seu Chaldæorum, à Nabuchodonosor rege maxime aucta.
3. Medorum, Dario principe Medo autore.
4. Persarum, à Syro inchoata.
5. Græcorum, quæ ab Alexandro magno exordium sumpsit.
6. Romanorum, primum sub consulibus, deinde sub imperatoribus.
7. Saracenorum & Arabum, à Maumethe pseudopropheta leviter cœpta, inde per omnes provincias fere pervagata: nunc in Turcas & Persas divisa.
8. Turcarum, cui Ottomanus primus initium dedit, jamque continua successione annos supra 300. perdurat.
9. Scytharum, hodie Tartarorum, longe lateque per utramque Scythiam & Seres imperantium: quorum major est, qui Scythiæ extra Imaum mont. & Sericæ dominatur; & magnus Mogor qui in Indiam citer. pertransiit.
10. Hispanorum nostra ætate major cunctis est, cum novo dominentur orbi, & Alexandri magni metas prætergressi etiam ad Antipodes imperium suum protulerint.

Hujus itaque temporis monarchiæ clariores sunt, Hispanorum, Turcarum, Persarum, Mogorum, Scytharum, & Sinarum; quibus Abissina in Æthiopia adnumerari potest.

Monasteriolum, *Monstreul* teste Froardo, oppid. Gall. Belg. in ora Picardiæ occid. ad ostium Canciæ fluv. inter Ambianos ad merid. 16. & Bononiam ad Bor. 8. leuc. Stapulis opp. proximum. Scrip. Gall.

Monasterium *Munster*, urbs German. Westphaliæ primaria ad Amisium fluv. episc. sub archiep. Coloniens. inter Coloniam ad occ. & Bremam ad ort. fere media 16. leuc. olim Minigroda & Miningroda. Prov. Rom.

Monasterium quoque apud Nicetam op. Athi mont. in Maced. *Monastir* teste Leuncl. sic ob monasteria Græcorum plura.

Monasterium quoque urbs Alsatiæ libera in Germania, *Munster*.

Monda, Munda Plin. *Mondego* Clus. & al. fluv. Lusitaniæ per Conimbricam urbem fluens in oceanum occid. medius inter Tagum & Durium, utrinque 100. mill. pass. teste Plin. cum opp. cognomine ad ostia, à Conimbrica 8. leuc. in occ. Mel. Ptol.

Monembasia, urbs archiep. Peloponnesi in ora, inter Maleam prom. & Naupliam in Septent. (Vide Epidaurus) *Malvasia*. Lib. Conc.

Monetium, *Mansburg* vel *Monspurg* teste Laz. opp. Iapodum in Carniola reg. & comitatu Ciliensi, à Labaco 12. leuc. in Bor. Strab.

Mo-

Vet. Inscr. Monobrica *Monbriga*, opp. olim Hisp. Bæt. nunc pag. teste Clus. Sed mihi videtur esse opp. Hisp. Tarrac. in Arragonia, vulgo *Munebriga*, ad Salonem fluv. à Bilbili 5. leuc. Cæsaraugustam versus 16.

Strab. Ptol. Steph. Monœcus portus *Monaco*, opp. Liguriæ cum portu, & arce firmissima, in saxo, (cujus princeps & dominus neminem superiorem agnoscit, licet sub tutela regis Hispani, præsidium illius in arcem admiserit) inter Albintemelium ad ort. 10. & Nicæam ad occ. 7. mill. pass. Ejus mem. Virg. lib. 6. Æn.

" *Aggeribus socer Alpinis, atque arce Monœci*
" *Descendens*------

Ptol. Monoglossum, *Mangalor* teste Nigro, urbs Indiæ citer. marit. in regno Narsingæ.

Strab. Plin. Monoleus, lacus Æthiopiæ, ex quo Astaboras fluv. teste Strab. effluit.

Prov. Rom. Monopolis *Monopoli*, urbs Apuliæ Peucetiæ littoralis episc. sub archiep. Barensi, inter Barium ad occ. 30. & Brundisium in ort. 40. mill. pass. proxima Egnatiæ urbi exstinctæ, cui successit.

Prov. Rom. Mons Albanus *Montauban*, urbs Aquit. episc. sub archiep. Tolosano, à Joanne 22. Pont. max. effecta, ad Tarnem fluv. præterfluentem, media inter Tolosam & Cadurcos 8. leuc.

Prov. Rom. Mons Alcinous, *Montalcino* vel *Monte Alcino* teste Volaterr. urbs Hetruriæ episc. sub archiep. Senens. inde 17. mill. pass. non longe à via quæ Romam ducit; quæ & Mons Ilcinus dicitur.

Prov. Rom. Mons Altus *Montalto*, urbs Piceni episc. recens, à Sixto 5. Pont. max. ejus cive effecta, sub archiep. Firmano, inde 10. mill. pass. in merid. ab Asculo 15. in occ. distans.

Mons Badonius. Vide Mons Solis.

Annal. duc. Urb. Mons Bodius, *Montalboio* teste Blondo, opp. amplum Umbriæ in ducatu Urbinate, à Senogallia 7. mill. pass. in merid. ab Æsio totidem in occ.

Ant. Mons Brisiacus *Brisac*, opp. German. super. ad Rhenum fluv. in Alsatia, fere medium inter Basileam ad merid. & Argentoratum in Bor. 7. leuc. plus minus dissitum.

Scrip. Scot. M. Dolorosus, postea Sterlingium, *Sterling*, opp. Scotiæ ad Fortheam fluv. à Glasquo & Dumblano urbibus 20. & 10. mill. Edimburgum in ort. versus; in quo reges coronari solebant.

Annal. Urbin. M. Feretranus *Monfeltro*, urbs Umbriæ epis. sub archiep. Urbinate, inde 20. mill. pass. in occ. recedens, in mont. cum arce, ab omni hostili aggressione tutissima, ducat. Urbinatis; quæ & Leopolis *San Leo*, Feretrus Procopio. Hic potius reg. nomen est.

Scrip. Brit. M. Gomericus *Montgomery*, op. Albionis in Wallia ad Sabrinam fluv. à Salopia 12. mill.

Prov. Rom. M. Maranus *Monte Marano*, urbs Hirpinorum episc. sub archiep. Beneventano, inde 18. mill. pass. Nuscum versus 6.

M. Orvinus *Monorvino*, urbs Apuliæ epis. Vide Minervinum, in Minervium.

Prov. M. Pelusius, & al. Pilosus *Monte Peloso*, urbs Lucaniæ episc. sub archiep. Acherontino (tametsi hodie ab ejus jurisdictione exempta) inter Acherontiam, & Mateolam 10. mill. pass. à Gravina 6. quot à Tricarico, à Potentia 18.

Scrip. Gall. M. Pessulus & Pessulanus *Mompellier*, & *Montpellier*, quasi mons puellarum, urbs ex primis Gall. Narbonens. ac Occitaniæ reg. post Tolosam primaria, episc. quæ Magalonens. successit, & academia, inter Nemausum ad ort. & Narbonem ad occ. 14. leuc.

Cat. M. Physcon *Monte Fiascon*, urbs Hetruriæ in mont. Volsinio lacui imminenti, episc. ab Urbano 5. Pont. max. sede episcopali donata, inter Volsinios, & Viterbium 8. mill. pass. vino celebris. Episcopatus illius & Cornuetanus hoc tempore juncti sunt.

Prov. Ro. M. Politianus *Monte Polciano*, urbs Hetruriæ episc. ab archiep. jurisdictione immunis, in provinc. Senensi, à Senis 28. mill. pass. Clusium versus 12.

Prov. Rom. Mons Regalis *Monreale*, urbs Siciliæ archiep. apud Panormum in monte, inde 4. mill. pass. tantum distans, à Gulielmo 2. Siciliæ rege basilica augustissime exstructa, & amplissimis redditibus ditata, eoque curante sede archiep. à Lucio 3. Pont. max. exornata. Mons Regalis etiam urbs episc. Liguriæ in Pedemontano principatu. Vide Mons Vici.

P. Diac. Mons Regis, *der Vogel* teste Laz. locus inter Carnos & Noricos, intra Alpes Julias.

Mons Regius *Konigsberg*, urbs Sarmatiæ Europææ in Borussis, Prussiæ (quæ ducalis appellatur) caput, academia, & emporium celeberrimum, à Gedano Prussiæ regiæ urbe primaria ad 25. leuc. Polonicas in Bor. recedens.

Mons Rosarum, seu Rosarum mons, vulgo *Montros*, & *Montrose* Camd. pag. Scotiæ cum cœnobio monachorum numero & sanctitate celebri. Vide Celurca.

Mons Sacer *M. di Tivoli*, mons Latii Tiburi urbi imminens.

Anton. Mons Seleuci, locus Gall. Narbonens. in Delphinatu, inter Vapingum urb. 23. & Lucum oppid. 26. mill. pass. occurrens ex Itin. Ant.

P. Diac. Mons Silicis *Monselice*, al. *Monte Silice*, opp. Venetiæ in agro Patavino apud Medoacum fluv. minorem, amplum, inter Patavium 10. & Ateste 5. mill. pass.

Scrip. Brit. Mons Solis, Aquæ calidæ, mons Badonicus, & Badonia, demum Bathonia, urbs Albionis in Anglia episc. sub archiep. Cantuariensi, inter Sarisburiam, & Bristolium ad 20. mill.

Ex Vita S. Marini. Mons Titanus *San Marino*, opp. Gall. Togatæ in Romandiola apud Ariminum, inde 10. mill. pass. Vide Marinum.

Vet. Tra. Mons Vici *Mondovi*, urbs Liguriæ episc. in mont. apud Vicum pag. unde ei nomen, sub archiep. Taurinensi, inde in merid. 34. mill. pass. Savonam versus 36. ab aquis Statiellis 33. in occ. quæ & Mons Regalis, in Pedemontano principatu. In Monte Vici ætate nostra erat academ. quæ nunc Taurini est.

Prov. Rom. Mons Viridis *Monte Verde*, urbs Hirpinorum in Apuliæ conf. episc. sub archiep. Compsano, licet episcopatus Cannensi & archiep. Nazareno copulatus sit, inter Melphiam & Laquedoniam 6. mill. pass.

Montes clariores apud veteres, quorum explicationem vide suis locis.

Acroceraunii & Acroceraunia *Monti della Chimera*, Epiri
Ætna *Mongibello*, Siciliæ
Almus *Arpatarro*, Pannoniæ infer.
Amanus *M. Nero*, Syriæ
Antilibanus *Abellinas*, Cœlesyriæ
Apenninus *Apennino*, Italiæ
Argeus *M. di Saustia*, Cappadociæ
Athos *M. Santo*, Macedoniæ
Atlas *Iduacal*, Maurit. Tingit.
Bagous *Coibocaran*, Drangianæ & Ariæ
Bepyrrus *Bonpruo*, Indiæ ulter.
Bermius *Messo*, Macedoniæ
Callidromus *di Livadia*, Epiri apud Achaiam
Calpe *Gibraltar*, Hispaniæ, Herculis columna.
Candavia *Canovia*, Macedoniæ
Casius *Lison*, Phœnicis. Alter Palæstinæ
Caucasus *Cocas*, Iberiæ & Albaniæ. Alter Indiæ
Cemmenus. Vide Gebenna
Ceraunii, idem Acrocerauniis & Caucaso.
Chimæra, Lyciæ, ignivomus
Choatras *Cabusco*, Parthiæ
Citharon *M. di Stives*, Bœotiæ
Citorus vel Cytorum *M. di Famastro*, Paphlagoniæ

Coronus *Basaresi*, vel *Basarasi*, Parthiæ & Hyrcaniæ
Cragus Lyciæ, *li sette Cavi*
Cybele, Phrygiæ magnæ
Cyllene, Arcadiæ, altissimus
Dicte & Dictæus *Lasthi*, Cretæ
Dindymus & Dindyma *Germian*, Phrygiæ magnæ
Elephas *Felles*, Æthiopiæ
Emodus *Moghali*, Scythiæ & Indiæ
Erymanthus, Arcadiæ
Eryx *di S. Giuliano*, Siciliæ
Falernus *Falerno*, Campaniæ
Garganus *Gargano*, Apuliæ
Gebenna, qui & Cemmenus, *de Auvergne*, Galliæ
Grampius *Granzebain*, Scotiæ
Hæmus *Balkan*, Thraciæ
Helicon *Eialia*, Bœotiæ
Horminius *di Castamona*, Bithyniæ
Hyperborei, Sarmatiæ Asiaticæ
Ida *Ida*, Phrygiæ. Alter Cretæ, *Psiloriti*, & *Psiloteri*
Idubeda *Sierra d' Atienza*, & *M. di Strella*, in Lusitan.
Imaus *Altay*, Scythiæ
Ismarus & Ismara Thraciæ, *di Polystilo*
Jura & Jurassus, *Joux* & *Jurat*, Sequanorum
Libanus *Libano*, Phœniciæ
Lunæ montes *Bed*, Æthiopiæ trans æquatorem
Mænalus & Mænala, Arcadiæ
Marianus *Sierra Morena*, Hisp.
Masdoranus *Chiteliur*, Parthiæ & Ariæ
Massicus *M. Masso*, Campaniæ
Nebrodes *Madonia*, Siciliæ
Niphates *Curdo*, Armen. majoris & Mesopotamiæ
Nysa, Indiæ citerioris
Oeta *Bunina*, Thessal. seu Phthiotidis.
Olympus *Lacha*, Thessaliæ; Mysiæ *Anatolaidag*; Lyciæ, & Cypri
Orospeda *Sierra de Molina*, & *de Alcaraz*, Hispan. Tarracon.
Ossa *Olira*, Thessaliæ
Othrys *Delacha*, Phthiotidis
Pangæus *Castagna*, Thraciæ
Pariedrus & Paryadris *Leprus*, Armen. majoris
Parnasus & Parnassus *Liacura*, Phocidis
Paropamisus *Calchistan*, Asiæ
Pelios *Petras*, Thessaliæ
Pindus *Mezzovo*, Epiri, & Thessaliæ
Pylei & Pylæ *M. Amara*, Æthiopiæ
Pyrene & Pyrenæus mons *los Pireneos*, Hispaniæ
Rhodope *Valiza*, Thraciæ
Riphæi, Sarmatiæ
Romaricus *Remiremont*, Gall. Belg. [Videtur nomen castri vel opp. Vide in suo loco.]
Scardus *M. Nero*, Maced. Al. *Kranz*
Semanthini *Idisa*, inter Sinas & Seres
Soractes, qui & Faliscorum, *di S. Silvestro*
Sudeti *Fiechtelberg*, Germaniæ
Sypilus & Sipylus *Siropino*, Lydiæ
Tænarus *di Maina*, Laconicæ
Taurus, Asiæ, varie nominatur
Taygetus *Mittena*, Laconicæ
Tetricus *M. di S. Giovanni*, Umbriæ
Tmolus *Tomalitze*, Lydiæ
Vesevus & Vesuvius *M. di Somma*, Campaniæ
Vesulus *Monviso*, Gall. Subalpinæ
Vogesus *Vauge*, Gall. Belgicæ
Zagrus *Adilbegian*, Mediæ
Zametus *Zimas*, Arabiæ felicis

Anon. Montana, *Admind* teste Laz. pag. Norici in Stiria apud Anisum fluv. & Anisipontem pag. proximus Rotemæ opp. ab eo leuc. 1. in Bor.

Bibl. Montana Judææ, locus Palæstinæ, in quo Zacharias & Elisabeth D. Joann. Baptistæ parentes habitabant, ab Hierosolymis 8. mill. pass. in Austrum recedens.

Montes *Mons*, urbs Belgii, Hannoniæ primaria, ad Hanam fluv. subterfluentem, à Valencenis altera reg. urbe præcipua 7. leuc. inter Duacum ad occ. & Namurcum ad ort. 11. à Bruxellis 10. Script. Belg.

Montes Aerii, *Montisori* teste Faz. montes Siciliæ excelsi apud Capitium opp. ex quibus Himera in occ. Gelas in merid. & Terias in ort. flumina profluunt, præcipua in Sicilia. Diod. Sic.

Montes urbis Romæ, ex P. Victore.

Aventinus *M. di S. Sabina*, à sacra æde in eo constructa, Tiberi imminens, à porta Trigemina incipiens, ab aliisque prorsus discretus.

Cœlius *S. Gio. Laterano*, à basilica Lateranensi denominatus, apud portam Latinam.

Esquiliæ & Exquiliæ *di S. Maria maggiore*, & *di S. Pietro in vincola*, ab ædibus sacris in eo sitis.

Janiculus *S. Pietro in Montorio*, ubi etiam sacra ædes S. Honophrii.

Palatinus *Palazzo maggiore*, Tarpeio attiguus.

Pincius *S. Trinita del Monti*, sic à sacra æde in eo constructa nominatus.

Quirinalis *Monte Cavallo*, ubi palatium Pontificium æstivo tempore à Pontificibus habitatum, sic ab equi statua quæ ibi visitur dictus.

Tarpeius, qui & Capitolinus, ubi Capitolium, *Campidoglio*, curia & Senatus, dum hic magistratus staret.

Vaticanus *il Vaticano*, ubi ædes Pontificis, & S. Petri basilica.

Viminalis, ubi sacræ ædes S. Laurentii in Palisperna, & S. Pudentianæ.

Montunates, *Albicia* teste Gaud. Merula, oppid. seu pag. Insubriæ Galerato proximus, inter Mediolanum & lacum Verbanum, à Mediolano 24. mill. pass. Vet. Insc.

* Mopsia, reg. Atticæ, sic dicta à Mopso rege teste Strab. De quo Virg. in egl. 8.

' *Mopso Nisa datur*----------

Hinc Mopsopii pop. & Mopsopia reg. Ovid. 5. metamorph.

" *Mopsopium juvenem sacros agitare jugales.*

[* Vel, ut alii codices & Stephanus, Mopsopia à Mopsopo rege.]

Mopsium, Mopsius tumulus Liv. collis & opp. Thessaliæ erat inter Tempe & Larissam urb. Strab. Steph.

Mopsuestia, Mopsus Plin. Mamista Glycæ, *Malmistra*, urb. Ciliciæ archiep. sub patriarch. Antiocheno, ad Pyramum fluv. in mediterr. Vide Mamistra. Al. *Mebsese* etiam appellatur. Strab. Ptol.

Mora *Villa de Mori*, opp. Corsicæ extinctum in ora Boreali apud Opinum oppid. inde 4. mill. pass. in ortum, à Bastia 12. fere Centurinum versus; licet situs apud Ptol. non congruat. Ptol.

Moradunum *Werben*, opp. Gall. Belg. cum cœnobio ad Roram fluv. in ducatu Juliacensi. Annal. Franc.

Morasthi, vicus Judææ apud Eleutheropolim, seu Hebron, patria Micheæ prophetæ. Bibl.

Moravia, reg. Germaniæ inter Bohemiam & Hungariam, sic à Mora fluv. dicta: in qua Quadi & Marcomanni pop. Ejus urbes clariores, Olomucium, episc. & reg. caput, Brina, Igla, & Sana, sive Snoima. De ea sic in lib. Itin. 5. Script. Germ.

" *Hinc Moravinus ager pluvium conversus ad Austrum,*
' *Marcomanos pingui sub regione fovet.*
" *Hic Igla cum Deio tum dum emittuntur ad Istrum,*
' *Et Mora quæ genti nomina clara dedit.*

Lib. Not. Morbium, *Moresby* teste Camd. opp. Albionis in Anglia, in Cumbria reg. ad occ.

Scrip. Rhet. Morbonium *Morbegno*, opp. Rhætorum ad Adduam fluv. in valle Telina, inter lacum Larium 8. & Sondrium opp. in Cæc. 16. mill. pass. Arci Fontanæ proximum.

Scrip. Brit. Morda *Merse*, fluv. Albionis in Wallia, apud Salopiam urbem in Sabrinam influens.

Strab. Diod. Morgantium, Murgantia Liv. Morgentia Sil. *Murgo* teste Faz. opp. Siciliæ excisum in ora apud Taurum prom. inter illud & ostia Simethi, à Leontinis 5. mill. pass. à Catina 20. in Austrum. Pop. Murgentini Cic. & Plin. Sil. lib. 14.

" *Sederunt, non frondosis Morgentia campis.*

Procop. Steph. Morgentia, & Morgetia, & Morgentium, *S. Georgio* teste Barr. opp. Brutiorum amplum in Calabria ulteriore apud Apenn. mont. inter Polistinam 2. & Oppidum 6. mill. à Terra nova 8. ab Altano opp. exciso 3. ab Hieracio 12.

Plin. Morgus *l' Orco*, fluv. Salassorum apud Clavasium opp. Taurinorum in Padum decurrens. Forte Orgus apud Plin. legendum est.

Joseph. Moria, postea Syon seu Sion, (utroque enim modo scribitur) etiam vulgo *Sion*, mons Judææ notissimus, apud Hierusalem, in quo Abraham Isaac filium immolare jussus est, teste D. Hieron.

Ptol. Moricambe, *Bay of Cardronock* teste Camd. æstus & fluv. Albionis in ora occid. in comitatu Cumbriæ, inter Itunam & Belisamam amnes.

Anton. Moridunum, *Seaton* Camd. opp. Albionis in *Wallia. Aliis est idem Mariduno; & aliis *Somerton* opp. esse videtur. [* In comitat. Devoniensi, apud ostia Axæ fluv.]

Plin. Morimarusa, mare Septentrionale, quod Scythiam alluit, vulgo etiam *Mare Settentrionale*.

Cæs. Plin. & al. Morini, pop. Belg. quorum urbs olim episc. Tarvanna *Terouanne* vel *Terouenne*, sub archiep. Rhemens. nunc, à Carolo 5. imp. excisa, jacens, in Picardiæ & Artesiæ confinio: cui in episcopatu successit Audomarensis urbs ad 3. leuc. distans, & Bononia 9. in occ. & Hypræ urbs Flandrica; sicque ex uno tres episcopatus orti. Virg. lib. 8. Æn.

" *Extremiq; hominum Morini, Rhenusque bicornis.*

Scrip. Hung. Morissena, reg. Daciæ in Hungariæ conf. per quam Marysus fluv. decurrit, ubi Cenadium urbs episc. *Chonad* vel *Choniad*. Ejus fit mentio in vita S. Gerardi episcopi.

Annal. Fland. Moritania, *Mortaign* teste Froardo, locus, seu monumentum in Belgio, in Flandriæ & Hannoniæ confinio, ad Scaldem fluv. Est & opp. Gall. Celt. in comit. Perticens. præcipuum in mont. inter Druides, sive Drocum opp. Carnutum 15. & Bellismum opp. ejusd. com. 3. leuc. quod & Mauritania dicitur. Vide ibi.

Scrip. Gall. Moritonium, *Mortain* teste Cœnali, opp. amplum Gall. Celt. in Neustria, seu Normannia reg. Baiocensi urbi proximum, ad 5. leuc. distans, à Viria oppid. 6. in Bor.

Plutarch. Morius, fluv. Bœotiæ circa Thurium montem.

Strab. Moro *Almourol*, vel *Mouraon* teste Vascónc. opp. Lusit. in regno Portugallico apud Anam fluv. inter Oliventiam & Mauram oppida 6. leuc.

Ptol. * Moroeca, *Miranda* teste Molet. opp. Hisp. Tarracon. in Cantabris ad Iberum fluv. ex quo *Miranda de Ebro* nominatur, ad alterius Mirandæ discrimen, inter Virovescam 8. & Victoriam 6. leuc. à Dominicopoli 5. [* Seld. man. habet *Mocena*.]

Luitpr. Mortaria & Mortarium *Mortara*, opp. Laumellinæ reg. in territ. Ticinensi, amplum, inter Papiam 25. & Vercellas 15. mill. pass. antea Bella sylva, postea sic, ob cædem Longobardorum ab exercitu Caroli magni factam, quando, Desiderio rege capto, regnum ipsorum finem accepit, dictum; Acerris sive Acharis, vulgo *Acere*, antiquo castro proximum ad 3. mill. pass.

Paus. Mortuum mare. Vide Asphaltis lacus.

Ven. Fort. Morvinum, locus Gall. quod an extet, & qui vocetur, nondum didici.

Cæs. Tac. Plin. & al. Mosa, *la Meuse* Gallis, *la Mosa* Italis, *Maese* Belgis, fluv. maximus Gall. Belg. ex Vogeso monte in finibus Lingonum oriens, atque per Belgicam longo tractu in Bor. decurrens, Rhenoque in Batavis junctus, ad Dordracum urbem Batavorum oceano Germanico exceptus, multis irrigatis urbibus & oppidis. Cujus sic mem. Sidon. Apoll. in panegyr. Majoriano.

" *Rhenus, Arar, Rhodanus, Mosa, Matrona, Sequana, Ledus.*

Ptol. Mosæus, Meseus Amm. *Triticiri* Ortel. ex tab. al. *Tiritiri*, & al. *Macuf*, fluv. Susianæ reg. in sinum Persicum fluens.

Regin. Mosburgum, castrum Norici in Carinthia ad lacum *Werdsee* Laz. eversum, inter Vacorium seu Villacum, & Clagenfurtum.

Plin. Mel. Moschi, pop. Asiæ circa Caspium mare teste Mela incolentes, sed teste Plin. circa Phasidis fontes, ubi & montes Moschici. Horum reg. hodie *Moscovia*, longe hinc distans in Bor. Moschica Strab. olim in Colchis, quod hi pop. suis finibus egressi, quæ nunc *Moscovia* dicitur regionem occuparunt, & incoluerunt, nomine illi suo impertito, ipsique *Moscoviti* Italis dicuntur: quorum regia urbs Moscha *Moskow*, à Cracovia Polonorum regia 260. leuc. in Cæciam recedit. Lucan. lib. 3.

" *Heniochi, sævisque affinis Sarmata Moschis.*

Moschi & Mosci passim apud script. leguntur. Horum inter alios mem. Sidon. Apollin. in paneg. Aviti, ubi ait,

" *Sauromatam taceo, ac Moscum, solitosq; cruentum*
" *Lac potare Getas*--------

Urbes Moschorum clariores ordine alphabetico.

Astracanum *Astracan*, ad ostia Volgæ fluv.	Volgam fluv.
	Plescovia
Biela	Potivolum
Biolenserum	Preslavia
Branscum	Rhesana
Cassanum	Rhesovia
Cernigovia	Rostovia
Coluga	Smolencum
Columna	Staroduba
Demitriovia	Susdala
Drogobuscum	Toropetia
Duina	Tuveria
Iaroslavia	Volocda, episc. caput Permiæ
Moscha	
Novogardia magna	Volodimiria
Novogardia inferior, ad	Vorotinum

Ptol. Moschius, *Morava* Laz. & al. fluv. Mysiæ super. ex Orbelo mont. in Danubium fluens. Sed aliis, præsertim Cornel. Sceppero, *Lym* fluv. finitimus esse videtur.

Cassiod. Moscius, mons Magnæ Græciæ apud Scyllacium urb. nunc ex ea nominatus.

Tac. Auson. Mosella, Obrincus Ptol. Mosula Floro, *Moselle* Gallis, *Moesel* Germanis, flum. Gall. Belgicæ per Austrasiam, seu Lotharingiam, & per fines Trevirensium in Rhenum ad Confluentes urbem, multis acceptis amnibus, delabens. Fontes ab Araris fontibus 10. leuc. distant: quo in spacio Luc. Veturius Roman. fossam efficere conatus est, ut in oceanum brevior esset navigatio. De ea Auson. edyl. 10.

" *Salve magne parens frugumq; virumque, Mosella.*

Mosini, pop. Sarmatiæ. Vide Mosyni. Tibull. lib. 4. carm. 1.

" *Quaq; Hebrus, Tanaisq; Getas rigat, atq; *Mosinos.*

[* Al. codices hab. *Magynos*.]

Moso-

Scipt. Belg. Mosomagum, pag. Trevirensium. Vide Nivomagum. Deeo in vita S. Lupi episcopi.

Lib. Conc. Mosomum *Pont à Mouson*, opp. amplum Gall. Belg. in Lotharingia ad Mosam fluv. inter Virodunum & Mederiacum, à Viroduno 12. leuc. in Bor. Sedanum versus, à Meseriaco 7. à Rhemis vero (in cujus dioecesi est) 18. in ort. academiam, ubi Jesuitæ scholam celebrem habent.

Ptol. *Moson, opp. Galatiæ, *Aricanda* Nigro. Forte Mizinum Ant. [* Μόσιον in Seldeni manusc.]

Ovid. Mosopia, opp. Sarmatiæ in Ponto. Unde Mosopius nom. gent. De quo Ovid. lib. 6. metam.

" *Barbara * Mosopios terrebant agmina muros.*

[* *Mopsopios* legend. Athenarum scilicet muros intelligendo.]

Plin. Mossini, pop. Asiæ minoris in Mysia circa Pergamum urb. quorum urbs in lib. concil. Mosyne, episc. sub archiep. Hierapolitano Phrygiæ, ut videtur.

Ptol. Mosylon, *Omgauli* teste Mol. prom. & emporium Æthiopiæ sub Ægypto ad fin. Avaliten, inter fauces sinus Arabici & Aromata. Mosylicus Plin.

Orph. Plin. & al. Mosyni, Mosynœci Xenoph. Diod. & al. pop. Cappadociæ ad Pontum Euxinum, inter Cytorum & Cerasuntem urbes longo tractu incolentes, Tibarenis finitimi, Mossonychi Val. Flac. lib. 5. [in quibusd. codicibus] Vide Macrones. Sed Mosyni teste Mela oram Euxini incolunt ultra Carambim prom. qui à Mosynœcis videntur esse diversi, inter quos & Chalybes à Xenoph. locantur. Sunt & Mosyni in Sarmatia Getis finitimi. Tib. lib. 4. carm. 1.

" *Quaq; Hebrus, Tanaisq; Getas rigat, atque Mosynos.*

Ubi Mosinos alii cod. habent. Vide ibi. Mossyni gem. ss. apud Dionysium libro de situ orbis leguntur.

" *Mossynique, domos præbent queis lignea tecta,*
" *Turribus arboreis habitantes, unde vocantur.*

Ptol. * Motene, Otene Plin. *Exechria* teste Cast. Armeniæ majoris reg. apud Cyrum flum. [* Τωτήνη in man. Seld.]

Anton. Motenuni, *Truck an der Leyte* Siml. opp. Pann. super. in Austria apud Hungariæ limites, à Vienna 4. leuc. in merid. quod & Leytæpons Lat. rec. dicitur. Sed Laz. *Martz* pag. est ejusdem tractus.

Ptol. Motuca *Modica* vel *Motica*, urbs Siciliæ in ora Australi, à Siculo 5. mill. pass. in ortum. Pop. Muticenses Cic.

Pauf. Motya, opp. Siciliæ apud Pachynum prom. extinctum, (locus *S. Giovanni* ob sacram ædem nominatur teste Faz.) ab Agrigentinis excisum, Africanis incolis ejectis. Motya altera excisa apud Hyccaram, inter illam & Panormum locus nunc *Sferracavallo* nominatur; aliis *Porto Gallo*, à Panormo 8. mill. pass.

Diod. Steph. Motya tertia in Sicil. in peninsula apud Erycem mont. in ora occid. locus *Mundello* Ortel. dicitur ex Aretio.

Ptol. Motychanus, *Xicli* teste Faz. sic ab opp. quod alluit, fluv. Siciliæ per oram Australem fluens, inter Motyam & Inycum, Siculum opp. amplum interluens.

Procop. Muciallia, *Mugello* teste Celso Cittad. ager Florentinus, à Florentia 14. mill. pass. Bononiam versus.

Sil. Muciæ, pag. Samnii inter Fauces Caudinas & Bovianum. Sil. Ital. lib. 8.

" *Qui Batulum Mucrasq; colunt, Boviania quiq;.*

Anton. Muenna, locus Gall. Belg. inter Durocottorum & Divodurum, in Campania, à Durocottoro 10. mill. pass. in ort. Ubi Axuennam legit M. Velserus.

Strab. Mugilones, pop. Germam. quorum nomen torrens *Muhel* in Austria redolere videatur, teste Laz.

Scrip. Germ. Mulda, fluv. Bohemiæ, qui & Multavia, *Multaw*, per Budovissam & Pragam in Albim fluens. De quo lib. 5. Itin.

" *Per quas lascivigo flumine Mulda fluit.*

Mulucha, opp. Mauri. Tingit. ad Mulucham fluv. seu Molochath. Flor.

Munda, fluv. Lusit. Vide Monda. Plin.

Munda, urbs Hisp. Bæt. apud Arundam urb. excisa, adhuc *Munda* testibus Moral. Clus. & al. dicta. Plin. Licet teste Mariana Munda vetus *Runda la veja* vel *Ronda la veja* dicatur, ab Arunda 2. leuc. à Munda vero nova 3. à Malaca 20. mill. pass. in colle apud fluviolum. Hic Pompeiani à Cæsare cæsi ad 30000. peditum, & 5000. equitum. Luc. lib. 1.

" *ultima funesta concurrunt prælia Munda.*

Sil. lib. 3.

" *Et Munda Æmathios Italis paritura dolores.*

Municipia Romana quædam fuere in Italia, quædam extra Italiam. [Municipes (juxta A. Gellium) sunt cives Romani ex municipiis, legibus suis & suo jure utentes, muneris tantum cum pop. Romano honorarii participes, à quo munere capessendo appellati videntur, nullis aliis necessitatibus, neque ulla pop. Rom. lege adstricti. Coloniæ vero non veniunt extrinsecus in civitatem, nec suis radicibus nituntur; sed ex civitate quasi propagatæ sunt; & jura institutaque omnia pop. Rom. non sui arbitrii habent.]

Municipia Romana in Italia. † *signum est interiisse.*

Acerræ in Campania, Liv.
Alatrium in Latio, ex vet. inscript.
Allifa in Samnio, ex vet. inscript.
Ameria in Umbria, Cicer.
Anagnia in Latio, Liv. Cic.
Aquinum in Latio, Liv. Cicer.
Aretium in Hetruria, vet. inscript.
Aricia in Latio, Liv. Velleio, Fest. & Gellio
Arpinum in Latio, Liv. Cic.
Asculum in Piceno, Cic.
Assisium in Umbria, ex vet. inscript.
† Atella in Camp. vet. inscript. Fest.
Blera in Hetruria, vet. inscript.
Bononia in Gall. Tog. ex Festo
Bovillæ in Latio, ex Cic.
Cære in Hetruria, ex vet. inscript. Aul. Gell.
Calenum in Camp. Cic.
Capena in Hetruria, ex vet. inscript.
Capua in Camp. ex vet. insc.
† Casinum in Samnio, ex vet. insc.
† Casuentum in Umbria, ex vet. insc.
Clusium in Hetruria, ex vet. insc.
Cora in Latio, ex vet. insc.
† Cumæ in Camp. Liv. & ex vet. insc.
Eporedia in Salassis, ex Tacito
Ferentinum in Latio, Liv.
Forentum in Latio, Plin.
† Formiæ in Latio novo, Liv.
† Forum Flaminii in Umbria, ex vet. insc.
Forum Sempronii in Umbria, ex vet. inscr.
Fundi in Latio, Liv.
† Gabii in Latio, Cicer.
Hispellum in Umbria, ex vet. insc.
Hydruntum in Salentinis, ex vet. inscript.
Interamna in Latio, ex vet. inscr.
† Lanuvium in Latio, Liv. Cic.
Larinum in Frentanis, Cic.
Lavici in Latio, Cic.
Luca in Hetruria, Fest.
Mediolanum in Insubria, Tac.
Mevania in Umbria, vet. insc.
† Mevoniola ibid.
† Nahartes in Umbria, vet. insc.
Nepet in Hetruria, Fest.
Nola in Camp. Fest.

† Nomentum in Sabinis, Liv.
Novaria in Inſubria, Tac.
† Numana in Piceno, ex vet. inſc.
Ocriculum in Umbria, ex vet. inſc.
† Pedum in Latio, Liv.
Piſæ in Hetruria, Feſt.
Placentia in Gall. Tog. Feſt.
Præneſte in Latio, Feſt.
Privernum in Latio, Liv. & vet. inſc.
Rhegium in Brutiis, vet. inſc.
Sæpinum in Samnio, vet. inſc.
Sarſina in Æmilia, ex vet. inſc.
† Scaptia in Latio, Plin.
Seguſium in Taurinis, ex vet. inſcr.
† Sinueſſa in Camp. ex vet. inſcr.
Sueſſa in Campan. ex vet. inſcr.
† Sueſſula in Campan. ex vet. inſcr.
Surrentum in Picentibus, ex vet. inſcr.
Sutrium in Hetruria, Feſto
† Tarquinii in Thuſcia, Cic.
Tibur in Latio, Feſt.
Tifernum in Umbria, ex vet. inſcr.
† Trebula in Latio, Liv.
† Tuſculum in Latio, Sex. Pomp. Liv.
Vercellæ in Inſubria, Tac.
† Vindinum in Umbria, ex vet. inſcr.
Urbinum in Umbria, ex vet. inſcr.

Municipiorum aliquot Italiæ apud veteres alius catalogus.

Acerræ Campaniæ	Labici Latii
Aletrium Latii	† Lanuvium Latii
Alliſa Samnii	Larinum Apuliæ
Ameria Umbriæ	† Mæcia Latii
Anagnia Latii	Mediolanum Inſubriæ
Aretium Hetruriæ	Mevania Umbriæ
Aricia Latii	Nepet Hetruriæ
Arpinum Latii	Nola Campaniæ
Aſculum Piceni	† Nomentum Sabinorum
Aſſiſium Umbriæ	Novaria Inſubriæ
† Atella Campaniæ	† Numana Piceni
Blera Hetruriæ	† Pedum Latii
Cære Hetruriæ	Privernum Latii
Capena Hetruriæ	Rhegium Brutiorum
† Caſſinum Samnii	Sæpinum Samnii
Cluſium Hetruriæ	† Scaptia Latii
† Cora Latii	Seguſium Gall. Subalpinæ
† Cumæ Campaniæ	Sueſſa Campaniæ
Eporedia Gall. Subalpinæ	† Sueſſula Campaniæ
† Formiæ Latii novi	Surrentum Picentinorum
† Forum Flaminii Umbriæ	Tifernum Umbriæ
Forum Sempronii Umbriæ	† Trebula Latii
Fundi Latii novi	† Tuſculum Latii
† Gabii Latii	Vercellæ Inſubriæ in confin. Gall. Subalpinæ
Hiſpellum Umbriæ	Urbinum Umbriæ
Hydruntum Salentinorum	
Interamna Umbriæ, vel Latii	

[Erant vero Præfecturæ opp. Italiæ, in quibus qui habitabant, nec ſuis legibus, ut municipes, vivebant; nec ullos de ſuo corpore magiſtratus creare poterant, ſicut coloni; ſed à magiſtratibus Roma miſſis regebantur.]

Præfecturæ Romanæ in Italia. [*Alterum catalogum vide in voce Præfectura.*]

Acerræ in Campan. Sex. Pomp.	Anagnia in Latio
Aliphæ in Samnio	Arpinum in Latio
	† Atella in Camp.
Atina in Latio, Cic.	Neapolis ibid. Cic.
Cære in Thuſcia	Nurſia in Umbria
† Calatia in Camp.	Placentia in Æmil. Cic.
Calenum ibid. Cic.	Præneſte in Latio, Cic.
Capua ibid.	Puteoli in Camp.
Caſilinum ibid.	Reate in Sabinis, Cic.
† Caſinum ibidem, Cic.	† Saturnia in Thuſcia
Cora in Latio, Cic. Strab.	Sora in Latio, Cic.
† Coſſa in Thuſcia, Cic.	Sueſſa in Campania, Ciceroni
† Cumæ in Camp.	† Sueſſula ibidem
† Formiæ in Latio novo	Tibur in Latio, Cic.
Fruſino in Latio	Venafrum in Samnio
Fundi in Latio	Vulturnum in Camp.
† Linternum in Camp.	

Hinc vides eaſdem urbes colonias fuiſſe, & municipia, & præfecturas; & alias conditionem mutaſſe, ex præfecturis colonias, vel municipia, vel ex coloniis municipia factas. Municipia extra Italiam plurima fuere, quæ colonias numero ſuperabant.

Munitium, *Gottingen* teſte Villanov. urbs German. in Haſſiæ Saxoniæque conf. media inter Mundam ad merid. & Eimbecam ad Bor. 3. leuc. à Caſſella 5. Brunſuicum verſus 12. *Ptol.*

Munychia, portus Atticæ Piræo proximus, inter illum ad occ. & Sunium prom. ad ortum, apud Iliſſi fluv. oſtium, nomen antiq. retinens. Ovid. lib. 2. metamorph. *Xenoph. Strab. & al.*

" *Munychioſq; volans agros, gratamque Minervæ*
' *Deſpectabat humum*— ——

A Munycho principe nomen habet, qui ibi templum Dianæ extruxit, quæ propterea Munychia cognominata, Strab. & Plut.

Muranum, Summuranum Ant. *Morano*, opp. Lucaniæ in Brutiorum conf. in mont. apud ortum Sybaris fluv. & Caſtrovillarium, ab eo 4. mill. paſſ. licet G. Barrius ipſum Caſtrovillarium eſſe velit, inter Salernum ad occ. 96, & Conſentiam in ort. 40. Hic Ortel. labitur, errore hoc opp. Campaniæ longe hinc diſtanti tribuens. *Vet. Inſc.*

Murbogi, pop. Hiſp. Tarracon. quorum metrop. ſunt Burgi urb. regia Caſtellæ vet. *Burgos*, intra montes. Vide Burgi. *Ptol.*

Murcia, olim Murgis, ut quibuſdam videtur, *Murcia*, urbs Hiſp. Tarracon. in finibus Baſtetanorum, & regni Murcienſis caput, ſive conventus juridicus, à Carthagine nova 9. cujus idem eſt epiſcopus, non longe à finibus regni Valentini, ab Oriola urbe ejus regni 4. leuc. in Africum diſtans. Hæc anno ſal. 1265. ab Hiſpanis, ejectis Mauris, recuperata eſt. *Script. Hiſp.*

Murgantia, Morgentia, & Morgentium, ſeu Morgetium Steph. S. *Georgio* Barr. opp. amplum Brutiorum ad mont. Apenn. radices, à littore ſupra 8. mill. paſſ. ab Hieracio 12. Vide Morgentia. Sed Murgantia apud Liv. non in Brutiis, at in Samnio eſt, eaque nunc *Morcone* dicitur, opp. amplum inter Beneventum 12. & Bovianum 18. mill. paſſ. in comit. Moliſio. *Liv.*

Murgentia, ſeu Murgentum, opp. Siciliæ exciſum eſt, locus *Murgo* dicitur teſte Fazel. à Leontinis 5. mill. paſſ. diſtans.

Murgis, Murgi Ant. opp. Hiſp. geminum: unum marit. in Hiſp. Tarrac. & Bæticæ conf. in ora regni Granatenſis, *Muxacra* hodie teſtibus Flor. & Mariana, inter Virgi ad ort. 2. & Charidemum prom. ad occ. 3. leuc. Alterum opp. olim Bæt. nunc pag. regni Granatenſ. *Murga* teſte Mariana. Sed Cluſio eſt *Murcia* urbs regni Murcienſ. caput. *Plin. Ptol.*

Muris, Mœris Ptol. & al. Vide ibi. Cujus memin. Pontan. lib. 5. Uran. *Herod.*

" *Stagnat Muris aquis, vaſta & mons ſurgit arena.*

Murocincta *Muers*, oppid. German. infer. apud Rhenum in ducatu Cliviæ, inter Coloniam Agrip. 9. & Weſaliam in Bor. 3, apud Diſpargum, à Clivia 7. *Amm.*

à

à Treviris 100. mill. pass. distans teste Ammiano.

Ptol. Muroela, *Muera* Laz. opp. olim Pannon. sup. nunc pag. Stiriæ apud Muram flu. & Muræpontem op. à Græcio urbe 6. leuc. in Corum. Al. est *Mureck* opp. Stiriæ ad Muram flu. à Græcio 5. in Eurum Bolentium versus.

Ptol. Murotriges, seu, ut in cod. Græco Ptol. legitur, Durotriges, pop. Albionis Damnoniis proximi ad ortum cedentes: quorum regio *Somersetshire* teste Lhuydo dicitur. Sed vide Durotriges.

Anton. Mursa, Mursia Ptol. *Esseck* sive *Ezeck* Laz. colonia olim & urbs episc. Pannoniæ infer. nunc oppid. Hungariæ ad Draum fluv. medium inter Quinque Ecclesias & Bononiam in ort. 7. fere leuc. à Buda 18. versus Sirmium in Euronotum, a Siscia 134. mill. pass. in Cæc. ex Ant. Itin.

Mursella opp. erat Pannon. super. inter Sabariam 52. & Arabonem 20. mill. pass. ex cod. Itin.

Scip. Scot. Murthlacum, *Murtlay* teste Hect. Boetho, oppid. Scotiæ, Aberdonens. diœcesis, olim urbs episc. cui in episcopali sede ipsa Aberdonia successit. Murthlacum enim apud script. Scot. urbs fuit episc. Scotiæ in Marria reg. à Malcolmo 3. rege episcopali sede exornata, cum prius pagus esset, cum templo D. Moloco sacro. Nunc à Danis excisa, & prope deleta, cœnobio ibi exstante, ignobilis vicus est, cujus sedes episcopalis in proximam urb. Aberdoniam, academiam, & empor. translata fuit, circa an. sal. 1019. à qua 12. mill. pass. abest.

Anton. Murum, *Mur* teste Scudo, seu *Castel Mur* Siml. opp. seu pag. Rhætorum inter Clavennam opp. ad merid. 12. & Tinnetionem in Cæciam & Bor. 16. mill. pass. Curiam versus. Sed *Mur* apud Scudum in *Bregentz* tractu ponitur.

Prov. Rom. Murus *Muro*, urbs Lucaniæ in Basilicata episc. sub archiep. Compsano, inde 12. mill. pass. in merid. distans, à Marsico 24. à Potentia 18. in occid. Murus quoque mons Lusitaniæ, Vindii ramentum, per agrum Visensem & Lamacensem extensus, Marano, & Alcobæ agri Conimbricens. junctus teste Resend.

Metaphr. Musæus, fluv. Gothiæ in Mysia infer. in quo S. Sabas submersus ab hostibus fuit.

Plin. Musagores, Musagori Melæ, tres ins. parvæ Cretæ in ora Australi, ante Criumetopon prom. quæ potius scopuli quam ins. nomine nunc carent.

Anton. Musti, urbs Africæ olim episc. sub archiep. Carthaginens. mediterr. ad Bagradam fluv. Assuro proxima, ab eo 20. mill. pass. Carthaginem versus 88. à Sicca 32. à Cirta 198. in ortum, à Laribus 30. cujus reg. Mustitana à D. Augustino appellatur.

Metaphr. Mutala, & Mutalasca, pag. Cappad. Cæsareæ finitimus, S. Sabæ abbatis patria.

Cic. Muticenses, pop. Siciliæ. Vide Motuca, nunc *Modica*.

Liv. Mutilum, Mutila Obsequenti, *Mutigliana* Blondo, *Modigliana* vel *Modiana* Leand. opp. Gall. Tog. in Æmilia, sive Romandiola, non obscurum, apud Anemonem fluv. à Faventia 12. mill. pass. in Austrum, à Forolivii 15. recedens.

Polyb. Plin. Mutina *Modena*, colon. & urbs Gall. Tog. in via Æmilia, inter Regium Lepidi 15. & Bononiam in ort. 20. mill. pass. occurrens, antiqua, unaque ex 12. Thuscorum colon. trans Apenn. mont. ampla, episc. sub archiep. Ravennate, & sedes ducum Atestinæ familiæ. Pop. Mutinenses. De ea Ovid. lib. 15. metamorph.

" ————— *mœnia pacem*
" *Victa petent Mutinæ; Pharsalia sentiet illum.*

Virg. Mutuscæ, quæ & Trebia ac Trebula, *Trevi*, urbs Umbriæ olim episc. nunc opp. in colle amplum, inter Fulginium 6. & Spoletium 9. mill. pass. Pop. Trebulani, & Mutuscæi Plin. Vide Trebia. Virg. lib. 7. Æn.

" *Ereti manus omnis, oliviferæque Mutuscæ.*

Sed cum Eretum sit in Sabinis, Mutuscas quoque in finibus Sabinorum esse crediderim, Trebiamque à Trebula diversam esse; Trebula enim & Trebulani pop. sunt in Sabinis ex Plin. Trebia vero in Umbria. Mutuscæ itaque non *Trevi*, sed *M. Leone* in Sabinis indigitari debent, quicquid Leander cum aliis dicat.

Mutustratini, pop. Siciliæ, quorum urbs Mutustrata, *Mistretta* nunc. Vide Amestrata. Plin.

Muza, *Gezien* Mol. port. & empor. Arab. fel. ad sin. Arabicum, quo appellere solebant navigantes ex Ægypto in Indiam, inter Pudnim & Ocelim. Plin. Ptol.

Muziris, *Chaul* Mol. urbs & emp. Indiæ citer. marit. inter Dium ad Bor. 50. & Goam in merid. 75. leuc. Hisp. sub Lusitanis. Ptol.

Mya, ins. parva Doridis (quæ Cariæ reg. est) in sin. Ceramico ad occas. Plin.

* Mycale, opp. & mons Cariæ, seu potius Ioniæ; Herod. prom. è regione Sami ins. Cujus mem. Ovid. lib. 12. metam. Strab. Ptol. & al.

" *Mater erat * Mycale: quam deduxisse canendo*
" *Sæpe reluctantis constabat cornua Lunæ.*

[*Mycale vero hoc loco proprium nomen mulieris est.] Hinc Mycalæus nom. gent. Claud. lib. 2. in Eutropium.

" *Icarium pelagus, Mycalæaque littora juncti.*

[* In Seld. manusc. est Μικάλη.]

Mycalessus *Malacasa*, opp. cum mont. in ora Bœotiæ teste Plin. Cujus mem. Stat. lib. 7. Thebaid. Hom. Stra. Pli. & al.

" *Onchesti, quos pinigeris Mycalessus in agris.*

Mycenæ, *Agios Adrianos* Sophiano, opp. Peloponnesi in Argia reg. inter Corinthum 15. & Argos 10. mill. pass. à Lacedæmone Semeles filio conditæ teste Isid. Hinc Mycenæus nom. gent. Virg. lib. 3. georg. Strab. Plin. & al.

" *Et patriam Epirum referat, fortesq; Mycenas.*

Ovid. in epist. 5.

' *Ista Mycenæa littera scripta manu.*

Et Virg. lib. 11. Æn.

" *Ipse Mycenæus magnorum ductor Achivum.*

Myconos, Mycone Ovid. & Virg. *Micole* Soph. ins. maris Ægæi, una Cycladum, inter Tenon & Icariam, à Delo 15. mill. pass. in ort. circuitu 30. Virgil. lib. 3. Æneid. Strab. Plin.

" *Errantem, Mycone celsa Gyaroque reduxit.*

Ovid. epist. Cydipp. Acont.

" *Et jam transieram Myconen, jam Tenon, & Andron.*

Myconii, ut autor est Strabo lib. 10. & Plin. lib. 11. c. 37. omnes calvi nascuntur; unde proverbialiter *Calvus Myconius* dicitur per ironiam: verum *Myconius crispus* apud Terent. dicitur de re rara, seu raro inventa; veluti cum dicimus *Scytha doctus*, aut *Pœnus fidus*. Erant & Myconii ob eorum tenuitatem alienæ cœnæ appetentes; unde *Myconius conviva* apud Athen. lib. 1. in proverbio est, sicuti & *Myconiorum more*, de iis, qui etiam non vocati ad convivium accedunt, ut Archilochus apud Athen. Pericli imponit. Apud Plut. lib. 1. sympos. *Una Myconus* proverbio dicitur de re indistincta & indiscreta: causam hujus adagii refert Zenodot.

Myeza, *Lagovischio* teste Mol. opp. Maced. in Æmathia. Plin. Ptol.

Mygdonia, reg. Macedoniæ inter Axium & Strymonem flum. ac juxta sin. Toronaicum: in qua Apollonia, Antigonia, Amphipolis, & Physcæ urbes. Ovid. in epist. Acontii Cydipp. Herod. Ptol.

" *Nunc quoque Mygdonia flebilis adstat humo.*

Mygdonius, fluv. Mesopotamiæ Nisibim urbem interluens, ubi reg. Mygdonia, & pop. Mygdones, à Mygdone rege dicti, vel à Mygdonibus Maced. pop. teste Plin. Hinc Mygdonides Virg. lib. 2. Æn. Strab. Plin. & al.

' ————— *juvenisque Chorebus*
" *Mygdonides, illis qui ad Trojam forte diebus*
' *Venerat* ————

Plut. Liv. Thucyd. Myla, *Marcellino* Faz. al. *S. Giuliano*, fluv. Siciliæ apud Leontinos, inter Augustam & Alabum fluv. in mare exiens.

Fl. Stra. Ptol. Mylæ, Myle Ovid. & al. *Melazzo* Faz. & al. vel *Milazzo*, opp. Siciliæ marit. sic à Myla fluv. intercurrente, apud Chersonesum prom. à Zanclæis conditum, in ora occ. contra Italiam, inter Pelorum prom. ad Bor. 36. & Tyndaridem urbem excisam ad Austrum 18. mill. pass. Sil. lib. 14.

" *Subsidium infidum fugientibus æquora, Myle.*

Hic solis boves stabulatos fabulantur: quod quædam, ut fimum male olentia, efferantur in littus, teste Plin. lib. 2. cap. 98.

Mylæ quoque Plin. insulæ circa Cretam, *Cambruse* Nigro, Pineto vero *Gnosa* & *Listo*.

Plin. Steph. Mylasa, Mylassa Herod. Strab. * Ptol. & al. *Messi*, urbs Cariæ apud oram, à Mileto 30. mill. pass. in Austrum Bargyliam versus. Al. *Melaxo* vel *Melasso*, episc. sub archiep. Stauropolitano. [* Μύλασα in man. Seld.]

Ptol. Mylias *Milia*, urbs Pamphyliæ mediterr. pene jacens, nomen antiqu. retinens, Termesso, Aspendoq; & Pergæ finitima. Pop. Myliæ, seu Milyæ Plin. quorum opp. Aricanda. Milyas etiam in cod. Græco Ptol. legitur.

Cic. Stra. Pli. & al. Myndus, *Mentese* Leuncl. urbs Cariæ marit. inter Bargyliam & Halycarnassum, hoc tempore primaria reg. & sedes præfecti, episc. sub archiep. Stauropolitano.

Thucyd. Myon, Myonia Paus. opp. Phocidis juxta fines Locrorum.

Strab. Liv. Steph. Myonnesus, opp. Ioniæ in peninsula, inter Teum & Lebedum. Sed Liv. est prom. inter Teium & Samum ins. proximam; Thucyd. vero est ins. Teiorum, quod magis est verisimile, ut nomen ipsum indicat. Est & ins. Thessaliæ ante Larissam, teste Strab.

Plin. Ptol. Myos hormos, *Cosir* teste Rhamusio, urbs Ægypti cum portu ad sin. Arabicum, inter Arsinoen & Berenicen. Sed al. *Cosir* est ipsa Berenice, à Copto urbe ad Nilum 358. mill. pass. in ort. teste Plin.

Strab. Ptol. Plin. * Myra, num. plur. *Strumita* teste Stunica, urbs Lyciæ mediterr. apud Limyrum fluv. & Limyram urb. in colle, à littore 20. stad. distans, archiep. & metrop. amplissima; sub qua 36. urbes episcop. continebantur; in quibus Patara, Xanthus, Olympus, Araxa, Comba, Balbura, Phellus, Phaselis, Rhodiopolis, Bubo, Mastaura, Podalea, Limyra, & Sidyma. [* Μύρρα in Seld. manuscr.]

Ptol. * Myræum, *Micila* teste Marmol. urbs Africæ mediterr. à Cirta 30. mill. pass. in Austrum distans. [* In Seld. manuscr. Μύρεον.]

App. Herod. Myrcenus, opp. Thraciæ, seu Macedon. in confinio, ad Strymonem fluv. circa Philippos.

Xenoph. Ptol. & al. Myriandrus, opp. Syriæ in ora sin. Issici, ad mont. Amani radices, in Ciliciæ conf. inter Alexandriam & Rhossum urbes propinquas, à portis Ciliciæ 270. stad. Pop. Myriandri Melæ.

Plin. Ptol. Steph. Myrina, quæ & Sebastopolis Plin. urbs Æolidis marit. *Marhani* teste Leuncl. sic à Myrino conditore dicta, episc. sub archiep. Ephesino, inter Elæam, & Cumam 60. stad. à Larissa 70. *Gircona* apud Mol. Myrina quoque Plin. urbs archiep. Lemni, quæ vulgo *Lemno*, de ins. nomine, videtur, teste Bellon.

Lib. Conc. Myriophytos *Miriofidi*, urbs Thraciæ in ora Propontidis, inter Callipolim ad merid. 32. & Rhædestum in Bor. 35. mill. pass. episc. sub archiep. Heracleensi.

Plin. Mel. Myrlea, postea Apamia, *Myrlea* nunc, antiq. nomine retento, urbs Bithyniæ marit. à Colophoniis condita, inter Dascylium & ostia Rhyndaci fluv. episc. sub archiep. Cyziceno.

Plin. Ptol. Myrmecium seu Myrmetium, opp. Tauricæ Chersonesi, & prom. apud Panticapæum urbem ad Bosporum Cimmerium.

Myrmex, ins. parva Cyrenaicæ ante Arsinoen urbem. Ptol.

Myrmidones, Thessaliæ pop. sic apud poetas dicti, (& teste Plin. sic in universum Græci nominantur) sic à formicis dicti, quas ad Æaci preces in homines (illis pestilentia sublatis) conversas fabulantur. Virgil. lib. 2. Æneidos. Philostr.

" ——— *Quis talia fando*

" *Myrmidonum, Dolopumve, aut duri miles Vlyssei*

" *Temperet à lachrymis?* ———

Myrteta, *Frittola* teste Scip. Mazzella, lacus sudatorius Campaniæ apud Baias. Hor. Cels.

Myrtilis (Vide Julia Myrtilis) *Mertola*, opp. Lusitaniæ. Hanc falso author Thes. ling. Lat. ad oceanum describit, cum longe absit ab oceano, juxta Anam fluv. Plin.

Myrtos, ins. maris Ægæi, proxima Carysto urbi Eubœæ, à qua teste Plin. mare Myrtoum nomen accepit. Plin.

Myrtoum mare, pars Ægæi inter Peloponnesum & Atticam, ac Eubœam ins. licet Ptol. illud Myrtoum appellet quod Cariam ad occ. alluit, *Mare di Mandria* teste Cast. Hor. lib. 1. carm. od. 1. Plin. Mel. Strab. Ptol.

" *Myrtoum pavidus nauta secet mare.*

Et Ovid. in Ibin.

" *Proditor ut sævi periit auriga tyranni,*

" *Qui nova Myrtoæ nomina fecit aquæ.*

Myrtuntium, mare inter sin. Ambracium & Leucadem ins. Epirum alluens. Strab.

Mysia, Asiæ proprie dictæ reg. quæ in majorem & minorem dividitur. Major Hellespontica appellatur à Galeno, & pop. Hellespontii à Strab. à Ptol. reg. Hellespontus; in qua Cyzicus & Lampsacus urbes præcipuæ. Minor à Strab. Olympica à monte Olympo dicitur; in qua Prusa urbs Bithyniæ, ex qua ipsa reg. *Bursia* nominatur (licet urbs sit in Bithynia.) Pop. Olympeni Herod. & Ptol. Mysi Plin. & al. Unde Caicus fluv. Mysus ab Ovid. cognominatur. Vide ibi. Mysia etiam Europæ gemina est apud Ptol. superior & inferior. Vide Mœsia. De Mysis Prop. lib. 1. carmin. 20. Plin. Ptol.

" *Et jam præteritis labentem Athamantidos undis*

" *Mysorum scopulis applicuisse ratem.*

Urbes Mysiæ Europææ.

* Achillea	Rhætiaria, postea Nicopolis
* Alba	* Scupi
* Arribantium	* Silistria, sic vulgo, episc. superioris, & sedes præfecti
Barna	* Singidunum
* Bidina	* Sophia, sic vulgo, metrop. & caput Bulgariæ
Calatis	Sucidava
Dinogetia	Ternobum
* Dionysiopolis	Tirista
Durostorum	Tomi
Galacium	Varna
* Mesembria	
Nessum	
* Nicopolis	
Odessus	

Mysi inter alia maxime contemptibiles fuere, autore Strab. lib. 12. ut propterea adagio causam dederint; cum enim aliquem valde despectum & humilem significare volumus, *Mysorum postremus* dicimus, ut apud Cic. in orat. pro Luc. Flacco. Quid, inquit, in Græco sermone tam tritum est, quam siquis despicatui ducitur, ut *Mysorum ultimus* esse dicatur? Erant & Mysi injuriarum ita patientes, ut à finitimis populis varie vexati, se tueri non curarent: unde apud Aristot. lib. 1. rhetor. in proverbio est *Mysorum præda*, de iis, qui injuriis affecti, illas ulcisci non curant. Item *Mysorum & Phrygum termini discreti*, proverbio dicitur

dicitur de rebus toto genere differentibus; vel de hominibus inter quos nihil conveniat.

Mysistratum, urbs Siciliæ. Vide Amestrata.

Ptol. Mysocaras, *Aman* teste Mol. portus Maurit. Tingitanæ ad oceanum Atlanticum, inter mont. Solis, & Usadium prom.

Plin. Mysomacedones, pop. Asiæ circa Ephesum in Lydia incolentes.

Plin. Mystia, *Gioiosa* teste Barr. opp. Magnæ Græciæ apud oram, inter Locros & Cauloniam, eversum, apud Rocellam & Cryptam auream oppida finitima, à Locris 16. mill. pass. in Bor.

Plin. Mystus, ins. parva maris Ionii juxta Echinades.

Arist. Mythepolis, locus Bithyniæ apud Ascaniam paludem, à Cio 120. stad. distans, ubi fontes cum Nilo aliquid commune habentes; Mythopolis Antigono.

Polyb. Mytistratum, sic in al. cod. legitur. Vide Amestrata.

Herod. Strab. Plin. Myus, urbs Ioniæ in Cariæ conf. apud Mæandri ostia, cujus pop. à culicibus infestati Miletum proximam urbem migrarunt. Hanc Artaxerxes Persarum rex Themistocli Atheniensi in obsonium dedit, cum Magnesiam in panem, & Lampsacum in vinum dedisset, teste Thucyd.

N.

Ptol. NAagrammum, urbs primaria & metrop. Taprobanæ ins.

Bibl. Naason, opp. Galilææ, sic vulgo adhuc dictum, inter Sephet ad occ. 12. & Nephtalim ad ort. 5. mill. pass.

Nabalia apud script. Belg. *Neers*, fluv. Germaniæ infer. per ducat. Geldriæ fluens, Gennepiam opp. alluens, & * in Vahalim apud Tiellam oppid. influens. [* Influit in Mosam apud Gennepiam opp.]

Scrip. Lusit. Naban *Rio de Tomar*, fluv. Lusitaniæ in regno Portugall. (à quo Nabantia oppid. præclarum, quod *Tomar* dicitur, in quo reges inaugurari solebant, à Scalabi 7. leuc. distans in Bor. nominatum est,) in Ozecarum influens, teste Resendio cum Vasconcello.

Plin. Strab. Nabathæa, reg. Arabiæ desertæ [vel petrææ] in conf. fel. & pop. Nabathæi, quorum urbs primaria Petra fuit, opulenta, intra montes, inter Gazam & sin. Persicum, inde 600. mill. pass. hinc 123. authore Plin. Reg. *Barraab* à Sarracenis dicitur teste Molet.

Strab. Plin. & al. Nabathæi, pop. Arabiæ, à Nabath Ismaelis filio teste D. Isid. dicti: alii in Arabia petræa, quorum metropolis est Petra, quæ Nabathæa cognominatur à Strab. alii in Arabia fel. Urbes sine mœnibus habebant, servos nullos, pro equis camelis utebantur, solem præ cæteris diis colebant. Nabathæorum mem. Dionys. Afer.

" *Sed Libani montis sunt post declivia primi*
" *Felices opibus, Nabathæi nomine dicti.*

Et Ovid. 1. metam.

" *Eurus ad auroram, Nabathæaque regna recessit.*

Ptol. Nabius, Narius Melæ, ut videtur, fluv. Hisp. Tarracon. per Astures inter Metarum & Navilloionem fluv. apud Libuncam opp. fluens.

Nabriassa, pro Nebrissa, male, in Thes. ling. Lat.

Nabus *Nab*, fluv. Nariscorum per mediam Nortgoiam reg. in Danubium paulo supra Ratisponam fluens: à quo Nabburgum oppid. per quod fluit, à Vidonio urbe 3. leuc. Ratisponam versus. De quo in lib. 5. Itin.

" *Nabburgum levi spectans in colle, relinquo:*
" *Ingredior Pfreymbdæ tecta petita mea,*
" *Quam Boius leni præterit amne Nabus.*

Stra. Ptol. Nacolea, Nacolia Amm. Nacolum Suid. *Einagiol* Turcis teste Leuncl. urbs Phrygiæ magnæ episc. sub archiep. Synnadensi.

Nacri campi, sive (ut alii legunt) Macri, locus Gall. Tog. inter Mutinam & Ferrariam, qui *Val di Montirone* teste Leand. dicitur, Mirandulæ proximus, ab ea 5. mill. pass. Ferrariam versus distans. Strab. Liv.

Naddaver, urbs Æthiopiæ, in qua D. Matthæus apostolus martyrio affectus est, ex ejusdem vita per Abdiam Babylonium scripta. Ejus mem. Ven. Fortun. lib. 8. Fort.

" *Quos Patra, quos Ephesus, Naddaver arce tenet.*

Næbis, *Neiva* teste Jacobo Vasconc. fluv. cum pago cognomine in finibus Bracarum in regno Portugallico, apud Vianam opp. mari exceptus, à Bracara urbe 6. leuc. Benis apud Strab. dici videtur in Thes. ling. Lat. ubi sine diphthongo Nebis legitur. Strab.

Nævia porta *Porta maggiore*, seu *di S. Maria maggiore*, porta urbis Romæ, extra quam ad mill. pass. Nævia sylva occurrit teste Festo: à Nævio cive, cujus erat, dicta; vel à Nævio poeta, de quo Hor. lib. 2. ep. 1. & Gell. lib. 1. c. 24. Sex. Fest.

' *Flerent divæ camenæ Nævium poetam.*

Ea inter Esquilinam (quæ hodie non exstat) & Tiburtinam sita est, à basilica S. Mariæ majoris propiore nomen habens.

Nagara, *Negran* ex tab. recent. urbs Arabiæ fel. mediterr. Est & Nagara *Najara* urbs Hisp. Tarracon. inter Dominicopolim & Logronium 4. leuc. Vide Dionysiopolis. Ptol. Amm.

* Nagidos, Natidos Melæ, *Nigde* incolis, & *Nigidia* Turcis teste Leuncl. urbs Pamphyliæ in Ciliciæ conf. contra quam Nagidusa ins. Sed teste Steph. Nagidos Iconio finitima est. [* Agidos in plerisque exemplar. Strabonis.] Strab. Steph.

Nagnata, urbs Hiberniæ, * *Cormadel* Mol. *Lymmerick* Nig. quod minus probatur: nam Lymmericum circa medium ins. est, Nagnata vero in ora occid. [* Quid sit istud *Cormadel* ignoratur: nec alia sunt Nigri verba, quam, Fluvii post Magnatam civitatem nota digni habentur Limnius, &c. De Nagnata sic Waræus; Situs loci apud Ptolem. locum aliquem designare videtur non procul à Sligoa urbe. & paulo post; Nagnatæ vel Magnati incolebant regionem quæ hodie dicitur ager Sligoensis, fortasse etiam pagum Maionensem.] Ptol.

Nagnia pro Narnia in Thes. ling. Lat. male positum.

Naim, urbs Palæstinæ in Galilæa in mont. à monte Thabor 5. mill. pass. distans, à Nazareth vero 12. in merid. à Capharnao 4. De qua Sedulius lib. 4. Bibl.

" *Quæ fit dicta Naim, populo vallatus opimo.*

Naissum, * Nessum vel Nesus Ptol. *Neissa*, urbs Mysiæ super. in Dardania cum fluv. cognomine; al. *Nisi*, à Viminatio 116. mill. pass. in merid. à Sardica Thraciæ 106. in occ. al. *Nissava*, ex præcipuis urbibus Serviæ. [* In man. Seld. Νάισσον.] Amm. Zosim.

Nalcua *Oxford*, urbs Albionis in Anglia in finib. Atrebatiorum. Ptol.

Namados, *Amandaune* teste Nigro, fluv. Indiæ citerioris. Ptol.

Namurcum *Namur*, & Germanis *Namen*, urbs Belgii, com. Namurcens. caput, ad Mosam fluv. ubi Sabim excipit, à Leodio 10. mill. in occ. à Lovanio & Bruxellis 11. in Austrum, episc. sub. archiep. Cameracensi à Paulo 4. Pont. max. effecta. Sigeb.

Nanæus, *Glas* teste Boetho, fluv. Albionis in Scotia. [Ptolem. habet Navæum in Cornabiis, pop. Borealiss. Scotiæ, Camdenus in *Strath-navern* i. e. (ut inquit ille) valle ad *Navern*.] Scrip. Scot.

Nanigeris *Zeilan*, & incolis *Tenarisin*, ins. Indiæ citer. cujus pop. *Chingale* teste Garcia ab Horto. Sed * Panigeris legitur in cod. Græco: & *Zeilan* ins. contra Cory prom. Taprobana veteribus dicta putatur. [* Ναύγηρις in cod. Palat. & Ναύγηρις in Seld. man.] Ptol.

Nan-

Cæs. *Strab.* *& al.* Nannetes, Namnetæ [vel Samnitæ forsan] Ptol. *Nantes*, pop. & urbs Gall. Celt. in Armoricis, seu in Britannia minore, apud ostia Ligeris fluv. ex primis reg. emporium, & episc. sub archiep. Turonensi, ab Andegavis 16. mill. Gall. in occ. quot à Rhedonibus & Venetis: à Nannete rege 5. Galliæ anno post diluvium 300. condita putatur.

Ivoni. Nantonense castrum *Nantey* vel *Nantoy*, pag. Gall. in Campania ad Matronam fluv. inter Meldas urb. ad occ. 7. & castrum Theodorici ad ort. 2. leuc. distitus. Alterum in finibus Senonum.

Cæs. *Plin.* Nantuates, Nantuatæ Strab. pop. Gall. Celt. Allobrogibus, Equestribus & Sebusianis proximi, quorum opp. adhuc *Nantua* nominatur, inter Genevam 9. & Lugdunum 17. leuc. sic quidam putant. Sed perpendenti verba Cæs. initio lib. 3. de bello Gall. ubi eos Antuates vocat, & lib. 4. ubi de ortu Rheni loquitur, & verba Plin. lib. 3. cap. 20. ubi pop. Alpinos memorat, inter quos Nantuates Sedunis finitimos, nulla ratione videri possunt esse, qui supra descripti sunt, sed potius & absque ulla ambiguitate inter Vallesios ad Rhodanum; quorum opp. *Naters*, à Sedunis 3. leuc. in ortum distans, Tauriscos, seu Uriam Helvetiorum versus: & licet Cæsar scribat per eos Rhenum fluere, Plin. tamen illos inter Sedunos & Lepontios (quod & Cæs. facit, ubi eos Antuates vocat) ad Rhodanum, non inter Lepontios & Helvetios ad Rhenum describit. nisi quis Nantuates & Antuates diversos pop. esse velit, illos ad Rhodanum, hos ad Rhenum locans. Ex quo etiam error Marliani fit manifestus hos Constantienses esse asserentis. Sunt qui horum reg. *le Pais de Vaud* vel *Vault* Gallice dicant, alii *le Pais de Aelen*.

Herod. Naparis *Dnieper*, seu *Nieper* teste Peucero, fluv. Sarmat. sive Scythiæ Europææ in pontum Euxinum influens: licet plerisque *Nieper* Borysthenes esse putetur.

Plin. *Ptol.* Napata, Napatæ Strab. & Steph. urbs Æthiopiæ sub Ægypto, Candacis reginæ regia, inter Syenen 614. & Meroen urbem ins. Meroes in Austrum 360. mil. pass. ex Plin.

Paus. Naphilus, fluv. Peloponnesi in Arcadia in Alpheum influens.

Strab. Napitia, *lo Pizzo* teste Barr. & Mazella, opp. Brutiorum ad sinum Hipponiatem, qui & Napitinus ex eo nominatur, ab Hipponio vix 6. mill. pass. distans in merid. Tropeam versus totidem. Sunt qui Nepetiam à Napitia distinguentes, Amantiam indigitent.

Ptol. Napuca, *Busaten* teste Laz. oppid. Daciæ in Valacchia.

Cic. *Strab.* *Plin.* *& al.* Nar *la Nera*, fluv. Umbriæ è montibus Amiterninis fluens, perque Velinum lacum transiens, à quo emissus, ingenti fragore (qui ad aliquot mill. pass. exauditur) præcepsque descendens ad Interamnam per campos, & ad Narniam per angusta loca, in Tiberim inter Ocriculum & Hortam defertur. Luc. lib. 8.

" *Afferat, & qua Nar Tyberino illabitur amni.*

Non fluit per Narniam (quæ in sublimi sita est) ut in Thes. ling. Lat. sed juxta urb. ut ipsi vidimus.

Ariano. Naracum, Naracostoma Plin. & Amm. Inariacium Ptol. unum ex ostiis Istri fluv. apud ostium Australe.

Anton. *Ptol.* Narangara, urbs Africæ mediterr. olim episc. sub archiep. Carthaginens. proxima Tebestæ & Assuro, inter Siccam 30. & Thaguram 20. mill. pass. nomen antiq. retinens.

Ptol. Narbasi, Narbases Isidor. *Arvas* teste Mor. pop. & montes Hisp. Tarracon. in finibus Asturum, inter Legionem & Ovetum. Vide Forum Narbasorum.

Narbasis in Thes. ling. Lat. ponitur urbs æstuaria Hisp. quod apud vet. authores haud legimus.

Joseph. Narbata, reg. Palæstinæ inter Cæsaream & Samariam, à Cæsarea 60. stad.

Narbo, Narbon Polyb. & Cic. colon. & urbs archiep. Gall. Narbonens. cui nomen dedit, in ora, apud Atacis fluv. ostia (licet Plin. illam à mari 12. mill. pass. distare scribat) *Narbona* Italis, *Narbonne* Gallis, inter Montem Pessulanum ad ort. 14. & Tolosam ad occ. 24. leuc. à templo Veneris 88. mill. pass. in Bor. Narbo Martius Plin. à Rom. condita Olymp. 160. teste Polyb. Cujus mem. Auson. de claris urbibus. *Cæs.* *Strab.* *Plin.* *& al.*

" *Nec tu Martia Narbo silebere: nomine cujus*
" *Fusa per immensum quondam provincia regnum*
' *Obtinuit*----------

Illi olim sub Gothis regibus suberant, uti metropoli, Beterræ, Agatha, Magalona, Nemausus, Luteva, Carcaso, Helena, & Tolosa, quæ nunc metrop. est.

Narbonensis Gallia, quæ & Braccata Plin. teste dicta est, una ex 4. Galliæ partibus, à Pyrenæis montibus Galliam ab Hisp. separantibus, ad Alpes, quæ eandem ab Italia dividunt, extenditur, in 4. reg. divisa, Occitanam à Garumna ad Rhodanum, Provinciam à Rhodano ad Alpes maritimas, Delphinatum à Druentia flum. & montibus ad Hisaram fluv. & Sabaudiam ab Hisara ad Rhodanum, & Lemanum lacum. Licet Ortel. per errorem illam in tres duntaxat distribuat, omissa Sabaudia.

Narbonensis lacus, idem Rubrensi. Vide ibi.

Narcissi fons in Bœotia, (Vide Liriope) in qua Narcissus submersus sua imagine captus fertur. *Paus.*

Narisci, pop. German. quorum reg. *Nortgoew* teste Avent. ubi Bavaria Transdanubiana, seu Palatinatus Bavariæ, à Vindelicia (quæ nunc duc. Bavariæ dicitur) Danubio divisus, cujus caput est Amberga, à Ratispona 8. leuc. in Bor. Aliis *Voitlander*; sed priori sententiæ nomen alludit. Ex finibus Nariscorum ortum habet Mœnus fluv. per Franconiam fluens. De quo poeta quidam lib. 4. Itin. Germ. sic. *Tac.*

" *Prosciferi porro delabimur ad vada Mœni,*
" *Qui fluit ex altis gemino de fonte Nariscis.*

Et lib. 6.

" *Inde Nariscorum veteres accessimus oras,*
' *Quo sunt Coburgæ mœnia structa loco.*

Naritii, pop. & Naritia, urbs, eadem Locris, in Magna Græcia. Vide ibi, & Caulon. Vide etiam Narycii in Narycia, varie enim legitur. *Suid.*

Narnia, Narna Strab. prius Nequinum teste Plin. *Narni*, urbs Umbriæ episc. ad mont. radicem, & Narem fluv. subterfluentem, à quo ei nomen, inter Interamnam 6. & Ocriculum 8. mill. pass. Romam versus supra 40. una ex 12. urbibus quæ Romanis contra Hannibalem opem negarunt. Nequinum à nequitia olim vocata, quod obsessa se & liberos occidere, quam dedere maluerit. Patria Nervæ imp. & Joan. Pont. max. ut ipsi Narnienses hoc versu dictitant. *Plin.* *Liv.*

" *Imperio genui Nervam, mitraque Joannem.*

Claud. de 6. cons. Hon.

" *Celsa dehinc patulum prospectans Narnia campum*
' *Regali calcatur equo*---------

Naro, Naron Ptol. *Narenta*, fluv. Dalmatiæ Naronam urbem alluens, ac pelago inter Peguntium & Epidaurum urbes exceptus. In Thes. ling. Lat. male Narane scriptum est suo loco. *Cat.* *Mel.*

Narona, Narbona Ptol. *Gabella* Mol. & *Narenta* Volaterr. ac Villanov. colonia & urbs olim episcop. nunc opp. à littore 20. mill. pass. interius recedens, à Salonis 72. in ort. Epidaurum & Scodram versus: quondam clara, & Dalmatiæ conventus; sed Naronentes à Venetis circa an. sal. 987. subacti, à pristina magnitudine excidere. *Plin.*

Narces, pop. Umbriæ, qui & Interamnates. *Plin.*

Narthecusa, ins. juxta Rhodum, inter illam & Gnidum urb. Cariæ. Altera circa Parthenium prom. Sami, Narthecis Strab. & Steph. *Plin.*

Nary-

Narycia, seu Narytia, & Naricia ac Naritia, (varie enim in diversis cod. legitur) urbs Magnæ Græciæ; (Vide Locri) & pop. Narycii. Unde Narycius nom. gent. Naritia scribitur apud Ovid. lib. 15. metam.

" *Romechiumq; legit, Caulonaq; Naritiamque.*

Naryciæ picis mem. alius.

" *Naryciæ picis, aut Actæi mellis Hymetti.*

Narycion Plinio, oppidum Locrorum Ozolorum in Achaia. In Thes. ling. Lat. Narycium etiam urbs Locrorum in Italia vocatur; quæ Narycia gen. fœmin. apud vet. legitur.

* Nasabath, ut scribit Ortel. sed in cod. Græco Nasava legitur, Nabar Plin. & Melæ, *Rio de Zinganor* Hispanis, ***Hued el Quibir*** incolis teste Marm. fluv. Maurit. Cæsariens. apud Saldas colon. decurrens, *Sossagia* Cast. Pop. Nasabutes Ptol. sed in Africa. [*Ita cod. Palat. in Seld. manuscr.]

Nasamones, pop. Libyæ non uni: nam alii ad oceanum Atlanticum, qui & Atlantes Herod. alii in Africa ad Syrtim magnam, teste eodem Herod. Plin. & Q. Curtio; alii in Marmarica, teste Ptol. quorum reg. Nasamonitis Garamantibus finitima. De his qui circa Syrtim incolunt, Luc. lib. 9.

" ———— *sic cum toto commercia mundo*
" *Naufragiis Nasamones habent: hac ire Catonem*
" *Dura jubet virtus* ————

Nascica, Calaguris. Vide ibi. Calaguritani pop. Hisp. Nascici cognominantur teste Plin.

Nascus, Nascum Ammian. urbs Arabiæ fel. olim clara, in mediterr. Carnæ urbi regiæ finitima, *Magiarab* hodie teste Molet.

Nasida, opp. Siciliæ ad Nasum fluv. apud oram occ. & Agathyrium, *Naso* hodie, apud Castaneam oppid. 5. mill. pass. (à Pactensi urbe 18.) quod ex Nasidæ ruinis exstructum ferunt. Al. Nasis, & Nasidis in obliquo legunt, quod magis placet.

Nasium, *Nancy* teste Divæo & al. urbs Gall. Belg. Austrasiæ sive Lotharingiæ caput, & sedes ducum, ad Murtham fluv. à Tullo urbe episc. 5. leuc. in ort. à Metis supra 10. in merid. ab Argentorato urbe Alsatiæ 18. Sed mihi potius videtur *Nas* vicus in ducatu Barrensi ad Mosam fluv. à Nanceio 12. leuc. distans, ex vet. inscript. ibi reperta, teste Clem. Mosellano.

Natho, quæ & Prosopitis, *Gezat Eddeheb*, quasi insula aurea, teste Jo. Leone, ins. Ægypti intra Deltam, cum urbe quæ Atarbechis nomine.

Natiso *Natissa*, & *Natisone* etiam vulgo, fluv. Carnorum ex Alpibus Carnicis seu Juliis profluens, ac in mare Hadriaticum apud Aquileiam influens. Apud Strab. videtur idem Sontio, nam apud Ventionem opp. ortus, supra Noreiam urb. Sontio miscetur, nec mare solus petit, sed cum Sontio ab Aquileia 3. mill. pass. in ort. Sed, ut ipse vidi, qui *Natisa* incolis dicitur, à Sontio seu Isontio diversus est, ac in mare exoneratur inter Isontium & Alsam.

Nava, *Naha* teste Rhenano, *die Naw* aliis, fluv. German. super. in Rhenum apud Bingium opp. influens, ex montibus Austrasiæ in ditione Trevirensi supra Fanum Wendellii apud Eisam pag. oriens, Crucniacum opp. finitimum Bingio alluens. De quo Auson. in Mosel.

" *Transieram celerem nebuloso flumine Navam.*

Navale, Græcis Ἐπίνειον & Ναύσταθμος fere idem est quod Latinis portus. Apud Ptol. 4. Navalia leguntur; quæ sunt Aulon urbs Macedoniæ, Lechæum ad sin. Corinthiacum, Cenchreæ ad sin. Saronicum, utrumque ad isthmum, & Corinthiorum, reliquum Nauplia urbs oræ Argivorum. De quibus vide suis locis.

*Navalia, *Swol* teste P. Appian. urbs Germ. infer. libera, in Transisalana reg. inter Isalam & Vidrum fluv. proxima Campenæ urbi 1. leuc. recedens, à Daventria 4. in Bor. [* man. Seld. Ναβαλία.]

* Navaris, urbs Sarmatiæ Asianæ apud Tanaim fluv. in finibus Iaxamatarum, *Nagarziachi* incolis teste Mol. [* Ita manuscr. Seldeni, codex Græc. Ναυάρος.]

Naubarum, urbs Sarm. Europææ in ora Mæoticæ palud. inter Carcinitum fluv. & Tanaim, Carcinæ urbi & Carcinito fluv. propior. Pop. Navari Ptol.

Naucraticum, ostium Nili, *Rosetto* teste Nig. Canopo urbi proximum, quod & Canopicum; nunc sic nominatum ab urbe vicina.

Naucratis, urbs & nomus (qui Naucraticus dicitur apud Plin.) Ægypti mediterr. intra Deltam, à Naucratico ostio introrsum parum distans, cui nomen tribuit.

Navilubio, Navilloion Ptol. fluv. Hisp. Tarracon. inter Astures & Callaicos fluens, vulgo *Mullon*, apud opp. S. Martini in mare exiens. [* Ναυιλλουίων Seld. manusc.]

Naulocha, Nauloga Sil. opp. Siciliæ marit. in ora, inter Pelorum & Mylas, cujus hodie nihil exstat, apud Divetum castrum. Ejus mem. Sil. lib. 14.

" *Non Herbesos iners, non Nauloga pigra pericli.*
" *Sederunt* ————

Legitur & Naulochus apud Sueton, & *Diveto* indigitatur, inter Phalacrium prom. 6. & Mylas 18. mill. pass. castrum exiguum.

Naulochus, Tetranaulochus Plin. (licet al. cod. habeat Tetra, Naulochus, divisim) *Cosacho* teste Nig. opp. Thraciæ in ora maris Euxini apud Mesembriam urb. & fines Mysiæ infer. Est & Naulochus prom. Imbri ins. meridionale: ubi fons, ex quo fœminæ bibentes masculos pariunt eunuchos, teste Philostrato in Heroicis. Naulochus item Plin. Naumachos Melæ, ins. parva Cretæ ante Samonium prom. Naulochum præterea opp. fuit teste Plin. Phocidis, apud Anticyram & Crissam. Naulochus vero gen. mascul. apud eund. Plin. opp. Thraciæ apud Hæmum mont. non Naulochum, ut in Thes. ling. Lat.

Naulum *Noli*, urbs parva oræ Ligusticæ episc. sub archiep. Genuensi, inter Savonam ad ortum 10. & Albingaunum in occ. 20. mill. pass. Finario proxima. Dicitur & Naulium.

Naumachia, vox Græca, non solum certamen navale significat, sed etiam locum in quo illud certamen fiebat, populo inspectante. Qui locus instar lacus erat in medio theatri, vel in campo aliquo circumsepto: in quem ducebatur aliunde aqua, ut naves exadverso locatæ pugnam inirent, sive ad exercitium, sive ad populi oblectamentum. Ex multis autem quæ in urbe Roma fuere, hæ memoratiores fuisse feruntur.

Augusti, in campo Martio, juxta Tiberim, teste Suet. ubi hortuli aliquot erant, qui locus etiamnum *l' Hortalio* nominatur.

Neronis in Vaticano, eo aqua maris ducta.

Domitiani, quæ in eodem loco fuisse putatur ubi fuit naumachia Aug. Cæsaris, apud hortum suum in Tiberis ripa, autore eod. Sueton.

Altera Aug. in campo Martio.

Fuit & in Circo maximo ab eodem imperatore exstructa.

Claudii imp. apud Portum Rom. quæ adhuc visitur, aqua eo ex mari perducta.

Naunes, *Nansers* & *Nansersberg* teste Josia Siml. pop. Alpini in Alpibus Rhæticis in Tridentina diœcesi, quorum opp. Naunium, cum fluv. cognomine, in finibus Tridentinorum, teste Jano Pyrrho. Gaud. Merula Naunes *Val di Ganna* in finibus Insubrum interpretatur.

Navonius *Porto Navon*, portus Corsicæ, portui Syracusano finitimus.

Naupactus, Neopactus Cic. Naupactum Plin. *Lepanto*, & *Einebachri* Turcis teste Leuncl. urbs Ætoliæ archi-

archiep. & reg. caput, cui nomen hodie tribuit, in ora sin. Corinthiaci, apud fauces & Antirrhium prom. inter Nicopolim urbem Epiri 125. & Corinthum in ort. 90. mill. pass. Hic sedes est præfecti Turcarum. Hinc Naupactæus nom. gent. Ovid. lib. 2. fast.

" *Amphiaraides Naupactæo Acheloo.*

Naupactum excubare apud Zenod. proverbio dicitur, in eos qui pereunt ignavia sua, vel qui munus suscipiunt plenum discriminis, uti Pausanias Naupacti excubiis præfectus, ab Achivis capta urbe interfectus. Aliter hoc adagium apud Suid. refertur. Naupactum à compactis navibus dictum volunt; quod ibi Heraclidæ primum navem construxerint.

Xenoph. Herod. Strab. & al. Nauplia (non Nauplias, ut in Thes. ling. Lat.) *Napoli di Romania* Soph. & al. urbs Peloponnesi marit. & navale Argiæ reg. ad sin. Argolicum, olim episc. sub archiep. Corinthio, nunc metrop. & sedes præfecti Turcarum: ab Argo 7. mill. pass. in ort. distans, à Lacedæmone supra 50. in Cæciam.

Tac. Nauportus, Naupontus Strab. urbs Iapodum cum fluv. cognomine, *Laybach*, *Lubiana* Italis, non *Laboto*, ut scribit Ortel. Fluv. vero non longe in Saum defertur. Vide Labacum.

Plin. Tac. Nauportus alter Plin. *Quieto* teste Leandro cum al. fluv. Istriæ per Æmoniam urbem excisam fluens, ac in mare Hadriaticum ad Urbem novam exiens. Nauportus male in Thes. ling. Lat. legitur prior fluv. in Iapodibus.

Strab. Naurus, fluv. Thessaliæ. Vide Anaurus.

Plin. Naustathmus, portus Siciliæ, qui & Phœnicus Ptol. *Vindicari* teste Faz. in ora ad ort. inter Elorum fluv. & Macaram, à Pachyno prom. 10. mill. pass. Syracusas versus.

Mel. Ptol. Naustathmus alter, port. Cyrenaicæ apud Apolloniam urb. ab ea parum in ort. recedens, ab eaque nomen accipiens, dicitur enim *Porto di Bonandria* teste Moletio.

Æliano. Naxius, fluv. Mysiæ infer. ad Tomos opp. in Euxinum labens.

Plin. Strab. Naxos, quæ & Dionysia, à copia vini, sive à Baccho, qui ibi Ariadnen à Theseo relictam excepit, *Nicsia* Soph. ins. cum urbe archiep. cognomine, una Cycladum, in mari Ægæo, quæ & Strongyle à rotunditate dicta, Callipolis, & Sicilia minor, teste Plin. vino marmoreque serpentino celebris, proxima Paro, 7. mill. pass. distans, Delum versus 18. circuitu 74. Pop. Naxii. Ejus mem. Virg. lib. 3. Æn.

" *Bacchatamq; jugis Naxon, viridemq; Donysam.*

Naxus inter alia cotes producit: unde *Naxia cos* est in proverbio apud Steph. de re, sive de homine apto ad dijudicandum; idem quod *Lydius lapis*. Alii de re firma dici volunt, quod cos hæc durissima sit.

Plin. Thucyd. Naxos, *Schisso* teste Faz. urbs Siciliæ excisa in ora apud Taurominium urbem, ab ea 2. mill. pass. in Austrum recedens, à Dionysio majore Syracusanorum tyranno eversa, à Chalcidensibus anno ab orbe condito 4450. teste Eusebio ædificata: loco cujus Taurominium à Timoleonte teste Plutarcho exstructa fuit. Pop. Naxii.

Ptol. Naxuana, *Nassivan* ex tab. recent. urbs Armeniæ majoris archiep. Artaxatis finitima, una ex præcipuis Persici imperii urbibus, inter Chorsam ad occ. 90. & Tabresium ad ortum 180. mill. pass. dissidens.

Bibl. Naym, urbs Palæstinæ in Galilæa in tribu Nephtali apud mont. Thabor, inde 5. mill. pass. & Hermon, à Nazareth 10. in Austrum Samariam versus. Sedul. lib. 4.

" *Talibus insignis virtutibus ibat in urbem*
' *Quæ sit dicta Naym*--------

Bibl. Nazareth, urbs Palæstinæ archiep. sub patriarch. Hierosolymitano, in Galilæa, in monte, excisa, & in pagum redacta, ubi Dom. noster Jesus Christus educatus fuit, à monte Tabor 7. mill. pass. à Naim 10. in Bor. à Ptolemaide 21. in ort. ab Hierosolymis ad 90. in Bor. media fere inter Ptolemaidem & Tiberiadem. Pop. Nazareni. Illam circumstant montes Thabor, Gelboe, & Hermon. Nazara à Juvenco lib. 1.

" *Ægypto ad Patriam vectare, ubi Nazara felix.*

Suid. Nicet. & al. Nazianzum, urbs Cappadociæ Cæsareæ finitima (ab ea in occ. recedens) & Sasimis, prius episc. sub archiepiscop. Cæsariensi, postea metrop. effecta, patria D. Gregorii qui Nazianzenus cognominatur.

Plin. Nea, Neæ Antig. Steph. & Suidæ, ins. maris Ægæi inter Lemnum & Hellespontum, *Nio* teste Nig. Sed aliis *Nio* est Ios ins. proxima Theræ, à prædicta fere 200. mill. pass. in Austrum distans. Fieri tamen potest, ut *Nio* duarum ins. nomen sit, ut in aliis sæpe contingit.

Diod. Nea & Neæ, Netum Sil. Neetum & Nectum Ptol. *Noti* vel *Noto*, urbs Siciliæ Faz. teste, vallis Netensis caput, in ora Australi, à littore haud valde distans, à Pachyno prom. 18. mill. pass. in occ. à Syracusis 24. in Austrum. Pop. Netini Plin. Netinenses Cic. Patria Decetii regis Siculi; qui contra Syracusanos & Agrigentinos bellum gessit, Menasque, Palicam, & Collatinam (quæ non exstat) ædificavit. Neti mem. Sil. lib. 14.

" *Et Netum, & Micite, pubesque liquentis Acheti.*

Strab. Pl. Neæthus, *Neto* teste Barr. fluv. Magnæ Græciæ per agrum Crotoniatem fluens; cujus ostia à Crotone urbe 6. mill. pass. in Bor. distant. Mem. illius Ovid. lib. 15. metam.

" *Præterit, & Sybarim, Salentinumque Neæthum.*

Xenoph. Neandria, Neandros Plin. opp. fuit Troadis apud Hellespontum.

Neapaphos. Vide Paphos.

Plin. Cic. Strab. Plin. & al. Neapolis *Napoli*, Gallis & Anglis *Naples*, colonia & urbs archiep. Campaniæ maritima, regni Neapolitani caput, ac totius Italiæ clarissima, civium multitudine ac nobilitate facile omnes superans, ab urbe Roma 125. mill. pass. in Eurum distans, sic ab Augusto dicta, cum prius Parthenope diceretur. Pop. Neapolitani Plin. Stat. lib. 4. sylv. carm. 8.

" *Nec solum festas secreta Neapolis aras*
' *Ambiat*--------

Plin. Ptol. Neapolis, Africæ urbs gemina: una in ora apud Mercurii prom. inter Curubim 12. & Clupeam 20. mill. pass. à Carthagine 65. in ortum, *Nabel* incolis teste Marmol. olim episc. sub archiep. Carthaginensi: altera in ora apud Syrtim parvam, & ostia Cinyphi fluv. nunc *Napoli di Barbaria*, & al. *Tripoli di Barbaria*, inter Carthaginem ad occ. 639. & Alexandriam Ægypti in ortum 902. mill. pass. ex Anton.

Anton. Neapolis Macedoniæ, *Christopoli* Soph. urbs olim episc. sub archiep. Philippensi, postea metrop. effecta, apud Strymonicum sin. inter ostia Strymonis & Nessi fluv. à Philippis 10. mill. pass. in Austrum.

Ptol. Neapolis Palæstinæ in Samaria, Hebræis Sychen, seu Sichem, & Sichima, ante Mamortha teste Plin. *Naplos*, & al. *Napoliza*, urbs episc. hodie fere extincta, & à paucis habitata, à Samaria 9. mill. pass. in Austrum, Hierosolymam versus 40. Sunt & aliæ urbes hujus nominis: una in Ionia, in Cariæ conf. inter Ephesum & Samum, Strab. & Ptol. altera in Sardiniæ ora Australi marit. excisa, adhuc *Napoli* dicta. Est & Neapolis opp. nunc pag. Cypri, *Lemise la neuve* teste Lusignano, apud Amathuntem: cujus mem. Metaphrastes. Est & Neapolis apud Græcos cognomento Nemesi, urbs episc. Cypri ritus Græci, in ora meridionali, inter Curæum sive Curiadem, & Cytæum, inde 12. hinc 27. mill. pass.

Mel. Ptol. Nebis, Næbis Strab. *Neiva* teste Jac. Vasconc. fluv. Hisp. Tarracon. in finibus Bracarum (cum pago cognomine) Limio proximus. Alii aliter indigitant; sed Vascon-

Vasconcello, uti indigenæ, subscribendum censeo. Ortel. scribit Nevis ex Ant. apud quem Nebius apud Asturicam longe hinc distans, longeque diversus. Hic autem Cadavo flumini Bracarum miscetur teste Resendio.

Prov. Rom. Nebium *Nebbio*, urbs episc. Corsicæ excisa sub archiep. Genuensi apud arcem S. Florentii.

Bibl. Nebo, mons & opp. Palæstinæ in tribu Ruben, quæ & Naboth, in terra Moabitarum, apud Jordanem fluv. contra Hiericuntem.

Plin. Ptol. *Nebrissa, quæ & Veneria teste Plin. cognominatur, *Lebrixa* Mor. & al. oppid. Hisp. Bæticæ in Vandalia, inter Hispalim 8. & ostia Bætis 10. leuc. à Cæsariana 4. De qua Sil. lib. 3.

" *At Nebrissa Dionysæis conscia thyrsis.*

[* In Seldeni man. Nάϐεισα.]

Sol. Nebrodes, Neurodes Strab. *Madonia*, mons Siciliæ perexcelsus teste Faz. medius inter Ennam ad ort. & Thermas Himeræ ad occ. ex quo Gelas fluv. in Austrum fluit. Is Craton vel Cratas Ptol. dici videtur, cæteris Siciliæ montibus (Ætna excepto) altior, late patens, aquisque scatentibus abundans; à copia damarum & hinnulorum nominatus teste Sol. De quo Sil. lib. 14.

" *Nebrodes gemini nutrit divortia fontis.*

Vet. Tra. Necate, *Focaria* teste Nigro, prom. Umbriæ in ora apud Pisaurum urb.

Ptol. Necla, urbs Arabiæ petrææ episc. sub archiep. Bostrensi, inter Petram & Medavam.

Strab. Joseph. Necropolis, suburbium olim Alexandriæ in Ægypto, id est, Urbs mortuorum, ab Alexandria 30. stad. ubi Cleopatra anguibus uberibus admotis se interfecit, ne ab Augusto in triumphum duceretur.

Pauf. Callim. Neda, Nedas Strab. *Nedina* teste Nig. fluv. Arcadiæ flexuosissime juxta Leprium fluens, Elæosque à Messeniis dividens, ex Lycæo monte oriens, cum opp. cognomine, teste Steph. Nomen habet fluv. à nympha Jovis nutrice, ut Cœl. lib. 24. cap. 27. tradit.

Ptol. Nedinum, *Nadin* Molet. & incolis *Susied* teste M. Nigro, oppid. Illyrici mediterr. in Liburniæ Dalmatiæque confinio.

Steph. Nedon, urbs Laconicæ; unde Nedusius, a, um, ut Nedusia Minerva.

Neetum. Vide Nea.

Zonaræ & Cedr. Negra, Nagara Ptol. ut videtur, urbs Arabiæ fel. in finibus Homeritarum, ubi ab illis S. Arethas martyrio affectus est teste Zonara cum Cedreno, *Negran.*

Arriano. Nelcynda *Dolcinda* vel *Dulcinda*, reg. Carmaniæ in Asia in ora maris Indici: ex qua tota Carmania Dulcinda dici videtur.

Plin. Nelo, fluv. Hisp. Tarraconens. apud Arotrebas in Gallæcia fluens.

Ptol. Nemanturista, non Nemanturissa, uti plerique legunt, *Ayerbe* ex aliquorum conjectura, oppid. amplum Hispan. in Vasconibus, & regno Arragonio, medium fere inter Cæsaraugustam & Iacam 10. leuc. Quod aliis Lacetania est.

Plin. Nemausum, Nemausus Strab. Mel. Ptol. *Nismes* & *Nimes*, colonia & urbs Gall. Narbonens. in Occitana reg. episc. sub archiep. Arelatens. inde 7. leuc. inter Avenionem ad ort. 8. & Mont. Pessulum in occid. 6. urbs antiquissima, ubi amphitheatrum, & plura antiquæ nobilitatis & magnitudinis vestigia. Pop. Nemausenses. Non longe Nemausus fons, instar amnis fluens, & Vardo fluv. De quo fonte Auson. in catal. urbium.

" *Non Aponus potu, vitrea non luce Nemausus*

' *Purior* ———

Stra. Pto. Pauf. Nemea, *Tristena* teste Nigro, oppid. Peloponnesi Cleonis proximum, ubi sylva Nemæa, in qua Hercules interfecit leonem: cujus rei mem. Luc. lib. 1.

" *Si sævum Argois Nemeæum Phœbe leonem*

' *Nunc premeres* ———

Stat. lib. 4. Theb. mem. sylvæ.

" *Sylvarum Nemea longe regina virentum.*

Nemea quoque fluv. Peloponnes. inter agrum Corinthiacum & Sicyonium fluens in sinum Corinthiacum. Strab.

Nemea etiam rupes apud Thebas in Bœotia, seu potius apud Nemeam opp. Argiæ. De qua Virg. lib. 8. Æneid.

" *Prodigia, & vastum Nemeæ sub rupe leonem.*

Fons etiam Hispaniæ in Celtiberis: de quo Mart. lib. 1. epig. 49.

' *Nemea quæ vincit nives.*

Nemeium, locus Locrorum Ozolorum in Achaia, Plutarch. ubi Hesiodus poeta occisus est teste Plutarcho.

Nemesa, *Nyms* teste Ortel. fluv. Gall. Belg. per Auson. agrum Trevirensium juxta Scheinecam & Bitburgum oppida fluens, inque Mosellam labens cum Sura, in qua primum excipitur. Cujus mem. Aus. in sua Mosell.

" *Namque & Pronææ, Nemesæque adjuta meatu.*

Nemetacum, Nemetacenses lib. Not. *Mainy* nunc, Anton. pag. Belgii in Flandria & territ. Insulensi teste Meyero, ab Insula urbe 2. leuc. in occ. seu Corum Bethuniam versus, Metacum Ptol. ut Velsero videtur. Al. est *Lens* opp. Artesiæ, inde 4. leuc. in Austrum. Neutri loco distantia apud Anton. congruit: prior tamen sententia magis probatur.

Nemetes, *Speyr* teste Rhenano, Italis *Spira*, pop. Cæs. & urbs Germaniæ super. ad Rhenum libera, in Pala- Plin. tinatu, episc. sub archiep. Magontino, inter Argento- Ptol. ratum ad Austrum, & Magontiam ad Arctos 12. leuc. Nœomagus Ptol. nunc Spira. De Nemetibus Luc. lib. 1.

" *Ut superi voluere, late. Tunc rura * Nemetis.*

Ex præcipuis Germ. turrigera, ubi imperii forum celeberrimum, sive conventus juridicus. [*Hic alii *Nemossi* legunt, & rectius.]

Nemetobriga, Nemetobrica Ant. *Val de Nebro* te- Ptol. ste Tarapha, opp. Hisp. Tarrac. in Castella vet. inter Uxamam 2. & Almazanum 6. leuc.

Nemetocerna, opp. Belgii, in quo legio hyemavit sub Cæs. Cæsare, nunc pag. Brabantiæ in territ. Leodiensi, *Ne-* A. Hirt. *citer*, apud Mosam, inter Trajectum & Mosacum; licet Carolus Bovillus Namurcum urbem esse velit. Scribitur & Nemetocenna.

Nemeus mons, Nemea rupes Virg. mons Argiæ in Vib. Seq. Peloponneso apud Cleonas, Nemeam opp. & Nemæam sylvam, unde Nemea quoque fluv. profluit.

Neminia, fons agri Reatini, qui ortum mutans an- Plin. nonæ quoque mutationem portendit, teste Plin. lib. 2. cap. 103.

Nemorensis ager, & Nemorensis lacus apud Tran- Festo. quil. idem quod lacus Triviæ in Latio, ubi *Nemo* oppidulum apud Ariciam. Prop. lib. 3. el. 20.

" *Albanusque lacus socii Nemorensis ab unda,*

' *Potaque Pollucis lympha salubris equo.*

Nemos & Nemus *Nemo*, opp. seu pag. Latii apud App. Ariciam, & Nemorensem lacum, intra montes, ab A- Alex. ricia 4. mill. pass. distans. Lacus vero *Lago di Nemo* nominatur.

Nemosus, Nemossus Luc. urbs olim Gall. & metrop. Strab. Arvernorum ad Ligerim, quæ aliis videtur *Clermont* (quæ tamen apud Elaverim, non apud Ligerim est.) Aliis *Molins* caput Borbonii ducat. Vide Gergobia. De qua Luc. lib. 1.

" *Ut superi voluere, late. Tunc rura Nemossi.*

Ubi alii Nemetis legunt.

* Nentidava *Nosenstadt*, urbs Daciæ in Transyl- Ptol. vania, quæ nunc Bistritia, & Hungaris *Besstercze* dicitur, apud Rhutenorum seu Roxolanorum fines, intra

montes, à Claudiopoli 5. leuc. in Bor. recedens. [* Νετινδανα in Seld. manusc.]

Scrip. Germ. Neoburgum, quod & Neopyrgum, & Nova castra, multiplex urbs est Germaniæ: sed quæ præcipuæ, una ad Salam fluv. in conf. Misniæ, Thuringiæ, & Saxoniæ, *Naumburg*, inter Erphordiam 8. & Lipsiam 6. leuc. episc. sub archiep. Magdeburgens. Altera in Bavaria ad Danubium, ab Aichstadio 3. leuc. Augustam versus 7. *Neuburg*, sedes ducis Neoburgens. De qua lib. 4. Itiner.

"*Intramus Boii præclaram principis urbem,*
"*Indigenæ cives quam Nova castra vocant.*

Plin. Ptol. Sol. & al. Neocæsarea, *Nixar* Leuncl. *Thocato* vel *Tocato* Nigro, urbs Cappadociæ ad Lycum fluv. archiep. & metrop. reg. caput quæ *Tocato* dicitur, ac sedes satrapæ Turcarum: sub qua urbes episcopales Polemonium, Cerasus, Comana, Rhizæum, cum aliis: quæ etjam Hadrianopolis teste Steph. dicta est, inter Amasiam ad occ. & Trapezuntem in ort. supra 100. mill. pass. Fuit & Neocæsarea urbs Syriæ episc. sub archiep. Hierapolitano in Euphratesia.

Neocastrum, cujus pop. Neocastrenses dicuntur, *Nicastro*, urbs Brutiorum in Magnæ Græciæ conf. episc. sub archiep. Rhegino, media fere inter Consentiam & Catacium 20. mill. pass. à Mamertio seu Martorano 10.

Ptol. Neoclaudiopolis, seu nova Claudiopolis, antea Andrapa, urbs Paphlagoniæ Claudiopoli veteri & Tavio finitima, *Conique*: al. *Castromena*, ab Ancyra urbe Galatiæ supra 130. mill. pass. in occ. à Cratia 24.

Scrip. Gall. Neodunum, postea Dolensis urbs Greg. Turon. *Dol* teste Cœnali, urbs episc. Gall. Celt. in Britannia minore, à Rhedonibus 10. leuc. in Bor. Cujus episcopus aliquando archiepiscopus appellatus est, licet archiep. Turonensi subsit. Nœodunum in cod. Græco Ptol. licet cod. Lat. Neodunum habeat. Male *Leondul* in Thes. ling. Lat. indigitatur.

Ptol. Neomagus, *San Salveur* Villanov. opp. Gall. Celt. in ora Normanniæ Boreali, & marit. à Juliobona 4. leuc. in occ. sicut ab ostio Sequanæ. Sed est potius urbs Lexoviorum *Lisieux*, nam apud Ptol. mediterr. est, non marit. Vide Nœomagus, sic enim in cod. Græco Ptol.

Ptol. Neomagus etiã eidem Pto. vel Nœomagus, urbs Nemetum in Germania super. (Vide Nemetes) nunc Spira.

Anton. Neomagus *Odenheim* vel *Udenheim*, opp. seu pag. Germaniæ sup. in Palatinatu, apud Rhenum, teste Jo. Heroldo, inter Tabernam Rhenanam & Spiram, proximus Spiræ, 1. leuc. distans. Sed mihi potius ipsa Spira videtur, ita ut eadem sit Neomagus Ant. & Ptol.

Ptol. Neomagus item, *Woodcote* Camd. pag. Albionis in Anglia apud Londinium 6. mill. distans; sed Lhuydo est *Gilford*, Talboto *Croyden* vel *Croydon*, in finibus Regnorum in ora Australi, * apud Cicestriam urb. quæ ipsa Neomagus esse videtur, à Londinio 50. mill. distans, in medio fere Gilfordia. [* Tres nominati loci ponuntur in Suthreiæ comitatu, longeque distant à Cicestria, quæ ad oram fere maritimam in comit. Sussexiæ visitur.]

Neomagus Ptol. oppid. Gall. Narbon. in finibus Tricastinorum, *Nyon* teste Jo. Poldo. Et in Gall. Belg. in finibus Trevirensium, *Numagen*, pag. ad Mosellam, à Treviris 3. leuc. in ortum. Et in Campan. *Nogent sur Seine*, inter Agendicum 7. & Trecas 12. leuc. in finib. Senonum.

Herod. Pauf. Neon opp. fuit Phocidis ad Parnasum mont. Delphis finitimum.

Herod. Plin. Neontichos opp. fuit Æolidis juxta Hermum fluv. Latine Novus murus.

Scrip. Germ. Neopyrgum *Naumburg*, urbs Saxoniæ super. seu Thuringiæ ad Salam episc. sub archiep. Magdeburgens. inter Erphordiam & Lipsiam, inde 8. hinc 6. leuc. De qua in lib. 3. Itiner.

"*Usta sed hinc postquam Neopyrgi mœnia flammis,*
"*Irriguasque Salæ transiteramus aquas.*

Neopyrgum & Neoburgum alterum, *Neuburg*, urbs Bavariæ ad Danubium, ducali dignitate insignis, proxima Ingolstadio, inter Ratisponam ad ort. & Ulmam ad occ. *Scrip. Germ.*

Neoritæ, pop. Gedrosiæ, qui cadavera defunctorum in arboribus suspendebant. *Diod.*

Nepet, Nepete Liv. Nepeta Ptol. Nepita Strab. Nepetes Procop. colonia Nepensis Frontino, *Nepi* vel *Nepe*, Hetruriæ urbs episc. inter urbem Romam, & Viterbium ad 20. mill. pass. Sutrio proxima, ad 4. mill. pass. dissidens. Quarum urbium hodie episcopatus juncti sunt. Pop. Nepesini. Sil. lib. 8. *Plin.*

"*Hos juxta Nepesina cohors, æquique Falisci.*

Nephelis, urbs Ciliciæ marit. episc. sub archiep. Seleuciensi, inter Antiochiam super Crago ad occ. & Anemurium ad ortum, ab Antiochia supra 10. mill. pass. nunc jacens. *Liv. Ptol.*

Nephthali, *Suziz* teste Brochardo, seu *Siziz* Postello, urbs Palæstinæ in mont. in Galilæa, inter Cæsaream Philippi & Genesaram lacum. Antiquum nomen retinet, à Bethsaida 6. mill. pass. in Bor. Hieron. Vida lib. 2. Christiad. *Bibl.*

"*Qui celsam Nazona habitant, qui Nephthalis urbem.*

Neptuni fanum, multiplex in Peloponneso: unum in isthmo Corinthiaco apud Cenchreas teste Strab. & Mela; alterum Ptol. apud Patras; aliud in Calauria ins. teste Pauf. & aliud apud Tænarum teste Plutarcho; aliud etiam apud Mantineam urbem Arcadiæ teste Polybio. *Strab. Plut. Pauf. & al.*

Neptunia opp. & col. fuit Magnæ Græciæ apud Scyllacium urb. ad montis Moscii radices. *Paterc.*

Neptunium prom. *Capo Ara* Moletio, prom. Arabiæ fel. ad fretum, & fauces sinus Arabici. *Ptol. Diod.*

Neptunius fons, Neptuniæ aquæ Liv. in Latio, apud Tarracinam urb. *Vib. Seq.*

Neptunius mons, *Spreverio* teste Faz. mons Siciliæ inter Nebrodidem & oram occid. maris Tyrrheni: qui etiam inter Messanam & Taurominium intercedit. *Sol.*

Nequinum. Vide Narnia. *Plin.*

Nerigon *Norvegia*, *Norwegen* teste Becano, *Norway* Anglis, reg. (non ins. ut scribit Plin. oceani Britannici) potius peninsula magnæ Scandinaviæ ad occ. vergens; quæ proprium regem habuit, nunc vero regi Dano paret. Cujus regia Bergos, & metrop. Nidrosia in ora occidua. *Plin.*

Nerii, pop. Hisp. Tarracon. in ora occidua Gallæciæ ad Nerium prom. incolentes. *Mel.*

Neritos, mons Ithacæ ins. & Melæ urbs Leucadis; & ipsa Leucas etiam Neritus dicitur. Virgil. lib. 3. Æn. *Plin.*

"*Dulichiumque, Sameque, & Neritos ardua saxis.*

Hinc Neritius nom. gent.

"*Neritiasque domos, regnum fallacis Ulyssis.*

Ovid. lib. 13. met. Neritos ins. non est vicina Zacyntho, ut in Thes. ling. Lat. legitur, cum Ithaca & Cephalene intersint.

* Neritum *Nardo*, urbs Salentinorum episc. sub archiep. Brundisino, exempta, apud oram sinus Tarentini, inter Aletium 15. & Callipolim 9. mill. pass. à Tarento 45. in ortum. Pop. Neretini Plin. [* Νήρητον in man. Seld.] *Ptol.*

Neritum quoque Plin. Neritos Strab. & Melæ, *S. Maura*, urbs episc. Leucadis ins. sub archiep. Naupactensi, nunc metrop. ubi sedes præfecti Turcarum. Vide Leucas. *Plin.*

Nerium prom. *Capo di S. Maria finis terræ*, prom. & opp. Hisp. Tarracon. in ora occidua Callaicorum, quod & Artabrum, & Celticum Plin. & Melæ dicitur, à Compostella urbe 16. leuc. in occ. & Corum. Pop. Nerii. *Strab. Ptol.*

Nero-

Neroberga. Vide Noricorum mons.

Plin. Neron, inf. maris rubri ante Arabiam fel. in ora ad ortum; ubi cryſtallus teſte Plin. provenit.

Lib.Conc. Neronias, quæ & Irenopolis Ptol. urbs Ciliciæ mediterr. epiſc. ſub archiepiſc. Anazarbeno. Neronias quoque dicta eſt Cæſarea Philippi in Cœleſyria teſte Joſepho.

App. Ptol. Nertobrica opp. fuit Hiſp. Bæticæ apud Luſitaniæ confinia, circa *Frexenal, Fuentes, Bodenal*, & *Higuera* oppidula. Locus *Valera* nominatur; à *Frexenal* 3. leuc. teſte Aria Montano diſtat.

Anton. Ptol. Nertobrica altera, ſeu Nertobriga, *Almunha* teſte Varrer. opp. Hiſp. Tarracon. in Celtiberis, & regno Arragonio, inter Cæſarauguſtam 9. & Bilbilim 5. leuc. Hieron. autem Suritæ *Rota* nominatur, & aliis *Val de Nebro*; Jo. Marianæ *Ricla*, à Cæſarauguſta 8. leuc. verſus Bilbilim 6. Quæ urbs Numantinis favebat.

Ptol. Nerva, fluv. Hiſp. in Cantabris, (Vide Neſua) al. Nervius, * *Ibar Sabell* teſte Mariana, Bilbaum oppid. alluens. [* *Ibay caval* ſcribit Brietius.]

Nerveſiæ, vicus Italiæ, ſeu Latii, in Æquicolis, ubi conſiligo herba naſcitur, teſte Plin. apud quem etiam Nerneviæ legitur.

Caeſ. Plin. Nervii, pop. Gall. Belg. quorum urbs Tornacum, Gallis *Tournay*, & Germanis *Dornick*, in Flandria, ad Scaldem fluv. in Hannoniæ conf. & Arteſiæ, epiſc. ſub Cameracenſ. archiep. cum prius eſſet ſub Rhemenſi, media inter Duacum & Aldenardum 8. leuc. ſic inter Valencenas & Corteriacum. Claud. de bello Gildon.

" *Nervius inſequitur, meritusque vocabula Felix,*
' *Dictaque ab Auguſto legio*

Liv. Ant. Nerulum, *Lagonero* teſte Celſo Cittadino, opp. Lucaniæ mediterr. inter Salernum ad occ. 60. & Summuranum ad ort. 16. mill. paſſ. Alterum in Sabinis, *Neruli*, inter Nomentanum & Cutilias 10. mill. paſſ. ab urbe Roma ſupra 20.

Plin. Nerum inſ. eſt maris rubri Arabiæ fel. adjacens: in qua cryſtallum naſci Plin. teſtatur. Vide Neron.

Plin. Neruſi, Neruſii Ptol. pop. Alpini apud mont. Veſulum, quorum urbs eſt Vintium Ptol. *Venza* & *Vence*, urbs epiſc. in Provincia.

Plin. Neſactium, Neſactum Ptol. Neſattium Liv. *Caſtel novo* teſte Nigro, opp. Hiſtriæ quaſi extremum, ad Arſiæ fluv. oſtium, in Liburniæ conf. inter Polam 17. & Alvonam 4. mill. paſſ.

Vet. Inſc. Neſcania, opp. Hiſp. Bæticæ exciſum apud Anticariam urbem, ab ea 6. mill. paſſ. teſte Mor. diſtans.

Dionyſ. Neſiades, inſ. parvæ Gall. Celt. contra Ligeris oſtia, quæ & Veneticæ, *Iſles de Vannes* teſte Camdeno.

Cic. Plin. Neſis, Neſſis Stat. *Neſita*, inſ. parva Campaniæ, proxima continenti, inter Neapolim 6. & Puteolos 3. mill. paſſ. ante Pauſilypum prom. aſparago celebris. De qua Stat. lib. 2. ſylv. carm. 2.

" *Aera reſpirat pelago circumflua Neſſis.*

Et Act. Syncer. egl. 1.

" *Piſcoſamque lego celeri Neſida phaſelo.*

Strab. Neſonis, Neſonium ſtagnum Suidæ, palus Theſſaliæ apud Lariſſam urb.

Mel. Neſua, Nezua Ptol. (licet Nerua nonnulli legant) *Nanſa* ex tab. recent. fluv. Hiſp. Tarrac. per Cantabros inter Flaviobrigam & Nœgaüceſiam oppida in oceanum fluens.

Ptol. Neſus, Neſtus Herod. & Plin. *Neſto* Soph. & *Charaſon* Turcis teſte Bellon. fluv. Thraciæ illam à Macedonia diſterminans, ab oſtio Strymonis 60. mill. paſſ. in ort. diſtans, ac Pangæi montis radices lambens teſte Sol. Neſus alter Ptol. Neſtus Steph. *Niſſava*, opp. & fluv. Myſiæ ſuper. ab Ulpiano in occ. fluens. De Neſto Bapt. Mantuan.

" *Strymonius meminit Neſtos, ſcit Biſtonis unda.*

Ubi minus recte Strymonius cognominatur, à Strymone longius diſtans.

Netinenſes, pop. Siciliæ, quorum urbs Netum. Vide ibi. Cic.

Netium, *Andri* teſte Nig. & *Andria* aliis, urbs Apuliæ Peucetiæ mediterr. epiſc. ſub archiep. Tranenſi, inde 12. mill. paſſ. in merid. à Bario 23. in occ. inter Rubum 6. & Canuſium 10. ducali titulo exornata. Andria nunc Lat. recent. Strab.

Netum. Vide Nea, & Neetum. Sil. lib. 14.

" *Et Netum, & Micute, pubeſque liquentis Acheti.*

Neviaſca, fluviolus Liguriæ, qui in Porciferam labitur apud Genuam urb. ſic vulgo ex tab. ænea antiqua. Vet. Inſc.

Nevidunum *Neuvy*, opp. Gall. Celt. in ducatu Nivernenſi apud Bridoborum 2. mill. paſſ. diſtans. Vide Noviodunum. Anton.

Neuri, pop. Sarmatiæ Europææ, quos Mela ad ortum Tyræ fluv. locat, Solin. circa Boryſthenem: quos etiam narrant in lupos ſe transformare, & ad priorem cum volunt, formam redire. Horum urbs Nerva *Narva* in ora Livoniæ extrema, à Revalia urbe 3. leuc. in Bor. diſtans, nonnullis eſſe ex alluſione nominis videtur. De his Flac. lib. 6. Argon. Herod. Plin. Mel. & al.

" *Neurus, & expertes canentis Iazyges ævi.*

Neuris, inſ. Propontidis. Vide Proconneſus. Pli. Steph.

Neuſtria, poſtea Normannia, à Normannis pop. Galliam ingreſſis, *Normandia*, Gallis *Normandie*, reg. Gall. Celt. inter Sequanam ad ort. & Argenem ad occ. Quamvis Neuſtria magis patet Normannia, ad Ligerim uſque pertingens. Hic Ortel. non ſine manifeſto errore Neuſtriam cum Auſtraſia, quæ Lotharingia eſt, confundit. Neuſtria à nonnullis ea pars Galliæ Belgicæ, quæ vulgo *Weſtreich* & *Weſtrych* dicitur, appellatur. Al. eſt Francia occidentalis; ſed male, ut Jo. Gorop. Becanus in Gallicis ſcribit. Non enim Neuſtria totam Franciam occidentalem, quæ Germanis *Weſtryck* nominatur, ſed partem duntaxat complectitur. Chron. Gall.

Nicæa, urbs gemina: una urbs archiep. Bithyniæ in Aſia ad Aſcaniam paludem, prius Antigonia teſte Strab. Olbia Plin. & Ancore teſte Steph. dicta, *Iſnich*, de nomine lacus Aſcanii, & *Nichor* teſte Leunel. ſed Soph. *Nichea*, inter Nicomediam ad Bor. 44. & Pruſam in Eurum 25. mill. paſſ. diſſita. Hinc exercitum Turcarum 54. caſtris Artaxata urbem majoris Armeniæ (*Teflis* ea nunc dicitur) perveniſſe tradunt. Nicææ Philiſtion comicus Socratis contemperan. nimio riſu repente exſpiraſſe traditur: quod & Sophroni contigit, teſte Politiano in Nutricia. In hac urbe concilium adverſus Arrii ſectam an. ſalut. humanæ 324. celebratum. Altera Liguriæ, apud oſtia Vari fluv. Liguriam à Gallia Narbonenſ. ſeparantis, *Nizza di Provenza*, Gallis *Nice en Provence*, (nunc enim in Provincia, & Gall. Narbon. ob idioma Gallicum quo utitur ſub duce Sabaudo, cenſetur) epiſc. ſub archiep. Ebredunenſi, inter Genuam ad ort. & Maſſiliam ad occ. ſupra 100. mill. paſſ. à Taurinis ſupra 84. à Maſſilienſibus condita. Stra. Pli. Ptol. & al.

Nicæa quoque opp. fuit Locrorum Epicnemidorum in Achaia, Thermopylis proximum, ad ſinum Maliacum. Eſt & Nicæa ſeu Nicia oppid. Liguriæ in ducatu Montisferrati, inter aquas Statiellas 6. & Aſtam Pompeiam 10. mill. paſſ. *Nizza della Paglia* cognomine. Nicæa Hipparchum aſtronomum inſignem dedit: qui contra Platonem de ſtellis inerrantibus, & de motu lunæ ſcripſit, qui mathematica inſtrumenta invenit, teſte Plin. lib. 2. Nicæus quoque fuit Parthenius poeta, elegiarum ſcriptor, qui captus à Cinna in bello Mithridatico, ob ingenium dimiſſus fuit, vixitque uſq; ad Tiberii Aug. tempora. Strab. Liv. Steph.

Nicea *Nice*, urbs epiſc. ſub archiep. Achridenſ. in Macedonia, inter Lychnidum & Ædeſſam, à Lychnido 34. mill. paſſ. in ort. apud Heracleam. Anton.

Scrip. Germ. Nicer, qui & Necarus, *Necker*, fluv. Germaniæ ex sylva Martiana per ducatum Wirtimbergensem in Rhenum fluens. Passim Nicer & Nicrus apud script. German. dicitur: uti lib. 5. Itin. apud quendam poetam:

" *Trans ego Germani vectus cita flumina Rheni,*
" *Quaque Palatinis Nicrus inundat aquis.*

Et lib. 6.

" *Spumeus ad dextram rapidis Nicer æstuat undis.*

Theodor. Nicerte pagus erat Apameæ in Syria maximus, probeque habitatus.

Plin. Nicia, *Lenza* Nig. & Leand. (non *Nura* ut scribit Gaud. Merula) fluv. Æmiliæ inter Parmam 5. & Regium Lepidi 10. mill. pass. occurrens, in Padum apud Brixellum opp. influens.

Ptol. Nicii, *Fuoa* teste Leone Africano, urbs Ægypti intra Deltam, inter Alexandriam 95. & Memphim 48. mill. pass. ex Anton. hac tempestate post Babylonem seu Cayrum clarior. Nicii villa Steph. Niciæ vicus Strab.

Strab. Plin. & al. Nicomedia *Comidia*, Turcis *Nicor*, & *Isnigemid* teste Leuncl. per abbreviationem *Ismid*, urbs Bithyniæ archiep. olim clarissima, ad Propontidem, inter Byzantium 61. & Nicæam 44. mill. pass. à Libyssa 22. hoc tempore pene jacens & deserta.

Plin. Nicomediensis lacus, *Pusgusa* Nig. & al. lacus apud Nicomediam, qui fluvium emittit in Sangarium influentem.

Strab. Niconia, Niconium Ptol. *Nomanoster* teste Nig. opp. Mysiæ infer. ad Tyram fluv. in Moldavia, ab ostio Tyræ 140. stad. licet à Ptol. ad Axiacem fluv. & à Steph. ad ostia Istri describatur, proxima Ophiusæ.

Amm. Ptol. & al. Nicopolis *Nigeboli*, & Turcis *Sciltaro* teste Leuncl. urbs Mysiæ episc. olim, nunc archiep. seu metrop. apud Iatri fluv. cum Danubio confluentiam, & mont. Hæmum, à Trajano imperat. post Dercebalum regem victum teste Amm. condita, à Silistria urbe 7. mill. Est & Nicopolis Thraciæ ad Hæmum mont. urbs à Ptolem. memorata, adhuc *Nicopoli* Soph. dicta. Est etiam urbs apud Nesum fluv.

Strab. Plin. & al. Nicopolis, *la Prevesa* Soph. & al. urbs Epiri ad os sin. Ambracii contra Actium, ab Augusto post M. Antonium devictum condita, apud Arachthum fluv. inter Buthrotum ad Bor. 62. & Oxeas ad merid. 87. mill. pass. episc. sub Naupactens. archiep. postea inter metropoles. De qua quidam poeta sic:

" *Urbi Nicopoli nomen victoria fecit.*

Plin. Hirt. Ptol. & al. Nicopolis, *Gianich* Cast. al. *Chiorme*, urbs Armeniæ minoris episc. sub archiep. Sebastensi, à Pompeio teste Dione condita, inter Satala 122. & Arabissum ad merid. 150. mill. pass. ex itin. Antonini.

D. Hiero. Nicopolis, Emmaus Ptol. & in sac. literis Emaus, urbs Palæstinæ in Judæa episc. sub patriarch. Hierosolymitano, inde 8. fere mill. pass. in occ. Ioppen versus 38. à Rhama 20. Est & Nicopolis Plin. opp. Bithyniæ ad Propontidem ad sin. ex ea Nicopolitanum dictum, *Montanea* nunc, à Prusa 20. mill. distans, Nicææ propius.

Anton. Nicotera, olim Medama, vulgo etiam *Nicotera* teste Barr. urbs Brutiorum littoralis, episc. sub archiep. Rhegino, Tropiæ proxima, inde 10. mill. pass. in ortum Regium versus, à Vibone 18. ad ostia Medamæ & Metauri flum.

Prov. Rom. Nidrosia *Trontheim* & *Druntheim*, urbs archiep. Scandinaviæ in ora Norvegiæ occidua ab Eugenio 3. Pont. max. metrop. effecta, à Bergis urbe regia 70. leuc. magnis in Bor. Hic templum augustissimum.

Anton. Nidum, *Neath* Camd. al. *Nyth*, opp. Albionis in Wallia, & Glamorgania reg. inter Leucarum & Bomium 15. mill. à Mariduno urbe 45. in merid. Bristolium versus.

Sol. Niger, Nigir Ptol. *Hued Hiir* vel *Huid Nijar* incolis teste Marmolio, *Gambea* Hispanis, fluv. Æthiopiæ & Libyæ magnus, ex eodem lacu à quo Nilus effluens, ejusdem naturæ cum Nilo, per terram Nigritarum longo tractu in oceanum Hesperium decurrens.

Nigidia, *Heu Nigde* teste Leuncl. al. *Nigdia*, urbs Lycaoniæ episc. sub archiep. Iconiensi; à quo parum recedit. *Lib. Conc.*

Nigira, urbs Libyæ interioris, Nigritarum metrop. ad Nigirim fluv. *Guber* nunc ex tab. recent. urbs regia. *Ptol.*

Nigritæ, pop. Æthiopiæ Nigiris fluv. accolæ ad occ. (apud quos Nigritis palus, *Lago di Guber* nunc dicta) quorum reg. in plura regna distributa, in universum à nostratibus *Terra de Negri* dicitur. Nigretes Dionys. Afro Getulis finitimi. *Plin. Ptol.*

" *Getulique supersunt, viciniquee Nigretes.*

Nilopolis urbs fuit & nomus Ægypti in occidua Nili ripa, inter Memphim ad Bor. & Herculis urbem in merid. *Ptol.*

Nilus, *Nil* Africanis, *Tacui* Abyssinis, & *Abanhi* ubi Meroen insulam efficit, fluv. Africæ maximus & notissimus, ex lacu amplissimo ultra æquatorem oriens, longoque decursu in Bor. per utramque Æthiopiam ac utramque Ægyptum fluens, apud Memphim & Babylonem in plures alveos divisus, quorum duo extremi Deltam efficiunt, figuram triangularem; cujus vertex est, ubi dividitur ad Babylonem, basis, ora littoralis inter Alexandriam & Pelusium, latera, unum inter Babylonem & Alexandriam, alterum inter Babylonem & Pelusium. Mare 9. ostiis subit: quorum extrema Canopicum ad occ. & Pelusiacum ad ortum. De cujus incremento & inundatione plura apud Plin. & Solin. Geon, seu Gyon in sacr. literis teste D. Isid. Pop. Niligenæ apud poetas. Ovid. lib. 1. de arte amandi. *Herod. Strab. Plin. & al.*

" *Neu fuge Niligenæ Memphitica sacra juvencæ.*

Ostia antiqua & vera sunt septem, licet Ptol. sint 9. de quibus Virg. lib. 6. Æneid.

" *Et septem gemini turbant trepida ostia Nili.*

Mirum est quod scribit Plin. hunc fluv. nullas auras exspirare. Nilus harundines gignit, quarum membranulæ papyro similes esse perhibentur. Unde Ovid. lib. 15. metam.

" *Perque papyriferi septemflua flumina Nili.*

In Nili paludibus nascitur juncus, ex quo papyrus fit: unde is papyrifer dicitur. De ea Plin. lib. 13. & Martial. lib. 13. ad lectorem.

" *Perdite Niliacas, Musæ, mea damna papyros.*

Niloa fluenta proverbialiter propter aquarum copiam apud Zetzem pro oratione fluida usurpantur. Sicuti & *Nili cataracta* apud Suid. de magna eloquentia.

Ninæa, *S. Donato* teste Barr. oppid. Brutiorum in Calabria citer. proximum Balbiæ, inde 5. mill. pass. in merid. Artemisium & oram littoream versus, ad Tyrum fluv. Hic terebynthus provenit. *Steph.*

Ninus, Ninive Hebræis, urbs maxima Assyriæ ad Tigrim fluv. sic à Nino rege conditore dicta, Assyriorum regia, quæ ab aliis *Mosul* dici putatur, ab aliis extincta creditur, quibus Ovid. lib. 4. metamorph. suffragatur. *Plin. Tac. Ptol. & al.*

" *Conveniant ad busta Nini, lateantq; sub umbra.*

De qua etiam Luc. lib. 3.

" *Et felix (sic fama) Ninos, ventosa Damascos.*

Niomagus, seu Neomagus, *Buckingham* nonnullis, opp. Albionis in Anglia, ab Oxonio 20. mill. in ort. Bedfordiam versus, quasi in medio. *Anton.*

Niphates, qui & Nyphates, *Curdo*, pars Tauri montis inter Armeniam majorem & Mesopotamiam intercedens. Est & Niphates fluv. Luc. lib. 3. *Strab. Plin. & al.*

" *Armeniusque tenens volventem saxa Niphatem.*

Virg. lib. 3. georg.

" *Addam urbes Asiæ domitas, pulsumque Niphatem.*

Ex Nyphate mont. Nyphates fluv. profluit Armenios, Medos,

Medos, & Mesopotamios attingens, ac in Tigrim influens. De quo Sidon. in panegyr. Anthem.

" *Aut ut tigriferi pharetrata per arva Nyphates.*

Nisa, (Vide Nysa) urbs Cappad.

Nisa, seu Nysa, (varie enim scribitur) locus Arabiæ, ubi Bacchum à nymphis educatum fabulantur: unde is Nisæus cognominatus est apud poetas; uti apud Stat. lib. 4. Theb.

" *Omnipotens Nisæe pater, cui gentis avitæ.*

Ovid. lib. 4. fastor.

" *Et vos Nisæi naufraga monstra canes.*

Hic locus est apud oram Megaridis, nautis adversus, & naufragium illis adferens.

Nisæa, Nissa Strab. *Talcatan* Castal. urbs Margianæ præcipua. Hinc etiam Nisæus adject.

Nisava, olim Nisus, flum. cum oppid. cognomine Mysiæ sup. probe cultum, in finibus Triballorum, à Tauruno sive Belgrado 120. mill. pass. in ort. hybernum.

Nisibis, *Nisbin* ex tab. geograph. recent. urbs archiep. Mesopotamiæ apud Tigrim fluv. sub mont. Masio, Amidæ urbi propinqua, quæ & Antiochia Mygdoniæ teste Plin. inter Carrhas ad occ. & Seleuciam ad ort. ab Artaxatis urbe Armeniæ majoris 750. mill. pass. in Austrum teste Plin.

Nisicates, & Nisitæ, pop. Æthiopiæ sub Ægypto * fabulosi, ternis aut quaternis oculis teste Plin. constantes. [* Addit vero Plin. non quia sic sint, sed quia sagittis præcipua contemplatione utantur.]

Nissa, quæ & Nyssa. Vide ibi.

Nissæa seu Nisæa, quæ & Megara, *Salvia* Soph. urbs Megaridis marit. Megaris proxima, ad sin. Saronicum, in Atticæ conf. ab Athenis supra 20. mill. pass. distans, à Piræo 15. in occ. Distat à Megaris 2. stadiis tantum, Minoa etiam dicta.

Nisua, Missua Plin. (nisi error sit in cod.) *Nubia* teste Faz. opp. Africæ in ora littorali apud Mercurii promont.

Nisyros, *Nisaro* Soph. & al. ins. maris Carpathii Cariæ adjacens, Coo propinqua, à qua avulsa vi fluctuum traditur, quæ & Porphyris olim dicta est teste Plin. inter Coon 7. & Gnidum Cariæ urbem 12. mil. pass. à Rhodo 30. totidem patens, circa quam aliquot parvæ insulæ circumstant, à Samonio prom. Cretæ 125. mill. recedens. Hic thermæ scaturientes sunt. Hom. lib. 2. Iliad.

" *Qui Nisyrum habebant, Carpathumq; Casumq;.*

Est & Nisyrus teste Strab. opp. Carpathi ins.

Nitiobriges, pop. Aquit. teste Ptol. non Celticæ, ut scribit Ortel. Petrocoriis & Cadurcis finitimi; quorum urbs Mons Albanus *Montauban*, episc. sub archiep. Tolosano, ad Tarnem fluv. inter Cadurcos & Tolosam 8. leuc. Sed Poldo & Marliano est Mons Pessulus seu Mons Pessulanus *Montpellier*, urbs epis. Gal. Narbonens. in Occitania reg. Vide Agathopolis, & Mons Pessulus. Ex verbis Cæs. lib. 7. belli Gallici, inter Rhutenos seu Ruthenos, & Gabalos esse videntur.

Nitria, mons Ægypti apud Scyathim, sive Scetim urbem, in quo olim plura cœnobia fuere: inter illum & Alexandriam Maria, seu Mareotis lacus intercedit. Pop. Nitriotæ. Est & Nitria urbs episc. sub archiep. Strigoniens. in Iazygibus Metanastis, vel in Hungaria trans Danubium, à Strigonio 6. leuc. in Bor.

Nivaria, *Gomera* teste Alexand. episcopo Gerundens. cum And. Bacio, una ex fortunatis ins. à Canaria 30. leuc. Hispanic. Al. est *Teneriffa*, à Canaria 7. Quæ Teneriffa montem habet excelsum & ignivomum, vulgo *il Pico de Teida* dictum.

Nivernum, Nivernium Turonens. Nivernæ lib. concil. *Nevers*, urbs Gall. Celt. ad Ligerim flum. in finibus Æduorum, seu Burgundiæ, quasi media inter Lutetiam & Lugdunum, ad 50. distans, inter Molinum & Antisiodorum 12. ac inter Augustodunum & Bituricas ad occ. 16. ducat. & episc. sub archiep. Senonensi, inde 24. leuc. distans. Noviodunum prius.

Nivesdum *Liere*, opp. Belgii in Brabantia, medium inter Antuerpiam & Machliniam, 2. leuc. dissitum; quod & Lyra Lat. rec. dicitur. Ejus mentio fit in vita D. Gummari abbatis.

Nivigella, quæ & Nivalis, *Nivelle*, opp. Belgii cum cœnobio virginum præclaro, in Brabantia, apud fines Hannoniæ, à Bruxellis 5. leuc. à Namurco 8. Cujus cœnobii abbatissa opp. domina est.

Nivisium apud Sulpit. & alios Gallos script. & Nuisium, idem opp. est quod Novesium apud vet. script. Vide ibi.

Nivomagum, seu, ut al. cod. habent, Noiomagum, *Numagen*, pag. Belgii ad Mosellam in finibus Trevirensium, à Treviris 3. leuc. in ortum.

Noarus, fluv. Norici idem Sao. Vide Saus.

Noas, *Sithnizo* teste Peucero, fluv. Scythiæ Europææ in Istrum influens. Cujus mem. Val. Flacc. lib. 4. Argon.

" *Quas Tanais, flavusque Lycus, Hypanisque, Noasque.*

Ubi alii legunt Nomasque.

Nobe & Nob, opp. Palæstinæ geminum: unum in tribu Benjamin, *Bethenoble* vel *Bethnuble* teste Brochardo; alterum in tribu Manasses, *Bethnopoli*, seu Latine Bethnopolis.

Nobiliacum, *S. Vedaste* teste Meyero, suburbium, & cœnobium urbis Atrebatensis præclarum, cujus abbas ex primis totius Belgii. Nobiliacum quoque, seu Nobiliacus, pag. est Turonum, teste G. Turonensi.

Nocetum, pag. Gall. Belg. in Campania ad Matronam fluv.

Noega, Noegaucesia Ptol. *Navia* teste Clus. opp. præclarum Hisp. Tarracon. in ora Asturum teste Mela, ab ostio Meari 6. leuc. in ort. ab Oveto urbe 14. leuc. in occ. Ribadeum versus 6. Licet *Navia* potius mediterr. quam littoreum sit, juxta fines Gallæciæ.

Noela, *Noya* testibus Clus. & Flor. opp. Hisp. Tarracon. in ora Gallæciæ occid. inter Iriam Flaviam 6. & Nerium in Bor. totidem, à littore 3. Compostellum versus 5. Novium Ptol.

Nœodunum, *Leondul* Villanov. vel *Leondoul*, urbs Gall. Celticæ in finibus Diaulitarum sive Diablintrum, in Britannia minore. Sed decipitur Villanov. nulla enim urbs in Britannia est, quæ *Leondul* appellatur, nisi Dola & Leona urbes diversæ. Vide Neodunum, & Diablintres, quorum tractus utramque urbem continet.

* Nœomagus, opp. Gall. Celt. in finibus Vadicassium, in ora Normanniæ. Vide Neomagus. Al. *Lisieux* urbs episc. videtur. [* Selden. man. Νοίόμαγος.]

Nola, sic etiam vulgo dicta, urbs episc. sub archiep. Neapolitano, & antiqua Rom. colonia in Campania; ubi adhuc multa vetustatis monum. visuntur, & ubi August. Cæs. extremum diem clausit. Abest à Neapoli 14. mill. pass. propior Acerris & Sarno. De qua in Thes. ling. Lat. scribitur male ex Plin. appellatum esse Sidicinum; nam Sidicinum ad Teanum refertur, non ad Nolam.

Nomades, pop. Asiæ, & Europæ, & Africæ, incerto loco consistentes, qui pastores dici possunt. Virg. lib. 8. Æn.

" *Hic Nomadum genus, & discinctos Mulciber Afros.*

Nomas. Vide Noas, utroque enim modo legitur apud Flaccum.

Nomentanum, *Lamentana* Blondo, pag. Sabinorum apud Eretum, ab urbe Roma 12. mill. pass. Eretum versus. Nomentana etiam villa dicitur. Cujus mem. Mart. lib. 13. ep. 116.

" *Nomentana meum tibi dat vindemia Bacchum.*

Nomen-

Liv. Ptol. & al. Nomentum *Nomento*, urbs olim episc. excisa nunc, & in pagum redacta, in Sabinis, ad Anienem fluv. apud Vicum Varronis, supra Tibur 10. mill. pass. ab urbe Roma 26. Aquilam versus 34. licet in Thesling. Lat. haud procul à Roma dicatur. Leander illam *Lamentana*, de qua supra, falso interpretatur. Pop. Nomentani Plin. & via Nomentana P. Vict. De Nomento Ovid. lib. 4. fast.

" *Hac mihi Nomento Romam cum luce redirem.*

Mart. lib. 13. ep. 12.

" *Si vicina tibi Nomento rura coluntur.*

Hor. lib. 2. serm. sat. 8.

" *Finis, ni sapiens sic Nomentanus amicum*
' *Tolleret?*------

Nomus, teste Sophocle in Oedipo, est lacus Atticæ parvus, & propterea haud à Paus. Strab. Plin. & aliis memoratus. Nomus item apud Græcos urb. est præfectura, & conventus juridicus, ac idem fere quod metropolis alicujus reg. Unde apud Ptol. Ægyptus in nomos, sicuti apud Plin. in præfecturas distinguitur. Asterismo notatæ illustriores fuere, aut sunt.

Nomi Ægypti, fere omnes circa Nilum.

* Abydus	Lepidotum
Alabastra	Lycopolis
* Alexandria	Memnon
Andropolis	* Memphis
Angyropolis	Mendesium
Antæopolis	Metacompso
Aphroditopolis	Metelis
Apollinis magna	* Naucratis
Apollinis parva	Neut
Arsinoe	Nicii urbs
Athribis	Nilopolis
* Babylon nova	Ombri
* Bubastus	Onuphis
* Busiris	Oxyrinchus
Butos	Pachnamunis
Cabasa	Panopolis
Cæne	Phacusa
Chenoboscia	Pharbæthus
Chnumis	Phthembuthi
* Coptos	Phthenotes
Cynopolis	Prosopitis
* Diospolis magna	* Ptolemais gemina
Diospolis parva	Sais
Elethyæ	* Sebennytus
* Heliopolis gemina	Sethraites
Herculis parva	* Syene
Hermonthis	* Tanis
* Hermopolis gemina	Tava
Heroum urbs sive Heroopolis	* Tentyra
	* Thebæ
Hypsile	Thmuis
Latopolis gemina	Toum
Leontopolis	Xois

Plin. Paus. Nonacris, mons Arcadiæ in Peloponneso cum opp. olim cognomine, ex quo Styx aqua frigidissima teste Suida emanat (quam inferorum paludem fabulantur.) Ibi etiam Nonacrinum nemus apud Ovid. lib. 2. fast.

" *Cinctaque pinetis nemoris juga Nonacrini.*

Hinc etiam Nonacrius nom. gent.

G. Turon. Nonigentum, sive, ut alii legunt, Novigentum, *Nogent*, pag. Gall. Belg. in Campania ad Matronam fluv. Cujus mem. D. Greg. Turonens. in vitis Sanctorum. Sunt & duo oppida hujus nominis in Gallia Celt. unum in finibus Senonum ad Sequanam fluv. *Nogent sur Seine*, ab Agendico 4. leuc. in ort. à Parisiis 24. Alterum *Nogent le Retrou*, inter Carnutes ad ort. 10. & Cenomanos in occ. 17. leuc. à Parisiis 37.

Strab. Nopia, seu Cnopia, opp. fuit Bœotiæ ad Tanagram urbem; ubi templum erat Amphiarai, Tanagram postea traductum, teste Strab.

Nora, urbs Sardiniæ excisa in ora Australi. Locus adhuc *Nura*, apud prom. quod *Capo della Pula* dicitur, à Calari urbe 15. mill. pass. in occ. & Austrum teste Franc. Fara, ab Aristeo an. 59. ante Caralim condita. Strab. Ptol. Paus.

Norba opp. & colon. fuit Latii in Campaniæ confinio, intra montes. Pop. Norbani Plin. Priverno & Setiæ finitimi. Liv. Halycarn.

Norba Cæsarea, *Alcantara* Taraphæ & Clusio, urbs Lusit. ad Tagum fluv. in Extremadura reg. inter Liboram ad ort. & Cauriam ad occ. & Africum 20. leuc. Vide Pons Trajani. Ptol.

Nordovicum, & postea Norvicum, *Noruich*, seu rectius *Norwich*, urbs Albionis episc. sub archiep. Cantuariensi, in ora Angliæ orientali, * apud ostia Garyenni fluv. à Londinio 90. mill. in Cæciam. [* Quatuordecim circiter mill. distat ab ostiis fluv.] Scrip. Brit.

Noreia, *Goritia* teste Amasæo, urbs Carnorum ad Isontium sive Natisonem fluv. qui inde navigabilis est teste Strab. ab Utino 20. mill. pass. in Bor. & Cæc. distans, sub Austriacis principibus, ab Aquileia 16. in Bor. Noreiæ auri lavacra, & ferri secturas esse Strabo scribit: ibique Gn. Carbulonem cum Cimbris adverso Marte conflixisse. Strab. Plin.

Norenses, pop. Sardiniæ, quos Pinetus *Mara* interpretatur. Vide Nora; nam *di Capo di Pula* indigitari debent. Plin.

Norica, urbs Germ. Vide Noricorum mons. Cæs.

Norici, pop. Taurisci cognomine, qui montes inter Carinthiam & tractum Salisburgensem incolunt, *Krumler Taurn, Felber Taurn, Karn Taurn* incolis dictos. Hinc Noricus nom. gent. Virg. lib. 3. georg. Plin. Strab.

" *Tum sciat, aerias Alpes, & Norica si quis.*

Noricorum mons, Norica Cæs. ut aliquibus videtur, utque à poetis Germanis usitatur, & Neroberga, quasi mons Neronis, *Nurnberg*, urbs Germ. clarissima, & libera, in Franconiæ, Sueviæ, & Nortgoiæ conf. in mont. inter Ratisponam 11. & Bambergam in Bor. 9. leuc. ab Augusta 18. in Bor. a Praga 32. Passim Noriberga à script. Germ. dicitur. Urbs ditissima, innumeros fere alens artifices. Veteribus Segodunum dicta putatur. De ea in lib. 4. Itiner. Scrip. Germ.

" *Hinc undose tuam Pegnese petivimus urbem,*
' *Gens sata quam forti Norica Marte colit.*

Noricum, Noricus ager Cæs. & Sol. reg. Europæ ampla, inter Vindeliciam ad occ. Oeno fluv. separanti, & Pannoniam ad ortum Cetio mont. apud Viennam dividente, ac inter Danubium ad Bor. à Germania disterminantem, & Alpes Julias & Carnicas à Carnis discernentes, contenta, plures complectens regiones, Austriam, Stiriam, Carniolam, Carinthiam, partem Bavariæ, comitatumque Tirolensem (cujus tamen pars ad Rhætiam spectat.) Ex quo Ortel. error liquet Noricum Bavariam appellantis, cum major Bavariæ pars sit in Vindelicia, ac illorum qui Noricum Austriam esse contendunt, quod non nisi de Norico Ripensi verum est. Ptol.

Noricum mediterr. pars Norici longius à Danubio in Austrum recedens; in qua Stiria & Carinthia. Sext. Ruf.

Noricum Ripense, tractus Austriæ ad Danubium Viennam usque, *Hunsrunck* teste Laz. [*Hausruck* forsan melius, uti Ortelius.] Lib. Not.

Normannia *Normandia*, provincia Gall. Celt. quæ & Neustria, ad oceanum Britannicum, inter ostia Sequanæ ad ort. & Argenis ad occ. in qua 7. urbes episcopales, quarum metrop. est Rotomagus; ducatus amplus; à Normannis pop. Septentrionalibus ex Scandinavia, seu ex Norvegia & Suedia profectis, qui in Galliam irrumpentes, in ea reg. consedere, nomen habens. Qui pop. etiam vulgo *Normandi* dicuntur, quasi viri Septentrionales, à Carolo magno devicti, & ad Regin. Sigeb.

Christi

Christi Domini fidem perducti. Qui in Italiam ex Gallia advenientes, regno Neapolitano diu potiti sunt, & Sicilia, Saracenis inde ejectis.

Urbes Normanniæ.

Abrincæ *Auranches*	Fallesia, quæ & Promontoriola, *Falaise*
Alenconium *Alenzon*	Lexovii *Lisieux*
Baiocæ *Baieux*	Rotomagus *Rouen*
Cadomus *Caen*	Sagium, & Saium, & vet. Sesuvii, *Seez*
Constantia Castra *Constances* vel *Coutances.*	
Ebroicæ *Eureux*	

Sax.Gra. Norvegia, Nerigos Plin. reg. Scandinaviæ in occ. spectans contra Thulen insf. oceano Germanico intercedente, Sueciæ ad ort. contermina. Cujus urbes præclaræ Nidrosia archiep. & Bergæ in ora maris, empor. & regia. Olim proprium habebat regem, nunc Dano regi paret. *Scrip. Brit.* De ea lib. 1. Itiner. sic:

Strab. Plin.
" *Te quoque lustravit gelido Norvegia cœlo*
" *Subdita, candenti quæ nive tecta jaces.*

Norvicum. Vide Nordovicum.

Ptol. Notium prom. *Capo di Cler* vel *Cape Clear*, prom. Australe Hiberniæ, * *Bearhead* incolis teste Camd. [* *Missenhead* promont. proximum est Camdeno, non *Bear-head.*]

Plin. *Strab. Herod.* Notium opp. Ioniæ fuit Colophoni proximum, ab eo 12. mill. pass. distans, contra Chium insf. teste Strab. Pop. Notienses Aristot.

Plin. Notium quoque oppid. Calydnæ insf. proximæ Rhodo.

Lib.Conc. Nova Aula, quæ & Theodosiopolis, urbs episc. Mesopotamiæ, ex lib. Notit.

Prov. Rom. Nova civitas, tergemina: una *Neustat*, urbs episc. Norici in Austria sub archiep. Salisburgens. à Vienna 8. leuc. in Austrum: altera in Histria in ora, episc. quæ Æmoniæ urbi proximæ excisæ successit, inter Justinopolim 23. & Parentium 7. mill. pass. tertia in Venetis, in ora marchiæ Tarvisinæ, apud Heracliam urbem excisam, & ipsa eversa, episc. tamen.

Anton. Ptol. Novæ, *Novomont* teste Laz. opp. Mysiæ infer. ubi Legio 1. Italica, ab Oesco 55. mill. pass. ex Anton. in ort. Novensis urbs Marcell. Est & *Novomont* urbs Mysiæ sup. in Servia, clarissima hac tempestate, inter Drivastum urb. Dalmatiæ 45. & *Novibazar* in Cæc. 50. mill. pass.

Plin. Novana, *Citta Nova* teste Pamphilo, opp. Piceni in ora, inter Montem Sanctum ad occ. & Empulum ad ort. Firmum versus 8. mill. pass.

Ptol. Novantæ *Gallower*, pop. Albionis in Scotia ad occ. quorum reg. Gallovidia *Galloway*, in peninsula, contra Hiberniam inde 20. mill. distantem, teste Lhuydo. Ibi Novantum prom. *Kanter* teste Boetho, *Akermonchead* Camd. Sed Boetho fides. Novantum aliis est Chersonesus Gallovidiæ, reg. Scotiæ in ora occid. vulgo *the Mull of Galloway.* Proximi sunt Selgovæ ad Austrum, vulgo *Solway*, ubi Solveus flum. & Trimontium urbs, vulgo *Uzel*, seu Cela: & Damnii ad Bor. ubi Glota seu Cluda fluv. quorum reg. *Sterlingshire*; in qua urbes Glascoa, & Castrum Britonum vulgo *Donbriton*, apud Bedam Alcluid. Tametsi alii aliter de Damniis sentiunt. [Horum ratio minus confusa & incerta. Novantæ (Novantes Camdeno) pop. Albionis in Scotia ad occident. quorum regio ubi hodie Gallovidia *Galloway*, cujus pars occidentalis est peninsula contra Hiberniam, (inde 20. mil. distantem, teste Lhuido) nonnullis Novantum Chersonesus, & Novantum promontorium dicta (quod tamen Mercat. & Boeth. statuunt ubi hodie *Cantyre*; perperam, nam ibi olim Epidium.) His proximi sunt Selgovæ ad Austrum, ubi Solveus fluv. sive fretum (vulgo *Solway Frith*, prope *Solway* oppid.) ubi & Trimontium urbs, ut & Uxelum: Damnii vero ad Bor. ubi Glota seu Cluda fluv. quorum regionis pars est hodie *Sterlingshire*; in qua urbes Glascoa, & Castrum Britonum vulgo *Dunbriton*, apud Bedam Alcluid. Tametsi alii aliter de Damniis sentiunt.]

Plin. Novanus, fluv. Umbriæ in agro Pitinate trans Apenninum, qui in solstitio æstivo torrens est, in bruma siccari solet, teste Plin. lib. 2. c. 103.

Plin. Ptol. & al. Novaria *Novara*, urbs Insubriæ episc. sub archiep. Mediolanens. inter Mediolanum 25. & Vercellas 10. mill. pass. à Ticino 30. à Vertacomacoris pop. condita, Petri Lombardi clarissimi theologi, qui magister sententiarum cognominatus est, patria. Hic factus episcopus Parisiens. ubi an. sal. 1060. decessit. Urbis hujus antiquitatem & nobilitatem testantur plurimæ marmoreæ inscriptiones.

Ptol. Noudaugusta, Nova Augusta Plin. *Atienza* Mol. opp. Hisp. in finibus Arevacorum, ac in Castella vet. in novæ confin. inter Secontiam 4. & Uxamam 9. mil. Hisp. à Burgis 22. Medinæ cœli propius.

Plin. Novempagi, postea Balneoregium, *Bagnarea*, urbs Hetruriæ episc. media inter Montem Physconem & Oropitum 6. mill. pass. à Viterbio 14. in Bor.

Lib. Prov. Novempopulonia, reg. Aquitaniæ inter Garumnam fluv. & montes Pyrenæos oceanumque comprehensa, *la Guascogna*, sic à novem pop. qui sunt Vasates, Meduli, Boiates, Ausci, Convenæ, Consoranni, Bigerrones, Tarbelli, & Elusates, teste Cœnali.

Anton. Noverogus *Niort*, opp. Gall. clarum in Pictonum finibus, à Rupella 9. leuc. Pictavos versus, teste Scaligero.

Auson. Noverus, sive Novarus, *les Noulieres* teste Elia Vineto, pag. Aquit. in finibus Santonum, apud Engeriacum. Novioregum Ant. ut videtur Scalig. Ejus mem. Auson. in epist. 24.

" *Totq; mea in Novero sibi proxima prædia pago.*

Tac. Anton. Novesium, Nuæsium Ptol. *Nuys*, oppid. celebre Germ. infer. ad Rhenum, apud Dusseldorpium urbem ducat. Bergens. à Colonia Agrippina 5. leuc. in Bor. Wesaliam versus totidem.

Amm. Novidunum, Noviodunum Ptol. opp. Mysiæ infer. ad Istrum fluv. medium inter Destorium ad primum Istri alveum, & Kiliam novam in ort. ad 6. mill. Germanica.

Scrip. Germ. Novientum, pag. Germ. superior. in Alsatia, cum cœnobio, *Ebersheym.*

Novigentum. Vide Nonigentum.

Anton. Noviodunum, *Neumarck* teste Laz. sive *Krainburg*, opp. Norici ad Saum flum. in Carniola, à Labaco 4. leuc. Villacum versus.

Cæs. Noviodunum, quod Noviomum posterioribus dicitur, *Noyon*, urbs Gall. Belg. episc. sub archiep. Rhemens. in Picardia, inter Suessiones 10. & Ambianos 15. leuc. quot à Rhemis in Bor. à Lutetia 22. in Cæc.

Cæs. Noviodunum alterum *Neuvy* vel *Neufvy*, oppid. Gall. Celt. in finibus Biturigum, inter Bridodorum & Condate ad Ligerim fluv. inde 2. hinc 4. leuc. à Nivernis 17. in Bor.

Cæs. Noviodunum item Heduorum, Neomagus Ptol. Nivernum Anton. *Nevers*, urbs Gall. Celt. ad Ligerim episc. sub archiep. Bituricens. & ducatus. Nivernium Turonensi. Vide ibi.

Ant. Noviomagum *Odenheim*, opp. Germ. super. in Palatinatu, inter Concordiam, & Bingium 25. mill. pass. ex Itin. Ant. Vel est ipsa Spira urbs, à qua *Odenheim* pag. 1. leuca versus Tabernam distat.

Anton. Noviomagum item *Newenburg*, ut videtur Ortel. opp. Germ. superior. in Alsatia, ad Rhenum, ad ulteriorem ripam, contra Luterburgum, inter Hagenoiam 5. & Spiram 6. leuc.

Eginart. Noviomagum præterea *Nieumagen*, & *Nimmeghen*, & *Nimega* Italis, urbs Germaniæ infer. Geldriæ ducatus primaria, inter Rhenum & Mosam, à Cli-

via 3. leuc. inter Coloniam Agrip. 16. & Trajectum Batavorum in Bor. 5. Alterum in tab. Peutingerianis apud Treviros, *Numagen* pag.

Anton. Noviomagus, Nœomagus Ptol. *Speyr*, urbs Germ. super. episc. & libera. Vide Neomagus, & Nemetes.

Ptol. Anton. Noviomagus multiplex: unus Ptol. in finibus Biturigum Vibiscorum, pag. *Solac* teste Vineto; alter Ant. in Gall. Belg. inter Suessiones & Ambianos; (Vide Noviodunum) tertius in Gall. Celt. in Normannia post Juliobonam Anton. Vide Nœomagus apud Ptol. quartus in Albione apud Anton. pag. Angliæ apud Londinium, inde 10. mill. pass. *Woodcote* teste Camdeno.

Lib. Conc. Noviomus seu Noviomum *Noyon*, urbs Gall. Belg. episc. in Picardia ad Versam fluv. in Isaram influentem. Vide Noviodunum.

Anton. Novioregum, opp. Aquit. Vide Noverus.

Scrip. Gall. Novisona, fluv. Gall. apud Juram mont. & opp. in Burgundiæ com. Cujus fit mentio in chron. cœnobii Jurensis.

Ptol. Novium *Noya*, oppid. Hisp. Tarraconens. in ora Gallæciæ occidua, à Muris opp. 3. leuc. Nerium versus. Vide Noela.

Ptol. Novius, fluv. Albionis geminus: unus in Wallia, *Conwey* teste Lhuydo; (Vide Conovium) alter *Nyd* seu *Nyth* in Scotia, teste Camd. apud Solvacum oppid. in mare occid. labens. In Thes. ling. Lat. *Cloit* indigitatur; sed hic Cluda Latine, non Novius, dicitur.

Strab. Novocomum, sive Novum Comum, urbs Insubriæ ad lacum Larium. Vide Comum. Incolæ Novocomenses Plin. & al. De eo lib. 4. Itin.

" *Inde Novocomum veniens te, maxime Lari,*
' *Lustro*---------

Licet penult. brevis sit aliis.

Prov. Rom. Novogardia *Novogrod*, seu *Novogorod*, urbs gemina Sarmatiæ in regno Moschorum: una magna cognomine, archiep. & metrop. Russiæ albæ, urbs amplissima, & major Roma, à Moscha Moschorum regia 100. leuc. in occ. quot à Plescovia in Bor. Altera, inferior cognominata, episc. in Moscovia ad Volgam fluv. inter Moscham 100. & Cassanum in Eurum 70. leuc. Germ. teste Sigismundo Eberstenio.

Laonic. Novopyrgum, postea Novus mons, *Novomont*, urbs Mysiæ sup. in Servia ad Moravam flum.

Liv. Novum opp. erat Carnorum in agro Aquileiensi.

Novum item ex Itin. antiquo locus erat Insubriæ medius inter Mediolanum & Laudem Pompeiam, ubi nunc Melignanum *Merignano*, opp. ad Lambrum fluv. 10. mill. pass. utrinque distans.

Ptol. Novus portus, *Newhaven* teste Ortel. aliis *Rhie*, opp. cum portu Albionis in ora Angliæ Australi, à Cantuaria 20. mill. Cicestriam versus, à Londinio 48. in Eurum & Austrum. Vide Lemannus. Est & Portus novus opp. Vectis ins. primarium, *Newport*, contra Hamptonam opp. Angliæ.

Strab. Nubæ, Nubi Ptol. Nubei Plin. pop. Africæ juxta Nili ripam occiduam incolentes; quorum reg. *Nubia* etiamnum dicitur. Horum mem. Claud. de laud. Stilic. lib. 1.

" *Venerat & parvis redimitus Nuba sagittis.*

Sunt & Nubei Plin. pop. Arabiæ desertæ ad initium montis Libani incolentes.

Strab. Liv. Ptol. & al. Nuceria, urbs Italiæ gemina: una Umbriæ in mont. ad subterfluentem Tiniam fluv. in via Flaminia, inter Fulginium 12. & Callium 34. mill. pass. Alphaterna à Liv. cognominata, urbs episc. antiqua, Nuceria Constantia colonia Ant. Pop. Nucerini Plin. Altera, urbs in Picentibus mediterr. episc. sub archiep. Salernitano, inde 8. mill. pass. Neapolim versus 20. apud Sarnum fluv. & Campaniæ fines, Luceria Cic. colonia. Utraque vulgo *Nocera* (non *Alfatenia*, ut in Thes. ling. Lat.) nominatur; sed posterior *Nocera de Pagani* dicitur, quod in ea Saraceni è Sicilia ejecti sub Friderico 2. habitarint. Est & Nuceria 3. Ptol. Luceria Pli. (Vide ibi) ac Nuceria 4. apud Ptol. *Lucera* & *Luzara* vulgo, opp. Gall. Cispad. apud Padum in territ. Mantuano, inter Mantuam 17. & Regium Lepidi 19. mill. pass. Vastallæ opp. vicinum ad 3. mill. Nuceriæ Picentinorum mem. Sil. lib. 8.

" *Illic Nuceria, & Gaurus navalibus apta.*

Nuithones, pop. Germ. quorum reg. *Nuithlandt* in Helvetia apud Friburgum urb. ejusdem reg. Bernæ & Salodoro finitima, teste Rhenano. Sed Tac. eos in Germ. non in Gall. in qua sunt Helvetii, reponit. Forte ex Germania huc migrarunt. *Tac.*

Numana *Humana*, urbs olim episc. Piceni in ora, à Siculis condita, & à Gothis eversa, teste Pamphilo, apud Sirolum oppidulum, inter Anconam 12. & Lauretum 5. mill. pass. Ejus etiam Sil. mem. lib. 8. *Plin.*

" *Hic & quos pascunt scopulosæ rura Numanæ.*

Numantia, urbs Hisp. Tarracon. olim episc. inter Celtiberos & Arevacos, ad Durium fluv. haud longe orientem, à Romanis post diutinam obsidionem 20. annorum excisa. Locus nunc *Garray* pag. teste Moral. nominatur, à Soria urbe (quæ nova Numantia dici potest) vix leuca distans, ad Tonam fluv. ibi in Durium labentem, à Cæsaraugusta 1800. stad. teste Strab. in occ. recedens. Soria vero inter Turiasonem ad ort. æstiv. & Uxamam ad occ. hybernum 12. leuc. sita est. Numantia an. ab urbe condita 595. ædificata, à Scip. Africano (fame victa) deleta est, cum se, filios & uxores occidissent. Pop. Numantini. De ea Horat. lib. 2. carm. od. 12. *Strab. Plin. Ptol. & al.*

' *Nolis longa feræ bella Numantiæ.*

Hinc Numantinus nom. gent. Ovid. lib. 1. fast.

' *Ille Numantina traxit ab urbe notam.*

Numentana via, quæ ab urbe Roma per portam Viminalem (quæ & Figulensis vel Figulnensis dicta est) in Sabinos Nomentum usque ducebat, ab ea urbe nominata, *o* in *u* mutato. *Liv. P. Vict.*

Numentanus pons *Ponte Lamentano*, super Anienem fluv. & ipse à Nomento nominatus. *P. Vict.*

Numicus Virg. Numicius aliis, fluviolus Latii, *Rio di Nemo* teste Pyrrho Ligorio, *Rivo*, ex lacu Nemo effluens; ex quo via Numicia. Brundisium ducens, apud Hor. De quo Ovid. lib. 3. fast. *Liv. Halicar.*

" *Ipsa loqui visa est, Placidi sum nympha Numici.*

Numicius alibi in eod. lib.

" *Corniger hanc tumidis rapuisse Numicius undis*
' *Creditur*--------

Lavinio proximus labitur, & in eo Æneas submersus traditur, Ovid. lib. 14. metam.

Numidia, *Biledulgerid* teste Jo. Leone, & Marmol. reg. Africæ mediterr. quæ & Metagonitis teste Plin. dicta est, in Libyæ inter. & Maurit. confinio. Pop. Numidæ, apud quos ursi ferocissimi gignuntur teste Solino. *Strab. Plin. Ptol. & al.*

Numidia altera, quæ nova nominatur, incolis *Guzuntina* teste Marm. pars Africæ propriæ littoralis ad fin. Numidicum, in Mauritaniæ Cæsariens. confinio, inter Ampsagam & Bagradam flu. in qua Cirta, Saldæ, & Cullu urbes. *Regno di Constantina* nostratibus dicitur. Sinus vero Numidicus *Golfo di Stora*, vel *di Estora* teste Marm. nominatur: ad quem Collops magnus, Hippon, & Tabraca urbes. Laturus Melæ. Pop. hujus quoque Numidiæ, Numidæ. Virg. lib. 4. Æn. *S. Aug. Ap. Plin.*

" *Et Numidæ infræni cingunt, & inhospita Syrtis.*

Numidia camelostruthionem avem prægrandem fert, quæ proverbio *Avis Numidica* dicitur apud Aristoph. in avibus, de homine prægrandi & timido.

Urbes Numidiæ novæ. Quibus asterismus prænotatur, celebriores sunt, aut fuerunt.

* Ammædara	* Aquæ calidæ
* Aphrodisium colonia	Aspuca

Assu-

Assurus
Auitta
Azama
Bendena
* Bullaria
Cannopissæ
Cipipa
* Cirta
* Collops magnus,& Cullu
Collops parvus
Culcua colonia
Dabia
Elica
Gausaphna
Gedne
Hippon diarrytus
* Hippon regius
Lambæsa seu Lampæsa
* Lares
Madurus
Meldita
Mussa
Narangara
Nensa
Rusicada
* Sicca Veneria
Simisthuth
* Tabraca colon.
Tacatua
Thasia
Themissua
Theudale
* Thevesté
Thigiba colonia
Thisica
Thoronuba
* Thuburnica colonia
Thubursica
Thunudromon colon.
Tobrus
* Tucca gemina
Tucubis
* Vaga
Vazua
* Utica
Uzan
Zagacupoda
Zigera

Liv. Ptol. Numistro, opp. Lucaniæ mediterr. Brutiorum Ptol. (pop. Numistrani Plin.) *Nicastro*, urbs episc. Calabriæ, quibusdam videtur. Neocastrenses vero à Numistranis longe diversi, & distantes sunt: illi enim in Brutiis, hi in Lucanis.

Liv. Ptol. & al. Nursia *Norcia*, urbs olim episc. Umbriæ, quæ & Sabinis tribuitur, in mont. ubi lacus, & non longe antrum Sibyllæ, ut ferunt, à Reate 20. mill. pass. in Bor. ab Aquila 30. in occ. à Spoletio 28. Pop. Nursini Plin. Virgil. lib. 7. Æneid.

Liv. P. Vict. " *Nursia, & Hortinæ classes, populique Latini.*

Sil. lib. 8.

P. Vict. " *Nursia, & à Tetrica comitantur rupe cohortes.*

Hinc Nursinus nom. gent. Mart. lib. 13. ep. 17.

Liv. Halicarn. " *Nursinas poteris parcius esse pilas.*

Prov. Rom. Nuscum, urbs episc. Hirpinorum sub archiep. Salernit. à Benevento 23. mill. pass. quot fere à Salerno.

Nusipi pop. sunt Germaniæ infer. apud Strab. qui apud Ptolem. & alios Usipetes dicuntur teste Becano. Vide ibi.

Pauf. Nymbæum, stagnum Peloponnesi in Laconica apud Maleam prom.

Ex Annal. eccles. Nymphæ Catabassi, *S. Ninfa* teste Baronio, locus Hetruriæ circa Romam, via Cornelia (inter Aureliam & Triumphalem) ab urbe Roma 13. mill. pass. De quo in vit. Sanctorum.

Strab. Plin. Ptol. & al. Plin. Ptol. Nymphæa, ins. Sardiniæ, inter Diabaten & Iluam ins. maris Tyrrheni. Sed Plinio est ins. Ioniæ circa Samum.

Ptol. Nymphæum, *Ciprico* teste Nig. opp. Tauricæ Chersonesi apud Theodosiam urb. ab ea in occident. distans.

S. Iust. App. Ptol. Strab. Plin. & al. Nymphæum, prom. geminum Macedoniæ: unum mont. Athi, *Capo Ninfeo* ex tab. recent. in latere Australi; alterum in ora maris Ionii, apud Apolloniam, & Aoum flu. unde ignis ingens exhalat vicina non incendens, teste Plin. Hoc hodie *Capo Pali* nominatur teste Luccaro. Ejus mem. Luc. lib. 5.

" *Nymphæumque tenent, nudas aquilonibus undas.*

Nymphæum quoque apud Roman. balneum erat præclarum & regium. Duodecim olim fuere nymphæa in urbe; in quibus hæc memoratu digna sunt.

Nymphæum Alexandri Severi.

Nymphæum Marci imperatoris apud Septizonium illustre fuit. Quorum tamen vestigia hodie non exstant.

Cas. Nymphæus, portus Macedoniæ apud Lissum urbem, ab ea 3. mill. pass.

Plin. Nymphæus quoque fluv. Latii apud Circæos, post Asturam fluens; qui apud Fossam novam cœnobium decurrit, & *Storace* incolis dicitur. In quo ins. saltuares. Alii scribunt illum apud Velitras fluere. Est & Nymphæus Plin. Nymphius Amm. fluv. Mesopotamiæ in Tigrim apud Martyropolim urb. influens.

Strab. Nympharum antrum. Vide Phorcynus portus.

Plin. Nympharum cubile. Vide Solis insul. inter Carmaniam & Gedrosiam.

Vib. Seq. Nympharum fanum, (Vide Iatamana) in Athamania reg. Thessaliæ.

Varr. & Capellæ. Nympharum insula, Lydiæ, quæ ad sonum tibiarum moveri fertur, in medio stagni; Saluaris Plin.

Ptol. Steph. Nysa, urbs Asiæ multiplex: una in * Armenia minore, quæ *Nisi* in tab. geograph. adhuc nominatur, in Cappadociæ confin. urbs episc. à Cæsarea 90. mill. pass. in occ. recedens ex Ant. Itiner. Aliæ in Caria, in Arabia, & in Ægypto. Fuit & Nysa (non Nisæa, ut in Thes. ling. Lat.) urbs Indiæ citer. ad Indum fluv. à Baccho condita & appellata. Est & mons Peloponnesi, & Armeniæ, & Indiæ apud Nysam urbem. Mem. Virg. lib. 6. Æn.

" *Liber, agens celso Nysæ de vertice tigres.*

[* Quæ Nissa in Seld. man.]

Mel. Nysii, pop. Indiæ ulterioris inter Gangem & Iolida teste Mela incolentes.

Nysirus. Vide Nisyros.

Ptol. Nyssa, Nysa Plin. ante Pythopolis teste Steph. & Athymbra, quæ & Nysa videtur Strab. in Lydia, juxta Tralles urb. & Tmolum mont. ab eo 30. stadiis distans, *Nisa* etiam nunc dicta, urbs episc. Nyssa etiam Dionysiopolis. Vide ibi.

Dionys. Nyssæa via, circa Gangem Indiæ fluv. à Baccho teste Dionys. Afro calcata; unde & Dionysia appellata est.

" *Hic via quæ celebrat nomen Nyssæa Lyæi.*

O.

Liv. OÆneum, Onæum Ptol. *CiderISO* teste Nardo, opp. Dalmatiæ marit. apud Onæum prom. *Capo Sabioncello*, inter Peguntium & Rhisinum, ad Artatum fluv. Labeatibus pop. finitimum.

Pind. Oanus, *Frascolari* Faz. & al. fluv. Siciliæ per oram Australem apud Camarinam urbem fluens, ab ea 10. mill. pass. distans in ortum. Est & opp. Lydiæ authore Steph. quod hodie non extat.

Herod. Oarus, fluv. Scythiæ Europææ in Mæoticam paludem influens.

Herod. Ptol. & al. Oasis, urbs gemina Marmaricæ in Ægypti confinio, magna, & parva, Auasis nonnullis, Anasis Strab. in medio fere Libyæ inter. Minor *Azagar* teste Barrio, major *Gademez* teste Zieglero. Oasis magna abest à Thebis Ægypti itinere 7. dierum in occid. teste Herod. qui scribit Samios eam urb. tenuisse. Pop. Plin. Oasitæ, licet al. cod. aliter habeant. Oassis gem. ss. scribitur lib. concil. In has urbes fontes potentiores deportari solebant.

Herod. Varroni. Oaxes, fluv. Cretæ frigidissimus Oaxum opp. teste Herod. alluens, quod opp. Oaxis & Oaxia apud Varronem appellatur, sicuti apud Vib. Seq. Cujus nullum extat in Creta indicium. Varro.

" *Et geminis capiens tellurem Oaxida palmis.*

De Oaxe flum. Virg. egl. 1.

" *Pars Scythiam, aut Cretæ rapidum veniemus Oaxem.*

Steph. Obareni, pop. Armeniæ majoris ad Cyrum fluv. incolentes.

Plin. & al. Obeliscus structura est minor pyramide, ex marmore, deorsum specie quadrata, sursum vero in angustum verticem desinens. Etsi is minus ad geographicum scopum spectat, libet tamen aliquos hic obeliscos memorare. Quatuor legimus Ægypti reges obelis-

cos 480. cubitorum longitudine excitasse. Ramisem vero regem (qui, quo tempore Troja capta est, vixit) obeliscum 40. cubitorum fecisse ferunt, adhibitis in eo opere 20000. hominum, quem Cambyses rex Persarum, cum ad Syenen urb. expugnandam proficisceretur, admiratus, ignem, qui à militibus ad comburendum appositus erat, amoveri jussit teste Herod. Phius rex alterum 45. cubitorum excitavit. Neucoreus filius Sesostris alium erexit cubitorum 50. Ptolemæus autem rex Alexandriæ unum 88. cubitorum fieri curavit. Romæ plures erant aliunde advecti. Ex quibus adhuc manent duo erecti, unus in Vaticano, alter apud Lateranum, integri: alii fracti alibi conspiciuntur.

Plin. Oblogenes pop. Cypri fuere, qui Romam Exagonum legatum miserunt: ubi cum multa de herbarum viribus contra serpentes disseruisset, à consulib. volens in dolium serpentibus plenum missus est experiendi gratia, quem serpentes haud mordebant, atqui illum lingua demulcebant, teste Plin. lib. 28. cap. 3. [*Alii codices legunt Ophiogenes.]

Ptol. Oboca, * *Liphey* teste Jovio, fluv. Hiberniæ inter Manapiam & Eblanam, in mare contra Monam insf. (ab ostio ejus 40. mill. in ortum distantem) influens apud Dublinum urb. **Arcelly* Mol. [* *Liffy* Camdeno fluv. est qui Dublinum alluit: Obocam vero magis ad Austrum ponit, apud *Arcklo*.]

App. Obolcola, Obucola Ptol. opp. Hisp. Bæt. in Turdetanis, quod *Lora* nonnullis esse videtur, inter Hispalim 9. & Cordubam 13. leuc. Sed Obolcola apud Appian. opp. est Lusitaniæ.

Helmold. & al. Obotritæ, sive Obotriti, (utrumque enim legitur) pop. German. qui teste Krantzio *Meckelburger* hodie dicuntur, inter Holsatios ad occident. & Pomeranos ad ortum.

Plin. Obrima, fluv. Phrygiæ magnæ per Apameam urb. in Mæandrum influens.

Ptol. Obrincus, Mosella Tac. & Auson. fluv. ingens Gall. Belg. per Lotharingiam & Trevirenses in Rhenum ad Confluentes urbem influens. Vide Mosella.

Strab. Plin. Mel. Obris, Orobis Ptol. *l'Orbe* Clusio & al. fluv. Galliæ Narbonens. ex agro Gavalitano per Biterensem urbem, inter Narbonem & Agatham, in mare delabens.

" ------ *Quicumque rapaces*
" *Illiberimque Obrimque bibunt* ------

Bargæas lib. 2. Syriad.

Ptol. Obroatis, Orebatis Amm. *Omara* Molet. urbs Persidis mediterr. proxima Taocæ, ac Chorodnæ finitima, quondam clara. Obroatis in cod. Græcis legitur, in Latinis vero Orebatis, Taocæ, uti prius, finitima.

Amm. Obtricum, sive Obtricense, oppid. ad Mosam, idem quod aliis Trajectum superius, sive ad Mosam, vulgo *Optryck*, sive *Obtryck*. *Ob* enim & *Ober* vox apud German. superius significat. Vide Trajectum.

Plin. Ptol. Obulco, quod & Pontificense Plin. dicitur, *Porcuna* ex vet. inscrip. teste Mor. opp. Hisp. Bæt. in regno Granatensi, ab Almeria urbe 7. leuc. Granatum versus. Licet Strabo illud 30. stad. à Corduba distare scribat. Jo. Mariana etiam scribit Porcunam sitam esse inter Cordubam & Giennium. Quod si est ita, duo hujus nominis oppida sint, necesse est.

Strab. Ocalea opp. fuit Bœotiæ mediterr. inter Haliartum & Alalcomenas 30. stad. teste Strab. ab Hom. memoratum.

Plin. & al. Oceanus, mare quod terras, hoc est Asiam, Europam, & Africam, extrinsecus alluit, à velocitate fluxus teste Solin. dictus; mare exterius Ptolem. mare externum Floro: varie nominatus pro locorum, seu regionum diversitate.

Æthiopicus. Vide mare Æthiopicum
Aquitanicus, inter ostia Ligeris & Pyrenen, *Mare di Guascogna*
Arabicus (Vide mare Rubrum) *Mare di Arabia*
Atlanticus (Vide mare Atlanticum) *Mare d' Africa occidentale*
Azanius. Vide mare Azanium
Barbaricus, pars maris Æthiopici
Britannicus (Vide mare Britannicum) inter ostia Rheni & Sequanæ
Caledonius (Vide mare Caledonium) quod Scotiam alluit
Cantabricus, à Pyrene ad Nerium prom. *Mare di Biscaya*
Cronius, pars maris septentrionalis
Deucaledonius. Vide Caledonius, nam idem est
Eous (Vide mare Eoum) *Mare della China*
Gaditanus, inter fretum Herculeum & mare Atlanticum, *Mare di Cadiz*
Gallicus. Vide Aquitanicus, quo paulo plus patet, Aremoricos alluens
Germanicus, inter ostia Rheni & prom. Cimbrorum
Glacialis, pars maris septentrionalis Scandinaviam alluens
Hesperius, post Atlanticum, usque ad frontem Africæ
Hibernicus, inter Hiberniam & Britanniam, *Mare d' Irlanda*
Hyperboreus, pars septentrionalis inter Cronium & Scythicum
Indicus (Vide mare Indicum) inter Rubrum & Eoum
Libycus, idem Atlantico & Hesperio
Occiduus, *Mare di Portugallo*, Hispaniam ad occ. alluens
Persicus. Vide sinus Persicus
Rubrum mare. Vide Oceanus Arabicus
Scythicus, pars septentrionalis inter Hyperboreum & Sericum
Septentrionalis, Scandinaviam, Sarmatiam, & Scythiam alluens
Sericus, inter Scythicum & Eoum, *Mare del Catay*
Virginius, seu Verginius (Vide mare Virginium) *Mare d' Irlanda*

Oceani nomina alio ordine per circuitum.

Gaditanus	Septentrionalis
Atlanticus	Glacialis
Hesperius	Cronius
Æthiopicus	Germanicus
Barbaricus	Caledonicus
Arabicus	Virginius
Persicus	Hibernicus
Indicus	Britannicus
Eous	Gallicus
Sericus	Aquitanicus
Scythicus	Cantabricus
Sarmaticus	Occiduus: inde Gaditanus,
Hyperboreus	unde inchoatum est.

Ocelenses, qui & Lancienses, pop. Hisp. Lusit. quorum urbs Lancia. Vide ibi. Plin.

Ocelis, Ocila Plin. Acila Strab. *Zidem* teste Nigro, urbs & empor. Arabiæ fel. ad fin. Arabicum, à Mochura, sive Meccha (ut hodie dicitur) 40. mill. pass. inter intimum sinus Arabici recessum 160. & Arsinoen seu Posidium ad fauces ejusdem sin. 195. leuc. Hisp. Sed Rhamusio est *Capo de Celi*, cui interpretationi nomen alludere videtur. Ptol.

Ocelli prom. * *Kellnsey* teste Camd. prom. Albionis in ora Angliæ orientali, apud Abi fluv. ostia, ubi Hulla portus, & emporium præcipuum. Sed aliis est *Capo Sproni*, Anglice *Spurn head*. [* Camdenus promont. vocat *Holdernesß*, extremitatem ejus *Spurnhead*, *Kellnsey* vero viculum proximum.] Ptol.

Ocelum, *Esilles* teste Vigenereo, oppid. Alpinum Galliæ Narbonens. in conf. Taurinorum, apud mont. Cinesium, seu Alpes Cottias, à Segusio urbe Pedemontana 4. leuc. Al. est *Oulx*, Italis *Ours*, pag. paulo remotior. Cæs. Strab.

motior. Sed mihi videtur *Ocey*, pag. in finibus Sabaudiæ, inter Segusium 22. & Maurianam urbem Sabaudiæ 8. mill. pass. à Scingomago 26.

Ptol. Anton. Ocelum, Ocellum Durii Ant. Ocelis App. *Fermosel* teste Zurita, opp. seu pag. hodie Hisp. Tarracon. in finibus Arevacorum ad Durium fluv. inter Arandam ad ort. & Taurum ad occ. in Castella vet. Non *Otero de Rey*, ut in Thes. ling. Lat. nisi de sequenti intelligatur.

Ptol. Ocelum item (vel Ocellum) opp. Hisp. in Calaicis mediterr. quod Mol. *Otero de Rey* indigitat, haud obscurum inter oppida Gallæciæ.

Ptol. Ocetis, ins. maris Caledonii Scotiæ adjacens apud Orcada prom. quæ *Hethy* Camd. videtur, *Sandes* aliis, *Ranalsda* Ortel. ex Lhuydo.

Strab. Steph. Oche, mons Eubœæ maximus, cum opp. cognomine teste Plin. apud Carystum urbem.

Strab. Plin. Ptol. Ochus, *Obengir* Castald. & al. fluv. magnus Bactrianæ ex Paropamiso mont. oriens, Oxoque fluv. congrediens, cum quo in Margiana reg. Caspium mare petit. De quo Pont. lib. 5. Stell.

" *Alluit, & ripis Ochus insignitus opacis.*

Lycophro. Ocinarus *Savuto*, fluv. Brutiorum in Calabria citer. in fin. Terinæum influens. Vide Sabbatus. Al. *Calibaco*, & *Calinico*, à Sabbato diversus.

Scrip. Brit. Ocite, ins. parva Hiberniæ ad occ. quæ *Baz* incolis dici fertur.

Strab. Ptol. Ocra, mons Carnorum, pars Alpium Juliarum humillima, Carnos attingens. Fuit & opp. Carnorum, seu Venetiæ; cujus mem. Plin.

Anton. Ocrea *Ocre*, opp. Umbriæ excisum, cujus magna adhuc manent rudera apud Tiberim ex adverso Galesii, Ocriculo vicinum, minus 2. mill. pass. distans in Austrum.

Ptol. Ocriculum, Otriculum Liv. Tac. Ocriculi Strab. *Otricoli*, opp. Umbriæ in Sabinorum conf. in mont. apud Tiberim, à Narnia 8. mill. pass. in Austrum Romam versus 34. distans, à Manliana urbe Sabinorum 4. olim urbs episc. Pop. Otriculani Plin. De eo lib. 4. Itin.

" *Flaminia ergo via, & tumidis nos Milvius undis*
" *pons capit, Ocriculum dum tendimus, & Spoletum.*

Ptol. Ocrinum, quod & Damnonium Ptol. *the Lands end* incolis teste * Camd. & nostratibus *Capo di S. Iustin*, prom. Albionis in Cornubia reg. occidentalissimum, Antivestæo proximum, ubi opp. S. Michaelis, ex quo *Capo di S. Michel* etiam nominatur, ab Exonia urbe ad 79. mill. in occ. recedens. [* Vide Damnonium.]

Ptol. Octapitarum, *S. Davids head* Camd. prom. Albionis in Wallia reg. maxime occiduum, ubi Menevia urbs episc. quæ *S. Davids* dicitur, à Londinio 192. mill. in occ. à Mariduno reg. primaria 36.

Plin. Ptol. Octapodes pop. sunt Scythiæ pauperrimi; qui, cum nihil præterquam duos boves, & carpentum sive currum possiderent, recte Octapodes dicti sunt, quasi octo pedum possessores.

Ptol. * Octaviolca, *Horduña* Moletio, urbs Hisp. Tarracon. in Cantabris, inter Flaviobrigam 6. & Virovescam 14. leuc. in Austrum Burgos versus. Sed Hordunia urbs ab Horduno rege ædificata traditur. [* Ὀκταουιόλκα manusc. Seld.]

Ptol. Cæs. Octodorum, seu Octodorus, *Martenach* teste Siml. opp. olim, nunc pag. Veragrorum in Gallia Narbonens. apud Rhodanum fluv. inter Allobroges, & Sedunos ad ort. Agauno opp. finitimus, inde 12. mill. in ort. Sedunos versus, ab Augusta Prætoria 50. mill. pass. in Bor. In Thes. ling. Lat. apud Alpes Cottias collocatur; cum potius apud Graias & Pœninas sit.

Cæs. Strab. Ptol. Octodurum *Toro*, urbs Hisp. Tarracon. ad Durium fluv. in Vaccæis, & regno Legionens. inter Vallisoletum 11. & Salmanticam in merid. 13. leuc. à Zamora 5. in ortum. Al. Sarabris esse putatur.

Plin. Octogesa, *Mequinenza* teste Moral. cum Mariana & al. opp. Hisp. Tarracon. apud Iberum fluv. in regno Arragonio, ab Ilerda 5. leuc. seu 20. mill. pass. à Cæsaraugusta 20. leuc. in ort. apud Sicoris cum Ibero confluentiam, Etovisa Plin. Etovissa Liv.

Vet. Trai. Ocula *Aqula* & *Ochula*, opp. Siciliæ apud Magellam, mill. pass. distans, à Calata Ieronis 6.

Scrip. Germ. Odera *Oder*, flum. Germ. ex Moravia oriens, & per Slesiam, ac Marchiam, & Mechelburgiam, in mare Balticum fluens; olim Suevus: ut lib. 5. Itin.

" *Hic Odera, à priscis qui nomina Suevus habebat,*
" *Nascitur, & Codani præcipitatur aquis.*

Strab. Plin. Steph. Odessus, urbs Mysiæ infer. cum monte cognomine, ad Euxinum mare, inter Mesembriam & Dionysiopolim, ab ea 24. mill. pass. in merid. Marcianopolim versus totidem, quæ *Varna* urbs episc. nonnullis esse putatur. Sed al. *Varna* Dionysiopolis est, al. *Lemano*. Steph. illam Almydesso prox. facit. Ejus mem. Ovid. lib. 1. trist. eleg. 9.

" *Inde Mesembriacos portus, & Odesson, & arces.*

Incolæ Odessitæ, & adject. Odesseus, a, um.

Odomanti pop. fuerunt Thraciæ, quorum mem. Thucyd. lib. 2. A quibus nom. gent. Odomanticus.

Odrysa & Odrysia urbs fuit Odrysarum, de quibus Strabo lib. 17. Odrysios eos vocans. Nom. gent. Odrysites ab urbe.

Steph. Strab. Odrysæ, pop. Thraciæ circa Hebrum fluv. teste Solino incolentes, & teste Metaphraste juxta Hebrum, & Hadrianopolim urb. Thucydid. vero illos locat inter Abderam & Istrum, ab eo itinere 11. dierum distantes. Laonicus eos Moldavienses esse putat. Odrysa urbs. Odrysius, a, um. Claud. gigantomach.

" *Odrysios impellit equos, quibus ille Gelonos,*
' *Sive Getas turbare solet*——

Vet. Inscr. Oducia, opp. Hisp. Bæt. in Vandalitia, quod Morali *Lora* est ex vet. inscript. vel juxta illam erat.

Ptol. Odyssia, Edissa Cic. Ulyssis portus Plin. *Capo Marzo* teste Faz. port. & prom. Siciliæ in Australi ora apud Pachynum, ultra Motyam urbem deletam, inter Pachynum ad ort. 16. & Camerinam ad occ. 22. mill. pass.

Diod. Ptol. * Odyssus, Odessus Strab. Vide Odessus. [* Ὀδησσός in Seldeni man.]

Ptol. Oea, opp. seu pag. Theræ insulæ. Fuit & urbs Africæ, una ex illis quæ teste Solino favebant Romanis.

Virg. Oeagrius, (Vide Hebrus) fluv. Thraciæ. Virg. lib. 4. georg.

" *Gurgite cum medio portans Oeagrius Hebrus.*

Sic cognominatur Hebrus, ab Oeagro Orphei patre, vel ab Oeagro fluviolo Thraciæ, à quo initium sumit Hebrus.

Polyb. Plin. Oeanthe, Oeanthia Paus. & Mel. opp. Achaiæ in finibus Locrorum Ozolorum, in ora sin. Corinthiaci, ex adverso Ægiræ opp. Peloponnesi. Oeanthia apud Ellanicum teste Steph. Nom. gent. Oeantheus, & Oeanthius.

Ptol. * Oeaso, Eason Melæ, Olarso Plin. Iarso Martiano, Orsona Appiano, Idanus Strab. prom. Hisp. Tarracon. in ora oceani Cantabrici, in Guipuscua reg. cum opp. exciso, *Aiso* testibus Steph. Garibæo, Clusio, & Aria Mont. à Fonte Rapido opp. 2. leuc. in occ. Olarso vero *Oiarzo* nunc. Vide ibi. [* Οἰασώ in man. Seld.]

Ptol. Oeasopolis, opp. Hisp. Tarracon. apud Easonem prom. Ortel. est *Faenterabia*, opp. & arx apud Pyrenen, in Galliæ Aquit. conf. à Baiona urbe Aquitanica 6. leuc. in occ. recedens. Al. est *S. Sebastian*, opp. ejusdem oræ, à Fonte Rapido 5. leuc. in occ. Sed apud Ptol. Oeaso, non Oeasopolis, legitur, ut ab Ortel. Moletium secuto citatur.

Virg. Ovid. Oebalia, arx Tarentina, & ipsum Tarentum nominatur à poetis, ab Oebalo conditore, de quo Virg. lib. 7. Æn.

" *Nec tu carminibus nostris indictus abibis*
' *Oebale------ ---*

Hinc Oebalius nom. gent. Virg. lib. 4. georg.

" *Namque sub Oebaliæ memini me turribus altis.*

Strab. Pauf. Oechalia, opp. multiplex: in Thessalia Strab. quod & Trachinia; in Messenia teste Pauf. in Arcadia, & Eubœa teste Strab. Plin. & Mela; & in Ætolia teste Strab. Quorum hodie nullum exstat indicium. Ovid. lib. 9. metam.

" *Victor ab Oechalia Cenæo sacra parabat*
' *Vota Jovi------*

Oechalia tamen Eubœæ eadem est Chalcidi teste Plin. Oechalia item urbs fuit Laconiæ, ab Oechaleo flum. eam præterfluente, apud Pauf. & Steph.

Steph. Oecus urbs fuit Cariæ, cujus nom. gent. est Oecusius; ut urbs Oecusia: & incolæ Oecusii dicti sunt.

Plin. Plut. Oedipodia, fons Thebarum in Bœotia mirabilis. De quo vide Plutarch. in opuscul.

Vib. Seq. Oemphyle, mons Dyrrachio in Macedonia imminens: de quo apud script. vet. nil legimus; solus Vib. Sequest. meminit.

Steph. Oena urbs fuit Etruriæ, in cujus medio altissimus erat collis ad 30. stadia, ubi aquæ in suprema parte, & sylva; de qua Aristot. in lib. de admirand. auscultat. Incolæ Oenatæ. Oene vero urbs erat Argiæ, de qua Hecatæus lib. 1. hist. Oenoe apud Orum.

Ptol. Oenanthia, *S. Sofia* Mercat. Molet. & al. opp. Sarmatiæ Asianæ in ora maris Euxini, inter Amplalim ad occ. & Fortia mœnia ad ort.

Ptol. Oeneus, (dissyllabum) *Tarsia* Nig. & Mol. flum. Liburniæ inter Tarsaticam & Velceram in mare Hadriaticum labens. Pop. Oenei Plin. qui juxta incolunt.

Polyb. Plut. Steph. Oeniadæ, quod & Erusiche, Oeneas vero ejus territ. Æniadæ Liv. *Dragamesto* Soph. opp. Epiri in finibus Acarnanum, apud oram, & ostia Acheloi flum. De quo Sil. lib. 15.

" *Oeneasque domos, Curetica tecta subibat.*

Altera fuit Thessaliæ apud Oetam montem ejusdem nominis urbs teste Steph.

Oeniochi, pop. Sarmat. Asianæ. Vide Heniochi.

Anton. Lib. Not. Oeni pons, *Oetingen* teste Simlero cum Laz. oppid. Norici ad Oenum fluv. in Bavaria, medium fere inter Salisburgum & Landshutum 8. leuc. Dicitur & Pontes Oeni Antonino.

Anton. Oeni pons alter, sive Æni pons, *Inspruck*, urbs Rhætiæ in Norici & Vindeliciæ conf. ad Oenum flum. comitat. Tirolensis caput, & principis sedes, inter Tridentum ad Austrum 23. & Monachium in Bor. 16. leuc. quot à Salisburgo in Africum. De eo in lib. 4. Itin. German.

" *Atque Tirolensis fulgentes præsulis arces*
" *Oenipontis habet, qua non ignobile nomen.*
" *Urbs semper nebulis, & iniquis horrida nimbis.*

Liv. Plin. & al. Oenoanda, Oeneanda Ptol. urbs Lyciæ mediterr. quæ Oenoandros Strab. dicitur, inter Myram metrop. & Balburam, una ex tribus Cabaliæ reg. quæ sunt Oenoanda, Balbura, & Bubon; quibus Plin. addit Telmessum.

Strab. Steph. Oenoe, quæ & Ephyra teste Strab. opp. Elidis in Peloponneso ad Selleentem fluv. Est & opp. Icariæ inf. teste Strab. & opp. Atticæ Thucyd. & Ptol. in Bœotiæ conf. apud isthmum, *Oenoa* adhuc vulgo. Est & Oenoe Ptol. opp. Laconicæ inter Bitylam & Gereniam, vulgo *Cidariso*. Oenoe Atticæ apud torrentem sita est, qui pluviis intumescens, magna vi aquarum campos ita vastat fissuris, ut agricolationem omnem perdat terræmotibus. Unde natum est adagium, *Oenoa charadram*, in eos qui sibi malum creant, sicut Oenoe, cum charadram, hoc est fissuram efficit.

Oenoeus, fluv. Ætoliæ contra Echinadas inf. influens, idem ut videtur cum Eueno. Ovid. Liv.

Oenon, port. Locridis ad fin. Corinthiacum: cujus mem. Thucyd. lib. 3.

Oenopia, inf. sic ab Oenope dicta, postea Ægina à matre Æaci. Vide Ægina. Ovid.

Oenotri, pop. Italiæ tractum illius inter Pæstum & Tarentum incolentes, quorum reg. Oenotria, partem Lucaniæ, Brutiorum, & Magnæ Græciæ complectens, apud Strab. minus patens. Nomen habet à vino, quod ibi generosum provenit; vel ab Oenotro Sabinorum rege. Hinc Oenotrius nom. gent. Virgil. lib. 7. Æneid. Ovid. & al.

" *Hinc Italæ gentes, omnisque Oenotria tellus.*

Pro Italia quandoque accepta. Virg. lib. 1. Æn.

" *Oenotrii coluere viri: nunc fama, minores*
' *Italiam dixisse ducis de nomine gentem.*

Oenotrides, quæ & Oenotriæ Plin. insulæ maris Tyrrheni ante Veliam urbem Lucaniæ in ora excisam: quarum una Pontia *Ponza*, altera Legia, quæ & Iscia Plin. *Ischia* vulgo. Strab.

Oenuns, flum. Laconicæ juxta Spartam urb. fluens. Polyb. Liv.

Oenus, Ænus Ptol. *Ins* vel *Inne*, fluv. Germ. Rhætos, in quibus oritur, Vindelicos, & Noricos, quos à Vindelicis separat, alluens, ac inter Bavariam, & comit. Tirolensem, ac inter eundem Bavariæ ducat. & tractum Salisburgensem fluens, Danubio ad Pataviam urbem exceptus. Tac.

Oenussa, inf. duplex maris Ægæi; una inter Tenedum & Samum, alia minor apud Chium. Plin.

Oenussæ, Oenusæ Pauf. inf. parvæ tres Peloponnesi ante Acritam prom. teste Pauf. sed teste Plin. ante Messenen, Oenusa Melæ, & Theganusa, contra Acritam, *Sapienza* Soph. Sed hæc Sphagia aliis dicitur. Hinc Oenusius, sive Oenussius nom. gent. Oenusa inf. Chio proxima. Plin.

Oerya, inf. Bœotiæ in agro Plateensi, quam Asopus fluv. efficit una cum Gargaphia fonte. Pauf.

Oescus *Budini*, seu *Bydini* Laz. opp. Mysiæ infer. in Triballis, cum fluv. cognomine ex Rhodope mont. seu verius ex Hæmo, qui Cius videtur Herod. Sed Nigro est *Blida* opp. ultra Rhætiariam 7. mill. pass. Plin. Ptol. & al.

Oesporis, opp. Africæ mediterr. *Sibaca* hodie teste Marmolio. Ptol.

Oesyma, *Cavalla* ex tab. recent. urbs Macedoniæ inter Arethusam ad occ. & Neapolim ad ort. proximas urbes, non longe ab ostio Strymonis fluv. Thucyd. Ptol.

Oeta, *M. Bunina* Soph. mons Thessaliæ in Doridis confinio in sinum Maliacum, qui & Oetæus, desinens: ubi opp. Oetæa teste Steph. Pop. Oetæi Thucyd. in Trachinia reg. Oppidum vero Oetes Diod. & Trachis Strab. In eo Hercules seipsum vivum combussit. Hinc Oetæus nom. gent. Hic helleborum opt. teste Plin. provenit, quod & in Helicone mont. Bœotiæ. De eo Ovid. lib. 9. metam. Plin. Pauf. Ptol. & al.

" *Implevitque suis nemorosam vocibus Oetam.*

Oeta mons longitudine maxime patet, incipit enim à Leucade in Epiro, & desinit in sin. Maliacum ad Thermopylas, inter Parnasum & Pindum extensus. Adeo mons hic excelsus est, ut stellæ occidere, sicuti nasci in Ida videantur. Unde Virg. ait, eclog. 8.

' *————tibi deserit Hesperus Oetan.*

Oetæus genius apud Diogen. proverbialiter usurpatur contra feroces & arrogantes, contra quos dæmon Oetæus insurgens eos miris malis afficiebat: sensu profertur, quo *Temesæus genius*, cum ferocibus & arrogantibus minari volumus.

Oetius sin. aliis * Oetæus, & Maliacus, Euboicum mare, & Euboicus sin. Liv. Opuntius Melæ, *Golfo di Ziton*, & *Golfo di Negroponte* teste Nigro, sinus inter Bœotiam & Thessaliam. [* Sicuti in manusc. Seld.] Ptol.

Oetylos

Steph. Oetylos urbs est Laconicæ, quæ Ptol. Vityla vel Bityla, ab Oetylo heroe nominata. Hanc Tylon alii teste Strab. appellant.

Offidius mons, *Monte Offidio* teste Mazzella, mons Vestinorum in agro Aquilano: cujus in vita S. Justinæ virginis fit mentio.

Strab. Ogdolapis, fluv. Norici, qui aliis Colapis dicitur. Vide ibi. Hunc male author Thes. ling. Lat. describit nomine tacito regionis.

Scrip. Aquit. Ogla, ins. oceani Aquitanici, à littore Aquitanico 40. mill. pass. in occ. distans: de qua in vitis Sanctorum Galliæ.

Oglasa, quæ & Dianium, ins. maris Tyrrheni. Vide ibi. Sunt qui Oglasam Montem Christi, insulam parvam à Planasia 30. mill. pass. in Euronotum, inter Corsicam, & Ægilium 60. indigitent. De Oglasa sic in lib. 3. Itiner. inter Iluam & Corsicam.

" *Oglasa præterea, consuetaque vivere rapto*
' *Corsica*------

Antiqu. monum. Oglonium & Uglonium, quasi Oculonium, *Oggion*, pag. agri Mediolanens. frequens, & minime obscurus, apud Adduam fluv. Anonio proximus, à Mediolano 26. mill. pass. Leucum versus, à Foro Licinii supra 4. mill. pass. in ortum recedens. Sunt qui Eugeon Græca voce à fertilitate dictum velint, sed ex veteribus loci monument. Uglonium appellatur.

Hom. Ogygia, quæ & Calypsus Homer. ins. parva maris Ausonii Magnæ Græciæ ante Lacinium prom. adjacens, à littore 10. aut 12. mill. pass. recedens, sic ab Ogyge Thebanorum rege nominata: ubi Ulysses à Calypso nympha hospitio exceptus est teste Hom. Hanc male Thes. ling. Lat. ins. maris Syrii facit. Pop. Ogygii, sicuti etiam Lycii appellati sunt Steph.

Ogygia apud Steph. non solum Bœotia, aut Thebana regio dicta est, sed etiam Attica; quod nomen ab Ogyge rege antiquissimo Thebanorum : propterea Ogygia vocantur vetera, ut *Ogygia mala* accipiuntur pro malis vetustis; quod potius aliis videtur fluxisse ab Ogygia ins. ad quam Ulysses naufragus venit. Stat. lib. 11. Theb.

' ——————*Ogygii fastigia muri*
' *Exsuperare furens*———

Nicet. Ogygia item urbs maxima Mysiæ infer. in conf. Thraciæ ad Hæmum montem, quæ & Pristhlaba, seu Presthlaba, & Parasthlaba Cedreno. Vide ibi.

Steph. Ogylos, ins. inter Peloponnesum & Cretam Steph.

Plin. Mel. Ogyris, *Geru* teste Maphæo, ins. maris Indici ex adverso oræ Arabiæ fel. ad ortum, inde 125. mill. circuitu 122. patens; in qua Erythræi regis sepulchrum teste Plin. Al. videtur *Zocotora*, ins. maris Rubri ampla, inter Aromata Æthiopiæ prom. & Canen empor. & prom. Arabiæ fel. ad 30. leuc. Hisp. De ea Plin. lib. 6. & Q. Curt. lib. 9. Illam memorat Dionys. de situ orb.

" *Ulterius pergas si post Carmanida summam,*
" *Ogyris occurrit, quæ dicitur esse sepulchrum*
' *Regis Erythræi*———

Strab. Oium castellum erat Bœotiæ apud Opuntem urbem.

Plin. Olachas fluv. est Bithyniæ, cujus aquis perjuri arguuntur; nam illa aspersi uti flamma urente patiuntur teste Plin.

Plin. Olane, Olone Polyb. *Volana*, unum ex 7. Padi ostiis, cum pago, inter Ravennam 34. & Fossam Clodiam in Bor. 45. mill. pass. quod & Volane Plin. dicitur.

Olarso *Oiarzo*, opp. olim, nunc pag. Hisp. Tarracon. in Vardulis, apud Oeasonem sive Easonem opp. & prom. & opp. Fontem Rapidum. Idem quod Oeaso à nonnullis putatur; sed Oeaso seu Easo *Aiso*, & Olarso *Oiarzo* nunc dicitur.

Ptol. Olbasa; Olbus Strab. *Albistaverati* Mol. & al. urbs Ciliciæ, Antiochiæ super * Trago proxima. Olbasa altera in Cappadocia apud Larandam urbem, ad Tauri montis radices. [*Κράγῳ in man. Seld.]

Olbia, *Stapenor* vel *Strapenor* teste Nig. urbs Sarmatiæ Europ. ad ostium Borysthenis fluv. teste Strab. Olbiopolis Plin. & Miletopolis Melæ. Pop. Olbiopolitæ Herod. & Borysthenii. Sed Mela Olbiam à Borysthenide diversam facit, licet Ptol. eadem urbs Olbia & Borysthenis sit in mediterran. Strab. Ptol.

Olbia item multiplex : in Bithynia ad Propontidem, opp. Nicææ & Apamiæ proximum, *Verlia* teste Soph. ubi sinus Olbianus Mela teste. In Pamphylia, urbs marit. episc. sub archiep. Pergens. in Lyciæ confinio, inter Phaselidem ad occ. & Attaliam ad ortum, *Acopende* Molet. nunc jacens. In Gallia Narbonens. in ora Provinciæ, inter Forum Julii 5. & Telonem 8. leuc. cujus mem. Cic. & Mel. nunc *Eres* teste Poldo, vel, ut alii scribunt, *Hieres*. In Sardinia, Ulbia Anton. Ulbiensis urbs Orosio, opp. marit. in ora orientali, ex adverso Corsicæ, à Tibulis * 16. mill. pass. à Carali 172. per oram, opp. excisum, manent nomen & rudera; ab Iolao conditum teste Sol. cujus etiam mem. Liv. Steph. 9. Olbias recenset. Hinc nom. gent. Olbiacus, a, um. [* Forsan pro 86. lapsu typographico.] Ptol. & al.

Olcachites Ptol. sin. Zeugitanæ reg. ubi *Alcon*.

Olcades, pop. multiplices in Hisp. alii in Tarracon. quorum opp. Althæa erat intra Iberum fluv. teste Polyb. alii circa Carthaginem novam teste Suida: & alii in Bætica, quorum caput Cartheia apud Calpen teste Mela. Ex quo error patet Ant. Nebrissensis, qui Olcades *Ocaña* indigitat, oppid. præclarum à Toleto 8. leuc. in ort. Concham versus. Crediderim ego Olcades tantum in Bætica esse: in qua etiam Iberus fluv. reperitur. Polyb. Liv. Steph.

Olchinium, Olcinium Liv. quod & Colchinium ante teste Plin. dictum est, Ulcinium Ptol. *Dolcigno* vel *Dulcigno* Volaterr. & al. urbs Dalmatiæ marit. cis ostia Drilonis & fines Macedoniæ, episc. sub archiepisc. Antibarens. inde 12. mill. in ortum, Lissum urbem Macedonicam versus 40. à Scodra 18. in merid. De eo in lib. 2. Itiner. poeta quidam sic: Plin.

' ——— ———*Ascriviumque superbum,*
" *Nobile & Olchinium, Romana hæc oppida quondam.*

Olcimus, mons & fluv. Macedoniæ, ubi ruta multa nascitur. Dioscor.

Olcinium. Vide Olchinium. Pop. Olciniatæ. Liv.

Olda, *Loda* teste Scalig. *Lot* aliis, fluv. Aquitaniæ in Garumnam juxta Agennum influens. Auson.

Olea & Palma, duo fontes in Bœotia ad Delum mont. ubi Apollinem natum fabulantur. Plutarch.

Olearus, ins. Vide Oliarus, ut apud Plin. licet Olearus ex Plin. in Thes. ling. Lat. legatur. Mel.

Oleastrum, prom. Maurit. Tingit. cis Columnas, inter Iagath & Acrath oppida, *Capo di Gebba* (ab opp. diruto) teste Marmol. Al. ubi *Tagassa* urbs. Ptol.

Oleatrum, opp. multiplex: unum in Hisp. Bætica ad sin. Gaditanum Mel. Sed Ptol. in mediterr. & apud Mel. Oleastrum legitur, estque nomen luci, non opp. apud Eboram opp. similiter apud Ptol. Oleastrum, contra quam ab Ortel. citatur, legitur, opp. inter Caliculam & Urbonam. Alterum in Hisp. Tarrac. apud Saguntum teste Strab. Aliud apud Anton. in ora Catalauniæ, inter Tarraconem 3. & Dertusam 8. leuc. occurrens, *Miramar* teste Zurita. Ptol. Mel.

Olegium *Olezo*, opp. seu pagus amplus agri Novariens. frequentia pop. cæteris ejus agri præstans, inter Novariam 10. & Sextum, sive egressum Ticini amnis ex lacu Verbano ad 7. mill. pass. plus minus distans. In literis summ. Pont. memoratur. Lit. Pontif.

Olenacum, * *Elenborrough* teste Camd. oppid. Albionis in Anglia in ora Cumbriæ ad occ. [* Camdeno Lib. Not.

deno videtur esse ubi castrum *Linstock*, ad Vallum, in eodem comitatu.]

Strab. Pauf. Ptol. Olenus, Olenum Plin. urbs gemina: una Achaiæ in Peloponneso, inter Patras ad ort. & Cyllenen ad oc. à Patris 10. mill. pass. à Dyma 5. episc. sub archiep. Patrensi, * adhuc *Oleno* dicta, ab Oleno filio Vulcani condita & nominata. Altera in Ætolia, inter Calydonem & Chalcidem, ad Euenum fluv. *Canigriza* Mol. & al. Hinc Olenius nom. gent. ut capella Olenia, quam Jovi lac præbuisse fabulantur, & inter astra locatam. Ovid. lib. 5. fast.

" *Nascitur Oleniæ sidus pluviale capellæ.*

Stat. Thebaid. 4.

" *Et præceps Calydon, & quæ Jove provocat Idam*
' *Olenos*———

[* Videtur potius priorem locum dici *Canigriza*, posteriorem *Oleno*.]

Steph. Olerus, opp. Cretæ olim apud Hierapytnam in edito loco situm.

Strab. Olgasys, mons Galatiæ (qui * Olyssa Ptol. dicitur) ex quo Halys & Parthenius flumina fluunt. Hic mons altissimus, aditque difficilis: cujus partem Sandaracurgium Strabo appellat, intus ob assiduam metallorum effossionem concavam. [* Ὀλίγα in Seld. manuscripto.]

Strab. Plin. Ptol. Oliarus, Olearus Melæ, *Quiniminio* teste Nig. ins. maris Ægæi, una Cycladum, inter Paron & Ion, à Delo 50. mill. pass. in Austrum distans, ambitu 40. Ovid. lib. 7. metam.

" *At non Oliaros, Didymeque, & Tenos, & Andros.*

Liv. Ptol. Oliba *Olit*, opp. Hisp. Tarracon. in Vasconibus, & regno Navarræo, amplum, inter Pompelonem ad Bor. 7. & Tutelam ad merid. 9. leuc. Al. potius *Oliva* oppidulum ejusdem regni, à Pompelone 12. leuc. à Tutela 10. versus ort. quod magis probatur.

Plin. Olibanus, mons Magnæ Græciæ. Vide Clibanus, sic enim etiam legitur. Est & Olibanus mons Campaniæ inter Neapolim & Puteolos, contra Nesitim ins. Pausylipo vicinus, *Monte di Pezuoli* teste Mazz. Olibanum vero, opp. Lucaniæ inter Montem Corvinum & Ebolum 7. mill. pass. dissitum.

Ptol. Olicana, * *Oteley* Camd. opp. Albionis mediterr. in Anglia. Sed Lhuydo est *Halegfex*, nunc *Halifax*: al. *Kirkby*, ut in Thes. ling. Lat. Sed Camdeno magis fido, estque in Eboracensi comitatu. [* *Ilkeley* Camdeno paulo supra *Otley* ad eundem fluv. Wherfum.]

Ptol. Olimacum, *Lymbach* teste Laz. opp. Pannoniæ super. in Hungariæ Stiriæque confiniis, geminum; unum ad Muram fluv. alterum ad Arrabonem, 3. leuc. inter se distantia. Utrumque à Bolentio 5. in ort.

Ptol. Olina, fluv. * geminus: unus Gall. Lugdunens. per Normanniam fluens, *Orne* teste Cœnali; alter Hisp. Tarracon. per Gallæciam fluens, *Molina* teste Gometio. [* Secunda Olina urbis potius nomen apud Ptolem.]

Lib. Not. Olino, *Hole* teste Rhenano, vicus seu pag. Sequanorum in Helvetiorum conf. in agro Basileensi, cum nemore, haud longe à Basilea distans in occ.

Thucyd. Olinthus urbs fuit maxima Macedon. in isthmo Palaenes, prox. Apolloniæ, à Potidæa stad. 60. Apud Olinthum à Baccho conditam, & Strymonem fluv. Rhœsum à Diomede interfectum Apollodor. & Conon cum aliis tradunt.

Josepho. Olivarum mons & Olivetus, *M. Oliveto*, in Judæa apud Hierosolymam, inde 5. stad. in ort. distans. Juvenc. lib. 4.

" *Montis Oliveti conscendunt culmina cuncti.*

Annal. Olivula *Castello*, ea pars urbis Venetæ, in qua episcopatus & basilica cathedralis est: unde episcopus Venetus antequam patriarcha declaratus esset, Castellanus dicebatur.

Olizon opp. fuit Thessaliæ apud Melibœam opp. ac Oetæ montis radices, & Peneum flum. Olizon sic dictum ob parvitatem, Thessali enim parvum vel minus ὀλίζον dicunt. Plut.

Ollius *l' Oglio*, fluv. Venetiæ maximæ perspicuitatis, è Sebino lacu in agro Brixiensi emissus, ac per Cenomanos fluens, quasi agros Bergomensem, Cremensem, & Cremonensem à Brixiensi separans, ac in Padum apud Burgum fortem, medio fere intervallo inter Mantuam & Vastallam, influens. Plin.

Olmiæ, prom. Megaridis apud sin. Saronicum, non Corinthiacum, ut scribit Ortel. in quo Pagæ opp. erat apud isthmum. Strab.

Olmius, Holmius Orpheo, fluv. Bœotiæ juxta Heliconem mont. fluens. Cujus mem. Stat. lib. 7. Theb. Strab.

' *Et felix Olmie vadis*———

Olmoe, urbs Ciliciæ asperæ, quæ postea teste Steph. Seleucia dicta fuit. Vide Seleucia aspera. Steph.

Olomucium *Olmutz*, urbs Germaniæ episc. sub archiep. Pragensi, Moraviæ caput, ad Moram fluv. à Vienna 18. leuc. in Bor. & Cracoviam versus, à Praga 28. in ort. olim Eburum, ut App. videtur; sed Eburum jacet, *Borowa* adhuc dictum. Prov. Rom.

Olophyzos vel Olophyxos urbs erat Macedon. in monte Atho: nom. gent. Olophyzius. Cujus hodie vestigium non exstat. Herod.

Oloronensis urbs, (Vide Eloronensium urbs sive Elorona) urbs episc. Aquitaniæ sub archiep. Auscensi, *Oleron*, ab Auscis 12. leuc. in Austrum, à Tarba 4. Sidon.

Oloros, (Vide Alorus) urbs Macedoniæ. Plin.

Olpæ, opp. olim Epiri in finibus Acarnanum in mediterr. ab urbe Argivorum marit. 20. stad. distans: quæ loca hodie non exstant. Erat Amphilochio prox. Hinc nom. gent. Olpæus, a, um. Thucyd. lib. 3. Thucyd. Steph.

Olulis, *Olo* & *Ololo* teste Pinet. opp. Cretæ, nunc pag. in ora littorali ad ortum, inter Chersonesum & Camaram, sive inter Cytæum & Minoam 10. mill. pass. Alterum Ptol. in Sicilia in ora occid. excisum, *Olulo* adhuc dictum, inter Soluntem & Thermas Himeræ. Licet Niger male illud *Solanto* indigitet: cum apud Ptol. Olulis à Solunte diversum opp. sit, utrumq; jacens hoc tempore. Ptol.

Olycræ, urbs Ætoliæ apud Naupactum. Nom. gent. Olycræus. Hodie non exstat. Hecat.

Olympia, quæ & Pisa Steph. teste dicta est, urbs Elidis in Peloponneso ad Alpheum fluv. ab ejus ostio 10. mill. pass. recedens, inter Elidem urb. 37. & Spartam 82. ab Argo 62. in occ. ubi ludi Olympici, sive Olympiaci. Non procul Olympicum templum Jovis, ab urbe sesquimilliario teste Liv. distans. Hinc Olympias, quinque annorum spatio constans, quæ à capta Troja an. 408. & ante Christum natum 775. cepit: ita ut Roma anno 1. Olympiadis 7. condita fuerit. Hinc Olympiacus nom. gent. Luc. lib. 4. Strab. Pauf. Ptol. & al.

" *Hospes, Olympiacæ servato more palæstræ.*

Olympia, orum, ludi vocabantur: in quibus victor, uti consul Romæ, honore afficiebatur.

Olympus, urbs triplex: una Lyciæ mediterr. olim maxima, episc. sub archiep. Myrensi, quam Solin. scribit interiisse, cum sub principibus & imper. Christianis exstiterit; altera in Pamphylia teste Steph. tertia in Cilicia, in ora, inter Phaselidem & Corycum, quæ etiam interiere. Plin. Strab. Ptol. & al.

Olympus, mons quadruplex: unus in Thessalia, altissimus, Ossæ & Pelio attiguus, Pieriam reg. Macedoniæ attingens, adhuc *Olimpo* teste Soph. dictus, & *Lacha* teste Nig. & Castal. in quo lupi non sunt. Is plurimam laurum gignit teste Plin. Thessaliam Macedonia dirimens, & nubes transgrediens; adeo excelsus, ut passim apud poetas pro cœlo accipiatur. 2. Mysiæ in Asia, juxta quem Prusa urbs episc. Bithyniæ clarissima, Strab. Ph. Ptol. & al.

sima, *Anatolaidag*, alibi *Emerdag* vel *Emiodag*,& alibi *Keschisdag* à Turcis teste Leuncl. dictus, Idæ vicinus. 3. in Lycia, ingens,& ignes emittens teste Maximo Tyrio, juxta quem Olympus urbs. 4. in Cypro, circa medium illius, *Troode* teste Steph. Lusign. alter à Strab. inter Curium & Amathuntem. Sunt præterea alii montes hujus nominis, licet non tam ingentes: unus in Lydia teste Athenæo; alter in Æolide; alius in Lesbo inf. teste Plin. & alius in Arcadia teste Polyb. & Strab.

Xenoph. Plin. & al. Olynthos, quæ & Olinthos scribitur, urbs fuit Macedoniæ, seu Thraciæ, cui à Xenoph. attribuitur,(non Atticæ, ut in Thes. ling. Lat.) quondam maxima, inter Athon mont. & Pallenen urbem, à Mecyberna oppid. 20. stad. teste Suida, in Sithonia reg. Alii illam Philippis propinquam fuisse tradunt. Ea nunc jacet, locusque adhuc *Olintho* nominatur. A Cic. act. 3. in Verr. memoratur. De qua inter Spartanos & Athenienses certatum est. De illa Stat. lib. 12. Theb.

" *Vicit, & Oedipodæ furias, & funus Olynthi*
' *Texit*------

Strab. Olyras, fluv. Phthiotidis apud Thermopylas in sin. Maliacum delabens.

Plin. Olyssippo, & Olissippo ut al. cod. habent, Ulyssippo Melæ, Olios Hippon Ptol. *Lisbona*,& Hispanis *Lisboa*, urbs maxima Hisp. Lusitaniæ regia, emporium, & archiep. septem collibus, ut Roma, constans, ad Tagum fluv. ostiis ipsius vicina, à Toleto Hispaniæ umbilico 83. leuc. in occ. ab Hispali altero Hispaniæ emporio 63. in Corum, (scribitur etiam Olissipo, & Ulyssipo) olim episc. sub archiep. Emeritens. postea à Bonifacio 8. metropolis effecta. Ab ea Olissipponense prom. *Capo de Spichel*, ad ostia Tagi. Vide Magnum prom.

Hom. Olyzon oppid. fuit Thessaliæ, cujus hodie vestigia non apparent.

Plin. Steph. Omana, Omanum Ptol. *Omanagda* Molet. urbs & emporium Arab. felicis in mediter. Mariabæ & Nagaræ finitima. Pop. Omani Plin. Omanitæ Ptol.

Ptol. Ombri, Ombos Juvenali & Combos, Ombites nomus Plin. urbs Ægypti ad Nilum, proxima Copto, quæ *Chana* teste Ortel. dicitur. Sed aliis plerisque Coptos nunc *Chana* nominatur. Ombitæ pop. qui crocodilum colebant, & liberos ab eo devorari non solum ferebant, sed & lætabantur.

Herod. Ombrici, pop. Illyrici, quos Peucerus *Crabaten* indigitat, qui potius sunt in ea reg. quæ *Crabaten* appellatur, & multos alios pop. complectitur. Ex qua reg. Capris & Alpis fluv. in Istrum fluunt teste Herod.

Ombrici teste Steph. pop. Italiæ fuere ad sin. Adriaticum incolentes, ubi Padus subit mare; qui & Ombri Italis: apud quos etiam fluv. quidam Ombros nominatur, diversus ab Ombrone.

Herod. Ombrios, inf. una ex Fortunatis, Aprositos Ptol. ut videtur, *Isola del Ferro* nunc ab Hispanis dicta, à Canaria 42. leuc. distans. A Nigro *Porto Santo* dici putatur, inter Sacrum prom. Lusit. 164. & Canariam in occ. 70. leuc. à Madera 10. In insula Ferri, stagnum, à guttis aquæ ex foliis arborum quotidie, noctu præsertim, decidentibus procreatum, jumentis & incolis potum præbet.

Q. Calab. Ombrus, mons Cariæ juxta Caunum urbem, apud Tarbeli montis radicem, semper nive ob ejus celsitudinem conspersus.

Strab. Theocr. & al. Omole, Homolus Steph. Homole Virg. mons Thessaliæ cæterorum altissimus teste Pauf. Homolium Liv. Vide Homole.

Ptol. Onæum, Oæneum Liv. *Capo Cumano* teste Sophiano, prom. & opp. non Liburniæ, ut scribit Ortel. sed Dalmatiæ, inter Epetium ad occident. & Epidaurum ad ort. apud ostium Naronis fluv. quod prom. *Capo Lovischa* etiam nominatur, apud Daorizos & Vardeos pop.

Ptol. Onchesmus, Onchimus Strab. Echinus fortassis Plin. *Santi Quaranta* teste Soph. portus Epiri inter Panormum & Cassiopen, portus ejusdem oræ.

Strab. Pauf. Steph. & al. Onchestus opp. fuit Bœotiæ apud Copaidem lacum, inter Haliartum & Acræphium. Est & palus juxta Thebas teste Æliano, & fluv. Thessaliæ apud Mycalessum teste Polyb. Ejus mem. Stat. lib. 7. Theb.

' -------------------*Neptunia proles*
" *Onchesti, quos pinigeris Mycalessus in agris.*

Onchesti templum erat Neptuno sacrum.

Ptol. Ondicæovæ, pop. Gall. Celt. Vide Andes Cæs. & Andegavi Plin.

Plin. Onenses, pop. Hisp. Tarracon. quorum opp. Ona, vulgo *Oña*, cum cœnobio præclaro in vet. Castella. Vel *Oñate*, opp. amplum, & acad. in Alava reg. inter Victoriam urb. & oram oceani Cantabrici 12. leuc.

Strab. Onesiæ aquæ, thermæ & opp. Aquitaniæ apud Pyrenæorum montium radices, *Bagneres* ex tab. recent. apud Eloronam urb. 2. leuc. distans, inter Tarbam, & Palum ad occ. 3.

Thucyd. Polyb. Onii, montes Achaiæ ab isthmo Corinthiaco in Bœotiam, inter Phocidem & Megaridem, extensi: ubi Onium, vel Oneum opp. erat Cenchreis proximum, ad quod inter Thebanos & Lacedæmonios pugnatum est teste Xenoph.

Plin. Oningis, Oringis Liv. *Iaen* ut Morali videtur, urbs episc. sub archiep. Hispalensi Hisp. Bæt. in Vandalia, inter Cordubam ad occ. & Acci ad ortum 14. leuc. quot à Granato in Bor. Giennium & Giena Lat. rec. à Scip. Africano expugnata, & excisa, teste Liv. nunc inter præclaras urbes habita.

Plin. Onisa, inf. parva Cretæ contra Itanum prom. & oppid.

Strab. Plin. Ptol. Onoba, Onova Anton. *Gibraleon* ut nonnullis videtur, opp. Hisp. Bæt. inter Ilipam 30. & ostia Anæ ad occ. 78. mill. pass. ex Ant. Sed apud Plin. Gadibus finitimum erat Calpen versus. Non longe Olitingi opp. erat teste Mela.

Onobalisturia Ptol. sive Onobalustria, ut alii cod. habent, opp. Hispan. Bætic. in Turdetanis.

Herod. Plin. Onochonus, fluv. Thess. in Peneum influens ab exercitu Xerxis bibendo exsiccatus.

Lib. præfect. Onochrinum, *Kew* teste Laz. opp. seu pagus nunc Pannon. infer. ad Danubium, è regione Bononiæ.

Agath. Onogori, pop. qui nunc Hungari dicuntur.

Ptol. Onugnathos, i. e. Asini maxilla, *Capo Xili* teste Nigro, prom. Laconicæ in Peloponneso, inter ostia Eurotæ fluv. & Maleam prom.

Ptol. Onuphis, (Onuphites nomus Herod.) urbs Ægypti intra Deltam, inter Athribiticam & Busiriticam fossam. Ibi S. Onuphrius abbas.

Plin. Oonæ, inf. Boreales, *Alandt* teste Mercat. in fronte Finlandiæ, in mari Baltico: Quarum pop. ovis avium, & avena vitam transigunt, teste Mela, & Plin.

Ptol. Oopellum, urbs Albionis marit. quæ nunc Cettria dici putatur. Sed apud Ptol. minime legitur. Alii Oxellum legunt: sed hoc opp. est in Scotia. Vide Uxellum. Unde error in Thes. ling. Lat. corrigendus est.

Ptol. Opane vel potius Opone, *Opin* Mercat. & al. urbs & empor. Æthiopiæ sub Ægypto in ora sin. Barbarici ad ort. inter Prassum & Aromata prom.

Plin. Opharitæ, pop. Sarmatiæ Asianæ juxta Opharium fluv. (qui in Lagoum influit) incolentes, teste Plin. Ubi Opharus lacus.

Strab. Ophiodes, inf. sin. Arabici, oræ Ægypti ante Berenicen urb. adjacens; in qua topazius lapis teste Strab. provenit: quæ Agathonis inf. Ptol. dici videtur, *Angotina* vulgo ex tab. geograph. recent.

Plin. Ophiogenes pop. sunt Asiæ ad Hellespontum ictus serpentum solo tactu levantes, & imposita manu

nu venena è corporibus extrahentes, teste Plin. ex Crate Pergameno.

* Ophiomagi populi Indiæ orientalis serpentibus degentes sunt; licet ejus magnitudinis sint, ut tauros vivos hauriant, teste eodem. [* Forsan Ophiophagi.]

Bibl. sacr. Ophir, reg. aurifera, ad quam sub Salomone rege ad aurum accipiendum navigabatur. Teste Josepho erat in India; & Nigro Aurea Chersonesus, vel Taprobane ins. utraque enim auri gemmarumq; ferax est. Aliis *Cephala* reg. Africæ in ora orientali Agisymbæ, inter Frontem Africæ, seu (ut vocant) caput Bonæ Spei, & Prassum prom. & ipsa aurifera: ad hanc enim mari Rubro quoque navigatur. Sed Josephi testimonium cæteris præferendum, ut vel Taprobana (quæ *Zeilan* dicitur) vel Aurea Chersonesus (quæ *Samotra* nominatur) sit. Sed mihi Ophir locus novi orbis, vel ins. maris Atlantici esse videtur, cum eo ex Tarsi, hoc est ex Tartesso urbe & portu Hisp. Bæt. navigaretur. Vide Tarsis.

Paus. Ophis, fluv. Arcadiæ juxta Mantineam urb. fluens, ac in Alpheum labens cum al. fluv. regionis.

Strab. Plin. Ptol. & al. Ophiusa, ins. tergemina: una maris Balearici, *Formentera* teste Zurita, Ebuso proxima. Vide Colubraria. Altera Plin. ad Propontidem, apud Besbicum ins. majorem. Tertia Cretæ, circa Hierapytnam teste Plin. Hoc nomine etiam Rhodus dicta fuit.

Plin. Ptol. Ophiusa, *Ofisa* ex tab. neoter. & Molet. urbs Mysiæ infer. apud ostia Tyræ fluv. inde 140. stad. quæ & Tyras Plin. in ora Moldaviæ ad Euxinum mare. Licet apud Ptol. Tyras & Ophiusa diversæ urbes sint. Hinc Ophiusius nom. gent. Ovid. lib. 10. metam.

" *Ipsa suas urbes, Ophiusiaque arva parabat.*

Ophiusa venenis celebris apud vet. Val. Flac. lib. 6. Argon.

' ——— *& gelidis pollens Ophiusa venenis.*

Arist. Paus. Opici, pop. Campaniæ, qui postea Ausonii teste Aristot. dicti sunt, juxta Tyrrhenum mare incolentes, & in Latium novum etiam extensi. Sic dicti sunt quasi Ophici, à copia serpentum, teste Steph.

Ptol. Opinum *Pino*, opp. Corsicæ mediterr. Ptol. sed non procul à littore, apud Lurinum, inde 3. mill. pass. distans, inter Sacrum prom. 9. & Bastiam 22. à Centurino 9. in Austrum.

Tac. Ptol. Opitergium, Epiterpum Strab. *Oderzo* & *Uderzo*, opp. Venetiæ clarum, olim urbs episc. (cui Ceneta sub patr. Aquileiens. successit, ab eo 20. mill. pass. in occ. recedens) inter Tarvisium 15. & Utinum 40. mill. pass. Pop. & montes Opitergini Plin. Luc. lib. 4.

" *Hic Opiterginis moles onerata colonis.*

Anton. Oppidum novum, *Rabach* teste Nig. urbs Maurit. Tingit. mediterr. inter Tingi 62. & Volubilim colon. 74. mill. pass. ex Itin. Anton. Oppinum Ptolem. dici videtur.

Anton. Ptol. Oppidum novum alterum, sed apud Ptol. Oppidon tertiæ inflexionis, *Mezuna* teste Marmol. col. & urbs Maurit. Cæsar. mediterr. à Rusuccurro 86. mill. pass. introrsum, à Tigauda 32. à Vagis 72. olim ex primis. Est & Oppidum urbs episc. Brutiorum in Calabria ulteriore sub archiep. Rhegino, inde supra 30. mill. pass. Miletum versus supra 24. *Oppido* etiam vulgo.

Scrip. Hisp. Opta *Guete*, & *Huete*, urbs Hisp. Tarracon. in Castella nova, à Concha 22. leuc. Toletum versus, 7. inter urbes quæ sedem non habent episcopalem haud obscura.

Strab. Plin. Ptol. & al. Opus, Opuns Liv. urbs Bœotiæ, proxima littori & sinui Opuntio, milliario distans, olim clara & episc. sub archiep. Atheniensi, à Chalcide 48. mill. pass. in Bor. Thebas Phthiotidis & Demetriadem versus. Ab ea sinus Opuntius, qui Euboicus Liv. dicitur, *Golfo di Negroponte*, inter Eubœam & Thessaliam. Ovid. lib. 1. de Ponto, eleg. 4.

" *Cæde puer facta Patroclus Opunta reliquit.*

Or (Vide Horeb) mons Arabiæ petrææ, Petræ urbi proximus, in finibus Sodomorum. Bibl. sac.

Oræa, regiuncula Peloponnesi circa Trœzen urb. Argiæ in ora ad ortum vergens. Cujus mem. Steph. Paus.

Oraculum Dianæ fuit in ora Arabiæ fel. ad ortum, inter sin. Sachalitem & Persicum, haud procul à Didymis montibus, & Corodamo promontorio. Ptol.

Oracula alia olim memorata: de quibus Plutarch. & Lucian. in Pseudomante.

Ammonis. Vide Hammonis.

Branchidarum, quod & Milesium. Vide ibi.

Chrysopolitanum, in Bithynia apud Chalcedonem.

Clarium, in Ionia apud Colophonem, ex quo Apollo Clarius dictus est.

Delium, in Delo ins. ubi Apollo responsa dabat.

Delphicum, apud Delphos urb. Phocidis, omnium Apollinis celeberrimum.

Dindymæum, in Phrygia, ubi Cybele consulebatur.

Dodonæum, apud Dodonam urb. & sylvam Epiri, ubi Jovis vates dabant responsa.

Hammonis, in Marmarica, ubi Juppiter forma hirci colebatur, & responsa dabat.

Milesium, in Ioniæ & Cariæ confinio, apud Miletum urb. quod & Branchidarum.

Malli, in Cilicia. Vide Mallus.

Pataræum, apud Pataram urb. Lyciæ, seu in ora Pamphyliæ.

Pellæum, apud Pellam urb. Macedoniæ teste Lucian. sive apud alios in Pelethronia reg. ad Pelii montis radices, ubi in dracone Æsculapius dabat responsa.

Phaselidis, urbis littoralis Ciliciæ, ubi consulebatur Apollo.

Sinopæum, apud Sinopen urb. Paphlagoniæ.

Urii Jovis in Bithynia, idem quod Chrysopolitanum, ut videtur.

Fuere & alia: sed prædicta clariora.

Orates, fluv. Scythiæ Europææ in Pontum Euxinum influens. Ovid.

Oratha urbs fuit Mesopotamiæ teste Steph. Cujus tamen hodie nulla fit in tab. geograph. mentio.

Oraxus, *Astruno* teste Ortel. fons Campaniæ ad Leucogæum collem, inter Neapolim & Puteolos, oculis, dentibus & ulceribus, teste Plin. lib. 18. cap. 11. salutaris. Plin.

Orbelus, *M. Karopnitze* teste Laz. mons Macedoniæ (non Thraciæ, ut in Thes. ling. Lat.) illam à Mysia super. separans, à quo Orbelia reg. Ptol. dicitur. A Ptol. in Mysia superiore describitur: juxta illum Vellanis, Ulpianum, & Scupi urbes. Nivibus riget, ut in lib. 2. Itin. Herod. Strab. Ptol.

' ——— *& fastigia celsa nivosi*

" *Venimus Orbeli; rapidis hinc volvitur undis*

' *Strymon* ———

Orbitum. Vide Oropitum, & Herbanum; idem enim putatur. Etym.

Orcades *Orknay*, & *Orcane* Mercat. *Orkney* Camden. insulæ maris Germanici Scotiæ adjacentes, & proximæ, inter illam & Norvegiam, numero 40. Plin. 30. Melæ, ab Hebudibus 5. dierum navigatione in ortum distantes. Scotorum regi parent. Quarum Pomonia cæteris præstat; in ea enim Carcoviana urbs episc. *Kirkwall* vel *Kirkwale* vulgo, cujus episcopus cæteris omnibus sacra officia peragit. Quarum Virg. lib. georg. 2. mem. Strab. Plin. Ptol. Mel.

" * *Orcades, & radii, & amara pausia bacca.*

[* Nisi potius *Orchites* esset, appellativum nomen, significans hoc loco speciem oleæ grandiusculam.]

Claud.

Claud. de 4. conf. Honor.

" *Orcades : incaluit Pictorum sanguine Thule.*

Ptol. Orcelis, *Horiguela* testibus Clus. & Taraph. *Orihuela* al. urbs Hisp. Tarrac. ad Taderum fluv. in regno Valentiæ, apud fines Murciensis, à Murcia 4. leuc. Alonas versus 9. episc. sub archiep. Valentino, inde 30. leuc. in merid. quæ & Oriola Lat. recenti.

Vet. Insc. Orchianum *Vitorchiano*, opp. seu castrum Hetruriæ mediter. inter Viterbium 10. & Polymartium 4. mill. pass. Cujus fit mentio in tab. ænea Viterbii.

Ptol. Orchoe, urbs Babyloniæ inter paludes & Arabiæ desertæ confinia, quæ & Urchoe, Hur Chaldæorum in sacris literis, patria Abrahæ.

Xenoph. Strab. Plin. & al. Orchomenus, opp. geminum: unum Bœotiæ, inter Thespiam & Coroneam proximas urbes, adhuc *Orchomeno* dictum: ubi templum Charitibus, hoc est Gratiis, dicatum erat: olim ditissimum ac potentissimum, cui Thebani tributa pendebant. Hujus solum à talpis totum ferme evertitur auth. Plin. Alterum in Arcadia, inter palustria & paludosa loca teste Halycarn. Mantineæ urbi proximum: quas urbes Strabo evanuisse scribit. Pop. Orchomenii Pauf. & al. Est & Orchomenus Strab. & Plin. fluv. (non mons, ut in Thes. ling. Lat.) Thessaliæ, Minyeus antea, & postea Minterius teste Strab. cum oppid. cognomine. De Orchomeno opp. Ovid. lib. 6. metam.

" *Orchomenosq; ferax, & nobilis ære Corinthos.*

Virg. Orcos, fluv. inferorum apud poetas, & fluv. Thessaliæ in Peneum influens: de quo Hom.

Theophr. Orcynium, Ordymnus Plin. mons Lesbi inf. qui & Ordunum, sive Ordunnus, vel Ordunus appellatur.

Ptol. Ordessus, Odessus Arriano, urbs Sarmatiæ Europææ ad Axiacen fluv. (Sed Ordesus apud Ptol. in cod. Græco legitur) Olbiæ finitima. An exstet, incertum. Est & fluvius ingens, qui teste Herod. Istro miscetur. Vide apud eum lib. 3.

Tac. Ordovicæ, pop. Albionis in ora ad ortum, quorum urbs Bervicium *Berwick* vel *Barwick*, in Scotiæ Angliæque confin. teste Boetho. In Thes. ling. Lat. Ordolucæ legitur.

Ptol. Ordovices, pop. Albionis, quos Lhuydus Cestrienses & Salopienses, in Angliæ Walliæq; confinio, ac Lancastrenses in *Cumbria [* late nimirum sumpta] esse putat. Al. sunt in comit. Montis Gomerici, in Mervinia & Arvonia, in agro Denbighens. & Flintens. [Quibus addit Camden. Monam ins.]

Prov. Rom. Ordovicum, (Vide Nordovicum) *Norwich*, urbs episc. Albionis in ora Angliæ apud ostia Garyenni fluv. Hanc quidam urbem pop. Ordovicum faciunt. Sed Ordovices Ptol. ad oram occiduam spectant; Ordovicæ vero Tac. ad oram quidem orientalem, at in Angliæ & Scotiæ, uti supra dictum est, confinio.

Bibl. Oreb, mons qui & Horeb scribitur, mons Arabiæ Petrææ Sinæ monti attiguus, eoque celsior, adeo ut mare mediterr. supra 120. mill. pass. distans exinde conspiciatur: ab Ælana opp. & monte, qui & Taurus, ad 60. mill. pass. distans.

Orebatis. Vide Obroatis.

Oresta Hadrianopolis urbs dicta prius, ab Oreste condita, ut lib. 2. itiner.

" *Matricida suo de nomine dixit Orestam.*

Strab. Thucyd. Orestæ, pop. Epiri Molossis finitimi, sic ab Oreste, qui ad ea loca confugit, dicti; quorum urbs Argos Oresticum, & Amphilochium cognominatum: & in Maced. inter Elymiotas & Pelagones teste Strab. & Plin. quorum reg. Orestis dicitur Ptol. Sunt & pop. Asiæ in Gedrosia ultra Carmaniam, Oritæ Strab. quorum mem. Luc. lib. 3.

" *Tunc furor extremos Romanus movit * Orestas.*

Sed hi pop. à Lucano memorati non Epiri, sed Indiæ fuisse feruntur. [* Al. libri legunt *Olostras*.]

Orestion, locus Arcadiæ, ad quem Orestes veniens, ab echidna serpente morsus interiit, ut Steph. refert: qui Orestiam etiam urb. in Maced. describit, (ubi Ptolemæus Lagi primus Ægypti rex ortus est) in mont. sitam, & aliam in Arcadia. Sed hæc eadem cum Orestio est.

Oresti, pop. & Orestia, reg. Scotiæ. Vide Horesti.

Orestis portus, *Porto Ravaglioso* teste Barrio, portus Brutiorum (non Magnæ Græciæ, ut scribit Ortel.) in ora Calabriæ ulterioris, apud Tauranium & Palmam opp. ad 2. vel 3. mill. pass. Est & reg. Macedoniæ Ptol. (& oppid. ejusdem reg. Liv.) quæ Orestias Strab. in qua Amantia opp. Ptol. (Vide ibi) quod Orestia Steph. & Orestis Liv. Cujus pop. Orestæ Plin. Plin.

Oretæ pop. sunt Sarmatiæ Asianæ ad mare Euxinum, inter Cercetios & Achæos, incolentes, teste Dionys. Afro. Dionys.

" *Post hos Cercetii, juxta quos Axenus altis*
" *Fluctuat æquoribus, necnon Oretæq; feroces.*

Oretani, pop. Hisp. Tarraconens. quorum reg. *la Mancha*, in regno Castellæ novæ, in qua Fanum S. Clementis opp. amplum, à Toleto 24. leuc. Murciam versus distans: per quam reg. Anas fluv. oriens decurrit. Horum urbs Oretum, vulgo *S. Maria de Oreto*. Strab. Plin.

Orethus fluv. *Fiume della Muraglia* teste Leand. fluv. Siciliæ Panormi mœnia lambens, ex monte supra Montem Regalem urbem oriens ad 4. mill. pass. victoria Metelli adversus Hasdrubalem Carthaginensem memorabilis. Vib. Seq.

Oretum, Germanorum cognomine, *Oreto* teste Moral. urbs olim episc. sub archiep. Toletano, inde 22. leuc. in Austrum recedens, nunc jacens & excisa apud Almagrum opp. amplum, & Calatravam equitum Calatravensium sedem, & cœnobia; quæ duo oppid. 4. leuc. inter se distant. Porro Oretum ab Almagro (ex ruinis Oreti exstructo, vel aucto, ut vet. inscriptio indicat) 4. leuc. recedit, apud Anam flum. Ptol.

Oreum, * Horæus Ptol. Istiæa prius teste Pauf. Hestiæa Thucydidi & Melæ, Oropus Stephan. *l'Oreo* Soph. urbs Eubœæ in ora ad ortum vergente, apud Fanum Dianæ, à Chalcide urbe primaria 40. mill. pass. in ort. episc. sub archiep. Atheniensi. Fuit & opp. Bœotiæ teste Liv. [* Ὠρεὸς est in Seld. man.] Plin. Plut. Pauf.

Orga, Orgas Strab. fluv. Phrygiæ magnæ in Mæandrum apud Apameam urbem influens: qui varie, ab urbibus quas irrigat, hodie nominatur. Plin.

Organa, inf. Arabiæ fel. ad trajectum ex ea in Carmaniam, non longe ab ore sin. Persici, Tyrrhina Strab. Sed apud Arrianum Organa inf. est in sinu Persico, non in mari Indico, ut scribit Ptol. Arriano autem major fides habenda est, cum loca ea navigando exploraverit. Forte ea *Ormus* nunc appellatur, vel alia insula non longe distans. Plin. Ptol.

Orgasi, *Organzi* teste Nigro, pop. Scythiæ citer. seu intra Imaum mont. *Coraxis (quorum reg. Citrachanum habet emporium Armeniis, Medis, & Persis commune, apud Rha fluv. teste Jovio) proximi in ort. vergentes. [*Ita manusc. Seld. in impressis vero Coraspi.] Ptol.

Orge, Sulgas Strab. *la Sorgue* teste Jo. Poldo, fons, & fluviolus Gall. Narbonens. in Provincia, in Druentiam apud Caballionem urb. influens. Sorge legendum apud Plin. videtur. De quo vide mirum apud illum lib. 18. cap. 22. nam in eo herbæ quædam nascuntur, quas boves avide capite in aquam merso decerpunt, & edunt. Plin.

Orgelium, Orgia Ptol. Orgella lib. concil. & Urgella, *Urgel*, seu *la Xea d'Urgel*, urbs Hisp. citer. in Catalaunia, ad montium Pyrenæorum radices, episc. sub archiep. Tarraconensi, à Barcinone 24. leuc. quot fere à Tarracone, inter Papirianum & Oscam ad 20. Miror Ortelium illam in Arragonia collocare; cum apud omnes sit in Catalaunia. Pop. Orgelitani, & Urgellen- Aimoin.

gellenses. Est & Orgia urbs Hisp. Tarracon. in finibus Oretanorum, quæ Wernero *Alcaraz*, à Toleto 28. leuc. Murciam versus; aliis *Orgaz* opp. amplum Toleto finitimum, ab eo 5. leuc. Oretum versus: quod verisimilius videtur.

Plin. Liv. Mel. Oricum, Oricus Steph. Oreum Strab. Horicum Ptol. *Orco* teste Nig. opp. Epiri marit. inter Acroceraunia ad Austr. & Aulonam urbem Maced. ad Bor. à Brundisio urbe 85. mill. pass. quot ab Iapygio prom. Salentinorum ex Plin. Ibi Oricus mons Polyb. ubi Oricia terebinthus. Virg. lib. 10. Æn.

" *Inclusum buxo, aut Oricia terebintho.*

Prop. lib. 1. eleg. 8.

" *Accipiat placidis Oricos aequoribus.*

Annal. Ravenn. Origanum vel Origarium, *Lago di Comacchio* teste Ortel. Comaclensis lacus piscosissimus est, (cujus fit mentio in vita S. Romualdi abbat.) inde enim pisces Bononiensibus, & finitimis Æmiliæ civitatibus suppeditantur abunde.

Plin. Origeni, Origeviones Melæ, pop. Hisp. Tarracon. in finibus Cantabrorum, per quos Nesua flum. decurrit: quorum urbs primaria Flaviobriga, deinde Flavionavia.

Ptol. Origiacum *Arras*, urbs Atrebatum episc. sub archiep. Cameracens. Artesiæ reg. in Belgio caput. Vide Atrebates. Male in Thes. ling. Lat. Rigiacum pro Origiacum positum est; sicuti & in Lat. cod. Ptol.

Arriano. Orine, *Maczua* teste Ramusio, ins. sinus Arabici, Æthiopiæ contra Adulim urbem adjacens; quæ ins. Orneon Ptol. dici videtur, hoc est Orneorum pop.

Liv. Oringis. Vide Oningis, ut alii legunt. Hanc Liv. lib. 8. decad. 3. à Scipione captam, & solo æquatam scribit, cum Hannonem Carthaginens. cœpisset.

Callist. Orinus, fluv. Illyrici in Mysiæ confinio, in quem teste Callisto Niceph. Drinus influit; seu potius qui in Drinum excipitur, Drinus enim major est.

Ptol. Orinus quoque, Erineus Thuc. fluv. Siciliæ per agrum Neetensem inter Assinarium & Cacyparim fluens, marique inter Syracusas & Elorum exceptus, *Miranda*, & intus *Fiume di Noto* Fazz. teste dicitur.

Prov. Rom. Oriola *Horiguela*, urbs Hisp. Tarracon. in conf. regni Murciens. & Valentini, episc. sub archiep. Valentino, proxima Murciæ, inde 4. leuc. à Valentia 30. in merid. Sunt qui hanc urb. Ocelim dictam veteribus scribant.

Anton. Orippo opp. fuit Hisp. Bæticæ in Vandalia, ab Hispali 9. mill. apud Italicam, Gades versus, ab aliis veteribus haud memoratum.

Plin. Oritæ, pop. Carmaniæ ad Arbim fluv. incolentes. Oritæ etiam Polyb. Oritani Liv. pop. Achaiæ Opuntiis finitimi.

Liv. Orium, opp. Epiri. Vide Oreum, & Oricum. Orithon Luc. lib. 3.

" *Tunc qui Dardaniam tenet Orithon & vagus altis.*

Oricum legitur apud Liv. lib. 4. dec. 3. (ubi scribit illam in planitie ad mare sitam esse ab Apollonia itinere diei distantem, à M. Valer. conf. captam) non Oreum, ut Ortel. ait.

Ptol. Ormanus, fluv. Arabiæ fel. per oram ad ortum in mare Rubrum apud Didymos montes decurrens. Nomen vulgare à nemine ponitur.

Ptol. * Ormenius mons, *Ermenidag* Turcis teste Leuncl. mons Bithyniæ apud Claudiopolim urb. Ormenium quoque Strab. opp. fuit Thessaliæ ad sin. Pagasæum, à Demetriade 27. stad. in merid. [* Ὀρμίνιον in man. Selden.]

Scrip. Gall. Orna, Olina Ptol. fluv. Gall. Celt. per Normanniam ex agro Sagiensi per Argentanum, Fallesiam, & Cadomum, in oceanum Britannicum fluens, *Orne* vulgo. De quo in lib. Itin. sic:

" *Gurgite suscipior subter quoque fluminis Ornæ.*

Stra. Pli. Ornithon opp. fuit Phœnicis in ora inter Tyrum & Sidonem.

Plin. * Oroandes, mons Asiæ, Tauri pars, de quo Plin. lib. 5. c. 27. Choatræ, Oregi, & Nyphati finitimus. Sunt qui partem Imai illum faciant; sed falso. [* Orates forsan in aliis lib.]

Strab. Plin. Oroates, Oroatis Ptol. *Tiritiri* Castal. ex tab. recent. fluv. Susianæ maximus, illam à Perside disterminans, & in sin. Persicum sese exonerans. Cujus ostia ab ostiis Tigridis bis mille stad. teste Strab. in ortum distant.

Oroba Ptol. urbs fuit Assyriæ duplex.

Orobatis Ptol. fuit urbs Persidis mediterranea. Vide Obroatis.

Plin. Orobii, pop. Gall. Transpad. Alpini in Cenomanis, quorum caput est Bergomum urbs, sic dicti quasi in montibus vitam ducentes.

Ptol. Orobis (non Orobris, ut scribit Ortel. ex Ptol. cum cod. Græcus Orobis habeat) *l'Orbe*, flum. Gall. Narbonens. Vide Obris; varie enim scribitur.

Stat. Orodopes, ins. parva Phœnicis Tyro urbi adjacens, quasi scopulus à recent. ob parvitatem prætermissa, ac sine nomine hujus temporis.

Anton. Orolaunum *Arlun*, quasi Ara lunæ, urbs Gall. Belg. in duc. Lucemburgensi, inter Lucemburgum 4. & Neocastrum 5. leuc. dissita.

Plin. Oromansaci, pop. Belgæ inter Morinos, Gessoriaco proximi, in Picardiæ, Artesiæ, Flandriæque conf. ubi Audomarum urbs, *Guines* & *Ardres* oppida sunt.

Theocr. Oromedon, mons Co insulæ altissimus. Oromedontis mem. præsertim Theocr. in bucolicis.

Scrip. Hisp. Oronda, *Onda* teste Beuthero, opp. Hisp. Tarracon. in regno Valentiæ, inter Saguntum, & Incibilim Dertusam versus, ab Oro rege conditum, ut idem Beutherus scribit.

Polyb. Strab. Plin. & al. Orontes, Typhon prius teste Strab. Ophites Pomp. Læto, Ladon Philostrato, fluv. maximus Syriæ ex mont. Libano profluens, multisque urbibus irrigatis, in quibus Antiochia, quam interluit, ad Seleuciam Pieriam in Syrium pelagus prolabens, myrrha nobilis. Varie legitur, *Oronz* intus teste Thevet. *Soldino* apud ostia: interius *Fer* teste G. Tyrio, & *Farfar* vel *Tarfar* Gystellio. Ejus ostia ab Antiochia 120. stad. absunt in occ. à Seleucia 40. in Austrum. Ovid. lib. 2. metamorph.

" *Arsit & Euphrates Babylonius, arsit Orontes.*

Orontes item Ptol. mons Mediæ Ecbatanis imminens. Hic modo à nostratibus *Montagna di Tauris* appellatur. Juxta Orontem fluv. laudatissima bombyx provenit teste Salmonio, ubi sic ait:

" *Alter Orontæo radiat cervice decorus, &c.*

Anton. Oropitum, Oropite Caton. Orobitum sive Orbitum in tabula Desiderii regis, Herbanum Plin. Urbs vetus P. Diac. Urbsvetana & Urbevetanum Procop. *Orvieto*, urbs Hetruriæ episc. in monte apud Peliam flum. non longe in Tiberim cum Glani influentem, inter Viterbium 20. & Perusiam 30. mill. pass. ab urbe Roma ad 50.

Thucyd. Ptol. Steph. Oropus, *Zucamini* teste Alex. Zardo, *Susamino* Nardo, opp. Bœotiæ in Atticæ conf. in ora, inter Chalcidem 20. & Tanagram 18. mill. à Thebis 36. ab Athenis 44. Quod cum Athenienses vastassent, à Romanis 500. talentis multati sunt teste Aul. Gell. Fuit etiam Oropos urbs Macedoniæ ubi Seleucus Nicator natus, sic ab Oropo filio Lycaonis dicta. Item opp. Eubœæ quod Aristoteli Græa dicitur teste Steph.

Ptol. Orosa, quæ & Alinza, *Archiech* teste Castald. ex conjectura, urbs Mediæ mediterr. inter Nazadam, & Arsisacam ad ort.

Strab. Orospeda, Ortospeda Ptol. mons Hisp. Tarracon. post Pyrenæum maximus, lateque diffusus, varia habens nomina, à locis quæ attingit. In Celtiberis enim *Sierra di Molina* dicitur teste Florian. in Arevacis & Carpe-

Carpetanis *Palomera d' Avila*, *Porto di Sommo sierra*, *del Pico*, & *della Tablada* in regno Castellæ vet. in regno autem Legionens. apud Callaicos *Sierra di Ponfria*.

Amm. Orrea opp. fuit Africæ inter Sitifim 18. & Saldas col. 59. mill. pass. Nomen vulgatum ignoratur.

Ptol. Orrhea, *Forfair* vel *Forfar* teste Camd. opp. Albionis in Scotia, & Angusia reg. inter Brechinum ad ort. & Duncaledinum ad occ. 12. mill. ubi maxima carbonum copia. Al. est *Newcastle*, opp. Northumbriæ apud Tinam fluv. à Dunelmo urbe 12. mill. in Bor. Bervicium versus. Orrhea item Ptol. Horreum Margi Anton. opp. Mysiæ super. ad Margum fluv. in Danubium influentem, ultra Viminacium 64. mill. pass.

App. Alex. Orsona, Urso colonia Strab. & Plin. quæ & Genua Urbanorum Plin. Ursao A. Hirt. Urson in vet. inscrip. *Ossuna* teste Ambr. Morali, opp. amplum Hisp. Bæt. ducatus & academ. in Vandalitia, inter Hispalim 8. & Malacam 16. ab Astigi 5. leuc. in merid.

Vet. Tra. Ortana *Artana*, opp. Hisp. in regno Navarræ, à Pompelone 5. leuc. *Artaio* al. locus excisus.

Hom. Strab. Plin. Orthe opp. fuit Magnesiæ in Thessaliæ & Macedoniæ conf. apud Peneum fluv. & Tempe, Homolio finitimum: quod hodie non exstat.

Plin. Ptol. Orthosia, Antaradus prius teste Plin. Orthosias Strab. Orthosis Dionys. Afro, *Tortosa* Mol. & al. urbs Phœnicis episc. sub archiep. Tyrio, in ora, inter Balaneas ad Arctos 24. & Tripolim ad Austrum 50. mill. pass.

Strab. Liv. Ptol. Orthosias, urbs Cariæ mediterr. in Pisidiæ conf. episc. sub archiep. Stauropolitano. De priore Dionys. de situ orbis.

"*Et pinguem Tripolim, necnon Orthosida sacram.*

Lycophr. Orthosius, mons in Laconica reg. Peloponnesi, ubi Minerva colebatur, Orthosia cognominata.

Ptol. Orthura, *Orissa* ut Castaldo videtur, urbs Indiæ citer. ampla & regia in mediterr. apud oram ad ortum, inter Narsingam & Bengalam, à qua in occ. ad 200. leuc. abest.

Ptol. Orton, Ortona Plin. Ortium Strab. *Ortona*, urbs episc. Pelignorum marit. sub archiep. Teatino, à Teatea 10. mill. pass. in Bor. quot fere ab Anxano in ort. ab Aterno 11. in ortum, Histonium versus supra 20. Mem. Ortonæ poeta quidam lib. 2. Itiner.

"*Mox subsidit aquis collis Ortona supinos,*
'*Cominus*-----

Plin. Ortopula, Ortopla Ptol. *Ortopola* Mol. opp. Liburn. littor. inter Seniam ad occ. & Vegiam ad ortum. In Thes. ling. Lat. pro Liburnia, Dalmatia legitur.

Strab. Ptol. Ortospana, Ortospanum Plin. quæ & Carura Ptol. *Candahar* Castald. urbs Paropanisadum. Sed Ortospanum Plin. inter Arachosiorum urbem 250. & Indum fluv. 337. mill. pass. distabat.

Ptol. Ortospeda mons Hisp. Tarracon. (Vide Orospeda) varie nominatur, cum magnam Hispaniæ partem teneat ac percurrat.

Plin. Ortygia, sic Delos à copia coturnicum dicta. Est & lucus Ephesiorum teste Tac. & lucus apud Panormum Milesiorum Strab. Ins. quoque Siciliæ apud Syracusas. Virg. lib. 3. Æn.

"*Linquimus Ortygiæ portus, pelagoque volamus.*

Halicarn. Orvinium, opp. Aboriginum Italiæ pop. à Mephila 40. stad. distans; ubi Minerva colebatur. Ortelio *Urbino* esse videtur; sed Aborigines in Latio fuere, non in Umbria.

Plin. Oruros, locus Asiæ in Mesopotamia, terminus imperii Romani, à Zeugmate 250. mill. pass. in ortum distans, Tigrim fluv. versus.

Steph. Orychion locus erat Atticæ: cujus incolæ Orychii dicebantur teste Steph.

Pausan. Oryx, locus Arcadiæ ad Ladonem fluv.

Os Mæotidis, Fretum Cimmerium Herod. *Stretto di Caffa*: (Vide Bosporus Cimmerius) inde enim in Mæotidem ingressus est. Martian.

Os Ponti, Os Ponticum Tac. Os Byzantiacum Strab. *Stretto di Constantinopoli*, & *Bocca del mar maggiore*. Vide Bosporus Thracius. Tametsi mare Euxinum à Byzantio 12. mill. pass. abest. Plin. Martian.

Osæa, *l' Oseo* adhuc dicta (licet Nigro sit *Salino*) olim urbs, nunc pag. seu viculus Sardiniæ in ora occidua, inter Usellim ad Bor. & Neapolim ad Austrum. Ptol.

Osca (non Isca, ut in Thes. ling. Lat. ubi utrumque nomen ponitur) *Huesca*, urbs Hisp. citer. episc. olim sub archiep. Tarraconensi, nunc vero sub archiep. Cæsaraugustano, in regno Arragonio, academ. à Sertorio instituta, (qui ibidem à conjuratis interfectus, Liboræ sepultus est) ab urbe condita an. 681. à Cæsaraugusta 14. leuc. à Iacca 8. in ort. Hæc anno sal. 1094. à Christianis, victis Mauris, recuperatur. Pop. Oscenses Plin. Plin. Liv. Plut.

Osca altera in Bætica in Tarraconens. conf. *Huescar*, seu *Guescar*, inter Basti 7. & Caravaccam in Bor. 14. leuc. quæ Escua Plin. Vide ibi. Ptol.

Oscarus, *Ousche* teste Cœnali, fluv. Gall. Celt. per Burgundiam (Divionem urbem interluens) in Ararim fluv. inter Auxonam & Suram fluens. G. Turon.

Oscella, *Domo d'Oscela* Italis, *im Thum* Germanis, opp. Insub. in Lepontiorum confinio apud Mont. Sempronium, in via quæ à Mediolano in Sedunos ducit occurrens, inde 65. hinc 75. mill. pass. distans, à Voconia opp. 7. Cujus vallis *Eschenthal* à Germanis nominatur. Ptol.

Osci, pop. Campaniæ in Latii & Samnii conf. Sidicini postea dicti teste Strab. Quorum urbs Teanum. Hos memorat Virg. 7. Æn. Polyb. Strab.

'*Oscorumque manus*-----

Sic ab oris fœditate dicti. Osci apud vet. turpitudinis, libidinis, & sermonis notantur autore Festo ex Titinio. Unde *Osce loqui* proverbio dicitur de iis, qui turpiter & impudice loquuntur. *Osce* etiam, & *Volsce* fabulari dicuntur, qui Latine nesciunt loqui. *Osculana pugna* etiam proverbio dicitur, quoties quis victus, paulo post victor evadit, apud eosdem.

Oscius, mons, & flu. Thraciæ ex eodem monte apud Rhodopen, non longe à Nesto & Hebro fluminibus, oriens. Thucyd.

Oscum locus erat augurum in agro Veienti. Ejus tantum mem. Festus. Sed hodie haud nominatur.

Osericta ins. est littoribus Germaniæ adjacens parva; ubi sylva cedrorum teste Plin. conspiciebatur, ex quibus electrum in petras defluebat. Sed ubi nunc, & qui vocetur, nemo docet. Plin.

Osi, pop. German. quos Althamerus in Slesia, ubi *Oppeln* & *Neisse* urbes sunt, locat; Reyneckius vero in Westphalia, quorum urbs est *Osenburg* seu *Osnaburg*, quasi Osorum burgum, [quæ etiam *Osenbrug* seu *Osnabrug* scribitur] à Monasterio 6. leuc. in Bor. Bremam versus; Rantzovius autem in ins. maris Baltici apud Suediam, quæ *Oesel* nominatur. Sed hæc quasi divinantes asserunt. Tac.

Osicerda, *Ossera* teste Varrer. opp. Hisp. Tarracon. in regno Arragonio, à Cæsaraugusta 7. leuc. in ort. Ilerdam versus 16. Pop. Osigerdenses Plin. Aliis *Ossera* Ascerris Ptol. oppid. ejusdem tractus esse videtur. Ptol.

Osilia *Oesel*, ins. cum urbe episc. sub archiep. Rigensi in sinu Venedico Livoniæ adjacens, à Riga 20. leuc. in occ. à Vinda 14. à Parnavia 20. Scrip. Germ.

Osincum *Omiso*, opp. olim, nunc pag. Corsicæ mediterr. ad Hieri flum. ortum. Sed sic indigitatur potius ex conjectura, quam certo argumento. Ptol.

Osismi (non Ofismi, ut in Thes. ling. Lat.) Osismii Plin. & Melæ, pop. Gall. Celt. in ora Britanniæ Cæs.

minoris Bor. quorum tractus adhuc *Osismer* teste Bertrando Argentræo dicitur, urbs vero Trecorium *Triguier*, episc. sub archiep. Turonensi, inter Briocum ad ortum 6. & Leonam ad occ. 7. leuc. à Rhedonibus 30. in Circium. Hos author Thes. ling. Lat. ad Ligerim fluv. collocat; cum sint in ora littorali Britanniæ prædictæ.

Cedr. Osmus, *Sladitza* Leuncl. fluv. Thraciæ in Mysiæ confinio, sive potius Mysiæ in Bulgaria, apud fines Thraciæ.

Anton. Osones, *Zanto* teste Laz. opp. olim, nunc pag. Pannoniæ super. inter Strigonium & Albam Regalem, ab ea 3. leuc. Hung. à Buda 7. inter Sabariam ad occid. 113. mill. pass. & Acincum 58. ex Ant. Itiner. nisi in numeris sit error, ut mihi videtur: non enim tanta distantia inter Sabariam & loca prædicta esse potest.

P. Diac. Osopium *Osopo*, opp. Carnorum apud Tilaventum fluv. intra montes, ab Utino 20. mill. pass. in Bor. De quo apud Venant. Fortun. in vita S. Mart. l. 4.

"*Per rupes Osope tuas qua labitur undis.*

Liv. Osphagus, fluv. Macedoniæ apud Erigonem, in quem excipitur, nomen amittens.

Plin. Osquidates, pop. Aquit. in ora occidua, opp. *Caberton*, à Baiona 3. leuc. in Bor. Burdigalam versus. Qui sic indigitant, potius conjectura duci videntur, quam certo & indubitato authori freti.

Procop. Paus. Steph. Osroene, Osrhoene Dioni, Osdroene Amm. reg. Syriæ in Mesopotamiæ confinio; in qua Edessa & Nicephorium urbes, juxta Euphratem flum. Pop. Osroeni.

Strab. Plin. Liv. & al. Ossa, *M. Cossovo* Soph. *Olira* Pinet. mons Thessaliæ excelsus, Pelio & Olympo attiguus, ab ostio Penei fluv. 80. stad. Ossa item mons Peloponnesi teste Strab. De priore Ovid. lib. 2. metam.

"*Ossaque cum Pindo, majorque ambobus Olympus.*

Lucan. lib. 6.

"*Attollit Titan, rupes Ossæa coercet.*

Et Stat. lib. 12.

"*Monstra, nec Ossæi bello cecidere bimembres.*

Ptol. Ossa *Fiore*, fluv. Hetruriæ ex Tuniato mont. in Tyrrhenum mare inter Cosas & Telamonem fluens; non *Marta*, qui ex lacu Volsinio emissus mare petit apud Cornuetum urbem, ut quidam contra Ptol. descriptionem indigitant.

Prov. Rom. Osseria *Ossery*,* urbs Hiberniæ episc. sub archiep. Dublinensi, in Laginia reg. Fano S. Canici propinqua, ad 3. mill. recedens, comitatus. [* Camdeno & aliis non urbs est, sed comitatus, qui episcopat. habet conjunctum Kilkenniensi, cujus sedes episcop. Kilkennia est, seu Fanum S. Canici.]

Ptol. Osseriates, Oseriates Plin. pop. Pannoniæ superioris in infer. conf. apud Draum fluv. incolentes, Iassiis & Coletianis finitimi.

Plin. Osset, oppid. Hisp. Bæt. quod & Julia Constantia Plin. Hispali finitimum, sed excisum, *Triana* Pineto, *Sevilla la veja* Marinæo. Sed aliis *Sevilla la veja* Italica est. Vide ibi.

Ptol. & al. Ossonaba, quæ Lusturia Plin. teste cognominata est, urbs Lusitaniæ olim episc. sub archiep. Emeritens. excisa, *Exuba* à Mauris dicta, ab Hispanis *Estoy*, & *Estombar* aliis, apud Sylvam urb. quæ illi successit, Onoba Melæ, Sonoba Strab. Aberat Ossonaba à Salacia 29. leuc. Hisp. in Austr.

Ossoria, urbs episc. Laginiæ, cujus episcopus cum Kildariens. (est autem Kildaria idem quod cella Danaæ, quæ S. Ursulæ virginis mater fuit, à Dublino 4. mill. distans) & Fernens. archiepiscopo Dublinens. subest. Vide Osseria, sic enim etiam appellatur.

Ptol. Osteodes *li Pozzelli* sive *li Porcelli*, ins. Siciliæ, una Æoliarum, ab aliis in merid. recedens, à Solunte opp. Siciliæ in ora occid. 75. mill. pass. in occ. distans teste Plin. Nomen habet ab ossibus defunctorum ibi fame à Carthaginensibus interfectorum teste Diod. nunc prorsus deserta.

Ostia, *Ostia* etiam vulgo, colonia & urbs Latii episc. ad ostia Tiberis, è regione Portus urbis, prorsus à Saracenis eversa, ab urbe Roma 16. mill. pass. distans. Manet episc. qui Cardinali seniori, à quo Pont. max. coronatur, tribuitur. Urbs antiquissima, ab Anco Martio anno post Trojæ excidium 133. condita. Episcopatus Ostiensis Veliterno junctus est. Ostiæ Fausta mulier uno partu duos mares & duas fœminas peperisse traditur. *Stra. Pl. & al.*

Ostiensis lacus *Pantano*, & *Stagno*, lacus hodie pene apud Ostiam exsiccatus, ut quasi cum urbe desiisse videatur. *Liv.*

Ostiensis porta *Porta di S. Paulo*, una ex portis Romæ, quæ Tergemina seu Trigemina: unde via Ostiensis Ostiam deducens. Cujus mem. Prud. in Peri steph. hymn. 12. *Amm.*

"*Parte alia titulum Pauli via servat Ostiensis.*

Ostippo *Estapona* vel *Estepona*, opp. Hisp. Bæt. in ora littorali, à Calpe 6. leuc. Malacam versus, olim sub Hispalensi conventu, una cum finitimis urbibus. *Plin. & al.*

Ostra opp. fuit Umbriæ, cujus pop. Ostrani à Plin. memorantur in Piceni conf. & in Semnonibus, Suasæ opp. etiam exciso in Senogalliensi territor. finitimi. *Ptol.*

Ostracine *Ostragioni* sive *Stragioni*, urbs Palæstinæ olim episc. sub patr. Alexandrino, in Ægypti conf. cui à Ptol. attribuitur, in ora inter Casium ad merid. & Rhinocoruram ad Bor. 26. mill. pass. apud Sirbonidem paludem, à Pelusio 65. mill. pass. in Septentr. Gazam versus 68. *Plin. Ptol.*

Ostrianum cœmeterium, ab urbe Roma 3. mill. pass. via Salaria distans, ubi S. Petrus baptizabat. *Hist. Ravenn.*

Ostrini montes, *Mapalia* teste Scalig. & al. *Stabula*, montes Trojæ: forte alterius Trojæ, non Ilii in Phrygia; cum ille mons Ida vocetur. *Lycophr.*

Ostrogothi, pop. Sarmatiæ Europææ, qui in Pannonias, Gallias, & Italiam egressi sunt. De quibus Claud. lib. 2. in Eutrop. *Claud.*

"*Est opus: Ostrogothis colitur mixtisque Gothunnis.*

Otadini, pop. Albionis in ora Angliæ orientali, quorum reg. Northumbria est teste ib. script. Britannicis. Ottadini dupl. t. etiam teste Camd. putantur in Northumbria *Northumberland* contineri: nam ultra Tinam amnem à Ptol. describuntur. Ottadeni etiam, & Otadeni apud alios leguntur. Horum urbes Lindisfarna & Dunelmum. *Ptol.*

Otene. Vide Motene.

Otesini, pop. Italiæ prorsus extincti, ut neque locus sciri possit: nisi quod à Plin. in Gallia Tog. memorantur.

Othoca, Othana script. Sardis, urbs Sardiniæ olim episc. sub archiepisc. Turritano, Othanensis urbs in prov. Rom. prorsus excisa: manet adhuc sacra ædes campestris, ab Ampuriensi urbe 15. mill. pass. distans. *Anton.*

Otholinia *Fife*, reg. Scotiæ ad ortum vergens: in qua Andreapolis urbs archiep. & academia. *Script. Scot.*

Othona,* *Hastings* teste Camd. arx in Essexia reg. olim opp. Albionis, in ora Saxonica. [* Camdeno *Ithancester* videtur, locus non procul à Camaloduno in ora.] *Lib. Not.*

Othonia & Othonica sylva *Ottenwaldt*, sylva Germ. in Sueviæ & Franconiæ conf. apud Rhenum, inter Nicrum & Mœnum flum. in qua Asciburgium, Bucha, Erpachium, & alia oppida. De ea lib. 6. Itiner. *Script. Germ.*

"*Lustraque contigimus dumosis horrida sylvis,*
'*Nobile quæ magni nomen Othonis habent.*

Othrisii. Vide Otrisii.

Othronus, *Othroni* teste Galatæo & *Othoni*, ins. maris Ionii inter Italiam & Epirum, Thoronus Plin. *Theop.*

inter

inter Hydruntum 60. & Corcyram 40. mill. pass. Al. *Merlere* dicitur. Steph. Siciliæ ad Austrum adjacentem facit, & Othronios pop. vocat. Alii Melitæ proximam esse putant. Sed Plinio magis fidendum, quam Steph. & aliis.

Strab. Plin. & al. Othrys, *Delacha* incolis, mons Thessaliæ ingens contra Ossam in meridiem vergens, inter Pindum ad occ. & Thebas Phthioticas ad ort. ad Thermopylas desinens. De quo Ovid. lib. 12. metam.

" *Arboris Othrys erat, nec habebat Pelion umbras.*

Tac. Liv. Otriculum *Otricoli*. Vide Ocriculum: ibi enim plura de hac urbe dicuntur, varie nominata.

Claud. Otrisii, pop. Thraciæ. Vide Odrisii. Claud. de 3. cons. Honor.

" *Otrisium pariter Getico fœdavimus Hebrum*
' *Sanguine*--------

Plut. Otrye opp. fuit Phrygiæ magnæ in Lydiæ conf. Cujus pop. Othronienses à Plin. memorantur.

Scrip. Dan. Ottonia, *Tirholm* teste Alberto Crantzio, ins. maris Baltici Cimbricæ Chersoneso adjacens, & in regno Daniæ contenta.

Sax. Gra. Ottonium *Otthen* vel *Odensee*, urbs ins. Fioniæ Cimbricæ adjacentis, episc. sub archiep. Lundensi, in umbilico regni Danici, à Slesuico 27. leuc. ab Haphnia vero Daniæ regia 28. in occ. distans.

Ptol. Ottorocorra, *Salgora* Mercat. urbs Sericæ. Pop.

Oros. * Ottorocorræ Ptol. Attacori Plin. ubi Attacorus fluv. sinus Capellæ, in ora Sericæ orientali. [* Ὀττοροκόρρα in Seld. man.]

Scrip. Hisp. Ovetum *Oviedo*, urbs Hisp. Tarracon. in finibus Asturum episc. ab Alphonso 5. rege, quo tempore Arabes Hispaniam occuparant, condita, & metrop. effecta, apud Lucum Asturum urbem excisam, à Legione 22. leuc. Asturum academia hac tempestate. Templum Salvatori dicatum ibi conspicitur clarum.

Anton. Ovilabis, *Lambach* teste Laz. urbs olim episc. Norici sub archiep. Laureacensi, nunc pag. cum cœnobio Austriæ ad Drachonum fluv. inter Salisburgum 10. & Lentiam 6. leuc. Welsio opp. propinquus, 2. leuc. distans, in via quæ Lentia Salisburgum ducit, occurrens.

Jornandi Ovis, *Oby* teste Ortel. fluv. maximus Scythiæ in oceanum Scythicum influens, terminus imperii Moschorum ad ortum. Non longe mons excelsus, qui cingulum, seu catena mundi nominatur.

Ptol. Ouporum, *Obrovazo* Mol. opp. Illyrici in Liburnia mediterr. inter Blanonam & Nedinum, ab eo 3. leuc. à Iadera veteri 6. in Bor. in medio Nedinum.

Ptol. Oxama *Osma*, urbs Hisp. Tarracon. in regno Castellæ vet. ad Durium fluv. excisa, episc. sub archiep. Burgensi, inde 14. leuc. Vide Uxama. Non longe Burgum Oxamæ urb. recens.

Anton. App. Oxei, pop. Epiri in ora inter Nicopolim 700. & Naupactum 400. stad. ex Itin. Ant. Qui hodie nominentur, nemo docet.

Ptol. Oxiane, *Chorasmuni* teste Nigro, palus sive stagnum Sogdianæ, quod Oxus fluv. efficit. Pop. qui paludem circumstant & accolunt, Oxiani à Ptol. dicuntur.

Scrip. Gall. Oximum *Hyesmes*, opp. Gall. Celt. in Normannia clarum, apud Sagium urb. 5. leuc. distans, ubi sedes est Sagiensis episcopi, inter Aquilam, & Cadomum ad Bor. 16. à Fallesia 9.

Scrip. Brit. Oxonium, Calleva Ant. *Oxenford* Saxonice, vulgo *Oxford*, & Britannice *Rhidychin*, vel ut Camden. *Rhid-ychen*, urbs Albionis in Anglia apud Thamesim fluv. episc. & acad. præclara, à Londinio 50. mill. in occ. Bristolium versus totidem. Dicitur & Oxonia, ut in lib. 4. Itin.

" *Nos sero Oxoniam stellis devenimus ortis:*
" *Cum doctis habuisse viris collegia multa.*

Polyb. Oxus, fluv. maximus Sogdianæ per Margianam in Hyrcanum mare decurrens, (non per deserta Scythiæ, ut in Thes. ling. Lat.) varie hodie indigitatus; à Rhamusio *Geichon*, à Nigro *Deistan*, al. *Xa*, à Thev. *Gappanach*. ab Ortel. *Abiam*, à Iac. Cast. *Abiamu*. Pop. Oxii & Oxiani Ptol. & Plin. Apud Plin. etiam Oxus appellatur palus, ex qua Oxus fluv. egreditur. Polit. lib. 5. de Stell. Strab. Plin. & al.

" *Percurrit varias miscens secum Oxus arenas.*

Illum etiam author Thes. ling. Lat. Bactrianæ fluv. facit.

Oxybii, *Oberrois* teste Dalechampio, pop. Liguriæ in Gall. Narbonens. conf. quos Pingonius in Oneliæ comit. in ora Ligustica collocat: cum potius sint in Gallia Narbonensi quam in Liguria, ubi Onelia est. Strab. Plin. Steph.

Oxydracæ pop. sunt Indiæ citer. à quibus Ptolemæus Alex. magnum salvans Soter appellatus est, ut apud Q. Curt. legitur. Steph.

Oxylithum *Aurichysar* vel *Sturichisar* Leuncl. castrum Saracenum in Mysiæ, Thraciæ, & Macedoniæ confinio. Cedr.

* Oxyrynchus urbs fuit Ægypti ad Nilum, sic ab oxyryncho pisce, quem colebat, appellata. Situs hodie ignoratur. [* Ὀξύρυγχος in Seld. man.] Ptol.

Ozecarus *Zecaro*, fluv. Lusit. qui Nabane accepto in Tagum influit apud Scalabim opp. Cujus fit mentio in vita S. Irenes virginis. Script. Lusit.

Ozene, *Pale* Castal. urbs Indiæ citer. ex conjectura sumpta ex situ apud Ptol. Ptol.

Ozolæ, Ozoli Plin. pop. Achaiæ Ætolis finitimi, ad sin. Corinthiacum. Vide Locri; quorum alii ad sinum Corinthiacum, alii ad sin. Euboicum sunt. Ptol.

P.

PAcensis colonia & urbs. Vide Pax Augusti. Plin.

Pachynus, Pachynum Strab. & Melæ, *Capo Passero* vel *Passaro* Fazzel. & al. prom. Siciliæ, unum ex tribus quæ illam Trinacriam faciunt, in ortum vergens versus Peloponnesum inde 450. mill. pass. distantem, à Peloro 162. à Lilybæo 165. in ortum, à Syracusis 40. in merid. Melitam versus 106. Circa quod thynnorum & echinorum mira copia. De eo & reliquis duobus Ovid. lib. 13. metam. Plin. Ptol.

" *E quibus imbriferos versa est Pachynus ad Austros;*
" *Mollibus expositum Zephyris Lilybæon; ad Arctos*
" *Æquoris expertes spectat, Boreamque Peloros.*

Pachynus portus, *Porto Longobardo* teste Fazell. portus Siciliæ inter Pachynum prom. & Motyam urbem excisam & propinquam, Pachyno prom. propior. Cic.

Paconia, ins. Siciliæ inter Lilybæum & Africam, quam varie indigitant, Nic. Nicolaius *Pantalarea*, Niger *Levica*, Ortelius *li Porcelli*, ante Drepanum. Sed situs apud Ptol. (qui eam Borealiorem facit, & Æoliis finitimam) haud congruit. Ptol.

Pacta seu Pactæ *Patti*, urbs Siciliæ marit. in ora occidua episc. sub archiep. Messanens. apud Tyndaridem urbem excisam, ab ea 6. mill. pass. in merid. recedens, à Rogerio comite post Saracenos exactos condita, ac sede episcopali à Bonifacio 8. Pont. max. ornata, à Messana metrop. 48. mill. Prov. Rom.

Pactia apud Steph. est ins. una Cycladum. Pactya, vel ut scribitur apud Plin. Pactyæ, urbs est Thraciæ ad Propont. (Plin. lib. 4. cap. 11.) episc. vulgo *Pazzi*. Vide Pactya.

Pactius *Cava*, fluv. Apuliæ Peucetiæ per oram inter Barium ad occid. & Brundisium in ort. fluens, in mare apud Monopolim urbem labens, non admodum ingens, ut fere omnes ejus reg. excepto Aufido. Plin.

Pactolus, qui & Chrysorhoas teste Sol. eo quod aurum deferat, *Sarabat* ex tab. recent. fluv. Lydiæ notissimus, Strab. Plin. Sol. & al.

tissimus, ex Tmolo monte in Hermum flum. influens, Sardesque & Thyatiram urbes alluens. Ovid. lib. 11. metam.

" *Pactolumque petit, quamvis non aureus illo*
' *Tempore*--------

Pactolus ex eo quod arenas aureas defert, proverbialiter de summis opibus dicitur apud Philostr. quemadmodum & *Tagus* in Hispania; unde quis dicitur sibi Pactolos aut Tagos polliceri, qui sibi ingentes divitias promittit.

Strab. Pactorum portus, *Calamita* teste Nig. portus Tauricæ Chersonesi, inter Ctenuntem & Cherronesum oppida, in ora Australi. Ortel. eundem putat cum portu Symbolorum; sed hic magis in occ. recedit apud Eupatoriam urb. ad isthmum.

Ptol. *Sol.* Pactya, Pactyæ (non Pactiæ, ut in Thes. ling. Lat.) Plin. *Pazzi*, & *Panido* Soph. urbs Thraciæ ad Propontidem exadverso Cardiæ, apud Lysimachiam, inter illam & Muros longos 5. mill. pass. distans, episc. sub archiep. Trajanopolitano prius, postea metropolis facta.

Plin. Pactya, ins. Vide Paros. Pactyæ etiam Plin. insulæ parvæ Lyciæ contra Taurum mont. non longe incipientem, apud Chelidonias insulas.

Stra. Pactyes, mons Ioniæ apud Ephesum, ei pene imminens, *Monte di Figena* hodie nominatur.

Theophr. Pacus, locus Syriæ in monte Amano, ubi galbanus provenit.

Plin. Pacyris, Hypacyris Herod. *Desna* seu *Disna* teste Peucero, fluv. Scythiæ Europ. in sin. Carcinitem apud Tauricam, & Mæoticam palud. influens.

Herod. Padæi, pop. Indiæ extremi ad ortum, quos ægrotos, antequam moriantur, vorare Herodotus testatur. Per eos Padæus flum. decurrit à Tibull. lib. 4. memor. paneg. ad Messal.

" *Ultima vicinus Phœbo tenet arva Padæus.*

Prov. Rom. Padeborna seu Padeburna, *Padeborn* & *Paderborn*, urbs German. episc. sub archiep. Moguntino, in Westphalia, à Carolo magno instituta, inter Monasterium & Casellam, fere 10. leuc. dissita, Lupiæ finitima.

Plin. Padinates, pop. Gall. Cispadanæ juxta Padum incolentes, Regiatibus finitimi: quo nomine Guastallenses appellari possent.

Padua, urbs in Thes. ling. Lat. sic dicta male à Padi fluv. vicinitate; cum longe distet ab eo fluv. Vide Patavium.

Scrip. Hisp. Padura, *Arrya Gorriaga* teste Jo. Maldonato, opp. Hisp. Tarraconens. in finibus Cantabrorum.

Plin. & al. omnibus. Padus, Eridanus apud poetas, *Po*, fluv. maximus Italiæ, ex Vesulo mont. in Gall. Subalpina oriens, qui non longe ab Augusta Taurinorum decurrens, & juxta Casalensem urb. Liguriam ab Insubria dividens, Galliam Cisalpinam in Cispadanam & Transpadanam secans, apud Placentiam, Cremonam, Ferrariamque fluens, in mare Hadriaticum multis ostiis effunditur, multis amnibus auctus. Cujus mem. Virg. lib. 9. Æn.

" *Sive Padi ripis, Athesin seu propter amœnum,*
' *Consurgunt geminæ quercus*--------

Padus Phaethonteus cognominatur, quod in eum lapsus Phaethon submersus à poetis fingatur. Martial. lib. 10. ep. 12.

' *Et Phaethontei qui petis arva Padi.*

Plin. Padusa, Padoa Polyb. *Canal di S. Alberto*, fossa Padi, quæ & Messanicus fluv. & Fossa angusta teste Plin. vocatur, qua à Ferraria Ravennam usque navigatur, ubi etiam palus magna ex parte nunc exsiccata, inter Padum & Ravennam. Ejus mem. Virg. lib. 11. Æneid.

' ———— *cum forte catervæ*
" *Consedere avium, piscosove amne Padusæ.*

Cæs. Pæmani *Pemont*, pop. & pag. Gall. Belg. in territ. Leodiensi, intra sylvam Arduennam teste Hub. Leodio. Tametsi P. Divaus *Peelanders* pop. Brabantiæ indigitat.

Pæones, pop. Macedoniæ in Mysiæ super. confinio; quos Herod. ad Strymonem fluv. describit, Dion ad Rhodopem mont. Ptol. ad ortum Haliacmonis fluv. Quorum reg. Pæonia Strab. Plin. & Ptol. intra montes. Urbes Deborus, Alorus, & Iorum. Hos memor. Ovid. lib. 2. de Ponto, eleg. 2. *Herod. Strab. Ptol. & al.*

" *Adde triumphatos modo Pæonas, adde quieti*
" *Subdita montanæ brachia Dalmatiæ.*

Hinc Pæonius Virg. lib. 7. Æn.

" *Pæoniis revocatum herbis, & amore Dianæ.*

Alii Pæoniam circa Axium fluv. describunt Emathiæ finitimam.

Pæstum, quod & Posidonia teste Plin. & Strab. *Pesto* vel *Pesti*, colon. & urbs Lucaniæ littoralis excisa ad fin. Posidoniatem, (qui & Pæstanus Plin. & Melæ, vulgo *Golfo di Agropoli*, ac etiam *Golfo di Salerno*) olim episc. apud Caput aqueum urbem recentem, quæ illi successit, inter Salernum ad occ. & Veliam ad ort. 25. mill. pass. à Doriensibus à Sybaritis ejectis condita, & à Saracenis eversa. Hinc Pæstanus nom. gentile. Rosæ Pæstanæ bis in anno florentes commendantur. Ovid. lib. 2. de Ponto eleg. 4. *Cic. Plin. Liv. & al.*

' *Calthaque Pæstanas vincet odore rosas.*

Pæsula, *S. Domingo de Silos* teste Mol. opp. Hisp. Bæt. in Vandalitia, & conventu Hispalensi. Quod aliquibus non probatur, cum *S. Domingo de Silos* sit in finibus Vectonum: nisi sit geminum. *Ptol.*

Pæsuri, *la Comarca de Covilhan* teste Jac. Vasconcello, qui & Pesures, pop. Lusit. circa Tagum fluv. ubi Cudam excipit, juxta Herminium mont. quorum opp. Covillanum, à Guardensi urbe 7. leuc. Ulyssiponem versus dicitur. *Plin.*

Pæsus, fluv. Mysiæ in Hellesponto, cum opp. quondam cognomine inter Parium & Lampsacum urbes. Qui vocetur nunc nullus docet, quod sciam. *Strab.*

Pæti, pop. Thraciæ inter Hebrum & Melam fluv. quorum reg. Pætica Arriano dicitur. Æno urbi proximi fuere. *Herod.*

Pagæ *Pago*, urbs Bœotiæ apud isthmum Corinthiacum, antea episc. nunc inter metropoles, quæ & Pegæ Græcis. Hæc in ora inter Megaridem & Phocidem sita est. *Plin.*

Paganorum insula, *Pago* Ortel. videtur insula Illyrici apud oram Liburniæ. Vide Curicta. Alio enim nomine Curicta dici videtur. *Marol. Com.*

Pagasæ, Pagasa Plin. opp. Thessaliæ in ora ad Pagasicum sin. Iolco proximum, inde 20. stad. teste Strab. in merid. à Demetriade 33. (licet apud Plin. eadem sit Demetriadi) à Pheris 90. in ort. *Vollo* nunc dicitur, al. *Armiro*. Hinc Pagasæus nom. gent. ut Pagasæus sin. Mel. Pagasicus Plin. Pagasiticus Strab. Demetriacus Liv. inter ostia Penei & Demetriadem 1000 stad. teste Strab. patens, *Golfo d' Armiro*, & *Golfo di Vollo*. Prop. lib. 1. el. 20. *Strab.*

" *Namque ferunt olim Pagasæ navalibus Argon*
' *Egressam longe Phasidos isse viam.*

Luc. lib. 2.

" *Ut Pagasæa ratis peteret cum Phasidos undas.*

Hic Tyro mulier mortuum virum morte sibi illata sponte sequuta est, ut Pius lib. 2. eleg. testatur.

Pagos, mons Æolidis apud Meleten fluv. Sed Meles fluv. apud Strab. fluv. est Ioniæ Smyrnam circumfluens. Forte per utramque reg. decurrit, in Æolide oriens, & in Ionia desinens. *Pausan.*

* Pagræ, *Begras* ex tab. recent. urbs Syriæ in Pieria reg. & Ciliciæ confin. ad mont. Amanum, Pacræ Ptol. Anton. inter Alexandriam in ora 16. & Antiochiam intus 25. mill. pass. [* Πάγραι man. Seld.] *Strab. Ptol.*

Pagrasa, *Perperi* Cast. ex levi conjectura, urbs Indiæ *Ptol.*

diæ ulterioris: sæpe enim Castald. indigitat loca opinando.

Ptol. Pala *Pola*, seu *Pila*, oppid. olim, nunc vicus Corsicæ in ora Australi, apud portum Syracusanum. Vide Palla.

Plin. Palacia, *Palacios* Moral. & al. oppid. Hisp. Bæticæ in Vandalia, inter Marcianam 10. & Nebrissam 6. mill.

Strab. Palæa, *Pelandre* teste Lusign. opp. olim, nunc pag. Cypri mediterr. Fuit & opp. Cephaleniæ ins. teste Polyb. quod hodie haud nominatur.

Strab. Palæapolis, insula parva Hisp. citer. apud Emporias urb. olim præclaram, in ora Cataluniæ, in qua Emporienses prius habitarunt teste Strab.

Ptol. *Palæbeudos, Beudos Liv. opp. Phrygiæ magnæ in Pisidiæ conf. excisum ita, ut illius hodie nullum vestigium cernatur. [* Παλαιὸν Βεῦδος in Græc. cod.]

Plin. Palæbyblos, urbs Phœnicis. Vide Byblos. Urbs est apud Adonidem fluv. sub monte Libano, gemina, nova & vetus.

Plin. Palæmyndus, urbs Cariæ. Vide Myndus; quæ non longe constructa fuit.

Gratis scrip. Palæocastrum, *Balikesre* nunc teste Leuncl. oppid. Troadis in Asia apud Alexandriam. Et Palæocastrum *Policastro*, urbs Lucaniæ marit. in confin. Brutiorum, episc. sub archiep. Salernitano, inde 60. mill. pass. in ortum.

Strab. Palæpharsalus, urbs Thessaliæ. Vide Farsalus, & Pharsalus.

Strab. Plin. Ptol. Palæpaphos, urbs Cypri, ubi templum Veneris erat insigne, haud procul à qua nova Paphos constructa fuit. Nunc utraque jacet, in ora occidua. Vide Paphos.

Liv. Palæpolis *Poggio reale*, urbs vetus Campaniæ apud Neapolim, quæ illi successit, teste Ambr. Leone. Al. est *Torre de Giuparelli*, locus quoque Neapoli vicinus. Est & Palæapolis apud Strab. urbs Emporiensium. Vide Palæapolis.

Plin. Palæscamandrus, *Palescamandro* adhuc vulgo, fluv. Phrygiæ, seu Mysiæ. Vide Scamander. Hic in Achæorum portum influit.

Stra. Pli. Palæscepsis, *Elmachani* Molet. urbs Troadis marit. olim epis. sub archiep. Cyziceno, Scepsi novæ mediterr. vicina, inter Assum & Antandrum proximas urbes, ab Ida monte 120. stad. in convalle Æsapi fluv.

Luc. Palæste, vicus Epiri apud Oricum urbem; à quo Palæstini, quorum mem. Luc. lib. 5.

" *Lapsa Palæstinas uncis confixit arenas.*

Plin. Mel. Ptol. * Palæstina, *Terra Santa*, & adhuc *Palestina*, reg. Asiæ inter Syriam ad Septentr. & Ægyptum ad Austrum, Arabiæ petrææ ad ortum confinis, & ad occid. pelago Syrio terminata, in Galilæam ad Bor. Judæam cum Idumæa ad Austrum, & Samariam in medio divisam. Urbes quondam claræ Hierosolyma, Cæsarea, Ascalo, Tiberias, & Neapolis. Hinc Palæstinus nom. gent. & pop. Palæstini. Ovid. lib. 5. metam.

" *Matre Palæstina, dubio genitore creatus.*

Palæstina aqua pro Tigride apud Ovid. lib. 2. fast.

" *Inque Palæstinæ margine sedit aquæ.*

Sittacene enim reg. Assyriæ à Tigride fluv. irrigata Palæstina teste Plin. nominatur. [* Habet Seldenman. η in penult.]

Plut. Palæstinus quoque prius appellatus est Strymon fluv. Maced. teste Plutarcho.

Ptol. Palanda, urbs aureæ Chersonesi, quæ nunc *Pari* Castal. esse videtur, cum fluv. cognomine: sed est ejus conjectura.

Ptol. Palanta, *Palasta* nunc ex tab. recent. opp. (seu pag.) Corsicæ mediterr. Ropico, Cersuno, & Lurino finitimum.

Liv. Palanteum, Palantium Xenoph. & Pauf. cum Trogo & Steph. oppid. Arcadiæ ex vico urbs effectum ab Anton. Aug. teste Pauf. Tegeæ & Mantineæ urbibus proximum. Est & vicus in urbe Roma in monte Palatino, à Pallante dictus Pallanteum, quod & Palatium dicitur; ubi nunc *Palazzo*. De quo Virgil. lib. 9. Æneid.

" *Quæsitum Ænean ad mœnia Pallantea.*

Et lib. 8.

" ———— *& posuere in montibus urbem,*

" *Pallantis proavi de nomine Pallanteum.*

* Palantia, Pallantia Strab. Palentia Liv. & lib. concil. *Palencia*, urbs Hisp. Tarracon. in Vaccæis, & regno Legionens. ad Pisoracam fluv. epis. olim sub arch. Toletano, nunc sub archiep. Burgensi, inde 18. leuc. in occ. à Vallisoleto 8. in Bor. à Legione 20. acad. olim ante Salmanticensem clara. Pop. Palentini Liv. Pallantia inter primas Hisp. Tarraconens. urbes autore Pomp. Mela habita, nunc longe minor est; templum tamen habet augustum, ab amnis præterfluentis irrigata rivulo. [* Παλλαντία in Seld. man.] App. Ptol.

Palantia item, sive Pallantia, à Palante liberto Claud. imp. conditore dicta, opp. Insubriæ non incelebre in ora lacus Verbani, inter Aronam & Canobium, ab Arona 12. mill. pass. ubi antiq. inscript. marmoreæ visuntur, quæ locum pervetustum esse testantur. Non longe insula visitur malis aureis consita, mira amœnitate, quasi horti Halcyonii, familiæ Borrhomeorum.

Palas. Vide Capellatium. Hinc Palatina reg. quæ & Palatinatus appellatur, German. superioris pars: cui Palatinus comes dominatur. Palas, ut scribit B. Rhenan. derivatur inter Alsatiam ad merid. & tractum Trevirensium ad Septentr. Lotharingia ad occ. & Hassia Franconiaque ad ort. incumbentibus. Cujus reg. caput est Heydelberga, urbs & acad Spiræ finitima, comitis Palatini, unius ex electoribus imperii, sedes: quo his temporibus exauctorato & proscripto, reg. ipsa magna ex parte à duce Bavariæ, illi in dignitate subrogato, capta possidetur; pars altera inferior ab Hispanis capta adhuc detinetur.

Palatia. Vide Palacia.

Palatinus mons, *Palazzo Maggiore* teste And. Fulvio, unus ex 7. collibus urbis Romæ, super quo urbs primum cœpta est, sic à Palantia Evandri filia, & Evandrius dictus teste Dionys. Halycarn. De quo Virg. lib. 9. Æn. Liv. & al.

" *Sceptra Palatini, sedemque petivit Evandri.*

Palatium Ovid. lib. 14. metam.

" *Constitit in summo nemorosi colle Palati.*

Palatium *Palazzolo*, pag. Cenomanorum, inter Veronam 35. & Tridentum 24. mill. pass. ex Itin. Anton. apud Athesim fluv. cum nunc distantia deprehendatur minor, à Roboreto opp. 8. mill. in Bor. Anton.

Palatium item Diocletiani Salonis proximum in Dalmatia, nunc *Spalatro* urbs archiep.

Palatium Luculli, quod & Villa Luculli, *Piscina mirabile*, locus Campaniæ, inter Misenum & Baias, mirabilis structuræ. Plut.

Paleis, Palæa Polyb. *Palichi* Soph. oppid. seu pag. hodie Cephaleniæ ins. Pop. Palenses Pauf. qui & Dulichii. Thucyd.

Palescamander pro Palæscamander in Thes. ling. Lat.

Palesimundus, *Patzin* teste Vinet. urbs & fluv. Taprobanæ ins. Palisimundum in Thes. ling. Lat. Plin.

* Paliana, *Panconia* Castal. urbs Sericæ. Sed levis valde conjectura est Castaldi. [* In Seld. manusc. scribitur duplici λ.] Ptol.

* Palibothra, *Ava* Mercatori, *Vothara* Nigro, urbs Indiæ citer. Palibotri pop. Melæ, oram Indiæ citer. inter Indum & Gangem incolentes. Urbs est Prasiorum amplissima & ditissima; post quos Dardæ auro, & Setæ argento abundant teste Plin. lib. 6. Sicuti Chry- Ptol.

sæ & Argyræ pop. Indiæ. [* Παλιμϐόθρα in Seld. manusc.]

Diod. Palica *Paliconia*, oppidulum nunc Siciliæ teste Aret. olim urbs ad lacum, qui lacus Palicorum dicitur, *Lago Naffia*, vel *Naphtia*, teste Fazel. inter Leontinos & Menas; sed urbs teste Faz. exstincta est. Palici vero dii habiti sunt, per quos jurare religio erat. Vide historiam apud Macrob. lib. 5. Saturnal. cap. 19. de jurantibus, & apud Steph. De Palicorum lacu Ovid. lib. 2. de Ponto eleg. 10.

" *Æthnæosq; lacus, & olentia stagna Palici.*

Idem lib. 5. metam.

" *Stagna Palicorum rupta ferventia terra.*

Palici, etiam Palisci scribuntur.

Strab. Plin. Palinurum, *Paliuro* Nigro, & nautis *Capo Palemudo*, prom. Lucaniæ sinum Pæstanum ad ortum terminans, apud Veliam, inter Pæstum 200. & Talaum in ort. 400. stad. teste Strab. De quo Virg. lib. 6. Æn.

Æternumq; locus Palinuri nomen habebit.

Sic enim à Palinuro Æneæ nauclero ibi submerso nominatur.

Palisci. Vide Palici in Palica. ubi stagnum Palicorum, qui & lacus Palicorum.

Ptol. Palla, Palma Anton. *Pola*, oppid. olim, nunc pag. Corsicæ in ora Australi, à Bonifacio opp. 6. mill. pass. in occ. Al. est *Pila* ab eodem Bonifacio tantundem in Bor. recedens. Sed Palla apud Ptol. à Bonifacio seu Portu Syracusano in ort. seu Cæc. non in occid. distat.

Pallantia Strab. Palentia Liv. Vide Palantia.

Herod. Plin. Steph. Pallena, quæ & Phlegra Herod. Patalene Ptol. *Patalenes* vulgo teste Mol. penins. Macedon. ad sin. Thermaicum, cujus isthmus Pallensis à Plin. dicitur, quæ & peninsula Cassandriæ ab Eustathio nominatur, Pallenea à Val. Flac. Apud illius isthmum Olinthus urbs erat teste Thucyd. de qua Demosthenes plures habuit orationes. Virg. lib. 4. georg.

" *Hic nunc Emathiæ portus, patriamq; revisit*

" *Pallenen*———

Hic Pallene oppid. teste Plin. & Steph. *Canistro* teste Soph. hodie, & Nardo *Tarcho* seu *Tarso* dictum, Cassandriæ finitim. Hinc Pallenæus. Stat. lib. 4. sylv. carm. 2.

" *Et Pallenæos Phœbum laudare triumphos.*

Pallenen Steph. Thraciæ attribuit, à Pallene Sithonis filia dictam. Pallenis apud Dionys. de sit. orbis.

" *Et Pharos Idothees scopuli Pallenidis alti.*

Vide Steph. plura de Pallene penins. scribentem.

Ptol. Mel. Plin. Palma, *Palma* Morali, & *Mallorca*, seu *Majorica* Italis, de insulæ nomine, colonia & urbs Balearis majoris episc. sub archiep. Tarraconens. inde 30. leuc. in ortum distans mari, à Julia Cæsarea urbe Maurit. Cæsariens. 55. à Valentia 40. acad. In Thes. ling. Lat. Palma etiam oppid. Hisp. ponitur: quod non reperitur.

Plin. Mel. Palmaria, *Palmarola* Nig. & al. ins. maris Tyrrheni contra Tarracinam, inde 37. mill. pass. distans, proxima Pontiæ. Sunt qui hanc cum Pandaria, seu Pandataria ins. sinus Formiani manifesto errore confundunt. Ortel. quoque Palmariam ins. facit maris Ligustici; sed illa à veteribus non memorata, parva est in ore portus Lunens. apud Portum Veneris, ab eo freto angustissimo divisa. In Thes. ling. Lat. scribitur prox. ostiis Tiberinis, à quibus longe distat, supra 60. mill. pass.

Plin. Ptol. & al. Palmira, *Amegara* teste Ortel. urbs Syriæ archiep. in Arabiæ desertæ conf. inter Damascum 225. & Seleuciam magnam ad Tigrim 533. mill. pass. ab Antiochia magna 240. in ort. Palmirenes reg. quæ *Arden* teste Castaldo dicitur, caput. Scribitur & Palmyra. Pop. Palmyreni, qui & Adrianopolitæ dicti, urbe ab Adriano imperatore reædificata teste Stephano. Palmiræorum regina, Zenobia nomine, Græci & Ægyptii sermon. peritissima, ac Latini non ignara, multa scripsit, in iis epitomen historiarum; filios suos erudivit; orationes elegantissimas ad lites habuit, & galeata recitavit. Quæ postea Romam in triumphum ducta fuit ab Aureliano.

Paloda, *Blechisfeld* ut Laz. videtur, opp. Daciæ, cujus ager sic in Transylvania appellatur. Est & Paloda opp. Pann. super. in Hungaria, nunc *Palotta*, inter Taurinum urb. & Datam opp. 2. leuc. *Ptol.*

Paltos, *Boldo* nunc, oppid. Phœnicis in ora apud Byblum urb. quod Niger *Gibel* indigitat; cum *Gibel* sit ipsa Byblos. Hic Memnon filius Auroræ, ut fabulantur, sepultus est. Pop. Palteni. De Palto Artemidorus in epitome. *Strab. Mel.*

Palum *Pau*, opp. Aquitaniæ præclarum, Bearnensis principatus conventus juridicus, Oloronæ urbi proximum, & Lascuræ, inde 4. hinc 3. leuc. à Tarba 6. *Scrip. Gall.*

Palus à lacu eo tantum differt, quod aliquando exsiccatur, sicuti Pontinæ in Latio contigit; lacus vero nunquam.

Nomina paludum apud veteres famosiorum.

Acherusia *Lago di Ianna*, Epiri. Altera Campaniæ, *Lago della Colluccia*
Amadoca, Sarmatiæ Europææ
Ambracia *dell' Arta*, Epiri
Argita *di Der*, Hiberniæ
Aria *Lago di Burgian*, Ariæ
Arsissa *Lago di Giocho*, Armeniæ majoris
Artynia *Lago di Iubat*, Mysiæ in Asia
Ascania *Lago di Isnich*, Bithyniæ
Byce *Sesehan*, apud Tauricam
Camerina *di Camarana*, Siciliæ
Chelonidæ seu Chelonides *di Gaoga*, Libyæ interioris
Coloe *Barcena*, Æthiopiæ
Gallicæ paludes *Lagune di Venetia*
Glanis *la Chiana*, Hetruriæ
Hiulca *Palina*, Pannoniæ infer.
Laterra *Estang*, Gall. Narbonens.
Lerna Peloponnesi, *Lerna*
Linterna *Lago di Patria*, Campaniæ
Lugea *Zirknitzersee*, Iapodum
Lychnites *Lago di Exsechia*, Armen. major.
Lycomedis *di Serta*, Libyæ inter.
Mæotis *Mare delle Zabacche*, Sarmatiæ
Mantiana *di Van*, al. *di Actamar*, Mediæ
Maria *d' Alessandria*, Ægypti
Nigritis *di Guber*, Libyæ inter.
Nuba, Libyæ interioris
Oxa & Oxiana *Lago d' Amu*, Sogdianæ
Padusa *Canal di S. Alberto*, Æmiliæ
Palica *Naphtia*, Siciliæ
Pontina *di Tarracina*, Latii
Reatina *di Rieti*, in Sabinis
Salapina *di Salpe*, Apuliæ
Sirbonis *Stagnone*, Palæstinæ & Ægypti
Stymphalis *Lago di Vulsi*, Arcadiæ
Styx infer. & Arcadiæ, eadem superiori
Thospites *Gabacu*, Armeniæ majoris
Tritonis seu Tritonias *di Caps*, Africæ
Volcææ *Balaton*, Pannoniæ super.

Pamberga *Bamberg*, urbs German. in Franconiæ conf. episc. sub archiep. Moguntino, præclara, quæ & Bamberga. Vide Gravionarium. *Scrip. Germ.*

Pamiæ *Pamiers*, urbs Aquitaniæ apud Garumnam fluv. episc. sub archiep. Tolosano, inde 7. leuc. in merid. Consorannos versus 8. apud Fuxum opp. 2. leuc. recedens. *Marp.*

Pamisus, Panysus Ptol. qui & Amathus, Mamaus, & Arcadiacus à Strab. nominatur, & Pamissus, *Stromio* Nig. & *Strab. Plin.*

Nig. al. *Tifeo*, & al. *Spirnazza*, fluv. Messeniæ in Peloponneso, cujus ostia à Messene 30. mill. absunt. Est & Pamisus Plin. fluv. Thessaliæ in Peneum influens; & Mysiæ inf. inter Odyssum & Mesembriam in mare Euxinum influens. Vide Panysus.

Plin. Sol. Pamphagi, pop. Æthiopiæ, sic dicti, quod omnia comedant. Hos Plin. lib. 6. c. 30. in Æthiopia ad occ. describit, eosque Nigris proximos facit, & Agriophagis, qui pantherarum & leonum carnibus vescuntur.

Polyb. Cic. Stra. Pli. Ptol. & al. Pamphylia, quæ & Mopsopia teste Plin. reg. Asiæ mari quod Pamphylium appellatur ad Austrum objecta, inter Lyciam ad occid. & Ciliciam ad ort. à Phrygia magna Tauro monte divisa, *Settalia* teste Girava, *Zina* Thevet. *Caraman* Nig. *Scandalor* eidem Nig. est pars occidua, & ad mare terminata: pars vero ad ort. cum parte Ciliciæ *Caraman*. Pamphyliæ inter poetas mem. Stat. lib. 1. sylv. carm. 4.

" *Hunc quoq; perq; novem timuit Pamphylia messes.*

In Thes. ling. Lat. ponitur insigni errore inter Ciliciam & Syriam. Fuit & Pamphylia urbs Maced. teste Steph. Prima etiam dicitur Pamphylis à Dionys. Afro. Urbes olim Pamphyliæ claræ, Sida, Perge, Aspendus, Termessus, Attalia caput reg. nunc omnibus præstat.

Plin. Pamphylium mare est quod Pamphyliam alluit. Luc. lib. 8.

" *Compensat medio pelago. Pamphylia puppi*
' *Occurrit---------*

Polyb. Panachaicus mons etiam Peloponnens. Patris urbi imminens, vulgo *M. di Patras*, cujus solus Polybius meminit.

Callim. Panacra, mons Cretæ apud Idam mont. majorem, & Panacrum oppid. ad * eundem mont. teste Steph. Quod an extet hodie incertum. [* Cypri urbs est Steph.]

Thucyd. Steph. Panæi, pop. Thraciæ circa Amphipolim urb. Sed cum Amphipolis sit urbs Maced. uti apud Ptol. videre est, etiam hi pop. Macedoniæ dici possunt.

Ptol. Panassa, urbs Indiæ citer. *Pandasgu* Mercat. ex ipsius nominis allusione.

Diod. Panchæa, ins. Arabiæ fel. in oceano, in qua fanum Jovis Triphylii teste Diod. licet Triphylia reg. sit Peloponnesi.

Virg. Plin. Panchaia, reg. Arabiæ fel. in qua apud urbem Solis phœnix reperitur, & nidum suum reponit teste Plin. Unde Panchæus nom. gent. Virg. lib. 2. georg.

" *Totaque thuriferis Panchaia pinguis arenis.*

Idem lib. 4. georg.

" *Pocula. Panchæis adolescunt ignibus aræ.*

Quæ reg. apud omnes, præsertim poetas, ob ejus fertilitatem & opes memoratur. Panchaia post Sabæos thus optimum producit, quod & Libanus mons Phœniciæ dat, & tota ferme Arabia felix.

" *Araque Panchæos exhalat propter odores.*

Plin. Panda. Vide Drepsa.

Steph. Pandæ, Pandani Ptol. pop. Indiæ citer. quorum reg. Pandaia à solis fœminis possessa, teste Sol. & Mart. in qua Mysa urbs apud Indum fluv. forte quæ nunc *Cambaia* dicitur.

P. Vict. Pandana porta, una ex portis urbis Romæ, sic dicta apud Festum, quod semper panderet. Vide Porta. Olim Saturnia: quæ non extat.

Strab. Pandaria, & Pandataria Plin. Sol. Pandateria Tac. *Palmaia* teste Celso Cittad. ins. maris Tyrrheni in sin. Puteolano, Palmariæ & Pontiæ finitima, ab eis in ortum ante Cajetam recedens, inde 250. stad. distans. * Palateria Steph. in qua Agrippina mater Neronis exulavit teste eodem. [* Quid sit, ignoratur; non enim reperitur apud Stephanum.]

Strab. Plin. & al. Pandosia, urbs gemina: una Brutiorum (licet Strabo illam in Lucania reponat) in monte, apud præterfluentem Acheruntem fluv. excisa, apud oppidulum vulgo *Castel Franco*, quod teste Barrio locum tenet Pandosiæ, in territ. Consentino, inter Consentiam, & Mont. Altum 6. mill. pass. circiter. Hic Alexand. rex Epiri ab oraculo delusus, (cum, quæ Pandosia sibi fatalis esset, haud præmonitus fuisset) Tarentinis opem ferens, à Brutiis obtruncatus est. Altera in Epiro ad fluv. Acherontem quoque, ubi Pandosia lacus teste Plin. in Cassiopææ & Thesprotiæ conf. in ipsa Thesprotia. De Pandosia in Brutiis Liv. lib. 10. dec. 5. ubi illam à Rom. captam una cum Consentia scribit.

Paneas, fons Palæstinæ in Cœlesyria, unde Jordanis fluv. effluit, apud Cæsaream Philippi urb. nunc eversam, quæ etiam Paneas dicta est, à Sidone urbe Phœniciæ 20. mill. pass. in ort. recedens. Vide Cæsarea Philippi. Plin.

Paneus, fluv. ex Libano monte, in quo projecta in lacu phiala reperiuntur; ut in Thes. ling. Lat.

Pangæus *Malaca*, & *Castagna* teste Bellon. mons Thraciæ in Macedoniæ confin. Philippis urbi imminens. Pangæa Virg. lib. 4. georg. num. plur. Plin. Dion.

" *Altaq; Pangæa, & Rhesi Mavortia tellus.*

Hic auri & argenti fodinæ, & ad ejus radices Nestus fluv. decurrit. Abundat cynnamis, ut apud Claudian. de nupt. Honor. & Mariæ. Pangæus quoque inter alia rosarum ferax est, quæ & alibi laudatæ proveniunt, Rhodi, Mileti, Pæsti, Prænestе, Cyrenis, in Campania, & alibi teste Plin.

Panhellenius, mons Æginæ ins. in sinu Saronico: qui nunc vulgo *M. di Engina* nominatur. Gyraldo.

Panionia, reg. Asiæ, eadem Ioniæ. Vide ibi. Plin.

Panionium, Panium Max. Tyrio, opp. erat cum luco in ora Ioniæ contra Samum ins. ad Mycalen mont. ubi Iones sacra Neptuno faciebant. Panionium concilium appellabatur, ad quod 12. Ioniæ civitates conveniebant, & ubi suffragia paria essent, Colophonii advocabantur, litemque decernebant, authore Jaboleno. Herod. Diod. Steph.

Panissa, *Panizza* ex Mol. & al. fluv. Thraciæ in ora maris Euxini, inter Apolloniam & Anchialum, à Panyso Ptol. diversus, cum ille sit in Mysia infer. Plin.

Panium, *Phanarion* teste Gyllio, prom. Thraciæ ad Bosporum contra Cyaneas ins. porrectum. Panium item apud Steph. specus est Palæstinæ, ex quo Jordanis effluit, ut mox dicetur. Dionys. Byzant.

Panius, Panion Josepho, mons & locus Cœlesyriæ apud ortum Jordanis, & Paneadem seu Cæsaream Philippi, nunc *Pelin* teste Masio. Niceph. Call.

Pannones, Pæones App. & Aristot. Pannonii Plin. & Strabon. *Ongari*, pop. Pannoniæ. Ovid. ad Liviam. Dion.

" *Summaque dispersi per juga Pannonii.*

Hinc Pannonicus nom. gent. Mart. lib. 8. ep. 14.

" *Dum nova Pannonici narratur gloria belli.*

Pannonia, reg. Europæ maxima, inter Danubium ad Bor. à Metanastis Iazygibus separantem, & Saum flum. ad merid. ab Illyrico dividentem, ac inter Noricum ad occ. & Mysiam ad ort. contenta; in superiorem, (quæ prima Rufo, Marcell. & lib. Notit. dicitur) in qua Ala Flaviana, seu Viena ut nunc vocant, Flexum seu Posonium, Arrabo sive Jaurinum, Sabaria, Savaria seu Græcium, & Pætovio urbes continentur, & inferiorem ad ortum, in qua Buda, Strigonium, Alba Regalis, Colocia, Quinque Ecclesiæ, Sirmium, & Taurunum urbes sunt, divisa. Utraque Hungaria nominatur, non tamen ex æquo: nam Hungaria trans Danubium usque ad Carpatem mont. extensa Iazyges Metanastas complectitur, & Pannonia partem Austriæ & Stiriæ, Carniolæque comprehendit. Ex quo error Ortelii patet, Pannoniam superior. Austriam appellantis, cum modicam partem Austriæ (in qua Viena & Soproniam) tantum contineat, maximaque Austriæ & Stiriæ pars, cum Carinthia & Carniola, sit in Norico. Idem error in Thes. ling. Lat. Austriam & Plin. Tac. Liv. & al.

Stiriam in Pannonia locantis. De ea Claudian. in Ruf. lib. 2.

" *Jam plaga Pannoniæ, miserandaq; mœnia Thracum.*

Lib. Not. Pannonia Savia, quæ & Riparia seu Ripensis, Bubalia Aur. Vict. Sirmiensis Cassiodoro, Cibaliensis P. Diac. pars Pannoniæ infer. circa Saum fluv. ubi Amantini pop. Plin. quæ partim Hungaria, partim Bossina, & partim Sclavonia nunc dicitur.

Lib. Not. Pannonia Valeria, (quæ & Valeria simpliciter) pars Pannoniæ sup. in qua pars Stiriæ ad ortum continetur. De Pannonia Ovid. lib. 2. trist.

" *Nunc tibi Pannonia est, nunc Illyris ora domanda.*

Urbes Pannoniæ & Iazygum, sive Hungariæ hujus temporis.

* Agria *Erla*	Novigradus *Novigrad*
Alba Regalis *Stulweissemburg*	* Posonium *Presburg*
Arrabo *Rab*	* Quinq; Ecclesiæ *Funfkirchen*
Bosna [vel Basiana] *Possega*	Sabaria *Stain am Angern*
* Buda *Offen*	Segedunum *Segedin* vel *Seged*
Canisia *Canischa*	Sigethum *Zygeth*
* Cassovia *Caschow*	Sirmium *Sirmisch*
Cenadum *Chonad*	Solnocum *Zolnock*
Centum colles *Zashalon*	* Strigonium *Gran*
Colocia *Colocz*	* Taurunum *Belgrado*, & *Nandor Alba*
Copanum *Kopan*	Temesuaria Mysiæ *Temeswar*
Cromerum *Komaro*	Tirnavia *Tyrna*
* Debrecinum *Debrecyn*	Vacia sic, episc. ulter. sub archiep. Strigoniensi
Filecum *Filleck*	* Varadinum *Waradin*
Hatuanum *Hattuan*	Vesprinium *Vesprin*
Jaurinum *Giavarin*	* Zagabria, olim Sisopa, episc. citer. in Croatiæ conf. sub arch. Colocens.
Julia *Giulafeiervar.*	
Lippa *Lyppe*	
Mursa & Mursia *Ezeck*	
Nitria sic, episc. ulter. sub archiep. Strigoniens.	

Herod. Strab. Paus. Panope, Callichoros Hom. opp. fuit Phocidis mediterr. & fons Athenis, cujus mem. Plato, & Ovid. lib. 3. metam.

" *Jam vada Cephisi, Panopesq; evaserat arva.*

Sic dicta à Panopeo Phoci filio.

Ptol. Panopolis urbs erat Ægypti in Thebaide ad orientalem Nili ripam, inter urb. Apollinis magnam ad Bor. & Copton ad Austrum, ab eo in Bor. 94. mill. pass. distans. * Fuit & opp. Phocidis, à Panopeo Phoci filio sic dictum, teste Steph. & * aliud apud Ptolemaidem teste Plin. lib. 5. cap. 10. [* Videtur tantum repetitio eorum quæ de Panope dicta sunt: Plinii vero idem esse cum Ptolemæi.] Panopoli Nonnus ortus est, qui evangelium D. Joannis Græce versu hexametro descripsit.

Cic. Mel. Liv. & al. Panormus, Panhormum Plin. Littus pulchrum apud veteres teste Herod. *Palermo*, urbs Siciliæ arch. & regia, in ora occidua, inter Pelorum ad Bor. 162. & Lilybæum in merid. 95. mill. pass. urbs amplissima & amœnissima, à Phœnicibus condita circa Græcorum in Siciliam adventum, sub Rogerio comite metrop. effecta, à Messana altera metrop. 174. mill. Panormitani pop. Cic. & al. Ejus mem. Sil. lib. 14.

" *Ter gemino venit numero fœcunda Panormus.*

Panormi Fridericus 2. imperator, cum eo se recepisset, (erat enim utriusque Siciliæ rex) à Manfredo filio dolo necatus est, ut regnum arriperet, teste Bapt. Egnatio: quod alii in Apulia Daunia contigisse scribunt. Sic Ulyssem à Troja in patriam revertentem à Thelegono filio interfectum tradunt. Hor. lib. carm. 3. od. 29.

" *Declive contempleris arvum, &*

" *Thelegoni juga parricidæ.*

Sic Clytemnestram ab Oreste filio interfectam, & Semiramidem à Nino filio, aliosque parentes à liberis interemptos ferunt.

Panormus, opp. multiplex. Unum Cretæ *Ptol. cujus memin. Plin. *Mirabello* nunc Nig. *Volismeni* pag. Bellon. in ora Boreali. Alterum Ptol. Macedoniæ in ora apud Athon mont. *Terisco* Ortel. *Macri* Moletio. Tertium Liv. in Samo ins. *Macri* teste Nardo. 4. Achaiæ Polyb. Plin. Pauf. Thucyd. in Peloponn. juxta Rhium prom. contra Naupactum. 5. Chersonesi Thraciæ Plin. inter Elæum & Caridiam. 6. In Phrygia, ad Hellespontum apud Cyzicum, *Palermo* teste Leuncl. [* Πανόρμος Seld. man.] Ptol. Plin. & al.

Panormus, portus multiplex. Unus Epiri, *Palermo* Mol. *Panormo* Soph. apud Oricum Strab. inter Acroceraunia & Onchesmum. Alter Atticæ Ptol. Pauf. *Raphei* Soph. inter Sunium & Cynosuram promontoria. Alius Cephaleniæ ins. teste Porphyrio. Strab. Ptol.

Pantagia, Pantachus Ptol. Pantagies Plin. Pantacius Thucyd. *Porcari*, & *Bruca* in ora teste Faz. fluv. Siciliæ in ora Leontinorum apud Taurum prom. mari exceptus. Virg. lib. 3. Æn. Virg.

" ————— *prætervehor ostia saxo*

" *Pantagiæ, Megarosq; sinus, Thapsumq; jacentem.*

Sunt qui Pattagiam, & apud Claudian. legunt, ἀπὸ τοῦ παταγεῖν, i.e. à sonitu; nam hic amnis per saxa volutus sonitum ingentem edit.

Plin. Pantanus *Lago di Lesina*, lacus Apuliæ Dauniæ ad montis Gargani radices, ad occ. apud Lesinam urbem teste Leon. & Mazzella.

Arist. Suid. Pantheium, locus Atticæ apud Illissum fluv. ab eo 60. stad. distans, ubi oliva coronabantur victores in ludo Olympiaco, teste Suida.

P. Vict. Pantheon *S. Maria rotonda*, templum Romæ, omnium dearum nomini dicatum; postea D. Mariæ virgini & omnibus Sanctis consecratum.

Pantia in Thes. ling. Lat. pro Pontia legitur, insigni errore.

Ptol. Plin. Strab. Panticapæa, Panticapæum Plin. & Steph. *Vospero* teste Nig. urbs Tauricæ maxima ad Bosporum Cimmerium, etiam Bosphorum teste Plin. dicta, à Theodosia urbe 530. stad. in Cæc. Nomen habet à Panticape flum. juxta fluente teste Steph.

Herod. Plin. Panticapes, *Przepetz* vel *Przypcz* teste Peucero, *Conscavoda* Mercat. fluv. Scythiæ Europ. per Lituaniam fluens in Euxinum mare, Nomadas à Georgis separans teste Plin. Vide Hypanis, qui idem videtur Ortel. Dionys. Afer:

" *Hic sunt Aldesci Panticapisq; fluenta.*

Quintus fluv. est ab Istro inter celebres apud Herod. lib. 4. Panticapæum vero urbs apud eundem, quæ & Panticapæa, in Taurica.

Anton. Panticum, locus Bithyniæ apud Chalcedonem, Pantichium Callisto, inter Chalcedonem & Nicomediam, Chalcedoni propior.

Ptol. Plin. Pantomatrium, *Milopotamo* teste Nig. urbs Cretæ in ora Boreali episc. inter Cytæum ad ort. & Rithymnam ad occ. à qua 6. mill. pass. abest, à Matio 30. Nom. gent. Pantomatrius.

Ptol. * Panyasus, *Spirnazza* Mol. *Spirnassa* Thev. fluv. Maced. in ora occid. inter Dyrrachium urb. & Apsum fluv. Ortel. eundem putat Panissæ Plin. cum Panissa sit fluv. Thraciæ, non Macedoniæ. [* Πανύασος in man. Seld.]

Ptol. Panysus, *Paniza* teste Nig. vel *Laniza*, fluv. Mysiæ infer. in Euxinum mare inter Mesembriam & Odessum influens. Videtur idem Pamiso, licet Plin. in Thracia illum describat, apud fines tamen Mysiæ.

Scrip. Germ. Papeberga & Babenberga *Bamberg*, quasi mons papæ seu Babæ, urbs clara Franconiæ, episc. sub archiep. Moguntino, inter Noribergam 9. & Coburgum 7. leuc. De qua libro 5. Itinerar. Patria Ioachimi Camerarii.

Paphla-

Strab. Plin. Ptol. & al. Paphlagonia, *Roni* Castal. *Flagania* cuidam anonymo, *Bolli* al. reg. Asiæ ad Pontum Euxinum, Galatiæ pars Borealis apud Ptol. inter Bithyniam ad occ. & Cappadociam ad ortum, Galatia ad Austrum cohærente. Nomen habet à Paphlagone Phinei filio authore Steph. Pop. Paphlagones Strab. cui & Heneti, à quibus Veneti in Italia Plin. Urbes in ora claræ Amastris, & Amisus : intus Gangra, Germanopolis, & Cimolis. Hos memorat Dionys. Afer.

" *Paphlagones post hos, Mariandiniq; sequuntur.*

Paphlagones circa Aboni tichos incolentes superstitiosos & stolidos esse affirmat Lucian. in dialog. cui Pseudomantis titulus est.

Ptol. Paphos nova, Neapaphos Plin. *Baffo* vel *Bapho*, urbs Cypri episc. excisa, in ora occidua apud Acamantem prom. à veteri Papho, & ipsa eversa, ac *Baffo* adhuc dicta, 7. mill. pass. distans, quæ Palæpaphos Strab. Plin. & Melæ, in ora pariter occid. apud Drepanum prom. à nova distans in merid. Paphium Polyb. Veneri quondam sacra, quæ Paphia cognominata est. Ovid. lib. 10. metam.

" *Illa Paphum genuit: de quo tenet insula nomen.*

P. Diac. Papia, quæ & Flavia aliquando in antiqu. nummis, olim Ticinum, *Pavia*, urbs Insubriæ post Mediolanum clarissima, episc. nulli archiep. subjecta, & acad. sic post illius instaurationem sub S. Epiphanio episcopo illius dicta. Vide Ticinum. Papiæ mem. Luitprandus.

" *Uritur infelix, olim famosa Papia.*

Hic Galeatius Mantuanus hybernans, cum puellam Papiensem unice amaret, ab illa jussus se in fluvium miser præcipitem dedit, ut Pontan. author est. O hominum insaniam ! si tamen vera res est.

Sidon. Papianilla, *Sorlivia* teste Massono, lacus Galliæ in finibus Arvernorum.

Ptol. Papirianæ Fossæ. Vide Fossæ.

Papirianum Jovio, quod aliis Pyrenianum, *Parpiñano*, *Perpignan*, opp. amplum Hispanorum in finibus Gall. Narbon. comit. Ruscinonens. caput. Vide Ruscino.

Festo. Papirius ager, in Latio circa Tusculum.

Scrip. Gall. Papuli Fanum *S. Papoul*, urbs Gall. Narbonens. in ling. Occit. episc. recens sub archiep. Tolosano, à Joanne 22. Pont. max. cathedrali sede insignita, à Tolosa 7. leuc. in ort. distans.

Strab. Paracheloitæ, pop. Ætoliæ ad Acheloum fluv. in Thessaliæ & Athamaniæ confin. ubi Parachelois opp. Liv. apud Maliam opp. Stephano vero Paracheloitæ pop. sunt gemini, Ætoliæ & Phthiotidis, sic dicti, quod juxta Acheloum fluv. habitent : Achelous enim fluv. geminus est, unus Ætoliæ, alter Phthiotidis.

Plin. Ptol. Paradisus opp. fuit Syriæ, seu Phœnicis, supra Antaradum, cum fluv. cognomine, & teste Steph. pag. Siciliæ.

Ptol. Diod. Steph. Parætaca, urbs Mediæ : populi Parætaceni Strab. Plin. ac Paretacæni alibi Strab. & Herod. in Perside; ubi *Parætacene reg. Ptol. Paritaca Arriano, Paretacene Strab. inter Persidem & Parthiam. Ita varie de locis remotis ab autoribus scribitur. [*Παραιτακηνὴ man. Seld.]

Strab. Plin. Ptol. & al. Paraetonium, *Berton* Mercat. & al. urbs Marmaricæ olim episc. & præcipua, in ora Boreali, ac marit. inter Apolloniam urbem Cyrenaicæ ad occ. 390. & Alexandriam Ægypti in ort. 144. mill. pass. à Catabathmo 900. stad. in ort. De ea Ovid. lib. 9. metam.

" *Isi, Paratonium, Mareoticaq; arva, Pharumq;.*

Hinc Parætonius nom. gent. Luc. lib. 3.

" *Usque Paratonias Eoa ad littora Syrtes.*

Portum amplissimum habet 40. stad. patentem. Dicta est & Ammonia teste Steph. qui illam proximam facit Alexandriæ : à qua tamen fere 150. mill. pass. distat.

Ptol. Paragonticus sin. *Golfo de Gugerath* nunc teste Nigro, sinus Carmaniæ ultra Armozum & Carpellam prom. Paragon Paragontis apud Ptol.

Parapotamia opp. fuit Phocidis ad Cephissum fluv. apud Phanotheum opp. etiam excisum. Pop. Parapotamii Strab. & Plut. in Phocidis & Bœotiæ confinio, per quos Cephissus decurrit. Parapotamia quoque reg. proxima Tigri, hoc est regio juxta flumen, pars Mesopotamiæ. Nom. gent. Parapotamius. *Strab. Paus. Steph.*

Parasia, reg. Mediæ ad ort. vergens : ubi Parrhasii pop. Strab. *Polyb.*

Parasinum, opp. Tauricæ: cujus terra teste Plin. vulnera sanat. *Plin.*

Parasium, *Parasio* adhuc, urbs olim episc. in Cenomanis Italiæ apud Forum Iuntuntorum, inter illud & Cremam urb. recentem, ob hæresim Henrico 4. imp. excisa, episcopatu inter Laudensem & Cremonens. diviso. Rudera adhuc illius exstant. *Chron. Cremon.*

Parastlaba *Paretalaw*, al. *Peretaslaw*, urbs Mysiæ infer. in Bulgaria episc. sub archiep. Ternobiano, quæ & Joannipolis dicta est, Dorostoro finitima teste Cedr. ac Curopalate, vulgo etiam *Prislaw*, ad Hæmum mont. ex Ogygiæ urbis excisæ ruinis. *Lib. Conc.*

Parauæi, pop. Thesprotiæ in Epiro, sic appellati, quod juxta Auon fluv. hoc est παρ' Ἀῶον, incolant. *Steph.*

Parentium *Parenzo*, urbs Istriæ marit. & episc. sub patr. Aquileiensi, inter Æmoniam seu Urbem novam ad occ. 7. & Polam ad ortum 28. mill. pass. à Venetiis 100. Parentii littora scopulis abundant. Unde poeta quidam lib. 2. Itin. *Plin. Ptol. & al.*

' *-----mœniaque & veteris scopulosa Parenti*
' *Scandimus-------*

Nom. gent. Parentinus.

Paresitaceni, pop. ultimi Mediæ, & montani, latrociniis dediti, Persis finitimi : Paretaceni Herod. lib. 1. *Strab.*

Paria, *Arsuffo* ex tab. recent. ins. parva maris Syrii ante Joppen urbem Palæstinæ, non longe ab ea distans in occ. *Plin.*

Pariedrus, & Pariedri num. plur. Paryadris Ptol. *Leprus* teste Jovio, *Chielder* Thomæ Minadoio, mons Armeniæ majoris altissimus, ex quo Euphrates & Araxes flum. profluunt, una cum Absaro, Capotes etiam Sol. & Plin. dictus, Garamas Vib. Seq. *Plin.*

Parienna, *Frideck* teste Villanov. opp. Germaniæ in Slesia. *Ptol.*

Parisii, Parsisii Pli. (si non est error cod.) pop. Gall. Celt. & urbs episc. & regia, post Byzantium maxima totius Europæ, ad Sequanam fluv. interluentem. Urbs Parisium à Zosimo, Parisius à Ven. Fort. ab aliis Lutetia Parisiorum. Vide ibi. Reg. *l'Isle de France* nominatur. De urbe Ven. Fort. lib. 6. *Cæs. Strab. & al.*

" *Dilige regnantem celsa Parisius arce.*

Hinc Parisiacus nom. gent. Idem lib. 2.

" *Celsa Parisiaci cleri reverentia pollens.*

Sunt & Parisii, qui & Parisi, pop. Albionis in Anglia; quorum locus *Holdernesse* in comit. Eboracens. teste Camd. dicitur.

Parisus, fluv. Pannoniæ per Scordiscos in Danubium fluens ; quem Ortel. eundem Mariso esse putat: sed Marisus non per Scordiscos in Danubium, at per Daciam in Tibiscum extra Pannoniam labitur. *Strab.*

Parium, Parion Melæ, Adrastia Hom. Pariana colonia Plin. urbs olim episc. Mysiæ ad Hellespontum sub archiep. Cyziceno, nunc metrop. *Pario* adhuc teste Soph. *Pariso* Nig. & al. in ora, inter Cyzicum ad Bor. & Lampsacum ad merid. 22. mill. pass. A Pario Jasonis filio dicta. Cujus mem. Val. Flac. lib. 2. *Xenoph. Strab. Plin. Ptol.*

" *Jam juga Percotes, Pariumq; infame fragosis*
' *Exsuperant----- --*

Parii, & Thespiis in Bœotia, Amor summa veneratione colebatur : cujus sacra Erotidia vocabant. Idem apud Colchos & Idalium teste Catullo, & apud Ægyram urb. Peloponn. teste Paus. & apud Samios (qui

sacra illius, Eleutheria appellabant) cultus fuit. Hinc Parianus, a, um adject. ut Pariana colon. apud Plin. idem quod Parium urbs, quæ à Resisto urbe Thraciæ 32. mill. pass. abest in ort. Parii ortus est Aristolochus poeta, qui repudium nuptiarum passus filiæ Lycambis sibi promissæ, adeo satyrice iambis à se inventis Lycambem & filiam insectatus est, ut eos ad suspendium impulerit. Unde Hor. in arte poetica sic:

" *Archilochum proprio rabies armavit iambo.*

Hic vixit Romuli tempestate teste Quintiliano.

Strab. Plin. & al. Parma, colon. & urbs Gall. Tog. in Æmilia, seu Gallia Cispadana, episc. olim sub archiep. Ravennate, nunc sub archiep. Bononiens. unde 50. mill. pass. in occ. Placentiam versus 35. ad fluv. cognominem illam interluentem, academ. & ducat. Parmens. sedes; qui illi à Paulo 3. Pontif. max. datus est an. sal. 1546. De qua Mart. lib. 14. ep. 153.

" *Velleribus primis Apulia, Parma secundis*
' *Nobilis; Altinum tertia laudat ovis.*

In Thes. ling. Lat. scribitur proxima Ravennæ, ad 100. mill. pass. ab ea distans. Parmæ ortus est Cassius Severus, qui elegias & epigrammata conscripsit.

Strab. Plin. Mel. Parnasus vel Parnassus, olim Larnassus Steph. *Parnaso*, & Barbaris *Liacura* teste Soph. mons Phocidis (Musis sacer apud poetas) memoratissimus, Cithæroni & Heliconi attiguus. Cujus duo sunt juga, Cyrrha & Nisa, apud Juven. & Lactant. De quo Virg. lib. 3. georg.

" *Sed me Parnassi deserta per ardua dulcis*
' *Raptat amor*--------

Hinc Parnassius nom. gent. Idem lib. 2.

" *Ut cerasis, ulmisque: etiam Parnassia laurus.*

Laurus enim in eo laudatissima & plurima provenit. Parnessus etiam à Dionysio Afro appellatur mons quem Bactri incolunt: idem ut videtur Paropamiso.

" *Sed Bactri mediis habitant telluris in arvis,*
" *Parnessum late prope montem rura tenentes.*

Anton. Lib. Conc. Parnasus, seu ex al. cod. Paranasus, urbs Galatiæ in Cappadociæ conf. episc. sub archiep. Mocissio, ultra Ancyram metrop. Galatiæ 84. mill. pass. in ort. Cæsaream versus.

Strab. Pauf. Parnes, Parnetha Athen. mons Atticæ vitifer. De quo Stat. lib. 12. Theb.

" *Dives & Hegaleus nemorum, Parnesq; benignus*
' *Vitibus*--------

Parnethos casus genit. apud Aristoph. in Nubibus.

Dionys. Parnessus, mons Mediæ, ad cujus radices Bactri incolunt. Sed hic Paropamisus legendum puto: sub eo enim Bactri sunt teste Plin. non in Media.

Ptol. Parœcopolis, urbs Maced. intra montes in Mysiæ conf. Scupi finitima. Sunt qui illam *Scopiam* seu *Scopam* indigitent; sed *Scopia* veteribus Scupi dicitur, non Parœcopolis.

Plin. Paropamissadæ, Paropanissadæ Ptol. pop. Asiæ inter Bactrianam ad occ. Indiam ad ort. Arachosiam ad Austrum, & Sogdianam ad Bor. Quorum reg. nunc *Sablestan* Castal. & al. dicitur, & regia Carura, seu Ortospana vel Ortospanum. Vide ibi.

Mel. Sol. Paropamisus, Paropamissus Plin. Paropanisus Ptol. Parnasus Aristot. *Calchistan* Castal. & Mol. mons excelsus Paropamissadarum, Tauri pars, ex quo Bactrus fluv. Bactrianæ ingens. Ex eo etiam Indus fluv. Indiæ maximus teste Plin. & Arrian. profluit; cujus ostia à fontibus 13000. stad. ut scribit Strab. distant. Hujus montis jugum altissimum *Navagrot* à M. Paulo Veneto appellatur, (si qua fides illi habenda) *Pamer* à Mercat.

Polyb. Paropus opp. fuit Siciliæ in ora occidua contra Usticam insf. Pop. Paropini Plin. Hujus loci nullum dicitur vestigium extare.

Strab. Plin. & al. Paros, *Pario* Soph. ins. maris Ægæi, una Cycladum, prius Pactya, & Minoa teste Plin. dicta, Demetrias, Zacynthus, Hyria, Hilyessa, & Cabarnis Steph. Pario marmore clara, & lapide, quo, veluti Lydio, aurum probatur, à Delo 38. mill. pass. in merid. sed apud recent. 20. tantum, Ion versus 40. circuitu 80. cum urbe episc. olim sub archiep. Rhodiens. nunc metropoli, quæ à Græcis Paronaxia dicitur. De ea Ovid. lib. 7. metamorph.

" *Marmoreamq; Paron, quaque impia prodidit arce.*

Hinc Parius nom. gent. Virgil. lib. 1. Æn.

" *Argentum Pariusque lapis circundatur auro.*

Paros frigidam habet aquam & mulieres formosas apud Aristoph. quod adagii speciem habet, quo significamus non esse commodum absque incommodo, seu bonum malo compensari, misceri ve. Hic mures non reperiri feruntur. Marmor Parium candidum & lucidum maxime commendatur: sic Carystium, Chium, Cyzicenum, Docimæum, Laconicum viride, Lunense, Numidicum purpureum, Sicyonium, Synnadicum maculosum, Syenense, Thasium maculosum, & Tænarium. Patria fuit Archilochi poetæ iambographi teste Hor. quæ aliis Parium, al. Sparta.

Steph. Paros vel Pharos, ins. altera Liburniæ apud Steph. Vide Pharia, sic enim ab aliis dicitur.

Hom. Pauf. Parrasia, Parrhasiæ Plin. Parrhasii Strab. & Vib. opp. reg. & pop. Arcadiæ in Peloponneso, ubi Parrhasium nemus Stat. & Parrhasius mons Hesychio. Virgil. lib. 8. Æn.

" *Parrhasio dictum Panos de more Lycæi.*

Ovid. lib. 2. fast.

" *Altaque Træzene, Parrhasiæque nives.*

Est autem Parrhasia Stymphalo finitima. Parrhasis etjam nomen gentile dicitur. Ovid. lib. 1. trist. eleg. 3.

" *Versaque ab axe suo Parrhasis Arctos erat.*

Opp. à Parrhaso filio Lycaonis nomen habet, teste Steph.

Plin. Parrasini, populi Asiæ circa Sogdianam, & apud Q. Curt. Indiæ ulterioris pop. describuntur: qui nunc dicantur, ignoratur.

Parrasium, urbs Gall. Transpad. excisa, inter Cremam & Forum Juntuntorum. Vide Parasium; utroque enim modo scribitur.

Lib. N. Parrodunum, opp. Rhætiæ, quod teste Laz. idem est Parthano; etiam ratio distantiæ persuadere videtur.

Ptol. * Parsueti, Parsenti Strab. *Nochdariasari* teste Castal. montes Asiæ circa fontes Indi fluv. pars Tauri & Paropamisi, vel illi attigui. [* Παρυητοι Seld. manuscr.]

Anton. Parthanum *Partenkirch*, olim opp. nunc pag. Vindeliciæ in Bavaria ad Loysam fluv. teste Siml. inter Inutrium 2. & Scongam opp. Sueviæ 5. leuc. ab Oeniponte 7. Augustam versus 16. De eo lib. 4. Itin. sic:

" *Quid memorem parvam, sed prisci nominis urbem*
' *Parthanum?*--------

Ibi Fridericus ab Henrico imperat. victus.

Plin. Partheni, Parthini Polyb. pop. Illyrici circa Epidaurum, ut Ortel. videtur: sed errat; nam longe distantes ab Epidauro in ortum recedunt, juxta fines Macedoniæ. Ibi Parthenia Polyb. opp. Parthinorum Cæs. *Presa* teste Barletio, opp. Croiæ urbi Macedoniæ finitimum. Ex quo male Ortel. Parthinos *Ragusei* indigitat; cum Cæs. Parthinorum opp. in finibus Macedoniæ describat.

Pol. Strab. Parthenias, fluv. Peloponnesi per Elidem fluens, ac Epinam oppid. illius reg. interluens. Al. Parthenius nominatur.

Anton. Parthenicum, *Partanna* teste Fazell. locus Siciliæ inter Panormum 24. & * Hyccaram 35. mill. pass. ex Itiner. Anton. Nunc inter Hyccaram 12. & Drepanum 35. [* Distat ab Hyccara in uno itinere Anton. 8. in alio 12. mill.]

Plin. Parthenium, *Capo Rosaphar* teste Nig. prom. Tauricæ

ricæ apud Bosporum Cimmerium, à Panticapæo 60. stad. à Myrmecio 20. Parthenium etiam Plin. fuit opp. Mysiæ in Asia apud Troadem urbem. Fuit & urbs Eubœæ, ac Thraciæ teste Steph. Nom. gent. Parthenius.

Macrob. Parthenium mare, pars maris mediterranei inter Asiam & Africam teste Macrobio libro de somno Scipionis.

Strab. Ptol. Plin. Parthenius, fluv. tergeminus: unus Bithyniæ in Paphlagoniæ conf. inter Tium & Amastrim urbes in mare Euxinum exiens, apud Amastrim, *Parteni* Mol. *Dolap* Nig. & al. Amastrim urbem alluens & interluens teste Steph. sic à Diana quæ juxta illum venata dicitur, vel à filia Palætinis regis, quæ in eo suffocata est, dictus. Alter Arcadiæ in Peloponn. ex montibus illius, (de quibus Plin. Liv. ac Mela) profluens. Tertius Sami inf. ex quo illa Parthenia dicta est, qui & Imbrasus. Vide ibi. Additur 4. fluv. Sarmatiæ Europ. De quo Ovid. lib. 4. de Ponto, eleg. 10.

" *Partheniusque rapax, & volvens saxa Cynapes*
" *Labitur, & nullo tardior amne Tyras.*

Parthenius item Plin. mons Arcadiæ: in quo virgines Veneri sacra faciebant.

Strab. Plin. Parthenope Neapolis, urbs Campaniæ clarissima, à Sirene ibi sepulta teste Plin. dicta est. A Rhodiis condita teste Steph. De qua Virg. lib. 4. georg.

" *Illo Virgilium me tempore dulcis alebat*
" *Parthenope, studiis florentem ignobilis oci.*

Hinc Parthenopæus nom. gent. Virg. lib. 6. Æn.

" ———————*hic inclytus armis*
" *Parthenopæus, & Adrasti pallentis imago.*

Ptol. Parthenope item inf. maris Tyrrheni in fin. Puteolano, *Ventotiene* Mazz. & Collenutio testibus, seu in sin. Formiano apud Cajetam.

Plin. Parthenopolis opp. fuit Mysiæ in Asia ad Hellespontum; & Parthenopolis urbs Maced. à Gerasto Mygdonis filio condita, & sic à filiabus suis nominata.

Parthenopolis item (ex antiqu. urbis Magdeburgensis monumentis, teste Munstero) Magdeburgum, urbs præclara Germ. in Saxonia ad Albim fluv. libera, & archiep. an. sal. 941. effecta, inter Brunopolim ad occ. 11. & Berlinum ad ort. 16. leuc. Dicta est, quod ibi Diana virgo culta fuerit. Eadem poetis German. Parthenope, & Magdeburga dicitur.

Strab. Plin. & al. Parthi, pop. notissimi Asiæ ex Scythia profecti; qui orientis imperio diu potiti sunt: quorum reg. Parthia; de qua mox. De quibus Virg. lib. 4. georg.

" *Prima leves ineunt si quando prælia Parthi.*

Strab. Plin. Liv. & al. Parthia, prov. Asiæ maxime nota, inter Mediam ad occ. & Ariam ad ort. ac inter Persidem ad merid. & Hyrcaniam ad Septentriones. Varie hodie nominatur; *Arach* Mercat. *Iexdi* Alphonso Hadriano, *Corasan* Nigro: cum enim diversis constet regionibus, diversa quoque habet nomina. Cujus urbes olim clariores, Hecatompylos, Ambrodax, & Artacana. De qua Claud. de bello Gildon.

" *Hausimus: ipsa meos horreret Parthia casus.*

Hinc Parthicus nom. gent. Claud. lib. 1. in Eutrop.

" ———————*seu Parthica ferro*
" *Luxuries vetuit nasci lanuginis umbram.*

Parthi temulentiæ bibacitatisque notantur: ab eis enim adagium ortum est, *Parthi quo plus biberint, eo plus sitiunt*; quod non tam de avaris, quam de studiosis usitari solet. Parthi & Persæ unguentis maxime utuntur: vinum conficiunt ex palmis: gloriam in potu ponunt, crapulæ dediti, cicadis vescentes, & aliis cibis, ex quibus, & nimio haustu, vini graveolentia laborant. In venerem ita proclives sunt, ut sororibus & matribus commisceantur, teste Tertulliano. Furta apud illos impunita sunt. Nec statuas neque templa olim erigebant diis, regem pro numine habentes: Jovi tamen in montibus hostias immolabant; Soli, Lunæ, & Telluri quoque rem divinam facientes. Mentiri turpissimum putabant. Ab infantia pileis & tyaris utuntur: ex quo capita illis sunt fragilia. De his plura Cæl. lib. 5. ex Herod. Parthi & Parthyæi teste Steph. dicti sunt à fuga, quod ex Scythia hi pop. ad Medos fugientes nom. Parthiæ dederint, Parthi enim fugaces dicuntur à Medis.

Parthini pop. in Macedon. à Plin. lib. 3. cap. 23. memorantur.

Parthyene, reg. Parthiæ inter Cominsinen ad Bor. apud Hyrcaniam, & Choroanam ad Austrum, varie indigitata, à Castal. *Delin*, à Nigro *Tarpastan*, à Pineto *Naistan*. Ptol.

Partiscum, *Paroczlo* teste Laz. oppid. Iazygum in Hungaria Transdanubiana Agriæ urbi finitimum, ab ea in ort. & merid. recedens. Ptol.

Paryadris, mons Armen. majoris. Vide Pariedrus, varie enim à scriptoribus scribitur. Ptol.

Pasagarda, & Pasargada, Passagarda Sol. ubi Cyri sepulchrum, *Chilquera* teste Thev. urbs Persidis quondam clara & regia, in mediterr. non Mediæ, ut in Thes. ling. Lat. Sunt & Pasargadæ pop. Persidis apud Dion. Forte, quia sunt in confinio, utrique reg. attribuuntur. Illos Sabis, sive Sabæis finitimos facit Dionys. cum ait; Strab. Plin. Ptol. & al.

" *Prima parte Sabæ, mediisque Pasargada; post hanc*
" *Tascorum tellus habitat gens fortis & arcu.*

Hæc urbs à Cyro, cum Astyagem vicisset, condita fuit, teste Steph.

Pasargadæ etiam pop. Carmaniæ apud Ptol.

Pasitigris. Vide Tigris. Pasitigris Plin. Tigris fluv. vocatur, ubi omnes illius alvei in unum coeunt, antequam Choaspen fluv. excipiat ex Media, seu Susiana. Plin.

Passala, inf. parva Cariæ Doridi reg. adjacens in sin. Ceramico. Est & navale Mylassorum, teste Steph. Plin.

Passanda, locus apud Adramyttium, urbem.

Pastona, opp. Armen. minoris ad Euphratem, inter Simyram 50. & Melitenen 74. mill. pass. Plin.

Pastos, oppid. Ægæi maris non procul à Neapoli Thraciæ, ex lib. 4. c. 11. Plin. ubi nihil hodie. Plin.

Pasumena terra, *il Casentino* teste Volaterr. ager Hetruriæ in territorio Aretino, ab ipsa urbe in Bor. distans. Strab.

Patala, *Diu* Nig. & Pineto, *Petacal* Castal. (quod verisimilius videtur) urbs Patalenes inf. in Indi fluv. ostio, inter illud & Baracen inf. Patalenes inf. mem. Dionys. Afer. Ptol.

" *Dividua cujus Patalene cingitur unda.*

Patalos, insula Cariæ teste Steph.

Patara, *Patera* Soph. urbs Lyciæ apud oram littoream, olim Arsinoe teste Strab. & Sataros Plin. templo & oraculo Apollinis, ut Delphi, quondam clara, Xantho urbi mediterr. proxima, in colle, episc. sub archiep. Murensi, inde 20. tantum stad. distans. Nomen habet à Pataro Apollinis filio teste Steph. Hinc Pataræus nom. gent. Ovid. lib. 1. metam. Strab. Plin. & al.

" *Et Claros, & Tenedos, Patarœaque regia servit.*

Hic Apollo sex mensibus hyemalibus responsa dabat, unde Patareus dictus est; reliquis sex mensibus Deli, ut author est Servius. Pataræ Acesæus ortus & Helicon Caristius peplum Palladis Athenis contexuere, adeoque in arte excelluerunt, ut *Acesei & Heliconis opera* adagium esset, de re exquisitissime facta. Hic Apollo dabat responsa sex mensibus anni, erat enim ibi oraculum, teste Lucian. nulla facta mentione hyemis.

Patavia, Batavæ lib. Not. *Passaw*, urbs Norici in Vindeliciæ confin. ad Oeni cum Danubio confluentiam, in Bavaria, non obscura, episc. sub archiep. Salisburgensi, inde 12. leuc. in Bor. inter Ratisponam ad occ. 16. & Lintium in ort. 9. Vienam versus. Prov. Rom.

Patavium *Padoua*, urbs Venetiæ ampla, episc. sub archiep. Aquileiensi, & academia præclara, ad Medoacum fluv. Friderico imper. & Cœlestino 4. Pont. max. erecta, à Venetiis 24. mill. pass. in occ. Vicentiam Plin. Liv. Mel. & al.

tiam versus 18. à Ferraria 48. in Bor. T. Livii patria. Ejus ab Antenore Trojano conditæ mem. Virgil. lib. 1. Æn.

" *Hic tamen ille urbem Patavî, sedesq; locavit.*

Patavinus nom. gent. Miror Ortel. hic Patavium cum Pœtovio urbe Pannoniæ confundere. Patavium non solum T. Livium, sed etiam Valerium Setinum Aponi natum dedit; qui Argonautica, Apollonium Rhodium imitatus, sub Domitiano imp. scripsit teste Crinito. Is Amazonium puerum amavit. Urbs à Maximiliani militibus occupatur an. sal. 1509. Patavini post excidium Aquileiæ Venet. condiderunt. Vellera Patavina commendat Mart. lib. 14. ep. 141.

" *Vellera cum sumant Patavinæ multa trilices.*

Ptol. Patavium alterum, opp. Bithyniæ mediterr. *Polmen* Mol. inter Nicomediam & Prusiadem, ab ea in Austrum recedens.

Plin. Pateria, ins. parva & deserta apud Chersonesum Thraciæ; licet in Thes. ling. Lat. non procul à Lemno legatur.

Ptol. Paterniana, *Pastrana* teste Jo. Mariana, opp. præclarum Hisp. Tarracon. in Castella nova, inter Concham 7. & Arriacam 6. leuc. ab Opta 4. à Toleto supra 20. ducatus. Al. est *Paternoa* oppidulum in regno Valentiæ, ab ea urbe 2. leuc. recedens in occ. Sed situs apud Ptol. non congruit.

Anton. Paternum, Crimissa Lycophr. *lo Ciro* teste G. Barrio, opp. Magnæ Græciæ, olim urbs episc. in ora, ubi sinus Tarentinus incipit, à Crotone urbe 24. mill. pass. in Bor. Roscianum versus ad 36. Cariato proxima. Est & Paternum, sive Paternio, *Paterno*, opp. Siciliæ non obscurum Hadrano propinquum, 4. mill. pass. distans, à Rogerio comite adversus Saracenos extructum.

Plin. Pathissus, Tibiscus Ptolem. *Tyssa* Laz. vel *Teissa*, fluv. ingens Iazygum Metanastarum in Hungaria Transdanubiana à Carpate monte profluens, longoq; tractu in Danubium inter Petrovaradinum oppid. & Taurunum urb. decurrens, Solnocum & Segedinum urbes alluens, Iazygasque à Dacis separans: qui Tibesis Herod. & Parthiscus Amm. dicitur. In Thes. ling. Lat. ponitur in Sarmatia.

Ptol. Pathmeticum, Phatniticum Plin. & Amm. Phatnicum Strab. Phatmicum Diod. ostium Nili inter Pineptimum ad occ. & Mendesium ad ortum.

Strab. Plin. Pathmos, *Palmosa* Soph. ins. maris Icarii, una Sporadum, proxima Io, 10. mill. pass. distans, ab Icaro 55. ambitu 36. Scribitur etiam Patmos sine aspirat. exsilio D. Jo. apostoli clara, cujus manum ibi adservari ferunt, unguibus statis temporibus excrescentibus. Urbem habet episc. sub archiepisc. Rhodiensi. De ea quidam poeta sic:

" *Hinc post Carpathias hyemes, Pathmonq;, Samonq;,*
" *Vitiferam Lesbon, vitiferumque Chium.*

Lib. Not. Patinaria via in Sabinos ducebat, sicuti & Quintia.

Ptol. Patiorus, *Palazzolo* Aretio, opp. Siciliæ mediterr. apud Acras opp. excisum, & Clarum mont. à Syracusis 24. mill. pass. in occ. quot fere à Camarina in Bor.

Cic. Strab. Plin. & al. Patræ *Patras*, colonia & urbs Achaiæ in Peloponneso archiep. apud Rhium prom. & os sin. Corinthiaci, à Corintho 87. mill. pass. in occ. *Badra*, & *Balubathra*, i.e. veteres Patræ, à Turcis dicta teste Leuncl. nunc quoque florens. Patræ item in Phthiotide Laonico, quæ Patræ Thessalicæ dicuntur à D. Paulino, apud Thermopylas. De priore Sil. lib. 15.

" *Tum lustrata Ephyre, Patræq;, & regia Pleuron.*

Patras à Patreo quodam dictas Steph. scribit.

Scrip. Hib. Patricii purgatorium, *Ellanu Frugadory* teste Guil. Camd. locus Hiberniæ per quem olim in inferos erat descensus, ex vita S. Patricii episcopi; ubi mira narrantur. In Ultonia reperitur, comitatu Donegalliæ.

Patridava, *Pettersdorff* teste Laz. oppid. Daciæ in Valacchia. *Ptol.*

Patrocli ins. Patrocli vallum Strab. ins. parva Atticæ, inter Piræum portum & Sunium prom. Qui nunc appellatur apud neminem legi. *Steph. Paus.*

Patrovissa, *Brassow* vel *Brassowa* Hungarice, *Cronstat* incolis, urbs episc. Daciæ in Transsylvaniæ & Moldaviæ conf. apud Alutam fluv. à Cibinio & Alba Julia 18. leuc. in Cæciam: quæ Corona, & Stephanopolis. Al. Prætoria Augusta esse videtur. Vide ibi. *Ptol.*

Patycos *Paula*, & *Paola*, opp. Brutiorum apud oram littoralem Calabriæ citer. teste Barrio, inter Blandam & Amantiam 16. mill. pass. quot à Consentia, vino sericoque clarum, D. Francisci Minimorum autoris patria. Steph. illud in mediterr. Oenotriæ describit. *Steph.*

Patzinacæ, pop. Scythiæ Europ. qui & Basilii dicuntur: quorum reg. *Podolia* esse videtur Ortelio. Sed *Podolia* reg. Bodenorum aliis esse videtur. *Suidas.*

Pauca, *Paconia* in tab. recent. *Pavonia* al. oppid. olim, nunc pagus Corsicæ in ora occid. inter Marianum prom. & Urcinium urbem, apud Locræ fluv. ostium. Sed *Paconia* longe hinc abest, à Bonifacio ad 28. mill. pass. à littore 12. in Circium. *Ptol.*

Pauliacus, *Pauliac* etiam hodie teste Vineto, pag. Aquit. ad Garumnam fluv. in finibus Medulorum, in ora, inter Burdigalam & Baionam. *Auson.*

Paulini prædia, *Villa di Ruvignas* teste Porcatio, villa & locus Carnorum apud Forum Julii. *Plin.*

Paulon, *Palion* hodie, fluv. Liguriæ in Gall. Narbonens. conf. apud Nicæam urbem cis Varum fluens. *Mel.*

Pausilypum *Capo di M. Posilipo*, prom. Campaniæ apud Mergellinen, non procul à Neapoli, ab ea ad 3. mill. pass. Puteolos versus distans. Mons quoq; Neapoli imminens, qui *Antignano*, & *la Conocchia* nominatur. Nomen habet ab amœnitate. In Thes. ling. Latinæ pro prom. villa male scribitur. *Plin. Columel.*

Pausulani, pop. Piceni; quorum ager Pausulensis in lib. de limitibus appellatur, & pag. *Pasuli* teste Rubeo in agro Firmano. *Plin.*

Pautalia, *Palutzo* teste Leuncl. oppid. Thraciæ mediterran. ubi Pautaliotæ populi in nummo Antonini Pii. *Ptol.*

Pax Augusta, Pax, & colonia Pacensis Plin. Pezaugusta seu Pazaugusta Strab. *Badajoz*, & *Baxagus* Mauris, urbs Lusit. episc. Extremaduræ olim, sub archiep. Emeritens. nunc sub Compostellano, ad Anam fluv. inter Emeritam 9. & Eboram 10. leuc. caput regionis. *Vet. insc.*

Pax Julia *Beja*, & *Pacca* Mauris, urbs Lusitaniæ in regno Portugallico teste And. Resend. inter Eboram ad Bor. 10. & Balsam ad merid. 18. leuc. quot à Pace Augusta, ab Ulyssippone 22. Hispalim in Cæc. versus. Sunt qui hanc Pacem Augustam esse velint, sed antiq. obstant inscriptiones. In Thes. ling. Lat. pro *Beja*, *Badajox* legitur. *Ptol. Anton.*

Paxæ, *Paxu* teste Nig. ins. duæ Epiri inter Corcyram ad Bor. & Leucadem ad Austrum, à Corcyra 5. mill. pass. distantes: quarum major *Paxu*, minor vero *Antipaxu* nominatur. Bordonius Ericusam cum Paxis confundit, cum Plin. Ericusam diversam faciat, eamque inter Corcyram & Paxas locet: quas Paxas recentiores à Corcyra duplo, hoc est 10. mill. pass. distare scribunt. *Polyb. Plin.*

Paxos, ins. parva maris Ionii inter Ithacam & Echinades, potius scopulus, habitatoribus carens. *Plin.*

Peapolis eadem urbs est quæ Herbipolis, teste Irenico, & abbate Spanheymente, urbs episc. Franconiæ. Vide Herbipolis. *Scrip. Germ.*

Pecentinum, seu ex al. cod. Percentinum, *Pekaricz* teste *Anton.*

teste Laz. opp. Pannoniæ sup. inter Sisciam ad occ. & Cibalim ad ort. 82. mill. pass. ex Ant.

Steph. Peda, (non Pedana, ut in Thes. ling. Lat.) Pedum Liv. opp. fuit Latii, cujus pop. Pedani Plin. & Plut. & reg. Pedana Hor. quæ adhuc nomen retinet, non longe ab urbe Roma teste Porphyrio; licet Cruquius illam inter Tybur & Præneste locet. T. Liv. scribit Pedanos cum Aricinis, Laviniensibus, & Veliternis civitate donatos. Hor. lib. 1. epist. 4.

" *Quid nunc te dicam facere in regione Pedana?*

Ptol. * Pedæus, *Pedeo* etiam hodie, fluv. Cypri in ora orientali, inter Pedalium prom. & Salaminam urb. excisam. [* Πεδιαιος in Seld. manuscr.]

Ptol. Pedalium, (quod tamen in Græco cod. desideratur) Pedasium Strab. *Capo di Griego*, prom. Cypri in ora ad ortum Ammochosto urbi proximum, à Clidibus 680. stad. teste Strab. distans.

Strab. Steph. Pedasa, Pedasus Plin. quæ & Pegasa Steph. oppid. Cariæ mediterr. à Cyro Pytharcho duci elargitum teste Athenæo.

Strab. Hom. Pedasium. Vide Pedalium. Sic, ut videtur, errore scriptorum legitur.

Pedasus. Vide Methone..

Cic. * Pedentissum opp. erat Ciliciæ præmunitum à Cic. expugnatum. Pop. Pedentissæ. Horum mem. Cic. in epist. familiar. [* Idem forsan cum, & corrupte pro Pindenissus. Vide ibi.]

Polyb. Pediadis, reg. Bactrianæ, per quam Oxus fluv. decurrit.

Plin. Just. Pediculi, Pedicli Strab. pop. Apuliæ inter Peucetios & Salentinos, circa Brundisium, ubi Ostunium *Ostuni*, urbs episc. sub archiep. Brundisino, inde 24. mill. pass. Monopolim versus 20.

Pedili Plin. sunt populi ad cavum Alpium incolentes.

Plin. Pedna, ins. parva maris Ægæi circa Lesbum, veluti scopulus illam circumstans.

Polyb. Ptol. Pednelissus, Petnelissus Strab. Pindenissus Cicer. Plantanistum Plin. urbs Pamphyliæ mediterr. in Pisidia, inter Selgam & Cremnam, episc. cum staret sub archiep. Pergensi.

Liv. Pedo, al. Pedum, & al. Peda, opp. fuit Latii in Pedana reg. prope Romam & Tybur. Pop. Pedani, Liv. municipes. Steph. Pedanos reponit in Ausonia.

Ptol. Pegæ, Pagæ Plin. *Luig Ostri* teste Mol. urbs episc. Achaiæ in Megaride apud isthmum, sub archiep. Atheniens. nunc metrop. *Pago*. Vide Pagæ, utroque enim modo legitur.

Pegasa. Vide Pagasæ. Sic Pegaseus: vide Pagaseus.

Plin. Pegasium stagnum, à Pegasi ungula, ut poetæ fingunt, circa Ephesum in Ionia procreatum, sicuti & Hippocrene. Hinc Pegasis patron. Ovid. in epist. 5.

" *Pegasis Oenone Phrygiis celeberrima sylvis.*

Ptol. * Peguntium, Piguntiæ Plin. *Almissa* teste Nig. urbs Illyrici marit. in ora Dalmatiæ, inter Salonas ad occ. & Epidaurum ad ort. à Salonis 33. mill. pass. episc. sub archiep. Spalatensi, cui nunc sedes copulata est, inde 20. mill. in ortum. [* In manusc. Selden. Πηγέντιον.]

Plin. Peiso *Neusidler see*, lacus Pannoniæ super. in Hungariæ & Austriæ conf. inter Vienam & Sabariam, apud Sopronium, *Ferteu* Hungaris teste Laz.

Pelagia apud Avien. insula est Hispan. in qua herbæ multæ nascuntur: de qua dubitat Ortel. an sit eadem cum Scombraria.

Ptol. Pelagiæ, *Conigliere* teste Nigro, ins. quinque inter Siciliam & Africam, Tarichiæ, vel Phœnicorum ins. Strab.

Strab. Plin. Liv. Pelagonia, quæ & Tripolitis, à tribus urbibus, teste Strab. reg. Macedoniæ, ubi Pelagonia urbs Liv. Pop. Pelagones Plin. Strab. Liv. & Ptol. qui & Pæones Strab. Hic miror Steph. Pelagoniam reg. Siciliæ facere, frequenter etiam in aliis errantem.

Plin. Strab. & al. Pelasgi, pop. Græciæ in genere per varias regiones dispersi, qui Pelargi, quasi vagabundi uti ciconiæ teste Strab. dicuntur, à Pelasgo Jovis & Larissæ filio dicti: qui primi Latium litteras docuisse feruntur. Ovid. lib. 2. de arte am.

" *Hæc tibi non hominem, sed quercus crede Pelasgas.*

Hinc Pelasgia reg. quæ & Pelasgis. Pelasgi quondam multarum terrarum possessores fuere, teste Strab. nam Ioniam ad mare, Chium, Lemnum, Imbrum, partem Thessaliæ juxta Larissam, & Cretæ, Achaiam, & Æoliam in Asia incoluere. Tandem in parvam Græciæ partem se receperunt. Unde adagium hoc emersit, *Pelasgi olim, postea Danaidæ*, in eos qui ex magna in tenuem fortunam devenerunt. Pelasgi quoque, cum in Attica prius habitarent, ab Atheniensibus sedibus pulsi Lemnum insulam incoluere: sed injuriæ memores, in Atticam, quo tempore mulieres Athenienses sacra extra urbem Minervæ facerent, venientes, illas ex insidiis exsilientes rapuerunt, navigiisque impositas in Lemnum deduxerunt, ac ex illis tanquam ex concubinis liberos plures susceperunt; quos matres ita more Attico educarunt, ut adulti aliis Pelasgorum liberis aut puellis non commiscerentur; sed & si ab aliquo pulsari eos contigisset, injuriam concorditer propulsabant. Quod cum Pelasgi vidissent, illos cum matribus ex improviso omnes ad unum interemerunt. Ex quo orbitate, sterilitate, pestilentia, aliisque cladibus afflictis, adagio locus factus est *Lemnium malum*, de quovis malo ingenti & miserando, ut Herod. in Eratone author est. Tot igitur malis perculsi Delphicum oraculum consuluere, quonam modo ab his malis liberarentur: quibus responsum fuit, ut Atheniensibus satisfacerent. Cumque Atheniens. sibi satisfactum iri dicerent, si Lemno secederent; illi se tunc Lemnum relicturos respondebant, cum eo uno die vento Boreali Athenienses adnavigassent. Quod cum nulla ratione fieri posset, Miltiades Atheniensium dux, colonia in Cherronesum deducta, inde tanquam domo sua uno die flante Borea Lemnum pervenit; sicque artem arte deludens, Pelasgos Lemno decedere coegit.

Plin. Pelasgicum Argos, quæ & Æmonia, reg. Thessaliæ, Pelasgis Herod. Pelasgia Diod.

Ptol. Pelasgicus sinus, Pagasicus Plin. Pagasiticus Strab. Pagasæus Melæ, à Pagasa urbe, Iolciacus ab Iolco Ovid. Demetriacus Liv. à Demetriade urbe, Macedonicus Ortelio, *Golfo dell' Armiro*, & *Golfo del Vollo* vulgo.

Strab. Ptol. Pelasgiotæ, pop. Thessaliæ apud Peneum fluv. & Olympum mont. incolentes, Perrhæbis finitimi, inter ostia Penei, & Magnesiam prom, quorum urbes Æantium, & Iolcos.

Steph. Pele, opp. geminum Thessaliæ; unum ab Eurypylo, alterum ab Achille conditum: sed neutrum exstat.

Plin. Ptol. Pelendones, pop. Hisp. Tarracon. in Castella vet. quorum reg. seu tractus inter Burgos, Calagurim, & Turiasonem, ubi *Sierra de Cogollas*, & *Sierra Piguera* teste Flor. & opp. *Salas*, *Lara*, *S. Pedro d' Arlanza*, *Aguilar del Campo*, & *Binoesa*.

Plin. Pelestini, pop. Umbriæ inter Eugubium & Tifernum, quorum locus *Plesteta* adhuc nominatur teste Rob. Vitio: ubi Publicum opp. *Piobico*, intra montes, comitatus, ità Castro Durantis 7. mil. pass. à Tiferno Tiberino 12.

Strab. Steph. Pelethronium, mons Thessaliæ apud Pelium mont. cum opp. cognomine. Pop. Pelethronii, qui & Lapithæ. Ovid. lib. 12. metam.

" *Vellit Pelethronius Macareus in pectus adacto.*

Hi primum equos domuisse feruntur. Virg. georg. l. 3.

" *Frena Pelethronii Lapithæ, gyrosque dedere.*

Pelethronia vallis ad montis Pelii radices sita est. In ea Æsculapius draconem Pellæum (de quo Lucian. in Pseudomante) educasse fertur Pauſ. referente : ad quem draconem accedebant ad oraculum euntes, ut reſponſa haberent.

Catoni. Pelia *Paglia*, fluv. Hetruriæ ex mont. Tuniato apud Aquulam opp. fluens, & infra Oropitum urb. in Tiberim, Glani accepto, influens.

Strab. Plin. & al. Peligni, pop. Italiæ in Aprutio, Veſtinis & Marrucinis finitimi: quorum urbs Sulmo, & reg. nunc *Valva*, & pop. Valvenſes; unde epiſcopus Sulmonenſis etiam Valvenſis appellatur. De quibus Ovid. lib. 4. de Ponto, el. 14.

" *Gens mea Peligni, regioq; domeſtica Sulmo.*

Liv. Pelinnæum opp. erat Macedon. in finibus Athamanum, Limnææ oppid. proximum, à M. Acilio conſ. ablatum Philippo regi teſte Liv. lib. 6. dec. 4.

Plin. Mel. Sol. & al. Pelios, Pelius & Pelion, mons Theſſaliæ Oſſæ & Olympo attiguus, ubi Pelium nemus apud Quintil. hodie *Petras* teſte Jo. Tzetza. Ejus memin. Virgil. lib. georg. 1.

" *Ter ſunt conati imponere Pelion Oſſæ.*

Hinc Peliacus nom. gent. Ovid. lib. faſt. 1.

" *Summaq; Peliacus ſydera tangat apex.*

Pinis & quercubus ac ornis vertex abundat apud Vib. Sequeſt.

" *Quantum Peliacas in vertice vicerat ornos.*

Pelion mont. Dicearchus Siculus Ariſtot. auditor cæteris Theſſaliæ montibus altiorem 1250. paſſibus ratione perpendiculi invenit, teſte Plin. lib. 2. c. 65. quam tamen ſententiam non probat.

Pelium, opp. Maced. in finibus Daſſaretum, à Roman. captum, teſte Liv. lib. 1. dec. 4.

Catoni. Pelius, mons Thuſciæ apud mont. Tuniatum; ex quo Pelia fluv.

Strab. Plin. Ptol. Pella, *Ieniza* Nicol. Soph. colon. & urbs Macedoniæ in Emathia, inter Berrhœam & Lariſſam, natalibus Philippi & Alexandri magni clara, inter Ædeſſam ad occ. & Theſſalonicam ad ort. 28. mill. paſſ. à Pydna 2. caſtris, ab Amphipoli 4. teſte Liv. De ea Luc. lib. 10.

" *Exigua ſecura fuit provincia Pellæ.*

Hinc Pellæus, a, um, apud Juvenal. ſat. 10.

" *Unus Pellæo juveni non ſufficit orbis.*

Pella Bunomos quondam, & Bunomea Herod. dicta.

Plin. Ptol. Pella altera, urbs Palæſtinæ in Cœleſyria, & reg. Decapolitana, trans Jordanem fluv. adhuc nomen retinens antiq. olim epiſc. ſub patr. Hieroſolymitano, proxima Geraſæ. Pella item in Theſſalia, & quarta in Achaia teſte Steph. qui primam à Pella conditore dictam ſcribit.

Plin. Pellæus, pag. Babyloniæ, ſeu Chaldææ, apud Characem opp. & oſtia Tigridis, & Teredonem urb.

Plin. Pauſ. Pellana, Pallena Diod. Pellene Polyb. quæ & Tripolis, opp. Laconicæ in Peloponn. in Arcadiæ confinio, à Plin. in ipſa Arcadia, ubi Pellanius fons.

Caſſiod. Pellena, fluviolus Gall. Togatæ in territ. Ravennate, ubi olim Vivarienſe cœnobium teſte Hieron. Rubeo.

Steph. Plin. Pellenæus, Pelinæus Strab. mons Chii inſulæ, in quo vinum provenit generoſum inter alia vina non obſcurum.

Strab. Plin. Ptol. Pellene, Pellina Steph. *Taracha*, & *Tachara* aliis, incolis *Dracopton* teſte Nig. & al. *Tarſo*, opp. Achaiæ in Peloponn. à ſin. Corinthiaco 60 ſtad. in Auſtrum recedens, inter Phliuntem & Buram. Pellina quoque Liv. Pelinna Steph. opp. fuit Theſſaliæ. Pellenicæ lanæ olim nobiles, ex quibus lacernæ fiebant, quæ in ludis & certaminibus Junoniis victoribus loco præmii dabantur, autore Jul. Poll. unde proverbialiter *Tunica Pellenica*, ſeu *Pellenea*, apud Suid. dicitur de ſplendida veſte.

Pelodes, *Pagania* teſte Mol. portus Epiri ſic, quod cœnoſus ſit, appellatus, inter Buthrotum urb. & Thyamim portum. Strab. Ptol.

Pelope teſte Steph. pag. Lydiæ in Phrygiæ confinio.

Pelopis, inſ. parva ſeu ſcopulus Argiæ reg. Peloponn. ante Methanam opp. Pauſ.

Peloponneſus, quaſi Pelopis inſula, ſic à Pelope rege nominata, *la Morea*, peninſula maxima Græciæ, olim Apia & Pelaſgia, Plin. teſte, dicta, & Argos Achaichum Strab. longa lataque 175. mill. paſſ. ambitu 550. mill. à Sicilia 450. in ortum recedens, iſthmo anguſto Achaiæ, ſeu Græciæ juncta, in plures diviſa regiones, quarum præcipuæ, Achaia, Elis, Meſſenia, Laconica, & Argia, & quæ prorſus mediterranea eſt Arcadia. Urbes olim claræ, Meſſene, Corinthos, Tegea, Lacedæmon, & Argos : nunc clarent Methone, Patræ, Nauplia, & Lacedæmon. In Theſ. ling. Lat. reg. Achaiæ dicitur, cum apud Ptol. & alios diverſæ ſint. In Peloponneſo, apud Mantinæam urb. Epaminondas Thebanus, cum Lacedæmonios viciſſet, ipſe haſta transfixus & moribundus, an clypeus ſuus ſalvus eſſet, & hoſtes fuſi, interrogavit; ac ubi hoſtes fuſos, & clypeum ſalvatum accepiſſet, haſtam juſſit corpore extrahi, ſicque mortem lætabundus oppetiit, Pauſ. teſte. Hæc una cum Ronto à Maumethe Turcarum imperat. capta eſt. Polyb. Strab. Plin. & al.

Pelorus, Pelorum Strab. *Capo della torre del Faro* Catt. & al. prom. Siciliæ Italiæ obverſum, unum ex tribus præcipuis prom. à Pachyno 162. & à Lilybæo 170. mill. paſſ. in Bor. à Meſſana urbe 12. Falacrium prom. verſus 18. ſic ab Hannibalis Carthaginenſ. gubernatore ibi ſepulto nominatum teſte Mela. De eo Ovid. lib. 15. metam. Cic. Plin. Ptol.

" *Evincitque fretum, Siculiq; anguſta Pelori.*

Virg. lib. 3. Æn.

" *Ventus, & anguſti rareſcent clauſtra Pelori.*

Peltæ, *Pelti* ſeu *Felti* nunc teſte Jo. Leuncl. urbs Phrygiæ magnæ epiſc. ſub archiep. Laodiceno, à Celænis 540. ſtad. teſte Xenoph. inter Apamiam ſeu Cibotum, & Philomelium. Pop. * Pelteni Plin. & Ptol. ſed in Lycaonia. [* Σπελτινοι in Seld. man.] Xenoph. Strab. Ptol.

Pelus, (Vide Pelius) mons, *Pelia* teſte Ortel. ſed fallitur, Pelia enim fluv. eſt, non mons, qui vulgo *Paglia* dicitur. Vide ibi. Eſt & Pelus Steph. inſ. juxta Chium. Caton.

Peluſium, *Belbais* teſte G. Tyrio, ſeu *Belbes*, (non *Damiata*, ut plerique indigitant cum Theſ. ling. Lat. cum *Damiata* ſit Thamiatis apud vet.) urbs Ægypti archiep. ſub patr. Alexandrino, apud Peluſiacum oſtium Nili orientale, à mont. Caſio 37. mill. paſſ. in Auſtrum Memphim verſus 250. ab Alexandria 209. in ortum. Hanc urb. locat Dionyſ. Afer. apud mont. Caſium, ubi ait, Strab. Plin. Ptol.

" *Poſt urbs ſub Caſio Peluſi vergit ad ortus.*

Pop. Peluſiotæ Plin. & aliis.

Peluſiacum, oſtium Nili orientalius cæteris, *Carabes* teſte Tyrio, inter Pharamiam & Taphium opp. excisa, ſic à Peluſio urbe vicina, à qua Peluſiacus nom. gent. Virg. lib. 1. georg. Plin. & al.

" *Nec Peluſiacæ curam adſpernabere lentis.*

Inde etiam Peluſius nom. gent. Luc. lib. 8.

" *In vada decurrit Peluſia ſeptimus amnis.*

Mart. lib. 13. ep. 5.

" *Accipe Niliacam, Peluſia munera, lentem.*

Peneius, *Igliaco* teſte Nig. fluv. Elidis in Peloponneſo, in mare Ionium labens inter Araxum & Chelonatem promontoria. Ptol. Apol.

Peneus, *Salampria* teſte Soph. *Pezin* Theveto, & al. *Aſababa*, fluv. Theſſaliæ à poetis maxime celebratus, omnia pene flum. reg. excipiens, in iis Salambriam, (à quo nunc amiſſo nomine nominatur) Enipeum, & Sperchium, ex Pindo mont. oriens, & per Tempe in ſin. Pagaſicum influens. De quo Ovid. lib. 1. metam. Strab. Plin. Ptol. & al.

" *Syl-*

" *Sylva: vocant Tempe, per quæ Peneus ab imo*
" *Effusus Pindo---------*
Hinc Peneius nom. gent. Virg. lib. 4. georg.
" *Pastor Aristæus fugiens Peneia Tempe.*
Apud Peneum poetæ Daphnem in laurum conversam fabulantur: unde ipsa Peneia, tam Daphne, quam laurus cognominatur.

Scrip. Germ. Penica *Penigk*, urbs Misniæ ab Anneberga 3. leuc. Lipsiam versus, quot à Chemnitio distans. De ea lib. 6. Itin.
" ------------ *& nobile textu*
" *Chemnicium, & notum Penica pandit iter.*

Plin. Peninsula *la basse Bretagne*, pars Gall. Celticæ extrema ad occ. & Bor. Est & opp. Hispan. Tarraconens. Chersonesus Strab. in ora regni Valentini in conf. Catalauniæ, vulgo *Peniscla*, inter Dertusam urb. ad Bor. & Castellanorum opp. in Austrum 6. leuc. Valentiam versus.

Peninsulæ apud vet. clariores & majores.
Aurea Chersonesus *Samotra*, Indiæ ulter. effecta insula.
Cimbrica, Holsatia & Jutia nunc.
Peloponnesus Græciæ *la Morea*, omnium maxima.
Taurica *Gazaria & Tartaria minore*, Sarmatiæ.
Thraciæ, in qua Callipolis & Sestos.

Anton. Penne, *Neufville* seu *Villeneuf* teste Siml. oppid. Gall. Narbon. ad lacum Lemanum, in itinere inter Augustam Prætoriam & Augustam Rauricorum occurrens.

Liv. Penninus, *Mont S. Bernard* Simlero, mons Alpium Pœninarum, per quem Hannibal exercitum in Italiam trajecit.

Anton. Pennocrucium, *Peneriche* teste Camd. cum Poldo, opp. Albionis in Anglia, inter Viroconium 23. & Etocetum 12. mill. pass. in Staffordia reg. ubi nundinæ fiunt equorum, in itinere inter Rutupis portum & Vallum occurrens. Licet *Peneriche* scribant aliqui appellari ex Guil. Camd. apud illum tamen non sic, sed *Penckridge* legitur.

Plin. Ptol. Pentadactylus, mons Ægypti ad fin. Arabicum apud Berenicen urb. Pentadactylum Ptol. inter Berenicen & Bazium prom.

Ptol. Pentapolis, reg. Cyrenaicæ mari Libyco exposita, sic à numero urbium quæ sunt in illa appellata. Sunt autem ex ordine Berenice, Arsinoe, Ptolemais, Cyrene, & Apollonia. Est & Pentapolis Orosio reg. Palæstinæ ad lacum Asphaltiten, in qua Sodoma, Gomorra, & aliæ urbes tactæ de cœlo. Fuit quoque Pentapolis urbs Hetruriæ episc. Nepitæ & Sutrio proxima, nunc excisa: locus apud Mont. Rosulum *Straccia cappe* nominatur.

Beda. Pente, fluv. Albionis in Anglia, ad quem oppid. seu pag. *Ithancester*.

Plut. Pentelensis, mons Atticæ, Pentelicus Strab. & Paus. apud Hymettum mont. sic à Pentele tribu Athenarum dictus.

Hesych. Pentelia, mons Arcadiæ, ex quo Ladon fluv. manat.

Penthile opp. fuit Lesbi ins. cujus mem. Steph.

Liv. Pentri, pop. Samnii; quorum urbs est Bovianum.

Strab. Thucyd. Peparethus, ins. maris Ægæi Macedoniæ adjacens, ab Atho monte 9. mill. pass. in Austrum distans ex Plin. varie indigitata; à Nigro *Lemene*, à Castal. *Saraquino*, ab aliis *Opula*: cum nomen antiquum quasi servans *Peperi* dicatur. Olivifera. Ovid. lib. 7. metamorph.
" *Et Gyaros, nitidæq; ferax Peparethos olivæ.*
Opp. habet ejusdem nominis, estque una Cycladum teste Steph.

Ptol. Peperina, *Qualpenea* teste Castal. ins. Indiæ citer. Peperine quoque lib. concil. urbs Ioniæ episc. sub archiep. Ephesino, quæ & Theodosiopolis vocata fuit. Peperina item urbs Lesbi episc. sub archiepisc. Mitylenæo.

Pepylychnus, Celydnus Ptol. alibi, *Salnich* Castal. *Solnich* al. fluv. Macedoniæ in ora maris Ionii apud Amantiam. Vide Celydnus. *Ptol.*

Pera opp. fuit Thessaliæ, cujus tractus Perea teste Steph. dictus est, & nom. gent. Peræus. *Steph.*

Peræa, reg. parva Cariæ marit. contra Rhodum ins. Est & tractus agri Corinthiaci teste Steph. Fuit & opp. Æolidis, Mitylenensium colon. inter Adramyttium & Sardes occurrens. Cujus mem. Liv. l. 7. dec. 4. *Polyb. Liv.*

Peræbe & Peræbus opp. fuit Thessaliæ. *Steph.*

Percote opp. fuit Troadis cum monte apud ostia Æsapi fluv. in ora Mysiæ, à rege Persarum Themistocli Atheniensi in vestes datum. Mem. Flac. libro 2. Argon. *Xenoph. Hom. Strab. Plin.*
" *Jam juga Percotis, Pariumq; infame fragosis*
' *Exsuperant---------*
Hinc Percosius nom. gent. Idem Flac. lib. 3.
" *Muneribus primas conjunx Percosia vestes.*
Apud Steph. etiam Percope nominatur.

Percusa. Vide Pertusa.

Pereta, ins. parva apud Ravennam urb. ab ea 12. mill. pass. distans. Cujus mentio fit in vita S. Romualdi abbat. Pereum apud Sigonium. *Anton.*

Perge & Perga, *Pirgi* nunc Soph. urbs Pamphyliæ mediterr. archiep. apud ostia Cestri fluv. ab eis intus 60. stad. distans, ab Attalia urbe 8. mill. pass. in occ. recedens, pene jacens, sede archiep. Attaliam translata, quæ antea Pergæ cum aliis 14. urbibus suberat. Hic erat Dianæ templum, unde illa Pergæa denominata. Illam memorat Dionys. Afer. *Cic. Strab. Plin. & al.*
" *Corycus, Pergeq; calens, & celsa Phaselis.*
De Pergæ templo Dianæ præclarissimo & antiquissimo loquitur Cic. in 3. in Verr. unde Dianam Pergæam cognominatam supra diximus. Hinc nom. gent. Pergæus.

Pergama (Vide Pergamus) dicuntur mœnia urbis Trojæ, quæ altissima fuerunt. *Virg.*

Pergamia, locus Cretæ, ubi Lycurgi sepulchrum. Pergamum Plin. *Plut.*

Pergamum, *Bergamo* in tab. neoter. urbs Thraciæ mediterr. episc. sub archiep. Trajanopolitano, inde in occ. recedens. *Ptol.*

Pergamum, Pergamus Ptol. *Pergamo* adhuc teste Soph. dicta, urbs Troadis, seu Mysiæ mediterr. ad Caicum fluv. patria Galeni, & ubi primus chartæ usus, episc. olim sub archiep. Ephesino, postea metrop. inter Adramyttium 55. & Thyatiram 58. mill. pass. à Sardibus 60. in Bor. (Fuit & Pergamum urbs Lydiæ Xenoph.) Ea fuit sedes regum Attalicorum. Cujus fit mentio in apocal. D. Joannis. *Plin. Strab.*

Pergamus, quæ & Pergama num. plur. arx fuit Ilii seu Trojæ urbis in monte Ida. Virgil. lib. 3. Æneid.
" *Pergama; relliquias Danaum, atq; immitis Achillei.*
Pergamus Mart. lib. 14. epigr. 49.
" *Pergamus has misit, curvo distringere ferro.*
Stat. lib. 3. sylv. carm. 4.
" *Pergame, pinifera multo felicior Ida.*
In Thes. ling. Lat. Pergamus patria Galeni cum Troja confunditur, magno errore: nam Pergamus, quæ arx Trojæ dicitur, diversa est. Pergami Æsculapium medicinam exercuisse, ibique medicinæ officinam posuisse, Lucian. in dialogo. Icaromenippus tradit. Mem. & Mart. lib. 9. ep. 16.
' *Pergameo posuit dona sacrata Deo.*
Pergami erat pavimentum opus Zenodoti præclarum teste Vitruvio. Pergamena hinc charta (quæ ibi primum inventa traditur) dicta est.

Pergus, Pergusa Ovid. Percus Firmico, *Lago di Goridan* teste Laurent. Anania, lacus Siciliæ apud Ennam urb. ubi Proserpina rapta traditur. De quo Ovid. l. 5. met. *Claud.*

" *Haud procul Ætnæis lacus est à mœnibus altus,*
' *Nomine Pergusa: non illo plura Cayster.*"
Ubi alii legunt Ennæis. Claud. lib. 2. de raptu Proserpinæ.
" *Haud procul inde lacus, Pergum dixere Sicani,*
' *Panditur*--------

Dionys. Byzant. Peribolus, *Rodacinion* teste Gyllio, vicus Rhodiorum apud Byzantium sic appellatus, teste Dionys. Byzant.

Ovid. Perimele, inf. maris Ionii, una Echinadum, aspectu jucunda, ut Ovid. qui juxta illam navigavit, testatur lib. 8 metam. ubi Perimelen nympham Hippodamantis filiam in insulam conversam describit.
" *Insula grata mihi, Perimelen navita dicit.*

Ptol. Perimula, *Patane* Castal. ex levi, ut solet, conjectura, urbs aureæ Chersonesi. Ex qua sinus Perimulus Ptol.

Ptol. Perincari *Pelagonga*, urbs Indiæ citer.

Pli. Ptol. & al. Perinthus, quæ & Heraclea, *Pantiro*, & etiam *Heraclea* teste Leuncl. *Heraclia* Soph. & Nig. urbs archiepisc. Thraciæ ad Propontidem, inter Byzantium ad Bor. 60. & Apros in Notolib. 48. mill. pass. (Vide Heraclea) anno ab urbe condita 153. ædificata. Author Thes. ling. Lat. male scribit Heracleam ab Heraclio imp. dici, cum sic prius diceretur. Hinc Perinthius, a, um, adject. De ea quidam poeta lib. 2. Itiner.
" *Cui latere à dextro validis vallata Perinthus*
' *Mœnibus*-------

Plin. Peripolis, Peripolium Thucyd. *Amendolia* vel *Mendolia* teste Barr. opp. Brutiorum in finibus Locrensium ad Halecem fluv. in ora Calabriæ ulter. medium inter Leucopetram & Herculeum promontoria 18. mill. pass. apud Bovam urb. à Rhegio 30. mill. Al. *Paglíopoli* pag. vicinus, loco editiore, ultra Bovam ad 3. mill. pass. Patria Praxitelis.

Lib. Conc. Peristacium *Peristasi*, urbs Thraciæ ad Propontidem episc. sub archiep. Heracleensi, inter Hexamilium seu Lysimachiam ad Austrum 10. & Myriophytum ad Arctos 12. mill. pass.

Plin. Peristerides, insulæ parvæ maris Ægæi Ioniæ adjacentes, ante Smyrnam, sic à circumstando dictæ: ubi Alopece, Carteria, Elæusa, Bachina, Crommionnesos, & Megale, insulæ etiam parvæ.

Strab. Pauf. & al. Permessus, Termessus Orpheo, fluvius Bœotiæ ex Helicone monte profluens, & in lacum Copaidem apud Haliartum opp. influens, Musis sacer, *Permeso* adhuc appellatus. De quo Prop. lib. 2. el. 8.
" *Nondum etiam Ascræos norunt mea carmina fontes:*
' *Sed modo Permessi flumine lavit amor.*

Laonic. Permi, pop. Sarmatiæ Europ. *Biarmi*, quorum reg. Permia *Biarmia*, Finlandiæ finitima, inter Finnos & Moschos, apud Scricfinnos, ad oram oceani Borealis.

Steph. Perne, opp. Thraciæ in ora contra Thasum inf. Nomen gentile Pernæus. An extet hodie incertum est.

Anton. Perniciacum, seu ex al. cod. Perticiacum, seu etiam Perviacum, Pernacum in tab. Peutingerian. *Perweis* teste Siml. locus Brabantiæ.

Ptol. Peronticum, *Verdiso* Mercat. opp. Thraciæ in ora maris Euxini, inter Thiniam prom. ad Austrum, & Apolloniam urb. ad Bor.

Plin. Ptol. Perorsi, Petorsi Steph. pop. Libyæ inter gens ingens & populosa, quorum nomen hodie ignoratur.

Strab. Perperene, vicus Phrygiæ, in quo deæ à Paride judicatæ feruntur.

Liv. Perranthes, mons vel tumulus Epiri Ambraciæ urbi imminens. *Monte di Larta* nunc dicitur, licet apud incolas proprium nomen habeat.

Anton. Perre, seu Perri, urbs erat Syriæ, inter Taurum mont. & Samosata urbem, à qua 24. mill. pass. aberat in occident. episc. sub archiep. Hieropolitano teste Tyrio.

Perrhæbi, pop. Macedon. in conf. Thessaliæ juxta Peneum fluv. & Olympum mont. apud Pelasgiotas, ubi Perrhæbia opp. erat Liv. Sunt & Perrhæbi Plin. pop. Ætoliæ: unde Pindus Perrhæbus dicitur. Horum enim reg. attingens Pindum mont. Ætoliæ, ex parte in Ætolia locatur. Prop. lib. 3. el. 3. Strab. Liv.
" *Aut cur Perrhæbi tremuere cacumina Pindi.*

Persæ, pop. Asiæ in Perside, olim Chorsori teste Plin. Artæi Herod. Achæmenii Steph. & poetis, Elymæi Suid. qui Asiæ imperium diu, usque ad Alexandrum magn. post Medos tenuere; *Persiani* nostratibus, sub quibus tamen etiam Medi, Parthi, & alii pop. qui regi Persarum parent, comprehenduntur. A Perseo rege nomen habent. De quibus Claud. de laud. Stilic. lib. 3. Plin. Strab. & al.
' ----------------*sic Medus ademit*
" *Assyrio, Medoq; tulit moderamina Perses.*
Et alibi.
" *Perculit, & Persas in regia vulnera misit.*

Persa, opp. Syriæ ad Euphratem fluv. Samosatis finitimum, teste Steph.

Persea, fons Mycenarum in Peloponneso. Pauf.

Persepolis, *Siras* teste Thom. Minadoio, cum al. urbs Persidis amplissima & regia, ad Rhogomanem fluv. à Perseo rege condita, à Susis 500. mill. pass. in ortum distans. Ea ab Alex. magno Thaidis meretricis persuasione deleta fuit. A Perseo, ut supra, nominata. Strab. Plin. Q. Curt.

Perseus, port. cum opp. cognom. Atticæ ab Atheniensibus condito, teste Steph.

Persia, Persis Ptol. Plin. & Melæ, *Persia* Europæis, *Farsi* & *Farsistan* incolis, Mercat. Castaldo & al. testibus, provinc. Asiæ notissima atque clarissima, inter Susianam ad occ. & Carmaniam ad ort. atq; inter Parthiam ad Bor. & sin. Persicum ad merid. contenta. Urbes illius quondam claræ, Pasagarda, Persepolis, Axima, Marrasium, & Taoce. Ora Persidis inter ostia Oroatidis fluv. & fines Carmaniæ 4300. stad. patet ex Strab. Persæ deliciis operam olim dedisse feruntur, non solum unguentis pretiosis usi, sed etiam in conviviis & cœnis lautitia. Unde apud Athen. *deliciæ Persicæ & Asianæ*, ac *mensa Persica* in proverbium transiit, quemadmodum & *Asiana*, & *Sicula* ac *Syracusana* apud Plat. item *Italica*, ut & *Sybaritica*. Persæ gens immanis, solem, quem Mithram appellabant, colebant præ cæteris diis: per quem solenne illis erat jurare, ut author est Placidus. Strab. Plin.

Persicum mare, idem quod Rubrum Herod. & Strab.

Persicus sinus, *Elcatif* & *Mesendin* Nicol. Castal. & al. pars maris Rubri (quod Arabiam fel. ad ortum alluit) inter Arabiam ad merid. & Carmaniam, Persidem, & Susianam ad Bor. ingrediens, & alluens in longitudinem, 10000. stad. patens ex Strab. at ex recentioribus 225. leuc. Hisp. inter Teredonem, seu ostia Tigridis ad occ. & Armuziam, seu Armuzam inf. ad os illius in ortum. Herod. Plin. Ptol.

Persis, reg. Asiæ. Vide Persia. Virg. lib. 4. georg.
" *Quaque pharetratæ vicinia Persidis urget.*
Aliquando pro urbe. Ovid. lib. 1. de arte amandi.
" *Hos fac Armenios, hæc est Danëia Persis:*
' *Urbs in Achæmeniis vallibus ista fuit.*

Perta *Pert*, urbs Galatiæ, Isauriæ, & Lystris in Lycaoniæ conf. finitima, episc. sub archiep. Iconiensi. Ptol.

Perthum *Saint Johnston* vel *Saint Johns town*, id est fanum S. Joannis, opp. Scotiæ præclarum ad Taum fluv. Atholiæ reg. caput, à Dunkeldino urbe 5. mill. in ortum Andreapolim versus, ubi olim reges inaugurabantur. Scrip. Scot.

Pertia *la Pergola*, opp. amplum Umbriæ in ducatu Urbi- Ptol.

Urbinate, inter Callium,& Senogalliam 20. mill.pass. à Foro Sempronii 6. ac inter Urbinum ad occ. 16. & Fabrianum ad ort. 14.

Aimoin. Perticus *la Perche*, reg. & comitatus Gall. Celticæ inter Carnutes & Normanniam: Cujus oppida præcipua Mauritania *Mortaigne*, Bellismum *Bellesme*, & Nonigentum *Nogent le Rotrou*.

Anton. Pertusa urbs erat Africæ Carthagini finitima, à qua 13. mill. pass. distabat. Cujus mem. D. Augustin. Pertusa altera Anton. seu Percusa, opp. Hisp. citerioris ad Canadrum fluv. Oscæ urbi proxima, *Pertusa* adhuc dictum teste Zurita, inter Oscam & Montionem, ab Ilerda 50. mill. pass. ex Anton. Itiner.

Strab. Plin. Liv. & al. Perusia, Perusium Eutropio, Perræsium Steph. colonia Augusta Perusia vet. inscript. *Perugia*, urbs Hetruriæ clara in mont. apud Tiberim in Umbriæ conf. episc. & academia, antiqua, unaque ex 12. primis Tuscorum colon. media fere inter urbem Romam & Florentiam, ad 80. mill. pass. utrinque distans, sub Pont. max. Ortel. illam cum Pertia opp. confundit, non sine ingenti errore. Hinc Perusinus nom. gent. Perusinorum 4500. cæsos à Roman. P. Decio consule scribit Liv. lib. 10. dec. 1. Luc. lib. 1.

" *His, Cæsar, Perusina fames, Mutinaq; labores*
" *Accedant fatis---------*

Nam Marc. Anton. ab Augusto obsessus, fame coactus est deditionem facere. Unde *Perusina fames* est in proverbio, sicuti *Fames Meliaa* à Melo op. in Thessalia.

Plin. Pesici, Pæsici Ptol. pop. Hisp. Tarracon. in ora maris Cantabrici, ac inter Cantabros præcipui, quorum urbs Flavionavia *S. Ander*, in ora inter Laredum ad ort. 8. & Santillanam ad occ. 5. leuc.

Scrip. Rhæt. Pesclavium *Puschlauff* & *Puschlaw*, opp. Rhætiæ apud ortum Adduæ fluv. inter Tiranum 15. & Pontem Rasinum 20. mill. pass. Curiam versus, *Puschiavo* Italis, in valle Telina, non obscurum.

Plin. Liv. Ptol. & al. Pessinus, *Possene* teste Thev. urbs Galatiæ in Phrygiæ magnæ confin. cui adscribitur à Liv. sub Agdisti mont. in quo Atys tumulatus creditur teste Paus. in Attic. archiep. & metropol. 2. (prima enim est Ancyra) Galatiæ; sub qua Therma, seu Germa colonia, cum aliis 6. urbibus episc. ab Ancyra 99. mill. pass. in occ. Thermam versus 16. Hic Cybele, cujus simulachrum augustum ibi habebatur, culta est; quæ idcirco Pesinuntica dicta fuit teste Apul. libro 11. ubi ait; Inde primigenii Phryges Pesinunticam nominant Deûm matrem. Eadem Reate in Sabinis in honore habita est. Urbs nomen habet à conditore teste Steph. Ibi Marsyas teste eodem conditus est.

Ptol. Pessium, *Pesser* teste Laz. ex tabul. & *Petzer*, opp. Iazygum in Hungaria Transdanubiana ad Tibiscum fluv. à Segedino 6. leuc. in Austrum Taurunum versus, à Temeswaria 7. in occ.

Virg. Pestum. Vide Pæstum. Pesti meminit Sil. lib. 8.

" *----------nunc quem Picentia Pesto.*

Et Virg. 4. georg.

" *Ornaret, canerem, biferique rosaria Pesti.*

Plin. Pesuri, Pæsuri in vet. inscript. pop. Lusitaniæ, ex iis qui ad pontis Trajani constructionem convenere: quorum tractus *la Comarca di Covilhan* teste Resend. apud Tagum & Cudam fluv.

Plin. Petalæ, insulæ 4. parvæ, seu scopuli, in Euripo Euboico, apud Chalcidem urb. in aditu ipso Euripi, è regione Atalantis, ad egressum ejusdem Euripi.

Scrip. Hisp. Petanium seu Petanius, ins. Lusitaniæ, *Perseguero* teste Jo. Mariana, al. *Pesegueiro*, in ora occid. inter Villam Formosam & Sinim oppida.

Anton. Ptol. Petavonium, seu Pataonium lib. Not. *Vanezza* teste Ambros. Morali, opp. Hisp. Tarraconens. in regno Legionens. ab Asturica 29. mill. pass. ex Itiner. Anton. in Gallæciæ conf. Sed aliter hodie, nam inter Asturicam 2. & Legionem 7. leuc. occurrit *la Vanezza* vel *Vanenza*.

Strab. Liv. Val. Max. & al. Petelia, Petilia Virg. & Sil. *Policastro*, urbs magnæ Græciæ, opp. amplum in monte undique præcipiti teste Liv. Barrio cum al. proximum Choniæ & Reatio 4. seu 5. mil. pass. à Crotone 20. in oc. Hic Celsus Cittadin. Barrium & alios sic Petiliam indigitantes male reprehendit, quod Policastrum sit urbs Lucaniæ; quasi aliud Policastrum non reperiatur. Petilia altera à nonnullis in Apulia Peucetia memoratur, vulgo *Altamura*, Gravinæ urbi proxima: forte Altilia, non Petilia, quæ eo loci apud veteres non reperitur. Pop. Petelini Liv. De Petilia Virg. lib. 3. Æn.

" *Parva Philoctetæ subnixa Petilia muro.*

Liv. Plut. Petelinus lucus apud Romam erat extra portam Flumentanam. Illius hodie nullum apparet vestigium.

Hom. Strab. Peteon oppid. erat Bœotiæ mediterr. seu vicus agri Thebani, in via quæ à Thebis Anthedonem ducebat, teste Strab.

Petilia. Vide Petelia.

Virg. Anton. Petinesca, Pirenestica in al. cod. & alibi Prænestica, *Burren* teste Siml. opp. Sequanorum inter Aventicum & Salodorum, à quo 3. mill. pass. distat Bielam versus.

Strab. Petnelissus, (Vide Pednelissus) urbs Pisidiæ.

Tac. Petovio, Petavium Ptol. Petobio Amm. Pœtovio App. & Anton. *Pettaw*, colon. & urbs Pannoniæ super. in Stiria ad Draum fluv. à Græcio 8. leuc. in Eurum, à Celeia 9. in ort. olim episc. sub archiep. Laureacensi, una cum Celeia.

Strab. Plin. Ptol. Petra, *Krach* & *Arach* Volaterr. & Zardo, urbs archiep. & caput Arabiæ petrææ, ultra Asphaltiten lacum. Petra quoque deserti in sacris litt. regia Moabitarum, quæ etiam Mons Regalis dicta est teste G. Tyrio, in ora lacus prædicti, inter Hiericuntem 9. & priorem Petram 6. mill. pass. Petra alia Plin. in Arabia deserta, quæ à sinu Persico 122. mill. pass. distabat, à Gaza Palæstinæ 600.

Petra item opp. multiplex: in Macedon. in ora maris Ionii apud Dyrrachium, à Cæs. & Lucano memorata, *Lachi* teste Nig. mons apud Sil. & Vib. In Sicilia opp. geminum, superius & inferius, *Petralia*, apud Nebrodidem mont. & ortum Gelæ & Himeræ flum. inter Politium ad occ. 10. & Nicosiam ad ort. 20. mill. pass. Pop. Petrini Cic. & Plin. Petrenses Sol. quo teste ibi stagnum hominibus salutare, serpentibus noxium. Sil. lib. 14.

" *Romanos Petræa duces, Romana petivit*
" *Fœdera Callipolis---------*

Vet. Tra. Petra Honorii *Bertinoro*, urbs Æmiliæ episc. sub archiep. Ravennate, inde supra 24. mill. pass. apud Forum Popilii, cui in episcopali sede successit, ad 2. mill. pass. in monte apud Forum Truentinorum urbem excisam.

Bibl. Petra incisa, opp. Palæstinæ, *Castel Pelegrino* hodie, in ora, inter Cæsaream ad merid. 10. & mont. Carmelum ad Bor. 22. mill. pass.

Vet. Tra. Petra Maricorum, *Pietra di Marazzi* teste Merula, vel *di Marici*, oppidulum Liguriæ apud Tanarum fluv. ab Alexandria 3. mill. pass. Ticinum versus fere 30.

Paus. Petrachus, Petrochous Plutarch. mons seu crepido montis Bœotiæ Cheroneæ urbi imminentis.

Ptol. Petræ magnæ portus, Portus magnus Strab. in ora Marmaricæ, inter Ardanim prom. & Panormum portum, à Creta 500. mill. pass. in merid. distans, haud procul à Catabathmo.

Ptol. Petræ parvæ portus, in eadem Marmaricæ ora in occ. inter Bathrachum portum & Antipyrgum.

Mel. Petræ Sirenum sunt scopuli Lucaniæ. De quibus Virg. lib. 5. Æn.

" *Jamque adeo scopulos Sirenum---------*

Vide Sirenussæ.

Lib. Not. Petriana, *Peteril* teste Camd. opp. Albionis in Anglia apud Carleolum urb. & Itunam fluv. in Cumbria

reg. Al. est *Corby* pag. Sed fides Camdeno, à quo alibi sic indigitatur, *some place near Peteril.* [Camdeno enim *Pete-ril* est nomen fluvioli, non procul à *Penrith* opp. Cumbriæ, à Carleolo 16. vel 18. mill. in Austr. distante.]

Hor. Petrinum, *Roccha di M. Dragone* teste Cruquio, opp. cum arce Campaniæ apud Sinuessam urb. excisam, in mont. dictæ urbi imminente. Petrinum etiam *S. Pietro in Galatina*, opp. amplum Salentinorum apud Neritum urbem 3. mill. pass. distans, Aletium versus 13. Utrumque ducatus tit. decoratum.

Prov. Rom. Petroburgum *Peterborough*, urbs Albionis in Anglia episc. sub archiep. Cantuariens. inter Bedfordiam 24. & Lincolniam 40. mill.

Cæs. Strab. Petrocorii, Petrogori Plin. pop. & urbs episc. Gall. Aquitan. sub archiep. Burdigalensi. Pop. *les Perigourdins*, & regio *Perigord* appellatur, à Tolosanis Tarne fluv. discreta; urbs vero, quæ Aimoino & al. posterioribus Petrogoricum, & Petrogorica, vulgo *Perigueux*, inter Burdigalam 20. & Lemovicos 12. leuc. quot ferme ab Engolisma. Reg. tantam castanearum & glandium copiam habet, ut earum arboribus & sylvis plena sit: unde & magna est ibi porcorum copia. Petrocorii, Petragorii quoque, & Petragorici dicuntur apud Sidon.

Anton. Petromantalum *Mante*, opp. Gall. Celt. ad Sequanam fluv. à Lutetia Parisiorum ad 22. leuc. Rotomagum versus, Meulano opp. propinquum, 4. leuc. distans.

Festo. Petronia, fluviolus Latii apud Romam fluens in Tiberim, quem magistratus in campo aliquid acturi transibant.

Pauſ. Petrosaca, locus Arcadiæ inter Megalopolim & Mantineam, terminus communis harum urbium. Incolæ Petrosacæ teste Steph.

Petrossa apud Steph. ins. parva est Ciliciæ.

Ptol. Petuaria, *Peterborough* teste Lhuydo. Sed *Beverley* Camd. opp. Albionis in Anglia, quod recent. Latino Beverlacum dicitur, in ora ad ortum, apud Hullam portum, ab Eboraco 20. mill. *Peterborough* vero urbs est inter Eliam ad merid. 20. & Lincolniam ad Bor. 40. mill.

Dionyſ. Peucalei pop. sunt Indiæ ulter. Gangaridis finitimi. De his Dionys.

" *Hinc Scodri, post hos sunt* **Peucaleique feroces,*
" *Gangaridæque truces*---------

[* In aliis libris *Peucanei* & *Gargaridæ*.]

Plin. Mel. Ptol. Peuce, *Barillana* teste Leone Goreccio, sed Nigro *Pizzna*, ins. Mysiæ infer. ad ostia Istri flum. Pop. Peucini Ptol. & Tac. Ejus mem. Claud. de 4. conss. Honorii.

" *Corporibus premitur Peuce per quinque recurrens*
" *Ostia*-----------

Mart. lib. 7. ep. 84.

" *I liber ad Geticam Peucen, Istrumque tacentem.*

Hæc ostio Istri objecta est, ut Flac. lib. 8. Argon. testatur.

" *Danubii, viridemq; vident ante ostia Peucen.*

Plin. Sol. Peucetia *Terra di Bari*, Apulia sic ad alterius differentiam (quæ Daunia dicitur) nominata, reg. Italiæ in regno Neapolitano, ad oram maritimam, inter Apuliam Dauniam (à qua Aufido fluv. separatur) ad occid. & Iapygiam ad ortum. In qua Barium metropolis. Pop. Peucetii Plin. Strab. & al. Ovid. lib. 14. metam.

" *Peucetiosque sinus, Messapiaque arva reliquit.*

In Thes. ling. Lat. cum Messapia & Calabria confunditur, & peninsula dicitur: cum peninsula sit illa reg. in qua sunt Salentini, Peucetia vero sit Apulia, ab altera Apulia quæ Daunia dicitur Aufido fluv. discreta. Sunt & Peucetiantes pop. Oenotris finitimi teste Steph.

Ptol. Phabiranum *Bremen*, urbs German. archiep. in Saxonia ad Visurgim fluv. in Frisiæ conf. teste P. App. olim teste M. Adamo Wigmodia, postea Brema, inter Osenburgum urb. Westphaliæ 12. & Hamburgum in Bor. 15. leuc.

Phaccusa, *Phacus* teste G. Tyrio, opp. olim, nunc pagus Ægypti, inter Nilum & sin. Arabicum. Phacusa Ptol. Phacussa Steph. *Strab. Ptol.*

Phæacia, ins. maris Ionii Epiro adjacens. Vide Corcyra, est enim eadem. Pop. Phæaces Ovid. lib. 13. metam. *Hom. Plin.*

" *Proxima Phæacum felicibus obsita pomis*
' *Rura petunt*-------

Phæacum reg. mira pomorum copia pollet, ita ut præmaturis nova statim succedant, ut Juvenalis 5. satyr. dixerit.

" ——————*Illa jubebit*
" *Poma dari, quorum solo pascaris odore,*
" *Qualia perpetuus Phæacum autumnus habebat.*

Et Stat. lib. 1. sylv. carm. 3.

" *Quid bifera Alcinoi laudem pomaria? vosque*
" *Qui nunquam vacui prodistis in æthera rami?*

Phæbiana, seu Phæniana ut in cod. Græco, oppid. Rhætiæ Vianæ proximum. Vide Febiana. *Ptol.*

Phæcasia, ins. maris Ægæi, una Sporadum, inter Helenam ad occ. & Pholecandrum ad ort. *Plin.*

Phædria, rupes Phocidis apud Delphos. Mont. Parnassi petræ Phædriades Plutarcho. *Suid.*

Phæno seu Phenon, Fenon D. Hier. castrum filiorum Israel in deserto, olim urbs ubi homines damnabantur ad fodienda metalla, unde Metallum Fenense dictum, inter Zoaram & Petram, in Edom, nunc vicus. *Euſeb.*

Phæsana opp. erat Arcadiæ ad Alpheum fluv. Olympiæ finitimum. *Pind.*

Phæstum *Festo*, opp. Cretæ mediterr. inter Gortynam 60. & littus Australe 20. stad. Hinc Phæstius, a, um. Phæstum quoque Liv. opp. fuit Macedoniæ in Estiotis. De priore Phæsto (quod & Phæstus Dionys.) Ovid. lib. 9. metam. *Strab. Plin. Mel.*

" *Proxima Gnossæo, nam quondam Phæstia regno*
" *Progenuit tellus*------ --

Phæsulæ, urbs Hetruriæ (Vide Fesulæ) episc. excisa in colle apud Florentiam, inde 2. mill. pass. distans, ab Atlante condita, & de filii nomine dicta, ex primis Thuscorum coloniis. *Ptol.*

Phætelinus, sive, ut alii legunt, Facellinus, fluviolus Siciliæ apud Pelorum prom. fluens; ubi templum erat Dianæ. *Vib. Seq.*

Phagres opp. fuit Thraciæ ad Strymonem flum. sub monte Pangæo: Marus Pierius Herod. *Str. Thuc. Steph.*

Phalacra & Phalacræ, prom. Idæ mont. in Phrygia Asiæ, ac vertex ejusdem. *Steph.*

Phalacrina, *Falacrino* teste M. Victorino, seu *S. Silvestro in Falacrino*, vic. Sabinorum in agro Reatino apud lacum Velinum, inter Reate, & collem Scipionis 8. mill. pass. Interamnam versus, apud Cutilias. *Iſacii. Suet.*

Phalacrium, (Vide Falacrium) prom. Siciliæ inter Pelorum & Mylen, *Capo Rasocolmo.* *Ptol.*

Phalanges, pop. Æthiopiæ in ora orientali ad sin. Barbaricum. Ubi Phalangis mons Ptolemæi. *Plin.*

Phalantus, mons Arcadiæ cum oppid. olim cognomine. *Steph. Pauſ.*

Phalara opp. fuit Thessaliæ ad sin. Maliacum, à Thucyd. memoratum, proximum Ithomæ. Ubi & Phalarus fluv. Plin. lib. 4. cap. 7. ut inquit Car. Stephanus. *Strab. Liv. Plin.*

Phalaris, Phalerium Strab. Ptol. urbs Hetruriæ excisa. Vide Faleria. *Catoni.*

Phalarium, propugnaculum in ora Siciliæ ad austrum apud Gelam urbem, *Poggio longo* Fazel. ubi & Ecnomus. *Diod.*

Phala-

Phalarus, fluv. Bœotiæ in Cephisidem lacum influens.

* Phalasarna, *Contarini* Pin. opp. Cretæ in ora occidua, inter Corycum prom. Boreale, & Criumetopon Australe 25. mill. pass. ab Epla insula totidem. [* Phalarna in al. exemplaribus Strabonis.]

* Phalasia, prom. Eubœæ inter Oræum urbem & Dionem prom. [* in man. Seld. Φαλασία.]

Phalerium, urbs Hetruriæ Steph. Vide Faleria.

Phalerum, Phalore Lycophr. Phaleria Liv. oppid. Thessaliæ ad mont. Cercetii radices, Metropoli, & Pieriæ, ac Gomphis finitim. à Roman. deletum teste Liv. idem quod Phalara, seu Phalera. Phalera item numplur. portus erat Atheniens. celebris, ex quo Demetrius Phalereus cognominatus est, Plin. lib. 4. cap. 7.

Phalisci, pop. Hetruriæ, & Phalisca, urbs, Argivorum colonia teste Steph. Vide Falisca, & Falisci. Ovid. lib. 6. fastor.

" *Adde senem Tatium, Iunonicolasque Phaliscos.*

Horum urbem Thes. ling. Lat. cum aliis *Monte Fiascone* esse falso putat. Phalisci pomiferi ob pomorum copiam, & Iunonicolæ ob cultum Junonis ab Ovid. dicti, à Camillo obsessi, cum is ludimagistrum (qui pueros Phaliscorum extra urbem ductos sibi tradidisset, inquiens sic cives fore ut sua imperata facerent) pueris flagellandum dedisset, illumque manibus post terga vinctis in urbem remisisset, eo exemplo permoti deditionem fecerunt. Claud. de bello Gildon.

" ——— *ductosque Camillus*

" *Trans murum pueros obsessæ reddidit urbi.*

Steph. Phaliscos vocat ipsam Phaliscam urb.

Phanæ, Phanæa Ptol. Phaneus mons Vibio, *Panale* teste Favolio, al. *Fanale*, *Capo Mastico* Soph. & al. prom. Chii ins. cui Psyra ins. parva adjacet. Cujus mem. Virg. lib. 2. georg.

Phanagoria, *Matriga* Thev. *Mapotrinica* Molet. urbs olim episc. Sarmatiæ Asianæ ad Bosporum contra Theodosiam urb. Tauricæ. Phanagore Dionys. Afro, Hermonassæ finitima.

" *Postquam Phanagoren Hermonassamque nepotes*

" *Egregiæ quondam coluerunt gentis Ionum.*

Phanarœa, urbs Cappadociæ circa Thermodoontis fluv. fontem: quæ non exstare creditur, ex quo non memoratur.

Phandoræ vel Pandoræ Pli. pop. Indiæ in convallibus degentes, candido capillo in juventute, nigro in senecta.

Phanuel, seu Phanuela Josepho, i. e. facies dei, opp. Palæstinæ, cujus hodie vestigia non exstant.

Phanum. Vide Fanum.

Pharæ, oppid. Peloponnesi geminum: unum in Achaia, alterum in Messenia. Vide Pheræ, sic enim à plerisque scribitur.

Pharan, *Fara* adhuc in tab. recent. urbs Arabiæ petrææ & mons ad sin. Arabicum in Ægypti confinio. Pop. Pharanitæ Ptol.

Pharathus, Pharaton bibl. opp. fuit Galileæ. Ejus mem. Joseph. de bello Judaico.

Pharbæthus, urbs & nomus Ægypti intra Deltam, Tani urbi proxima: quæ hodie non videtur exstare.

Pharia, ins. Illyrici. Vide Pharos. *Lesina* hodie nominatur, habetque urb. cognominem episc. sub Venetis.

Pharmaciæ sin. ad Bosporum Thracium, *Terapia* teste Gyllio, inter Bosporum & os ponti Euxini.

Pharmacussa *Farmaco*, *Farmosa* teste Bellon. quæ & Pharmacussa Steph. ins. maris Ægæi (in qua Cæsar à piratis captus, & Attalus occisus) Ioniæ, seu Cariæ ante Miletum adjacens.

Pharmacusæ, ins. duæ parvæ in sinu Saronico ante Salamina, in quarum una Circes sepulchrum ostenditur teste Strab. in altera Attalum regem interfectum alii tradunt.

Pharnaces sunt pop. Ægypti qui in oculis geminas pupillas habent, teste Plin. lib. 7. cap. 2.

Pharnacia seu Pharnacea, *Farnace* adhuc dicta teste Thev. sed Pineto *Platina*, urbs Cappadociæ marit. inter Cerasuntem & Trapezuntem, ab ea 100. mill. pass. in occ. jacens & deserta.

Pharnutis, fluv. Bithyniæ Nicæam urbem præterfluens.

Pharodini, *Meckelburger* teste Gemma Frisio, Suardones Tac. teste Peucero, pop. German. inter Saxoniam ad occ. & Pomeraniam ad ort. quorum reg. ducatus Magnopolitanus dicitur. Urbes Gusterovia sedes principis, Suerinum epis. Rostochium academ. Vismaria emporium. Appellantur & Megaloburgenses à scriptor. neotericis.

Pharos *Farion*, & *Magrah* incolis, colonia & opp. Ægypti apud Alexandriam, in ins. continenti pene juncta, quondam regia, ubi ex alta turri à Ptol. rege 800. talentis constructa, lumen per noctem navigantibus lucebat. Nomen à Menelai nauclero ibi sepulto habet. Ex quo *Faro* etiam alibi hujusmodi loca nominantur. Pop. Pharitæ A. Hirtio. In prom. insulæ Antipharos est specula teste Eustathio, vulgo *Garofalo*. De Pharo Luc. lib. 10.

" ——— ——— *Cleopatra biremi*,

" *Corrupto custode Phari laxare catenas.*

Hinc Pharius nom. gent. Luc. eodem lib.

" *Nobilitas, Pharii proles clarissima Lagi.*

Et in eodem.

" *Fama quidem generis Pharias me duxit ad urbes.*

Pharos seu turris Pharia inter septem orbis miracula computatur, à * Sostrato rege secundum alios 800. talentis ædificata. [* A Ptolemæo rege Sostrati Gnidii opera.]

Pharos item, & Pharia Ptol. olim Paros teste Plin. *Lesina*, ins. Illyrici cum urb. episc. cognomine sub archiep. Spalatensi, inter Lissam ad occ. 10. & Corcyram melænam ad ort. 5. mill. pass. proxima Brattiæ, longa 60. Pharos item Melæ ins. parva in portu Brundisino.

Pharphar & Farfar, fluv. Damasci in Syria. Vide Chrysorrhoas, nam est idem. Quanquam Farfarus etiam Orontes dictus est.

Pharsalia, reg. Thessaliæ in qua Pharsalus urbs. Ovid. lib. 15. metam.

" *Victa petent Mutinæ; Pharsalia sentiet illum.*

Pharsalus (Vide Farsalus & Farsalum) *Farsa*, urbs Thessaliæ ad Enipeum fluv. qui in Peneum decidit, pugna inter Cæsar. & Pompeium memorabilis, episc. sub archiepisc. Larissæo, sed postea metrop. facta. Luc. lib. 6.

" *Emathis æquorei regnum Pharsalos Achillis.*

Hinc Pharsalius & Pharsalicus nomen gentil. Catull. carm. 65.

" *Pharsaliam coeunt, Pharsalia tecta frequentant.*

Pharusii, pop. Libyæ, qui quondam Persæ teste Plin. Horum reg. nunc *Asenaga* sive *Azenaga* dici putatur.

* Pharybus, Helicon Paus. Bephyrus Lycoph. Baphyrus Liv. fluv. Macedoniæ in mare Ægæum ad Dium urbem decurrens, *Faribo* vulgo, qui post 70. stadia ab ortu suo conditur, ac post 20. rursus emergit. [* Φάρυβος in man. Seld.]

Pharycadum oppid. fuit Estiotidis in Macedoniæ & Thessaliæ conf. ubi Peneus Curalium fluv. excipit.

Phaselis, *Fionda* Molet. urbs Pamphyliæ in Lyciæ conf. sive è contra, olim Pityussa Stephano, apud Cragum mont. episc. sub archiep. Myrensi, à Mopso Argivorum rege anno post Romam 62. quando Gela in Sicilia, condita, piratarum sedes. Luc. lib. 8.

' ——— *Te primum, parva Phaselis,*

' *Magnus adit* ———

Hic

Hic se piratæ tutabantur, quod esset in monte, difficilis expugnari. De ea Cicero 6. in Verrem. Phaselitæ pop. quos, ob eorum inopiam, solitos diis piscibus salitis, seu salsamentis sacrificare, tradunt Zenod. & Eudemus; apud quos in adagio est *Sacrificium Phaselitarum*, de munere sordido & de tenui sumptu; quod etiam *Sacrum sine fumo* dici solet. Hinc phaselis navigii genus, quo Phaselitæ piratæ utebantur. Phaselide oraculum quondam fuit Apollinis; cujus memin. Lucian. in Pseudomante.

Plin. Josepho. Phaselis item vel Phasaelis opp. fuit Palæstinæ in Judæa ab Hierichunte in Bor. recedens: Convallem Judææ Plin. appellat, lib. 13. cap. 4.

Lib. Deut. Phasga mons est Madianitarum trans Jordanem, ubi non procul à Nebo monte Moyses defunctus est, sibi Josue in regimine succedente.

Phasiana reg. circa Phasim fluv. apud Aristot. appellatur, & Phasiani pop. quos Strabo ab Ægyptiis oriundos in Colchidem migrasse scribit. Hinc phasiani aves ad nos delati Columell. lib. 8.

Strab. Plin. Ptol. & al. Phasis *Fasso*, & *Phazzeth* teste Thev. urbs Colchidis ad ostia Phasidis fluv. in ora maris Euxini, episc. olim sub archiep. Trapezuntio, postea metrop. effecta, & caput reg. emporium, inter Absarum urbem Cappadociæ extremam ad merid. 85. & Dioscuriadem ad Bor. 190. mill. pass. à Bosporo Cimmerio 360. in ortum. Fluv. vero & ipse *Fasso* nominatur, ex Moschicis montibus teste Plin. oriens, seu Caucasiis teste Ptol. (ubi pop. Amaranti teste Steph.) sæpe stagnans, & cursu tardissimus teste Theophr. in mare Euxinum influens. Juxta quem tragelaphus animal nasci duntaxat fertur. Cujus mem. Virg. lib. 4. georg.

" *Spectabat diversa locis, Phasimq; Lycumq;.*

Hinc Phasis patronym. Ovid. in epist. 16.

" *Phasida puppe nova vexit Pagasæus Iason.*

Et Phasiacus nom. gent. Ovid. lib. 2. de tristibus.

" *Is quoq; Phasiacas Argon qui duxit in undas.*

Phasis olim extrema navigationis meta in mari putabatur. Quapropter *Phasim usque navigat* proverbio apud Græcos dicitur, de eo qui longinque navigat. Inter præcipuos amnes habetur, cum 7. ostiis in Euxinum exeat. Hinc adagium *Neque Phasis mala eluat* apud Sophocl. quo significatur malorum magnitudo, quibus occurri non possit. Phasis fluv. juxta fontes Boas teste Procop. dicitur, oriturque ad Amaratium opp. ferturque cursu lentissimo, teste Theophr. Juxta hunc amnem Phasis insula parva est, ex qua pavo primum teste Isid. exportatus est, qui propterea phasianus nominatur. Ibidem herbæ venenosæ nascuntur.

Plin. Phaterunesus, ins. parva & deserta maris Ægæi apud Cherronesum Thraciæ; potius scopulus quam insula.

Plin. Amm. Phatniticum ostium Nili, (Vide Pathmeticum) seu Phatneticum, ut al. legunt.

Zosimo. Phatusæ, Anatha Marcell. vicus Syriæ ad Euphratem fluv. circumfluentem; ubi Gordiani imperat. sepulchrum.

Strab. Phaura, ins. parva Atticæ ante Zosterem prom. Hæc ob ejus parvitatem apud scriptores recent. caret nomine.

D. Greg. Phausania *Terra nova*, urbs Sardiniæ episc. sub archiep. Turritano in ora ad ortum: cujus sedes hodie Emporiensi juncta est, inde 60. mill. pass. in ort. recedens, à Sassari totidem.

Strab. Phazemonitis, reg. Ponti in Cappadocia, Megalopolis à Pompeio magno nominata, ubi ex Phazemone vico Neapolim urbem condidit teste Strab. Phamizonium Plin. Phamizon Steph. ad Amisum fluv.

Hom. Strab. Thucyd. Phea, Pheia Strab. & Thucyd. oppid. Elidis in ora ad promont. ejusdem nominis. Phea item Steph. opp. Peloponnesi in * Laconicæ & Messeniæ conf. Memin. ejus Hom. Nom. gent. Phæus. [* Elidis etiam Steph. cui Pheæus nom. gent.]

Phecadum opp. erat Macedon. mediterr. circa Gomphos. Cujus mem. T. Liv. de bello Pharsalico. Liv.

Phegæa, pars tribus Ægeidis; item pars Pandionidis. Steph.

Phegea apud Steph. urbs Arcadiæ, quæ prius Erymanthos, postea Psophis dicta est, à Phegeo rege condita.

Phelleus, mons Atticæ, Phellas Steph. petrosus valde, in cacumine. Incolæ Phellates, & Phelletes. Suid. Steph.

Phelloe pag. erat Achaiæ in Peloponneso apud Ægiram. Pauf.

Phellus, *Fellos* teste Soph. urbs Lyciæ marit. apud Mascytum mont. inter Caunum Cariæ ad occ. & Antiphellum ad ortum, episc. sub archiep. Myrensi. Fuit & opp. Elidis apud Olympiam teste Strab. Strab. Plin. & al.

Pheneum, opp. in quo moly herba contra veneficia omnia provenit. Plin. lib. 25. c. 4. [Idem forsan cum sequenti.]

Pheneus, opp. & lacus Arcadiæ in Peloponneso apud Cyllenen mont. *Feneo* adhuc ex tab. recent. inter Clitorium & Ægiram occurrens. Cujus lacus aqua noctu perniciosa, interdiu salutaris est teste Ovid. lib. 15. metam. Polyb. Strab. Herod. & al.

" *Est lacus Arcadiæ, Pheneum dixere priores,*

" *Ambiguis suspectus aquis; quas nocte timeto;*

" *Nocte nocent potæ, sine noxa luce bibuntur.*

Phennesia metalla, locus Palæstinæ ad quem Christiani damnabantur. Vide Phæno. Hist. tripart.

Pheræ, *Cheramidi* Sophiano & al. opp. Messeniæ in ora sin. Messeniaci, inter Messenen ad Bor. & Abeam ad Austrum. Est etiam Ptol. oppid. in Achaia Peloponnesiaca apud Helicen, *S. Giorgio* Nigro. Ptol.

Pheræ, *Fere* adhuc teste Leuncl. & *Ienizar* teste Nardo, opp. Thessaliæ geminum, ad distantiam 8. stad. in Pelasgia reg. à Pelio monte 160. stad. distans teste Strab. à Pagasis 90. inter Demetriadem & Pharsalum, apud Bœbeidem lacum. Hinc Pheræus Alexander tyrannus quidam dictus apud Plut. in Pelopida. Fuit & Pheræ opp. Atticæ inter Megara & Thebas. Cic. Liv. Strab. & al.

Pherezæi, pop. Palæstinæ circa Samariam, de quibus Joseph. de antiquit. Judæorum: quorum nomen evanuit. Bibl.

Phermæ, mons Ægypti apud Scetim, ubi S. Paulus eremita vitam duxit. Al. Pherme num. sing. dicitur. H. Sin. part.

Phescennium, urbs Thusciæ in Faliscis. Vide Fescennia, sive Fescennium; utrumque enim usitatur. Cat.

Phesti, locus Latii ab urbe 5. mill. pass. ubi Ambarvalia festa agebantur. Strab.

Phestum, Phestos Ptol. *Oista* Molet. opp. Thessaliæ in Esthiotide reg. apud Gomphos. Sed Phæstos legitur apud Ptol. in cod. Græco. Liv.

Pheugarum, *Halberstat* teste P. Appian. urbs German. in Saxonia episc. sub archiep. Magdeburgensi, seu sub arch. Moguntino, media fere inter Magdeburgum ad ort. & Brunopolim ad occ. 7. leuc. ad Halberam fluv. à quo nomen habet, Halberstadium Lat. recenti, an. sal. 819. sede, quæ Salingstadii erat, exornata, à Mansfeldia 7. leuc. Magdeburgum versus. Ptol.

Phiala, *Medan* teste Brochardo, lacus Palæstinæ parvus in Cœlesyria, ex quo Jordanis fluv. oritur. Aliis *Dan* fons appellatur, non lacus. Est & fons Nili apud Plin. Joseph.

Phialia, Phigalea Pauf. & Steph. Phigalia Athenæo, Phygalæa Polyb. *Davia* teste Nigro, al. *Neospiti*, oppid. Arcadiæ in Peloponneso, apud Mantineam & Tegeam proximas urbes, à Cotylio monte 40. stadiis. Ptol.

Phicari, pop. Indiæ ad Caucasum mont. ubi topazius lapis reperitur. Plin.

Phicaria, ins. Sardiniæ. Vide Ficaria, ut à Latinis scribitur. Ptol.

Phiceum, Phicium Hesiodo & Plut. mons Bœotiæ, Apollod. Steph.

ubi Sphinx à Plutarcho describitur. Phiceoa & Phiceos dicitur al.

Phidaliæ sinus, *Santa Copa* P. Gyllio, vel *Sarantacopa*, sinus apud Byzantium ad Bosporum Thracium.

Phigalei, pop. Peloponnesi Messeniis proximi, vino adeo dediti, ut in cauponis assidue versentur, domos suas cum uxoribus hospitibus locantes. Vide Pausan.

Phila, ins. parva Libyæ intra Tritonem fluv. in qua Nysa opp. ad quod unicus est aditus, Nysiæ portæ dictus. Est & ins. parva Gall. Narbon. inter Leronem & Phœnicen teste Plin.

Phila item, *Fello* nunc teste Nardo, opp. Macedoniæ in Thessaliæ conf. ad Peneum fluv. in rupe fluvio imminente, inter Tempe & Dium, à Demetrio Antigoni filio conditum teste Steph. Hinc Philæus nom. gent. De eo Herod. lib. 4.

Philadelphia, urbs gemina: una Lydiæ, adhuc *Filadelfia* nominata, urbs olim episc. sub archiep. Sardiano, nunc & ipsa metrop. inter Sardes 28. & Tripolim supra 30. mill. pass. ac inter Ephesum ad occ. & Tiberiopolim ad ort. 60. à Thyatira 64. in merid. ad Tmoli mont. radices, terræmotibus vexata. Altera in Cœlesyria, Ammana & Astarte teste Steph. prius dicta, Rabath Hebræis teste D. Hieron. episc. sub archiep. Bostrensi, Gadaræ & Areopoli finitima, in Decapolitana reg. etiam vulgo *Rabath*, à Philadelpho rege condita. Est & Philadelphia urbs Ciliciæ apud Ptol. episc. sub arch. Seleuciensi, ab ipsa Seleucia parum introrsum, & nomen antiquum servans.

Philæ, opp. Ægypti in Thebaide apud Nili cataractem. Est & insula Ægypti parva, aspera, & undiq; prærupta. Cujus mem. Luc. lib. 10.

Philæni vicus, & Philænorum aræ, *Porto Sabia* Villanov. *Licudia* Castal. *Hernich* Zardo, opp. Africæ in ora Syrtis magnæ in Cyrenaicæ confin. *Nain* nunc teste Marmol. non *Hernich*, quæ potius est Berenice. Nomen habent à duobus fratribus Carthaginensibus, qui pro republ. se vivos ibi sepeliri passi sunt. Vide apud Solin. c. 30.

Philæum, seu Phleum ut habet cod. Græcus Ptol. *Groeningen* teste P. Appiano cum Villanov. urb. German. in Frisia occidentali præclara, & episc. sub archiep. Trajectensi, sub Philippo 2. Hispaniæ rege & Belgii domino effecta, inter Levardiam ad occ. alteram Frisiæ urb. episc. 7. & Embdam urbem Frisiæ orientalis 4. leuc. à Brema 18. à Monasterio 21.

Philene, Phyla Xenoph. Diod. Steph. opp. Atticæ inter Athenas, & Tanagram urbem Bœotiæ, ab Athenis 100. stad. Cujus, vel alterius mem. Stat. lib. 4. Theb.

" ----------- *sensit scopulosa* * *Philene*,

" *Fletaq; cognatis avibus Meleagria Pleuron.*

[* *Pylene* al. legunt opp. Ætoliæ.]

Philia, *Filea* in tab. recent. prom. Thraciæ in ora maris Euxini apud os Ponti: ubi Phinopolis opp. Ptol. Melæ, ac Plinio.

Philippi, *Filippo* adhuc vulgo, colon. & urbs Macedon. (non Thraciæ, ut in Thes. ling. Lat.) archiep. in Thraciæ conf. apud mont. Pangæi radices, olim Crenides teste Diod. apud oram maris Ægæi, ad 10. mill. pass. distans, ab Amphipoli 33. Neapolim versus 12. à Dyrrachio 225. Byzantium versus, olim clara, nunc pene jacens & deserta. Pop. Philippenses. Urbis mem. Ovid. lib. 15. metam.

" *Æmathiiq; iterum madefient cæde Philippi.*

Virg. lib. 1. georg.

" *Romanas acies iterum videre Philippi.*

Hic campi Philippici, ubi inter Cæs. & Pompeium pugnatum. Nomen à Philippo Alexandri magni patre instauratore habuit. Apud Philippos M. Jun. Brutus unus ex Cæsar. interfectoribus interfectus est. Quod cum Portia Catonis filia, illius uxor, accepisset, nec ferrum quo sibi necem inferret (ab amicis impedita) habere posset, haustis carbonibus inusitato mortis genere obiit. De qua Mart. lib. 1. epig. 42.

" *Conjugis audisset fatum cum Portia Bruti,*

' *Et subtracta sibi quæreret arma dolor:*

" *Nondum scitis, ait, mortem non posse negari?*

' *Credideram satis hoc vos docuisse patrem.*

" *Dixit, & ardentes avido bibit ore favillas:*

' *I nunc, & ferrum, turba molesta, nega.*

Philippopolis, quæ & Trimontium, & Hadrianopolis Ptol. (qui in re hac deceptus est, cum Hadrianopolis teste Sex. Ruf. sit urbs diversa, de qua suo loco:) Poneropolis Plin. Plut. & Suidæ, Calybe Strab. urbs Thraciæ archiep. ad Hebrum fluv. *Filippopoli* adhuc nostratibus, *Filibe* Turcis, & *Presrem*, adhuc fulgens, ubi sedes præfecti est, inter Sardicam ad occ. 100. & Hadrianopolim in ortum versus Byzantium 56. mill. pass. à Philippis 90. in Bor. apud Rhodopen mont. De Philippopoli sic in lib. 2. Itin.

" *A Macedū rege hac nā cum sit structa Philippo,*

' *Iure Philippopolis dicitur illa suis.*

Philistiim, pop. Vide Phylistiim.

Philistinæ fossæ, *Fosson* & *Fossone* ex tab. recent. unum ex ostiis Padi fluv. quod & Tartarum Plin. (quamvis Tartarus apud Tac. sit flum. in Padum influens) ibi Fossonum vicus, ubi Tartarus & Athesis in mare Hadriaticum fluunt, inter Carbonariam ad Austrum, & Brundulum portum ad Bor. 5. mill. pass.

Phillis, reg. Thraciæ circa Pangæum mont. ubi Philippi urbs non longe in principio Macedoniæ: Phyllis Stephano.

Philocandros, Pholegandros Plin. Steph. Strab. *Policandro* teste Bordon. ins. maris Ægæi, una Cycladum, proxima Melo, ab ea 8. mill. pass. in ortum, à Delo 70. in merid. Phlegandros Hesychio, & Arato teste Strab. Ferrea.

Philomelium, *Aggiul Fellanos* à Turcis teste Leuncl. urbs Phrygiæ magnæ episc. sub archiep. Synnadensi olim, nunc sub Amoriens. inter Apameam & Peltas. Pop. Philomelienses Cic. & Plin.

Philonius portus *Porto Filon*, & *Faon* vel *Favone* in tab. *Porto Vecchio* Pineto, portus Corsicæ in ora ad ortum, à portu Syracusano seu Bonifacio 30. mill. pass. in Bor. Aleriam versus, apud pag. S. Cypriani.

Philyra apud German. poetas pro Lindavia urbe Suevica ad lacum Acronium accipitur, ut lib. 6. Itiner. ubi sic:

" *Ergo lacum superans, Philyræ qui mœnia pulchra*

' *Alluit*---------

Et alibi.

" *Ad pulchram Philyren, qua non præstantior ulla*

' *Accolit Acronii littora nympha lacus.*

Philyres, Philyræ Ovid. pop. Sarmatiæ Asiaticæ ad pontum Euxinum, ubi Philyris ins. Apollonio. Sunt qui eos in Cappadocia locent apud Byzeres. Hinc Philyræus nom. gent. Ovid. lib. 7. metam.

" *Pelion umbrosum, Philyræaque tecta, superque*

' *Othryn*-------

Val. Flacc. lib. 5. Argon.

" *Byzeresque vagi, Philyræque à nomine dicta.*

Phinni, pop. Germ. in Scandia. Vide Fenni Tac. Horum regio Finlandia Lat. recenti nominatur.

Phinopolis, * Philopolis Ptol. Phileas Melæ, *Phinopoli* adhuc Soph. seu *Fliopoli* aliis, urbs Thraciæ marit. apud Philiam prom. à Phineo conditore nomen habens teste Steph. Haud procul abest ab ore Ponti, inde paulo supra 5. mill. pass. recedens teste Plin. [* Phinopolis etiam est Ptolem. & Melæ.]

Phintea, fons Siciliæ, in quo teste Plin. nihil mergitur, sed omnia fluitant; uti lib. 31. c. 2.

Plin. Ptol. Phintonis, Phinton Capellæ, *Isola rossa* Ortel. *Isle de Figo* Pineto, inſ. Sardiniæ, inter illam & Corſicam.

Plin. Phirſtimus, fluv. Perſidis in ſin. Perſicum influens inter Sitiogagum, quo Paſagardas 7. diebus navigatur, & Granium, qui per Suſianam fluit. Quæ flumina omnia ſunt teſte Plin. navigabilia.

Cat. Phiſcon mons *Monte Fiaſcone*, urbs Hetruriæ in mont. lacui Volſinio imminente epiſc. inter Volſinios 7. & Viterbium 8. mill. paſſ. vino celebris.

Ptol. Phiſera *Figari*, opp. ſeu pag. nunc Corſicæ in ora occid. Vide Fiſera.

Bibl. Phiſon, fluv. unus ex 4. qui è terreſtri paradiſo egrediuntur, qui Euſeb. Joſepho, & D. Hieron. eſt Ganges; al. eſt Nilus, teſte Aria Montano.

Ptol. Phiternus, Tifernus Plin. & Melæ, *Fortoro* teſte Collenutio, *Salino* teſte Mazzella, *Piſar* teſte Ligorio, fluv. Italiæ inter Frentanos & Apulos, eos dividens, in mare Ionium fluens. Sed Tifernus adhuc nomen retinet, medius inter Frentonem (qui *Fortoro* dicitur) & Trinium, per Larinates decurrens, pelago apud Hiſtonium exceptus.

Herod. Phla, inſ. parva in palude Tritonide: de qua vide Herod. lib. 4.

Scrip. Belg. Phladirtinga *Vlaerdingen*, opp. Germ. infer. in Batavis ad oſtium Moſæ, à Delphis 2. leuc. in occ. Cujus mem. Herman. Contractus.

Plin. Phlanates, pop. Illyrici, qui & Flanates: à quibus ſinus Flanaticus. Vide ibi.

Virg. Phlegethon, fluv. inferorum, ut poetæ fabulantur. Cujus inter alios Virg. memin. lib. 6. Æn.

" *Et Chaos, & Phlegethon, loca nocte ſilentia late.*

Hinc Phlegethontæus nom. gent. Stat. lib. 4. Theb.

" *Fumidus atra vadis Phlegethon incendia volvit.*

Phlegethontem à verbo Græco φλέγω, quod eſt ardeo, quod ardeat, & flammis ſemper æſtuantibus rapidus decurrat, dicunt; ut ex Virg. in culice.

" *Nec timuit Phlegethonta furentem ardentibus undis.*

Steph. Sol. Phlegra urbs Macedon. fuit in qua gigantes erant ab Hercule extincti. Quæ poſtea, ut Steph. ſcribit, Pallene dicta eſt. Vide Plin. 4. c. 10. Hinc Phlegræus, a, um.

Polyb. Plin. Sol. Phlegræi campi. Vide Forum Vulcani. Claud. lib. 3. de rapt. Proſerp.

" *Advexiſſe datur. Phlegræis ſylva ſuperbit*
' *Exuviis*----------

Xenoph. Plin. Strab. & al. Phlius, à Phliante conditore teſte Pauſ. opp. Peloponneſi geminum: unum in Sicyonia reg. prius Arantia & Aræthyrea teſte Strab. & Pauſ. *Tri* Soph. *Rupela* Laonico, *Phoica* Pin. à Corintho 30. ſtad. in occ. à littore 20. Alterum in Elide teſte Plinio, à Cyllene 15. mill. paſſ. à littore 2. ab Olympia 63. Populi Phliaſii Xenoph. fide & fortitudine clari, Corinthiis, Sicyoniis, Pellenenſibus, & Mantinæis finitimi. Hic Axiothea Phliaſia, cum Laſthenia Mantinea, diſcipula Platonis, habitu virili induta in auditorium ingrediebatur, teſte Laertio.

Strab. Phlygadia, mons Illyrici Hadriæ obverſus, *Flicz* teſte Laz. in Liburnia. Inde, cum ſit altus, mare Hadriaticum conſpicitur.

Plin. Phocæ, inſulæ parvæ Cretæ ante Sammonium prom. adjacentes, una cum aliis, hoc eſt Platiis, Sirindibus, Naulocho, Armedone, & Zephyris: quæ potius ſcopuli quam inſ. videntur.

Strab. Liv. Ptol. Phocæa, *Foia vecchia* vel *Foglia vecchia* Soph. urbs Æolidis in ora, inter Cumam ad Bor. & Smyrnam ad merid. à qua 25. mill. paſſ. recedit, apud oſtia Hermi fluv. epiſc. ſub archiep. Smyrnenſi, Phocis Melæ, Athenienſium colonia. Phocæa altera Plin. opp. Cariæ juxta Mycalen mont. Mem. Luc. lib. 3.

" *Et poſt tralatas exuſtæ Phocidis arces.*

Phocenſes Ioniæ pop. patrium ſolum communi conſilio relinquentes, ſe non reverſuros jurejurando, additis devotionibus & exſecrationibus, polliciti ſunt, & in Galliam profecti Maſſiliam urbem condiderunt, ut autores ſunt Herod. lib. 1. & Strabo lib. 4. Hinc ortum adagium eſt *Phocenſium exſecratio*, de jurejurando multis vinculis adſtricto, uti Hor. mem. epod. 16. à quo Phocæi dicuntur. Phocenſes quoque Phocidis in Græcia pop. rem memoratu dignam feciſſe narrat Plutarch. Hi enim in prælium contra Theſſalos exeuntes, mulieres & liberos in unum locum congeſtos, ubi ipſi à Theſſalis victi eſſent & interfecti, comburendos illico mandarunt iis quos ad cuſtodiam reliquerant: quod conſilium & mandatum etiam mulieres ipſæ approbarunt; licet non adimpletum fuerit, victoria adverſus Theſſalos reportata. Ex ea deliberatione natum eſt proverbium *Phocenſium deſperatio*, de ſtulto & inſano conſilio.

Phocæi, etiam Phocenſes dicuntur, & Phocaici, pop. Æolidis in Aſia, & Phocidis in Græcia, qui & Cyrrhæi, & Caſtalii quoque apud poetas dicuntur.

Phocarum inſula, Arabiæ petrææ inſ. ad intimum ſin. Arabici receſſum. Sunt & tres inſ. in ſinu eodem, Ieracum, Phocarum, & Chelonon, teſte Strab. Strab.

Phocenſes, pop. Hetruriæ, quorum opp. *Foceſchio*, inter Florentiam, Lucam, & Piſas ſitum, apud lacum cognominem, à Luca 20. mill. paſſ. quod *Foſſechio* & *Fucecchio* etiam ſcribitur. Phocenſes alios vide in Phocæa & Phocæi. Autor.

Phocis, reg. Achaiæ inter Bœotiam, & Ætoliam ad occ. in qua Delphi urbs, & Parnaſſus mons cum Helicone. De qua Ovid. lib. 1. metam. Strab. Plin. Ptol. & al.

" *Separat Aonios Actæis Phocis ab arvis.*

Hinc Phocanus, a, um, apud Ovid. de Ponto, & Phocæus, a, um, nom. gent. Ovid. lib. 11. metam.

" *Advolat armenti cuſtos Phocæus Anetor.*

Phocra, mons Maurit. Tingitanæ, *Gebelelhadich* teſte Jo. Leone, i. e. mons ferreus. Ptol.

Phocuſſa, inſ. maris Ægæi, una Sporadum apud Plin. lib. 4. cap. 12. licet paſſim Phocuſa unico ſ ſcribatur. Plin.

Phœbæa, palus Argiæ ad ſin. Saronicum, quæ & Saronis. Pauſ.

Phœbe, inſ. parva Propontidis, potius ſcopulus quam inſ. unde nec hodie nominatur. Plin.

Phœbi prom. *Capo della Gomiera* ex tab. recent. prom. Mauritaniæ Tingit. intra columnas Herculis, apud Abylam. Ptol.

Phœbia, pag. ſeu caſtrum Sicyoniæ teſte Stephano.

Phœmos, (non Phœmoia, ut in Theſ. ling. Lat.) lacus Arcadiæ. De quo Ovid. lib. 15. metam.

" *Eſt lacus Arcadiæ, *Phœmon dixere priores,*
" *Ambiguis ſuſpectus aquis: quas nocte timeto;*
" *Nocte nocent potæ, ſine noxa luce bibuntur.*

[* Alii legunt *Pheneum.* Vide Pheneus.]

Phœnebythis, vicus Panopolis urbis in ora Ægypti littorali, patria Valentini hæretici teſte Epiph. Suida.

Phœnicæum, mons Peloponneſi Corintho urbi imminens. Cujus memin. Ephorus lib. 19. Incolæ Phœnicæi. Steph.

Phœnice, *la Fenicia* noſtratibus, reg. Syriæ marit. inter reliquam Syriam ad Bor. Eleuthero fluv. diſterminante, & Palæſtinam ad merid. Chorſeo fluv. ab ea diviſa, Syrophœnix à Juvenali dicta. Ubi Tripolis, Byblus, Tyrus, & Sidon, urbes quondam claræ, quarum Tripolis & Berytus adhuc fulgent. Pop. Phœnices; qui à mari Rubro profecti, Tyrum, Sidonem, Thebas, Uticam, Hipponem, Leptim, Maſſiliam, Emporias, & alias urbes in diverſis provinciis condidere; litterarum inventores; artis navigandi etiam primi inventores teſte Plin. Luc. lib. 3. Strab. Plin. Mel. & al.

" *Phœnices primi (famæ ſi creditur) auſi*
" *Manſuram rudibus vocem ſignare figuris.*

Phœnices (qui apud poetas etiam Pygmalionæi & Agenoridæ dicuntur) inter alia de nimio cauponandi ſtudio

dio apud Pindarum notantur. Unde adagium *Phœnicum more*, de compensatione quæ fieri solet de manu in manum; quod fit, ubi res est cum homine incertæ fidei; sic enim caupones faciunt, manu dantes simul & recipientes. Fuere & astuti ac insidiosi, ut adagium ab illis prodierit apud Diogen. & Suid. *Phœnicum pacta*, in vafros & astutos, quales fuere Phœnices, qui hospitio terræ per diem & noctem impetrato, jussi abire, responderunt, illum diem & noctem nondum præteriisse. Est & in proverbio *Phœnicum commutatio*, cum contrahentes incertæ fidei rem præsentem dant & recipiunt. Phœnices primi mercaturam exercuisse feruntur, uti ex Sophocle legitur: qui etiam in negotiatione mendacii notantur hoc adagio, *Phœnicium mendacium*. Quod tamen ab aliis dicitur de fabuloso commento dentium draconis à Cadmo Phœnice seminatorum, ut apud Stesichorum: unde in adagium transiit, de portentosa & fabulosa narratione. Hi Herculi coturnicem immolabant, quod nidore illius is ad vitam restitutus fabulose referatur apud Athen. lib. 9. unde adagium *Coturnix Herculem* apud Zenod. de iis qui à periculo servati sunt ab iis, à quibus non sperabant. Phœnicia inter alia murice, gypso, gentiana abundat, & liliis, ac myrtis; & circa Orontem myrrha. Sed ostro maxime Tyrio claret.

Plin. Phœnice, ins. parva maris Ægæi, Sigæo prom. objecta: & oppid. Epiri mediterr. inter Antigoniam & Hecatompedum, Polyb. Liv. & Ptol.

Strab. Phœnicum, i. e. Palmetum, locus Syriæ à Petra urbe Arabiæ fel. itinere 5. dierum distans teste Strab. qui *Liombon* hodie dici fertur. Ptolemæo est Arabiæ felicis.

Strab. Phœnicus, mons geminus: unus Bœotiæ Thebis imminens, seu non longe distans; alter Lyciæ, qui & Olympus, cum opp. cognomine teste Liv. Est & Phœnicus Ptol. portus Cretæ in ora Australi, *Festo* Mol. inter Hermæam prom. & Phœnicem opp. Et Steph. ins. parva Lyciæ: & portus Siciliæ Ptol. Vide Naustathmos.

Strab. Plin. Mel. Phœnicusa, Phœnicodes Ptol. *Felicur* vel *Phelicure* Fazz. & *Fenicusa*, ins. Siciliæ, una Æoliarum, à Lipara 10. mill. pass. in occ. recedens, (totidem circuitu patens) Ericusam versus 5. mill. distantem. Strabo tamen scribit illam inter Ericusam 10. & Didymen 30. mill. distare.

Strab. Ptol. Phœnix, *S. Niqueta* teste Nigro, opp. olim, nunc pag. Cretæ in ora Australi, inter Pœcilasium ad occ. & Psychium ad ortum.

Ptol. Steph. Phœnix item mons Cariæ in ora contra Rhodum, inter Gnidum ad occ. & Caunum ad ort. cum castro & fluv. cognomine, vulgo *Anconitan* Molet. à Dædala oppid. & monte 1500. stad. Phœnix quoque nom. gent. & Phœnissa gen. fœminei. Est & Phœnix fluv. Thessaliæ in Apidanum influens teste Herodot. & Plin.

Scrip. Gall. Phœnus, mons Galliæ Celticæ in Normannia apud Baiocensem urb. vulgo *Crismato*. Dicitur & *M. di Bayeux*.

Bibl. Phogor, quæ & Beelphegor, villa Judææ apud Bethleem urb. quæ postea Phagora dicta est teste D. Hieronymo.

Plin. Pholegandros, ins. maris Ægæi. Vide Philocandros.

Strab. Plin. Mel. & al. Pholoe, *Xiria* teste Nigro, mons Peloponnesi in Arcadia sylvosus, nivosus, & excelsus, Pisæ Olympiæ proximus. Cujus mem. Ovid. lib. 2. fast.

" *Testis erit Pholoe, testes Stymphalides undæ.*

Pholoe item teste Q. Calabro mons Thessaliæ proximus Othry, ubi Hercules centaurum aggressus est. A Pholoe Pholoeticus nom. gent. ut Pholoetica monstra apud Sidon. in paneg. Majoriano.

' ---------- *non sic Pholoetica monstra*

" *Atque Pelethronios Lapithas Semeleius Euan*
' *Miscuit* ----------

Ptol. Pholon oppid. fuit Arcadiæ à Pholo centauro dictum teste Steph.

* Phorbantia, *Levanso* teste Faz. vel *Lavenzo*, ins. Siciliæ ante Drepanum urb. proxima Æguſæ & Hieræ, à Drepano 12. mill. pass. in occident. ab Ægusa 18. [* Φορβαντία in Seld. manuscr.]

Phorca, palus Latii in Marsis ab urbe Roma 500. stad. teste Isacio. Vide Fucinus lacus, nam illi eadem est. Lycophr.

Phorcynus, portus Ithacæ ins. ubi nympharum antrum. Hom. Strab.

Phornacis, *Hornachos* teste Henr. Coquo, opp. Hisp. Bæt. in Lusitaniæ confin. in Extremadura reg. inter Emeritam 7. & Zephyram 6. leuc. Sed hoc oppid. in Lusitania est longe distans à Bætica; Phornacis vero à Ptol. in Bætica locatur. Ptol.

Phoronicum appellatum est Argos urbs Peloponnesi. Steph. Pauf.

Phosphorium, portus Byzantii, quasi Bosphorium, ut Ortel. citat; sed apud Steph. id minime legitur. Steph.

Phostonia, una ex ins. Halcyoniis in mari Halcyonio, quod & sinus Corinthiacus. Suid.

Phrada, urbs Drangianæ, quæ Plin. & Ptol. Prophthasia, quam Alexand. magnus postea Prophthasiam nominari voluit teste Steph. Steph.

Phricium mons cum opp. cognomine Locridis, in confinio Thessaliæ, apud Thermopylas. Fricium Liv. Incolæ Phriciani & Phricienses dicti. Strab. Liv.

Phrixa oppid. fuit Peloponnesi in Triphylia reg. postea Phæstus teste Steph. apud Olympiam, à qua 50. tantum stad. distat. Hinc nom. gent. Phrixæus. Polyb. Steph.

Phrixus, portus Sarmatiæ Asianæ apud fauces Bospori Cimmerii. Et Pauf. flum. Argiæ inter Temenium & Lernam in mare fluens. Steph. etiam fuit oppid. Lyciæ. Steph.

Phrudis *Somme* vel *Some*, fluv. Gall. Belg. teste Becano per Ambianos in occ. in oceanum Britannicum influens: non *Sambre*, ut scribit Cœnalis; hic enim in Mosam defertur, Phrudis vero in oceanum. Al. est *l'Isere*, qui ad Neoportum opp. Flandriæ oceano excipitur. Ptol.

Phrurium prom. *Capo Bianco* teste Lusignano, prom. Cypri in principio oræ Australis, inter Zephyrium prom. ad occ. & Curium urbem ad ortum. Ptol.

Phrusino apud Plaut. Vide Frusino.

Phryges, fluv. Asiæ, qui Phrygiam magnam à Caria dividit. Et pop. Phrygiæ, Ovid. lib. 13. metam. Pauf.

" *Ut cecidit fortuna Phrygum, capit impius ensem*
' *Rex Thracum* ----------

Phrygia, reg. Asiæ gemina; magna Ptol. seu major Xenoph. Liv. & al. quæ & Pacatiana lib. Not. & concil. dicitur, in qua Synnada & Laodicea metropoles, tota mediterr. *Germian* Cast. & *Durgat* Turcis teste Leuncl. Galatiæ, Pamphyliæ, Lydiæ, Cariæque confinis: minor altera, quæ Epictetus teste Strab. dicta est, & Hellespontiaca, ac ad Hellespontum Liv. & Troas Ptol. Mysia eidem, & Plin. *Sarcum*, seu *Sacrum* Cast. in qua urbes Alexandria & Dardanum in ora, & intus Ilium seu Troja, quæ parva Phrygia dicitur à Ptol. &, quæ sequitur in ora inter parvam & Æolidem, magna; in qua urbes Palæscepsis, Antandrus, Adramyttium, & Pitane. Pop. Phryges. Hinc Phrygius nom. gent. Virg. lib. 9. Æn. Strab. Plin. Ptol. & al.

" *O vera Phrygiæ (neq; enim Phryges) ite per alta*
' *Dindyma* ------

Ovid. lib. 4. fast.

' *Cum tantum à Phrygia Gallica distet humus.*

Phrygia onagris abundat; quos & frequentes habet Lycaonia, & Arcadia, India, & Mauritania, ubi velocissimi sunt. Phryges barbari, ac servili ingenio esse fe-

feruntur, qui solis verberibus in officio continentur: à quibus ortum est adagium teste Suida, *Phryx verberatus melior*: quod & Cic. habet in orat. pro L. Flacco, ubi ait, Phrygem plagis meliorem fieri solere. Quod proverbium in eos qui non monitis, nec pudore, sed verberibus tantum emendantur. Illud quoque *Sero sapiunt Phryges* non solum ab Andronico, sed etiam à Cic. in epist. familiaribus usurpatur in eos, quos sero pœnitet male vel stulte factorum. Phrygum Cannacas rex (qui & Cannacus & Annacus apud Steph. legitur) cum supra 300. annos vixisset, consultum oraculum quando moriturus esset, respondit, mortuo Cannaca omnia peritura. Quapropter omnes flere, & orare, ut tantum malum Deus averteret. Ex quo ortum adagium de gravi & miserando luctu, *Cannacæ more plorare*, ut Zenodotus refert.

Plin. Phryx, fluv. Phrygiæ minoris, quæ ab eo nomen accepisse videtur; Phrygius Strab. & Hyllus.

Strab. Phryxa, urbs Arcadiæ, postea Phastus, ab Olympia 50. stad. teste Steph. Vide Phrixa.

Senec. Phryxæum mare, quod Eubœam ad merid. circa Caphareum prom. alluit.

Mel. Phryxi templum in Colchide apud Phasim urbem, ubi vellus aureum à Jasone Argonauta, una cum Medea Oetæ regis filia, sublatum, ut Val. Flacc. narrat.

Mel. Phtheleon *Fiteleo*, opp. Thessaliæ ad sin. Pagasicum, inter Demetriadem & Thebas Phthiotidis.

Metaphr. * Phterigius, mons Syriæ Rhoso urbi imminens, in ora, ubi Piapis fluv. exoneratur. Cujus mem. Metaphr. in vitis Sanctorum.

Plin. Mel. Phthia, opp. Phthiotidis reg. apud sin. Maliacum, & Apidanum fluv. patria Achillis teste Ennio. Cujus mem. Ovid. lib. 13. metam.

" *Quis locus Ajaci? Pthiam hæc, Scyronve ferantur.*

Est & Phthia Ptol. portus Marmaricæ, cujus etiam mem. Plin. & Strab. *Porto del Patriarcha* teste Mol. Mem. & Phthiæ prioris Virg. lib. 1. Æn.

" *Cum domus Assaraci Phthiam, clarasque Mycenas*
" *Servitio premeret*--------

Sex. Ruf. Phthinopolis, Phinopolis Plin. Vide ibi.

Ptol. Phthinthia, *Drilo* teste Nigro, opp. seu pag. Siciliæ mediterr. in ora Australi ad fluv. cognominem, inter Camarinam & Terram novam in mare influentem.

Ptol. Phthiotis, Phthia Polyb. reg. Helladis, pars Thessaliæ Australis; in qua Thebæ urbs metrop. vulgo *Ziton*. Nom. gent. Phthius & Phthieus.

Strab. Mel. Phthirophagi, pop. Sarm. Asianæ in Corocondama penins. teste Strab. ad Euxinum mare.

Ptol. Phthuth *Fut* Plin. flu. Maurit. Tingit. extra Herculis columnas, in oceanum Atlanticum influens inter Solis mont. & Phut oppid. *Tensift* Cast. *Fez* Varrerio. Sed *Fez* Volubilis plerisque dicta putatur, Fessa, urbs amplissima & regia. At apud Ptolem. * Thuth, non Phthuth legitur. [* In Seld. man. Φθὼθ.]

Ptol. * Phundusii, pop. Germaniæ, quorum urbs *Ripen* in Cimbrica Chersoneso, teste And. Velleio, à Slesuico urbe 14. leuc. in Circium. [* Φυνδοῦσοι in Seld. manusc.]

Ptol. Phusca, Physcus Strab. & Diod. *Fiesco* Mol. *Fischio* Thev. urbs Cariæ marit. inter Lorymam ad occ. & Caunum ad ort. propiorem.

Prov. Rom. Phycocle *Cervia*, urbs Æmiliæ marit. episc. sub archiep. Ravennate, inde 15. mill. pass. Ariminum versus 20. ubi sal coquitur, ingensque illius proventus est in tota Æmilia: urbs à paucis ob aeris insalubritatem habitata.

Strab. Ptol. Phycus prom. *Capo di Corena* vel *Carena*, prom. Cyrenaicæ apud Cyrenen urb. inde introrsum ad 12. mill. distantem: appellatur etiam *Capo Raxasen*, & *Araz Ausen* teste Marmol. inter Ptolemaidem ad occ. 22. & Apolloniam ad ort. 25. mill. Abest à Phycunte Creta 225. mill. pass. in Bor. teste Plin. Tænarum vero prom. Laconicæ 375. De eo Luc. lib. 9.

" *Impulit, ac sævas meritum Phycunta rapinas*
" *Sparsit*--------

Phygadum insula, i. e. insula exsulum, Ægypto in sinu Arabico adjacens. Hodie apud scriptores recent. nomen haud habet. Strab.

Phygela, opp. Ioniæ apud Ephesum, *Figena*. Vide Pygela. Sunt qui Ephesum *Figena* indigitent, non sine insigni errore. Plin.

Phyla, castellum Atticæ apud fines Bœotiæ ab Athenis 100. stad. distans Tanagram versus. Pop. Phylasii Xenoph. Trog. Strab. & al.

Phylace, oppid. Thessaliæ in Epiri, seu Molossidis (quæ est reg. Epiri) conf. à Phylaco Deionis filio conditum. Phylace etiam Pauf. & Apollod. locus est Peloponnesi in Arcadia, unde Alpheus fluv. ortum habet. Luc. lib. 6. Hom. Strab. Liv.

" *Quæ tetigit Phylace, Pteleusque & Dorion ira.*

Phylace quoque Hermopolitana, *Benisuaif* teste Leone Afric. cum Zieglero, urbs Ægypti ad Nilum, hoc tempore non obscura, (ubi etiam Phylace Thebaica urbs sequens, *Munia* hodie teste Zieglero) è regione Antinoi, à nova Babylone, sive, ut vocant, à Cayro 120. mill. pass. in Austrum, Munia vero 180. Est & Phylace Plin. & Ptol. oppid. Maced. in Pieria reg. inter Larissam & Pellam. Strab. Ptol.

Phylistiim, pop. Palæstinæ (quæ ab eis nomen habere videtur) in Ægypti conf. quorum urbes Gaza, Ascalo, Azotus, Iamnia, & Anthedon in ora. Qui & Philisthim scribuntur. Bibl.

Phyllis apud Herod. est reg. Thraciæ, & apud Steph. fluv. Bithyniæ.

Phyllos, reg. Arcadiæ, quæ à Statio pecorosa nominatur: sed apud Strab. opp. fuit Thessaliæ Larissæ proximum, ubi erat fanum Apollinis, Mideæ opp. vicinum. Stat. lib. 4. Theb. Stat.

" *Aptior armentis Midea, pecorosaque Phyllos.*

Phyrites, fluv. Ioniæ juxta Ephesum labens. Plin.

Physce, *Cosabet* teste Nig. opp. Mysiæ infer. Arpi proximum, apud ostia Tyræ fluv. Ptol.

Physcia Steph. opp. Lyciæ fuit.

Physcella, opp. Maced. apud Olinthum in Pallene penins. ad Mecybernæum seu Thermaicum sinum. Plin. Mel.

Physcus, opp. Cariæ in ora contra Rhodum, (Vide Phusca) à Trallibus 970. stad. in merid. teste Strab. recedens. Physcus quoque Steph. portus & fluv. Rhodi ins. *Gadura* nunc teste Ortel. Physcus item Theocr. mons Magnæ Græciæ apud Crotonem urb. Fuit & oppid. Locridis à Physco Ætolo conditum teste Steph. Strab. Diod.

Phyteum, Phytia quoque Thucydid. Phytæum Polyb. opp. Elidis in Peloponneso, & in Ætolia: Sed apud Steph. Phytæum est opp. Ætoliæ, Phyteum vero Elidis, sive Helidis. Thucyd. Steph.

Phytonia, ins. maris Tyrrheni apud sin. Formianum, inter Pandatariam & Palmariam.

Piada, urbs Sericæ, quæ Mercatori *Peim* nunc dici videtur. Pop. Piaddæ Ptol. Ptol.

Pialia opp. erat Thessaliæ sub Cercetio mont. cujus memin. & Steph. Nom. gent. Pialeus. Liv.

Piceleo *Picighiton*, opp. præmunitum agri Cremonensis ad Adduam fluv. à Cremona 12. mil. pass. Ticinum versus, Francisci 1. Gallorum regis captivitate post cladem Ticini acceptam celebre: quod aliqui Forum Iutuntorum esse putant, cum circa an. sal. 1120. ædificatum constet. Scip. Ital.

Picentes, pop. Piceni, (vide Picenum) & pop. regni Neapol. Vide Picentini. Strab. Liv.

Picentia, *Vicenza* teste Mazzella, urbs olim Picentum, seu Picentinorum metrop. quæ illis nomen dedit, nunc vic. exiguus in agro Salernitano, à Salerno 10. mill. pass. apud Silarum flumen. Steph. Picentum à Phlegonte appellari scribit. Strab. Plin.

Picen-

Strab. Ptol. Picentini, Picentes Melæ, Picentii Sil. pop. Italiæ in ora maris Tyrrheni, inter Campanos ad occ. & Lucanos ad ort. Hirpinis ad Arctos hærentibus; quorum ager Picentinus, & ora Picentinum littus Plin. dicitur, vulgo *Costa d' Amalfi*, & *Principato citra*, tametsi Principatus etiam Lucaniæ oram complectitur. Caput reg. est Salernum. Hinc Picentius nom. gent. Prud. in per steph. hymn. 11.

" *Indigena & Picens, plebs & Etrusca venit.*

Alius.

" *Hinc Picentini populi, lateque videntur.*

Sil. lib. 8.

" *Leucosiæ è scopulis, nunc quem Picentia Pæsto.*

Urbes Picentinorum hodie extantes.

Amalphis *Amalfi*, archiep.
Capreæ, ins. cum urbe episc. sub archiep. Amalphitano, *Capri*.
Cava, sic vulgo, episc. recens sub archiepisc. Salernitano
Lycteræ *Lettere*, episc. sub archiep. Amalphitano.
Massa Lubrensis *Massa di Sorrento*, episc. sub archiep. Surrentino.
Minor *Minori*, episc. sub archiep. Amalphitano.
Nucera *Nocera de Pagani*, episc. sub archiep. Salernitano.
Ravellum quasi Rebellum *Ravello*, episc. sub archiep. Amalphitano. Sedes juncta Scalensi.
Salernum *Salerno*, archiep. Principatus citerioris caput, olim academia.
Sarnus *Sarno*, episc. sub archiep. Salernitano.
Scalæ *Scala*, episc. sub archiep. Amalphitano.
Stabiæ *Castel à mar di Stabia*, quasi Stabiæ novæ, episc. sub archiep. Surrentino.
Surrentum *Sorrento*, archiep.
Vicus Æquensis *Vico di Sorrento*, episc. sub archiep. Surrentino.
Interiere Pompeii, Stabiæ, & Æqua.

Cæs. Cic. Strab. Plin. & al. Picenum, reg. Italiæ, quæ hoc tempore *la Marca d' Ancona* nominatur, ab Esi fluv. qui ab Umbria ad occ. separat, à Truento fluv. ad ort. qui illam ab Aprutio dividit, (quanquam Picenum ultra Truentum apud Plin. & Ptol. extenditur) ad Austrum Apennino mont. qui ab Umbris & Sabinis separat, ad Bor. mari Hadriatico terminata. Urbes hac tempestate claræ, Ancon, Firmum, Macerata, & Asculum. Pop. Piceni Plin. Picentes Strab. & Liv. Sil. lib. 8.

" *Et qui Picena stimulat telluris alumnos.*

Picenum à pica, quæ vexillo Sabinorum cum Asculum proficiscerentur insedit, dictum putat Festus.

Urbes hujus temporis Piceni.

Æsium *Iesi*, episc.
* Ancon *Ancona*, portus & emporium.
* Asculum *Ascoli*, episc. sub archiep. Firmano.
* Auximum *Osmo*, episc.
* Camarinum *Camerino*, episc. in Umbriæ confinio.
Cingulum *Cingoli*, olim episc.
Cupra Montana. Vide Ripa.
Fabrianum *Fabriano*, opp. ex maximis Italiæ.
* Firmum *Fermo*, archiep.
Lauretum *Loreto*, episc. recens.
* Macerata, sic vulgo, episc. (& academia) sub archiep. Firmano.
Mons Altus *Montalto*, episc. recens sub archiep. Firmano.
† Numana, nunc Humana, episc. olim.
Recinetum *Recanati*, episc.
Ripa Transona, episc. recens sub archiepisc. Firmano.
Septempeda *S. Severino*, episc. sub archiep. Firmano.
Tollentinum *Tollentino*, episc. sub archiep. Firmano.
Interiere, Helvia Ricina, Potentia, & Numana.

Picis mons *M. di Venzone*, (non di *Vesone*, ut scribit Ortel.) mons Carnorum teste Blondo, apud Ventionem opp. & Tilaventum fluv. ab Utino urbe 16. mill. pass. in via quæ ad Vacorium in Norico ducit. Fornandi

Picnesii, *Ersech* teste Castal. pop. Mysiæ infer. qui Picensii Ammiano dicuntur. Ptol.

Picra, stagnum Africæ in Marmarica apud Hammonis oraculum, cis illud 100. stad. qua Alex. magnus, cum ad illud oraculum consulendum pergeret, transiisse refert Diodor. Siculus. Diod.

Pictæ, diversorium Latii in via Latina, ab urbe 220. stad. seu 30. mill. pass. apud Anton. in Itin. Strab. Anton.

Pictavi, Pictones Cæs. Plin. Strab. pop. Gall. Aquit. & urbs episc. sub archiep. Bituricens. & academia. Pop. *Poictovins* & reg. *Poictou*, urbs vero Pictavæ *Poictiers* nominatur hodie, Augustoritum Ptol. (quod nomen absoletum est) Pictava urbs Turonensi, inter Turones ad Bor. 20. & Santones in Austrum 23. leuc. à Bituricis in occ. supra 30. Pictaviæ Fortun. lib. 2. Amm.

" *Si Hilarium quæris, quis sit, cognoscere, lector,*
" *Allobroges referunt Pictaviis genitum.*

Eidem etiam Pictavæ, l. 8.

" *Pictavis residens qua Sanctus Hilarius olim.*

Et alibi lib. 6.

" --------------*Pictavas attigit arces.*

Picti, *Phichtiaid* Lhuydo, pop. Britanniæ 2. hoc est Scotiæ, quorum reg. Deucaledonia Marcell. Sed aliis Laudonia reg. putatur. Horum mem. Claud. de vict. Stilicon. Claud.

" *Perlegit exsangues Picto moriente figuras.*

Pictos è Scythia in Britanniam profectos, ac in Scotia consedisse, autor est Beda, sic à pictura, qua utebantur, dictos. Quibus Scoti successere.

Pictiaca sylva in territorio Aurelianensi. Vide Pitiacus.

Pictones, * Pectones Ptol. pop. Gall. Vide Pictavi: qui à Pictis Scotiæ derivasse feruntur. [* Man. Seld. Πηκτονες.] Cæs. Plin.

Pictonium prom. *Vornoc* Mercat. in ora occidua Gall. Aquit. inter ostia Garumnæ & Ligeris flum. apud Talum mundi opp. quod à Luxiona urbe 8. leuc. in Bor. recedit. Ptol.

Picuentum (non Pinquentum, ut in Thes. ling. Lat.) *Pinguento*, opp. Histriæ mediterr. in monte apud ortum Nauporti fluv. à Justinopoli urbe 10. mill. pass. in ortum. Ptol.

Pidosus, ins. parva Cariæ apud Halycarnassum urb. ea nunc *Isola di S. Pietro* dici videtur. Plin.

Piera, fons Elidis reg. in Peloponneso inter Elidem urbem & Olympiam. Pauf.

Pieres, pop. Macedoniæ in illius & Dardaniæ conf. inter Axium, Aliacmonem, & Peneum amnes siti. Horum reg. sequens esse videtur, cum inter ead. flumina ponantur. Herod. Plin.

Pieria, reg. gemina: una Macedoniæ (cum oppid. cognomine) inter Axium & Peneum flumina, *Veria* Nig. *Lacosichta* al. in qua urbes Phylacæ & Vallæ; altera Syriæ cum monte in Casiotide reg. qui * *Monte Nero* dici videtur Ortel. ex G. Tyrio, reg. autem Pieria in ora, inter Ciliciam & Phœnicen sita est, ubi Seleucia urbs præcipua cognomento Pieria. Pieria Macedoniæ picem habet Naricæ, Indicæ, Idææ, & Illyricæ comparandam. [* *Mortana nigra* est in Ortel.] Strab. Ptol.

Piericus sinus, mare Thraciæ juxta Pangæum mont. ubi Oesyme & Chrysopolis urbes. Thucyd.

Pierius, mons Thessaliæ Musis sacer, quæ ex eo Pierides dicuntur, qui & Pierus Festo, & Pauf. in Macedon. conf. apud mont. Olympum, ubi oppid. ejusdem Thucyd. & Festo.

nom. Phæris proximum, de quo Plin. cum lacu cognomine teste Paus. Lucret. lib. 4.

" *Avia Pieridum peragro loca, nullius ante*
' *Trita solo*--------

De Pierio Ovid. lib. 5. metam.

" * *Pierius genuit Pellæis dives in arvis.*

[* Legend. potius *Pierus*, & est nomen viri.]

Paus. Pierus, fluv. Achaiæ in Peloponneso Pharas opp. alluens. Et Plin. opp. Thessaliæ cum monte, & Pausan. mons Maced. cum lacu, qui tamen teste Æliano est in Thessalia. Sicuti & Pierus fluv. juxta Pheras decurrens, & mont. cognominem in Macedoniam usque extensum Musis sacrum.

Tac. Pigrum mare, idem Baltico; sic, quod minus fluctuosum sit, ut videtur, dictum.

Strab. Pimpla, mons Macedoniæ (non Thraciæ, ut in Thes. ling. Lat.) in Thessaliæ conf. Olympo vicinus, & Musis sacer; qui Pimpleus à Catullo dicitur. Ubi & fons ejusdem nominis. Unde Musæ Pimplææ, & antrum Pimplæum, etiam Musæ Pimpleides. Videtur idem Pierio. Sunt qui in conf. Thraciæ illum locant. De Musa Pimplea Hor. lib. 1. carm. ode 26.

Paus. Pimpla etiam locus est Phocidis apud Parnasum. Locus Musis sacer erat.

Strab. *Plin.* *Ptol.* Pinara, urbs Lyciæ mediterr. valde amœna, episc. sub archiep. Myrens. adhuc *Pinara* vulgo. Pop. Pinaritæ Plin. ad mont. Casium.

Plin. *Mel.* Pinaria, ins. maris Ionii (non Ægæi, ut scribit Ortel.) apud Echinades. Cujus mem. Virgil. lib. 8. Æneid.

" *Et domus Herculei custos * Pinaria sacri.*

[* Videtur potius nomen familiæ quam ins.]

Theophr. Pinarus, fluv. Ciliciæ apud Solos urbem fluens: ex quo liquet hunc fluv. nihil commune habere cum urbe quæ Pinara dicitur.

P. Vict. Pinciana porta. Vide Collatina in Collatia.

Anton. Pincianæ aquæ, quæ & Egestanæ, in Sicilia, apud Egestam urb. quæ hodie non exstat.

Cassiod. Pincius mons, collis Romæ inter portam Salariam & Flaminiam extensus, olim extra urbem, sic à Pincio senatore nominatus, apud quem sacra ædes Trinitatis, Sallustianus etiam dictus, & collis Hortulorum apud Sueton. Vulgo adhuc *M. Pincio*.

Plin. Pindasus, mons Mysiæ in Asia, ex quo Cetius fluv. oritur Pergamum urbem præterfluens.

Cic. Pindenissus, opp. Ciliciæ in Syriæ conf. ad Amanum mont. à Cicerone oppugnatum.

Strab. *Ptol.* *& al.* Pindus, *Mezzovo* Soph. & Laonico, mons Macedoniæ (inter illam & Ætoliam, ac inter Epirum & Thessaliam) ingens, Ætolos ab Acarnanibus dividens. Ex quo Inachus & Æas teste Strab. & Peneus teste Ovid. flum. effluunt. Dicitur & Perrhæbus apud Propert. libro 3. elegia 5. De eo Ovid. lib. 7. metamorph.

" *Othrysque, & Pindus, & Pindo major Olympus.*

Strab. Pindus item fluv. Ciliciæ circa Issum urb. fluens in sin. Issicum.

P. Diac. Pinetum *la Pineda*, sylva pinorum in Æmilia apud Ravennam urbem, inter illam & Cerviam occurrens.

Anton. *Ptol.* Pinetus, opp. Hisp. Tarracon. in finibus Callaicorum, inter Bracaram 110. & Asturicam 141. mill. pass. ex Itin. Ant. quod nonnullis *Pinto* dici videtur: sed Pintum oppid. in Carpetanis est, inter Madritum 2. & Toletum 10. leuc. longissime à Pineto Ant. & Ptol. distans.

Plin. Pingus, fluv. Mysiæ superior. non obscurus, ex Dardanis una cum Margi & Timacho fluviis ejusdem reg. in Danubium sese exonerans. Vide Plin. lib. 3. cap. 26.

Ptol. *Sil.* Pinna *Citta di Penna*, urbs Vestinorum episc. sub archiep. Teatino, inter Teate, & Atriam 12. mill. pass. Sed nunc sedes Atriensis & Pinnensis sunt unitæ. Pop. Pennenses Plin. Pinnentes Val. Max. De Pinna Sil. lib. 8.

" *Quæ Fiscelle tuas arces, Pinnamque virentem.*

Et alibi.

" *Et celsa toto ceciderunt aggere Pinnæ.*

Pinnum seu Pinum, *Wincz* teste Laz. opp. Daciæ in Valacchia Sorno finitimum. Nigro *Phistona* dici videtur. *Ptol.*

Pintia, opp. geminum: unum Hispaniæ Tarrac. in Vaccæis & regno Castellæ vet. *Peñafiel* teste Hieron. Surita, apud Durium fluv. inter Vallisoletum, & Arandam 9. leuc. Sed Clus. & Jo. Marianæ ipsa urbs Vallisoletum esse videtur, vulgo *Valladolid*, urb. præclara, & Castellæ vet. conventus juridicus. Alterum in Sicilia excisum, in ora Australi, inter Thermas & Selinuntem, ubi adhuc vestigia durant teste Faz. Pop. Pintienses, seu Pinthienses. Sed apud Ptol. * Phthinthia, non Pintia, legitur. [*Ptolem. habet Pintiam & Phthinthiam duo diversa oppid.] *Ptol.*

Pion, mons Ioniæ apud Ephesum, in quo S. Timotheus episcopus à pop. lapidatus sepultus fuit. *Plin.* *Paus.*

Pionia, Pioniæ Plin. & Paus. opp. Æolidis ad Caicum fluv. Pop. Pionitæ Plin. *Strab.*

Piplæ, 7. insulæ parvæ Gall. Narbonensis apud Narbonem urb. vulgo *les Isles de Narbonne*, veluti scopuli. *Sex. Avien.*

Piræus, portus Atheniensium, Pyreæus Plauto, ab Athenis in Austrum 40. stad. distans, *Porto Lion* Soph. & *Porto di Sethines*, inter Schœnuntem portum ad occid. apud isthmum 350. & Sunium prom. in ort. 330. stad. De quo Ovid. lib. 6. metam. *Cic.* *Strab.* *& al.*

" *Cecropios intrat, Piræaque littora tangit.*

Piræus non fert vasa inania speciem habet adagii apud Jul. Poll. lib. 6. in eos qui asymboli ad cœnam veniunt. Solebant enim juvenes in Piræo convenire cum vasis variis cibis refertis. Piræi conspiciebatur armamentarium, opus Philonis Atheniensis, celebre.

Piraica, reg. Oropiorum in Attica Atheniensibus olim subditorum. Quorum hodie nomen & memoria exstincta videntur. *Thucyd.*

Pirene, Caballinus fons Persio & al. poetis, fons Acrocorinthi arcis Corinthiæ, cujus aqua suavissima ad potandum est teste Strab. De qua Stat. lib. 1. sylv. carm. 4. *Stra. Pli.* *& al.*

" *Excludat Pimplæa sitim, nec conscia detur*
' *Pirene*------

Vide Pyrene.

Pireus Plauto in Trinummo, cui alibi Pyreæus. Vide Piræus.

Piresia, opp. Thessaliæ, quod & Asterion teste Steph. cujus Orpheus mem. *Steph.*

Piroboridava, *Brailano* teste Nig. opp. Mysiæ infer. ad Danubium in Moldaviæ confinio. Sed levi conjectura sic indigitatur. *Ptol.*

Pirum *Megies*, seu *Megeswar*, urbs Daciæ teste Laz. ad Cocholinum flum. in Transilvania, ab Alba Julia 8. leuc. in Bor. distans. Situs tamen apud Ptol. non videtur congruere. *Ptol.*

Pirustæ, pop. Illyrici in Macedoniæ conf. qui *Albanesi* teste Vigenereo dicuntur, Lazio vero *Bursterstaller* ad Glanam fluv. *Liv.* *Ptol.*

Pisa, urbs Peloponnesi ad Alpheum fluv. & mont. Pisæum, de quo Plut. Vide Olympia. Regio Pisatis Strab. Mem. Pisæ Virg. lib. 3. georg. *Paus.* *Strab.* *Polyb.* *& al.*

" *Aut Alphea rotis prælabi flumina Pisæ.*

Hinc Pisæus nomen gentile apud Ovid. amor. lib. 3. el. 2.

" *Ad quam pene Pelops Pisæo concidit axe.*

Pisæ Milo tyrannus, cum subditos variis affecisset tormentis & cruciatibus, ab eis in mare demersus est. De eo Ovid. in Ibin sic:

" Ut-

" *Utque Milo, sub quo cruciata est Pisa tyranno,*
" *Vivus in occultas præcipiteris aquas.*

Pisæ quovis lustro ludi Olympici celebrabantur. Unde apud Synes. proverbium legitur *In Pisa animum confirma*, cum aliquem ad pugnam vel disceptationem animamus.

Strab. Plin. Liv. & al. Pisæ *Pisa*, urbs Hetruriæ archiep. & academ. ad Arnum fluv. interluentem, ab ejus ostio 10. mill. pass. à Florentia 40. proxima Lucæ 10. mill. pass. distanti, inter Senas ad ort. 50. & Lunam ad occ. 40. Ibi academ. anno sal. 1309. instituta; & anno 1400. coacto concilio pseudopapis depositis Alexand. 5. Pont. max. creatur. Nunc sedes est equitum S. Stephani, qui mare ab hostium incursione defendunt. A Pisanis Arcadiæ populis teste Strab. & Solino condita. De ea Luc. lib. 2.

" *Hinc Tyrrhena vado frangentes æquora Pisæ.*
Pop. Pisani.

Steph. Pausan. Pisaon opp. erat Macedon. in Thessaliæ conf. in Pelagonia reg. inter Iolcum & Sepiadem prom. in ora maritima, seu non longe à littore.

Plin. Liv. Ptol. & al. Pisaurum *Pesaro*, colonia & urbs Umbriæ episc. sub archiep. Urbinate, inde 20. mill. pass. in Bor. in ora Semnonum, ad Isauri fluv. ostium, inter Ariminum ad occ. 25. & Fanum ad ort. 6. mill. ab Ancona 40. in occ. à Toula rege excisum, sed à Bellisario restauratum teste Procopio. Ejus mem. Catull. ad Juv. carm. 82.

" *Præterquam iste tuus moribunda à sede Pisauri.*

Pisauri natus est Ætius, qui inter oratores veteres clarus habitus est. Pisaurum colon. deducta est, quo tempore Pollentia in Piceno, teste Liv. lib. 9. dec. 4.

Plin. Piscenæ *Fesenas* vel *Pezenas*, opp. haud obscurum Gall. Narbonens. in Occitana reg. teste Jo. Poldo, apud Agatham, 3. leuc. distans, inter Biteras 4. & Mont. Pessulum 6.

Strab. Plin. & al. Pisidæ, pop. Asiæ, quorum reg. Pisidia, in Pamphylia, pars illius Borealis, *Versacgeli*, seu *Versacili* Turcis teste Leuncl. à Versaco urbe primaria, & sede præfecti, quæ veteribus Antiochia Pisidiæ, nominatur. Horum mem. Claud. lib. 2. in Eutrop.

" *Pamphylios, Pisidasque: rapi metuendus ab omni*
' *Targibilus*———

Pisidas Solymos à Solymo Jovis filio appellatos testatur Steph. deinde Pisidas à Pisida.

Ptol. * Pisidon, portus Africæ propriæ ad Syrtim parvam apud Girbam ins. inter Tacapam ad occ. & Tripolim ad ort. *Zuarat* hodie teste Marmolio. [* Πισινδὼν in Seld. man.]

Strab. Pisilis, opp. Cariæ marit. inter ostia Calbis fluv. & Caunum urb. extinctum putatur, à recentibus minime memoratum.

Pisinus. Vide Pessinus.

Pisis apud Steph. nomen est opp. & mont. Armeniæ, & Susianæ. Sed de re hac nil apud alios legitur.

Plin. Pisistrati ins. tres parvæ ins. Ioniæ apud Ephesum; quarum nomina Anthinæ, Myonnesos, & Diareusa: quarum oppid. interiere. Nunc ex Epheso nominantur.

Vet. insc. Pisona *Posching*, pag. Vindeliciæ in Bavaria, inter Straubingam, & Decheldorpium in ort. apud Danubium: qui aliis Pisonium dicitur, & vulgo *Weschel*.

Tac. Pisonis villa, *Truglio* teste Loffredo, locus Campaniæ apud Baias, olim ob ejus delicias à Nerone frequentatus.

Vet. Insc. Pisonium, postea Posonium, & Possonium, *Presburg*, urbs Pannoniæ super. ad Danubium in Hungaria, apud Austriæ fines, ubi post amissam Budam comitia regni Hungarici habentur, inter Vienam ad occ. 10. & Strigonium in ort. 12. leuc. Vide Flexum.

Vet. Insc. Pisoraca *Pisuerga*, fluv. Hisp. Tarrac. per Vaccæos in Durium fluens apud Septimancam opp. Vallisoleto urbe & Edonia opp. irrigatis.

Pispiri, mons Ægypti, qui mons sancti Antonii dicitur teste Palladio, in territ. Alexandrino. Hist. tri-part.

Pistas *Poissy*, opp. Gall. Celt. ad Sequanam fluv. in Franciæ & Normanniæ conf. Lat. rec. Pissiacum, apud Pontisaram opp. ubi Esia in Sequanam labitur, à Lutetia Parisiorum 7. leuc. in Bor. Aimoin.

Pistoria, Pistorium Plin. ad Pistores Anton. *Pistoia*, urbs Hetruriæ episc. sub archiep. Florentino, apud mont. Apennini radices, inter Florentiam & Lucam 20. mill. pass. De qua in sigillo urbis. Ptol.

" *Quæ volo tantillo Pistoria cœlo sigillo.*
Et lib. 3. Itin.
' ———*cum nos in plana valle tuemur*
" *Pistorium; dulci contraria monstra quieti*
' *Ista tulit tellus*———

Pistrensis villa, *Bistricz* teste Laz. pag. Pannoniæ infer. ad Danubium, patria Sozomeni, à Sirmio urbe 26. mill. pass. teste Amm. distans in ort. contra Petrovaradinum, quasi medius inter Bononiam & Taurunum. Amm.

Pisye, (Pisuetæ pop. Liv.) opp. olim Cariæ in ora Rhodiensium. Quod Steph. etiam Pitye legi testatur. Hodie, quod sciam, non exstat. Steph.

Pitane, urbs Troadis marit. in Æolidis conf. inter Adramyttium ad Bor. & ostia Caici fluv. in Austrum 4. mill. pass. episc. sub archiep. Ephesino. Pitane etjam opp. Laconicæ mediterr. ad Eurotam fluv. & opp. Macedoniæ marit. in ora orientali. Pitane urbs à Pelasgis capta, illis servire coacta fuit, donec ab Erythræis liberata in pristinam libertatem vindicata est. Hinc adagium *Pitane sum*, de iis qui redacti ad extremam calamitatem, rursus ad priorem fortunam restituti sunt, apud Zenodot. Pitane quoque fluv. juxta urb. decurrens, in quo lateres exsiccati non merguntur, ut & Massiæ in Bætica uti scribit Plin. Pop. Pitanæ, & Pitanæi. Ovid. lib. 7. metam. Strab. Ptol. Plin. Plut.

" *Ætoliam Pitanen à læva parte reliquit.*
Luc. lib. 3.
" *Quique colunt Pitanen, & quæ tua munera Pallas.*

Pitanus, fluv. Corsicæ, unus ex tribus majoribus, in ora occid. inter Fiseram oppid. & Marianum prom. *Talabo* Cast. seu *Talaro* al. apud Fiseram, inter Adiacium & Bonifacium; al. *Liamone*, in eundem sinum cum Talabo influens. Ptol.

Pithecusa, ins. maris Tyrrheni in Campania. Vide Inarime, & Ænaria. Pithecusæ num. plur. Steph. & Ovid. lib. 14. metam. Plin.

" *Colle Pithecusas, habitantum nomine dictas.*

Pithecussæ, ins. tres parvæ Africæ, ubi simiæ pro diis colebantur, nomen ab illis trahentes. Diod.

Pithonis est locus Asiæ in campis apertis, ubi ciconiæ primo adventus sui tempore congregantur, teste Plin. lib. 10. c. 23. Mira sunt quæ ibi narrantur. Plin.

Pithuerium *Pluviers*, opp. amplum Gall. Celt. in Vastinia reg. à Miliaco 7. leuc. in Austrum distans, à Lorris 6. in ort. à Stampis vero 10. Vet. Insc.

Pitiacus, & Pictiaca sylva, nunc Cella S. Aviti, locus Gall. Celt. in territorio Aurelianensi, ubi eremus vasta, & cœnobium S. Aviti. Scrip. Gall.

Pitinum, *Petra Molina* teste Ortel. opp. Umbriæ; pop. Pitinates, & ager Pitinas Plin. trans Apenninum mont. ubi Novanus fluv. in solstitio æstivo torrens, siccatus in bruma teste Plin. in Piceno ut videtur, non in Umbria. Ptol.

Pitornius, fluv. Latii per lacum Fucinum impermixtus transiens; Juvencus, seu Invectus Plin. ut quidam falso scribunt, cum invectus ibi apud Plin. participium sit, non nomen fluv. Vib. Seq.

Pitthea, op. Pelopon. apud Trœzena, vel ipsa Trœzen, in ora Argiæ. Hinc Pittheis; Ovid. in ep. Ariad. Theseo. Plut.

" *Nec pater est Ægeus, nec tu Pittheidos Æthræ*
' *Filius*———

Pittia

Plin. Pittia *Pittineo*, opp. Siciliæ in agro Cephalodiensi, apud Tusam arcem, teste Faz. Sed Faz. decipitur; nam apud Plin. Pittia non legitur, sed Pinthienses tantum pop.

Plin. Pitulum opp. fuit Latii: pop. Pitulani Plin. quorum hodie nulla exstat memoria, uti nec aliorum ejusdem reg.

Hom. Apollon. Pityea, Pitya Strab. opp. erat Mysiæ ad Hellespontum in Bithyniæ conf. in ora inter Parium & Priapum, uti Stephan. post Strab. scribit. Nom. gent. Pityeus.

Plin. Steph. Pityodes, Pityusa Strab. Pityussæ num. plur. Steph. ins. parva Propontidis ad Hyrium prom. in Hellesponto.

Plin. Pityonesus, *Schilla* in tab. recent. ins. parva Peloponnesi in sin. Saronico contra Epidaurum, à littore 6. mill. pass. ab Ægina ins. 17.

Strab. Arrian. Pityus, opp. Sarmatiæ Asianæ apud fines Colchidis, ad Euxinum mare, in finibus Heniochorum, à Dioscuriade urbe Colchorum extrema 360. stad. in occ. imperii Rom. quondam terminus, ab Heniochis direptum teste Plin. cui etiam fluv. ejusd. nominis.

Plin. Mel. Pityusa, ins. parva sin. Argolici ante Hermionen, vulgo etiam *Pitiusa*. Sunt & Pityusæ Plin. ins. duæ in mari Iberico angusto freto inter se divisæ; quarum major Ebusus, minor Ophiusa: vulgo *Formentiera*. Vide ibi.

Pixus in Thes. ling. Lat. Vide Pyxus, uti scribi debet.

Polyb. Plin. Liv. Plut. & al. Placentia *Piacenza*, colon. & urbs episc. sub archiep. Bononiens. in Gall. Togata, circa finem Æmiliæ, apud Padum fluv. non longe Trebiam fluv. excipientem, urbs ampla Farnesiorum in ducatu Parmensi, inter Mediolanum 40. & Parmam in ort. 35. mill. pass. à Cremona 18. à Papia 27. 30. à Bardo opp. nobili arceque firmissima ac pulcherrima adornato, ac munito; cujus oppidani traduntur semper fuisse, & in præsenti esse fidelissimi suis dominis ex familia Landorum: de quibus vide Bardum. Populi Placentini Liv. Ejus mem. Sil. lib. 8.

" *Certavit Mutina quassata Placentia bello.*

Placentiæ Cælius à Cinna & Mario obsessus, ne in illorum potestatem veniret, Petronium amicum enixe rogabat ut se interficeret: quod cum importunitate victus fecisset, se illi comitem in morte dedit teste Liv. Hæc cum Parma primum ducem habuit Petrum Aloysium Farnesium an. sal. 1546. ibidem interfectum. Hæc à Pœnis duce Amilcare direpta fuit, & incensa, paucis in ea relictis, teste Liv. lib. 1. dec. 4.

Lib. Conc. Placentia altera *Placentia*, urbs Hisp. Tarracon. in Lusit. conf. seu in finibus Vettonum, in regno Castellæ vet. sive potius Extremaduræ, inter Salmanticam ad Bor. & Emeritam ad Austrum 22. leuc. episc. sub archiep. Toletano, inde 42. leuc. in occ. Cauriam versus 8. anno sal. 1178. condita, & sede episcopali exornata traditur: ubi prius Ambrocius pag. erat teste Mariana.

Plin. Placentinus *la Nura*, fluv. Gall. Togatæ in agro Placentino, à Placentia 4. mill. pass. Parmam versus fluens, ubi pons lapideus, & pag. cognomen. Sed al. Placentinus adjectivum nomen, eoque Trebiam fluv. Placentinum designari videtur, cum Plin. Placentinum post Trebiam, divisim, cum al. fluv. numeret.

Plin. Mel. Strab. Placia, Palacum Strab. opp. fuit Mysiæ in Asia juxta fines Bithyniæ. Pop. Placiani Halicarn.

Placus, mons Thebis proximus, cum pago Placuente, à Thebis 6. tantum stad. distante teste Athenæo. In Cilicia teste Hesychio, ibi enim etiam Thebe, seu Thebæ urbs erat.

Anton. Plagiaria, seu Plagia in al. cod. opp. erat Lusit. inter Emeritam 30. & Septem Aras 20. mill. pass. Ulyssipponem versus, cujus ruinæ adhuc exstant teste Jac. Vasconc. apud Budnam opp. excisum (*Nuestra Señora de Betoue* nunc) ad 2. leuc. circa fines Extremaduræ. Plagia item Ant. portus Liguriæ, à Vintimilio urbe 15. mill. pass. Nicæam versus.

Plin. Planaria, ins. parva maris Ligustici inter Caprariam & Corsicam, à qua 60. mill. pass. abest, navigia ob ejus speciem decipiens, *Planara* adhuc dicta.

Stra. Pl. Planasia *Pianosa*, ins. maris Tyrrheni inter Iluam & Corsicam, ab Ilua 39. mill. pass. quæ ex Ant. Itinerario 90. tantum stad. ab Ilua recedit.

Strab. Planasia altera, ins. Gall. Narbonens. post Stœchades, quæ teste Dalechampio *S. Marguerite* nominatur. Et Planasia Strab. oppid. ejusdem Galliæ ad Rhodanum fluv. *Pont S. Esprit* teste Jo. Poldo, inter Vivarium 4. & Avenionem ad Austrum 8. leuc.

Strab. Planesia, ins. parva Hispaniæ Tarracon. apud Ferrariam prom. & ante Dianium opp. *Isla de Denia*.

Herod. Plin. Planetæ, Planctæ Hom. ins. maris Euxini apud os. Vide Cyaneæ, sunt enim eædem. Sunt qui Planctæ quoque apud Plin. legendum velint.

Strab. Thucyd. & al. Platææ, urbs Bœotiæ mediterr. episc. cum staret sub archiep. Thebano, à Thebis 70. stad. Athenas versus, inter Cithæronem mont. & Thebas, à Tanagra 200. Thespiis proxima, olim ex primis, apud Cithæronem mont. Cujus mem. Stat. lib. 7. Theb.

" *Aulida qui Græamq; serunt, viridesq; Plataas.*

Incolæ Platæenses. Apud Platæas (ubi Jovi Eleutherio, hoc est liberatori, templum à Græcis dicatum) 300000. peditum & 20000. equitum Persarum sub Mardonio, à paucis copiis Græcorum duce Pausania Lacedæmonio cæsa sunt (locus Eleutheriæ dicitur) teste Herod. lib. 7. qui universum exercitum Persarum sub Xerxe rege scribit fuisse peditum & copiarum terrestrium 170. myriadum, equitum octo, navium 3000. in quibus hominum 23. myriades erant. Platæenses remos à Copensibus inventos latitudine mira composuisse feruntur. Unde Platææ à remi latitudine dictæ putantur.

Strab. Platamodes, locus Peloponnesi à Coryphasio 120. stad. distans.

Plin. Pauſ. Platanistus, prom. Laconicæ cum ins. & opp. apud Onugnathon, ab eo mari 40. stad. distans.

Anton. Pol. Platanus, opp. Phœniciæ mediterr. inter Antiochiam magnam 25. & Laodiceam 40. mill. pass. ex Anton. Itin. Nom. gent. Plataneus.

Plin. Platea, ins. maris Ægæi, una Sporadum, ab Astypalæa 60. mill. pass. *Placeda* vulgo.

Plin. Plateæ, ins. tres parvæ ante Troadem urb. Mysiæ apud Ascanias: & Platea ins. Cyrenaicæ ante Cyrenen, teste Herod.

Ex Pl. Platina *Piadena*, pag. agri Cremonensis, in via inter Cremonam & Mantuam medio fere itinere occurrens, Baptistæ Platinæ vitarum Pontif. scriptoris patria.

Scrip. Germ. Plavia *Plaven* vel *Plaun*, urbs Voitlandiæ in Germania non obscura, inter Curiam & Cygneam 4. leuc. fere distans. Altera ducat. Megalopolitani, media inter Domitium & Gusteroviam, 4. leuc. quot ab Havelburgo, distans.

Ven. For. Plavis, fluv. Venetiæ, (Vide Anassus) *la Piave*. Hic ex altis montibus decurrit juxta Belunum urb. cœli inclementia laborantem, ut distichon hoc testatur.

" *Tu quoque Belunum nivibus vitabere candens,*
' *Montibus excelsis asperiore situ.*

Thucyd. Plemmyrium, *Massa Olivieri* teste Faz. prom. Siciliæ in ora orientali, inter Syracusas & Longum prom. apud Anapi fluv. ostium: ubi Plemmyria ins. parva *Isola di S. Martiano*, à Syracusis vix 3. mill. pass. ab ostio Anapi 2. Mem. promont. Virg. lib. 3. georg.

' ---------------- *jacet insula contra*
" *Plemmyrium undosum: nomen dixere priores*
' *Ortygiam*--------

Ibi

Ibi etiam Plemmyrium flumen. Steph. Plemyrium habet cum simplici *m*.

Strab. Pleræi *Feliesacz*, pop. Dalmatiæ contra Corcyram nigram ins.

Cæs. Pleumosii, pop. Belgii Nerviis finitimi: quorum reg. magna ex parte *Flandria* est, teste Becano; in qua Hypræ, Furnæ, & Dixmuda urbes; seu teste Hub. Leodio, ubi *Cortryck* urbs ad Legiam flum. à Tornaco 5. leuc. Gandavum versus 8.

Strab. Pleuron, Pleurone Ptol. Paus. opp. Ætoliæ mediterr. ad Euenum fluv. proximum Calydoni, Meleagria Statio cognominata; & Pleuronia Strab. Cujus memin. Ovid. lib. 7. metam.

" *Adjacet his Pleuron: in qua trepidantibus alis.*

Nom. gent. Pleuronius, & Pleuroneus apud Steph.

Ptol. Plinthine, *Torre de gl' Arabi* Molet. opp. Marmaricæ apud fines Ægypti, & Alexandriæ finitimum.

Steph. *Steph.* Plistarchia, opp. Cariæ, quod authore Steph. & Heraclea dictum fuit. Vide ibi.

Paus. *Athen.* Plistus, fluv. Phocidis Parnassum mont. circumfluens, ac in sin. Corinthiacum apud Cirrham oppid. labens.

Strab. *Plin.* Plotæ, ins. duæ maris Ionii, quæ & Strophades Plin. Strab. & Apollonio dicuntur, vulgo *Strivali*, inter Zacynthum ins. & Cyparissos oppid. Peloponnesi, à Zacyntho 35. mill. pass. in Eurum. Vide Strophades: quæ à Virg. lib. 3. Æn. memorantur.

Anton. *Ptol.* Plotinopolis, *Ploudin* teste Nigro, urbs Thraciæ, inter Trajanopolim, & Hadrianopolim supra 20. mill. pass. ex Ant. Itin. distans.

Ptol. Plubium, *Sassari* teste Nig. urbs archiep. Sardiniæ mediterr. post Calarim primaria, quæ Turritanæ urbi excisæ in ora ad 12. mill. pass. distanti successit. Sed fallitur Niger; nam Sassaris in mediterr. est; Plubium vero littorea urbs in ora Boreali teste Ptol. Præterea Sassaris urbs est inter recentes, Turribus suffecta.

Ptol. Pluitalia, Pluvialia Plin. *Lanzarote* vel *Lanzerotta* Nigro; sed And. Bacchio *Isola del Ferro*, una ex ins. Fortunatis, à Canaria 42. mill. Hispan. prior vero 30. estque maxima omnium, in occident. recedens.

Strab. Plumbaria, ins. parva Hisp. Tarracon. in ora orientali apud Ferrariam prom.

Ptol. Plumbea, in cod. Græco Molybodes, ins. Sardiniæ. Vide ibi.

Plurium *Plurs*, & *Piur*, pag. ingens Rhætorum, apud Clavennam opp. in Insubrum conf. à Clavenna 4. mill. pass. casu montis imminentis superiore anno, cum hæc scriberem, oppressus.

Cic. Plutia, *Piazza* seu *Plazza* teste Aretio, opp. Siciliæ geminum, novum & vetus, optime habitatum, ab Enna 12. mill. pass. in Austrum.

Plutium opp. fuit Etruriæ, authore Steph.

Strab. Plutonium, locus Phrygiæ magnæ apud Hierapolim urb. ubi spiracula Ditis, à Plutone nomen habens.

Herod. *Lycophr.* Plynus, urbs Libyæ, in qua Atlas natus traditur teste Herod. Monti Atlanti proxima fuit.

Plin. *Ptol.* *Steph.* Podalia, & Podalea, Podallia Myliados [vel Milyados ut in Seld. man.] Ptol. urbs *Pamphyliæ in Pisidia, Limyræ finitima, olim episc. cum extaret. Miror Steph. hanc urbem in Lydia, à qua longe distat, collocare. [*Lyciæ est Ptol. & Plin.]

Anton. Podandus opp. Ciliciæ erat apud Tarsum in mediterr. inter Faustinopolim 26. & Alexandriam ad Amanum mont. 108. mill. pass. ab Ægis 21.

Lib. Conc. Podium *le Puy*, urbs episc. Gall. Celt. in finibus Velaunorum. Vide Anicium; nam utrumque nomen habet.

Ptol. Podoce, Poduce Arriano, *Podephetan* teste Nigro, urbs Indiæ citer. & emporium.

Poduce apud Ptol. urbs est Taprobanæ.

Orph. Pœanthe, ins. parva ad ostia Phasidis fluv. non Colchorum, sed Cimmerii Bospori, *Satabella* teste Sigism. Erberstenio.

Pœcilasium, *Pentalo* sive *Peutalo* Merc. & Molet. opp. Cretæ in ora Australi, inter Criumetopon ad occ. & Hermæam ad ort. promontoria. *Ptol.*

Pœcile petra, *Paxoli* teste Mercat. opp. Ciliciæ marit. Erat & porticus Athenis, in qua Stoici philosophabantur, à Polygnoto Thasio gratis picta. De qua Plin. lib. 35. c. 9. *Strab.*

Pœdicum, *Peckfeldt* Laz. opp. Norici in Carinthia apud Villacum, ab eo 2. leuc. in Eurum. Aliis *Pruck an der Muer*, opp. Stiriæ à Græcio 6. leuc. distans. Al. est *Saltzburg*. Sed Lazio viro locorum perito fidendum. *Ptol.*

Pœmænion castrum erat territorii Cyziceni teste Steph.

Pœmen, mons Ponti Galatici, unde Parthenius fluv. oritur, apud Amastrim decurrens. Incolæ Pœmenii apud eundem. *Steph.*

Pœni, pop. Africæ, qui & Afri, & Africani, maxime qui circa Carthaginem, & Carthaginenses ipsi. Virg. lib. 1. Æn. *Liv.* *Polyb.* *& al.*

" *Et jam jussa facit: ponuntque ferocia Pœni*
' *Corda*--------

Pœni apud scriptores notantur plurium vitiorum, maxime apud Cic. calliditatis, & apud T. Liv. perfidiæ.

Pœnina castra, *Pintzgaw* teste Laz. & *Pyntzgow*, locus Norici in territ. Salisburgensi. *Lib. præfect.*

Pœninæ Alpes, Pœnæ Ptol. Pœnninus mons Liv. sive Pœninus in cod. emendatiore, *M. Maggiore di S. Bernardo*, *Gross S. Bernhartsberg* Germanis, vel etiam *M. di Giove*, mons qui Allobroges & Centrones à Salassis, hoc est Gall. Narbonens. in qua Sabaudia ab Italia separat. *Strab.* *Plin.* *Tac.*

Pœnina vallis, *Val Pellina* teste Ægidio Scudo, vallis Alpibus Pœninis subjecta. Sic in vet. inscrip. marmorea nominatur. *Vet. Insc.*

Pœonia, quæ & Peapolis, urbs Germ. Vide Herbipolis. Est & reg. Macedoniæ pars, sic à Pœone Endymionis filio dicta. Pop. Pœones. Quæ reg. postea Emathia dicta est. Vide Pæonia. Stat. Achill. lib. 2. *Scrip. Germ.*

" *Præteriit. didici, quo Pœones arma rotatu.*

Pœtovio *Petaw*, urbs Pannon. super. in Stiria. Vide Petovio & Petavium. *Anton.*

Pœus, mons Helladis, pars Pindi, ex quo Peneus fluv. ortum habet, ac etiam nomen traxisse videtur. *Strab.*

Pogon, Pagonus Melæ, portus Trœzeniorum in Argiæ ora ad ortum, Trœzeni urbi proximus; unde hodie nominatur. *Herod.* *Strab.*

Pola, quæ & Julia pietas Plin. *Pola*, colonia & urbs Histriæ (non Illyrici, ut Steph. scribit) episc. sub patriarch. Aquileiensi in ora, inter Parentium urb. ad occ. 28. mill. pass. & sin. Flanaticum ad ort. Colchorum habitatio, ab eis condita, postea Roman. colon. effecta, à Tergesto per oram 100. mill. pass. distans in ortum, ab Ancona mari 120. teste Plin. Scopulis abundans asperatur; unde à poeta dicitur *Strab.* *Plin.* *Mel.* *& al.*

' ----------*scopulosaque Pola.*

Polaticum prom. *Capo di Pola*, prom. Histriæ, unde sin. Flanaticus incipit, à Pola in ort. 10. mill. pass. ubi ins. aliquot *le Promontore* appellatæ. *Steph.*

Polaticus sin. *il Quarnero*, seu *il Carnero*, quod ibi nautæ periclitentur. Vide Flanaticus sin. nam est idem. *Mel.*

Polemonium, *Vatiza* Nig. & Mol. *Leon* aliis, urbs Cappadociæ in ora Ponti, qui ex illa Polemoniacus dicitur, episc. sub archiep. Neocæsariensi, inter ostia Thermodoontis ad occ. & Cotyorum ad ort. ac inter Amisum ad occ. 120. & Trapezuntem ad ort. 66. mill. pass. quanquam magis distat à Trapezunte. Portum habet cognominem teste Steph. Hinc nom. gent. Polemonius, & Polemonicus. *Ptol.*

Plin. Polendos, inf. maris Ægæi parva & deserta, apud Chersonesum Thraciæ.

Plin. Ptol. & al. Polentia, Pollentia Plin. ut scribit Ortel. sed Polentia is habet, Sil. etiam & Claud. *Polenzo*, (non *Palenza*, ut in Thes. ling. Lat.) urbs Liguriæ apud Tanarum fluv. excisa, cujus rudera inter Tanarum, & Braidam opp. late sparsa cernuntur: manet castrum exiguum ad ripam Tanari, ab Alba Pompeia 7. mill. pass. à Clarasco & Braida 2. Hic Stilico feliciter adversus Visigothos pugnavit. Claud. lib. de vict. Stilic.

" *O celebranda mihi cunctis Pollentia seclis.*

Hinc Polentinus nomen gentile Statio lib. 2. sylv. carm. 6.

" *Seu Polentinos mersissent flumina saltus.*

Plin. Polentia altera in Piceno, *M. Melone*, opp. amplum in colle, inter Maceratam & Septempedam 10. mill. pass. Polentini Plin. Sed Franc. Pamphilus scribit illam prorsus interiisse.

Mel. Polentia item, Pollentia Ptol. opp. Balearis majoris, quod adhuc *Polencia* nominatur, non obscurum, apud Alcudiam urbem: licet Molet. ipsam Alcudiam esse putet.

Suet. Polentina plebs *Polenta*, pag. Æmiliæ inter Ravennam urb. 24. mill. pass. & Apennini mont. radices, Bretinorio urbi finitimus, teste Hieron. Rubeo.

Prov. Rom. Policastrum, urbs Lucaniæ marit. in ora ultra Veliam, pene deserta, episc. sub archiepisc. Salernitano, inde supra 60. mill. pass. in ortum, apud Brutiorum confin.

Strab. Thucyd. Herod. Polichna, *Bilenos* apud Turcas teste Leuncl. oppid. Troadis mediterr. Pop. Polichnæi Plin. Polichna seu Polichne teste Steph. opp. gem. unum Troadis, alterum Cretæ.

Dion. Byzant. Polichnion, *Ieron Romelias* teste P. Gyllio, Fanum Europæ Byzantinorum Strab. & Polyb. apud Byzantium urbem.

Scrip. Gall. Polichnium & Polinium *Pouligny*, urbs Gall. in Sequanis, & com. Burgundiæ, inter Arbosium 3. & Castrum Caroli 4. leuc. à Dola 7.

Script. Belg. Poliniacensis pagus *S. Pol*, opp. Belgii in Artesia com. Tarvannæ finitimum, ab Audomaro urb. 6. leuc. ab Atrebatensi urb. 8. à Tarvanna 3.

Diod. Politium *Polizzi*, opp. Siciliæ amplum apud mont. Nebrodidem, à Petra 6. mill. pass. à Nicosia 24. Panormum versus 46. apud ortum Himeræ fluv. Fuit & Politium opp. Marrucinorum in Aprutio.

Plin. Liv. & al. Politorium opp. Latii fuit, ubi nunc *Polini* pag. teste Volaterr. Plin. enim illud interiisse scribit, una cum Pitulo, Scaptia, & aliis opp. ab Anco rege deletis, quod in ea loca se Latini adversus Roman. reciperent, ut Livius libro 1. decadis 1. scribit. In iis etiam fuit Medullia.

Polium seu Polieum Steph. opp. Italiæ prius Siris dictum. Vide ibi.

Plin. Pollentia, (Vide Polentia; sic enim emendatiores cod. habent, sic Mela etiam habet) opp. Balearis majoris, colon. effecta, quando Pisaurum, Mutina & Parma.

Anton. Pollupice, *Finale* teste Siml. oppid. præclarum oræ Ligusticæ, medium inter Savonem, & Albingaunum ad occ. 15. mill. pass. quod Finarium Lat. recent. dicitur.

Scrip. Germ. Polonia, reg. amplissima Sarmatiæ Europææ ad occ. partem Germaniæ complectens, Vistula fluv. divisa in majorem ad Bor. & minorem ad Austrum. Caput majoris est Posnania urbs, minoris Craccovia, regia totius regni, sub quo plures provinciæ continentur; in quibus, Prussia, Livonia, Lituania, Massovia, Volhinia, Russia, & Podolia: in quo regno 3. metropoles, Gnesna Poloniæ majoris archiep. sub qua 12. urbes episc. Riga archiep. Livoniæ, sub qua 7. episcopatus, & Leopolis Russiæ arch. sub qua 4. urbes episc.

Polusca, Polus Halycarn. opp. fuit Latii, olim Volscorum caput. Pop. Pollustini Plin. Opp. prorsus interiit, ut neque situs indicari queat. *Liv.*

Polyægos *Poligusa*, sed Soph. *Policandro*, Nig. *Falconara*, al. *Polagusa*, (quod magis placet) inf. maris Ægæi, una Sporadum, à Delo 70. mill. pass. in merid. sic à caprarum multitudine dicta. *Plin. Mel. Ptol.*

Polyanus, mons Maced. in conf. Epiri, Pindo monti majori finitimus. *Strab.*

Polybianum, *Leybnicz* Laz. opp. Pannoniæ super. in Stiria ad Muram fluv. medium inter Græcium & Pœtovionem 4. leuc. *Lib. Præfect.*

Polybotus, urbs Phrygiæ magnæ episc. sub archiep. Amoriensi, non longe inde distans. Hodie inter urbes haud computatur. *Lib. Conc.*

Polydora, inf. parva Propontidis juxta Cyzicum urb. Cujus etiam memin. Stephan. Incolæ Polydorenses. *Plin. Diod.*

Polydori tumulus, locus Thraciæ apud Ænon urb. ubi is à rege Thraciæ, cui à Priamo patre commendatus fuerat, interfectus. *Plin.*

Polymartium, urbs olim Hetruriæ episc. nunc parvum castrum inter Hortam 5. & Viterbium 10. mill. pass. *Bomarzo* hodie. *Lib. Conc.*

Polymedia, Polymedium Strab. vicus erat Troadis contra Lesbum inf. inde 40. stad. *Plin.*

Polyrhen opp. erat Cretæ, sic dictum à copia ovium quas pascebat, ut scribit Steph. *Steph.*

Polystephanos, urbs Latii. Vide Præneste, nam eadem est. *Strab.*

Polytimetos, *Amo* teste Nig. flu. Sogdianæ Q. Curtio, vel Scythiæ citer. Ptolem. in mare Hyrcanum influens. *Strab. Ptol. Q. Curt.*

Pomeriola *Pomereaulx*, pag. Gall. Belg. in agro Cameracensi. Cujus mentio fit in vitis Sanctorum Belgii. *Scrip. Belg.*

Pomeriola etiam *Manzanilla* vel *Manzera*, opp. Hisp. in regno Legionens. à Legione 3. leuc. Alterum in Hisp. Bætica inter Hispalim 7. & Eleplam 4. leuc.

Pomerium *Mancanera*, opp. Hisp. Tarracon. in regno Valentiæ. *Scrip. Hisp.*

Pometia urbs fuit Volscorum in Latio juxta Pontinam pal. ubi Pometini campi Halycarn. Pometinus ager Liv. Pometii pop. Virg. lib. Æn. 6. *Plin.*

" *Pometios, Castrumq; Inui, Bolamq; Coramq;.*

Al. Pomerios legunt. A Roman. deleta fuit, quod ab ipsis ad Auruncos defecisset, teste Liv. lib. 2. dec. 1.

Pomona, inf. primaria Orcadum, cum urbe cognomine, vulgo *Kirkwall*, episc. sub archiep. Andreapolitano Scotiæ; inf. vero *Mainland* dicitur: cujus episcopus cæteris inf. quæ 30. sunt, seu plures, ut alii testantur, præsidet, teste Boetho. *Sol.*

Pomonal locus erat Latii in agro Solonio in via Ostiensi inter urbem Romam & Ostiam medio itinere occurrens, utrinque supra 8. mill. pass. sic à Pomona dea pomorum. De qua Calphurn. egl. 2. *Fest.*

" *Et matura mihi Pomona sub arbore ludit.*

De ea & Ovid. lib. 14. metam.

" *Rege sub hoc Pomona fuit; qua nulla Latinas.*

Pompeia trophæa locus erat Hisp. in Gall. Narbonens. conf. ad Pyrenæi mont. radices, apud Templum Veneris, à Narbone 63. mill. pass. in Austrum. *Strab.*

Pompeianum, villa Cic. prope Nolam, à Neapoli 12. mill. pass. Locus adhuc *Pomigliano* teste Ambrof. Leone: sed Blondo *S. Maria Nuntiata*, vel *Anontiata*. *Cic. Sall.*

Pompeii, (non Pompeia, ut in Thes. ling. Lat.) Pompeium Sallust. Senecæ, Tac. colon. & opp. fuit Campaniæ in ora apud Sarnum fluv. Stabias urbem, & Vesuvium mont. ubi nunc *Castel à mare di Stabia* teste Collenutio, à Neapoli 18. mill. pass. Salernum versus, ab Hercule conditum, cum boves Geryonis abduceret, *Cic. Plin. & al.*

ceret teste Sol. Hinc Pompeianus nom. gent. Stat. lib. 1. syl. carm. 2.

" *Nec Pompeiani placeant magis ocia Sarni.*

Abest à Nuceria 120. stad. Sub Nerone terræmotu concidit.

Pompeii villa, *Magnarello* teste Loffredo, locus Campaniæ apud Avernum lacum; cujus hodie ruinæ tantum exstant. Locus antiquissimus, ab Hercule conditus cum boves Geryonis abduceret, postea Pompeii villa dictus: sed hic locus Pompeii est, de quo prius.

Plin. Liv. Ptol. & al. Pompeiopolis, urbs gemina: una Ciliciæ marit. prius Soli, olim episc. sub archiep. Seleucienf. nunc excisa, & in vicum redacta, *Palesoli* dicta, inter Sebasten & Lamum ad occ. & Tarsum ad ort. Altera in Paphlagonia, prius Eupatoria, postea devicto Mithridate à Pompeio magno sic appellata, & ipsa eversa, metrop. cum staret. Prior etiam Trajanopolis dicta est, ibi enim Trajanum imperatorem obiisse ferunt: & Soloe teste Pomp. Mela.

Strab. Ptol. * Pompelon *Pamplona*, urbs Hisp. Tarracon. Vasconum, seu Navarræ metropolis, & conventus juridicus reg. episc. sub archiep. Burgensi, cum prius sub Cæsaraugustano esset, à Pompeio mag. condita, & Pompeiopolis dicta teste Strab. inter Cæsaraugustam 30. & Baionam urb. Aquitan. 20. leuc. Hæc ab Alphonso rege anno sal. 735. una cum Iacca, Virovesca, & al. opp. victis Mauris, recuperatur. [* Πομπαιλὼν in Seld. man.]

Strab. Plin. Pomponiana, inf. Gall. Narbonenf. una Stœchadum, ante Massiliam urb. Vide Stœchades.

Plin. Pomptina palus; (Vide Pontina) ubi campi Pomptini: de quibus Sil. lib. 8.

" *Et quos pestifera Pomptini uligine campi.*

Plin. Poneropolis urbs fuit Thraciæ. Vide Philippopolis. De qua poeta quidam lib. 2. Itiner.

" *Jamq; Poneropolis sumptu constructa tyranni*
" *Emathii quondam, & successu elata secundo.*

Lib. Not. Pons Ælii, *Pont-eland* teste Camd. opp. Albionis in Anglia comit. Northumbriæ, inter * Eboracum & Dunelmum. [* Inter Novum castrum & Morpitum.]

P. Vict. Pons Ælius *Ponte di S. Angelo*, unus ex pontibus Romæ apud molem Hadriani, quo ex urbe in Vaticanum transitur.

P. Vict. Pons Æmilius, qui primum sublicius, postea lapideus, *Marmorato* nunc.

Anton. Pons Aufidi, in Apulia, à Venusia 18. mill. pass. ab Equotutico 69. Hodie non exstat.

P. Vict. Pons Aurelius *Ponte Rotto*, pons Romæ disjectus, inter Ælium, & Sublicium seu Cestium.

Sex. Aur. Pons Aureoli *Pontirolo*, pag. Insubriæ ad Adduam fluv. inter illum & Brembum, ubi Aureolus interfectus à Claud. imper. à Bergomo 13. mill. pass. à Mediolano 26.

Cassiod. Pons Candidus, Condiniani Jornandi, pons erat Ravennæ proximus, ad 3. mill. pass. distans.

Pons Centesimus, pons & opp. Umbriæ ad Tiniam fluv. inter Fulginium 5. & Nuceriam 7. mill. pass.

P. Vict. Pons Cestius *Ponte di S. Bartolomeo*, Romæ, ad inf. Lycaoniam, quo in reg. Transtyberinam transitur.

P. Vict. Pons Fabricius *Ponte Giudeo*, quod Hebræi Romæ ibi habitent.

Anton. Pons Ferri, in Syria, super Oronte, ab Antiochia 7. mill. pass.

P. Vict. Pons Janiculensis *Ponte Sisto*, & *Ponte Rotto*, Romæ. Vide Aurelius.

Anton. Pons Longus, in Apulia, à Siponto 30. mill. pass.

G. Ty. Pons Lucanus, super Aniene apud Tibur urb. opus Trajani Cæs. De quo carmen.

" *Pons superabatur Lucanus, Plautius olim.*

Pons Mammolus *Ponte Mamolo*, apud Romam in via Tiburtina, Mammæus potius, à Mammæa matre Alex. Severi dictus. De quo lib. 3. Itiner.

" *Tandem pons alius dictus de matre Severi*
" *Mammæus fessos Romanam mittit in urbem.*

Anton. Pons Mansuetinus, *Babolza* teste Laz. opp. Pannoniæ inter Possegam 6. & Zigetum in Cæc. 4. leuc. à Sopianis 25. mill. pass.

P. Vict. Pons Milvius *Ponte Molle*, urbis Romæ extra portam Flaminiam, ab urbis ingressu 2. ferme mill. pass. distans.

Anton. Pons Nevius seu Neviæ *Ponferrada*, opp. Hisp. Tarracon. in Gallæcia, inter Asturicam 14. & Villam Francam Gallæciæ in occ. 5. leuc.

P. Vict. Pons Nomentanus *Ponte Lamentano*, in via Nomentana super Aniene in Sabinis: per quem in ipsos Sabinos ibatur.

P. Vict. Pons Palatinus, qui & Senatorius, in urbe Roma, *Ponte S. Maria*, apud mont. Palatinum.

Anton. Pons Sarnix *Sarbruck*, opp. Germ. super. sic à ponte nominatum, inter Alsatiam & Lotharingiam, ad Sarram fluv. inter Cæsaream Lutram, & Metas 8. leuc.

Anton. Pons Scaldis *Condet*, opp. Belgii, ab ipso ponte nominatur, ad Scaldem fluv. in Hannonia, à Valencenis urbe 2. leuc. Tornacum versus. Aliis est ipsa urbs Valencenæ.

Anton. Pons Sociorum, in Pannonia, à Mansuetino 25. mill. pass. totidem à Sopianis, Aquincum versus.

P. Vict. Pons Sublicius. Vide Sublicius pons, & Pons Æmilius.

Anton. Pons Tiluri, in Dalmatia, à Salonis 16. mill. pass.

Anton. Pons Timavi, super Timavo fluv. in Carnis, ab Aquileia 7. mill. pass.

Cic. Pons Tirensis in Latio erat inter Arpinum & Minturnas, super Liri.

Dion. Pons Trajani, in Mysia super. ad Danubium apud Severinum urbem. Ubi adhuc durant vestigia. Alter in Hispania Lusit. *Alcantara*, opp. super Tago fluv. non obscurum, in Extremadura reg. à Placentia urbe 8. leuc. in Austrum Emeritam versus 9.

P. Vict. Pons Vaticanus super Tiberi Romæ excisus: apparent vestigia apud xenodochium S. Spiritus, à quo denominabatur.

Ant. Pontes, & Pontacum, *Pontieu* teste Divæo, oppid. Belgii in Picardia, ubi legio 24. Sed *Pontieu* reg. est, non opp. sic à pontium multitudine dicta.

Procop. Pontes, castellum Daciæ in Danubii ripa contra Theodoram opp. Vide Procop. de Justiniani ædificiis.

Anton. Pontes, * *Paunton* Camd. pag. Albionis in Anglia ad Thamesim fluv. inter Londinium & Oxonium: vel *Reading* pag. vicinus teste Lhuydo. Al. *Colbroke* pag. apud *Buckingham* opp. [*Camdeno *Colbroke* indigitatur, opp. agri Buckingamiensis in confin. Middlesexiæ: *Paunton* vero est Ad pontem in agro Lincolniensi.]

Anton. Pontes Oeni *Oeting*, opp. Vindeliciæ ad Oenum fluv. in Bavaria, inter Landshutum 7. & Salisburgum 9. leuc.

Anton. Pontes Tersenini *Schoeflern*, pagus Vindeliciæ in Bavaria inter Ambram & Parthanum teste Simlero cum Aventino, à Parthano 20. mill. pass. seu 5. leuc.

Tuoni. Pontesium *Pontoyse*, opp. Gall. Pontisara, sive Æsiæ pons: utroque enim modo nominatur.

Strab. Plin. Pontia, inf. gemina: una maris Tyrrheni in sinu Formiano, seu paulo supra illum, contra Tarracinam urb. Latii, cum urbe, olim colonia eod. anno quo Suessa teste Liv. lib. 9. deducta, à littore & Tarracina 32. mill. pass. Palmariæ proxima: in quam cives Romani damnati deportabantur. Apud Plin. Pontiæ num. plur. legi-

legitur. Altera in eodem mari ante Veliam urbem Lucaniæ, cum Isacia vel Iscia. Vide Oenotrides. Pontia prior etiam Pontiæ num. plur. apud Liv. scribitur, à Volscis culta.

Strab. Tac. Ponticum mare. Vide Euxinum. Hoc cæteris dulcius, & natantia in Propontidem ejicere scribit Macrob. lib. 7. Saturn. cap. 29.

Plin. Festo, & al. Pontina palus Latii, in quam Ufens influit, inter Appii Forum, Tarracinam, & Circeios contenta: olim adeo patens, ut illam 23. urbes teste Plin. circumstarent, in quibus erat Pometia; nunc vero fere tota exsiccata, l' *Aufente palude* dicta. Ibi campi Pometini Liv. & campus Pometinus Strab. Pontinæ paludes num. plur. apud Luc. lib. 3.

" *Et qua Pontinas via dividit uda paludes.*

Mart. lib. 13. ep. 109.

" *Pendula Pontinos quæ spectat Setia campos.*

Pontiniacum ex chron. Cistercienf. *Pontigny*, pag. Gall. cum cœnobio in Antisiodorensi diœcesi: ac opp. Britanniæ minoris, à Rhedonis 8. leuc. in occ. à Josselino 4.

Pauf. Pontinus, mons Argiæ reg. in Peloponneso, cum fluv. cognomine ex eo manante, & in Erasinum labente.

Ptol. Pontus, reg. Asiæ mari Euxino apposita, inter Bithyniam ad occ. & Paphlagoniam ad ort. in qua Heraclea Ponti metrop. Est etiam reg. Europæ, pars Mysiæ infer. eidem mari exposita. De qua Ovid. lib. de Ponto.

Pontus item * mare apud Ptol. multiplex: Galaticus, qui Paphlagoniam alluit; Polemoniacus, qui partem Cappadociæ post Themiscyram alluit, in qua Polemonium urbs; Cappadocius, qui reliquam Cappadociæ oram, in qua Cerasus & Trapezus urbes sunt, alluit. Quæ regiones à Justiniano Hellenopontus appellantur. [* Ptolemæo Pontus Galaticus, Pontus Polemoniacus, & Pontus Cappadocius sunt 3. Cappadociæ partes, in quarum prima Themiscyra, in 2. Polemonium, in 3. Cerasus & Trapezus.]

Steph. Pontus, fluv. Maced. Sintiam urbem alluens, haud longe ab Heraclea urbe, quæ Sintica dicitur, decurrens.

Scrip. Belg. Pontus & Pontinia, reg. Gall. Belgicæ in Picardia, (*Pontieu* vel *Ponthieu* com.) in qua Monsteriolum *Monstreul* opp. ab Ambianis 14. leuc. Bononiam versus. Est & pagus Geldriæ ducatus, *Pont* vulgo, apud Geldriam urbem.

Strab. Plin. Ptol. & al. Pontus Euxinus, ante Axenus, i. e. inhospitus, teste Plin. Amazonius Claud. Scythicus Flacco, Tauricus Festo, mare Ponticum Strab. Tac. Plut. Cimmerium Herod. & Oros. Caucasium Apollonio, Colchicum Strab. Sarmaticum Ovid. Phasianum Aristid. Cujus ambitus est 3150. mill. teste Plin. Abest à Caspio mari 375. mill. pass. al. 250. Plin. referente. Cujus omnes poetæ mem. Virg. lib. 1. georg.

" *Pontus, & ostriferi fauces tentantur Abydi.*

Vide Euxinum.

Populi plurimi à nobis descripti sunt: in quibus aliquot ita ab aliorum consuetudine recedunt, ut non inter homines, sed inter feras censendi videantur. In iis nonnullos uti prodigiosos hic subjicere libuit.

Populi prodigiosi monstruosive, ex Plin. lib. 6. & 7. & aliis scriptoribus.

Abarimi, (Abarimon nomen est reg. montis Imai) pop. Scythiæ, qui plantas adversas habentes cursu velocissimi sunt, Plin. lib. 7. c. 2. autore.

Androgyni, pop. Africæ utroque sexu præditi, dextra parte viriles, læva fœminei.

Anthropophagi, pop. humana carne vescentes, non solum in Asia & Africa multis in locis reperiuntur, sed, quod mirum est, etiam in Italia fuere; veluti Læstrygones apud Formias, & Cyclopes apud Ætnam mont. Siciliæ.

Arimaspi, pop. Scythiæ uno oculo constantes in medio frontis: de quibus plura ab Herod. Trans mare Hyrcanum inter Massagetas & Sacas incolentes teste Strab.

Arimphæi, pop. Scythiæ, sive Sarmatiæ Asianæ, in montibus Riphæis, calvi, & simas nares habentes.

Artabatitæ, pop. Scythiæ vagi veluti quadrupedes: de quibus Plin. lib. 6. cap. 30.

Astomi, pop. Indiæ apud Gangis fluv. ortum montes incolentes, qui ore carentes, (ut nomine ipso declaratur) foramen habent exiguum per quod respirant, & cibum levissimum capiunt, potius florum odore vitam degentes. Plin. lib. 7. c. 2. & Strab. lib. 15.

Bithiæ, pop. Scythiæ, quorum fœminæ duas habent in oculo pupillas; de quibus Ælianus in sua historia.

Blenæ Claud. Bleptæ Melæ, Blemmyes Strab. & Plin. pop. Æthiopiæ apud Nilum, qui oculos in pectore habuisse feruntur.

Budini, pop. Sarmatiæ oculis cæsiis, pediculos edentes.

Cabri, pop. Germaniæ, quos Tacitus corpore durissimo fuisse & strictis artubus scribit lib. de moribus Germanorum.

Candei, pop. Troglodyticæ, qui Ophiophagi dicuntur, quod solum serpentibus vescantur teste Plin. lib. 6. c. 29.

Centauri, pop. Thessaliæ ab omnibus scriptoribus, præsertim poetis, memorati; quorum pars superior hominem, inferior equum referebat.

Choromandæ, pop. Indiæ, quos Plin. lib. 7. c. 2. sine voce stridentes esse, corpore hirtos, oculos glaucos habere, dentesque caninos, scribit.

Cimmerii, pop. Sarmatiæ, quos in perpetua caligine versari ferunt. Horum memin. Virgil. & Ovid.

Cyclopes, pop. Siciliæ in monte Ætna, Vulcani ministri, quos uno oculo tantum præditos anthropophagos fuisse ferunt.

Cynamolgi Plin. & Cynocephali, pop. Æthiopiæ capita habentes canina. Vide Plin. lib. 6. c. 30.

Dardani, pop. Mysiæ, quorum fœminæ in viros mutatæ leguntur, autore Sax. Grammatico.

Duri, pop. Indiæ cum feris coeuntes, ac partus semiferos gignentes, ut autor est Plin.

Enotocœti, pop. Africæ, quibus aures ad pedes usque demittuntur; de quibus Strab. lib. 17. scribit.

Fanesii, pop. oceani Septentrionalis in inf. Basiliæ, qui aures tam patentes habent, ut tota iis corpora contegant. Plin. lib. 4. c. 13.

Gigantes, multis in locis reperti, ab omnibus script. memorantur, immoderatæ seu monstruosæ magnitudinis, uti apud Plin. lib. 7. cap. 16. sed & nostra tempestate in novo orbe inventi sunt in ea reg. quæ in Austrum vergit. Hos in Thessalia ab Hercule exstinctos refert Strab. lib. 7.

Mel. Gymnites, pop. Æthiopiæ Troglodytis finitimi in quavis corporis parte nudi vagantes, sic à nuditate dicti. De quibus Plin. lib. 6. c. 30.

Hellusii, pop. Germ. Septentrionales, quos Tacitus solo vultu homines, reliqua parte corporis feris similes esse refert.

Himantopodes, Indiæ pop. quos serpendo incedere Plin. loc. cit. scribit.

Hippocentauri, populi Thessaliæ, quorum mem. Plin. cum aliis. Vide Centauri.

Hippopodes, populi Basiliæ inf. Septentrionalis, sic

ſic dicti quod pedes equinos habeant. Plin. lib. 4. cap. 13.

Monoculi, pop. qui uno oculo præditi ſunt, memorantur; ſed ubi gentium ſint, haud docent.

Monomeri, pop. Septentrionales qui uno crure velociter incedunt, ab Aul. Gell. referuntur lib. 9. cap. 4.

Monoſceli vero pop. Æthiopiæ Troglodytis finitimi, qui uno crure ſaltuatim perniciſſime moventur, plantam patentem habentes; unde & Sciopodes dicuntur, teſte Plin. lib. 7. c. 2.

Nigræ, pop. Æthiopiæ, regem monoculum habere dicuntur ex Plin. loco citato.

Niſicaſtes, & Niſitæ, pop. Æthiop. apud oram maris, ternis & quaternis oculis præditi, memorantur à Plin. lib. 6. c. 30.

Ocypodes, pop. Africæ adeo veloces, ut curſu equos ſuperent, teſte Strab. lib. 15.

Olabi & Syrbothæ, pop. Libyæ, quos Plin. loco citato octonum cubitorum altitudine conſtare ſcribit.

Orientis pop. intimos, alios ſine ore, alios ſine naribus, foramen unum, quo reſpirent, potum calamis, & grana avenæ in cibum trahant, habentes; alios ſine labris; alios ſine lingua, & ſermone nutibus utentes, Plin. loco eod. memorat.

Oxiones, pop. Germaniæ, quos Tac. facie tantum hominibus, cæterum feris ſimiles eſſe refert.

Pandoræ, pop. Indiæ, quibus Plin. in juventute caneſcere, in ſenecta vero nigreſcere capillos, lib. 7. cap. 2. teſtatur.

Paramedeſidæ, pop. Aſiæ Bactrianis proximi prorſus agreſtes, ab eodem memorantur.

Pharnaces ſive Pharmaces, pop. Æthiop. quorum viri tabem ſudore adferunt, fœminæ vel ipſo viſu nocent, ut Plin. lib. 7. c. 2. ſcribit.

Ptoembari pop. ſunt Africæ qui canem pro rege habent, ut idem Plin. lib. 6. c. 30. tradit.

Pygmæi, pop. Indiæ orientalis cubitales, cum gruibus bellum gerentes teſte Plin. lib. 7. cap. 2. cum Strab. Mela & aliis: qui & alibi reperiri feruntur.

Satyri, multis in locis, ſed præcipue in montibus Indiæ, qui non alio quam forma hominem referant, corpore toto hirti ac villoſi, perniciſſimi in Cartadulorum reg. Plin. eod. loco.

Sciopodes, pop. Æthiop. Troglodytis finitimi, qui tam latas plantas habent, ut illarum umbra ſe ab æſtu & ſolis ardore tueantur; unde nomen aſſecuti ſunt. Plin. lib. 7. c. 2.

Struthopodes, pop. Indiæ, quorum viri cubitales, fœminæ plantas habent minimas, quaſi ſtruthionum.

Syrbothæ, pop. Æthiop. octonum cubitorum magnitudine conſtantes, ut Plin. lib. 6. c. 30. refert.

Tentyritæ, pop. Ægypti, ſolo olfactu & aſpectu crocodilos fugare feruntur.

Troglodytæ, pop. Æthiopiæ, in ſpeluncis degunt, ab omni hominum commercio abhorrentes, ut Plin. loc. cit. refert, curſu velociſſimi.

Mel. Populonia, Populonium Plin. Strab. Poplonium Ptol. & Steph. urbs Hetruriæ olim epiſc. (cui Maſſa ad 20. mill. paſſ. diſtans in ort. ſucceſſit) in ora maris Tyrrheni, contra Iluam inſ. 10. mill. diſtantem, exciſa à Nicea Conſtantinopolitani imperatoris duce, quo tempore Bernardus Caroli magni nepos Italiæ dominabatur. Ea nunc *Porto Baratto* (non *Porto Ferrato*, ut ſcribit Leander) dicitur, Plembino oppido amplo vicina ad 3. mill. paſſ. media fere inter Piſas ad occident. & Coſas ad ort. 54. Hic Genſericus Vandalorum rex à Baſilio Leonis imperat. duce prælio ſuperatus eſt. Memin. Populoniæ Virgil. lib. 10. Æneid.

" *Sexcentos illi dederat Populonia mater.*

Porata *Prut*, fluv. Sarmatiæ Europææ teſte Peucero per Moldaviam in Iſtrum influens: qui Poritus à Ptol. videtur appellari, nec ſitus repugnat. *Herod.*

Porcifera *Pocevera*, fluv. Liguriæ ex Apennino monte in mare Liguſticum apud Genuam per vallem 10. mill. paſſ. decurrens. Porcobera etiam in tab. ænea antiqua nominatur. *Plin.*

Pordoſelene, inſ. parva apud Lesbum cum oppid. cognomine, ut ſcribit Steph. *Steph.*

Poreus, pag. cum cœnobio Gall. Belgicæ in Picardia ad Somonam fluv. inter Ambianos & oram. *Scrip. Gall.*

Porina, fluv. Peloponneſi apud Cyllenen fluens, Achaiorum & Pheneatum terminus teſte Pauſ. Nomen ab ipſa urbe etiam hodie recipit. *Pauſ.*

Poroſelene, Pordoſelene Strab. & Steph. à luna nomen habens, inſ. maris Ægæi cum opp. cognomine apud Lesbum. Autor Theſ. ling. Lat. ex Plin. lib. 5. c. 31. ſcribit eſſe inſ. in ſinu Ceramico; ſed ibi Plin. nihil de ea habet. Steph. etiam Poroſelenem appellari ſcribit. *Plin.*

Porphyreum, *Cayfa* Poſtello, *Hayphe* Rawolfio, urbs Phœnicis apud oram littoream, & Carmeli mont. radices, episc. ſub archiep. Tyrio. Pop. Porphyreonii & Porphyreonitæ Steph. *Polyb. Steph.*

Porphyrione, inſ. parva Propontidis inter Proconneſum & Halonen, ante Cyzicum: de qua Plin. lib. 5. c. ult. *Iſola di Chizico* hodie. *Plin.*

Porphyris, inſ. (Vide Cythera, Niſyros, & Carpathus) quæ olim teſte Plin. ſic appellata fuit à purpura. In ea Veneris templum inſigne fuit. Hinc Porphyriacus, a, um, pro purpureus, apud Ovid. *Plin.*

" *Et Porphyriacis figere labra genis.*

Porſica, Perſa Steph. oppid. fuit Meſopotamiæ ad Euphratem, apud Samoſata, una cum illis exciſum. *Ptol.*

Porta Auguſta, *Torquemada* Taraphæ & al. opp. amplum Hiſp. Tarracon. in Vaccæis, & Caſtella vet. inter Burgos ad ort. 12. & Palentiam ad occ. 6. leuc. Lat. rec. Turris cremata. *Ptol.*

Porta ferrea, ſeu portæ ferreæ, *Derbent*, & *Demircapi*, urbs Albaniæ in Aſia ad Caſpium mare. Vide Caucaſiæ portæ. Per has enim portas in Scythas tranſitus eſt.

Portæ urbis Romæ. *P. Vict.*

Agonenſis, quæ & Collina, & Quirinalis, poſtremo Salaria, *Porta Salara*. Unde via Salaria incipit.

Aurelia, apud molem Hadriani, ſed hodie non exſtat. Inde via Aurelia per Hetruriam Centum cellas ducens.

Capena *di S. Sebaſtiano*, unde via Appia. Ejus mem. Ovid. in faſtis lib. 6.

" *Lux eadem Marti feſta eſt, quem proſpicit extra*
' *Appoſitum dextra porta Capena via.*

Carmentalis porta à Carmenta, quam Romani uti deam templo illi exſtructo coluere, nominata eſt. Ejus memin. Virg. lib. 8. Æn.

' ------------ *monſtrat & aram,*
" *Et Carmentalem Romano nomine portam.*

Quæ & Carmentis ab Ovid. in 2. faſt. dicitur.

" *Carmentis portæ dextra eſt via proxima Iano:*
" *Ire per hanc noli, quiſquis es; omen habet.*

Cœliomontana, quæ & Aſinaria, *di S. Giovanni*: unde via Valeria & Tuſculana, quæ & Campana Cic.

Collatina, poſtea Pinciana, vulgo etiam *Pinciana*: unde via Collatina. Mem. illius Ovid. lib. 2. faſt.

" *Accipit ærata juvenem Collatia porta.*

Hinc Collatinus, nomen viri, de quo Ovid. ibidem:
" *Hostis ut hospes init penetralia Collatini.*
Collina. Vide Agonensis. De ea Ovid. in fast. lib. 4.
" *Templa frequentari Collinæ proxima portæ*
' *Nunc decet*----------
Esquilina & Exquilina *Maggiore*: unde via Prænestina, & Gabina.
Plut. Fenestralis porta in cæde Tarquinii nominari cœpit, sic dicta, quod Tanaquil uxor Tarquinii per fenestram allocuta populum Rom. placarit: ubi tamen ea fuerit nemo docet. De illa Ovid. lib. 6. fast.
" *Nocte domum parva solita est intrare fenestra:*
" *Unde Fenestralis nomina porta tenet.*
Ferentina, quæ & Latina, vulgo *Porta Latina*: unde via Latina.
Ficulnensis, quæ & Viminalis, *di S. Agnese*: unde via Nomentana.
Flumentana *Porta del popolo*: unde Flaminia via, & Cassiana, & Claudia.
Fontinalis, postea Septimiana, *Settimiana.*
Gabiusa *di S. Lorenzo*: unde via Prænestina, & Gabina, & Tiburtina. Vide Esquilina.
Janiculensis *di S. Pancratio*: unde via Vitellia.
Latina. Vide Ferentina.
Navalis, quæ & Portuensis, *di Ripa*: unde via Portuensis.
Ostiensis, quæ & Trigemina, *di S. Paolo*: unde via Ostiensis, & Laurentina.
Pandana, olim Saturnia, & semper aperta: quæ nunc non exstat.
Pinciana. Vide Collatina.
Portuensis. Vide Navalis.
Quirinalis. Vide Esquilina.
Ratumena à Ratumena auriga, qui per eam in Capitolium ingressus est, ut Plin. lib. 8. c. 42.
Salaria. Vide Ostiensis. Trigemina apud Plaut. in Captiv. act. 1. scen. 1.
" *Vel extra portam ire Trigeminam ad saccum licet.*
Triumphalis *di S. Pietro nel Vaticano*: unde via Triumphalis, inter Aureliam & Claudiam.
Viminalis. Vide Ficulnensis, seu Figulnensis.

Ptol. Portæ Albaniæ. Vide Caucasiæ portæ.

Plin. Portæ Amani, quæ Pylæ Amanicæ Ptolem. Pylæ Amanides Strab. & Portæ Ciliciæ, *Bogras*, à Pagris urbe, vulgo dictæ, per quas ex Cilicia in Syriam transitur, ab Isso urbe 270. stad. teste Xenoph. distantes.

Plin. Portæ Caspiæ, (Vide Caspiæ) ab Ecbatanis 20. mill. pass. apud Plin. ubi numerus depravatus videtur. A portis Caspiis (quarum transitus angustus est, & valde difficilis ob magnum serpentum copiam, & liquorem salis ex cautibus corrivatum, impedientemque transitum, nisi fiat hyeme) Cyrus fluv. (unde Caspium mare incipit appellari) 700. mill. pass. abest: Indus verò 1960. stad. teste Plin. lib. 6. c. 15. ubi & Bactra 3700. stad. distare continetur.

Plin. Portæ Caucasiæ. Vide Caucasiæ.

Strab. Portæ Ciliciæ. Vide Portæ Amani.

Strab. Portæ Mediæ ad Zagrum mont. per quas ex Media in Parthiam transitus est.

Porthmia seu Porthmion, pag. in ore Mæotidis paludis teste Steph.

Plin. & al. Porthmus, *Portimo* vel *Portmo*, urbs Eubœæ in ora apud Eretriam episc. sub archiep. Atheniensi, adhuc perseverans.

Suet. & al. Porticus Romæ plures fuere: in his Livia & Octavia ab Aug. ædificatæ. Prior in via sacra juxta templum Pacis. Cujus mem. Ovid. in fast. lib 6.
" *Disce tamen veniens ætas: ubi Livia nunc est*
' *Porticus, immensæ tecta fuere domus.*

Eadem Claudia dicta fuit apud Martial. ep. 2. eorum quæ de spectaculis.
" *Claudia diffusas ubi porticus explicat umbras,*
" *Ultima pars aulæ deficientis erat.*
Altera Octavia, gemina: una à Gnæo Octavio in circo Flaminio; altera ab Augusto in Octaviæ sororis honorem apud theatrum Marcelli, constructa. Tertia Pompeia à Gn. Pompeio apud theatrum ejusd. exædificata. De qua Ovid. in lib. de arte amandi 1.
" *Tu modo Pompeia lentus spatiare sub umbra,*
' *Dum sol Herculei terga leonis habet.*
Durat porticus Septimii Severi apud fanum S. Angeli in piscina, & porticus Metelli apud viam sacram, & forum: ubi nunc sacra ædes D. Laurentii in Miranda. Sic & porticus integra ante Pantheon, Protyrion veteribus dicta.

Portospana, urbs Carmaniæ. Vide Ortospana, prout ab aliis nominatur. Ptol.

Portuensis via, (& Porta) quæ ab urbe Roma ad Portum Roman. (non ad Ostiam, ut scribit Ortel.) ducebat, & ducit, licet urbs extincta sit. Procop.

Portunata, *Vegia* teste Merula, ins. Illyrici, seu Liburniæ, juxta illius continentem, inter Crepsam ad occ. & Arbam ad ort. à Crepsa 5. mill. pass. distans, cum urbe (quæ Vegium dicitur Plin.) episc. circuitu 80. mill. pass. patens. Plin.

Portus Augusti, qui & Romanus, *Porto*, urbs Hetruriæ prorsus excisa apud ostia Tiberis, contra Ostiam urb. etiam extinctam 2. mil. pass. distantem, ab urbe Roma 16. mil. pass. in merid. Manet episcopatus, unus è sex qui Cardinalibus conferuntur. Erat & portus Augusti in ora Gall. Narbonens. ad ostia Rhodani flu. ab Arelato 38. mill. pass. distans ex Itin. Anton. Ant. Procop. Cassiod.

Portus Calensis, *Portugallo* (unde nomen regno Lusitanorum) & *Porto*, ac *C. Puerto*, urbs Lusitaniæ ad ostia Durii fluv. episc. sub archiep. Bracarensi, inde 8. leuc. ab Ulyssippone 47. in Bor. sic à Cale pago proximo denominata.

Portus Ericis *Lerice*, opp. in ora Liguriæ extrema ad portum Lunæ, ultra portum Veneris 3. mill. pass. Anton.

Portus Hannibalis, *Villanova* teste Vasconcello, (Sed Floriano & Taraphæ est *Albor* opp. vicinum, ubi plura sunt vetustatis vestigia) opp. Lusit. marit. apud Sacrum prom. à Lacobrica 2. leuc. Mel.

Portus Herculis *Villa Franca*, portus cum arce Liguriæ inter portum Monœci & Nicæam urbem, à qua 2. mill. pass. in ortum recedit. Val. Max.

Portus Herculis alter, portus cum opp. in ora Hetruriæ ad mont. Argentarium apud Cosas urbem excisam, à Centum cellis 40. mill. pass. distans, (in medio Graviscæ) *Porto Ercole*, sub Hispanis. Strab. Anton.

Portus Herculis item *le Formicole*, portus Brutiorum in ora Calabriæ ulterioris, apud Tropeam urbem, ab ea 5. mill. pass. in ort. Nicoteram versus. Plin.

Portus Lunæ *Golfo della Spezzia*, portus Liguriæ maximus in Hetruriæ conf. apud ostia Macræ. Strab.

Portus Magnus, tergeminus: unus Hisp. Bæt. *Almeria*, urbs episc. sub archiep. Granatensi, inde 19. leuc. recedens, sic ab Almarico Gothorum rege conditore, seu instauratore, nominata, teste Mariana. Sunt qui Almeriam Abdaram veter. dictam putant: sed Abdara nunc *Adra* dicitur, ab Almeria (quæ illi in episcopali sede subrogata est) 7. leuc. in occ. recedens. Hæc ab Hispanis anno sal. 1147. ejectis Mauris, recuperata est. Alter, in Maurit. Cæsariensi, *Marzaquivir*, sub Hispanis, apud Quizam seu Auranum urb. sub eisdem, inter illam ad ortum & Sigam ad occident. Tertius, Albionis, in ora Angliæ Australi, contra Vectim ins. *Portsmouth* teste Lhuydo, apud Hamptonam, & portum Hammonis, vulgo *Port-Hammon*. Erat & Portus magnus teste Strab. in Bœotia inter Aulidem & Oropum. Plin. Ptol.

Portus

Portus Mauritius *Porto Moriso*, opp. oræ Liguſticæ, inter Albingaunum ad ortum 19. & Tabiam opp. ad occ. 22. mill. paſſ. Oneliæ opp. propinquum, 2. mil. diſtans.

Portus Meneſthei *Porto di S. Maria*, opp. amplum Hiſp. Bæt. in ora, inter Cæſarianam & Fanum Luciferi urbes proximas, à Cæſariana 2. leuc. contra Gades inſ. proximam, à Fano Luciferi 6. in ort. Cæſarianam verſus, ab Hiſpali 15.

Portus Monœci, Herclemannicus Ant. *Monaco*, opp. oræ Liguſticæ, cum arce in ſcopulo firmiſſima, inter Albintemelium ad ort. 10. & Nicæam ad occ. 7. mill. paſſ. Vide Monœcus.

Portus Navonius *Porto Navon*, Corſicæ in ora, inter Portum Syracuſanum & Philonium. Vide Navonius.

Portus Oreſtis *Porto Ravaglioſo*, in ora Brutiorum, ad oſtia Metauri fluv. à Tauriano 3. mill. paſſ.

Portus Romanus, (Vide Portus Auguſti) à Claudio imperatore ædificatus, & à Trajano inſtauratus; ſed à Saracenis ſolo æquatus.

Portus Romatinus *Porto Gruaro*, oppid. amplum Carnorum ad Romatium fluv. apud Concordiam urb. exciſam, ab ea 2. mill. paſſ. diſtans, ſedes epiſcopi Concordienſis, à Venetiis 45. mill. Aquileiam verſus ſupra 30. ab Utino 28.

Portus Santonum *la Rochelle*, urbs munitiſſima Aquitaniæ in ora. Vide Rupella.

Portus Velinus *Porto di Caſtell' à mare*, in Lucania apud Veliam urb. extinctam. Cujus mem. Virg. lib. 6. Æn.

" *Injice, (namq; potes) portuſq; require Velinos.*

Portus Veneris *Porto Venere*, oppidulum cum arce oræ Liguſticæ, contra Palmariam inſ. parvam apud os portus Lunenſis, exadverſo Ericis in ort. 3. mill. paſſ. inde diſtantis, à Genua 60. in ortum Lunam ſeu Sarzanam verſus. Hic Theſ. ling. Lat. habet portum Veneris pro prom. Veneris *Capo de Creuz*.

Portus Ulyſſis in Sicilia, *Lognina* teſte Fazello cum Aretio, inter Acim opp. & Catinam urbem, apud Engyum, nunc ſaxis ex Ætna mont. injectis oppletus. Vide Odyſſia.

Portus à veteribus memorati præter jam dictos.

Argous *Porto Ferraro* vel *Ferrato*, Iluæ inſ.
Bonus portus *Porto Bo*, Sarmatiæ
Brigantinus *Porto della Coruña*, Gallæciæ
Brivates *Breſt*, Britanniæ in Gallia opp. & portus
Cenchreæ *Porto di Cenchres*, Peloponneſi
Creſa *Porto Malfetan*, Cariæ
Cyphanta *Porto delle Botte*, Peloponneſi
Delphini portus *Porto Fin*, Liguriæ
Edron *Porto di Chioza*, Venetiæ
Elææ *Porto Parga*, Epiri apud Nicopolim
Iamnetorum *Porto di Zania*, Palæſtinæ
Icius portus *Cales*, Gall. Belg. opp.
Illicitatus *Porto di Alicante*, Hiſp. Tarracon.
Liburnus, & Ligurnus, & Labro *Livorno*, Thuſciæ opp. & portus
Libyſſonis *Porto di Torre*, Sardiniæ
Manarmanis portus *Marna*, Friſiæ opp.
Medoacus *Porto di Malamoco*, Venetiæ
Minoa *Altamura*, Cretæ, & Peloponneſi
Moſcha *Porto di Meſchat*, Arabiæ felicis
Myſocaras *Aman*, Maurit. Tingitanæ opp. & portus
Nauſtathmus *Porto Bonandrea*, Cyrenaicæ
Novus portus *New Haven*, Albionis
Odyſſia, ſive Ulyſſis portus, *Porto di Pali*, Siciliæ
Oncheſmus *Porto Santi quaranta*, Epiri
Panormus Epiri *Porto Raguſeo*, Macedoniæ *Macri*, Atticæ *Porto Rafei*, & Marmaricæ *Porto Salonef*
Philonius *Porto Filon*, Corſicæ. Al. *Porto Vecchio*
Phœnicus *Porto di Noti*, Siciliæ
Piſidon *Porto Zoara*, Africæ
Rhizus *Riſſo*, Cappad. opp. & portus
Ruſibis ſeu Rutubis *Azamor*, Maurit. Tingit. opp. & portus
Saliocanus *Morlay*, Britanniæ in Gallia oppid. & portus
Schœnus *Porto Scheno*, Peloponneſi
Selinus *Porto Alberto*, Marmaricæ
Seſippi portus *Porto Seriſo*, Arabiæ
Siur *Porto Entigraſſo*, Africæ
Sybota *Porto Sivita*, Epiri
Syracuſanus *S. Bonifacio*, Corſicæ opp.
Trajanus *Porto Frangozo*, Thuſciæ
Tretos *Lar*, Arab. felicis
Trulla *Porto Sel*, Arab. felicis
Ulyſſis portus. Vide Odyſſia.

Poſidium, Arſinoe Ptol. *Suez*, opp. Ægypti ad intimum ſin. Arabici receſſum, teſte Zieglero cum al. inter Babylonem ſive Cayrum 90. & mont. Sina 60. mil. paſſ. Vide Arſinoe. *Strab.*

Poſidium prom. *Capo Fagona* teſte Thev. prom. Bithyniæ ad Propontidem in ſin. Olbiano. Fanum Neptuni Melæ. *Mel. Ptol. & al.*

Poſidium alterum, prom. Phthiotidis, *Capo Paſſara*, ad ſin. Pagaſicum, inter Demetriadem, & Lariſſam ad merid. *Selaſſis* teſte Theveto. *Strab. Ptol.*

Poſidium item prom. Cariæ apud Miletum in Ioniæ conf. cum opp. cognomine, olim Apollinis oraculo clarum, *Capo di Melaxo*. Branchidarum prius, poſtea Apollinis Didymæi appellatum oraculum. *Polyb. Plin. Mel.*

Poſidium quoque portus Epiri Corcyræ inſ. obverſus, *Capo Riſotto* ex tab. recent. apud Buthrotum urbem. *Strab. Ptol.*

Poſidonia, (Vide Pæſtum) urbs Lucaniæ. Pop. Poſidoniatæ. *Strab. Plin.*

Poſidoniates ſin. Vide Pæſtanus. *Strab.*

Poſidonium, Poſidonia Steph. prom. Brutiorum apud Columnam Rheginam exadverſo Pelori prom. Siciliæ, *Capo di Volpe*: ſed hoc Cænis aliis dicitur. *Strab.*

Poſonium (Vide Flexum, & Piſonium) *Presburg*, urbs Hungariæ. De eo lib. 5. Itin. *Scrip. Germ.*

" *Et jam Pannonius rex, & rex Sarmata, fratres,*
' *Poſonii coluere----------*

De Poſonio item lib. 5. Itiner. ſic:

" *Hic ubi Poſonium conſurgit turribus altis,*
' *Limes Teutonicis Hungaricisq; viris.*

Poſtoina ſive Piſtoina, *Adelſperg* teſte Corn. Sceppero, opp. Iapydum in Carniola in mont. inter Tergeſtum, & Labacum 30. mill. paſſ.

Poſtropæa, Tropiana urbs lib. concilior. *Tropea* teſte Barrio, urbs Brutiorum in ora Calabriæ ulter. apud Vaticanum prom. in fine ſin. Hipponiatis, contra Amantiam, epiſc. ſub archiepiſc. Rhegino, à Nicotera 8. mill. paſſ. in occ. ab Hipponio 12. in Auſtrum. *Steph.*

Poſtumia via, gemina: una Tac. circa Hoſtiliam oppid. ad Padum, inter Ferrariam & Mantuam; altera ex tab. antiqua in Liguria, inter Genuam & Dertonam, *Via Coſtuma* nunc teſte Auguſt. Juſtin. per Runcum, Volam, Arquatam, Seravallem, & Novas ducens. *Tac. & Vet. inſc.*

Potamus, pag. Atticæ circa Sunium prom. qui non exſtat. *Strab. Plin.*

Potamus item fluv. Thraciæ Marcianopolim urb. interluens, *Fiume di Marciopoli*. *Jornandi*

Potentia, urbs gemina: una Lucaniæ in Baſilicata, *Potenza*, colon. & urbs epiſc. ſub archiep. Mateolano, ſeu Acherontino, à Mateola ſupra 30. mill. paſſ. inter Tricaricum urb. & Polam opp. Principatus citer. 18. Salernum verſus 50. à Compſa 24. Pop. Poten- *Anton. Ptol. Strab.*

tentini Plin. Altera in Piceno, ad ostia Potentiæ fluv. excisa, media inter Anconam & Firmum 20. mill. pass. à Numana 10. in ortum: licet Ortel. illam per errorem à mari Hadriatico 30. mill. pass. distare scribat. Fluv. vero *Potenza* adhuc dicitur, ex Apenn. monte oriens, penesque Septempedam urbem fluens. In Thes. ling. Lat. urbs *S. Maria di Loreto* male indigitatur. De ea lib. 3. Itin.

" *Ricina unius post Ælia cognita noctis*
" *Hospitio, ac vario sinuosa Potentia flexu.*

Hist. Attilæ. Potentiana, *Theten* Germanis, *Adom* Hungaris, opp. Pannoniæ infer. ad Danubium, inter Budam urb. 2. mill. & Altinium opp. 12. in Eurum.

Vitruvio Pothereus, fluv. Cretæ inter Gnosson & Gortynam urbes fluens. Turnebus eundem putat cum Catarracto Ptol. sed fallitur: Catarractus enim per oram Australem labitur; hic ad ortum fertur.

Thucyd. Potidæa, opp. Macedon. (Corinthiorum colonia) ad isthmum Pallenes peninsf. ab Olintho 60. stad. de quo diu inter Athenienses & Corinthios decertatum. Pop. Potidæatæ. Hodie non exstat. Sunt qui Potidæam Cassandram esse putent, ut Steph. qui eandem facit.

Potidania, urbs Ætoliæ à Liv. & Stephan. memorata.

Steph. Potniæ, opp. geminum: unum Bœotiæ, Thebis proximum, ubi Potnius fons teste Æliano: ibi Glaucus ab equis dilaceratus traditur, Potniæus dictus. Alterum in Magnesia teste Plin. in Macedoniæ & Thessaliæ conf. Neutrum perdurat. Apud Potniam pascua esse in quibus asini in rabiem vertantur scribit Pli. lib. 25. c. 8. A Potnia non solum Potnius & Potniæus adject. sed etiam Potnias patron. est; ut Glaucus Potnias, uti apud Virg. lib. 3. georg.

' ------------------*quo tempore Glauci*
" *Potniadis malis membra absumpsere quadrigæ.*

Ptol. Potulatensii, pop. Daciæ, quorum urbs *Lippa* teste Laz. est, à Cenadio urb. 8. leuc. in ort. à Temesuaria totidem paulove plus in Bor. urbs pulchra.

Scrip. Brit. Povisia *Powys*, & *Powesland*, regio Cambriæ seu Walliæ teste Lhuydo; in qua Sabrina fluv. ex Plynlimone monte oritur.

Steph. Dion. Praaspa & Praspa, Phraata App. Alexandr. urbs erat Mediæ quondam regia. Praaspa Steph. in Atropatia; qui etiam Phraaspan habet.

Hom. Strab. Practium opp. fuit Mysiæ in Asia ad Hellespontum, cum fluv. cognomine inter Abydum & Lampsacum urbes fluente, teste Strab. Unum ex iis quæ Trojanis auxilia miserunt, ut apud Hom.

Præfectura non tam officii, quam urbis in qua præfectus morabatur, nomen est. Hinc præfecturæ (quas post municipia retulimus) urbes erant, ad quas præfecti, qui jus dicerent, ex urbe Roma mittebantur. Harum conditio mutabatur; nam ex municipio præfectura, vel è contra ex præfectura municipium fiebat, & ex utroque colonia, sive ex colonia præfectura aut municipium. Nonnunquam ex his civitates jure civitatis donatæ creabantur. Hic præfecturas, quæ & municipia & coloniæ factæ leguntur, subjiciemus.

Præfecturæ, quæ & Municipia, vel etiam Coloniæ fuerunt, in Italia.

Acerræ in Campania	Calatia in Campania
Alliphæ in Samnio	Calenum in Campania
Anagnia in Latio	Cales in Campania
Aquinum in Latio	Capua in Campania
Aricia in Latio	Casilinum in Campania
Arpinum in Latio	Casinum seu Cassinum in Latio
Atella in Campania	Claudia in Hetruria
Atina in Latio	Cora in Latio
Bononia in Æmilia	Cosa seu Cossa in Hetruria
Cære in Hetruria	Cumæ in Campania
Formiæ in Latio novo	Præneste in Latio
Fundi in Latio	Privernum in Latio
Gabii in Latio	Puteoli in Campania
Linternum in Campania	Reate in Sabinis
Neapolis in Campania	Saturnia in Hetruria
Nursia in Umbria	Sora in Latio
Placentia in Gall. Togata	Suessa in Campania
Suessula in Campania	Tibur in Latio
Venafrum in Samnio	Vulturnum in Campania

Urbes, quæ coloniæ, aut municipia, vel præfecturæ non erant, civitates fœderatæ dicebantur, idque tam in Italia quam extra. Tametsi quæ in Italia jure civitatis donabantur, cum prius essent coloniæ, aut municipia, aut præfecturæ, civitates quidem, at non fœderatæ, vocabantur.

Præguttii, Præguttiani Liv. cui & Præcutini, Prætutiani Plin. pop. Piceni trans Truentum fluv. in Aprutio reg. (quæ ab illis dicta videtur) Prætutiana reg. & Prætutianus ager Plin. & Liv. in qua Interamna seu Interamnia urbs (cujus episcopus Aprutinus nominatur) & Beretra opp. Hinc Præcutinus nom. gent. Pontanus lib. 5. Ptol.

" *Dum Præcutinas cautes, cavaq; ostia Aterni.*

Præmiacum, *Preugnac* teste Elia Vineto, vel *Pregnac*, pag. agri Burdigalens. in Aquitan. apud Garumnam fluv. à Burdigala 6. leuc. Agennum versus. De quo Fortun. lib. 1. Ven. For.

" *Præmiacum pollens præmia nomen habes.*

Præmonstratum, pag. geminus cum cœnobio: unus in Gall. Celt. in Normannia, ac in territ. Baiocensi teste Cœnali: alter in Belgio, in sylva Arduenna, cujus fit mentio in vitis Sanctorum; (Hinc ordo Præmonstratensium monachorum) sive apud Laudunum urbem Picardiæ, *Premonstre* vulgo dictus. Scrip. Gall.

Præneste, Præneston Ptol. olim Polystephanos teste Strab. *Palestrina*, urbs Latii episc. in monte in finibus Æquorum, ab urbe Roma 24. mil. pass. versus Fucinum lacum; ex colonia municipium fieri à Tiberio Aug. obtinuit teste Aul. Gell. lib. 16. cap. 13. Pop. Prænestini; & via Prænestina ab urbe Roma eo ducens. Ejus mem. inter alios Virg. lib. 7. Æn. Cic. Strab. Plin. Liv. & al.

" *Quiq; altum Præneste viri, quiq; arva Gabinæ*
' *Junonis*---------

Hinc Prænestinus nom. gent. Virg. ibidem.

" *Nec Prænestinæ fundator defuit urbis.*

Præneste Marius & Cæsprus adeo amici fuere, ut de eis sic scripserit Silius lib. 9.

' -----------*sacro juvenes Præneste creati*
" *Miscuerant studia, & juncta tellure serebant,*
" *Velle & nolle ambobus idem, sociataque toto*
" *Mens ævo, ac parvis dives concordia rebus.*
" *Occubuere simul, votisq; ex omnibus unum*
" *Id fortuna dedit, junctam inter prælia mortem.*

Præneste à Cæculo conditum fuit. Ibi Sors & Fortuna præcipue colebantur. Prænestos scribitur à Steph. qui a Prænesto filio Ulyssis & Circes condit. refert.

Præpesinthus, *Arzenara* vel *Arzentara* Nigro, *Argentara* Cast. & al. *Antipario*, inf. maris Ægæi, una Sporadum, Melo finitima, parum ab ea distans in Austrum. Strab. Plin.

Præsidium, *Warwick* teste Camd. opp. Albionis in Anglia comitat. cognominis, Conventriæ urbi finitimum, ab ea ad 12. mill. in merid. distans. Sunt qui *Warwick* in ora orientali in Scotiæ conf. indigitent; sed illud *Berwick*, & Lat. rec. Bervicium nominatur. Lib. Not.

Prætoria Augusta, urbs Daciæ, quæ vulgo *Brassow*, Latine Corona, & Stephanopolis esse putatur. Vide ibi. Sic enim Hungarice vulgo dicitur, & Germanice *Cronstat*. Ptol.

Prætori-

Antòn. Prætorium, *Coventrie* teste Talboto, urbs Albionis in Angliæ umbilico episcop. (vide Conventria) vel *Westchester*, opp. propinquum. Sed Camd. est *Patrington*, opp. territ. Eboracensis.

Prætorium alterum Ant. & Ptol. Latovicorum apud Ant. *Lakium* teste Laz. al. *Pridanich*, opp. Pannoniæ super. in Hungariæ, Stiriæ, & Croatiæ conf. à Varasdino 5. leuc. in ort.

Plin. Liv. Prætutiana reg. & Prætutianus ager. Vide Præguttii. Prætetia male Steph. Hinc Prætutius nom. gent. Sil. lib. 15.

" *Tum qua vitiferos domitat Prætutia pubes*
' *Læta laboris agros*----------

In Thes. ling. Lat. Prætutium opp. ponitur, à nemine vet. memoratum.

Scrip. Germ. Praga *Prag*, urbs German. amplissima, Bohemiæ regia, & archiep. à Clemente 6. Pont. maximo metropolis effecta. Vide Marobudum. Colles habet vicinos vitibus consitos, ut in lib. 5. Itin.

" *Qua Praga vitiferis collibus alta micat.*

Et alibi.

' *Molda Pragam pulchris qui secat altus aquis.*

Stra. Liv. Thucyd. & al. Prasia, municipium Atticæ apud Sunium prom. Prasiæ num. plur. Liv. Fuit & opp. Peloponnesi in ora apud ostium Inachi fluv. teste Thucyd. ac Ptol.

Prasii, pop. Indiæ: de quibus Plin. lib. 6. cap. 19. Tigres habent miræ magnitudinis, leonibus duplo majores teste Plin.

Ptol. Prassum seu Prasum prom. *Mozambique* Barroso, Savuto, & al. prom. Æthiopiæ inter. cum urbe cognomine in ora orientali, inter prom. Bonæ spei 510. & Aromata prom. Æthiopiæ sub Ægypto ad Bor. & Cæc. 550. leuc. Hispan. Prason scribitur à Steph. & circa mare Erythræum describitur. Incolæ Prasii, seu Prassii.

Strab. Prausi, pop. Galliæ ex quibus Brennus prodiit, qui in Asiam cum copiis profectus, ibi sedem fixit, præsertim in Galatia & Phrygia. Horum locus *Broia* vel *Labroia* in Burgundiæ comit. teste Gollusio nominatur.

Cæs. Preciani, *Precins* teste Vigenereo, pop. & opp. Gall. Aquitanicæ in finibus Bigerronum, seu in Bearniæ principatu.

Ptol. * Prendauesii, pop. Daciæ, quorum opp. Perennium Laz. interpretatur. [* In man. Seld. Πρεδαυήνσιοι.]

Tab. Vet. Prenicus, mons Liguriæ in territor. Genuensi, à Genua 5. mill. pass. ubi vallis & pag. *Preneco*, apud vallem S. Urcisceni teste Aug. Justiniano.

Cedr. Prespa, Apsalus Ptol. vulgo *Prespa*, opp. Maced. & lacus apud Achridum urb. teste Cedreno cum Curopalate.

Plin. Priaponnesus, ins. parva Cariæ in sinu Ceramico. Ejus mem. Plin l. 5. c. 31. Hoc tempore caret habitatoribus & nomine.

Strab. Plin. Mel. Priapus & Priapum, *Laspi* teste Nigro, urbs Mysiæ Asianæ ad Hellespontum marit. (cum fluv. cognomine) Pario & Lampsaco finitima; sic à Priapo deo hortorum, qui ibi colebatur, & qui illam condidit, dicta. Virg. lib. 4. georg.

' *Hellespontiaci servet tutela Priapi.*

Priapis reg. seu tractus.

Strab. Thucyd. Mel. Ptol. Priene, *Palatia* teste Nigro, urbs Ioniæ marit. in Cariæ conf. quæ & Cadme Strab. teste dicta est, proxima Heracleæ, quæ aliis *Palatia* putatur. De ea Auson. de 7. sapientibus.

" *Plures esse Bias pravos, quem clara Priene.*

Hinc Prienensis, & Prienæus nom. gent. Priene patria Biantis proverbio locum fecit, ut *Prienensis justitia* dicatur de integerrimo judicio, apud Strab. lib. 14. quod Bias justissimus fuerit. Inter illam & Miletum Mæander fluv. in mare excurrit, ut Dionys. Afer testatur.

" *Inter Miletum currens, latamque Prienem.*

Fanum, inter alia, Minervæ præclarum habuit. Cum capta urbe cives fugientes bona quæ poterant exportarent, dicerentque Bianti, ut idem ipse faceret; respondit, idem facio; nam omnia bona mecum porto: per ea sapientiam & eruditionem, quæ sola bona sua dicebat, intelligens.

Prillapum *Prileppo*, urbs Maced. in Albania reg. quæ Castaldo Albanopolis Ptol. dici videtur. De ea in historia Scanderbegi principis Albaniæ. Glycæ.

Prille, Aprilis Anton. (ubi *A* præpositio, non pars nominis esse videtur) fluv. & lacus Hetruriæ apud oram littoream: fluvius *Bruno*, lacus vero *Lago di Castiglione*, ab oppidulo proximo, ex tab. recent. dicitur, à Roseto urbe 6. mill. pass. in occ. Dicitur etiam *Lago di Buriano* ex castro parvo non longe distante. Plin.

Prima Justiniana *l'Ochrida*, urbs archiep. Macedoniæ. Vide Lychnidus, & Achridus; uti à Græcis scriptoribus appellatur. Niceph. Callist.

* Primis, quæ & Primmis legitur apud Plin. Premnis Strab. urbs Æthiopiæ sub Ægypto apud Meroen ins. gemina, magna & parva, Ptol. [* Πρῆμις in man. Seld.] Plin. Ptol.

Prinoessa, ins. parva Epiri ante Leucadiam, *Isola di S. Maura* nominatur, estque velut scopulus. Plin.

Prion *Prim*, fluv. Arabiæ fel. ad mont. Prionotum in mare Rubrum & sin. Sachalitem influens. Est & mons Coi ins. teste Plin. Ptol.

Prionotus, *Sachalat* teste Moletio, mons Arabiæ felicis in ora orientali apud Syagrum prom. Ptol.

Prisciniacum, pag. Gall. in territ. Lugdunens. ad Caloronam fluv. Adoni.

Privernum *Piperno*, urbs Latii antiquior Roma, olim episc. nunc opp. in monte apud Ufentem fluv. & Forum Appii, inter Romam 44. & Tarracinam 16. mill. pass. vino celebris; quod Setiam & Norbam opp. finitima infestasset, à Plautio cons. dirutum fuit teste Liv. lib. 8. dec. 1. Pop. Privernates Plin. Mem. Priverni. Virg. lib. 11. Æn. Strab. Ptol. & al.

" *Priverno antiqua Metabus cum excederet urbe.*

Sil. lib. 8.

" *Sylla Ferentinos, Privernatumq; maniplos*
' *Ducebat*---------

Privernos apud Steph. male, ut frequenter facit. Hic solem toto die rubentem visum testatur Liv. lib. 1. dec. 4.

Prium Ortel. ex Ptol. & Plin. fluv. Arabiæ fel. & mons Ceiinsulæ; cum Prion apud illos legatur, sitque mons Coi, non Cei. Ptol.

Probatia, fluv. Bœotiæ apud Lebadeam urbem fluens, ad quem optimus calamus provenit. Theophr.

Probatopolis *Schafhusen*, urbs Helvetiæ à Constantia 3. leuc. in occident. ad Rhenum. Vide Scaphusia. Scrip. Germ.

Procavus, mons Liguriæ apud Genuam urb. ubi nunc arx, vulgo *Cassello*: qui mons desinit ad Pharum. Vet. Tab.

Procerastis. Vide Chalcedon, quæ sic prius dicta fuit, ut scribit Plin. Plin.

* Prochyta seu Prochyte *Procida*, ins. Campaniæ in sinu Puteolano, Ænariæ proxima, angusto freto discreta, cui olim juncta fuisse putatur, à Miseno prom. 4. mill. pass. ipsa circuitu 7. patens, à Neapoli 12. mill. distans. Cujus mem. Virg. lib. 9. Æn. Strab. Plin. Ptol. & al.

" *Tum sonitu Prochyta alta tremit, durūq; cubile.*

Steph. illam ins. Siciliæ facit, cum sit Campaniæ: sic alia loca Siciliæ attribuit, quæ sunt alibi. [* Πρόχυτα in Seldeni manuscripto.]

Procolitia, * *Colecester* teste Camd. opp. Albionis in Northumbria. [* Camdeno est *Prudhow* castrum Northumbriæ à Novo castro 8. mill. in occid. *Colecester* propinquum.] Lib. Not.

Ptol. Plin. Proconnesus (non Proconesus unico *n*, prout in Thes. linguæ Latinæ) quæ & Neuris, & Elaphonesus Plin. Prœconnesus Ptol. *Marmora*, ins. Propontidis ante Cyzicum urb. unde marmor Cyzicenum eruitur: ubi urbs archiep. sub patr. Constantinopolit. inter Parium & Cyzicum. Hæc saxea est, & in Boream Propontidis vergens, ut Dionys. Afer ait:

" *Ad Boream, saxisq; viget Proconesus in illa.*

Proconnesi natus est Aristeas poeta, qui scripsit Arimaspea & Theogoniam, sub Crœso & Cyro regibus; quem fabulabantur defunctum quoties vellet animam resumpsisse.

Ex num. Hadrian. Procopias *Precop*, urbs Tauricæ ad isthmum, regia Tartarorum. Vide Taphræ. Al. putatur Procopiana villa in Mysia super. apud Ulpianum.

Strab. Liv. Proerna, Proarna Steph. opp. fuit Phthiotidis apud Thermopylas.

Plin. Progne, ins. parva Asiæ apud Rhodum.

Diod. Promethei jugum, & antrum, vertex montis Caucasi in Albania.

Plin. Promontorium Minervæ: sic appellatur prom. extremum Campaniæ illam à Picentinis separans, quod Athenæum Strab. Ptol. & aliis Græcis dicitur, apud Massam urbem contra Capreas insulam, inde ad 4. mill. pass. quot à Surrento, à Neapoli vero ad 30. recedens. Id vulgo *Capo di Massa*, & *Capo Campanella* nominatur. Cujus mem. Ovid. lib. 15. metam.

" *Inde legit Capreas, promontoriumq; Minervæ.*

Plin. Promont. Saturni, in Hispania apud Carthaginem, quæ abest à Julia Cæsarea urbe Maurit. 187. mill. pass. teste Plin.

Eur. Pau. Prone, mons Argiæ apud Hermionen.

Auson. Pronea, quæ & Prumia, *Pruym*, fluv. (cum pago & abbatia) in sylva Arduenna, & finibus Trevirensium, in Suram fluv. influens. De quo Auson. in Mosellana.

" *Namq; & Pronea Nemesaq; adjuncta meatu*
' *Sura*---------

Pronectos apud Steph. oppid. fuit Bithyniæ juxta Drepanen, à Phœnicibus conditum.

Polyb. Pronus, Pronesus Strab. castellum Cephaleniæ ins. Pop. Pronii Lycophr.

Strab. Plin. Prophthasia, *Sistan* teste Castal. urbs Drangianæ primaria, inter Alexandriam Ariæ ad occ. 199. & Arachosiam ad ort. 200. mill. pass. teste Plin. Sed apud Strab. multo major est distantia ab Alexandria, est enim stad. 4530.

Strab. Ptol. Plin. Mel. Propontis, mare Bebrycium Tzetzæ, mare Thracium Antigono, *Mar di Marmora* Sophiano & al. sinus maris mediterr. inter Hellespontum ad merid. & Bosporum Thracium ad Bor. inter Thraciam ad occ. & Bithyniam ad ort. Claud. lib. 2. in Eutrop.

' -------------------*non alta Propontis,*
" *Non freta longinquis Mæotica piscibus explent.*

Hinc Propontius, & Propontiacus, a, um, adject.

Ptol. Proselene, *S. Anania* teste Molet. urbs Troadis, seu Phrygiæ, in ora, inter Adramyttium ad Bor. & Pitanen ad merid.

Proselini pop. sunt Peloponnesi, qui & Arcades teste Steph.

Gregoræ. Prosiacum, Prosacum Nicetæ, opp. Macedon. ad Axium flum. *Prosych*, apud veteres haud memoratum.

Prosopis, ins. Nili fluv. intra Deltam apud Herod. & Steph.

Steph. Prosopum seu Prosopon, ins. Africæ parva ante & apud Carthaginem.

Steph. Prostrophæa. Vide Postrophæa, utroque enim modo legitur. Prostropæa apud Steph. legitur sine aspirat. Nom. gent. Prostropæus.

Strab. Paus. Prosymna opp. Argiæ in Peloponneso fuit, ubi Juno colebatur, quæ propterea Prosymnia denominabatur teste Plut. Incolæ Prosymnæi. Ejus mem. Stat. lib. 4. Theb.

" *Huic armat Larissa viros, huic celsa Prosymne.*

Prota, *Proti* teste Gyllio, ins. Bospori Thracii proxima Byzantio, à Chalcitide ins. 40. stad. distans, à Byzantio 7. mill. pass. Steph.

Prote, *Pruodo* teste Nig. ins. maris Ionii Messeniæ adjacens, inter Zacynthum ad Arctos 40. & Sphagiam ad merid. 20. mill. pass. à Cyparissio prom. 12. in occ. De ea in lib. 2. Itin. Plin. Ptol.

" *Linquitur ad dextram Prote, triplicesq; sinistra*
' *Conduntur Sphagiæ*----------

Prote Justiniana. Vide Tauresium. Agath.

Protei columnæ, locus Ægypti extremus teste Servio. Cujus mem. Virg. lib. 11. Æneid. Virg.

" *Atrides Protei Menelaus adusq; columnas*
' *Exulat*-------

Protesilai turris & delubrum, Proteseleum Strab. oppid. Cherronesi in ora exadverso Sigæi prom. Troadis. Plin. Sol.

Provincia Romana, & Provincia simpliciter, *la Provenza*, reg. Gall. Narbonens. inter Rhodanum & Alpes maritimas, in qua Galloligures Strab. Ubi Aquæ, Arelatum, & Avenio metrop. Auson. Cæs.

" *Fusa per immensum quondã Provincia regnum.*

Provinciæ imperii Romani extra Italiam.

Acarnania in Epiro
Achaia cum Græcia, an. ab urbe condita 606.
Ægyptus, ab Augusto
Æmi montis in Thracia
Ætolia, pars Epiri, an. 567.
Africa minor, à Scip. Africano capta Carthagine, anno 609.
Alpes Cottiæ & maritimæ, inter August. & Vespasian.
Aquitania, ab Augusto, sub Hadriano gemina, 1. & 2.
Arabia proxima Ægypto, ab Augusto
Armenia major, à Trajano
Armenia minor, ab Augusto
Asia, in qua Hellespontus, Phrygia, Ionia, Lydia, Caria, an. 565. à L. Scipione Africani fratre
Assyria, à Trajano
Augustanica
Azarsavena trans Tigrim, à Galerio
Bætica in Hispania
Belgica gemina, 1. & 2.
Bithynia, à Pomp. magno victo Mithridate
Bœotia in Græcia
Britannia, à Claudio, sub Hadriano gemina, 1. & 2.
Byzacena, pars Africæ
Cæsariensis in Mauritania
Cantabria cum Asturia, ab Augusto
Cappadocia, ab Augusto recuperata, & sub Tiberio in provinc. redacta
Carduena trans Tigrim, à Galerio
Cilicia, à Pompeio magno, & ante ipsum an. 680. capta cum Isauria
Comagenæ, sub Tiberio, & demum à Vespasiano
Corsica, an. 523. quando fere Sardinia, cui adjuncta fuit
Creta, à Q. Metello cons. postea sub Augusto Cyrenaicæ adjuncta
Cyprus, à M. Catone
Cyrenaica, sub Augusto Cretæ copulata, cum an. 660. capta fuisset
Dacia, à Trajano, victo Dercebalo ejus rege
Dalmatia, ab Aug. sed ante an. 599. expugnata
Dardania, una cum Mœsia & Thracia, ab Augusto
Epirus, sub Hadriano gemina, 1. & 2.
Euphratesia, sub Hadriano, pars Syriæ
Flaminia, sub Hadriano
Galatia, ab Augusto
Gallæcia in Hisp. sub Hadriano

Gallia

Gallia Lugdunens. seu Celtica, à Cæs. sub Hadriano gemina, 1. & 2.
Gallia Narbonens. à Cæs. an. 633. prius capta
Gallia Cisalpina, à M. Claud. Marcello
Gallia Transalpina, à Q. Fabio Maximo
Germania, sub Hadriano gemina, 1. & 2.
Hellespontus. Vide Asia
Hispania citerior, an. 558. Corn. Cethego & Q. Minucio consulibus
Hispania ulterior, anno 548.
Illyricum primum quando Macedonia, postea à Scipione Nasica, & ab Augusto demum
Ionia. Vide Asia
Isauria, pars Galatiæ
Istria, ab Aug. cum Illyrico, sub Hadriano cum Venetia
Italia à freto Siculo ad Alpes, sub Hadriano in multas provincias divisa, quæ sunt Æmilia, Brutii, Apulia, Campania, Liguria, Samnium, Picenum, Tuscia, Umbria, Flaminia, Alpes
Liburnia, ab Augusto, sed prius à Pompeio
Libya, sub Augusto
Lusitania, sub Hadriano
Lycaonia, ab Augusto
Lycia, ab Augusto
Macedonia, an. 607. à Q. Metello
Mauritania, Cæsariens. & Sitifens. à Cæsare, & sub Hadriano etiam tertia Tingitana
Mesopotamia, à Trajano, cum Assyria & Armenia
Mœsia, ab Aug. sub Hadriano gemina, superior & inf.
Mysia. Vide Phrygia
Noricum, ab Aug. cum Rhætia, Vindelicia, & Pannonia, sub Hadriano 1. & 2.
Novempopulonia, pars Aquitaniæ, sub Hadriano
Nozena trans Tigrim, à Galerio
Numidia, pars Africæ, à Q. Mario an. 649. victo Iugurtha rege
Osrhoena, pars Mesopotamiæ Syriæ contermina
Pamphylia tandem ab Augusto, cum Lycia, Lycaonia, Galatia, & Pisidia, in unam redactis
Pannonia, una cum Mœsia, ab Augusto, Bathone rege victo, sub Hadriano gemina, 1. & 2.
Paphlagonia, ab Augusto, Pylæmone rege mortuo, Bithyniæ addita
Phrygia Pacatiana, in qua Laodicea
Phrygia Salutaris, in qua Synnada
Pisidia, ab Aug. una cum Lycia
Pontus, ab Augusto Bithyniæ additus, à Pompeio conquisitus, postea à Nerone in prov. redactus
Pontus Polemoniacus
Prævalitana, sub Hadriano
Rhætia, sub Hadriano in duas, 1. & 2.
Rhenumana trans Tigrim, à Galerio
Rhodope, pars Thraciæ
Salassi & Alpes, sub Augusto provincia una
Sardinia, an. 521 sive prius, à T. Manlio Torquato, inter primum & secundum bellum Punicum
Scythia, sub Constantino magno præsidialis, eadem Sarmatia Europæa ad Euxinum
Sicilia, an. 540. expulsis Pœnis, prima extra Italiam Romanorum provincia
Singarena, pars Mesopotamiæ, à Trajano
Syria, à Pomp. magno, victo Mithridate
Thebais, pars Ægypti superior.
Thessalia, sub Aug. prætoria effecta
Thracia, an. 640. Thracibus victis
Zabdicena trans Tigrim, à Galerio.
Summa provinciarum Europæ 58. sub Hadriano: quarum aliæ consulares, aliæ præsidiales; cum antea aliæ proconsulares essent, aliæ prætoriæ. Ex his 17. in Italia, 6. in Hispania, 18. in Galliis & Britannia, 17. in Illyrico. Fuere etiam 6. in Africa, totidem in Thracia: reliquæ in Asia.

Alia provinciarum divisio.

Ægypti 6.
1. Libya superior
2. Libya inferior
3. Thebais
4. Ægyptus proprie
5. Arabia
6. Augustanica

Asianæ 10.
1. Pamphylia
2. Hellespontus
3. Lydia
4. Pisidia
5. Lycaonia
6. Phrygia Pacatiana
7. Phrygia Salutaris
8. Lycia
9. Caria
10. Insulæ, hoc est Rhodos, Cos, Samos, Chios, Lesbos, cum aliis

Daciæ 5.
1. Dacia mediterranea
2. Dacia ripensis
3. Mysia prima
4. Dardania
5. Prævalitana

Macedoniæ 6.
1. Achaia
2. Macedonia proprie
3. Creta insula
4. Thessalia
5. Epirus vetus
6. Epirus nova

Orientis 15.
1. Palæstina
2. Phœnice
3. Syria
4. Cilicia prima
5. Cyprus insula
6. Arabia
7. Isauria
8. Palæstina Salutaris
9. Palæstina secunda
10. Phœnice Libani
11. Euphratensis
12. Syria Salutaris
13. Osdroene, seu Osrhoene
14. Mesopotamia
15. Cilicia secunda

Ponticæ 10.
1. Galatia
2. Bithynia
3. Honorias
4. Cappadocia prima
5. Cappadocia secunda
6. Pontus Polemoniacus
7. Helenopontus
8. Armenia prima
9. Armenia secunda
10. Galatia Salutaris

Thraciæ 6.
1. Europa
2. Thracia proprie
3. Hæmi montis
4. Rhodope
5. Mysia secunda
6. Scythia

Provinciæ sub Augusto 12.
1. Hispania Lusitanica
2. Hispania Tarraconensis
3. Gallia Aquitanica
4. Gallia Lugdunensis
5. Gallia Celtica & Germania
6. Pannonia
7. Mœsia
8. Dalmatia & Illyrici pars
9. Cilicia
10. Syria Cœle
11. Syria, & oriens usque ad Euphratem
12. Ægyptus, & pars Arabiæ

Quibus adduntur Dacia, Armenia, Mesopotamia, & Arabia, à Trajano imp. conquisitæ, Italia omnis, & regna omnia, & principatus orbis Rom. Ex his cuique patere potest, varie sub imperatoribus Rom. provincias partitas fuisse, nec illas eosdem semper terminos habuisse, neque antiquas appellationes servasse quales apud veteres scriptores habuere.

Alia divisio.

Provinciæ populi Romani 12.
1. Africa & Numidia
2. Asia cis Halym fluv. & montem Taurum
3. Hispania Bætica
4. Gallia Narbonensis
5. Sicilia
6. Sardinia & Corsica
7. Illyricum
8. Macedonia
9. Achaia, Thessalia, Ætolia, Acarnania, & Epiri pars
10. Creta & Cyrenaica
11. Cyprus
12. Bithynia, Propontis, & Ponti pars

Hæ sub imperatoribus dividebantur in proconsulares, & prætorias. Proconsulares erant, Africa, Numidia, & Libya, unam provinciam facientes; Asia cis Halym fluv. & Taurum mont. in qua Ionia, Lydia, Caria, Phrygia, Mysia, & Hellespontus, alteram provinciam proconsf. constituentes. Aliæ erant prætoriæ, hoc est, Hispania Bætica, Gallia Narbonens. Sicilia, Sardinia & Corsica, Illyricum cum parte Epiri, Macedonia cum

parte Græciæ, reliqua Græcia & Epirus, Creta, Cyprus, Bithynia & Paphlagonia.

Provinciæ in quibus erant legiones Rom. sub Augusto.

1. Adjutrix, Pia, Fidelis, in Germania inferiori
2. Augusta, in Germania superiori
3. Adjutrix, Pia, Fidelis, in Hispania
4. Cyrenaica, in Africa
5. Augusta, in Mœsia
6. Gallica, in Syria
7. Scythica, in Syria
8. Macedonica, in German. inferiori
9. Victrix, in Hispania
10. Ferrata R. F. C. in Syria
11. Claudiana, Pia, Fidelis, in Mœsia
12. Gemina, Pia, Fidelis, in Dalmatia
13. Augusta, in Pannonia
14. Hispaniensis, in Pannonia
15. Fretensis, in Hispania
16. Gemina, Pia, Fidelis, in Syria
17. Claudiana, Pia, Fidelis, in Dalmatia
18. Fulminatrix, in Ægypto
19. Gemina, Pia, Fidelis, in Germania superiori
20. Gemina, Martia, Victrix, in Germania superiori
21. Apollinaris, in Pannonia
22. Quarta, in German. superiori
23. Quarta, in Germania inferiori
24. Valeria, Victrix, in Germania inferiori
25. Primigenia, Pia, Fidelis, in Ægypto

His addebantur cohortes prætoriæ 8. cohortes urbanæ 3. Ex quibus omnibus imperii Romani magnitudo dignoscitur.

Provinciæ Gallicæ.

Aquitania prima, in qua Bituricæ metrop.
Aquitania secunda, in qua Burdigala metrop.
Aquitania tertia, seu Novempopulonia, in qua Ausci metrop.
Narbonensis prima, in qua Narbo metrop.
Narbonens. secunda, in qua Aquæ metrop.
Narbonens. tertia, quæ & Viennens. in qua Vienna metrop.
Lugdunens. prima, in qua Lugdunum metrop.
Lugdunens. secunda, in qua Turones metrop.
Lugdunens. tertia, in qua Rotomagus metrop.
Lugdunens. quarta, in qua Senones metrop.
Belgica prima, in qua Rhemi metrop.
Belgica secunda, in qua Treviri metrop.
Sequanorum, in qua Vesontio metrop.
Alpium Graiarum, in qua Tarantasia metrop.
Germania prima, seu superior, in qua Maguntia metrop.
Germania secunda, seu inferior, in qua Colonia Agrippina metropolis

Harum Provinciarum civitates sunt,

Aquitaniæ primæ.

Bituricæ metropolis, *Bourges*
Rutheni *Rodez*
Arverni *Clermont*
Albiga *Alby*
Cadurci *Cahors*
Lemovici *Limoges*
Gabales, nunc Mimatum, *Mande*
Velauni, nunc Anicium, *le Puy*
Additæ, Tutela *Tulle*
Sarlatum *Sarlat*

Aquitaniæ secundæ.

Burdigala metropolis, *Bordeaux*
Egolisma *Angoulesme*
Pictavi *Poictiers*
Agennum *Agen*
Santones *Xaintes*
Petrogorii *Perigeux*
Additæ, Luxiona *Lusson*
Maleaca *Maillezais*

Aquitaniæ tertiæ seu Novempopuloniæ.

Ausci metropolis, *Aux* vel *Ausch*
Lectoracium *Lectoure*
Consoranni *Conserans*
Bearnenses seu Bearnum, nunc Lascurra, *Lescar*
Aquæ Tarbellicæ *Dax*, nunc Tarba
Convenæ *S. Bertrand*
Boatum, nunc Baiona, *Bayonne*
Aturum *Ayre*
Elorona *Oleron*
Elusates *Elsa* vel *Eause*
Tarusates *Turse*
Vasates *Basas*
Additæ, Condomum *Condom*
Lumbarium *Lombers*

Narbonensis primæ.

Narbo metropolis, *Narbonne*
Tolosa *Tolouse*, nunc metropolis
Carcaso *Carcassone*
Biteræ *Besiers*
Nemausus *Nymes*
Uzetia *Usez*
Luteva *Lodesve*
Agatha *Agde*
Magalona *Maguelone*, nunc Mons Pessulus
Additæ plures, Mons Albanus, Vabræ, Vaurinum, Castra, Pontiopolis, Pamiæ, Electa, Papulopolis, Mirapiscæ: quarum aliæ sub Narbona, aliæ sub Tolosa sunt, ut alibi dicetur.

Narbonensis secundæ.

Aquæ *Aix*, metropolis
Regium *Riez*
Forojulium *Freius*
Telo *Toulon*
Apta *Apte*
Segestero *Sisteron*
Antipolis *Antibe*, nunc Grassa

Narbonensis tertiæ, seu Viennensis.

Vienna metropolis, *Vienne*
Gratianopolis *Grenoble*
Vivarium *Viviers*
Valentia *Valence*
Arelate *Arles*, nunc metropolis
Avenio *Avignon*, nunc metropolis
Massilia *Marseille*
Cabellio *Cavaillon*
Arausio *Orange*
Vasio *Vaison*
Tricastra *Trechasteaux*, olim Augusta Tricastinorum
Dea *Die*
Vapingum *Gap*
Geneva *Genevra* & *Geneve*

Alpium maritimarum.

Ebredunum *Ambrun*, metropolis
Dinia *Digne*
Sanicium *Senez*
Glanatenna *Glandesve*
Vencia *Vence*
Cemela olim, nunc excisa
Sollinia olim, & Rigomagum

Alpium Graiarum, & Pœninarum.

Tarantasia Centronum *Tarentaise*
Sedunum in Valesia *Sion* & *Sitten*
Mauriana *S. Iean de Morienne*

Lugdunensis primæ.

Lugdunum metropolis, *Lion*
Augustodunum, seu Hedua, *Autun*
Matiscona *Mascon*
Cabilonum *Chalon*

Lingo-

Lingones *Langres*

Lugdunensis secundæ.

Turones *Tours*, metropolis
Cenomani *la Mans*
Rhedones *Rennes*
Nannetæ *Nantes*
Veneti *Vannes*
Osismii, postea Trecorium, *Triguier*
Curiosolitæ, postea Corisopitum, *Cornovaille*
Leona, olim Diablintres, *S. Pol de Leon*
Andegavi *Angers*
Addita, Dolis *Dol*
Briocum *S. Brieu*
Aletha, postea Maclovium, *S. Malo*

Lugdunensis tertiæ.

Rotomagus metropolis, *Rouen*
Lexovii *Lisieux*
Ebroicæ *Eureux*, olim Eburovices
Abrincæ *Auranches*, olim Abrincatui
Baiocæ *Baieux*, olim Bellocasses
Saii, postea Sagium, *Seez*
Constantia Castra *Constances*

Lugdunensis quarta.

Senones *Sens*, metropolis
Antisiodorum *Auxerre*
Aureliani *Orleans*
Meldæ *Meaux*
Carnutes *Chartres*
Trecasses seu Trecæ *Troyes*
Parisii *Paris*

Sequanorum.

Vesontio metropolis, *Besanzon*
Equestrium Nevidunum, postea Lausonium, *Losanne*
Aventicum *Avenches*
Augusta Rauricorum, pro qua Basilea nunc
Vindonissa *Windisch*, pro qua nunc Constantia

Belgicæ primæ.

Rhemi metropolis, *Rheims*
Catalauni *Chalons*
Atrebates *Arras*
Tarvanna *Terouanne*, excisa
Bellovaci *Beauvais*
Suessiones *Soissons*
Veromandui *Vermand*, excisa
Cameracum *Cambray*, nunc metropolis
Silvanectum *Senlis*
Ambiani *Amiens*
Additæ, Laudunum *Laon*
Noviodunum *Noyon*
Bononia *Bologne*

Belgicæ secundæ.

Treviri, seu Augusta Trevirorum, *Treves* & *Trier*
Metæ *Metz*, olim Mediomatrici
Tullum *Toul*, olim Leuci
Virodunum *Verdun*

Addi posset Belgica tertia, in qua metropoles tres, Cameracum, Machlinia, & Trajectum: sed de eis alibi.

Germaniæ superioris.

Magontia, seu Mocontiacum, metropolis, *Magonza*, Germanis *Mentz*
Argentoratum *Strasburg*
Nemetes, postea Spira, *Speir*
Vangiones, postea Wormacia, *Worms*
Additæ plures fuere, de quibus alibi.

Germaniæ inferioris.

Col. Agrippina metrop. *Coeln*
Tungri *Tongren*, pro qua nunc Leodium
Additæ plures sunt, ut alibi dicemus

De his provinciis & civitatibus agitur in Itinerario Antonini Augusti, & initio comment. Cæs. de bello Gall. elencho ibi earum à quodam ignaro apposito; nam & loca depravata nominantur magna ex parte, & civitatibus aliquot omissis, alia loca, quæ ad rem non faciunt, subrogantur. Cujus rei te, ne decipiaris, admonendum duximus. De metropolibus & urbibus illarum, in calce hujus libri per compendium agemus.

Prumia *Pruim*, pag. cum cœnobio, seu abbatia, in sylva Arduenna, ad Prumiam fluv. inter Treviros 7. & Limburgum 6. mill. German. Fano S. Viti proxima, 3. leuc. distans. *Eginart.*

Prusa, Prusias Solin. *Bursa* teste Bellon. *Burus* Turcis teste Leuncl. urbs Bithyniæ hoc tempore primaria, apud mont. Olympi radices, à Nicæa 25. mill. pass. in occ. distans, Cotyæum versus 60. ex qua pars Bithyniæ *Bursia* nominatur, episc. olim sub archiep. Nicomediens. sed postea & ipsa metrop. facta, à Prusia rege anno mundi 3279. condita, amplissima ante Turcarum in Europam adventum regia, ab Othomano eorum rege capta an. salutis 1300. urbis conditæ 2051. Olymp. 519. anno 3. Hic Asclepiades medicus claruit, qui senex lapsus scalis interiit, cum multos sanitati restituisset: Plin. lib. 7. Hic etiam Dion Prusæus, qui scripsit lib. 10. de virtut. Alexandri magni. *Strab. Plin. Ptol. & al.*

Prusa altera, Prusias Ptol. & Memnoni, Cios Steph. *Cheris*, & *Cherasia* teste Theveto, urbs Bithyniæ marit. episc. & ipsa à Prusiade rege condita, in ora, inter ostia Ascanii fluv. & Dascyleum urb. à qua parum abest. Prusæ magna cerasorum copia provenit, ut propterea *Cherasia* vulgo, & *Cheris* teste Thev. dicta fuerit. *Strab. Polyb. Ptol.*

Prusa tertia, urbs Bithyniæ mediterr. ad Hippium mont. & fluv. Prusias Strab. episc. sub archiep. Claudiopolitano, quam Hylas fluv. & lacus alluunt, *Barech* hodie ex tab. recent. à priore Prusa supra 50. mill. pass. in Bor. distans. Hinc Prusiacus nom. gent. & Prusius. Sil. lib. 13. *Plin. Ptol.*

" *Donec Prusiacas delatus segniter oras.*

Prussia, reg. Sarmatiæ in regno Polonico, quasi Borussia. Vide Borusci.

Prymnesia, Prymnessus Paus. urbs Phrygiæ magnæ olim episc. sub archiep. Synnadensi, apud Docimæum, nunc jacens. Steph. illam Cariæ tribuit, à Mimætho conditam. *Ptol.*

Prytaneum locus erat Athenis, in quo judices & magistratus conveniebant, & in quo de republ. benemeriti publicis expensis alebantur. De eo Cic. lib. 1. de orat. Hic Archesilaus nimio potu suffocatus est. *Cic.*

Psacum, *Capo Spada* teste Nigro & Moletio, prom. Cretæ in ora Boreali, ubi occid. incipit, inter Cisamum & Dictamnum. *Ptol.*

Psamate, fons Bœotiæ apud Thebas, ubi Psammate erat teste Plin. & Solino gemino *m*. Ejus mem. Val. Flacc. lib. 1. Argon. *Val. Flacc.*

" *Qui tenet undisonam Psamaten, semperq; patentem.*

Al. legunt Psamathon, quod est opp. sequens.

Psamathos, opp. & port. Laconicæ in Peloponneso apud Tænarum urb. & prom. quod hodie haud memoratur, quasi exciderit. *Plin. Pauf.*

Pseudopenias, prom. Cyrenaicæ super quo Berenice urbs, *Capo Bernich* ex tab. recenti. *Strab.*

Pseudostomum, unum ex ostiis Istri, Boreale, ubi *Bialogrod* urbs Mysiæ infer. hac tempestate clara, sedesque præfecti. *Plin. Ptol.*

* Psillis, Psilis Steph. *Fenesia* Molet. & Pineto, fluv. Bithyniæ in Euxinum mare contra Thyniam prom. Thraciæ influens, inter Artacen opp. & Calpam fluv. *Plin. Ptol.*

[* Ψύλλις in Seld. man.]

Psiltucis, Cilluta Arriano, inf. maris Indici, ab ostio Indi fluv. 400. stad. teste Q. Curtio. Qui nunc vocetur, ignoratur, cum aliæ plures insulæ ibidem sint. *Plut.*

Psilum, ostium parvum Danubii, Stenostoma Solino, Spireostoma Plin. Thiagola Ptol. *Arrian.*

Polyb. Plin. Ptol. & al. Psophis, *Sofi* ex tab. recent. urbs Peloponnesi in Arcadia, prius Phegia dicta teste Pauf. sic à conditore, Tegeæ, Erymantho, Clitorio, ac Nonacri monti finitima, olim episc. Mantineæ propior. Ovid. lib. 5. metamorph.

" *Usq; sub Orchomenon, Psophidaq;, Cyllenenq;.*

Fuere aliæ urbes hujus nominis apud Steph. in Acarnania, in Libya, & in Achaia. [* In Selden. man. Ψωφθὺς ἥπι Φωψίς.]

Ptol Steph. Psychium, *Sichino* Mercat. *Prioriza* Nigro, opp. Cretæ in ora Australi, inter Massaliæ & Electæ flum. ostia, Phœnici opp. proximum, inter Pœcilasium ad occ. & Mataliam ad ort. 60. mill. pass.

Arist. Psychrus, fluv. Thraciæ in agro Chalcidico in Macedoniæ confin. frigidissimus; ex quo oves bibentes agnos nigros pariunt, teste Aristot.

Herod. Plin. Ptol. & al. Psylli, pop. Libyæ supra Garamantes Plin. in Pentapoli Ptolem. Syrtes attingentes, contra virus serpentum muniti, sic à Psyllo rege dicti, Nasamonibus finitimi, à quibus victi fuere. De quibus Cinna apud Aul. Gell. lib. 9. cap. 12.

" *Somniculosam ut Pœnus aspidem Psyllus.*

Horum historiam vide apud Herodot. lib. 4. & Plin. lib. 7. c. 2. Mem. illorum Sil. & Lucan. lib. 9. De Psyllis poema Xenophanes Colophonius scripsit. Rem dignam risu A. Gell. lib. 16. cap. 11. narrat; Psyllos, quod aqua eos defecisset, arma adversus Austrum sumpsisse, & omnes interiisse.

Herod. Psyllicus, sin. Libyæ magnus, triduo navigabilis, teste Herod. Hic in ora occidua maris Atlantici apud Hesperios esse putatur.

Ptol. Psyllium, Psylla Arriano & Steph. *Picello* Stuchio & Moletio, urbs Bithyniæ in ora maris Euxini, inter Heracleam Ponti ad occ. & Tium ad ort. 18. mill. pass. apud ostia Psyllis fluv. à quo nomen habet.

Strab. Plin. Steph. Psyra, Psyria Cic. *Psara*, inf. maris Ægæi apud Chium, inde 60. stad. in occ. distans, cum opp. cognomine: cui Psyra altera parva inf. adjacet, & ipsa *Psara* vulgo, in Bor. recedens Phanæam prom. Chii versus. Psyra vinum non gignit: unde proverbio apud Suid. ex Cratino dicitur *Psyra Bacchum*, subaudiendum non producit, de vino quod nemo in convivio gustat, sive de sordido apparatu. De Psyra lib. 2. Itin. sic:

" *Psyraque, quæ medio, rupes velut horrida, Ponto*
' *Naucleris dudum latuit---------*

Strab. Psyttalia, inf. parva sin. Saronici, inter Salaminen & Piræum.

Liv. Pteleon *Fitleo*, opp. Thessaliæ, sed teste Plin. in ora Bœotiæ, in conf. Phthiotidis, apud Sperchium fluv. Alterum hujus nominis opp. in Ionia erat apud Mimantem mont. & Erythras urbem.

Pteria apud Herod. erat urbs munitissima Cappadociæ, à Cyro expugnata & deleta.

Plin. Sol. Pterophoros regio est Scythiæ circa Hyperboreos montes damnata caligine. Hinc mos pennas in pileis gestandi processisse videtur apud omnes pene Europæos.

Ptol. Pteroton Stratopedon, i. e. Alata castra, urbs Albionis, Scotiæ regia, *Edenburgh* vel *Edenborrow*. Vide Alata castra.

Ptol. Pterum, promont. Mysiæ infer. post sacrum ostium Istri.

Ptol. Ptisciana, *Dar el Hamara* teste Marmolio, oppid. Maurit. Tingitanæ mediterr.

Alex. ab Alex. Ptoembari, Ptoemphanæ Plin. pop. Africæ, qui canem pro rege habebant.

Strab. Plin. Ptol. & al. Ptolemais, quater gemina: Prima Æthiopiæ sub Ægypto, ad sin. Arabicum, quæ Theron, i. e. ferarum, cognominatur à Ptolem. & Epitheras à Plin. à plerisque *Suachen* nunc dicta, (quæ tamen Suache Plin. videtur in reg. Troglodytica) à Berenice urbe ejusdem oræ 602. mill. pass. in ort. ab Adulito empor. 5. dierum navigatione distans; inter Heroum urb. in intimo sinus Arabici recessu 8. mill. stad. & fauces ejusdem sin. 4500. ubi & Ptolemæus fluv. eidem Plin. Secunda Cyrenaicæ, in ora littorali, antea Barce, nomen habens à Ptolemæo rege conditore, olim episc. sub archiep. Cyrenensi, *Tolometta* hodie, inter Arsinoen ad occ. 22. & Cyrenen in ort. 85. mill. pass. Apollonia inter ipsas. Tertia Phœnicis marit. apud Palæstinæ fines, olim Ace Plinio, Acon Hebræis; colonia quondam Claudii Cæs. teste Plin. Ace etiam Steph. qui sic dictam prius putat, quod ibi Hercules à vulnere curatus sit, nunc *Aca*, *Acre* vel *Acri*, & *Acon*, excisa, (cum regum Hierosolymitanorum post Hierosolymam amissam sedes fuisset) inter Tyrum ad Bor. & Sycaminum ad Austrum 24. mill. pass. media fere inter Tripolim ad Arctos, & Joppen in merid. 60. mill. pass. utrinque, episc. cum staret sub archiep. Tyrio. Quarta Ægypti in Thebaide, ad Nilum, inter urb. Crocodilorum & Abydum, à quo 22. mill. pass. aberat in Boream. De Ptolemaide Auson. in Mosellana.

" *Conditor hic forsan fuerit Ptolemaidos urbis.*

Ptous, mons Bœotiæ, in quo Acræphium opp. erat, ubi Apollo natus traditur teste Plut. Hic mons trivertex esse fertur ex Hom. in catal. navium, & teste Strab. lib. 9. incumbit lacui Copaidi. In hoc monte erat oraculum Apoll. ad quod Thebani conveniebant teste Strab. *Strab. Pauf.*

Ptucci, (Tucci Anton. ut putat Ortel. cum diversa sint oppida) opp. Hisp. Bæt. mediterr. in Turdetanis apud Anam fluv. Tucci vero apud Ant. situm est inter Italicam 18. & Ilipam 21. mill. pass. ex ejus Itinerario. *Ptol.*

Ptychia, *Palopoli* teste Nig. opp. seu pag. nunc Corcyræ insulæ. *Ptol. Thucyd.*

Pucinum *Prosecho*, opp. Carnorum in colle apud oram maris Hadriatici, inter Aquileiam 20. & Tergestum 5. mill. pass. vino quondam & nunc generoso clarum. Hinc Pucini colles lib. 2. Itin. *Plin. Ptol.*

" *Tergestumque sinum, & fœcundos præterit uvis*
' *Pucinos colles---------*

Puellarum castra sive castrum, postea Edimburgum, urbs regia Scotiæ; cujus arx rupi imposita adeo firma & tuta est, ut ab hostibus non semel invasa, nunquam potuerit expugnari; ad præterlabentem Fortheam amnem.

Pulchra sylva, postea Mortaria, opp. agri Ticinens. inter Ticinum 20. & Vercellas 15. mill. pass. occurrens, sic appellatum, quod ibi Desiderius Longobardorum rex à Carolo magno superatus sit, cum ingenti suorum strage. Nunc *Mortara* dicitur, habetque Hispanorum præsidium. *P. Diac.*

Pulchrum prom. Calon Acroterion Polyb. prom. Africæ apud Carthaginem, quod Ortelius prom. Mercurii, longius à Carthagine distans, esse putat. *Polyb.*

Pullariæ *li Brioni*, inf. aliquot parvæ Histriæ in sinu Flanatico adjacentes. In Thes. ling. Lat. in Illyrico male describuntur, cum Pollæ urbi sint vicinæ. *Plin.*

Pulveraria, opp. Hisp. Tarracon. in agro Asturicensi ad Urbicum fluv. A veteribus haud memoratur. *Scrip. Hisp.*

Pumentum *Gerentia*, urbs Magnæ Græciæ mediterr. in Calabria ulter. teste Barr. inter Siberenam ad merid. 12. & Cariatum ad Bor. 18. mill. pass. episc. sub archiep. Siberensi, in saxo præcipiti, à Crotone 18. Brystaciæ propior, 8. mill. distans. *Strab.*

Punicum mare, idem Africo, Africam ad Bor. alluens. Est autem Punicus nom. gent. quod & Punicanus apud Cic. in orat. pro Murena, idem quod Africanus. Virg. lib. 1. Æn. *Flor.*

" *Punica regna vides, Tyrios, & Agenoris urbem.*

Primum Punicum bellum cœpit an. urbis conditæ 488. Olymp.

Olymp. 128. anno 4. ſecundum,an.urbis cond. 534. tertium,an. urbis cond. 603. Olymp. 157. annno 3.

Liv. Pupinienſis ager in Latio circa Tuſculum teſte Feſto: cujus ſolum ſterilisſimum teſte Val. Max. adeo ut Varro de re ruſt. ſcripſerit, neque vites neque fœnum in Pupinia creſcere.

Plin. Purpurariæ, inſ. maris Atlantici circa Fortunatas. Quo nomine hodie vocentur enunciare non facile eſt, cum ibi tam multæ ſint inſulæ.

Suet. Puteolana moles *il Molo*, apud Puteolos in Campania à Caligula Cæſ. inchoata : cujus magna adhuc pars ad lacum Lucrinum conſpicitur juxta Puteolos.

Plin. Puteolanus ſin. Crater Strab. *Golfo di Napoli*, inter Miſenum ad occ. & Athenæum ſeu Minervæ promontorium contentus, in quo inſ. Pithecuſæ, Ænaria, Prochyta, & Capreæ.

Cic. Plin. Strab. & al. Puteoli, quæ & Dicæarchia Strab. Plin. & Pauſ. Dicarchia Sil. Dicarchis Petronio, Dicæa Steph. *Pozzuoli* vel *Pozzuolo*, colonia & urbs Campaniæ epiſc. ſub archiep. Neapolitano, inde 6. mill. paſſ. in occ. recedens, apud lacum Lucrinum, Baiis & Miſeno proxima ad 3. mill. paſſ. ſic à puteorum multitudine, vel à putore ob ſulphureas exhalationes vicinas in campis Phlegræis; à Samiis teſte Stephano condita. Appellata fuit hæc urbs teſte Feſto Delos minor, ob templum Apoll. in ea ad ſimilitudinem Delii ædificatum. Hic geminus error Steph. nam Potioli ſcribit, & urb. Etruriæ facit.

Ptol. Pycnus *Finco*, fluv. Cretæ in ora Boreali apud Cydonem urb. inter illam ad occ. & Minoam ad ort. ad 4. mill. paſſ. fluens.

Plin. Pydara, *Aqua dolce* teſte Gyllio, fluv. Thraciæ inter Byzantium & Selymbriam fluens. Vide Athyras.

Steph. Ptol. & al. Pydna, *Chitro* Soph. urbs Macedoniæ in ora littorea Pieriæ reg. inter oſtia Haliacmonis & Lydii flum. urbs epiſc. ſub archiep. Theſſalonicenſi, inde ſupra 30. mill. in merid. Non *Platan*, ut Nardus putat, neque *Pidanemo*, ut alii.

Xenoph. Liv. & al. Pygella, Pygela Steph. Phygela Plin. & Melæ, opp. Ioniæ marit. apud Epheſum, ex quo in Græciam ſolvi ſolitum erat. Vide Phygela. Ibi Dianæ templum, opus Agamemnonis, ex Strabone.

Hom. Ariſt. & al. Pygmæi, pop. Æthiopiæ circa paludes Nili incolentes, trium ſpithamarum ſtaturam non excedentes teſte Plin. non ultra duos pedes cum dimidio longi teſte A.Gell. Quos etiam Plin. in India, Caria, & Thracia reperiri ſcribit. His bellum cum gruibus eſſe fertur. A Pygmæorum parvitate ortum eſt adagium hoc, *Pygmæorum acrothinia Coloſſo aptare*, apud Philoſtrat. in Niceta, & Euſtat. in Odyſſ. in eos qui operam inanem & ſtultam ſumunt, vel qui minima maximis adaptare conantur. De horum pugna Juvenal. ſat. 13.

" *Ad ſubitas Thracum volucres nubemq; ſonoram*
' *Pygmæus parvis currit bellator in armis.*

Amm. Pylæ, opp. Aſiæ in Cappadociæ & Ciliciæ conf. inter Halym fluv. & Taurum mont. Tauri pylæ Cicer. Ciliciæ pylæ Diodor. quia per eas ex Cilicia in Cappadociam tranſitur.

Plin. Pylæ, quæ & Pſeudopylæ, inſ. ſinus Arabici ante portum Iſidis in reg. Troglodytarum.

Ptol. * Pylæ, montes Æthiopiæ ſub æquatore, *M. Amara* nunc, ubi liberi & conſanguinei regis Æthiopum educantur, & detinentur in cuſtodia, ne regnum turbare poſſint. [* Πύλαια in Seld. manuſcr.]

Xenoph. Dion. Pylæ Ciliciana, inter Ciliciam & Syriam, quæ Syriacæ pylæ etiam dicuntur, inter quas Cerſus fluv. labitur. Vide Portæ Amani, & Amanicæ.

Vt. inſc. Pylæ Geticæ, *Vaſcapu* Hungaris, *Eyſnthor* Germanis teſte Jo. Sambuco, in Dacia, per quas ex Dacia Ripenſi in Tranſylvaniam trajicitur.

Arrian. Pylæ Perſidis, Suſidæ Q. Curtio; per quas in Perſidem aditus eſt ex Suſiana reg.

Pylæa opp. fuit Trachiniæ reg. ad Oetam mont. apud Thermopylas: unde ſin. Pylaicus apud Strab. qui & Oetæus appellatur. Erat & Pylaicus conventus Pylis, hoc eſt Thermopylis, 12. civitatum, teſte Strab. lib. 9. Herod.

Pylæus, mons Lesbi inſ. excelſus, haud longe à Mitylene urbe diſtans. Strab.

Pylartes, mons Maced. juxta Dyrrachium urb. *Montagna di Durazzo* à noſtris nominatur. Vib. Seq.

Pylene oppidum fuit Ætoliæ, quod & Proſchium Strab. ſcopulis abundans. De quo Stat. lib. 8. Theb. Hom. Strab.

" *Nunc tumidæ Calydonis opes, nunc torva Pylenes*
' *Agmina---------*

Idem ſcopuloſam appellat, cum ait lib. 4. Thebaid.

' *--------------ſenſit ſcopuloſa Pylene.*

Pylus, urbs Peloponneſi multiplex: I. opp. Meſſeniæ maritimum, Abarinus Ptol. Nelea Homero teſte Pauſ. & Coryphaſium teſte Steph. (ſed apud Strab. Pauſ. & Ptol. hoc diverſum ab illo eſt) *Navarino* Soph. *Zonichia* nautis teſte Leuncl. inter Cypariſſium prom. ad Bor. & Methonen urb. ad merid. inde 20. hinc 15. mill. paſſ. II. in Elide, haud procul à littore, quod *Zonchio* dici ferunt, ad Scollim montem, ab Elide 12. mill. paſſ. teſte Plin. III. in Arcadia, qui & Lepræaticus, & Triphyliacus, (Hom. Emathoeis) & Arcadicus cognominatur teſte Strab. patria Neſtoris, à Coryphaſio ſtad. 400. teſte Strab. qui IV. Pylum memorat in Meſſenia ad oſtia Pamiſi, à Sparta 400. ſtad. Ejus mem. Ovid. inter alios in epiſt. 1. Strab. Thucyd. Pauſ. & al.

" *Nos Pylon, antiqui Neleïa Neſtoris arva,*
" *Miſimus: incerta eſt fama remiſſa Pylo.*

Hinc Pylii pop. & Pylius nom. gent. Ovid. lib. 1. de Ponto, eleg. 5.

' *Crede mihi, Pylio Neſtore major eris.*

Pylium mare, quod Meſſeniam juxta Pylum alluit. Pylus Meſſeniorum (à Pylo Triphyliæ, & Lepræo 400. ſtad. diſtans) Neſtoris patria teſte Euſtath. cæteris Pylis præſtat, & eſt antiquior: tametſi Pylus Triphyliæ ab aliis Neſtoris putatur. Hinc ortum adagium apud Ariſtoph. quod etiam Plutarch. refert, *Eſt Pylus ante Pylum*, in eos qui ſupra alios gloriantur, quaſi doctiores, aut fortiores, aut alia in re præſtantiores. Verſum integrum refert Plutarch.

" *Eſt Pylus ante Pylum; ſiquidem eſt Pylus altera ſane.*

Pylii pop. qui Metapontum in Italia condiderunt.

Pyra pars eſt Oetæ montis ad ſin. Maliacum, ubi elleborum naſci tradunt Plin. & Theophr. & ubi corpus Herculis concrematum fuiſſe T. Liv. lib. 36. ſcribit. Non longe Pyrrha inſ. in dicto ſinu à Strab. memoratur, una cum Deucalione inſ. quo nomine etiam Pyrrha prom. idem (ut videtur) cum Pyra apud Plin. & Liv. Plin.

Pyræi, populi Dalmatiæ, per quos Naro fluv. labitur. Plin. Mel.

Pyræus, portus. Vide Piræus; varie enim apud authores ſcribitur.

Pyramides Ægypti, apud Memphim urbem, inter illam & Deltam, inter 7. orbis terræ miracula, *Pharaoni* teſte Bellon. *Granari di Gioſefo* Europæis teſte Ortel. tres numero latæ longæque, in altum ad 4. terræ jugera teſte Mela, à Nilo fluv. 4. mill. paſſ. diſtantes, à Delta 6. à nova Babylonia ſeu Cayro 4. mill. Gallicis teſte Bellon. antiquorum regum ſepulchra. Hinc Pyramidalis, & Pyramidatus adject. ut corpora Pyramidata, id eſt forma Pyramidali facta, apud Cic. lib. de nat. Deor. Pyramidum una à 360000. hominum 20. annorum ſpatio conſtructa traditur, tanta impenſa, ut in alliis, cæpis, & raphanis, 1800. talenta inſumpta fuerint. De his Martial. ep. 1. de ſpeculis. Herod. Plin.

" *Barbara Pyramidum ſileat miracula Memphis.*

Pyramus, *Malmiſtra* teſte Nigro, ſic de urbis nomine, quam alluit, vulgo dictus, fluv. Ciliciæ ex Tauro monte oriens, marique apud Mallum urb. exceptus, Polyb. Plin. Plut. Ptol.

qui

qui *Cornui* etiam teste Bellon. dicitur. Olim teste Steph. Leucosyros dictus est. Cujus mem. Ovid. 4. lib. metamorph.

" *Sæpe ubi constiterant, hinc Thisbe,* * *Pyramus illinc.*

[* Ubi Pyramus nomen viri, non fluvii.]

Pyreæus portus apud Plaut. in Bacchid. Vide Piræus apud alios.

Strab. Plin. Pyrenæa Venus, Portus Veneris Melæ, & al. Templum Veneris, *Capo de Creuz*, oppid. Gall. Narbon. in conf. Hisp. Vide Aphrodisium.

Mel. Strab. Pyrenæus, mons Pyrene Strab. cui & Pyrenæi montes, *los Montes Pireneos* Hispanis, mons Hispaniæ maximus, illam à Gallia separans, ab oceano in mare mediterr. extensus ad 80. mill. Hispanica, ex cujus medio ferunt utrumque mare conspici; sic ab incendio, quod anno post diluvium 647. contigisse ferunt, dictus. A Pyrene ad saltum Castulonensi 607. mill. pass. intersunt teste Plin. quanta est Hisp. citerioris latitudo; cujus longitudo inter Tarraconem & Iriam Flaviam multo major est. De eo Claud. de vict. Stiliconis.

" *Trans freta, trans Gallos, Pyrenæumq; cucurrit.*

De Pyrene Sil. Ital. lib. 3.

" *Pyrene celsa nimbosi verticis arce.*

Hinc Pyrenæus nom. gent. Claud. libro 3. de laud. Stilicon.

" *Pyrenæa figit latebrosis frondibus ilex.*

Plin. App. Pyrenæus alter *Prenner*, mons Rhætiæ in comit. Tirolensi, ex quo Mela fluv. profluit, qui inde usque ad Rhenum protenditur. Brennus etiam à Philargyro dicitur; transiturque inter Brixinam & Oenipontem ad 5. leuc.

Ptol. * Pyrene, prom. Hisp. ex Pyrenæo mont. ubi is in oceanum Cantabricum desinit, ubi Easo seu Oeaso Ptol. opp. quod Fons Rapidus dicitur, & vulgo *Fuente Rabia*. Est & fons Plinio apud Corinthum, qui Pyrene & Pirene scribitur. De quo Ovid. lib. 2. metamorph.

" *Argos Amymonen, Ephyre Pyrenidas undas.*

Pyrenen Bebrycis filiam in mont. ab Hercule compressam, & à feris dilaniatam, monti in quo sepulta est, nomen dedisse ferunt. Cœl. Rhod. in antiq. lect.

[* Πυρήνη in Seld. manuscr.]

Strab. Plin. Liv. & al. Pyrgi colon. & op. fuit Hetruriæ, inter urbem Romam 29. & Centum cellas 13. mill. pass. sive inter Graviscas ad occ. 180. & Fregenas ad ort. 120. stad. ex Strab. Locus hodie *S. Maria di Purgano* teste Leand. nominatur. De quibus Rutil. lib. 1.

" *Alsia prælegitur tellus, Pyrgique recedunt.*

Ab ostiis Tiberinis 260. stad. recedunt in occident.

Ptol. Pyrgus Euphranta, *Eufrata* teste Marm. opp. Africæ in ora ad Syrtim magnam, inter Macomades ad occ. & Philænorum aras ad ortum.

Pyrgus item Græcis, *Bergas* teste Leuncl. Vide Bergulæ. Fuit & Pyrgus castellum Eleorum in Peloponn. cujus mem. T. Liv. lib. 7. dec. 3.

Amm. Pyri mons, *Heiligberg* teste Junio, pag. German. super. ad Rhenum apud Heydelbergam urb. Heroldus *Speyr* urb. indigitat; sed hæc cis Rhenum sita est: Pyri vero mons ab Ammiano trans Rhenum locatur.

Thucyd. Mel. Ptol. & al. Pyrrha, opp. geminum: unum Lesbi ins. cum mont. à Mitylene 80. stad. à Mania 100. in ora occid. Eresso proximum: alterum Plin. & Mel. opp. est Eubœæ ins. Pyrrha quoque Ptol. urbs episc. Ioniæ apud ostia Mæandri, nunc *Demonage* teste Moletio.

Strab. Pyrrha, prom. Phthiotidis ad fin. Maliacum: ante quod duæ ins. sunt, Pyrrha & Deucalion, teste Strab. In Pyrrha reg. aqua Amphrysi fluv. fœminas steriles facit, teste Plin. lib. 31. c. 2. Pyrrhe vero Plin. ins. parva est Cariæ, seu Doridis, in sinu Ceramico. De Pyrrha [muliere, uxore Deucalionis] Juvenal. sat. 1.

" *Et maribus nudas ostendit Pyrrha puellas.*

Pyrrheum pars fuit urbis Ambraciæ in Epiro, sive ejus suburbium. Liv.

Pyrrum opp. fuit Pannoniæ super. inter Pœtovionem 68. & Sisciam 51. mill. pass. ex Ant. Itiner. inter Stiriam & Croatiam. Anton.

Pystira, ins. parva Ioniæ ante Smyrnam urb. ubi aliæ aliquot velut scopuli circumstant, quæ omnes *Isole delle Smirne* à nautis dicuntur. Plin.

Pythias via erat Macedoniæ, quæ à Thessalonica ad Tempe Thessaliæ deducebat. Ælian.

Pythicus, fluv. Lydiæ in fin. Eleatem ad Myrinam urbem Æolidis influens. Apud urbem hodie de nomine urbis nominatur. Agath.

Pythion, Pytheum Ptol. opp. fuit Maced. mediterr. in finibus Pelasgiotarum, inter Dolicham ad occ. & Gonnum ad ort. Erat & locus apud Gortynam in Creta Apollini sacer teste Steph. qui alia loca hujus nom. recenset. Liv. Plut.

Pytho, Pythia Ptol. & App. urbs Phocidis proxima Delphis, immo eadem Delphis teste Paus. Unde Pythia festa, quæ ibi celebrabantur, ob Pythonem serpentem ab Apolline interfectum, teste eodem: ex quo Apollo Pythius cognominatus est. Ejus mem. Ovid. lib. 1. metam. Hom.

" *Pythia perdomiti serpentis nomine dictos.*

Pythia & Delia eadem tibi, sive *Hæc tibi & Pythia & Delia*, apud Menand. speciem habet adagii, quo supremum opus quod quis est in vita gesturus, significamus. Sic enim oraculum Delphicum respondisse fertur Polycrati Samiorum tyranno, quærenti an ludos constitutos Pythios vel Delios appellaret; quasi diceret hoc esse postremum à se patrandum, cum mors illi paulo post acciderit. Pythos vero urbs Phocidis, quod sæpius cerneretur edito loco sita, locum proverbio fecit, *Iterum atque iterum via versus Python*, in molestos in percunctando, authore Diogeniano.

Pythonos come & Pythonoscome, teste Plin. cum Sol. locus est Asiæ, quo ciconiæ advolantes postremam agminis dilacerant. Vide Plin. lib. 10. c. 23.

Pythopolis opp. erat Bithyniæ à Theseo conditum ad Soloentem fluv. Altera Pythopolis urbs Cariæ fuit, Nysa postea appellata. Plut.

Pytionia, ins. parva maris Ionii circa Corcyram. Plin.

Pytna, collis mont. Idæ in Creta apud Hierapytnam, quæ inde nomen accepit. De qua re Strab. lib. 10. Strab.

Pyxa opp. fuit Co ins. quod hodie minime exstare dicitur. Theocr.

Pyxites, fluv. Cappadociæ juxta Trapezuntem urb. decurrens. Plin.

Pyxus & Pyxuntum *Pisciota*, urbs excisa Lucaniæ, nunc exiguum castrum. Vide Buxentum. Strab.

Q.

QUacerni, Querquerni Plin. Querquennæ Anton. pop. Hisp. Tarraconens. quorum opp. Forum, & Aquæ Quacernorum Ptol. Aquæ Querquennæ Ant. à Bracara 63. mill. pass. ex Itin. Anton. distabat Asturicam versus, apud Tydem; quod hodie non exstat. Ptol.

Quadi, pop. German. quos Jo. Dobravius Slesios *Slesier* esse putat: Aventinus vero illos in Moravia fuisse scribit, eorumque tractum nunc *Marckfeld* & *Marckfeldberg* appellari in Austria, trans Danubium, in Moraviæ confinio. Quo in loco Marcomanni potius quam Quadi fuisse videntur. Illud certum ex Ptol. Quados sylvæ Hercyniæ vicinos fuisse. Tac. Ptol. Eutrop.

Quadrata, *Neukirchen* teste Laz. opp. Norici in Austria, à Nova civitate 2. leuc. in merid. Græcium Stiriæ caput versus. Est Quadrata altera opp. Pannoniæ super. inter Noviodunum ad occ. & Sisciam ad ort. 28. mill. pass. ex Itin. Anton. quod *Gurckfeldt* Ant.

opp. apud Corcoræ cum Sao confluentiam, vel non longe, esse videtur.

Lib. Not. Quadrata item opp. olim Liguriæ, nunc pag. agri Astensis, *Quarta*, ab Asta urbe 4. mill. pass. Casale versus 14. à Taurinis 22. ex quodam Itiner. antiquo: ubi Quadrata num. plur. legitur.

Quadratæ, sive quadrangulares urbes; aliis vel oblongis, vel ad rotunditatem magna ex parte accedentibus.

Arlhemum *Haerlem*, in Batavis
Babylon *Bagdet*
Burdigala *Bourdeaux*, Aquitaniæ
Calatia *Gaiazzo*, in Campania
Caletium, sive Icius portus, *Cales*, Gall. Belg.
Casalensis urbs *Casal*, in Liguria
Damascus *Damasco*, in Cœlesyria
Delphi *Delft*, in Hollandia
Ecbatana *Tauris*, in Media
Famagusta, olim Hamacostos, in Cypro
Fessa, olim Volubilis, *Fez*, in Mauritan.
Franicheria *Franeker*, Frisiæ
Heida *Heyden*, Dithmarsiæ in Cimbrica
Hierosolyma *Gierusalem*, in Palæstina
Iaurinum, olim Arabo, *Giavarin*, Pannoniæ
Julia Cæsaria *Algier*, in Mauritania
Luneburgum *Lunenburg*, Saxoniæ
Moscha *Moskow*, in Sarmatia, regia Moschorum
Novaria *Novara*, in Insubria
Ovaria *Owar*, in Hungaria
Panormus *Palermo*, Siciliæ
Rotomagus *Rouen*, in Normannia
Rupella, olim Santonum portus, *la Rochella*, in Aquitania
Salodorum *Soloturn*, in Helvetia
Sedunum *Sion*, & *Sitten*, in Vallesia
Stetinum, quasi Sidenum, *Stetin*, Pomeraniæ
Taurinum *Turino*, Gall. Subalpinæ
Ticinum *Pavia*, in Insubria
Trajectum inferius *Utrecht*, in Batavis
Vinaria seu Wimaria *Weimar*, Thuringiæ

P. Vict. Quadratus vicus Romæ in regione 14. Cujus fit mentio in vet. inscript. sub Trajano imperatore.

Lib. Not. Quadratum, *Radtmansdorff* teste Laz. opp. Pannoniæ super. in Carniola ad Saum fluv. inter Vacorium ad occ. & Labacum ad ort. 6. leuc. Sed hoc est in Norico, non in Pannonia. Aliis videtur esse *Gurckfeldt* in Croatia, à Labaco 10. in ort. à Celeia 4. in Euronot. Quadrata Anton. de qua supra. Hæc opp. sic dicta putantur ob quadratam formam; qualia sunt supra memorata.

Idem. Quadriburgium, *Quaetraedt* teste Ortel. pag. Germ. infer. inter Coloniam Agrippinam & Juliacum. Aliis est *Woeringen*, opp. seu pag. ejusdem Germ. ad Rhenum, inter Coloniam prædictam & Novesium in medio. Est & Quadriburgium in libro Not. opp. geminum; unum in Norico ripensi, alterum in Valeria ripensi.

Quædam mira & prodigiosa, licet * à scopo geographico aliena, in gratiam studiosorum hic inserere libuit. [* Et à debito ordine, quærenda enim potius erant in titulo Mira, vel Prodigiosa: cum vero tanta sit locorum copia ab *M* ac *P* incipientium, & tanta tenuitas elementi *Q*, utrique videri possit author consuluisse, catalogum huic loco inserendo.]

Mira & prodigiosa ex variis autoribus excerpta.

Achemenis herba in hostes conjecta illos in fugam vertere traditur, teste Plin. qui illam solitam à regibus Persarum contra omnia corporis incommoda, & instabilitatem mentis comedi & bibi scribit l. 24. cap. 17.

Ad aquas Cutilias insulam visam, quæ die nocteque locum assidue mutaret, idem testatur lib. 2.

Agna locuta fertur Bocchoro dynasta Ægyptum administrante. Cœl.

Agrippina Claudii uxor turdum habuisse fertur, qui loquendo homines imitaretur.

Alcippe mulier elephantem peperisse scribitur à Plinio l. 7. c. 3.

Amyclæ, urbs in Latio, à serpentibus deletæ feruntur, teste Plin. lib. 8. cap. 29.

Anates Ponticæ, teste eodem, venenis nutriuntur.

Anaxagoras Clazomenius nunquam ridere visus est, quod & de Crasso Crassi à Parthis cæsi avo refert Plin. l. 7. c. 19.

Ancillam serpentem peperisse initio belli Marsici, testatur Plin. l. 7. c. 3.

Anguillas in Cabura fonte Mesopotamiæ, & Labra fonte Cariæ apud Gnidum, ita mansuefactas fuisse tradunt, ut non solum cibos è manibus hominum caperent, sed & in aures impositas deferrent.

Antipater Sidonius poeta, quo die natus est, semper febri correptus fuit, eodemque die defunctus traditur, teste Plin. lib. 7. c. 51.

Aquilarum pennas aliarum avium pennas permixtas devorare tradit Plin. lib. 10. c. 3.

Argis Arescusam mulierem cum nupsisset, mox in marem conversam Arescontem dictum, visam, Mutianus testatur apud Plin. lib. 7. c. 53. qui se vidisse testatur L. Cossicium civem Thisdritanum ex fœmina in marem mutatum nuptiarum die; & Casini, P. Licinio Crasso & C. Cassio Longino consulibus, puerum ex puella factum, idem scribit.

Aristomenes Messenius Atheniensibus ob calliditatem invisus, & dissectus, cor hirsutum & pilosum habere repertus est teste Plin. l. 11. c. 37.

Armorum strepitus & tubarum sonitus ante & post Cimbricum bellum inchoatum exauditos; armaque cœlestia visa, & armatos ab ortu in occ. & è contra concurrere, ab Amerinis & Tudertibus in tertio Marii consulatu visos esse, testatur Plin. lib. 2. cap. 57.

Aspidem in Ægypto ad cujusdam mensam catulos peperisse, idem Plin. refert.

Atys Crœsi regis filius semestris, cum quendam gladio patris jugulum feriturum vidisset, locutus fertur, teste Herodoto.

Aviola consularis in rogo revixisse traditur, licet à flamma, nullo opem ferente, extinctus fuerit, teste Plin. l. 7. c. 3. ubi & Cælium Tuberonem à rogo relatum scribit.

Baiis in Campania balnea duo vicina sunt; in quorum unum canes conjecti subito destituti sensibus exspirasse videntur, in alterum vero statim revivìscunt, ut ipsi propriis oculis inspeximus.

Baris herbæ tactu draconis catulum occisum ad vitam revocatum tradit Xanthus historiograph. qui idem testatur de Thylone à dracone occiso; Juba quoque, Plin. referente lib. 25. cap. 2. quendam in Arabia ad vitam herba revocatum testatur.

Bovem locutum Plin. lib. 8. c. 45. testatur. Ubi ait propterea senatum sub dio haberi cœptum fuisse.

Budda, gymnosophistarum princeps, è latere virginem generatam refert apud Cælium Rhodigin.

Casini puella in puerum mutata traditur teste Plinio lib. 7. c. 53.

Cato & Marc. Crassus nunquam risisse feruntur.

Cea ins. fontem habet hebetes potantes facientem, Plin. lib. 31. c. 2.

Cecina Volaterranus, quæ in bello fiebant, per hirundines amicis nunciabat, quæ ad nidos suos redibant. Vide Plin. lib. 10. cap. 24.

Ceneus sexum mutasse traditur: de quo Ausonius edyl. 6.

"*Mœret in antiquam* Ceneus revocata figuram*
[* Alii libri Cœnis.]

Cervus à Ptolemæo rege ita educatus traditur, ut etiam Græce loquentes intelligeret.

Cleon ex Daulia urbe Phocidis nunquam somniasse fertur, cum multos annos vixisset, ut Plutarch. in lib. de orac. scribit.

Clitorii in Arcadia lacus est, cujus aqua pota vini fastidium adfert, autore Plin. l. 31. c. 2. & Andri fontem septimo quoque die inebriare idem ex Mutiano refert.

Colossis flumen est, in quo lateres conjecti, lapides extrahuntur, ut scribit Plin. lib. 31. c. 2.

Confidius funere elatus revixisse traditur.

Cornelius Rufus cons. Marii collega dormiens, ut somniarat excæcatus est.

Cornix alba proverbium est de re rara. Hanc visam refert Cœl. lib. antiq. lectionum.

Crotonem & Locros pestem nunquam expertos tradunt: testis est Plin. lib. 2. cap. 96.

Cyzici fontem esse qui potantes amorem deponere facit, testis Mutianus.

Daphidas sophista Delphos petens Apollinem consuluit, an equum amissum inveniret: responsum est, inventurum, sed deturbatum iri. Rediens incidit in Attalum regem, quem lacesserat; à quo de saxo (cui equi nomen erat) præcipitatus est.

Delius rivus Eubœæ saxa irrigata in altitudinem crescere facit, autore Plin. lib. 3. cap. 2.

Delphinos hominis amantes esse multis exemplis demonstratur à Plinio lib. 9. c. 8. In iis, pueri apud Puteolos, qui delphini quem cibo sibi familiarem reddiderat dorso exceptus, per mare ferebatur, & ad litus incolumis restituebatur; donec illo ex morbo defuncto, delphinus, cum puerum in loco solito non reperiret, & ipse mœrore confectus, interiit.

Demarchum Parrhasium, cum pueri Jovi Lycæo in Arcadia immolati exta vorasset, in lupum conversum, post annos 10. pristinam recuperasse formam Plin. ex Copa refert.

Direptina Mithridatis filia gemino dentium ordine fuisse traditur.

Echeneis pisciculus naves, quamvis ventorum vi delatas magna, remoratur, teste Plin. lib. 32. c. 1. Is remora ob id à Latinis dicitur.

Egles Samius athleta mutus, cum quendam mala fide victoriæ præmium usurpare videret, indignatione commotus, locutus fertur.

Elephantem super funes ambulasse, & litteras Græcas didicisse, Plin. ex Mutiano refert.

Epimenides Cretens. ab Agisarcho patre ad ovium custodiam destinatus, 50. annis in spelunca dormiisse traditur.

Euriphæus Cyrenæus in superiori maxilla pro dentibus os habuisse refertur.

Euripidis ad sepulchrum in Macedonia duo rivi confluunt, quorum unus mortiferus, alter salubris est. Plin. lib. 31. cap. 2.

Euthimenis filius triennio ad tria cubita excrevisse traditur.

Fanum Veneris Paphi aream habere in qua nunquam pluit, scribit inter alios Plin. lib. 2. c. 96.

Fausta mulier Ostiens. 4. uno partu edidisse traditur, duos mares, & totidem fœminas, teste Plin. lib. 7. c. 3. Sed illud magis mirandum, quod mulier nobilis in Batavis tot peperisse à Belgicis scriptoribus traditur, quot in anno sunt dies.

Formicæ formicas mortuas sepeliunt, teste Plin. lib. 11. c. 30.

Fortunæ muliebris simulachrum bis locutum refert T. Livius.

Fulmina Scythiam, & alias regiones Boreales, Ægyptum, Æthiopiam, & alias regiones Australes non attingunt, teste Plin. l. 2. c. 50. neque feriunt lauros, neque tecta pellibus vitulorum marinorum, neque aquilam, ut scribit Plin. lib. 2. cap. 55.

Gorgias Epirota, dum mater ad tumulum in funere deferretur, ex ejus utero prodiisse, & vagiisse traditur.

Græci Æsopum, Herculem, & Glaucum revixisse tradunt, seu verius fabulantur.

Grillum quendam, inter alios, à Circe in brutum mutatum iidem scribunt.

Gyari insulæ incolas à muribus fugatos scribit Plin. lib. 8. c. 29.

Harpasis in Lycia cautes erat, teste Plin. nulla alia vi hominis quam unius digiti mobilis. Vide Plin. lib. 2. cap. 96.

Hercules triplici dentium ordine fuisse traditur.

Hermotini Clazomenii anima egressa corpore, longeque pervagata, multa nunciasse, & ad corpus rediisse traditur. Plin. lib. 7. cap. 52.

Hierapoli in Syria, in lacu Veneris pisces fuisse, qui vocati adessent, & æedituis parerent, seque scalpendos præberent. Plin. lib. 32. c. 2.

Hircum cum muliere coiisse palam tradit Herod. suo tempore.

Jason Pheræus à quodam percussus, à vomica liberatus dicitur, à qua medicorum opera nulla poterat liberari, teste Cic. lib. 2. de nat. deorum.

Ilias Homeri in cortice nucis inclusa miro artificio narratur à Plin. ex Cic. lib. 7. cap. 21.

Insulæ in lacu Cæcubo & Reatino fluctuant, ut scribit Plin. lib. 2. cap. 95. sic in Nymphæo saltuares appellatæ, & sylvæ alibi.

Insulæ enatæ in mari de novo Delos & Rhodos, postea Anaphe, Nea, Thera, Therusia, & Hiera, teste Plin. lib. 2. c. 87.

Iphis sexum mutasse traditur. Dubium est an sit ille pictor, de quo Plinius lib. 35. cap. 10.

Iris sive arcus cœlestis quotidie Locris, & ad lacum Velinum videtur, ut scribit Plin. l. 2. c. 62.

Lacydi philosopho anser comes perpetuus fuit, ab ejus latere nunquam discedens, uti testatur Diogen.

Laodiceæ platanus mutabatur in oleam ad Xerxis regis adventum, teste Plin.

Ligna injecta in flum. Ciconum, lacum Velinum, Surium Colchidis, & Picentinorum Silarum, lapidescunt, teste Plin. lib. 2. c. 103.

Limyræ fons est, qui cum piscibus locum mutare solet: aliquid boni portendit si cibum oblatum pisces accipiant, mali si abigunt. Plin. lib. 31. c. 2.

Lunas tres noctu simul visas esse Cn. Domitio & L. Annio consulibus testatur Plin. lib. 2. c. 32.

Luscinia & sturni Græce & Latine locuti à Suet. in vitis Cæsarum feruntur. Nos sturnum Hispanice loquentem audivimus.

Lycos in India fontem esse, cujus aqua lucernæ ardent: quod & Ecbatanis contingere scribit Plin. lib. 31. c. 2.

Lymiris in Lycia, pisces fontis Apollini sacri ter fistula vocati ad augurium veniebant, ut ferunt. Plin. lib. 32. c. 2.

Marcia Romæ, partu fulmine, quo icta fuit, exanimato, ipsa tamen supervixit, teste Plinio libro 2. cap. 51.

Marcus Curius & Cn. Papirius Carbo cum dentibus

tibus nati feruntur teste Plinio, unde prior Dentatus dictus est. Valeria quoque cum dentibus nata est, quod fuit illi exitiosum. Vide Plin. l.7.c.16.

Maris quidam, parte antica homo, postica equus, annos 125. vixisse, & ter mortuus, ter revixisse traditur.

Memnonis statua, ad ejus sepulchrum, oriente sole sonum edere solitam tradunt Strab. lib. 17. & Plin. lib. 36.c.7.

Montes duos in agro Mutinensi inter se concurrisse L. Marcio & Sexto Julio coss. scribit Plin. lib. 2.c.83.

Mortui quidam revixisse à Plinio referuntur, lib. 7.c.52.

Mula mulum peperit cum Xerxes expeditionem in Græciam pararet. Theophr. mulas gignere in Cappadocia scribit, Plin. referente lib. 8.c.44.

Naves è portu Carthaginis exeuntes è Lilybæo conspectas esse autor est Strab. & Plin. nec conspectas solum, sed etiam numeratas à quodam oculis lynceis.

Nausimenis Atheniensis uxor, cum liberos in incestu deprehendisset, præ nimio horrore vocem amisit, ex Plutarcho.

Olachas, fluv. Bithyniæ Briazum templum alluens, perjuros velut flamma urit, teste Plin. lib. 31. cap. 2.

Oleas & prata in agro Marrucino sedes mutasse, via publica intercedente, sub Nerone, adnotat Plin. lib. 2.c.83.

Oppidum in Hispania à cuniculis, in Thessalia à talpis, in Gallia à ranis eversum traditur apud Plin. l.8.c.29.

Orchomenus opp. Eubœæ duos habet proximos fontes; quorum alter memoriam, alter oblivionem affert. Plin. lib. 31.c.2.

Orionis, sive Oti corpus in monte Cretæ repertum fuit, 46. cubit. teste Plin. lib. 7.c.16.

Ovis in inf. Co leonem peperisse fertur, à Nicippo, cujus ovis erat, mox insulæ principatu usurpato.

Pamphilus Pheræus in acie interfectus, & rogo impositus, post decem dies revixisse fertur à Græcis.

Partus aliquot prodigiosi à Plin. lib. 7.c. 3. referuntur.

Perpereni pop. Lydiæ fontem habent qui rigatam terram lapideam facit, ut scribit Plin. lib. 31. cap. 2.

Philetas Cous elegiographus corpore adeo tenui fuit, ut plumbum deferens incederet, ne à vento raperetur.

Philinus quidam toto vitæ tempore nil præter lac gustasse traditur.

Philippus rex Maced. monitus ut à quadriga caveret, omnes quadrigas sustulit; sed gladio Pausaniæ, in cujus manubrio cœlata erat quadriga, interfectus est.

Pluisse lacte & sanguine, M. Attilio & C. Porcio coss. carne, L. Volumnio & Serv. Sulpitio coss. ferro in Lucania, paulo antequam M. Crassus à Parthis cæderetur cum militibus Lucanis; lana, apud Carissanum castrum; lateribus, cum Milo interfectus est, scribit Plin. lib. 2. cap. 58. T. quoque Livius plura hujusmodi prodigia multis in locis recenset.

Pyrrhus rex Epiri pollice pedis dextri lienosos curasse fertur.

Rhodi quotidie sol aliqua hora videtur, teste Plin.

Rivus in Judæa omnibus Sabbatis diebus siccatur, ut Plin. l.31.c.2. scribit.

Sagunti, dum illud expugnaretur, infans in uterum matris reversus traditur.

Samosatis stagnum emittit limum, quod aqua accenditur & terra restinguitur. Plin. lib. 2. cap. 104.

Servilii Julii statua, in templo Fortunæ incenso ab incendio servata traditur.

* Sidem stagnum Indiæ, in quo omnia merguntur, esse tradit Plin. l.31. cap. 2. [* In al. codicibus Siderim.]

Smasnadorides Sybarita per annos 20. solem neque orientem neque occidentem vidisse jactabat: quod & de Nestico legitur.

Soles plures simul visos, modo in oriente, modo in occidente, & semel in meridie à matutino temp. ad occasum in Bosporo; trinos vero sæpius, ut Sp. Posthumio & Q. Minutio, Q. Martio & M. Portio, M. Anton. & P. Dolabella, M. Lepido & L. Planco coss. tradunt T. Liv. & Plin. qui suo tempore etiam id accidisse testatur sub Claudio principe, & alibi. Solem toto eo anno, quo Cæsar interfectus est, pallidum visum fuisse scribit Plin. l. 2. cap. 31. & 30.

Syracusis sol quotidie apparet, sicuti & Rhodi, teste Plin.

Tamarici fluv. Cantabriæ fontes duodecies siccari singulis diebus perhibentur, ut scribit Plin. l. 31. cap. 2.

Tarquiniensem lacum ferunt duo nemora habuisse, nunc formæ triquetræ, nunc rotundæ, nunc quadrilateræ.

Telephus Herculis filius à cerva in sylva nutritus traditur.

Terra in agro Gabino & Reatino tremit, teste Plin. lib. 2.c.94, 95.

Theon Stoicus dormiens ambulasse traditur apud Diogenem Laertium; quod & servo Periclis accidisse ferunt, ita ut tecta dormiens conscenderet. Sed illud magis mirandum, agricolam quendam dormientem noctu boves aratro junxisse, atque somno durante arasse, quod nostra tempestate accidisse narratur. Vide Plin. lib. 31. cap. 2. ubi plurima mira narrantur de aquis.

Timarchus, Nicoclis Paphii filius, in utraque maxilla duplicem dentium ordinem habuisse fertur, teste Plin. lib. 11. cap. 37.

Zame urbs Africæ fontem habet qui voces canoras facit, ut scribit Plin. lib. 31. cap. 2.

Zoroastes annos 20. in solitudine solo caseo vixisse, & quo die natus est risisse fertur: cui etiam cerebrum ita palpitabat, ut impositam manum repelleret. Vide Plin. lib. 7. cap. 16.

Quantia *Canche*, fluv. Gall. Belg. ex Artesia per Picardiam in oceanum Britannicum ad Stabula opp. influens, non longe ab Hedena & Monsteriolo decurrens. *Scrip. Gall.*

Quariates, pop. Gall. Narbonens. in Provinciæ mediterr. inter Suetros & Adunicates, juxta Alpes maritimas: quorum nullum exstat oppidum. *Plin.*

Quaris, urbs Bactrianæ provinciæ Asianæ apud Oxum fluv. cujus hodie, sicut & multarum ejusdem reg. nomen ignoratur. *Ptol.*

Quarius, fluv. Bœotiæ apud Coroneam urb. fluens, qui & Coralius ab Alcæo nominatur: præterit & Arnen opp. Est & alius hujus nom. fluvius in Thessalia teste Strab. *Strab.*

Quarta, sive Quartensis legio, gemina: una in Germania super. altera in Germania infer. Prior XXII. inter leg. altera XXIII. utraque sub Aug. Locus præcisus ignoratur, quod sub aliis imperat. mutarent nomen & stationes. *Lib. Not.*

Quartensis pagus *Weert*, pag. Belgii in Brabantia in comitatu Hornensi, à Ruremunda urbe Geldrica 3. leuc. in occ. Tornohutum versus 9. Qui locus Quar- *Lib. Not.*

tum quoque nominatur. Sunt & alia hujus nominis loca: in iis opp. Hispan. Tarraconens. apud Valentiam urb. ab ea 4. mill. pass. Toletum versus distans, vulgo etiam *Quart.* Quartum quoque castrum, sive pag. in Liguria, *Quarta*, apud Astam urb. inde ad 4. mill. pass. Alexandriam versus recedens. De quo supra in Quadrata.

Herod. Quercus capita, & Tria capita, locus Bœotiæ in mont. Cithæronis ingressu, inter illum & Plataeas.

Plin. Querquerni, pop. Hisp. citerior. quorum nunc situs ignoratur; nisi quod Gallæciæ erant finitimi.

Querquetulani, pop. Latii, ex eorum numero quos Plin. l. 3. c. 5. interiisse nullo relicto vestigio scribit: quos 53. in Latio antiquo fuisse testatur.

Tac. Querquetulanus, mons urbis Romæ, idem Cœlio. Vide ibi.

Liv. D. Aug. Quietis Fanum, locus Latii via Lavicana non longe ab urbe Roma occurrens, ubi templum SS. Petri, Pauli & Marcellini. Ibi olim templum Quietis fuit.

Stat. Quillæus, mons Arcadiæ teste Lutatio Placido. Cujus mem. Stat. in sylvis.

Ptol. Quina, *Arrades* teste Marm. colonia & opp. Africæ propriæ mediterr. Uthinæ proximum & Themisæ, inter Bagradam & Tritonem flumina.

Scrip. Gall. Quinctinopolis, urbs Galliæ Belg. quæ & Fanum S. Quinctini, & Quinctinum, vulgo *S. Quintin*, urbs Picardiæ munitissima ad Somonam fluv. media fere inter Noviomum & Cameracum: quam nonnulli Augustam Veromanduorum esse putant; sed hallucinantur, nam Aug. Veromanduorum à Fano S. Quinctini 2. leuc. abest, excisa jacens, ubi abbatia nunc, adhuc *Vermand*, nomen antiqu. retinens; nisi quis Fanum S. Quinctini novam Aug. Veromanduorum appellari velit, quasi ex ruinis vet. Augustæ ædificatam. Vide Veromandui.

Strab. Plut. Quinda, urbs Ciliciæ supra Anchialen, eadem Anazarbo teste Suida. Vide ibi. Anazarbus autem videtur urbs diversa à Quinda; quæ Strab. non urbs, sed castellum erat munitum, in quo Macedones thesaurum servabant.

Athenæo. Quinque colles, πεντελόφῳ Græcis, locus Laconicæ à Lacedæmone 7. stad. distans, ubi vinum generosum provenit: *Monti di Misitra* dicuntur vulgo.

Ptol. Quinquedigitus, Græce πενταδάκτυλος, mons est Æthiopiæ sub Ægypto ad Bazium prom. desinens, apud Berenicen urb. qui vulgo nostris *Montagna di Cesser* dici videtur.

Scrip. Hung. Quinque ecclesiæ, *Funfkirchen* Germanis, urbs Pannoniæ infer. in Hungaria, (*Petscheu* Turcis dicta teste Leuncl.) episc. sub archiep. Strigoniens. inde 20. leuc. à Buda supra 14. in Austrum, quot ab Alba Regali Taurunum versus. Olim Amantia, & al. Teutoburgium; sed hoc ad Danubium, Quinque ecclesiæ vero à Danubio in occ. recedunt.

Anton. Lib. Not. Quintanæ & Quintianæ, (utrumque enim legitur) Quintanorum colonia Augusta in vet. inscript. *Kyntzen*, colon. & urbs olim episc. sub archiep. Laureacensi, excisa (manet pag.) in Vindelicia, seu Bavaria, apud Danubium, inter Osterhoffum & Wilshovium oppid. proxima 1. leuc. à Patavia urbe 5. leuc. in occ. Ratisponam versus. Quintanæ etiam Ant. locus erat Latii in via Lavicana, ab urbe 15. mill. pass. à Pictis 10. in via quæ Ferentinum ducit. Quintanæ priores etiam Quintia sing. num. dicuntur apud German. ut lib. 4. Itinerarii.

" *Et vetus antiquis apparet Quintia muris:*
" *Quæ Germanorum diruta Marte fuit.*

Scrip. Germ. Quintanica *Vilss*, fluv. Vindeliciæ (licet Norici scribant) in Bavaria, ad Quintanas & Vilshovium opp. in Danubium fluens. Cujus fit mentio in vitis Sanctorum, præsertim in vita S. Severini abbat. Noricorum apostoli.

Liv. Va. Max. Quintia prata locus erat Romæ trans Tiberim apud navalia, 4. jugerum, Quintii cons. seu dictatoris. Cujus mem. Liv. lib. 3. dec. 1. ubi Papinia reguncula, seu Papinius ager.

Halicarn. Lib. Not. Quintia via, quæ ab urbe Roma in Sabinos ducebat, Salariæ proxima teste Onuphrio.

Ptol. Quintianæ aquæ. Vide Aquæ Quintianæ.

Optato. Quintianum, locus Italiæ, qui teste Ortel. *Quintiana* dicitur, pag. agri Brixiensis: sed Quintianum locus Africæ episc. erat, de quo Optatus Afer.

Amm. Quintus, locus Italiæ apud Salernum fluv. (forte Sarnum fluv. legendum, cum Salernus fluv. non reperiatur) ubi Vitiges rex Theodatum regem interfecit, teste Amm. Marcellino.

Festo Pomp. Quirinalis mons, Quirinus Vib. Seq. Quirinus collis Ovid. seu collis Quirini, qui & Agonus teste Festo, *Monte Cavallo*, unus ex 7. collibus urbis Romæ: ubi palatium, & domus æstiva Pontificum maxim. hoc tempore. Ovid. lib. 6. fast.

' *Inque Quirinali constituere jugo.*

Idem lib. 14. metam.

" *Conjugis est; duce me lucum pete, colle Quirini.*

Quirinalis etiam porta Festo Pomp. quæ & Agonalis, & Collina, *Porta Salara*, una ex portis urbis Romæ. Vide ibi, & Salaria. Virg. lib. 7. Æn.

" *Ipse Quirinali trabea, cinctuq; Gabino.*

Strab. Plut. Liv. & al. Quirites Romani appellantur, sic à Curibus urbe Sabinorum dicti; vel à quiri, hastam significante apud Sabinos, teste Ovid. qua Romulus usus est, & Quirinus appellatus; vel à Κύριος Græco nomine, quod dominus est apud Latinos. Virg. lib. 7. Æn.

" *Una ingens Amiterna cohors, prisciq; Quirites.*

Ptol. Quisa, port. Carmaniæ inter Bagia & Alabagium promontoria. Sed Cyisa legendum est, ut in codice Græco.

Plin. Anton. Quiza, quæ & Xenitana à Plin. cognominatur, & Opp. peregrinorum, Buiza Ptol. (male Boviza in Lat. cod.) *Oran* Villanov. Olivario, & al. *Guharan* Mauris teste Marm. colonia Mauritaniæ Cæsariensis in ora, inter Juliam Cæsaream ad ort. 124. & Sigam ad occ. 147. mill. pass. ex Itin. Anton. Auranum Lat. rec. sub imperio Hispanorum, à Ferdinando rege postremo armis subacta.

R.

Bibl. RAbath, urbs Arabiæ petrææ, regia Moabitarum. Vide Petra (eadem enim putatur) & Philadelphia. Rabbattamana Steph.

Prov. Rom. Raceburgum *Ratzenburg*, urbs Germ. in Saxonia episc. sub archiep. Bremensi, proxima Lubeco; ab ea 2. leuc. Suerinum versus.

Vet. inscr. Radacophanum *Rodicofano*, opp. cum arce firmissima Hetruriæ in mont. admodum excelso, inter Senam urbem 28. & Aquulam opp. 12. mill. pass. in via quæ Romam ducit.

Scrip. Germ. Radiantia fluv. est Franconiæ ex Pavone monte profluens, Bambergam urb. alluens, seque Mœno fluv. majori commiscens, *Rednitz* incolis dictus. De quo Gothfredus Viterbiens. qui sub Friderico 1. imperat. vixit, sic:

" *Tramaricus fluvius, vulgo Radiantia dictus,*
' *Montis Pavonis urbis amœna colit.*

Radiantia alter fluv. Germ. qui & Pegnesus *Pegnitz*, juxta Noribergam decurrens. De quo lib. 4. Itiner. sic:

" *Excipit hinc rursus Pegnesus Noricus amnis,*
" *Mutato gaudens dici Radiantia verbo.*

Anton. Ptol. Ræsiaria, *Ressana* teste Laz. opp. Mysiæ super. in infer. conf. ubi legio 22. Nicopoli urbi finit. inde 6. leuc. in occ. Al. videtur *Ris* opp. apud ostia Alutæ &

Intri

Intri in Danubium influentium, eidem Nicopoli proximum.

Raga, seu Rhaga, Rageia Strab. Rhages in lib. Tobiæ, Europus Ptol. *Cassan* Castal. & Molet. urbs Mediæ mediterr. & ex claris illius, ab Ecbatanis seu Tabresio ad 60. mill. pass. in ort. Ortel. hanc urbem Arsaciam à Parthis appellari scribit; cum apud Ptolem. Europus sive Raga urbs diversa sit ab Arsacia.

Ragundona, *Robisch* teste Laz. oppid. olim, nunc pag. cum cœnobio Pannoniæ super. in Stiria, medius inter Celeiam & Pœtovionem 18. mill. pass.

Ragusia, olim Epidaurus, urbs archiep. Dalmatiæ in ora littorali, libera; sub qua urbes episc. Stagnum, Tribunia, Marcatum, Risinum, Corcyra nigra, & Stephanus continentur. Vide Epidaurus.

Rama seu Rhama, & Ramatha, *Rama* Europæis, *Remle* & *Ramola* Turcis, urbs Palæstinæ in Judæa, inter Hierosolymam 30. & Joppen 10. mill. pass. apud Lyddam, 3. mill. distans, olim ampla, nunc longe minor, & pene excisa.

Ramatha altera Josepho olim Rhama, inter Hierosolymam & Emmaum, inde 40. stad. excisa, in valle.

Ramathaim Sophim, locus seu pag. Judææ apud mont. Ephraim, qui aliquibus idem quod Ramatha esse videtur, urbs Gabaon finitima.

Rame, seu Roame ut alii legunt, *Rosans* teste Simlero, opp. olim, nunc pagus Gall. Narbonens. intra Alpes, inter Brigantium, & Ebredunum 18. mill. pass.

Ramesses, Busiris Strab. Plin. & al. *Iskaal Lein Alschemes* teste Tudelensi, urbs Ægypti intra Deltam eversa. Vide Busiris, quæ tamen diversa videtur.

Ramoth, opp. Palæstinæ, una ex urb. refugiorum, in terra Galaad.

Rani, pop. Scythiæ seu Sarmatiæ, Caucasi montis accolæ, in Colchorum confinio, quorum mem. Plin. lib. 6. cap. 7. ubi plures pop. memorat qui ignorantur.

Rapa, *Rapo* vel *Robogh*, urbs est episc. Ultoniæ, inter Duram *Derry* & Dungallum urbes ejusdem reg. sub Armacana metrop. inde 20. hinc 54. mill. pass. Hibernicis, ab Armaca ad 40. Hinc cœnobium Banchorense Durens. diœcesis, tot olim monachorum sanctitate clarum, 60. mill. pass. Hibern. à Dura sive à Roboreto 40. abest, ab Armaca 26. vel 28. distans.

Raphaim, vallis Gigantum, seu vallis Titanum 70. interp. & Josepho, locus Judææ Hierosolymis proximus.

Raphane, urbs Mediæ in Parthiæ conf. Vide Apamia. Est & Rhaphana Plin. lib. 5. c. 18. urbs reg. Decapolitanæ, sive Cœlesyriæ, Raphaneæ Steph.

Raphia, opp. Palæstinæ (non Arabiæ, ut in Thes. ling. Lat.) apud Gazam urb.

Raphon, opp. Palæstinæ in Galaaditide reg.

Rapta urbs, Raptum prom. & fluv. Æthiopiæ sub Ægypto: sed prom. ac urbs Raptra, & fluv. Raptus teste Steph. Urbs *Megale* vel *Magale* Mercat. sed aliis *Quiloa*, ultra æquatorem, regia, inter Prassum prom. & Aromata prom. cis æquatorem. Flum. vero intus *Oby*, & in ora apud ostia *Quilmanci* teste Jo. Barosio cum al.

Rarassa, *Racang* ut videtur Castal. urbs Indiæ citer. Sed in cod. Græco Cragausa legitur.

Ratæ, **Ratby* Camd. *Ratiford* Talboto, opp. Albionis in Anglia, & Leicestria reg. in via quæ à Londinio Lincolniam ducit occurrens, inter Tripontium 21. & Verometum 13. mill. passibus, apud Rutlandiam. [* Camdeno ex distantia Antonini videtur esse *Leicester*. opp. regionis primarium.]

Rataneum *Rat*, opp. Illyrici apud Onæum prom. Peguntio finitimum.

Ratiastum, *Raiz* teste Bertrando, opp. Gall. Aquitan. in finibus Lemovicum, ab urbe Lemovicensi 5. leuc. in Bor. nunc pagus; licet aliqui ipsam Lemovicorum urb. esse putent. Sed *Raiz*, seu *Razei*, locus congruit nomine & vetustate. Unde corrigendus est Thes. Lat. linguæ scribentis esse *Limoges*.

Ratispona, Augusta Tiberii ex vet. inscr. Castra Regina lib. Notitiæ, deinde Rhætobonna, (unde nomen Ratispona) Rhætopolis, & Reginopolis, à fluv. Rego, *Regenspurg* Germanis, & *Ratisbona* Italis, urbs Vindeliciæ in Bavaria ad Danubium libera, & ampla, ubi imperii comitia fiunt, episc. sub archiep. Salisburgensi, prius sub Laureacensi, inter Monachium 19. & Pragam in Cæc. 28. leuc. Vide Augusta Tiberii, quæ & Tiberina in lib. concil. De qua lib. 5. Itinerar.

"*Norica rura petit Regus conversus in Austrum,*
'*Qua Ratisponæ mœnia celsa micant.*

Ratomagum, *Romorantin* ut videtur Ortel. vel *Remorantin*, opp. Gall. Celt. in finibus Biturigum, ab Aurelianis 11. leuc. Lemovicos versus, inter Bituricas & Blesas 12.

Ratostathybius, (Vide Rhatostathybius) fluv. Albionis.

Ratumena porta. Vide Portæ.

Raucanum ex vet. monumentis. Vide Rauranum.

Rauda *Aranda de Duero*, opp. præclarum Hispan. Tarraconens. in Vaccæis ad Durium fluv. in Castella vet. inter Uxamam ad ort. 10. & Vallisoletum in occ. 16. leuc. à Burgis 14. in Austrum Madritum versus.

Ravenna, sic vulgo *Ravenna*, urbs Gall. Tog. Æmiliæ archiep. & metrop. apud oram littoream, inter Ferrariam 50. & Ariminum in ort. 35. à Bononia 45. ab Ancona 102. urbs olim ex primis Italiæ, & antiquissima, anno post diluvium 480. à Thessalis teste Strab. vel à Sabinis teste Plin. condita, à Langobardis ejectis exarchis capta an. sal. 744. Olymp. 380. anno 3. Claud. de sexto cons. Honorii.

"*Dixit, & antiquæ muris egressa Ravennæ*
'*Signa movet*---------

Pop. Ravennates. Ravennæ, ubi rhombum piscem laudatissimum in mari reperiri Plin. scribit, Julio 2. Pont. max. monstrum mirum visum ferunt, in capite habens cornu, uno pede, & oculo in genu, utroque sexu, sine brachiis, pro quibus habebat alas, cum cruce in medio pectore. Ravenna Venant. Fortun. educatus est, qui ob eruditionem Pictavorum episcopus creatus est. Is multa scripsit, præsertim metro, ac præcipue de gestis D. Martini episc. Turonensis.

Ravius, *Erne* ex tab. recent. lacus Hiberniæ fluv. cognominem emittens in occ. per Connaciam fluentem, & inter Dumbrosum & Dungallum urbes in oceanum labentem.

Rauraci, Raurici Plin. Ptol. Rauriaci Amm. pop. Gall. Belg. seu Germaniæ superioris, Helvetiis & Sequanis finitimi, apud Rhenum fluv. Quorum urbs Augusta Rauricorum Ptol. Colonia Aug. Rauricorum in nummis antiqu. Colonia Rauriaca Amm. Rauricum Plin. Rauracum etiam Amm. excisa, apud Rhenum, & Basileam. ab ea 3. leuc. in merid. distans: ibi pag. *Augst*. Rauraci montes Amm. iidem Abnobis sunt. Rauricus, a, um; ut Raurica terra lib. 6. Itin.

'---------------*Tigurinis mœnibus agri*
"*Se extendunt pingues, donec tibi Raurica tellus*
'*Messibus occurrit flavis*---------

Rauranum, Rauraunum Auson. Rarauna vet. inscript. *Rochefoucaut*, ut nonnullis videtur, opp. Gall. Aquit. apud Cadurcos teste Ortel. inter Aunedonnacum & Limonum 20. mill. pass. ex Ant. Itin. à Santonibus 36. Ex quo liquet illud à Cadurcis longe distare. Sed aliis est Raucanum, ab Engolisma 3. leuc. in ortum teste Scaligero.

Raurici. Vide Rauraci. Horum tractus *Vrichia* in valle montis Jurassi nomen antiq. redolet.

Strab. *Ptol.* *& al.* Reate, Reation Steph. sed male, *Rieti*, urbs antiqua Sabinorum,& Aboriginum teste Halicarn. ad Velinum fluv. & non longe à lacu Velino, ab urbe Roma 40. mill. pass. inter Narniam 20. & Aquilam 26. Pop. Reatini Plin. qui Reatinas aquas ungulas jumentorum indurare ex Cic. ait. Ejus mem. Sil. lib. 8.

"*Casperula, hunc Foruli, magnaq; Reate dicatum.*

Apud Reate saxum ingens per rura vehi occulta vi sub Marcello cons. visum Liv. lib. 5. dec. 3. scribit.

Plin. Reatina palus eadem Velino lacui. Ejus aquas ungulas jumentorum indurare Plin. autor est lib. 31. cap. 2.

Plin. Reatinus ager, *Campo Pendente* teste And. Baccio, pars territorii Reatini.

Steph. Reatium *Mesuraca*, oppid. non obscurum magnæ Græciæ teste Barr. in Calabria ulter. apud Choniam, inde 5. mill. pass. à Siberena 10.

Vet. Insc. Rebellio *Robil* vel *Robel*, urbs Germ. in ducatu Megalopolitano, ad lacum quendam, contra Varam opp. in adversa ripa.

D. Isid. Reccopolis, *Almonacid* teste Mor. urbs Hisp. Tarracon. in Carpetanis, (non in Celtiberis) à Toleto 5. leuc. in ort. Valentiam versus, à Leowigildo rege condita. Locus apud *Almonacid* opp. quod nova Reccopolis dici potest.

Procop. Rechius, fluv. Macedoniæ apud Thessalonicam fluens.

Act. Ap. Rectus, vicus Damasci, Euthia à Græcis dictus.

Plin. Redæstum, quod & Bisanthe Ptol. & * Rædestum, *Rodosto* Soph. & al. urbs Thraciæ ad Propontidem episc. sub archiep. Heracleensi, inter Myriophitum 35. & Heracleam in Bor. 30. mill. pass. Hic Ortel. Plin. citat, qui Resiston habet, non Redæstum. [* Ῥαίδεστον in Seld. manuscr.]

Plin. Rediculi campi, & Rediculi fanum apud Festum, locus Latii in via Appia, ab urbe extra portam Capenam 2. mill. pass.

Ptol. Redintuinum, *Faintz* teste Lazio vel *Tein*, oppid. Germ. in Bohemia, medium inter Pragam & Ratisponam 14. leuc. apud sylvam Bohemicam, à Pilsna 5. Alterum vero ejusdem nom. inter Pragam 4. & Egram ad occ. 26. Slanæ propinquum: quod Tetina Lat. rec. dicitur.

Sidon. Regenses, al. Regienses, pop. Galliæ Narbonens. quorum urbs Regium *Riez* in Provincia, episc. sub archiepisc. Aquensi, inde 10. leuc. Sanicium versus 12. inter Sistaricam 7. & Forum Julii in meridiem 12. Territorium Regense Turonensi & P. Diacono.

Vet. Tra. Regeta, *Ruglate* teste Blondo, opp. seu pag. Sabinorum, ab urbe Roma 35. mill. pass.

Anton. Regiana (Vide Regina Ptol.) *Ellerena*, opp. amplum Lusitan. in Extremadura, ab Emerita 10. leuc. Hispalim versus. Al. *Reyna*.

Plin. Regiates *Rezol*, pop. & opp. Gall. Tog. seu Gall. Cispadanæ, apud Padum fluv. medium inter Regium Lepidi & Mantuam (ad quam spectat) 18. mill. pass. Vastallæ vicinum, 3. mill. distans.

Suet. Regillæ, Regillus Halicarn. & Steph. Regillum Liv. opp. erat Sabinorum apud Tiberim fluv. ab urbe Roma 20. mill. pass. supra Tybur.

Plin. *Liv.* *Festo.* Regillus lacus *Lago di S. Prassede*, lacus Latii teste Jovio cum al. apud Algidum nemus, ab urbe Roma 16. mill. pass.

Ptol. Regina, Regiana Anton. *Reyna*, opp. Hisp. Bæt. in Turdetanis mediterr. haud procul ab Ana fluv. Regiana tamen Ant. videtur diversa à Regina Ptol. nam Regiana apud Ant. ponitur distans ab Emerita 27. mill. pass. & videtur aliquibus ea esse quæ *Ellerena* hodie nominatur, oppidum præcipuum Extremaduræ, licet paulo nunc magis distare deprehendatur.

Regiones non modo provinciarum, sed etiam urbium magnarum partes sunt.

Regiones urbis Romæ 14. ex P. Victore, S. Rufo, & aliis.

1. Porta Capena, inter Cœliomontanam ad ort. & Aventinum mont. ad occ. ac inter Piscinam publicam & viam Appiam; ambitus pedes 12222. habet: in qua templa 4. vici 9. templa Martis, Fortunæ, Isidis, & Serapidis.

2. Cœliomontana, magnam Cœlii mont. partem occupans, (pars enim altera in prima reg. est) 12200 pedum: in qua vici 7. templa 4. Tulli & Ostilii cum regia, Bacchi, Fauni, & Claudii.

3. Isis & Serapis Monetæ, inter Cœlium mont. & Exquilias, quarum magnam partem occupabat, pedum 12450. in qua vici 8. templa 2. Serapidis Monetæ, & Concordiæ; thermæ Titi, Trajani, & Philippi imperatorum, & amphitheatrum Vespasiani.

4. Templum Pacis, & via sacra, quæ inde incipit, inter Palatium & Esquilias, pedum 12000. vici 8. templa 9. (præter Pacis) Solis, Lunæ, Telluris, Concordiæ, Veneris, Remi, Augusti, Nervæ, & Faustinæ.

5. Exquilina, magnam partem Exquiliarum occupans, cum monte Viminali, pedum 15900. vici 15. templa 6. Jovis Fagutalis, Junonis Lucinæ, Veneris Erycinæ, Minervæ medicæ, Sylvani, & Æsculapii; regia Serv. Tullii; horti Planciani, & Mecœnatis; thermæ Olympiadis; amphitheatrum Castrense.

6. Alta semita, inter mont. Quirinalem, & subjectam vallem ad lævam, pedum 15600. ubi vici 12. templa 13. Salutis, Serapidis, Apollinis, Floræ, Veneris, Hortorum Sallustii, Quirini, Minervæ Flavianæ, Fortunæ seræ, Salutis, Fortunæ liberæ, Fortunæ publicæ, Fortunæ primigeniæ; thermæ 2. Dioclet. & Constantini.

7. Via lata, inter collem Hortulorum & Forum Trajani, attingens latus collis Quirinalis ad lævam, & dextrorsum Circum Flaminium, pedum 15600. ibi vici 10. templa 3. Spei, Fortunæ, & Quirini, præter templum Solis & Lunæ; fora 2. Suarium, & Archimonium.

8. Forum Romanum, inter Capitolium, Palatinum, & Tiberim, in plano, pedum 12867. ubi rostra pop. Rom. vici 12. fora 2. Romanum, & Cæsaris Augusti; templa 4. Jani, Vestæ, Romuli, & Penatum, præter templa Jovis opt. max. & Jul. Cæs. Carmentæ, & Minervæ, Nemesis, Saturni, Veneris genitricis, Junonis maritalis, Augusti, & Larum.

9. Circus Flaminius, maxima omnium, continens quicquid inter montes & Tiberim, excepta Via lata, pedum 30500. in qua vici 30. templa 8. Pantheon, Jovis, Jani, Bruti Callaici Apollinis, Neptuni, D. Antonini, Minervæ Chalcidicæ, Isidis & Serapidis simul; circi 2. Alexandri, & Flaminius; campus Martius, cum obelisco.

10. Palatium, totum mont. Palatinum complectens, pedum 20700. ubi vici 7. templa 10. Jovis Statoris, Spei, Apollinis Palatini, Lunæ in Palatio ipso, Jovis, Augusti, Quirini apud Lupercal, Jovis purgatoris, Matris deum, & Febris in Palatio; arcus Octavii patris Augusti; Septizonium Severi; colossi 2. Jovis, & Apollinis.

11. Circus Maximus, planitiem continens inter Aventinum mont. & Tiberim, ac inter Salinas & Tiberim, ped. 11500. in qua vici 8. templa 4. Mercurii, Castoris, Herculis in foro Boario, & Jani in foro Olitorio; velabra 2. majus in foro Olitorio, & minus.

12. Piscina publica, spatium continens post circum Maximum ad mont. Aventini radices, pedum 12000. ubi vici 12. horti Asiniani; thermæ Antonianæ; Septizonium vetus.

13. Aventinus, totum Aventinum mont. complectens præter thermas Antonianas, pedum 16200. in ea vici 17. templa 6. Lunæ, Dianæ, Bonæ deæ, Libertatis, Junonis reginæ, & Isidis; thermæ 2. Varianæ, & Trajani; forum pistorium.

14. Transtiberina, quicquid inter Tiberim & Vaticanum mont. est continens, ped. 33689. ubi vici 23. templa 3. Fortunæ fortis, Fortunæ liberæ, & Apollinis in Vaticano; circus Vaticanus; thermæ 2. Septimianæ, & Hyemales; Aurel. imp. moles, & sepulchrum Hadriani.

Aliæ Romæ regiones postea superioribus additæ.

1. Tabernulæ, sic à tabernis, quæ ibi erant, dicta.

2. Suburrana, à Suburra, vico reg. 2. in quo meretrices habitabant, nominata, usque ad Viminalem collem protensa.

3. Collina, sic à vicina porta appellata.

4. Fasciolæ, à qua titulus ecclesiæ olim fuit.

5. Ursi pileati, qui apud portam Esquilinam (ubi nunc sacra ædes S. Bibianæ virg. dicata) erat.

Ambitus urbis 36. mill. pass. erat, suburbiis Ostiam usque perdurantibus, & domibus usque Ocriculum teste Amm.

Regiones urbis Constantinopolitanæ 14.

1. In qua domus Placidiæ Augustæ, domus Marinæ, thermæ Arcadianæ, vici 29. domus 118. porticus duæ, balneæ privatæ 15. pistrina publica 4. privata 15. gradus 4.

2. Incipit ab initio theatri minoris, molli clivo sese attollens, ad mareque præcipitiis descendens. In ea ecclesia magna & antiqua, senatus, tribunal gradibus purpureis, thermæ Zeusippi, theatrum & amphitheatrum, vici 34. domus 98. porticus magnæ 4. balneæ privatæ 13. pistrina privata 4. gradus 4.

3. Plana in superiori parte, altera parte clivo prono ad mare descendens. In ea domus Pulcheriæ Augustæ, portus novus, porticus subrotunda, tribunal fori Constantini, domus 94. vici 7. porticus magnæ 5. balneæ privatæ 11. pistrina privata 9.

4. Incipit à Milliario aureo, assurgens collibus læva, dextraque ad planitiem perducta, continens Milliarium aureum, Augusteum, basilicam, nymphæum, porticum Fanionis, liburnam marmoream, (navalis victoriæ monumentum) ecclesiam S. Mennæ martyris, scalam Timasii, domos 475. vicos 32. porticus magnas 4. balneas privatas 7. pistrina privata 5. gradus 7.

5. Obliquior planitie producitur, in qua ædificia continentur. Ibi thermæ Honorianæ, cisterna Theodosii, thermæ Eudociæ, prytaneum, strategium, forum Theodosii, obeliscus Thebæus quadrus, horrea olearia, nymphæum, horrea Troadensia, & Valentiana, ac Constantiana, portus prosphorianus, scala Chalcedonensis, domus 84. vici 23. porticus magnæ 7. balneæ privatæ 11. pistrina publica 7. privata 2. gradus 9.

6. Modica planitie, utplurimum in devexo consistens, quæ à claro foro Constantini ad scalam usque, sive trajectum Sycænum, extenditur. Ibi columna purpurea Constantini, & senatus, domus 484. vici 22. porticus magna 1. balneæ privatæ 9. pistrinum publicum 1. privata 17. gradus 17.

7. Superiore planior, circa mare declivior est, à parte dextra columnæ Constantini, usque ad forum Theodosii porticibus extenditur: utrinque habet ecclesias 3. Irenes, Anastasiæ, & S. Pauli, columnam Theodosii cum gradibus, thermas Carosianas, domus 711. vicos 55. porticus magnas 6. balneas privatas 12. gradus 16.

8. Ex parte Tauri mare non attingit, angustior, sed longior: continet partem fori Constantini, porticum sinistram Taurum usque ad basilicam Theodosianam, Capitolium, domos 108. vicos 21. porticus majores 5. balneas privatas 10. pistrina privata 5. gradus 5.

9. Prona tota, in Austrum deflexa, mari conterminа, continet ecclesias 2. Cœnopolim & Onenеam, horrea Alexandrina, domum nobilissimæ Arcadiæ, thermas Anastasianas, horreum Theodosianum, domos 116. vicos 16. porticus majores 2. balneas privatas 15. totidem pistrina privata, publica 4. totidem gradus.

10. In aliud urbis latus recedit, à nona platea magna, veluti fluvio, divisa, planior, nec inæqualis, nisi juxta mare, pari longitudine & latitudine constans. In ea ecclesia S. Acatii, thermæ Constantinianæ, domus Placidiæ, & Eudociæ, ac nobilissimæ Arcadiæ, nymphæum majus, domus 636. vici 20. porticus majores 6. privatæ, & pistrina publica 3. privata 16. gradus 12.

11. Spatiosior, & nulla parte mare attingens, partim plana, partim collibus inæqualis. In ea ecclesia apostol. palatium Facellianum, domus Pulcheriæ, bos æreus, cisterna Arcadiana & Modestiana, domus 503. vici 8. porticus majores 4. balneæ privatæ 14. pistrinum publicum 1. privata 3. gradus 7.

12. Inter civitatem & portam plana, à latere sinistro ubi mari terminatur declivis, mœnium sublimitate ornata. In ea porta aurea, & porticus Troadensis, forum Theodosii, columna gradibus intus pervia, Moneta, portus Theodosii, domus 363. vici 11. porticus majores 3. balneæ privatæ 5. totidem pistrina privata, gradus 9.

13. Sicæna dicitur, sinu maris angusto divisa, & montis lateri affixa, navigiis frequentibus. Ibi platea cum planitie inter mont. & littora; ecclesia, thermæ, & forum Honorii, theatrum, navale, domus 431. porticus major 1. balneæ privatæ 5. pistrina privata 4. public. 1. gradus 8.

14. A reliqua civitate divisa, muro proprio vallatur: situ plana progressis à porta modicùm est, sed latere dextro clivosa usque ad medium plateæ; quod est pronum usque ad mare. Continet ecclesiam, palatium, nymphæum, thermas, theatrum, lusorium, pontem sublicium, vicos 11. domus 167. porticus majores 2. balneas privatas 5. pistrinum privatum 1. & pub. 1. gradus 5.

Tota urbis longitudo à porta aurea ad mare recta linea est pedum 14076. latitudo 6150. Nonnihil sub Turcis immutata est, 18. mill. pass. ambitu patens.

Regis mons, *Kunigsberg* teste Laz. opp. cum mont. qui *Vogel* dicitur, in Iapidia reg. in Carniolæ conf. ac in comitatu Celeiensi, apud Collem opp. *Rain* vulgo, à Pœtovione 8. leuc. in Austrum, à Celeia urbe 4. in Eurum. *P. Diac.*

Regis villa, quæ Regæ Anton. dici videtur, oppid. fuit Thusciæ in ora, inter Graviscas, & Cosam urbem excisam. *Strab.*

Regium flumen, Basilius Strab. fluv. Mesopotamiæ inter Euphratem & Tigrim fluens. *Amm.*

Regium Gallicum *Riez*, urbs Gall. Narbon. in Provincia, inter Aquas Sextias 12. & Diniam 6. mil. pass. in mont. aliis Regena, & Regensis urbs, episc. sub archiepisc. Aquensi. *Martyrol.*

Regium Germanicum *Roking*, opp. olim Vindeliciæ, *Anton.*

ciæ, nunc pag. seu vic. (cum opp. sit excisum) in Bavaria teste Laz. inter Abudiacum & Aciliam, à Ratispona 2. leuc. in Austrum.

Regium Julium. Vide Rhegium.

Cic. Strab. Ptol. Regium Lepidi & Regium Lepidium *Reggio*, urbs Gall. Togatæ in via Æmilia, episc. sub archiep. Ravennate prius, nunc sub archiep. Bononiensi, inter Parmam, & Mutinam ad ort. 15. mill. pass. prius colonia Tuscorum, deinde Lepidi, sub principibus Atestinis, ab Ortel. omissa; nunc clarior imagine prodigiosa Deiparæ in æde Servorum.

Scrip. Germ. Regius mons *Kunigsberg* & *Konigsberg*, urbs Sarmatiæ, Borussiæ seu Prussiæ primaria, empor. & academia, ac principis sedes, in ora littorali, à Dantisco seu Gedano altero Prussiæ emporio supra 30. leuc. in Bor. Rigam versus.

Regna *Europæ*.

Hispanum *Regno di Spagna*
Gallicum *di Francia*
Anglicum *d' Inghilterra*
Scoticum *di Scotia*
Hibernicum *d' Irlanda*
Bohemicum *di Bohemia*
Danicum *di Danemarchia*
Norvegicum *di Norvegia*
Suedicum *di Suetia*
Polonicum *di Polonia*
Moschicum *di Moscovia*
Tauroscythicum *di Tartaria*
Dacicum *di Transilvania*, *Moldavia*, & *Valachia*
Turcicum *del gran Turco*
Hungaricum *d' Ongaria*
Neapolitanum *di Napoli*
Siculum *di Sicilia*
Sardoum *di Sardegna*

Hæc ex situs, non magnitudinis, aut nobilitatis ordine recensuimus. De quibus pauca subjiciemus.

Brevis explicatio.

Hispanum olim sub Gothis unum fuit, sub Arabibus, & sub Christianis ejus temp. multiplex, Arragonium, Navarræum, Legionense, Castellanum, Gallæcium, & Lusitanum, sub Philippo 2. rursus ad monarchiam rediit. Regia Madritum est, *Madrid*.

Gallicum quoque multiplex quondam fuit, Franciæ, Austrasiæ, & Burgundionum. Nunc uni tantum parent regi Gallia Celtica, Aquitanica, & Narbonens. (si Sabaudiam, & comitatum Avenionens. excipias) & pars modica Belgicæ, hoc est Campania & Picardia. Pars maxima, quæ Belgium dicitur, multis constans provinciis, cum Burgundia comitatu, Hispano regi subditur: Helvetia libera est: Austrasia fere tota ducem proprium habet: Germania super. & inferior partim liberæ, partim diversis principibus parent. Regia Gallorum Lutetia Parisiorum est, *Paris*.

Anglicum olim plura continebat regna, Cantiorum, Saxonum orientalium, Saxonum occidentalium, Merciorum, Northumbrorum, [Anglorum orientalium, & Saxonum Australium.] Multo abhinc tempore ex multis unum conflatum est. Cujus regia Londinium, *Londra* Italis, *London*.

Scoticum, prius sub Caledoniis, postea sub Pictis, demum sub Scotis fuit. Regia Alata castra, *Edenburgh*. Sed nostra tempestate idem rex Scotiæ & Angliæ dominatur, quod rex Scotus Anglo (sine sobole decedenti) successerit, & in Angliam, uti majus regnum, transmigravit.

Hibernicum plures quondam reges, seu verius regulos habuit; nunc Anglo regi paret. Regia Eblana, *Dublin*.

Bohemicum, ex multis Germaniæ regnis (in quibus Saxonicum, Vandalicum, Suevicum, Boicum, cum aliis fuere) his temporibus remanet, eoque gens potitur Austriaca. Regia *Praga* amplissima.

Danicum, à Dania dictum, quæ non solum Cimbricam Chersonesum, sed & adjacentes insulas in mari Baltico comprehendit. Regia Haphnia est, in Silandia insf. vulgo *Kopenhagen*.

Norvegicum Scandinaviæ, sive Basiliæ peninsulæ partem in occ. & Septentriones vergentem continet, una cum Thule ins. in occ. recedente, & Groenlandia in Arctos. Regia Bergæ, *Bergen*. Hac tempestate regno Danico junctum est.

Suedicum sive Suecicum in altera Scandinaviæ parte, quæ in ort. & Bor. vergit, situm est, Biarmiam, & Finlandiam, & ad meridiem Gothlandiam complectens. Hujus regia Holmia est, *Stekholm* seu *Stockholm*.

Polonicum amplissimum, utramque Poloniam, (quæ fere tota in Germania est) multasque ac ingentes Sarmatiæ provincias complectens; in quibus sunt Prussia, Samogitia, Livonia, Massovia, Lituania, Volhinia, Podolia, & Russia. Regia Craccovia *Crackow* est in minore, & Posnania *Posen* in majori Polonia. Utraque Polonia Vistula amne à Sarmatia separatur. In eo pop. Borusci, Lavonæ, Alani, Bastarnæ, Peucini, Budini, & Roxolani.

Moschicum sive Moscoviticum, sic à Moscha regia *Moschow* dictum, multas comprehendit provincias Sarmatiæ utriusque à sinu Venedico ad occ. ad Obim usque fluv. ad ort. apud Riphæos montes, (quo à Scythis seu Tartaris disterminatur) ac inter Caspium mare ad merid. & oceanum Septentrionalem.

Tauroscythicum non modo Tauricam Chersonesum, sed & Sauromatas, Agathyrsos, Gelonosque juxta Mæotidem pal. ac Getas amplectitur. Regia Taphræ, vulgo *Precop*, (unde Tartari Precopenses dicti.) His assidue cum Polonis finitimis bellum est.

Dacicum, nunc (Istro ad merid. & ort. Tibisco ad occ. & Tyra ad Bor. terminatum) in tres provincias, Transylvaniam ad occ. Moldaviam ad ort. & Valacchiam ad merid. & ort. divisum; sub tribus dynastis Turcarum vectigalibus. Regia Transilvaniæ Alba Julia, Moldaviæ Soczavia, Valacchiæ Tergovista.

Turcicum, quod multa regna & provincias continet Europæ, Mysiam utramque cum Sarmatiæ parte, Thraciam, Macedoniam, Thessaliam, Achaiam, (in qua Attica, Bœotia, Megaris, Phocis, Doris, Locri, & al. pop.) Peloponnesum, Ætoliam, Epirum, Illyricum pene totum, maximamque Pannoniæ partem, ac majorem Hungariæ Transdanubianæ. Regia Byzantium, quæ & Constantinopolis, *Stamboli* Turcis; cum prius esset Hadrianopolis.

Hungaricum utramque complectitur Pannoniam, ac Iazyges Metanastas. In duo hodie divisum est: pars major ortum versus paret Turcis; cujus regia est Buda: pars minor ad occ. regi adhuc subditur ex Austriaca familia. (His nunc imperator, & Bohemiæ rex est.) Regia ubi regni comitia habentur Posonium est, *Presburg* Germanis dicta.

Neapolitanum, à Neapoli urbe Italiæ totius, nedum Campaniæ primaria, olim proprium habuit regem, aliquando Gallis paruit, nunc Hispanis, in 12. regiones divisum.

Siculum quoque post Saracenos exactos proprio regi paruit, quo sine liberis decedente, ad Hispanos devolutum. Regia Panormus est, *Palermo*.

Sardoum, & ipsum amisso proprio rege, à diversisque

fisque brevi possessum, tandem in Hispanorum potestatem devenit. Regia est Calaris *Cagliari*.

Reliqua Italia diversis principibus subditur. Nam Latium, pars Hetruriæ, Umbria cum Sabinis, Picenum,& Flaminia sive Romandiola, Pontifici max. parent; Venetia, Carni, & Histria Venetis; Hetruria magno duci; ora Ligustica, & Corsica Genuensibus; Gallia Subalpina duci Sabaudo; Monsferratus (pars Liguriæ) duci Mantuano; Æmiliæ pars duci Parmensi, pars Mutinensi; pars Liguriæ cum tota Insubria duci Mediolanensi Hispano regi. Prætermitto principes inferiores.

Regna Africæ.

Ægyptium *Regno d' Egitto*
Africum sive Tunisium *di Tunisi*
Numidicum *di Constantina*
Mauritaniæ Cæsariensis & Telensinum *di Algeri*
Mauritaniæ Tingitanæ, geminum; Fessanum *di Fez*; Marochium *di Marocco*
Nigritarum multiplex, *di Negri*
Æthiopum juxta Æquatorem ad occid. multiplex, *di Damut*
Hesperiorum Æthiopum *di Congo*
Agisymbæ ad occ. *di Loanga*, ad ort. *di Cefala*, interius *di Monomotapa*
Prassium *di Mozambique*
Raptium *di Quiloa*
Melindium *di Melinde*
Azanium *di Xoa e Barua*
Troglodyticum *di Adel*
Barnagassium *di Barnagasso*

Interiora.

Garamantum *di Garama*
Nubarum *della Nubia*
Meroes & Sabæ *di Gueguera*
Æthiopiæ *del Prete Iani*
Æthiopiæ ultra Æquatorem *di Monemugi*

Brevis explicatio.

Ægyptium Turcarum est, utramque Ægyptum, cum Marmarica & Cyrenaica complectens, à Berenice ad occ. ad Heroum civit. in ort. ad 1040. mil. pass. extensum, & ab Alexandria ad Bor. ad Syenen in Aust. 600. Olim regia ejus fuit Memphis, postea Alexandria, nunc Babylon, seu ut vocant Cayrum *Cairo*.

Africum sub Vandalis, sub Arabibus vero & Turcis Tunisium: cujus rex vectigal Turcarum est. Regia Tunis est, vulgo etiam *Tunisi*.

Numidicum quoque Turcis paret; cujus olim Cirtha fuit regia (nunc *Constantina*) sub Masinissa rege, Romanorum amico.

Mauritaniæ Cæsariens. duo fuerunt regna sub Arabibus: Telensinum, vulgo *Regno di Tremisen*; & Juliæ Cæsariæ, (vulgo *Regno d' Algieri*) olim Iol, Jugurthæ regiæ. Nunc Turcis parent.

Mauritaniæ Tingitanæ duo quoque sub Arabibus fuere regna; Fessanum, & Marochium: quæ nostra tempestate sub uno rege, qui Seriphus dicitur, copulabantur, à freto Herculeo ad Atlantem mont. super Getulos etiam dominante.

Nigritarum in Libya inter. maxime patet, in plura regna divisum: quorum majora apud oram occid. & regionem quæ *Guinea* vocatur, Tombutum, & Mellium nominantur: interius Guberum, Gagum, Azenegum, Bitum, Zanfaræ, Guangaræ, Daunæ, Medræ, sic à regiis appellata; sicuti & Cani, & Cassenæ.

Æthiopum ad occ. sub Æquatore, ultroque, & citro, nonnulla regna sunt; sed famosiora Damutium, & Nebæorum esse feruntur.

Hesperiorum Æthiopum in ora occid. ultra Æquatorem haud modicum conspicitur. Cujus regia Congum dicebatur, regno nomen tribuens; sed post receptam Christi Dom. religionem opera Lusitanorum, S. Salvatoris civitas, seu Sotiropolis (quod idem sonat) appellatur. Huic Angolanum regnum adversum finitimum est.

Agisymbæ (quæ pars est Africæ Australis veteribus ignota, his temporibus *Zanguebar* nominata) in tria præcipua regna dividitur; Loangiæ ad occ. Sofalæ seu Cephalæ ad ortum (quæ ob auri copiam à nonnullis Ophir in libro regum 3. memorata esse putatur) & Monomotapiæ interius majusque, intra duo maxima flumina contentum, ac usque ad Africæ frontem (hoc est, ad caput Bonæ spei, uti hodie nominatur) pertingens. Ad Arctos Monemugio regno etiam claro finitimum.

Prassium, à Prasso urbe regia (quæ nunc *Mozambique* nominatur) dictum, in ora Æthiopiæ ultra Æquatorem orientali.

Raptium, à Rapto urbe regia (quæ nunc *Quiloa* dicitur) & prom. ac fluv. appellatum, & ipsum in Æthiopia ultra Æquatorem.

Melindium, sic à Melinda regia, in ora orientali Æthiopiæ inter. etiam ultra Æquatorem (quæ Ptol. Essina dici videtur) in ora maris Azanii, appellatum. Eo Lusitani in Indiam navigantes, & in reditu, sicuti & Sofalam, Prassium, & Raptum divertere solent.

Azanium, quod & Barbaricum ab oceano & regione dici potest. (Xoa hodie regio nominatur; Barbaria vero reg. amplissima inter duo prom. Raptum ad Austrum, & Aromata ad Septentr. haud unum hodie nomen habet.) Regia Azanii sive Barbarici regni *Barua* nunc dicitur. Barbariam alibi, Ortel. secuti, reg. *Quiloa* minus recte indigitavimus.

Troglodyticum in Æthiopia sub Ægypto continetur, sinum Arab. & Barbaricum attingens, introrsumque diffunditur: cujus rex Abissinorum regis est hostis perpetuus. Inter regias Dere, nunc *Zeila*, non obscura est.

Barnagassium, sic à regia *Barnagasso*, in Æthiopia sub Ægypto, inter Meroen ad occ. & sin. Arab. continetur, Turcis & Abissinis vectigal pendens.

Garamantum regnum hodie à plerisq; *Guangara* dici putatur, in Libya inter. cujus regia adhuc *Garama* nominatur. His ad ort. Nasamones finitimi sunt, & Augylæ, quorum regia *Agilla* sive *Augila* adhuc appellatur, apud Marmaricæ confinia.

Nubarum regnum (quod adhuc *Regno della Nubia* vocatur) inter Meroen & Nigritas haud procul à Nilo conspicitur, à Garamantibus longiuscule in Austrum recedens. Ejus regia *Dangula* nominatur.

Meroes & Sabæ, in Æthiopia sub Ægypto, à Syene extrema Ægypti urbe in Austrum ad 800. mill. pass. recedens, Abissinorum regi hodie paret.

Æthiopiæ interioris, hodie Abissinorum regnum nominatur, longe lateque patens, sub Æquatore ultro citroque prolatum adeo, ut 60. regna sibi vectigalia esse ferant. Regia olim Auxume (adhuc *Cassumo*) dicta fuit. Hodie nulla urbs illic regia certa est: quocunque enim rex cum suis proficiscatur, ibi fixis tabernaculis, regia & emporium esse putatur.

Hactenus de regnis Africæ: nunc reges celebriores paucis subjiciemus.

Seriphus *Re di Marocco*
Tombutius *Re di Tombutu* inter Nigritas
Congius *Re di Congo*
Monomotapius *di Monomotapa*
Monemugius *di Monemugi*

Abissinus *Prete Iani*
Adelius *Re d' Adel*
Horum potentiores Abissinus, Seriphus, & Adelius censentur: Sed Turcarum ditio omnium Africæ totius maxima est.

Regna Asiæ.

Asiæ minoris *Regno dell' Anatolia*
Syriæ *della Soria*
Tyrium *della Fenicia*
Cœlesyriæ *di Damasco*
Palæstinæ *di Terra Santa*
(Quæ omnia Turcis parent, cum Colchide, & Sarmatia juxta Euxinum mare.)
Arabiæ multiplex
Armeniæ majoris *dell' Armenia maggiore*
Babyloniæ *di Bagdet*
Persicum *di Persia*
Scythicum intra Imaum mont. *di Zagatay*
Scythicum extra Imaum mont. *di Cambalu*
Sericum *del Catayo*
Indiæ citer. *dell' Indostan*, multiplex
Cambaicum *di Cambaia*
Decanum *di Decan*
Calecutium *di Calecut*
Onorium *d' Onor*
Cananorium *di Cananor*
Colchicum *di Cochin*
Colaicum *di Coulan*
Taprobanæ *di Zeilan*
Narsingæum *di Narsinga*
Orissæum *d' Orissa*
Indiæ ulter. multiplex
Gangeticum *di Bengala*
Avæum *di Ava*
Bermæum *di Berma*
Pegoum *di Pegù*
Malacitanum *di Malacca*
Aureæ Chersonesi *di Sumatra*
Iabadium *della Giava*
Siamium *di Siam*
Sinarum *della China*
Iaponium *del Giappone*

Brevis explicatio.

Asiæ minoris, quæ inter Propontidem & Ægæum mare ad occid. & Euphratem fluv. ad ort. ad 900. mill. pass. extensa, plura olim regna continebat, Ponti, Bithyniæ, Phrygiæ, Lydiæ, Cariæ, Pamphyliæ, Ciliciæ, Armeniæ minoris, & Cappadociæ; inter duo maria Pamphylium & Cilicium ad merid. ac Euxinum ad Septentr. minus patens.

Syriæ, quæ Comagenen, Euphratesiam, Phœniciam, & Cœlesyriam complectitur, inter Ciliciam (Amano mont. intercedente) ad occ. & Mesopotamiam ad ort. Euphrate fluv. dissеparante, nec non inter mare Syrium ad occ. & Arabiam desertam ad ortum. Cujus regiæ plures fuere; Edessa, Bambyca sive Hierapolis, Palmyra Palmyrenes, Phœniciæ Tyrus, Cœlesyriæ vero Damascus. Fuit & Antiochia magna regia sub antiquis regibus totius Syriæ.

Palæstinæ (quæ apud aliquos sub Syria comprehenditur) in duo regna sub Hebræis distribuebatur, Samariæ, & Judææ. Hujus regia Hierosolyma fuit; illius Samaria, à qua regioni nomen est.

Arabiæ felicis (ut petræam ac desertam, Turcis subjectas, omittam) hac tempestate ad 15. regna esse feruntur: neque id mirum videri debet, cum illa ab occ. ubi Nabathæi sunt, in ort. ad oram maris Rubri, ad 1500. mill. pass. longa sit, dimidioque ad minus lata. Horum regnorum alia in ora sin. Arabici in Austrum vergentia sunt: veluti Sidenorum, quorum regia *Ziden* dicitur; Mochuræ, quæ *Mecha* vicina; Sabæorum, seu Masonitarum, quorum regia Sabe *Zibit*; Turcis vectigalia: Alia in ora maris Rubri: Homeritarum, quorum regia Arab. *Aden* dicitur; Adramitarum *Herit*, ubi Cane emporium; Sachalitarum, ubi Syagros prom. & Sapphar urbs *Fertach*: Alia in ora sinus Persici ad Septent. ut Armuzium, ab Armuza regia in inf. ad fauces sinus prædicti, *Ormus*; Macarum, ubi Macæ pop. & regia *Mascalat*; & Geræorum, ubi Gera regia, *Elcatif*; quæ Persis tributa pendunt. Intus in mediterr. libera sunt Sabæorum, (qui ad utrumque sin. pertingunt) *Amanserifdin*, ubi Mariaba regia *Marib*, *Charama*, à regia, Acarman veteribus, & Carna, sic etiam vulgo: Minæorum quoque duo, *Irmin* & *Gubelamin*, sic à regiis. Sunt & Thæmense *Theama*, inter Minæos & Mochuram; ac Maphæum *Maffa*, versus Armuzium; nec longe Albinalium; ac versus occ. Becharinum.

Armeniæ majoris. Hæc inter Cappadociam ad occ. & Mediam ad ort. sita est, cui ad merid. Mesopotamia, ad Septentr. Iberia hæret. Regia fuit Tigranocerta, & Artaxata. Nunc pars ad occident. Turcis, ad ortum vero, una cum Iberia & Albania ad Arctos, Persis paret.

Babyloniæ regnum, (quod modo Persæ Turcis ereptum recuperarunt) olim, quod Assyriæ, & Mediæ, & Parthiæ, ac Persiæ fuit, nomen ab ea provincia in qua rex morabatur accipiens: unde apud vet. eadem monarchia modo Parthorum, modo Medorum, aliquando Assyriorum, & aliquando Babyloniorum nominatur, ab ea provincia in qua rex, qui cunctis dominabatur, residebat. Babyloniorum regia fuit Babylon; Assyriorum Ninus, postea Seleucia magna, & Susa; Medorum Ecbatana; Parthorum Hecatompylos.

Persicum (à Persia provincia non admodum ampla) maxime patebat, inter Euphratem ad occid. & Indum ad ort. ad 2280. mill. pass. antequam à Turcis ad occ. & à Tartaris ad ortum occuparetur. Nunc has provincias continet; Albaniam, Iberiam cum Armeniæ parte, Mediam, Parthiam, Hyrcaniam, Margianam, Ariam cum parte Bactrianæ, Assyriam cum parte Babyloniæ, Susianam, Elymaidem, Persidem, Carmaniam, & Drangianam. Olim regia Persepolis fuit, nunc Ecbatana sive Tabresium.

Scythicum intra Imaum mont. non modo Scythiam, (quæ longius inter Caspium mare & oceanum Scythicum excurrit) verum etiam Sacas, Sogdianam, & Paropamisum, partemque Bactrianæ, & Arachosiam Persis ademptam, nec non partem Indiæ citerioris cum Gedrosia (plura enim hodie Indiæ citer. regna sub Scytharum potestate continentur) complectitur. Rex nostra tempestate Mogorus magnus appellatur. Cujus regia in Sogdiana erat, nomine Maracanda, *Sanmarcand* vulgo: nunc Cambaiæ, aut Citori, & alibi in India citer. à se magna ex parte occupata, residet.

Scythicum extra Imaum mont. maxime inter Indiæ ult. confinia ad merid. (ubi regna aliquot sunt) & oceanum Scythicum ad Bor. ac inter Scythiam citer. ad occ. & Sericam ad ort. expanditur. Cujus regia primaria & maxima est Issedon, seu Essedon, gemina: altera *Cambalù*, altera *Succuir* dici putatur.

Sericum maxime in ortum flectitur, Eoo mari terminatum: cujus olim Sera metrop. fuit, nunc est Civitas Cœli *Quinsay*, maxima totius orbis. Hoc regnum superiori junctum est.

Indiæ citerioris plura sunt regna; quorum magna pars à magno Mogoro (sic Scythiæ citer. rex appellatur) superiore sæculo occupata fuit, inter Indum &

& Gangem flumina: in iis Cambaicum, & Decanum. Oram tenent Lusitani ab ostiis Indi ad Cory prom. Australissimum 290. leucis excurrentem; ubi Goa veluti ipsorum regia, & conventus juridicus. In eadem ora sunt sequentia regna, à regiis nominata; Onorium, Cananorium, Calecutium à littore paulo excedens, Cocinium, (quod Colchicum, à Colchi urbe à veteribus memorata, dici potest) Coulanum (quod Colaicum, à Colaico prom. nominare possumus.)

Taprobanes, insulæ Cory promontorio oppositæ, auro & gemmis abundantis, Zeilanum hodie dicitur: de qua ins. tam multa apud veteres leguntur.

Narsingæum (omisso Negapatano, uti minore, & Narsingæo regi subjecto) inter mont. & oram ad ortum maxime protenditur, à meridie in Septentrionem.

Orissæum quoque post Narsingæum, inter occ. & ort. versus Gangeticum, ac in Arctos non mediocriter protenditur: quod ab Orsa urbe antiqua nomen habere videtur, nunc *Orissa*. Tametsi alii Orissam Orthuram veteribus dictam velint.

Gangeticum à Gange urbe maxima ad Gangem fluv. quæ nunc *Bengala* dici putatur, ab ora sin. Gangetici in Bor. maxime extenditur.

Avæum (sic ab *Ava* regia) introrsum à Gangetico in ortum protenditur.

Bermæum (sic à *Berma* regia) ab ora sinus Gangetici interius conspicitur.

Pegoum, sic à Pego regia clarissima ab ora sin. Gangetici in ort. recedente; cujus rex regna finitima occupavit. Sunt qui regiam Trilingum veteribus dictam velint.

Malacitanum, à *Malaca* urbe regia & primaria dictum, Lusitanis possidetur, à vicinis regibus non semel, sed frustra, tentatum.

Aureæ Chersonesi, (quam quidam ipsum Malacæ regnum interpretantur) Sumatræ hodie, à continente separatum, nominatur. Cujus regia *Dachem* dicitur; rexque cæteris ejusdem ins. imperat.

Proximum Iabadium est, freto angusto 3. mill. divisum, cui Iabidii ins. minor adjacet.

Siamium à Siamo *Siam* regia dicitur, amplum, ubi altera urbs ampla *Camboia* nominata; atque hac tempestate à Peguvio rege possidetur.

Sinarum inter præcipua orientis regna computatur, 15. regnis constans, à Serico ingenti vallo longo (inter montes ad occ. & mare Eoum ad ort. 600. mill. pass.) discretum. Duæ ibi regiæ amplæ, Nanquinum & Panquinum.

Iaponium multis insulis constat in mari Eoo, Sinis & Seribus fere adjacentibus: quarum tres præcipuæ sunt Meacum, sic ab urbe maxima dicta, in qua ins. 53. regna continentur; altera Ximum, 9. regna continens, quorum majus Bungum nominatur; reliqua Xitocum, ubi regna 4. sunt, appellatur. Hic unus supremus est, quem uti imperatorem cæteri omnes venerantur.

Regna novi orbis.

1. Mexicanum *Regno del Mexico*
2. Peruvium *del Perù*
3. Brasilium *del Brasil*
4. Insularum *di S. Domingo*

Brevis explicatio.

Orbis novus, qui & America, & veteribus Atlantis dictus putatur, in duas amplissimas Chersonesos dividitur: quarum altera in meridiem & ort. ultra Æquatorem, multis provinciis constans, distenditur; altera in Septent. & occ. nondum satis qua in Arctos vergit explorata. Isthmo, qui latitud. 20. leuc. inter duas urbes Panamam & Onomatheopolim (hoc est civitatem Nominis Dei *Nombre di Dios*) connectuntur.

Prior plura regna continet: quorum Peruviæ præcipuum est, cujus urbs regia Cuscum appellabatur sub proprio rege, cui cætera parebant, nunc sub Hispanis Lima regia & conventus juridicus est in ora occid. à Cusco 600. leuc. distans, quæ & Civitas regum nominatur. Pars hujus peninsulæ in ort. excurrens Brasilia dicitur, cujus regia Soteropolis, seu Ciuitas S. Salvatoris appellatur. Quæ regio Lusitanis paret.

Altera peninsula in plures provincias & regna distribuitur. Quæ in merid. & occ. vergit, magis culta & habitata. Pars Borealior minus culta est, urbibus & pagis carens. Quæ in ort. spectat, nova Francia nominatur, piscibus abundans, & Gallis parens. Rex Hispanus in ea parte quæ urbes habet dominatur. Ubi, inter alias provincias, nova Hispania, in qua Mexicum urbs amplissima, intra stagnum uti Venetiæ condita, regia, & conventus juridicus.

Insularum quæ novo orbi adjacent præcipuæ sunt Hispaniola, quæ & S. Dominici nominatur, primum eo ex Hispania navigantibus occurrens, Cuba, & Iamaica. In prima urbs est Dominicopolis, aliarum metrop. & conventus juridicus.

Hactenus regna totius orbis fere omnia recensuimus. Restat ut & reges hujus temporis paucis etiam memoremus.

Reges Europæ.

Hispanus *Re di Spagna*
Gallus *di Francia*
Britannus *d'Inghilterra*
Bohemus *di Bohemia*
Polonus *di Polonia*
Danus *di Danemarcha*
Suedus *di Suetia*
Moschus *di Moscovia*
Tauroscytha *di Tartaria minore*
Turcarum *il gran Turco*
Hungarus *d'Ongaria*

Hos ex ordine quantum ad situm, non quantum ad magnitudinem & dignitatem recensuimus. Illis imperator, tanquam Christianorum supremus rex, cui principes omnes liberi, quales habet Italia & Germania, parent, adnumerandus est; qui antequam in imperatorem eligatur, Romanorum rex appellatur. Moschum inter reges reponimus, ob imperii magnitudinem, à suis imperator seu Cæsar dictus; licet à plerisque inter magnos duces numeretur.

Reges Africæ.

Turcarum, qui in Europa etiam & Asia dominatur, *il gran Turco*
Tunisius *il Re di Tunisi*
Telensinus *di Tremisen*
Seriphus *il Serifo* in Mauritania Tingitana
Nigritarum *Re di Negri*, plures
Tombotius *di Tombutù*
Mellius *di Melli*
Canius *di Cano*
Gagius *di Gagò*
Guberius *di Guber*
Bitius *di Bito*
Zanfaræus *di Zanfarà*
Medreus *di Medre*
Garamantum *di Garama*, seu *Guangara*
Nubarum *della Nubia*
Damutius *di Damut*, sub Æquatore
Congius *di Congo*, ultra Æquatorem
Angolanus *di Angola*

Agisymbæus seu Monomotapius *di Monomotapa*
Sofalæus *di Sofala*
Prassius *di Mozambique*
Raptius *di Quiloa*
Mombatius *di Mombaza*
Monemugius *di Monemugi*
Melindius *di Melinde*
Azanius *di Xoa*
Barbaricus *di Barua*
Troglodyticus *di Adel*
Barnagassius *di Barnagasso*
Abissinus *il Prete Iani*

Horum maximi habentur rex Turcarum, & rex Æthiopum, qui Abissinus nominatur, Seriphus, Tombotius, Mellius, Congius, Monomotapius, Monemugius, & Troglodyticus. Quanquam ut regna augentur, & decrescunt, & intereunt; sic & reges attolluntur, & deprimuntur, & amisso regno, vel prole carentes desinunt: plura tamen sunt regna quam reges, vel quia alter alteri sine sobole decedenti succedit; vel quod potentiores imbecilliorum regna, ut in bellis accidere solet, invadentes occupant.

Reges Asiæ.

Turcarum *il gran Turco*
Arabum plures
Sidenorum *di Ziden*
Sabæorum ad fin. Arab. seu Masonitarum *di Zibit*
Homeritarum ad mare Rubrum *d' Aden*
Adramitarum *di Herit*
Sachalitarum & Ascitarum *di Fertach*
Armucius ad fin. Persicum *d' Ormuz*
Macarum *di Mascalat*
Geræorum *di Elcatif*
Interius Minæorum *d' Irmin*
Minæorum ad ort. *di Gubelamin*
Sabæorum *di Amanserifdin*
Sabæorum *di Marib*
Maphæus *di Maffa*
Acarmanis *di Charama*
Thæmæus *di Theama*
Sunt & alii, uti Albinalius, Carnanus, Sabarius, Becharinus, & Omanius *di Omanagda*
Persarum *di Persia, & il Sofi*
Scythiæ intra Imaum mont. *il gran Mogor*
Scythiæ extra Imaum, & Sericæ, *il gran Cham*
Indiæ citer. plures
Onorius *d' Onor*
Cananorius *di Cananor*
Calecutius *di Calicut*
Colchicus *di Cochin*
Colaicus *di Coulan*
Taprobanes inf. *di Zeilan*
Narsingæus *di Narsinga*
Orissæus *d' Orissa*, cum al. sub Mogoro
Indiæ ulter. plures
Gangeticus *di Bengala*
Peguvius *di Pegù*, sub quo plures
Dachemius *di Sumatra*
Iabadius *della Giava*
Siamius *di Siam*, nunc sub Peguvio
Sinarum *della China*
Iaponius *del Giappon*

Sunt & alii plures per Scythiam, & Indias, ac insulas, à nobis tanquam minus celebres prætermissi. Inter memoratos cæteris præstant Turcarum, & Persarum rex, magnus Mogorus, magnus Chamus, Sinarum rex, Iaponius, & Peguvius: quibus adduntur ab aliis Narsingæus & Calecutius; sed hi prædictis longe inferiores sunt. Sunt qui Moschum adnumerent: verum is in Europa censetur; tametsi regnum illius magna ex parte in Asia est, ubi reges aliquot Tartaros sibi vectigales habet.

Regni, pop. Albionis, quorum reg. *Suderhey* seu *Surrey* Lelando, sed * *Suthsex* Camdeno, in Anglia, in ora Australi, ubi Cicestria urbs, à Vintonia 30. in Austrum, à Londinio 45. mill. in occ. & Africum. Horum reg. inter Thamesim fluv. Cantium, & oram Australem oceani locant Britanni scriptores. Dicitur & Suthria. [* Camdeno sunt in *South-sex* vel *Sussex*, & *Suth-rey* vel *Surrey*, cum parte Hantonensis agri maritima, ubi Regnum *Ringwood*.] Ptol.

Regnum, *Regnwood* vel *Ringwood* teste Camdeno, opp. Albionis in Regnis, à Londinio 70. circiter mill. in occ. à Venta Belgarum 20. Exoniam versus, non longe ab Hamptona, à Cicestria vero 34. *Regnsted* in indicibus Camdeni. Anton.

Regula *la Regle* vel *Reole*, opp. Aquit. cum cœnobio ad Garumnam fluv. apud Vasates, inde 2. leuc. à Burdigala 9. in ortum Agennum versus. Scrip. Gall.

Regulbium, *Reculver* hodie, opp. Albionis in Anglia, & Cantio reg. apud ostia Thamesis, à Londino 40. mill. à Cantuaria 10. in Bor. Lib. Not.

Reguli fanum, vulgo *Kirk-Reul*, postea Fanum S. Andreæ sive Andreapolis *S. Andrews* dict. ob hujus sancti apostoli reliquias ex Achaia à D. Regulo archiepiscopo Patrensi allatas, urbs est archiepisc. Scotiæ in ora Fifæ orientali, eo sede episcopali ex Abernætho urbe finitima ejusd. reg. anno sal. 650. deducta. Abest ab Edimburgo regia diei itinere in ort. ab Aberdonia plus duplo in Austrum. Quod si in voce Abernæthum diximus illud nunc esse Andreapolim, id quantum ad episcopalem sedem, non quoad locum, accipiendum est.

Remi, pop. German. inferioris, quorum locus pagus est *Rindenen* teste Smetio vel *Rhindenen*, in ducatu Clivensi, inter Cliviam urb. & Rhenum fluv. Vet. inscr.

Remmon opp. fuit Palæstinæ. Bibl.

Remonium locus erat prope Romam, ubi Remus auguria captabat, teste Alex. in lib. genial.

Remoria, Romoria Halycarn. Remurium Cic. ager territorii Romani apud Tiberim, ab urbe 40. stad. distans. Erat & opp. seu pagus proximus Romæ Remuria, teste Steph. Festo Pomp.

Rentica *Renty*, opp. cum arce Gall. Belg. in Artesia, in Picardiæ conf. inter Bononiam & Fanum S. Pauli, Tarvannæ finitimum, 4. leuc. distans in occ. à Monsteriolo & Hedena 5. Scrip. Belg.

Rerigonium *Ardsliher*, [forsan *Ardslinsel* script. à Camdeno] opp. Albionis in ora Scotiæ occid. contra Glotam inf. [*Bargeny* est Camdeno in regione Carricta.] Ptol.

Rero *Bacchilione*, fluv. Venetiæ ex montibus Rhæticis, seu Tridentinis, per Vicentiam urb. quam interluit fluens, apud Atelte quoque decurrens. Cujus mem. Ven. Fort. lib. 4. vitæ S. Mart. Ven. Fort.

" *Hic tibi Brinta fluens iter est Rerone secundo.*

Resiston, Rhædestum (ut videtur aliquibus) Ptol. urbs episc. Thraciæ sub archiep. Heracleæ, à qua 30. mill. pass. in merid. Callipolim versus. Vide Redæstum. Plin.

Resus, fluv. parvus Asiæ, ex numero eorum qui in Mæandrum influunt. Cujus mem. Strabo lib. 12. ex Homero, qui illum cum aliis sic memorat. Strab.

" *Resusq;, Heptaporusq;, Caresusq;, Rhodiusq;.*

Retina, *Retina* seu *Resina* teste Hermolao, locus Campaniæ apud Misenum prom. à Calastro loco ejusdem oræ 3. mill. pass. Plin.

Revalia *Revel*, urbs Sarmatiæ in ora littorali Livoniæ præclara, urbs (cum empor.) episc. sub archiep. Rigensi, inde 39. leuc. in Bor. Narvam versus 18. Prob. Rom.

Reudigni, pop. German. quorum urbs *Reutlingen* Laz. in Suevia, Tubingæ finitima, inter illam 2. & Ulmam 6. leuc. Althamerus Cassubios, inter Pomeranos & Prussios, apud Dantiscum indigitat; Beatus vero Rhenan. Holsatios, vel Pomeranos. Taci.

Reu-

Ptol. Reuticlii vel Ruticlii, pop. Germaniæ iidem Reudignis Tac. teste Althamero, quorum urbs *Reutlingen* esse videtur.

Prov. Rom. Rezana seu Resana *Rezan*, urbs Sarmatiæ in finibus Moschorum apud Occam fluv. provinciæ Resanensis caput, episc. à Moscha metrop. 36. leuc. in Euronotum.

Ptol. Rha, *la Volga* Europæis, *Edel* Tartaris, *Thamar* Armenis, fluv. ingens Sarmatiæ Asianæ in finibus Moschorum oriens cum Tanai, (ad quem alicubi ad 7. leuc. accedit) longoque decursu per Cassanum & Astracanum urbes Tartarorum in Caspium mare 25. ostiis influens, tanta vi aquarum, ut ad 60. mill. pass. illud dulce reddat, teste Sigism. Erberstenio.

Steph. Rhabathmoma, urbs Palæstinæ, quæ & Areopolis dicta est. Vide ibi.

Steph. Rhacelus, Rhacelum Lycophr. opp. erat Maced. ad Cissium mont. ubi Almonia quoque opp. fuit.

Polyb. Rhachia, prom. montis Pyrenæi ad mare mediterr. in Hispaniæ & Gall. Narbonens. conf. quod Aphrodisium Ptol. esse videtur, seu templum Veneris.

Plin. Rhadata urbs fuit Syenitarum, ubi felis aurea pro deo colebatur, teste Plin. lib. 6. cap. 29.

Ptol. Rhæba, *Rheban* Camd. *Rheib* aliis, opp. Hiberniæ mediterr. in comitatu Reginæ, (olim urbs totius insulæ primaria) Labero seu Limmerico urbi finitimum.

Ptol. Rhæda, *Rhada* ex tab. recent. urbs Arabiæ fel. mediterr. Aræ regiæ finitima, ab Arabia emporio (*Aden* nunc vocant) supra 200. mill. pass. interius distans.

Ptol. Rhædestum. Vide Redæstum, seu Rædestum, vel Resiston.

Ptol. Rhæsapha vel Rhesapha (non Rosapha, ut quidam legunt) *Raslafe*, urbs Syriæ apud Euphratem, & Augustam Euphratesiam, Suris proxima, postea Sergiopolis, à Sergio martyre ibi cum Baccho martyrio affecto, dicta, archiepiscop. seu metrop. sub patriarch. Antiocheno.

Ptol. Rhæsena, opp. Mesopotamiæ apud Tigrim fluv. & Duram urb. terminum imperii Rom. & Persici: ubi Gordianus imperator sepultus est, teste Aur. Vict.

Strab. Plin. & al. Rhæti, pop. qui varie scribuntur, Ræti, Reti, & Rheti, ac Rœti.

Rhætia, reg. gemina : prima inter ortum Rheni, seu inter Rhenum à capite usque ad lacum Brigantinum, Danubium, Licum, & ortum Oeni: cujus pop. Rhæti, *Grawpuntner*, & Italis *Grisoni* dicuntur. Altera teste Welsero Vindelicia appellatur à Ptol. à prima Lico flu. divisa. Aliis vero ex lib. Not. Rhætia I. ea appellatur quæ Italiæ contermina est, Insubriæ scilicet & Cenomanis Venetiæ; in qua tota Rhætorum reg. cujus caput est Curia urbs, & comitatus Tirolensis continetur : Rhætia autem II. à Curia usque ad Danubium, à Vindelicia, seu Bavaria Lico fluvio discreta ; quæ Suevia Cisdanubiana dici potest; tametsi Suevia paulo magis in occ. & Bor. patet. Ejus mem. Claud. de vict. Stilicon.

" *Prominet Hercynia confinis Rhætia sylva.*

Vide Rheti.

Plin. Tac. Rhætica juga, *Monte Braulio* Italis, & *Wurmserloch* Germ. montes Rhætici, qui & Alpes Rhæticæ teste Ægid. Scudo dicuntur, quæ ad Insubrum & Cenomanorum confinia extenduntur.

Mel. Rhætico, seu Rhetico ut habet codex Melæ, *Prettigowerberg* teste Scudo, mons Rhætiæ, altissimus inter Alpes Rhæticas, inter Rhenum (ubi Curia) & Oenum occurrens, à Curia 6. leuc. in ort. unde vallis Drusiana in Bor. & occ. incipit.

Strab. Rhaga, Raga Arriano. Vide Raga seu Ragæ, & Europus.

Ptol. Rhage seu Rage, *Nottingham* ut aliquibus videtur, opp. Albionis ex præcipuis Angliæ, inter Conventriam ad occ. & Lincolniam ad ort. Sed aliis Rhage, Ratæ Anton. esse videtur.

Liv. Rhages opp. fuit Thessaliæ ad Peneum fluv. à Larissa 10. mill. pass. distans, ut scribit T. Liv. lib. 2. dec. 4. cujus nullum exstat indicium.

Joseph. Rhamatha, opp. Palæst. Vide Ramoth. Urbs refugiorum in terra Galaad trans Jordanem.

Ptol. Rhamidava, *Repicza* teste Laz. opp. Daciæ in Valacchia.

Rhamnis erat urbs Eubœæ, ubi templum erat Fortunæ, teste Alex. lib. 6. cap. 28.

Plin. Ptol. Rhamnus opp. fuit & portus Cretæ in ora occidua, inter Phalasarnen & Chersonesum.

Strab. Plin. Max. Tyr. Ptol. Rhamnus, pag. Atticæ in tribu Æantide, inter Athenas & Chersonesum. A Rhamnunte Rhamnusius, a, um, nom. gent. deductum est : ut Rhamnusia Venus, hoc est Veneris statua inter præcipuas habita, ab Agoracrito insigni statuario constructa, authore Plin. lib. 36. c. 5. Quæ & Nemesis dicta est. Nemesis enim dea quæ humiles attolleret, & feroces deprimeret, credita est : Adrastia etiam apud Zenodotum ; & Rhamnusia apud Diogenianum & alios appellatur : ac proverbio *Nemesis ad pedes adest* dici solitum fuit, cujus legem nemo posset effugere. Rhamnusia dea indignationis non à Rhamnunte Cretæ, sed Atticæ loco, ubi præcipue colebatur, dicta est. De qua Ovid. lib. 5. trist. eleg. 8.

" *Exiget at dignas ultrix Rhamnusia pœnas.*

Claud. de vict. Stiliconis.

" *Sed dea quæ nimis obstat Rhamnusia votis.*

Vib. Seq. Rhamnusius, mons Illyrici Scodræ urbi imminens, *M. di Scutari.*

Strab. Polyb. Ptol. Rhaphia, Rhaphea Plin. Raphia Liv. Rhapanea lib. concil. urbs Phœnicis mediterr. Epiphaniæ finitima, episc. sub archiep. Apameno : Rhaphaneæ Ptol. habet. Rhaphia vero apud Ptol. in Palæstina, proxima Lyddæ, *Rhama* hodie dici putatur, à Joppe 10. mil. pass. distans Hierosolymam versus 30. Ortel. Rapam Ant. in Palæstina à Gaza urbe 22. mill. pass. distantem, cum Rhaphia Strab. Plin. & Liv. quæ est in Phœnicia, confundit.

Ptol. Rhatacensii, *Reteck* teste Laz. pop. Daciæ, quorum locus adhuc in Transylvania sic nominatur.

Ptol. Rhatomagus, urbs Gall. Belg. in finibus Nerviorum ; quam Ortel. cum Rhotomago urbe Gall. Celticæ, Normanniæ metrop. confundit, cum Rhatomagum *Rouen* (quæ Rhotomagus est) indigitet.

Ptol. Rhatostathybius, * *Tuvy* seu *Tovy* teste Camd. fluv. Albionis in Wallia, apud Bangorium urb. fluens. Sed Lhuyd. duos fluvios facit, Rhatostam *Ystwithi*, & Tybium *Abertivy*, cum unus fluv. sit apud Ptol. [*Camdeno *Tovy* est Ptol. Tobius apud Maridunum fluens, Rhatostathybius vero vel Ratostibius *Taff* fluv. comitatus Glamorganens. Fanum ad Taffum urbeculam præterfluens, non Bangorium urbem longissime hinc distantem in ora Walliæ Boreali.]

Vet. Tra. Rhaudum *Rho*, pagus Insubriæ in agro Mediolanensi, inter Mediolanum 14. & Castrum Seprium 6. mill. pass. Varesium versus. Hinc nobilis Rhaudens. familia. Rhaudi, sive Raudi campi à Velleio, in quibus Marius Cimbros vicit, memorantur : unde hic pagus nomen traxisse videtur; nisi pro Raudi, Caudi legend. sit.

Ptol. Rhavius, *Banny* hodie teste * Camd. qui Bannius pro Rhavius legit, (sed Rhavius legitur in cod. Græco) fluv. Hiberniæ inter Boreum promontorium & Nagnatam urbem fluens : qui Moletio *Abram* dicitur. [*Camdeni verba sunt, Comitatus Sligoensis ad Boream *Trobis* fluv. est, Ptolem. Ravius, ex Erno lacu emissus. Eidem vero Banna vel *Bann* est fluv. comitat. Colraniensis longissime hinc distans. Vide Buvinda.]

Strab. Rhauraris, Araurius Ptol. Arauris Melæ, *l' Eraud* teste Clusio, al. *l' Errault*, fluv. Galliæ Narbonens. ex

monte Cemmeno in merid. fluens, inter Obrim fluv. & Agatham urb. mari exceptus.

Cedren. Rhauzium appellatur Epidaurus urbs archiep. Dalmatiæ, *Ragusa*. Vide Epidaurus.

Ptol. Rhazunda, *Rhemen* hodie teste Nigro, urbs Mediæ mediterr.

Plin. Apol. Rhebas, qui & Rhœsus Plin. Rhebus Val. Flacco, Rhebanus Orpheo, Rhebæus Apollonio, *Ribas* teste P. Gyll. fluv. Bithyniæ ex Olympo monte oriens, & in Euxinum mare apud Psillidem labens. Cujus memin. Val. Flac. lib. 4. Argon.

" *Littora, longinqui qua exirent flumina Rhebi.*

Orph. in Argon. de eodem:

" *Dein alacres petimus longinquū Rhebadis amnē.*

Procop. Rhechius, fluv. Maced. Vide Rechius.

Rhedæstum. Vide Redæstum, & Bisanthe.

Cæs. Plin. Ptol. Rhedones *Renes* vel *Rennes*, pop. & urbs Gall. Celt. in Aremoricis, Britanniæ minoris primaria, & conventus juridicus reg. episc. sub archiep. Turonensi, inter Andegavos 22. & Venetos in occ. 16. leuc. quot à Nannetibus in Bor. Urbs Condate à Ptol. nominatur, sed nomen est exoletum; posterioribus Rhedonæ, sic in lib. conciliorum.

Ptol. Rhegianum, *Rosi* teste Nigro, opp. Mysiæ infer. Oesco finitimum, in occ. distans.

Plin. Sol. Rheginus saltus, *Petrona* teste Barr. sylva Brutiorum ad Apenn. mont. in Calabria ulteriore, in agro Sinopolis oppidi.

Ptol. Strab. Plin. & al. Rhegium Julium, sic à Ptol. cognominatum, Regium Cic. *Reggio* & *Riggio* incolis, (non *Rezzo*, ut scribit Ortel.) colonia & urbs, Brutiorum metrop. & archiep. in ora Calabriæ ulterioris, contra Messanam Siciliæ, à qua 12. mill. pass. mari distat in Bor. ultra Consentiam alteram Brutiorum metrop. 100. à Chalcidensibus condita, sicque à fractione dicta, quod inde Sicilia, olim continenti juncta, vi fluctuum terræ fractione avulsa fuerit. Pop. Rhegini Polyb. & al. Regini Cic. Rhegini à Xenarcho ignaviæ & formidinis, ut scribit Zenod. notantur: apud quem etiam adagium hoc in formidolosos legitur, *Rheginis timidior*. De Rhegio Ovid. lib. 14. metam.

" *Oppositumque petens contra Zanclæia saxa,*
' *Rhegion ingreditur*----------

Dicuntur etiam Rhegienses pop. apud Sallust.

Tac. Ptol. Rhegium Lepidi. Vide Regium Lepidi.

Gennadio Rhegium Gall. Vide Regium.

Strab. Rhegma lacus est post Anchialam urb. ubi navalia multa, qua parte spectat Rhodios.

Strab. * Rhegma quoque stagnum est Tarsensium, in quod Cydnus fluv. influit. Ibi olim navalia eorundem, sicuti & apud Sidam Pamphyliorum erat navale, multorum navigiorum capax: in quibus locis piratæ, quos Pomp. mag. delevit, sese tuebantur, inde Delum empor. maximum usque decurrentes. [* Idem videtur locus apud Strabonem cum priore.]

Cæs. Strab. Plin. & al. Rhemi *Reims*, pop. & urbs Gall. Belg. archiepisc. & Campaniæ metropolis, inter Lutetiam Parisiorum ad occ. & Metas urbem Austrasiæ in ortum 40. leuc. circiter; ubi reges Galliæ inaugurantur, oleo olim cœlitus misso. Pop. Rhemenses: urbs Durocortum vel Durocortorum Cæs. Duricortora Strab. Durocottorum Ptol. Durocordorum Ant. quæ nomina in dissuetudinem abierunt. Hinc Rhemus apud Luc. lib. 1.

" *Optimus excusso Leucus Rhemusq; lacerto.*

Plin. Rhene, Rheneia Strab. Rhenis Steph. quæ & Artemitis & Celadussa prius teste Plin. dicta est, *Fermene* teste Soph. ins. maris Ægæi, una Cycladum, inter Ceam & Delum, inde 10. hinc 40. mill. pass. in Africum, circuitu totidem, longa 20.

Steph. Rheni, *Rhyngoewer* teste Scudo, pop. juxta Rhenum incolentes, inter Rhætos & Helvetios. Reg. Rhingovia Lat. rec. *Rhynthal* vulgo.

Rhenus, *Rhyn* & *Rhein* Germ. *le Rhin* Gall. *Rheno* Italis, fluv. notissimus & maximus Germaniæ post Danubium, illam à Gallia disterminans. Ex Adula mont. exadverso Rhodani ortum habet, fluitque primum inter Rhætos & Helvetios in ortum, deinde in Septentriones longo tractu per Germ. super. & inferiorem, donec ad Arenacum in duos dividitur, & insulam efficit Batavorum, oceano una cum Mosa exceptus, multis peragratis urbibus & opp. in iis Curia, Constantia, Basilea, Argentoratum, Spira, Wormacia, Moguntia, Confluentia, Colonia, Wesalia, Embrica, Arenacum, Trajectum, & Dordracum. De quo Virg. lib. 8. Æn. *Cæs. Strab. Plin. & al.*

" *Extremiq; hominum Morini, Rhenusq; bicornis.*

Rhenum quondam pueros in eum conjectos, si ex impuro concubitu suscepti fuissent, vorticibus exceptos statim suffocare; si vero legitime nati essent, placide exceptos ad ripam vivos ejicere solitum fuisse, autor est Polit. Rhenum quoque opp. fuit, uti apud Tac. legimus, apud ostia Rheni fluv. forte quod nunc etiam *Renes* vulgo nominatur.

Rhenus alter, fluv. Italiæ ex Apenn. mont. oriens, ac per Gall. Togatam in Romandiola, per agrum Bononiæ, ab ea non longe fluens, in Padum supra Ferrariam labens: qui *il Rhen* etiam vulgo & *Reno* nominatur. De quo Sil. lib. 8. *Plin.*

' -----------*parvique Bononia Rheni.*

Rhesus, fluv. Bithyniæ in Zelia reg. Vide Rhebas, nam est idem. Fuit & ejusd. nominis rex Thracum; de quo Virgil. lib. 4. Æneid. *Hom. Strab.*

" *Altaque Pangæa, & Rhesi Mavortia tellus.*

Hic heptaporos, & polyporos teste Strab. dictus est, quod 7. vadis in eadem via transvadari potest.

Rheti, pop. & Rhetia, reg. Vide Rhæti & Rhætia, ac Rhœti, varie enim scribuntur. Claud. in epithalamio Pall. & Celer. *Plin.*

" *Quæ sævis objecta* * *Rhetis, quæ Saxona frænat,*
' *Vel Scotum legio*---------

[* Alii codices *Getis* habent.] Hinc Rheticus a, um; ut uva Rhetica apud Virg. lib. 2. georg.

" *Purpureæ preciæque, & quo te carmine dicam*
' *Rhetica?*---------

Rhetico, mons altissimus Alpium Rheticarum. Vide Rhætico. *Prettignen*, uti quidam scribunt. *Mel.*

Rhetigonium, * *Girgeny* teste Camd. opp. Albionis in ora Scotiæ occid. ad fin. Rhetigonium, ubi Novantæ pop. [*Camdenus quid de eo sensit vide in Rerigonium, uti melius scribitur.] *Ptol.*

Rheucus, mons Arcadiæ, ubi etiam vicus Rheunus. *Pauf.*

Rhigia, opp. geminum Hiberniæ: unum circa umbilicum insulæ, *Lymburg* teste Nig. *Tors* Moletio, [Camdeno locus aliquis non procul à *Lough Regith*;] alterum *Reglis* Camd. quod & Purgatorium S. Patricii nominatur. *Ptol.*

Rhigina, fluv. Maced. seu Rhiginia, ut habet codex Græcus Strab. lib. 7. qui & Erigon. Vide ibi. Sed hic in Thracia ortum habet. *Strab.*

Rhigodunum, *Rippon* teste Lhuydo: sed al. *Warrington*, opp. Albionis in ora Angliæ occid. medium inter Cestriam 14. & Mancestriam 10. mill. ac inter Lichfeldiam, & Lancastriam in Bor. ad 34. *Ptol.*

Rhiguscæ, pop. Rhætorum ad Rhenum fluv. quorum reg. *Rhynthal*, (quæ etiam Rhenorum est) & opp. *Ragatz*, è regione Lupini opp. quod Campus Maii alio nomine dicitur, Sarunetibus finitimi, à Curia 7. leuc. in Bor. licet Ptol. Rhiguscas inter Rhætos Australiores faciat. *Ptol.*

Rhinocolura, Rhinocorura Ptol. & Josepho, Rhinocurara Steph. *Faramida* teste Nig. opp. Palæstinæ marit. in Ægypti conf. inter Gazam ad Bor. 44. & Ostracinem ad merid. 24. à Pelusio in Bor. 90. mill. ex Ant. Itin. *Strab. Plin.*

Rhio-

Strab. Rhiocharus fluv. est Colchidis haud procul à Dioscuriade urbe fluens, & in Euxinum labens.

Pauf. Rhipe opp. erat Peloponnesi mediterr. Stratiæ & Enispæ opp. finitimum. De quibus Stat. lib. 4. Theb.

" *Rhipeq;, & Stratie, ventosaq; donat Enispe.*

Strab. Plin. Mel. & al. Rhiphæi, montes Sarmatiæ Boreales; qui tamen nusquam reperiuntur, cum tota Sarmatia ad Septentriones plana sit, sylvis, amnibus, & lacubus abundans, teste Sigism. Erbestenio, qui eas regiones lustravit: nisi sint montes qui *Oby* una cum fluv. maximo dicuntur, inter extremos Moschos ad ort. & Scythas, prope oceanum Scythicum; vel mons in finibus Moschorum, qui ob ejus celsitudinem, quæ vix 20. diebus superari potest, cingulum mundi teste Erbestenio nominatur, inter Duinam & Petzoram flumina ingentia oceanum Sarmaticum attingens, perpetuis nivibus rigens teste Eustathio. Hos memorat Virgil. lib. 4. georg.

" *Arvaque Riphæis nunquam viduata pruinis.*

Ptol. Rhispia, *Rekasburg* teste Laz. opp. Pannoniæ super. in Stiriæ & Hungariæ confin. à Bolentio 2. leuc. Al. *Fering*, opp. Stiriæ à Pœtovione 5. leuc. in Cæc. Aliis vero *Vesprin*, urbs Hungariæ episc. sub archiep. Strigoniens. Albæ Regali proxima, ab ea vix 3. leuc. in occ. recedens.

Ptol. Rhittium, Ritti Anton. Ricti lib. Not. *Ratza* nunc teste Laz. opp. Pannon. infer. ad Danubium, inter Bononiam & Taurunum. Sed Siml. est *Salankemen* à Tauruno 6. leuc. in occ. Petrovaradino proximum.

Thucyd. Rhitum, locus ad isthmum Corinthiacum, à Corintho 2. mill. pass. distans.

Ptol. Rhitymna vel Rhithymna, *Retimo* (non *Retinum*, neque *Arctina*, ut in Thes. ling. Lat.) Soph. urbs Cretæ episc. ex præcipuis, in ora Boreali, inter Matium ad ort. & Cydonem ad occ. inde ad 40. hinc 45. mill. pass. Male Rhithymnia apud Steph. Nom. gent. Rhithymnius.

Strab. Ptol. & al. Rhium, quod & Drepanum Strab. & Ptol. & Molycrium Strab. *Trapani* Nig. & al. *Capo di Patras*, prom. & opp. apud Steph. Peloponnesi in Achaia (non Ætoliæ, ut ait Ortel.) ad fauces finus Corinthiaci, contra Antirrhium prom. Ætoliæ, à Corintho 87. mill. pass. in occ. distans, à Patris 5. ubi Peloponnesii ab Atheniensibus navali prælio victi teste Xenoph. Est & Rhium Ptol. prom. Corsicæ apud Urcinium urb. nunc *Capo d' Ataccio* vel *Aiazzo*.

Liv. Mel. Rhium fretum *Stretto di Lepanto*, angustia seu fauces sin. Corinthiaci inter duo prom. Rhium & Antirrhium, (quæ ob arces Dardanelli dicuntur) quod & fretum Calydonium dicitur Heliodoro.

Ptol. Rhiusiava, (non Rhiusiana, ut ab Ortel. scribitur) *Gengen* teste Villanovano, urbs Germaniæ in Suevia, inter Ulmam, & Nerolingam in Bor. 4. leuc. Situs tamen haud congruere videtur, cum hæc occidentalior sit illis apud Ptol.

Ptol. Rhizana, *Rudine* Mol. & al. opp. Dalmatiæ mediterr. inter Naronam, & Scodram in ort. à Scodra 30. mill. pass. in occ.

Plin. Rhizinium, Rhisinum Ptol. Rhizon Polyb. cum fluv. cognomine, *Risano*, & *Risine* Nigro & al. urbs Dalmatiæ episc. sub archiep. Epidaurio, inde 20. mill. pass. in ort. ab Ascrivio 10. ad fin. Rhizonicum: episcopus Castro novo moratur.

Rhizis apud Steph. ingens prom. est Troglodytarum. Incolæ Rhizitæ.

Strab. Rhizonicus sinus *Golfo di Cataro*, sinus Dalmatiæ, ad quem Ascrivium, Rhizinium, & Castrum novum urbes.

Strab. Plin. Diod. & al. Rhizophagi, pop. Æthiopiæ inter Astapum & Astaboram fluv. in Meroe inf. qui & Elii Strab. dicuntur. Apud Ælianum in India ad Estabaram ponuntur. Sed error vel autoris, vel codicis est, cum pro Meroe India scriptum sit, atque Estabara pro Astabora.

Rhizus, Rhizæum lib. concil. *Risso* & *Erisse*, portus, & urbs Cappadociæ marit. paulo ultra Pitiusam, episc. sub archiep. Neocæsariensi. Cum autem Rhizus distet à Trapezunte in ort. vereor, ne diversus sit à Rhizæo; quæ cum sub Neocæsariens. metrop. sit, non sub Trapezuntia, Neocæsareæ finitima esse videtur. Rhizus quoque in Magnesia apud Melibœam oppid. teste Plin. seu Thessalia teste Steph. Ptol.

Rhoas, fluv. Colchidis ex Caucaso mont. in Euxinum mare post Cobum fluv. influens. In Thes. ling. Lat. dicitur fluv. Themiscyrenes; cum sit Colchidis, non Cappad. in qua est Themiscyrene. Plin.

Rhobogdii, pop. Hiberniæ ad Rhobogdium prom. (quod *Capo Versoda* Mol. teste, *Fair foreland* Camdeno, dicitur) in ora Boreali: ubi pag. *Robogh* adhuc nomen antiq. conservans teste Camd. Ptol.

Rhoda, opp. geminum: unum Hispaniæ citer. in ora Catalauniæ in finibus Indigetum, inter Gerundam 5. & Ruscinonem 8. leuc. *Roses* nunc, ab Aphrodisio 2. Rhodope Strab. Rhodipolis Ptol. à Rhodiensibus an. post diluvium 1350. conditum; alterum Gall. Narbonens. apud ostium Rhodani, nunc pag. *Foce de Rhore* dictus teste Dalechampio. Rhodæ & Emporiarum à Romanis captarum mem. T. Liv. l. 4. dec. 4. Liv. Plin. & al.

Rhodanus, *le Rosne* Gallis, *il Rodano* Italis, fluv. maximus Gall. Narbonensis, ex Adula mont. è regione Rheni oriens, ac per Sedunos in occ. fluens, in Lemanum lacum ingrediens, & ad Genevam urb. egrediens, donec ad Lugdunum Arari accepto, in meridiem conversus Viennam, Valentiam, Avenionem, & Arelatum urbes attingit. Hunc M. Varro teste A. Gell. lib. 10. cap. 7. tertium Europæ fluv. haud Istro minorem scribit. Ortel. illum non longe à Danubio oriri ait, cum fontes illius à fontibus Danubii supra 120. mill. pass. distent. Cæs. Ptol. & al.

Rhodia, Rhodiopolis Plin. urbs Lyciæ marit. episc. sub archiep. Myrensi, illi proxima, Rhodiorum colonia; *Macri* hodie, teste Nig. Sed *Macri* in ora Cariæ est, non Lyciæ, & Macris Latine dicitur. Strab. Ptol.

Rhodigium *Rovigo*, opp. Venetiæ amplum, sedes episcopi Hadriens. & patria Cælii Rhodigini viri doctissimi, à Ferraria 25. mill. pass. ab Hadria 20. De quo lib. 3. Itiner. Blond. & Volaterr.

" *Rhodigium petitur, variis tibi cognite, Cœli,*

' *In studiis natale solum---------*

Rhodius, fluv. Phrygiæ minoris seu Troadis ex Ida monte profluens, quem Plin. suo tempore evanuisse scribit, forte à terra absorptus. Hom.

Rhodope, mons Thraciæ notissimus, ex quo Hebrus, & Arzus, aliaque flum. profluunt, usque ad Euxinum mare extensus, ad Apolloniam urb. desinens, varie nominatus, *Valiza* Rithaymero, *Curiorowicze* Lazio, & aliter aliis, *Rulla* à Turcis teste Leuncl. dictus. De quo Ovid. lib. 2. metam. Herod. Strab. Plin. & al.

"*Et tandem nivibus Rhodope caritura, Mimasq;.*

Hinc Rhodopeius nom. gent. Virg. lib. 4. georg.

" *Implerunt montes: flerunt Rhodopeiæ arces.*

Sic Rhodopeia regna Ovid. & Rhodopeius Orpheus, & Rhodopeia Phyllis apud Virg. Rhodope Marti sacer erat, cum fluviis illius, quod ibi natus putatur. Unde Claudian. de 4. consulatu Honor.

" *Flumina laverunt puerum Rhodopeia Martem.*

Is in tota Thracia colebatur. Rhodope etiam Strab. op. est Hisp. cit. Vide Rhoda.

Rhodopolis *Rostock*, urbs German. marit. in ora maris Baltici, ducatus Magnopolitani primaria, & nobilis academia ac emporio, à Vismaria urbe ejusdem ducat. 7. mill. in ort. Bardum versus. Scrip. Germ.

* Rhodumna *Roane*, *Rouane*, seu *Roanne*, oppid. Gall. Celt. in ducatu Borbonio, inter Lugdunum 12. & Varennas 11. leuc. Nivernas versus, à Molino Ptol.

18. ver-

18. versus Lugdunum. [*Ῥοδόμιτα in Selden. manuscr.]

Strab. Liv. Steph. Rhoduntia, castellum olim Helladis in vertice mont. Oetæ apud Thermopylas; non apud Thracidam, ut in Thes. ling. Lat. Steph. regio est.

Cic. Strab. Plin. & al. Rhodus *Rodi* vel *Rhodi* & *Rhodes*, ins. maris Carpathii Cariæ ad merid. adjacens, prius Ophiusa, deinde Telchinis teste Strab. Æthræa, Trinacria, Corymbia, Pœessa, & Atabyria teste Plin. à littore Cariæ 20. mil. pass. inter Cretam ad occ. 134. & Chelidonias in ort. 185. ab Alexandria Ægypti 500. in Bor. Byzantium versus, à Cypro 160. in Corum, ipsa circuitu 130. cum urbe cognomine archiep. à Cecrope condita. Pop. Rhodii Strab. Plin. & al. Anno salut. 1522. urbs à Turcis occupata, inde Hierosolymitanis ejectis equitibus, qui Melitam migrarunt; ubi dono Caroli 5. Augusti consedere. De ea Hor. lib. 1. carm. od. 7.

" *Laudabunt alii claram Rhodon, aut Mitylenen,*
' *Aut Ephesum*-------

Hinc Rhodius nom. gent. Ovid. lib. 12. metam.

Herculis O Rhodiæ ductor pulcherrime classis.

Rhodi mira aeris salubritas, sicuti Mitylenæ, Pergami, Smyrnæ, & Syracusis; ubi se Romani diutius morari consueverant ob aquarum copiam, & frigiditatem, aliasque delicias. Hic Apollo præcipue cultus, cui colossum, unum ex 7. orbis miraculis, dedicarunt. Rhodii, ut Diogen. refert, cum Minervæ Lindiæ sacrificarent, & ibi plures dies agerent, oraculum consuluerunt, an matulam liceret inferre: quo licere respondente, rursus quæsierunt, an æream vel testaceam: quibus deus indignatus, neutram, respondit. Hinc proverb. manavit, *Rhodiorum oraculum*, in scrupulosos, nimisque de re minuta sciscitantes. *Rhodus hic, hic saltus*, specie adagii effertur apud Diogenian. in eos qui se jactant alibi grandia fecisse; quibus dici potest, *Hic Rhodus, hic saltus*, hoc est, quod alibi te fecisse ais, & hic præstare potes, ut is qui se saltus Rhodi ingentes fecisse jactabat. In hac insula nullā reperiri aquilam ferunt. Rhodi Diagoras, cum tres filios athletas eodem die in certamine omnes vicisse, & coronari vidisset, præ gaudio, populo inspectante, exspiravit, teste Gellio lib. 3. cap. 15. Sicuti & Romana matrona, viso filio, quem falso nuncio in clade Cannarum mortuum acceperat, præ nimio gaudio illico mortua est. Rhodi 3000. signorum teste Mutiano apud Plin. lib. 34. cap. 7. Apud Rhodios Timocreon gulæ valde notatur: cui hoc epitaphium positum fuit.

" *Multa bibens, & multa vorans, male denique dicens,*
' *Multis hic jaceo Timocreon Rhodius.*

Xenarchus item Rhodius ob nimiam bibacitatem Metretes appellatus est.

Plin. Rhodussa, ins. Rhodiorum ante Caunum urbem Cariæ proximam. Rhodussæ quoque sunt duæ ins. in Bosporo Thracio. Est & Rhodussa Steph. oppid. Argiæ.

Plin. Rhœsus, fluv. Bithyniæ. Vide Rhesus, & Rhebas.

Strab. Plin. Mel. & al. Rhœteum promontorium, *Peskiam* Turcis teste Leuncl. prom. (cum opp. cognomine) Troadis, proximum Sigæo, ab eo 9. mill. pass. Hinc Rhœteius & Rhœticus adject. ut Rhœteia littora apud Virg. Ejus mem. Ovid. lib. 11. metam.

" *Dextera Sigei, Rhœtei læva profundi.*

Idem lib. 4. fast.

" *Rhœteumque capax, Sigeaque littora transit.*

Ptol. Rhœtius mons, *M. di Mezzo* teste August. Justiniano, mons Corsicæ circa umbilicum illius, in oram occid. desinens.

Steph. Rhœxus, portus Ciliciæ ad ostia Sari fluminis.

Ptol. Amm. Rhogomanis, Rhogonis Arrian. *Sirt* ex tab. recent. fluv. Persidis in fin. Persicum juxta Susianæ confinia influens.

Strab. Ptol. Amm. Rhombites, *Copa* teste Georg. Interiano, fluv. Sarmatiæ geminus, magnus & parvus, in palud. Mæoticam inter ostia Tanais & Tyramben urbem influens; major ab ostio Tanais 800. stad. distans in Austrum teste Strab. à Rhombite minore totidem in Bor. versus Tanaim.

Bibl. Rhoob, locus & mansio Israelitarum in Palæstina apud Scythopolim, inde 4. mill. passuum teste D. Hieronymo.

Bibl. Rhooboth opp. erat Galilææ in reg. Gabalena, apud Jordanem fluv.

Plin. Rhosphodusa, ins. Scythiæ Europææ in sinu Carcinite, *Rossa* nunc in tab. recent. *Saline* Pineto.

Ptol. Rhossicus, Rhosicus Steph. *Capo Gangir* teste Nig. scopulus seu prom. Syriæ ad fin. Issicum, super quo Seleucia urbs Pieriæ constructa est. Rhosii montes Plin. qui ibi prom. efficientes terminantur.

Strab. Plin. Steph. Rhosus, Rhosium Polyæno, Rhosos Plin. Rhossos Ptol. *el Ros* vulgo, urbs Syriæ marit. ad sin. Issicum in Ciliciæ conf. inter Myriandrum ad Bor. & Seleuciam ad Austrum supra 20. mill. pass. haud procul à Casio mont. A Molet. *Candelona* non vere indigitatur, (Rhosii mont. inde Plin.) olim episc. sub patriarchatu Antiocheno.

Ptol. Rhotanus *Tavignani* Leandro, *Aleria* Molet. de nomine urbis, fluv. Corsicæ in oram orientalem apud Aleriam urb. fluens, qui & Rotanus scribitur.

Ptol. Anton. Rhotomagus, *Rouen* Gallis, *Roan* Italis, urbs arch. Gal. Celt. Normanniæ caput, ad Sequanam fluv. à Lutetia Parisiorum 28. leuc. in Bor. quot ab Ambianis in Austrolybicum, (trigonum enim hæ tres urbes æquilaterum efficiunt) urbs ampla, emporio clara. Ortel. contra omnium pene sententiam Rhotomagum non esse *Rouen* contendit.

Plin. Rhoxalani, pop. Scythiæ Europ. Vide Roxolani.

Ptol. Rhuada, *Rhada* ex tab. recent. urbs Arab. felicis mediterr. quæ Rhæda aliis videtur. Vide ibi.

Ptol. Rhubra opp. fuit Corsicæ in ora Australi, inter Syracusanum portum & Graniacum prom.

Ptol. Rhubricata. Vide Rubricatus.

Strab. Rhucantii, *Prettigow*, & *Aspremont* teste Ægid. Scudo, pop. seu tractus Rhætiæ in Helvetiorum conf. quorum opp. *Reichnaw* teste Laz. apud lacum Brigantinum. Scudo sunt circa Lupinum opp. Al. illorum opp. *Ragatz* esse videtur.

Rhudiæ urbs. Vide Rudiæ.

Rhuscino, non Rhusceno, ut in Thes. ling. Lat. Vide Ruscino.

Ptol. * Rhusuccoræ, Ruscurium Plin. Rusuccurum Ant. *Garbel* Moletio, urbs Mauritaniæ Cæsariensis marit. inter Rusconiam ad occ. & Saldas ad ort. 90. mill. pass. recedentes, à Julia Cæsarea 112. in ortum. [* Ῥυσοκκόρα habet man. Seld.]

Cæs. Rhuteni, Rutheni apud eundem, Ruteni Plin. Rhutani Ptol. pop. & urbs episc. Gall. Aquit. ad mont. Cemmenum sub archiep. Bituricensi, inter Velaunos ad ort. & Helvios ad occ. Reg. *Rovergue*, urbs *Rodez* appellatur, inter S. Flori urb. ad ort. & Albigam ad occ. inde 10. hinc. 12. leuc. Segodunum Ptol. quod nomen obsoletum est. Rhutenorum memin. Lucan. lib. 1.

" *Solvuntur flavi longa statione Rutheni.*

Sunt & Rhuteni pop. Sarmatiæ, Roxolani apud vet. Vide ibi.

Ptol. * Rhymnici *Sibieri*, pop. Scythiæ citer. intra Imaum, ad oram maris Caspii Borealem incolentes, quorum reg. *Sibiera* in tab. rec. nominatur; sic à Rhymno fluv. dicti. [* Apud Ptolem. videntur esse potius montes ita positi.]

Ptol. Rhymnus, Rhœmnus Marcell. *Iayck* Mercat. fluv. Scythiæ per Rhymnicos pop. decurrens in mare Caspium, à Iaxartis fluv. ostiis in occ. distans, ac in mare circa medium oræ Borealis labens.

Rhyn-

Strab. Plin. Ptol. Ed. Rhyndacus, fluv. (& opp. Steph.) Mysiæ Asianæ magnus, qui & Lycus Plin. ex Artynia (non Aranitide, ut in Thes. ling. Lat.) stagno apud Olympum mont. effluens, & in Propontidem inter Ascanium fluv. & Cyzicum urbem prolabens, varie indigitatus, Mol. *Lico*, Nigro *Lartacho*, Castaldo *Lupadi*, Leuncl. *Ulubat* apud Turcas. Apud illum angues immanes nascuntur, qui aves prætervolantes absorbent teste Mela. De eo Val. Flac. lib. 3. Argon.

" *Et te jam medio flaventem Rhyndace ponto.*

Plin. Rhypara, inf. parva maris Ægæi Samio adjacens.

Thucyd. Rhypica, Rhypis Strab. Rhipes Herod. & Pauf. regio parva Peloponnesi, ubi Rhype seu Rhipe urbs. Vide ibi.

Ptol. Rhysadius, mons Libyæ inter. ex quo Stachir fluv. oritur Cloniam paludem creans.

Hom. Strab. Plin. Steph. Rhytium, urbs Cretæ, quæ & Rhitymna Ptol. (Vide ibi) & Rhœteum Virg. Nom. gent. Rhytieus, & Rhytiassus apud Steph.

Gall. Ribuarius, pag. Gall. Belg. in Campania in territ. Rhemens. ad Ruram fluv. qui nunc *Ribemont* appellatur. De eo in vitis Sanctorum.

Ptol. Ricina, Ricnea Plin. Riduna Ant. *Racline* teste Camd. inf. Albionis Scotiæ adjacens ad occ. inter Ebudas. Al. *Skye*, contra Itis fluv. ostia.

Plin. Ricinenses, pop. Piceni, quorum urbs Helvia Ricina ex vet. inscript. quæ Maceratæ asservatur, episc. à Gothis excisa, ex cujus ruinis Macerata non obscura urbs, & Recinetum (quasi nova Ricina) urbs in collis dorso inter Maceratam 7. & Lauretum 3. mill. pass. constructæ feruntur. Recinetum vulgo *Recanati* dicitur, ab Ancona 13. mill.

G. Tur. Ricomagum *Riom*, opp. Gall. Aquit. in finibus Arvernorum amplum & præclarum, à Claromonte urbe 3. leuc. in Bor.

Prov. Rom. Riga *Rig*, & *Riga* Italis, urbs Sarmatiæ Europ. ad fin. Venedicum, Livoniæ archiep. & metrop. ac emporium, inter Regium mont. Prussiæ metrop. ad Austrum 70. & Revaliam urbem extremam Livoniæ ad Arctos 39. leuc.

Rigiacum in Thes. ling. Lat. pro Origiacum, uti apud Ptol. Vide ibi.

Scrip. Scot. Rigmundia, urbs Scotiæ in ora orientali, quæ postea Andreapolis dicta est, *S. Andrews*, urbs archiep. & academia. Vide Andreapolis.

Tac. Amm. Rigodulum *Rgol*, pag. Trevirensium ad Mosellam, inter Treviros & Noviomagum, à Dagoberto rege ecclesiæ S. Maximini donatus. Alterum apud Confluentes ab Ammiano memoratur. Hic Julian. imp. pacem cum Francis iniit teste Ammiano.

Ptol. Rigodunum *Richmond*, urbs Albionis episc. Angliæ sub archiep. Cantuariens. in comit. Eboracensi, media fere inter Eboracum 30. & Carleolum ad 45. mill. distans. Al. vero videtur *Rippon* opp. [Camdeno *Riblechester*, in comit. Lancastrensi.] Est & Richmondia villa regia circa Londinium, ab eo 7. mil. distans.

Lib. Prov. Rigomagenses, pop. Alpium maritimarum, quorum opp. videtur Rigomagus infra memoratus, licet non sit in Alpibus; nisi sit Scingomagus Strab.

Anton. Rigomagus *Rinc*, opp. seu castrum Gall. Cisalpinæ in finibus Ligurum in ducatu Mont. Ferrati, inter Cottias opp. Laumellinæ reg. 24. & Taurinos 38. mill. pass. ex Itin. Anton. ab Asta Pompeia 10. à Casali 16. circiter distans. Est & opp. seu pag. Ubiorum ad Rhenum, *Rheinmagen*.

Ptol. Rigusa, *Orgaz* ex tab. recent. & ut nominis allusio persuadere videtur, opp. præclarum Hisp. Tarraconens. in nova Castella, inter Toletum ad Bor. 5. & Malagonum opp. in Austr. 8. mill. Quod nomen in cod. Græco Ptol. desideratur. [Non vero in Seldeni manuscr.]

Ringus, *Guzzing* hodie teste Laz. opp. seu pag. Pannoniæ primæ. Eginart.

Rinuci, *Rhyngauwer* Laz. pop. Gal. Belg. seu Germ. infer. in Batavis. Sed potius horum tractus *Runckerlandt* teste Hub. Leodio est, inter Batavos & Frisios, ac Betasios: *Rhyngauwer* autem tractus est Rhætiæ, non Batavorum. Plin.

Ripa seu Ripis *Ripen*, urbs Cimbricæ Chersonesi in regno Daniæ episc. sub archiep. Lundensi. Prov. Rom.

Ripa alta, *Pentole* teste Laz. opp. Pann. infer. in Hungaria ad Danubium, medium inter Budam, & Altinium in Euronotum 7. leuc. dissitum. Est & Ripa alta *Roxburgh* in ora Scotiæ orientali, apud Angliæ confinia, apud Borcovicum, & Tuedam fluv. Anton.

Ripa alta altera fuit in Valeria Ripensi. Ripa item alta *Rivalta* vel *Rivolta*, pag. agri Mediolanensis apud Adduam flum. inter Mediolanum 12. & Cremam 10. mill. pass. Lib. Not.

Ripa Curtia *Ribagorza*, opp. Hisp. Tarrac. in regno Arragonio intra montes Pyrenæos, supra Iaccam urb. 8. leuc. comitatus. Vet. Tra.

Ripa dextra, ora Galliæ Narbonens. in lingua Occitana, inter ostia Rhodani & Narbonem. Auson.

Ripa prima, idem quod Summuntorium, in Vindelicia, & Bavaria. Vide ibi. Lib. Not.

Ripa Transona, sic vulgo, urbs recens episc. sub archiep. Firmano, inter Firmum & Asculum supra 12. mill. pass. à Gregorio 13. Pont. max. episcopalis effecta. A Ptol. Cupra montana dicta putatur.

Riparioli, Ripuarii Regin. Riparii Eginart. Ripuarienses aliis, & Austrasii, pop. Gall. Belg. inter Mosam, Rhenum, & Mosellam. Quorum reg. Lotharingia, & Westrichia. Jornandi

Riphæi, montes Scythiæ. Vide Rhiphæi. Claud. de 6. conf. Honor.

" *Riphæo tripodas repetens detorsit ab axe.*

Ex his montibus Aldescum & Panticapen amnes fluere Dionys. Afer testatur.

" *Dividui currunt Riphæis montibus ambo.*

Riphearma, *Reama* teste Pineto, urbs Arab. felicis. Plin.

Ripheis, scopulus Græciæ, Ovid. lib. 2. de remedio amor.

" *Præterita cautus * Ripheide navita gaudet.*

[* Alii libri habent *Niseide*.]

Risamori, pop. Hisp. Tarracon. in Celtiberis teste Dom. Calderino. Martial.

Ristronomanice, opp. German. quod vulgo *Mundelheym* appellatur. Scrip. Germ.

Rithrus, portus Ithacæ sub Neio monte. Hom.

Rivarius, lacus Helvetiorum. De quo lib. 6. Itin.

" *Rivariusque lacus sitienti fauce relapsas*

' *Undas potavit*----------

Rivi *Rieux*, urbs Aquit. recens episc. sub archiep. Tolosano, à Joanne 22. Pont. max. sede episcopali donata, inter Tolosam & Convenas, 5. leuc. distans, Fuxo & Pamiæ proxima. Dicitur & Rivenæ. Prov. Rom.

Riusiava *Gengen*, urbs German. Vide Rhiusiava. In Thes. ling. Lat. & apud Ortel. Rhiusiana legitur; cum Rhiusiava legendum sit.

Rivuli puellarum *Nagbanya*, urbs Daciæ in Transylvania, à Bistricia 6. leuc. in occ. quæ & Rivulus dominarum dicitur, & *Banya* vulgo. Scrip. Germ.

Rivus Francorum *Refranco*, castrum Liguriæ in duc. Mediolanensi, inter Alexandriam 12. & Astam 6. mill. ubi Grimoaldus Longobardorum rex Francos seu Gallos fudit. P. Diac.

Rizonicus sinus, sic in Thes. linguæ Lat. Vide Rhizonicus, uti legendum, & scribendum est.

Roame, pagus Alpium Cottiarum, *Rosans*. Vide Rame. Anton.

Roboretum *Rovere*, opp. Cenomanorum Venetiæ P. Diac.

in agro Tridentino apud Athesim fluv. inter Tridentum ad Bor. 12. & Veronam in merid. 36. mill. pass. Alterum in Insubria ad Muetium fluv. ultra Belitionem, in Helvetiorum ditione.

Roboretum item, & campus Roborum apud Bedam, vulgo *Dury*, seu *Derry*, urbs est episc. Hultoniæ, ab Armaca sive Ardamacha metrop. ad 40. mill. pass. Hibern. Boream versus recedens; quæ & novum Londinium, vulgo *London-Derry*, ob Anglorum coloniam eo deductam.

Amm. Robur *Rutthauss* vel *Rotthauss*, munimentum prope Basileam urbem Germ. in illius suburbio, teste Simlero.

Scrip. Gill. Rocomacorus, opp. Gall. Aquitan. quod *Rochemindour* vulgus appellat.

Lib. Not. Rodrina, *Roye* teste Ortel. cum al. opp. Gall. Belg. in Picardia non obscurum, inter Noviomum 4. & Ambianos 8. leuc. atque inter Silvanectum 13. & Peronam 7.

Strab. Rœtaces, fluv. Armeniæ majoris in Cyrum fluv. influens.

Rœti, pop. Hor. lib. 4. carm. ode 4.

"*Videre Rœti bella sub Alpibus.*

Vide Rhæti.

Ptol. Rœtius, *Monte di Mezzo* Pin. & *M. Rosso* aliis, mons Corsicæ. Vide Rhœtius.

Prov. Rom. Roffa, olim Rutupis seu Rutupiæ, *Rochester*, urbs Albionis episc. Angliæ sub archiep. Cantuariensi, apud Thamesim fluv. media fere inter Londinium & Cantuariam, ad 20. mill. dissita à Londinio, à Cantuaria 24.

Roma, sic vulgo, urbs Italiæ in Latio, cum suburbio Vaticani in Hetruria, Tiberi fluv. interfluente, caput orbis terræ, olim sub imperatoribus, nunc sub summ. Pont. cui in Italia 33. archiep. præter 90. episc. immediate subjecti, & 6. arch. insulares, in Hispan. 11. in Gall. 18. in Belgio 3. in Germ. 7. in regno Polonico 3. in regno Daniæ & Sueciæ 3. in Hibernia 4. in Anglia 2. in Scotia 2. si ad unitatem redirent, in Hungaria 2. in Illyrico 4. insulares sub Venetis 2. in orbe novo 4. in India 2. (præter archiep. seu metropolitas Græci ritus in Europa, & Asia, & Africa, ac ritus Nestoriani in Syria, & regno Persarum, sub patriarchis Constantinopolitano, Antiocheno, Alexandrino, & Hierosolymitano) parent. Populi Romani, & Quirites olim, & Romuli, Romulei, & Romulidæ poetis. De Roma Ovid. lib. 5. fast.

"*Hic, ubi nunc Roma est, orbis caput; arbor, & herba,*
"*Et pauca pecudes, & casa rara fuit.*

Auson. de ternario numero, edyl. 11.

"*Martia Roma triplex; equitatu, plebe, senatu.*

Virgil. lib. 1. Æn.

"*Romulus excipiet gentem, & Mavortia condet*
"*Mœnia, Romanosq; suo de nomine dicet.*

Romæ (ubi carne pluit Servio Sulpitio cons. teste Liv. l. 3. dec. 1.) plures sub consulibus in literis, versu præsertim, floruere. In his Andronicus epicus, qui fabulas Latinas primus scripsit, Ennius Salentinus, Plautus Sarsinas, Nævius Campanus, Pacuvius (nepos Ennii) Brundusinus, Cæcilius Gallus, Ennii & Terentii amicus, comœdiographus, Accius tragœdus, Terentius comicus, Lucilius satyrographus ex Aurunca urbe, Turpilius comœdiographus, Terentii synchronus, Afranius comicus Terentii ætate, Attilius tragœdus, Trabeas octavus inter comicos, Syrus mimographus libertus sub Cicer. Licinius epigrammatista, Q. Catullus synchron. Varronis, Licinius Gallus, Q. Cornificius, Furius Bibaculus natus Cremonæ, Terentius Varro Attacinus synchron. Cic. & Hortensii, cum aliis. Romæ quo die Christus Dominus noster natus est, in Vaticano fons olei erupit, & toto die manavit. Hæc primum à Senonibus Gallis capta est anno urbis cond. 362. Olymp. 97. anno 3. Secundo à Gothis, sub Athalarico rege, an. sal. 410. urbis cond. 1161. Tertio à Wandalis, sub Genserico rege, anno sal. 455. urbis cond. 1206. Olymp. 308. anno 2.

Romæ ædificia antiqua, aliaque, ex quibus urbis splendor olim, & magnitudo deprehenditur, ex Sexto Rufo, P. Vict. & aliis.

Ædes sacræ 102
Ædiculæ 424
Ærarium ingens in octava regione
Amphitheatra 3
Antra ingentia 2
Aquæ 24
Aquæductus 14
Aræ 32. præcipuæ
Arcus 36
Areæ 19
Armamentarium in undecima reg.
Asylum in sexta reg. alterum in octava reg.
Atria 6. in octava reg. & alia alibi
Balnea 909. alia privata 82
Basilicæ 21
Bibliothecæ publicæ 40
Campi 17
Capitolia 2. novum, & vetus
Carceres plures: in iis Tullianum, & Centum virorum
Carinæ in tertia reg.
Castellum aquarum trium, Marciæ, Juliæ, & Tepulæ, in quinta reg.
Castra 9
Circi 8. al. 9
Clivi 4
Clypei aurati 12
Cohortes prætoriæ 14
Cohortes vigilum 6
Cohortes urbanæ 6. al. 12
Colles 7
Colossi 2
Colossi æneì 37
Colossi marmorei 51
Columnæ Cochlides 2
Columnæ aliæ plures: in iis Lactaria, ubi lac infantibus præbebatur
Curatores 28
Curiæ 30
Delubra multa, sed præcipua 10
Domus 2117. al. 2097
Emporium ingens in duodecima reg.
Equi ænei 84. eburnei 124. magni 23
Excubitoria 14
Fontes duo præcipui, Scipionis, & Sylvani
Fora 19. ex quibus Forum Romanum regio est
Horrea publica 327
Horti plures, memoratiores 15
Iani quadrifrontes 36
Insulæ 46602
Lacus 1352
Latrinæ publicæ 144
Lavacra publica plura, duo præcipua
Lucus 31
Ludi plures, in iis litterarii in octava reg.
Lupanaria 46
Lymphæa. Vide Nymphæa
Macella plura; sed præcipua, magnum, & Livianum
Mansiones aliquot, in quibus Albanæ in secunda reg.
Mensæ olearíæ 24000
ontes in urbe 7. trans Tiberim 2
aumachiæ 6
osocomium ingens in insula
Nymphæa 12

Obe-

Obelisci magni 6. parvi 42
Pilæ 3
Pistrina publica 329. al. 254
Pontes 8
Portæ 37
Porticus 52
Prata 2
Pyramides aliquot, magna ex parte confractæ
Regiæ 3. Numæ, Tullii, & Hostilii
Regiones 14. quibus additæ 5
Rostra 2. nova, & vetera
Sacella plura, memoratiora 15
Sacraria plura, præcipua 4
Salinæ in undecima regione
Scalæ Gemoniæ in reg. decimatertia
Scholæ memorabiliores 5
Senatula 4. tria virorum, unum matronarum
Septizonia 2. novum, & vetus
Sepulcra plurima, sed famosiora 20
Signa Deorum, & statuæ, sine numero
Simulacra virorum illustrium 40
Spelunca Caci in reg. decimaquarta
Stationes plures, cohortium, & municipiorum
Statuæ plures, memorabiliores 15. partim Deorum, partim hominum
Tabernæ plurimæ, in quibus 3. præcipuæ
Templa 133. in iis 2. Fortunæ, plura Jovis, Junonis, & Veneris
Theatra 4
Thermæ 20
Tribus 35. additæ 14
Velabra 2. novum, & vetus
Vexilla publica 2
Viæ 31
Vici 424
Vicomagistri 840
Villæ publicæ aliquot

Hic lectorem admonendum duxi, ne urbem Romam minorem ipsa fama æstimet, dum hic domos, & statuas adeo paucas legit; nam hic domus tantum censentur, quæ nos hodie palatia vocamus: quod si incolarum numerum, sive ædium multitudinem conjectura quis assequi velit, insularum numerum cogitet. Quod ad statuas attinet, sciat, eas innumeras fuisse; cum Romani urbe Volsiniensium capta & direpta, inde supra duo millia statuarum Romam teste Livio asportarint.

Romanæ familiæ seu gentes patriciæ, ex Tito Livio, Dionysio, Tacito, Dione, Plutarcho, Tranquillo, & aliis.

Silvia, ab Ænea Silvio, 1. Latinorum regum fam. cujus fuere Romulus & Remus.

Pompilia, à Pomponio Sabinorum rege: à quo Numa Pompilius 2. rex Rom.

Hostilia, ab Hostilio ex urbe Medullia. Hinc Tullus Hostilius 3. Rom. rex.

Marcia, à Marcio Sabino, qui à Numa rege primus Pont. max. creatus est. Hinc Ancus Marcius 4. Rom. rex.

Tullia, à Tullio Corniculano. Hinc Servius Tullius 6. Rom. rex. Tarquinio occiso.

Tarquinia, à Damarato Corinthio Tarquiniis exulante: à quo Lucumo, qui Tarquinius Priscus dictus est, 5. Rom. rex à Marciis occisus. Hinc etiam L. Tarquinius Superbus, 7. Rom. rex, ob stuprum Lucretiæ illatum regno pulsus.

Fabia, à Fabio Herculis filio. Hinc Fabii Vibulani, & Maximi, & Pictores, & Ambusti, & Buteones, & Rulliani: ex quibus Maximi diu perdurarunt.

Antonia, ab Antone Herculis filio. Hinc M. Anton. triumvir, qui ab Aug. victus apud Actium, Alexandriæ se interemit, L. Antonio fil. relicto, qui Massiliæ moriens genti finem fecit.

Junia, à Junio Æneæ comite. Hinc L. Junius Brutus, qui Tarquinium Superbum regem expellendum curavit, & consulibus principium fecit reipublicæ.

Sergia, à Sergesto comite Æneæ. De quo Virg. lib. 5. Æneid.

" *Sergestusque, domus tenet à quo Sergia nomen.*

Hinc L. Sergius Catilina; qui, cum contra rempub. arma sumpsisset, in agro Pistoriensi deletus est.

Julia, ab Iulo Æneæ fil. qui & Ascanius; vel ab Iulo Ascanii fil. ut aliis videtur. Hinc C. Julius Cæsar, toties consul, qui subacta Gallia, Britannia, Hispania, victo Pompeio, remp. dictator perpetuus occupavit, à Cassio & Bruto interfectus. Ab eo Octavianus adoptatus 1. imp. fuit Augustus, post quem Tiberius 2. Claudius 3. Nero 4. postremus de hac familia. Virgil. lib. 1. Æn.

" *Julius, à magno demissum nomen Iulo.*

Gegania, à Gia comite Æneæ: unde Geganius Macerinus 1. & postremus, M. Geganius Macerinus tribunus mil. consulari potestate, anno urbis cond. 283.

Nautia, à Naute comite Æneæ. Hinc Sp. Nautius Rutilus cos. cum Sex. Furio: postremus, C. Nautius cos. cum M. Claudio an. 466.

[Clœlia, à Clœlio Æneæ comite.]

Æmilia, ab Æmilio Ascanii fil. vel à Mamerco Numæ fil. teste Plut. In ea Mamercini, Lepidi, Paulli, Barbulæ, Papi, & Scauri. Paullus Æmilius Persen Maced. regem vicit. M. Scaurus & consul, & censor, & princeps senat. fuit. M. Æmilius Lepidus triumviratum ab Aug. renunciare coactus est. Alii Æmilii Barbulæ, & Papi coss. fuere. Ultimus, M. Scaurus Sardiniam sortitus, & repetund. postulatus, à Cic. defensus est, & absolutus.

Valesia, postea Valeria, à Sabinis, sive à Tatio rege ortum duxit, pacemque inter Sabinos & Rom. composuit. In ea sunt Publicolæ, Maximi, Potiti, & Messalæ. Autor gentis Valerius Volusus. 2. familia hujus gentis est Flacca; in qua 1. L. Valerius Flaccus fuit. 3. Falconum, & 1. Q. Valerius Falco. 4. Lævinorum, & 1. P. Valerius Lævinus.

Horatia, ab Horatiis, (qui Curiatios & Albanos subegerunt) in tres familias divisa, in Pulvillos, Barbatos, & Coclites. Horatius Pulvillus autor fuit.

Postumia: in qua 1. P. Postumius Tubertus cum M. Valerio cos. ann. 248. postremus, L. Postumius Megellus cos. cum Q. Manilio an. 491.

Menenia: in qua 1. Agrippa Menenius Lanatus cos. cum P. Postumio an. 250. ultimus, M. Menenius tribun. milit. an. 376.

Virginia: in qua 1. A. Virginius Tricostus cos. cum T. Veturio an. 259. ultimus, L. Virginius Tricostus cos. an. 365.

Sulpicia: in qua 1. Ser. Sulpicius Camerinus cos. cum P. Volumnio an. 292. postea Ser. Sulpicius Camerinus cos. cum M. Fabio an. 408. hinc P. Sulpicius Galba, cos. cum Gn. Fulvio an. 543; & Ser. Sulpic. Galba cos. & imperator, ab Othone occisus; & Ser. Sulp. Galba Calpurnius à Galba imp. adoptatus, postremus gentis.

Furia: in qua 1. Sex. Furius Fusus cos. cum Sp. Nautio an. 265. cum aliis Fusis; L. Furius Medullinus cos. an. 321. cum aliis Medullinis; M. Furius Camillus censor cum M. Posthumio an. 350. cum aliis Camillis; C. Furius Pacilus cos. cum M. Papirio an. 312. cum aliis Pacilis.

Lucretia: in qua 1. Sp. Lucretius Tricipitinus cos. cum P. Valerio an. 244. ultimus, L. Lucretius tib. mil. an. 373.

Quinctia tergemina. In 1. Quinctii Capitolini: 1. T. Quinctius Capitolinus Barbatus cos. cum Ap. Claudio an. 282. ultimus, T. Quinctius Capitolinus Barbatus trib. mil. an. 348. In altera Quinctii Flaminii: 1. T. Quinctius Flaminius cos. cum Sexto Ælio an. 555. ultimus, T. Quinctius Flaminius cos. cum Q. Cæcilio anno 620. In tertia Quinctii Cincinnati: 1. L. Quinctius Cincinnatus cos. cum C. Claudio an. 293. ultimus, T. Quinctius Cincinnatus cos. cum C. Sulpicio an. 402.

Papisia, postea Papiria: in qua Papisii Mugillani, & Papirii Crassi. Eorum 1. L. Papisius Mugilanus cos. cum L. Sempronio an. 309. ultimus, M. Papisius Mugilanus cos. cum C. Nautio an. 342. Horum 1. M. Papirius Crassus cos. cum C. Furio an. 312. ultimus, L. Papir. Crassus dictat. an. 433. Item fuere Papirii Cursores: 1. L. Papirius Cursor censor cum C. Julio anno 361. ultimus, L. Papirius Cursor secundum cos. cum Spurio Carvilio anno 481.

Claudia, ab Actio Clauso Sabino ex opp. Regillo. Hic postea Romæ in sen. cooptatus Appius Claudius dictus est. In qua 1. App. Claudius prædictus cos. cum P. Servilio an. 258. ultimus, App. Claudius Pulcher cos. cum L. Porcio an. 569. App. Claudius Pulcher opera Cæs. factus trib. pleb. Ciceronem in exilium ejecit.

Servilia, à P. Servilio Prisco ex Alba excisa Romam translato ortum habuit. In qua Servilii Cæpiones, Vatiæ, & Gemini. 1. Cæpio Gn. Servilius cum C. Sempronio cos. fuit an. 500. 1. Vatia fuit P. Servilius censor cum L. Aurelio an. 689. 1. Geminus P. Servilius fuit cos. cum L. Aurelio anno 501. cum aliis.

Cornelia, amplissima omnium, quatuor familias complectens; Maluginensium, Scipionum, Rufinorum, & Lentulorum. 1. Maluginensis fuit Serv. Cornelius cos. cum Q. Fabio an. 268. ultimus, P. Cornelius cos. cum Q. Marcio an. 447. 1. Scipionum fuit P. Corn. magister equitum cum M. Furio Camillo an. 357. ultimus, P. Cornelius cos. cum L. Domitio an. 727. 1. Rufinus, P. Cornelius dictat. an. 419. ultimus, L. Corn. Sulla cos. cum C. Julio an. 748. 1. Lentulus Ser. Cornelius cos. cum L. Genucio an. 450. ultimus, P. Corn. cos. cum Gn. Cornelio an. 735.

Manlia: in qua 1. Gn. Manlius cos. cum M. Fabio an. 273. ultimus, T. Manlius Torquatus cos. cum Gn. Octavio an. 588. Primi enim Vulsones, medii Capitolini, posteriores Torquati dicti sunt.

Cassia: in qua 1. Sp. Cassius Viscelinus cos. cum Oppio Virginio an. 251. ultimus, C. Cassius cos. cum M. Terentio an. 680.

Æbutia: in qua 1. T. Æbutius Helua cos. cum P. Veturio an. 254. ultimus, Posthumus Æbutius Helua Cornicen cos. cum M. Fabio ann. 311.

Pinaria, à Pino Numæ regis fil. unde 1. P. Pinarius Rufus cos. cum C. Julio an. 264. ultimus, L. Pinarius Natta dictator an. 390.

Vetusia, & Veturia: in qua 1. P. Veturius Geminus Cicurinus cos. cum T. Æbutio an. 254. ultimus, C. Veturius Crassus Cicurinus trib. milit. anno 384.

Sempronia: in qua 1. A. Sempronius Atratinus cos. cum M. Minucio an. 256. ultimus, A. Sempronius Atratinus magist. equit. anno 374.

Minucia: in qua 1. M. Minucius Augurinus cos. cum A. Sempronio an. 256. ultimus, Q. Minucius Augurinus cos. cum C. Horatio ann. 296.

Aquillia: in qua 1. C. Aquillius Sabinus cos. cum T. Sicinio ann. 266. Alii Flori, Corvi, & Galli; nam M. Aquillius Gallus cos. fuit cum C. Mario anno 652.

Quinctilia: in qua 1. Sext. Quinctilius Varus cos. cum P. Curiatio an. 300. ultimus, Gn. Quinctilius Varus dictator an. 422.

Hortensia: in qua 1. Q. Hortensius dictator an. 457. ultimus, M. Hortensius Ortalus; de quo Suet. in Tiberio.

Octavia à Velitris orig. duxit: in qua 1. Gn. Octavius Rufus quæstor: inde plures coss. ultimus, Gn. Octavius cos. cum M. Scribonio an. 677. Hinc C. Octavius à Jul. Cæs. adoptatus, & postea imp. Augustus.

Gentes plebeiæ: ex quibus ad amplos honores plures evecti sunt.

Licinia: in qua 1. P. Licinius Calvus trib. mil. & consular. potestat. an. 353. ultimus, M. Licinius Crassus cos. cum Gn. Cornelio an. 739. Ex ead. L. Licinius Lucullus cos. cum A. Postumio an. 602. cum aliis; & L. Licinius Muræna prætor anno 670. Fuit & L. Muræna cos. cum D. Silano; de quo Cic. in oratione pro Muræna.

Aurelia, à Sabinis orta, prius Auselia, à sole, vel auro dicta: in qua 1. C. Aurelius Cotta cos. cum P. Servilio an. 501. ultimus, L. Aurelius Cotta cos. cum L. Manlio an. 688.

Decia, à P. Decio, qui se pro patria devovit, ortum ducens: in qua 1. P. Decius Mus cos. cum T. Manlio ann. 413. ultimus, P. Decius Mus cos. cum P. Sulpicio an. 474. Hujus mem. Juvenal. sat. 8.

" *Plebeiæ Deciorum animæ, plebeia fuerunt*
' *Nomina*----------

Cæcilia, quæ à Cæculo Prænestis conditore derivari putatur. In ea 1. L. Cæcilius Metellus cos. cum C. Servilio ann. 469. ultimus, Q. Cæcilius Metellus cos. cum A. Licinio an. 758.

Ælia (quam alii inter patricias numerant) plures continet; Pætos, Tuberones, Ligures, Catos, & Lamias. P. Ælius Pætus 1. cos. cum C. Sulpicio fuit an. 416. Q. Ælius Tubero 1. cos. cum Paullo Fabio an. 742. Sex. Ælius Catus cos. cum T. Quinctio an. 555. P. Ælius Ligus cos. cum C. Popilio anno 581. L. Ælius Lamia cos. cum M. Servilio anno 754. De his Hor. l. 3. carm. od. 17.

" *Æli vetusto nobilis ab Lamo,*
" *(Quando & priores hinc Lamias ferunt*
' *Denominatos, & nepotum*
' *Per memores genus omne fastos)*
" *Autore ab illo ducis originem.*

Domitia, gemina; Calvinorum, & Ahenobarborum. In 1. Gn. Domitius Calvinus cens. cum Q. Fabio an. 474. In altera Gn. Domitius Ahenobarbus 1. cos. cum L. Quinctio an. 561. Hinc Gn. Domitius Ahenobarbus, à Claudio imp. adoptatus, imperator fuit, Nero Claudius Domitianus dictus.

Claudia Marcellorum: in qua 1. M. Claudius Marcellus cos. cum C. Valerio an. 422. ultimus, M. Claudius Marcellus cos. cum L. Aruntio anno 731.

Mucia: in qua Q. Mucius Scævola 1. cos. cum Sp. Postumio an. 579. ultimus, Q. Mucius Scævola pontif. & cos. cum L. Crasso an. 658.

Porcia à Cære opp. ortum habet: cujus princeps fuit M. Porcius Cato Censorinus augur, quæstor, cos. cum L. Valerio anno 558. Hinc M. Porcius Cato qui se Uticæ interemit, partes Pompeii secutus.

Curii, Fabricii, & Coruncanii, potius inter municipes, quam inter gentes numerantur.

Acilia à Trojanis ortum habere fertur. In ea 1. M. Acilius curulis fuit anno 557. item M. Acilius Glabrio cos. cum P. Corn. anno 562. ultimus,

mus, M. Acilius Glabrio cos. cum C. Calpurnio anno 686.

Maria à C. Mario municipe Arpinate initium habuit, qui septies cos. fuit, qui armis Syllanis ejectus Minturnis vitam finiit. Ultimus, C. Marius cos. cum Gn. Papirio anno 671.

Pompeia, gemina. In 1. A. Pompeius Rufus, à quo Q. Pompeius Rufus cos. cum Gn. Servilio an. 642. ultimus, Sex. Pompeius Rufus cos. cum Sexto Apuleio an. 766. Altera Gneorum est: ex qua Gn. Pompeius cognom. magnus, à Cæs. victus in Pharsalia, cum antea pluries triumphasset.

Livia: in qua 1. C. Livius Denter mag. equitum an. 405. Primus cos. cum L. Æmilio an. 534. fuit M. Livius Salinator. Hinc C. Livius Drusus cos. cum P. Corn. ann. 606. ultimus, L. Livius Drusus cos. cum L. Calpurnio an. 738.

Tullia ortum à Tullo, Volscorum rege, habet ex municipio Arpinate: in qua Cicerones. Quorum splendor M. Tullius Cic. fuit, cum ad consulatum pervenerit, eloquentiæ Latinæ pater.

Junia: in qua D. Junius Brutus 1. cos. cum L. Furio ann. 428. ultimus, M. Junius Brutus cos. cum M. Æmilio ann. 676. Fuere ejusd. gentis Junii, Penni plures, & Silani. Nam ultimus Pennus cognom. Callaicus cos. fuit cum P. Corn. an. 615. ultimus Silanus, M. Junius, cos. cum C. Julio anno 728. Item L. Junius Pullus cos. cum P. Claudio anno 504.

Fulvia: in qua L. Fulvius Curvus 1. cos. cum Q. Fabio an. 431; Gn. Fulvius Centumalus cos. cum L. Corn. an. 455; M. Fulvius Petinus cos. cum T. Manlio an. 454. cum aliis; M. Fulvius Nobilior cos. cum Gn. Manlio an. 564. cum aliis; M. Fulvius Flaccus cos. cum App. Claudio an. 489. cum multis aliis ultra an. 628.

Sempronia: in qua Sempronii Sophi, quorum 1. fuit P. Sempronius Sophus pont. & cos. cum P. Sulpicio an. 449; Longi, quorum 1. T. Sempronius Longus cos. cum P. Corn. ann. 535; Tuditani, quorum 1. cos. cum M. Corn. ann. 549. fuit P. Sempronius Tuditanus; & Gracchi, quorum 1. cos. cum P. Valerio anno 515. fuit T. Sempronius Gracchus, ultimus, C. Sempronius Gracchus quæstor an. 630. de quo Cic. in Bruto.

Atilia: in qua Atilii Reguli, quorum 1. L. Atilius Vulso trib. milit. ann. 354. cum aliis cos. quorum ultimus, C. Atilius Regulus Serranus cos. cum Q. Cæpione an. 647; & Atilii Calatini, quorum 1. fuit A. Atilius Calatinus cos. cum Q. Sulpicio an. 495. inde C. Atilius Calatinus Bulbus cos. cum M. Fabio an. 508.

Calpurnia à Calpo filio Numæ regis orta teste Plut. traditur. In ea Pisones & Frugi, duæ familiæ sunt. Primæ 1. cos. cum A. Postumio fuit C. Calpurnius Piso an. 572. cum aliis. Alterius 1. cos. fuit cum A. Gabinio anno 695. L. Calpurnius Piso Frugi; cujus mem. Cic. pro Sextio. Ovid. de Pisonibus sic, ad Pisonem:

" *Claraque Pisonis tulerit cognomina prima,*
" *Humida callosa cum pinseret hordea dextra.*

Marcia: in qua C. Marcius Rutilus pont. & 1. cos. cum Gn. Manlio anno 396. ultimus, C. Marcius Censorinus cos. cum C. Asinio an. 745.

Popillia: in qua 1. cos. cum C. Manlio an. 394. fuit M. Popillius Lænas Fl. Carmentalis; postremus, P. Popillius Lænas cos. cum P. Rupilio anno 621.

Plautia: in qua 1. cos. cum M. Fabio fuit C. Plautius Proculus anno 395. ultimus, M. Plautius Silvanus cos. cum C. Julio an. 751.

Lutatia: in qua 1. pont. max. & cos. cum A. Postumio anno 511. fuit C. Lutatius Catulus; postremus, Q. Lutatius Catulus cos. cum M. Æmilio anno 675.

Romanæ gentes & familiæ ord. alphabetico.

Acilia	Lutatia
Æbutia	Manlia
Ælia	Marcia
Æmilia	Maria
Antonia	Menenia
Aquillia	Minucia
Atilia	Mucia
Aurelia	Nautia
Cæcilia	Octavia
Calpurnia	Papiria
Cassia	Pinaria
Claudia	Plautia
Clœlia	Pompeia
Cornelia	Pompilia
Coruncania	Popillia
Curia	Porcia
Decia	Postumia
Domitia	Quinctia
Fabia	Quinctilia
Fabricia	Sempronia
Fulvia	Sergia
Furia	Servilia
Gegania	Silvia
Horatia	Sulpicia
Hortensia	Tarquinia
Hostilia	Tullia
Julia	Valeria
Junia	Veturia
Licinia	Virginia
Livia	Quarum aliæ patriciæ, a-
Lucretia	liæ plebeiæ erant.

Romanianum *Romagnano*, pag. agri Novariens. non obscurus apud Sessitem fluv. inter Novariam & Varallum, à Novaria 18. mill. pass. à Vercellis pluribus distans, locus antiquus, ut inscript. antiquæ marmoreæ demonstrant, in literis summ. Pontif. memoratus. Ibi D. Sylvanus martyr colitur.

Romandues, hodie *Vermandois*, pop. sub Rotomago; male in Thes. ling. Lat. Vide Veromandui.

Romanum seu Romani *Romans*, oppid. præclarum Gall. Narbon. in Delphinatu, ad Hisaram fluv. non longe in Rhodanum labentem, Valentiæ urbi proximum, ad 3. mill. recedens, Viennam versus in Bor. 10. à Romo 16. rege, ut est antiqua traditio, ædificatum. *Vet. Tra.*

Romarici mons, castrum Lotharingiæ in M. Vosago apud Mosellam fluv. quod Avendi castrum teste Roserio appellatur. *Regin.*

Romaricus mons in vitis Sanctorum, Romaricum castrum Aimoin. *Remiremont*, & German. *Rimelsberg*, opp. cum cœnobio in Lotharingia, inter Spinallum ad Bor. 4. & Fontenacum in merid. in comitatus Burgundiæ conf. 5. leuc. Idem cum superiore, licet apud Ortel. uti diversum positum sit. *Aimoin.*

Romatiana, urbs Carnorum, quam Baronius Aquileiam esse putat. Sed Ortel. Concordiam, seu Portum Romatinum, sic à fluv. dictum; quod verisimilius videtur. *Martyrol.*

Romatinum, *Limino* teste Leand. cum al. fluv. Carnorum ex Alpibus Carnicis inter Liquentiam & Tilaventum fluens, mareque Hadriaticum apud Concordiam urb. subiens. *Plin.*

Romechium, locus Magnæ Græciæ inter Locros & Caulonem. De quo Ovid. lib. 15. metam. *Ovid.*

" *Romechiumq; legit, Caulonaq;, Naritiamq;.*

Ubi alii cum G. Barrio, *Zephyriumque legit*, & alii cum

cum Ortel. *Plemmyriumque legit*, legendum putant: sed ubi *Plemmyrium* in Magna Græcia? Forte *Remigioque legit*, legi debet, cum Romechium apud neminem legatur.

Anton. Romula, *Radtschach* teste Laz. pag. Liburniæ, quasi medius inter Seniam ad merid. & Siſciam ad Arctos & Cæc. ſupra 45. mill. paſſ. à Bibio 10.

Liv. Romulea, opp. Samnitium à Decio captum & direptum, (Ioſ. Simlerus hanc cum ſuperiori Romula Ant. confundit, quæ longe à Samnio diſtat) inter Equoticum & Hydruntum occurrit. Romulia apud Steph. legitur.

Treb. Poll. Romuleus mons *Palazzo maggiore*, mons urbis Romæ, idem Palatino.

Aur. Vict. Romulianum, *Ramzaret* teste Laz. pag. Daciæ Ripenſ. ad Tibiſcum fluv. apud Segedinum urbem, ubi Galerius imp. ſepultus, ſic à Romula matre dictus; qui imperator Geroicæ natus eſt, & Callinici occiſus, autore Aurel. Vict.

Lib. 4. Cod. Roncaliæ, locus Gall. Togatæ ad Padum fluv. apud Placentiam urb.

Ptol. Ropicum, *Rogela* teste Pineto, opp. olim, nunc pag. Corſicæ mediterr. In Theſ. ling. Lat. pro Ropicum Roſicum legitur.

Rora, fluv. Belgii. Vide Rura.

Prov. Rom. Roſa *Roxa*, urbs epiſc. Dalmatiæ ſub archiep. Raguſeo excisa, Aſcrivio proxima.

Scrip. Germ. Roſarum urbs *Roſtock*, urbs præclara German. ac Magnopolitani ducatus in ora maris Baltici præcipua, academia & empor. à Guſtrovia ſede principis 4. leuc. in Bor. De qua lib. 5. Itin.

" *Tandem nos recipit ſalvos urbs clara Roſarum,*
" *Carminibus finem quæ dedit, atque viæ.*

Eadem Rhodopolis à roſis nominatur. Vide ibi.

Anton. Roſcianum *Roſano* & *Roſſano*, urbs Magnæ Græciæ archiep. in Calab. citeriore, à littore ſinus Tarentini 3. mill. paſſ. diſtans, inter Beſidianum & Thurium (cui ſucceſſit in archiep.) ſupra 20. mill. paſſ. à Conſentia 35. Ruſcia Procopio.

Varr. Roſeæ campus, Roſea rura Virg. Roſia Cic. lib. 4. epiſt. ad Att. ager Sabinorum in territorio Reatino apud Velinum lacum. De quo Virg. lib. 7. Æn.

" *Qui Nomentum urbem, qui Roſea rura Velini.*

Liv. Roſellanus ager, ſic territor. Ruſellarum urbis Hetruriæ excisæ.

Ant. Cat. Roſetum, *Groſſeto* teste Nig. urbs Hetruriæ epiſc. ſub archiep. Senenſi, inde 40. mill. paſſ. diſtans, ad Umbronem fluv. ab ejus oſtio ac à littore 7. cum arce firmiſſima, à Telamone 12. mill.

Prov. Rom. Roſonum, urbs Dalmatiæ epiſc. ſub archiep. Raguſino, inde 20. mill. in ort. apud Caſtrum novum; Rhizinium apud vet. cujus epiſcopus Caſtri novi reſidere nunc fertur.

Prov. Rom. Roſtovia *Roſtow*, urbs Sarmatiæ in finibus Moſchorum archiep. à Moſcha regia Moſchorum 34. leuc. in Bor.

Anton. Roſtrata villa, locus Thuſciæ in via Flaminia, inter urbem Romam & Otriculum ad 24. mill. paſſ. cujus hodie nihil exſtat.

Anton. Roſtrum Nemaviæ, oppid. Rhætiæ inter Auguſtam Vindeliciæ & Campodunum, varie indigitatum; à Laz. *Roſhoptem* pag. à Siml. *Memmingen* urbs inter Auguſtam 12. & Lindavium 6. leuc. ſeu inter Ulmam 5. & Campodunum 4. & ab aliis *Mundelheim* opp. inter Auguſtam 6. & Lindavium 12. leuc. Prior interpretatio magis arridet.

Anton. Roſulum *Monte Roſi*, vicus Hetruriæ, (ubi cauponæ) Sutrio & Nepitæ urbibus proximus, medius inter urbem Romam & Viterbium, 20. mill. paſſ. utrinque.

Ptol. Rotanus *Tavignani*, & aliis *Aleria*, fluv. Corſicæ apud Aleriam urbem excisam in ortum fluens, ex medio inſulæ profluens.

Roterodamum *Roterdam*, urbs Batavorum littorea, elegans, & longa, inter Dordracum & Delphos. Cujus fit mentio lib. 4. Itin. *Script. Belg.*

" *Egregiam longamq; hinc urbem Roterodamum*
" *Navicula vecti, paucis exponimur horis.*

Rotomagus *Rouen*, urbs Gall. Normanniæ caput. Vide Rhotomagus. De qua fit mentio in libro 4. Itinerarii. *Anton.*

" *Luce ſequente agreq; incluſam montibus urbẽ*
" *Rotomagũ aſſequimur, celeri qua Sequana curſu.*

Roxolani, Roſſi Cedreno, Baſternæ ſeu Baſtarnæ Tac. teste Willichio, pop. Sarmatiæ Europææ, quorum reg. Ruthenia & Ruſſia *Ruſſen*, in regno Polonico, inter Poloniam minorem ad occ. & Podoliam ad ortum, ac inter Daciam ſeu Tranſylvaniam ad merid. & Lituaniam ad Arctos. Cujus metropolis Leopolis eſt. *Ptol.*

Rubeacum, Ruphiana Ptol. *Ruffach*, urbs Germ. ſuper. in Alſatia, inter Baſileam 5. mill. & Tabernam 10. à Seleſtadio 5. in Africum, à Mulhuſio 3. in occ. proxima Einshemio, milliario diſtans: urbs epiſcopi Argentoratenſis. *Scrip. Germ.*

Rubeæ prom. *Dagerort*, prom. Livoniæ ad ſin. Venedicum contra Oſiliam inſ. & urb. à Vinda urbe 28. leuc. in Bor. Sed Becano eſt prom. & arx Scandinaviæ Borealiſſimum in ora Norvegiæ, *Wardhuys*. Ortel. eſt *Nort Caep*. Inde mare Cronium incipit teste Solino. *Plin.*

Rubi, Rubus lib. concil. *Ruvo*, urbs Apuliæ Peucetiæ epiſc. ſub archiep. Barenſi, inter Canuſium ad occ. & Barium ad ort. 17. mill. ab Andria 6. Butuntum verſus 9. De qua Hor. lib. 1. ſermon. ſat. 5. *Hor. Anton.*

" *Inde Rubos feſſi pervenimus, utpote longum*
' *Carpentes iter----------*

In Theſ. ling. Lat. in Campania locatur, à qua longiſſime abeſt.

Rubico *Piſatello*, & circa ortum *Rugoſo* teste G. Merula, fluv. Æmiliæ, ſeu Gall. Tog. apud Ceſenam urbem, vix mille paſſ. ab ea in ort. Ariminum verſus diſtans, olim terminus Italiæ, & ubi à pop. Rom. Cæſari interdictum, ne ulterius armatus procederet, uti columna marmorea ibi erecta indicat. De quo Claud. in epiſt. ad Gennadium. *Cæſ. Plin. Ptol. & al.*

" *Italiæ commune decus, Rubiconis amœni*
' *Incola------------*

Rubiconem eum fluv. qui inter Savinianum & Ariminum decurrit, vulgo *Luſo* dictum, Ariminenſes putant, quod is à Suetonio & aliis per agrum Ariminenſium fluere dicatur; cum id Plin. lib. 3. cap. 15. apertiſſime repugnet. Nam ille ſic ex ordine fluvios recenſet, Ariminum, Apruſa, Rubicon, Sapis, &c. Eſt itaque Rubicon is qui inter Apruſam (quæ proculdubio *Luſo* quaſi *Pluſo* nunc appellatur) & Sapim in mare delabitur, olimque in agro Ariminenſium non longe à Cæſena fluens, apud ortum vulgo *Rugon*, apud Ceſenates *Rubicone*, & inferius *Piſatello* appellatur; apud mare vero amiſſo proprio nomine *Fiumeſino* nominatur, nomine à fluviolo apud Savinianum oppid. decurrente, cui miſcetur, accepto; uterque enim mare ſubit inter portum Cæſenatem & Ariminum, inde 4. hinc 11. mill. paſſ. quemadmodum ipſi, cum præfecturam ordinis noſtri generalem gerentes, & per ea loca tranſeuntes, vidimus, anno à partu Virginis 1625.

Rubiginis lucus erat in Latio prope urbem Romam: de quo Ovid. lib. 4. faſt. *Ovid.*

" *Flamen in antiqua lucum Rubiginis ibat.*

Sic à rubigine quæ agros ſive fruges lædit dictus. In eo flamen ſacra faciebat, & fundebat preces pro frugum incolumitate, ut apud Ovid.

Rubo, *Dwina* vel *Duna* teste Peucero cum Erberſtenio, fluv. Sarmatiæ Europææ per Livoniam fluens, ac mare Balticum ad Rigam urb. ſubiens. *Ptol.*

Rubra

Rubra Solenfara, opp. seu pag. Corsicæ in ora Australi, inter Bonifacium & Graniacum prom. 4. mill. pass.

Rubra saxa, *Grotta Rossa* teste Celso Cittad. locus Hetruriæ in agro Veientum in via Flaminia, ab urbe Roma 9. mill. pass. circa Cremeram. Rubræ Martiali lib. 4. epigr. 64.

" *Fidenas veteres, brevesq; Rubras.*

Rubrensis lacus *le lac de Narbonne*, lacus Gall. Narbonens. apud Narbonem urb. seu stagnum, per quod Atax fluv. labitur; Rubresus Melæ, Narbonensis Strab. Steph. & Suidæ. Dicitur etiam *le Lac de cap de estang*: & aliis *l' estang de la Rubine*.

Rubricatus, fluv. geminus: unus Hisp. Tarracon. in Catalaunia apud Barcinonem urb. fluens, cum opp. cognomine quod interiit, *Lobregat* teste Clus. cum al. Alter in Africa proprie dicta, Armua Plin. Ardalio Ortelio & Dac. *Ladog* Castaldo, & Jo. Leoni *Jadog*, Moletio vero *Guadilbalbar*, inter Hipponem Regium & Thabracham fluens. Prior Rubricatum Melæ.

Rubrum littus, ora orientalis Arab. felicis ad mare Rubrum.

Rubrum mare, Erythræum Græcis, mare quod Arabiam felicem alluit, in duosque sinus dividitur, Arabicum ad merid. & Persicum ad Arctos. Claud. de 4. cons. Honorii.

" *Sidonii Rubrique maris? tribuere colorem*
' *Phœnices*----------

Rubus, urbs Apuliæ. Vide Rubi.

Rubustini, pop. Apuliæ Peucetiæ, quorum urbs est Rubus.

Rucones & Roccones, pop. Hispan. Tarraconens. quorum reg. *la Rioia* seu *la Rioxa* teste Moral. dicitur, seu Rivogia Lat. recent. Jo. Marianæ, frumenti maxime ferax: cujus præcipua urbs Dominicopolis *S. Domingo de la Calzada*, inter Burgos ad occ. 14. mill. & Logronium in ort. 8. Scribitur etiam Ruccones.

Ruconium, *Regen* teste Laz. opp. Daciæ in Transylvania.

Rudiæ, Rodæi Strab. & Rodæ Steph. urbs Calabriæ in Salentinis, (non in Apulia, ut in Thes. ling. Lat.) patria Ennii poetæ, excisa, apud Lupias; locus adhuc *Ruie* nominatur, ab Aletio 2. mill. pass. distans. Cujus mem. Sil. lib. 12.

" *Nunc Rudiæ solo memorabile nomen alumno.*
Hinc Rudius, a, um, nom. gent. ut Ennius Rudius apud Cic. pro Archia. Rudiæ adhuc suo Ennio clarent, cui triplex cor inesse dicebatur (quod tres calleret linguas, Græcam, Latinam, & Oscam.) Floruit Plauti, & Scip. Africani, cui charus fuit, temporibus. Is se nunquam ad scribendum accingebat, nisi multo madidus vino, ut illi Horat. imponit in epist. 19. lib. 1.

Ruessium, *Rieux* Merc. urbs Aquitaniæ episc. inter Tolosam ad Bor. & Convenarum urbem ad merid. 5. leuc. Sed Villanov. est *S. Flour*, urbs in finibus Arvernorum, inter illos 14. & Ruthenos 10. leuc. quod Ptol. descriptioni magis congruit.

Rufacum *Ruffach*. Vide Rubeacum. Est & Rufacum, vulgo *Ruffec*, opp. Gall. Aquitan. inter Pictavos 14. & Engolismam 6. leuc.

Rufæ, Rufræ Sil. Ruffium Liv. ut videtur, opp. erat Campaniæ in Samnii conf. sive è contra, Eserniæ finitimum. Cujus hodie nullum exstat vestigium. De eo Virg. lib. 7. Æn.

' *Quiq; Rufas, Batulumq; tenent, atq; arva Celennæ.*

Rufi Virginii villa apud Comum, *Vico* suburbium teste Volaterr. ubi fuit Humiliatorum cœnobium.

Rufiana, *Oppenheim* teste Heroldo, opp. Germaniæ super. ad Rhenum, inter Wormaciam ad merid. 3. & Moguntiam in Bor. 2. leuc. in finibus Vangionum, non Nemetum, ut scribit Ptol.

Rugii, pop. Germaniæ in ora maris Baltici, quorum reg. Rugia ins. *Rugenlandt*, continenti Pomeraniæ pene juncta, contra Sundim urb. ubi Rugium Ptol. urbs, quæ & Vineta, urbs excisa in Rugia insula, cujus adhuc manent rudera. Licet Althamerus Rugium, nunc Caminum dici putet, urb. episc. Pomeraniæ in ora, à Stetino 10. leuc. in Bor. & Cæc. Julino, cui successit, proxima; quæ propterea novum Julinum dici potest.

Rugusci, Rhigusçæ Ptol. Rheni Steph. *Rhynthaler* & *Rhyngoewer* Siml. & Scudo, pop. Rhætiæ ad Rhenum fluv. incolentes, quorum opp. *Ragatz* ultra Curiam supra 2. leuc. ubi balnea Salutaria. Vide Rhigusçæ, seu Riguscæ. Hos Cæsar sub jugum Roman. misit.

Rumanea, *Rumanheym* teste Pighio, pag. Germaniæ infer. apud Juliacum urb. in illius suburbio.

Runconia *Roncoigne*, pag. Engolismens. agri, ab Engolisma 2. leuc. apud Rupem Focariam opp.

Rupella, Portus Santonum Ptol. *la Rochelle*, urbs Gall. Aquit. marit. prope inexpugnabilis, à Santonis 10. leuc. in occ. à Luxiona urbe Pictonum 6. in merid. Burdigalam versus, à Pictavis 22.

Rupera *Rupel*, fluv. Belgii parvus in Brabantia in Scaldem ad Rupelmundam opp. influens, inter Machliniam & Antuerpiam.

Rura *Roer*, fluv. German. infer. ex Eyfalia reg. in Mosam per Duram, Juliacum, & Linnicum urbes ducatus Juliacensis fluens, ad Ruremundam urb. Geldricam.

Ruradenses, pop. Hisp. Bæt. quorum pagus adhuc durat *Rus* dictus, apud Biatiam Vandalitiæ, 3. mill. pass. distans teste Morali.

Ruremunda *Roermond*, urbs Belgii extrema Geldriæ, ad Mosam, ubi Ruram (unde ei nomen) fluv. excipit, episcopalis sub archiepiscop. Machliniensi, sub Philippo 2. Hisp. rege & Belgii domino episcopalis effecta, inter Leodium ad merid. & Noviomagum urbem primariam Geldriæ ad Bor. 10. leuc. quot à Colonia Agrippina, ab Aquisgrano, & Trajecto, & Juliaco 6.

Rusazus, seu Ruzasus Plin. *Carbon* teste Moletio, opp. & colonia Maurit. Cæsariens. marit. inter Rusuccoras ad occ. 55. & Saldas in ort. 35. mill. pass. In Thes. ling. Lat. male pro Rusazus, Ruzatus scriptum legitur.

Ruscia, urbs Magnæ Græciæ. Vide Roscianum.

Ruscino, Rusino Ptol. Ruscinus Avieno, *Rousillon*, colonia & urbs excisa apud Parpinianum, (quod nova Ruscino dici potest) inter Narbonem ad Bor. 12. & Gerundam urbem Hispan. in ortum 13. leuc. comitatus in Gall. Narbonensi sub Hispanis, nomen adhuc antiq. urbis retinens: cujus urbis nil exstat præter turrim, *la Tour de Rousillon*.

Ruscino item fluv. Ruscio Ptol. ex monte Pyrenæo in mare per Ruscinonem urbem inter Caucoliberi & Salsusas labens, Thelas Melæ, *Tet* vulgo teste Varrerio, & al. *Rio di Rousillon*.

Rusconia, Ruscinona etiam apud Liv. Rustonium Ptol. Rungoniæ Ant. *Morafus*, & *Temen de Fust* teste Marmol. colonia & urbs Maurit. Cæsariens. (non Tingitanæ, ut in Thes. ling. Lat.) marit. inter Icosium ad occ. & Rusuccurrum ad ort. à Julia Cæsarea 78. mill. pass. in ort.

Ruscurium, Rusuccurrum Ant. & Vict. Uticensi, Rhusuccoræ Ptol. *Garbel* teste Molet. urbs & colon. Maurit. Cæsariens. (non Tingitanæ, ut in Thes. ling. Lat.) inter Rusconiam ad occ. 48. & Saldas ad ort. 90. mill. pass. episc. olim sub archiep. Cæsariensi.

Rusellæ, Rusellana colonia Plin. Rosellæ Anton. urbs Thusciæ eversa apud mont. Tuniatum, inter illum & Rosetum urb. adhuc *Rosella* nominatur.

Rusellana seu Rosellana balnea, *Bagni di S. Philippo*

lippo teste Leand. in Hetruria ad mont. Tuniati radicem, à Radacophano opp. 4. mill. pass. nomen à D. Philippo ordinis Servorum, qui ibi vitam solitariam duxit, habentia.

Ptol. Rusibis, Rusubis Vict. Uticensi, Rutubis Plin. *Omirabi*, sive *Umarabea* teste Marmol. portus & opp. Maurit. Tingit. ad Cusæ ostium in mare Atlanticum labentis: ubi Thymaterium urbs, *Azamor* vulgo, ab Atlante monte 120. mill. pass. in ortum versus Herculis columnas.

Plin. Mel. Ptol. Rusicada, *Estora* sive *Stora* Marmol. & Moletio, oppid. Africæ propriæ marit. apud Cullu urb. inde 50. mill. pass. in ort. Hipponem versus 120. fere.

Ptol. * Rusicibar, Rusubricari Ant. opp. Maurit. Cæsariens. marit. apud Rusconiam, ab ea 24. mill. pass. in ortum Rusuccorum versus totidem. [* In Seld. man. 'Ρυσικιβαρ.]

Cedr. Rusium *Rusio*, (non *Pusio*, uti legit Soph.) Topiris Ptol. Doberus Thucyd. Toprus Procop. urbs Thraciæ episc. sub archiep. Trajanopolit. inter Philippos 38. & Maximianopolim olim Porsulas 26. ab Hadrianopoli 169. mill. pass. in merid. & Africum.

Ptol. * Ruspæ, *Esfacus* teste Marmolio, urbs Africæ marit. olim episc. sub archiep. Carthaginens. inter Ruspinam ad occ. & Theænas ad ortum: cujus episcopus fuit S. Fulgentius. Aliis *Alfaques* dicitur. [* 'Ρȣ̃σπαι in Seld. man.]

A. Hirt. Ptol. Ruspina, *Mahadia* Moletio, urbs Africæ marit. inter Hadrumetum ad occ. & Ruspas magis distantes in ortum. Cujus mem. Sil. lib. 3.

" *Quæq; procul cernit non æquos Ruspina fluctus.*

Anton. Rusticiana, *Galisteo* teste Jacob. Delgado, oppid. Hispan. in Vettonibus apud Placentiam urb. ab ea 3. leuc. inter Emeritam ad Austrum 23. & Albam Tormens. in Bor. versus Salmanticam 21. in regno vet. Castellæ. Al. putatur *Civdad Rodrigo*.

Ptol. Rustonium. Vide Rusconia.

Plin. Ruteni. Vide Rhuteni.

Ruttis, sylva in Belgio apud Trajectum ad Mosam. De qua in vitis Sanctorum.

Plin. Rutuba *la Rotta*, fluv. Liguriæ ex Apenn. mont. in mare Ligusticum apud Vintimilium urb. descendens. Luc. lib. 2.

' *Unda facit, Rutubamq; cavum: delabitur inde.*

Plin. Rutubis, fluv. Maurit. Ting. *Omirabi*, cum urbe *Azamor*. Vide Rusibis, & Thymaterium.

Strab. Plin. Liv. & al. Rutuli, pop. Latii, quorum Ardea caput & metrop. fuit. De quibus Virg. lib. 9. Æn. & alibi sæpius.

" *Amplius audaces Rutuli, sed pellere vallo*

' *Missilibus certant--- -----*

Anton. Rutunium, *Routon* adhuc teste Camd. oppid. vel castrum Albionis in Anglia, in comitatu Salopiensi, medium fere inter Mediolanum ad Bor. & Uriconium in Austrum ad 12. mill. pass. ab Eboraco 140. in Walliæ confinio.

Ptol. Rutupæ, Ritupis portus Ant. Rutupi Oros. *Repchestre* Lhuydo, *Richborow* Talboto & Camd. portus, & opp. Albionis in ora Angliæ excisum, apud Sandwicum port. & oppid. (durat loco nomen) à Darverno 12. mill. pass. in Bor. à Cantuaria eodem distans intervallo. Al. est Roffa urbs, vulgo *Rochester*. Hinc Rutupinus nom. gent. Auson. in catal. urbium de Aquileia.

" *Punisti Ausonio Rutupinum marte latronem.*

Luc. lib. 6.

" *Aut vaga cum Tethys, Rutupinaq; littora fervent.*

Ryphæi, pop. & montes Scythiæ. Vide Riphæi. Claud. in Eutrop. lib. 2.

Non tibi Ryphæis hostis quærendus ab oris.

Ptol. * Ryssadirum, Rusader Anton. Rusardir Plin. (sed Rusadir legendum) non Risardir, ut in Thes. ling. Lat. *Melilla* teste Marmol. colonia & urbs Maurit. Ting. cis Herculis columnas marit. in Cæsariens. conf. apud Metagonitem prom. *Deyrat Milila* incolis, sub Hispanis, inter Malvam fluv. qui Tingitanam à Cæsariensi separat ad ort. 63. & Abylam unam ex columnis Herculis ad occ. 190. mill. pass. ex Ant. Itin. à Ferdinando rege catholico expugnata. [* 'Ρυσσάδειρον in Seld. man.]

Ryssadium, *Capo verde* teste Nigro, prom. Libyæ inter. ad oceanum Atlanticum, ultra insulas Fortunatas 300. leuc. Hisp. in Austrum: quod alii Hesperium Ptol. dictum volunt. Vide ibi. Ptol.

S.

SAalim opp. fuit Palæstinæ in Judæa apud Eleutheropolim urb. inde 7. mill. pass. in occ. Bibl.

Saba, *Zibit* Molet. & al. urbs magna Arabiæ felicis in mont. regia Sabæorum, ubi thus, myrrha, casia, & cinnamomum abunde proveniunt. Al. *Siban* esse videtur. Hinc Sabæi pop. memoratissimi; de quibus infra. Sabæ Steph. ad mare Rubrum. Theophr. Ptol.

Saba altera *Simischachar*, urbs Arabiæ desertæ, ab Hierosolymis 180. mill. pass. in ortum distans. Est & Saba apud Joseph. urbs regia Meroes ins. olim Candacis reginæ sedes. Ptol.

Sabæ, pop. Indiæ citer. apud Dionys. Afrum.

" *Toxilus inter quos habitat cum gente Sabarum.*

Sunt item pop. Persidis Pasargadis finitimi, ut idem Dionys. testatur.

" *Littora postremi tangunt Australia Persæ*

' *Prima parte Sabæ-------*

Sed hos Sabæos appellat Ptol. Suzæis finitimos.

Sabæi, pop. Arabiæ fel. omnium ditissimi, quorum metrop. est Saba, & reg. Sabæa, *Zibit* ut Mol. & aliis videtur. Sed Sabæi, ex Mela, oram Arabiæ apud os sinus Persici incolunt; *Zibit* vero longe inde distans ad oram sin. Arabici accedit. Nisi forte alii sint hujus nominis pop. De quibus Virg. lib. 1. georg. Strab. Plin. Mel.

" *India mittit ebur, molles sua thura Sabæi.*

Sabaiticum os, * Sebasticum Ptol. locus Æthiopiæ ad fauces sinus Arabici. [* Σαβαστικὸν in Selden. manusc.] Strab.

Sabalingii, pop. Germaniæ inter Cimbros; quos *Jutlander* cum Gutis & Vitis Gasp. Peucer. interpretatur. Ptol.

Sabana, *Saendebar* Mercator. urbs aureæ Chersonesi. Ptol.

Sabaria, Colonia Sabaria Claudiana Aug. in vet. inscrip. *Stain am Angern* Germanis, *Szombatel* Hungaris teste Laz. urbs Pannoniæ super. ad fluv. cognominem, inter Sopronium ad occid. & Vesprinium ad ort. 9. leuc. à Jaurino 6. in merid. Patria D. Martini. Plin. Anton. Amm.

Sabaria, fluv. *Gunss* Germanis, *Benges* Hungaris, fluv. Pannoniæ Sabariam urbem alluens, & in Arrabonem influens.

Sabata, Sabatia Mel. *Sabaza* vel *Sabaz*, (non *Savona*, ut putat Leander; neque *Vai*, ut scribit Niger) urbs Liguriæ in ora apud Vada Sabatia, excisa prorsus, à Savona parum cum Vadis distans. Pop. Sabatii Strab. Ptol.

Sabata item Strab. opp. Hetruriæ ad lacum Sabatium seu Sabatinum, vulgo nunc *Bracciano*, ab urbe Roma 25. mill. pass. Vide Brygianum, & Arcennum. Strab.

Sabatium vadum, Vada Sabatia Strab. & Vada simpliciter Cic. *Vai*, portus Liguriæ apud Sabatam urbem, (solo æquatam, sine incolis) à Savona 3. mill. pass. in occ. Naulium versus distans. Plin.

Sabathra, *Sabara* teste Molet. urbs Arabiæ fel. regia in mediterr. Sabatha quoque Zosimo opp. Mediæ Seleuciæ proximum, ad 30. stad. distans: quod potius in Assyria, quam in Media. Plin.

Saba-

Ptol. Sabathra, Sabatra Plin. *Rakianabes* Villanov. *Saxambis* Moletio, colonia & opp. Africæ marit. apud Girbam inf. inter Tacapam ad occ. & Tripolim ad ort. à Lepti magna 130. mill. pass. in occ. ex Itin. Ant. sed videtur error in numeris, cum longe minor sit distantia.

Festo Pomp. Sabatia *Paese di Bracciano*, regiuncula Tusciæ circa lacum Sabatinum, inter urbem Romam ad ortum & Tarquinios ad occ.

Sabatienses, pop. qui Anguillarii cognominantur in lib. digest. ad lacum Sabatinum, *Paese di Anguillara.*

Sabatii, pop. & urbs Liguriæ in ora apud Savonam excisa. Vide Sabata.

Anton. Sabatinca, *Slaming* teste Laz. opp. Norici in Carinthia excisum: manet locus apud vallem *Dienten*, inter Clagenfurtum & Idunum 6. leuc. à Vacorio 12.

Columel. Sabatinus lacus, Sabatus Festo, Sabata Strab. Tarquiniensis Plin. lacus Hetruriæ inter Romam & Tarquinios ad 25. mill. pass. *Lago di Bracciano*, & *Lago di Anguillara*, Stagna Sabatia Sil. lib. 8.

" *Quique tuos Flavina focos, Sabatia quique*
' *Stagna tenent--------*

Joseph. Sabbaticus, fluv. Syriæ inter Arcam & Raphaneam urbes Phœnicis fluens in Casiotide reg. qui sabbato à cursu quiescere fertur, teste Josepho.

Ant. Sabbatus, fluv. Italiæ geminus: unus Irpinorum, juxta Beneventum cum Calore (cui adjungitur) fluens, ac in Vulturnum influens; quem Ortel. in Brutiis non sine manifesto errore reponit. *Sabbato* etiam vulgo dicitur. Alter Brutiorum, per Calabriam citer. in fin. Terinæum inter Martoranum & Lametiam labens, qui & Ocinarus Lycophroni teste Gab. Barrio dicitur, vulgo *Savuto*, cum pag. cognomine.

Strab. Sabelli, Sabelles Hor. pop. Italiæ, qui aliis Sabini dicuntur. Luc. lib. 2.

" *Tunc Umbri's Marsisq; ferax, domitusq; Sabello*
' *Vomere----------*

Steph. Sabi, pop. Phrygiæ, qui & Bacchi. De quibus pauca habet Steph. eos solum commemorans.

Strab. Plin. Liv. & al. Sabini, pop. Italiæ notissimi, inter Latium, Umbriam, Hetruriamque contenti, Aniene, Tiberi, Nare, Velinoque fluv. comprehensi, sic à Sabo, Sabatii à Saturno ejecti filio, dicti, vulgo adhuc *li Sabini*: quorum reg. Sabinia Strab. Sabinus ager Cic. *la Sabina*, in qua Reate sola urbs episc. & Manliana, in qua episcopus Sabinus, sive illius vicarius, residet. Virg. lib. 2. georg.

" *Hanc olim veteres vitam coluere Sabini.*

A cultu deorum dicti sunt teste Festo, ἀπὸ τοῦ σέβεσθαι, i. e. venerari. In Sabinis infantem natum incertum utrum mas esset vel fœmina, & Frusinone agnum suillo capite, refert Liv. l. 1. dec. 4. Inter Sabinos Clodius excelluit, à causis forensibus ad elegias scribendas conversus. Scripsit & de bello Trojano versibus, immatura morte sublatus.

P. Diac. Sabiona, *Siben* nunc, urbs Norici in comit. Tirolensi excisa, olim episc. sub patriarch. Aquileiens. (Sublavio Anton.) apud Brixinam urb. quæ illi successit, 10. leuc. distans, nunc pagus.

Cæs. Sabis, *Sambre* teste Iac. Lessabæo, fluv. Belgii ex territ. Cameracensi per Hannoniam & episcopatum Leodiensem in ort. fluens, Mosæque ad Namurcum urb. congrediens: Saba Fortunato, qui sic de eo & al. fluv. lib. 7.

" *Isara, Sara, Charus, Schaldis, Saba, Somena, Sura.*

Plin. Sabis item Plin. fluv. Carmaniæ in sin. Persicum influens: cujus ostia à Persidis confiniis 100. mill. pass. distant teste Plin.

Anton. Sablones, *Sambeeck* teste Siml. pag. Germ. infer. ad Mosam apud Genepiam, medius inter Venloam & Noviomagum urbes Geldricas, 4. leuc. distans; non apud Trajectum, ut scribit Ortel. cui videtur *Santen* urbs Cliviens. ducatus; sed situs ex Itiner. Anton. repugnat.

Sabora, *Cañete* teste Morali cum Mariana ex antiqua tab. ænea, opp. Hisp. Bæt. in Vandalia apud Malacam urb. Cujus pop. Saborenses ex eadem tabula. *Vet. Insc.*

Sabrata. Vide Sabathra. *Plin.*

Sabriana, Sabrina Tac. *Sevarne* Anglice vel *Severn*, & *Hafren* Britannice teste Lhuydo, ac Camd. fluv. Albionis ingens Angliam à Wallia separans, in sinum Sabrianum ad Bristolium urbem influens, aliquot urbibus irrigatis, in quibus Salopia. *Ptol.*

Sacæ, pop. Asiæ inter Scythiam citer. ad Bor. & Indiam citer. ad merid. Sogdianis ad occ. finitimi, (quorum reg. *Belor* Mercat.) sine urbibus, unde Nomades per deserta habitantes appellantur. De quibus Dionys. Afer. *Xenoph. Strab. Ptol.*

" *Inde Sacæ certis nimium gens dura sagittis.*

Sacala, locus Indiæ citer. circa ostium Indi fluv. occidentale. *Arrian.*

Sacarauzæ, Sagaraucæ Ptol. pop. Scythiæ citer. *Oros.*

Sacarbantia. Vide Scarabantia, ut in cod Græco. *Ptol.*

Sacazama, *Zedic* teste Marmol. pagus Africæ ad Syrtim magnam, inter Macomacam villam ad occid. & Pyrgon Euphrantam ad ort. Aspidi proximus. *Ptol.*

Sacellum Sibyllæ, Thalamus Sibyllæ Aristot. Antrum Cumanum Capellæ, & Antrum Sibyllæ Virg. *la Grotta della Sibilla*, spelunca Campaniæ apud Avernum lacum, inter Puteolos & Cumas quasi 3. mill. pass. in saxo durissimo excavato, quæ etiam Tecta Sibyllæ Statio dicitur, & Antrum divinatorium Max. Tyrio, ibi enim Sibylla Cumana morabatur. *Sol.*

Sacer collis & mons Latii in Sabinorum conf. apud Anienen fluv. ab urbe Roma paulo supra 3. mill. pass. ubi fluv. Tiberim subit. Qui Jovi sacer erat. *Cic. Liv. Festo.*

Sacer lucus, *Selva de Hami* teste Scip. Mazzella, sylva Campaniæ apud ostia Liris, à Minturnis urbe excisa 3. mill. pass. distans. *Strab.*

Sacer mons *Monte di Cesena*, mons Æmiliæ Cesenæ urbi imminens, vitifer & olivifer. *Vet. Insc.*

Sacer mons item, *Pico Sagro* Morali & al. mons Hisp. Tarrac. in Callaicis, inter Compostellam & Auriam urbes, in quo aurum fulgure detegi Justinus refert. Sed Justin. illum non in Hisp. Tarraconens. at in Lusit. locat. Is pyramidis speciem refert. *Justino.*

Sacer portus Scythiæ Europææ apud Getas; ubi Zamolxis Scytharum legislator habitavit. *Strab.*

Sachalites sinus, *Golfo di Sachalat* ex tab. recenti teste Moletio, sinus Arabiæ fel. in ora orientali apud Syagrum prom. ubi Sachalitæ pop. & Sachalitis reg. cum urb. cognomine *Sachalat*, in ora maris Rubri, inter fauces sin. Arabici ad merid. 250. & fauces sin. Persici in Bor. 165. leuc. Hisp. Horum regio hodie in regno Fertacensi contineri videtur. *Ptol.*

Sacili, Sacilis Ptol. *Alcorrucen* teste Morale, opp. Hisp. Bæticæ in regno Granatensi in finibus Turdulorum. *Plin.*

Sacillum *Sacile*, urbs olim episc. sub patr. Aquileiensi in Venetia, apud Liquentiam fluv. in Carnorum confinio, (cujus episcopus Sacillanus à Sigonio memoratur) nunc opp. amplum & præclarum marchiæ Tarvisinæ, à Ceneta urbe 12. mill. pass. in ortum Utinum versus 40. à Tarvisio 23. Coneglanum in medio. *Lib. conc.*

Sacra ficus, suburbium Athenarum; qua Eleusinen ibatur. *Philostr.*

Sacra insula *Paludosa*, ins. apud ostia Tyberina; quam Tyberis in duo divisus efficit inter Ostiam & Portum urbes solo æquatas. *Procop.*

Sacra via, gemina: una in Attica, quæ Eleusine Athenas ducebat; altera in Peloponneso inter Elidem & Olympiam urbes. Sacra item via Varroni in urbe Roma, quæ ab amphitheatro colosseo in Capitolium duce- *Athenæo.*

ducebat: cujus accolæ Sacravienses teste Sex. Pomp. dicebantur. Hic Romulus & Tatius fœdus iniisse feruntur.

Virg. Sacrani, pop. Latii Rutulis & Ardeatibus proximi, sic à sacrando Marti dicti: quorum mem. Virg. lib. 7. Æneid.

"*Et Sacranæ acies, & picti scuta Labici.*

App. Flor. Sacri portus, locus Latii apud Præneste urb. ubi Marius ab hostibus oppressus est.

Sacrum Cereris *Sancerre*, oppid. Gall. Celticæ in confin. Nivernensium, à Bituricis 10. leuc.

Tac. Sacrum nemus, *Scakerbusch* teste Althamero, al. *Schakenbosch*, sylva Batavorum in Hollandia apud Ageducem pag. inter Lugdunum, Delfos, & Hagam.

Sacrum nemus item (vulgo *Halywood*) cœnobium cum pago est Gallovidiæ in Scotia, à patre Joannis cognom. de Sacro bosco, qui librum scripsit de sphæra, conditum.

Strab. Plin. Ptol. Sacrum prom. multiplex. In Lusitania, *Capo S. Vincentio*, vel *Cabo de S. Vincente*, in oræ occiduæ & Australis angulo, ab Ulyssippone ad 30. leuc. in occid. quod Sacer mons Columellæ dicitur, & Sacrum jugum Sex. Avieno, inter ostia Tagi 160. & Anæ 226. mill. pass. teste Plin. Sed error est in abaco, nam inter ostia Anæ & Sacrum prom. vix 120. mill. pass. intersunt. In Hibernia, *Capo Salanga* teste Olivar. in ora Australi ubi orientalis incipit; quod Latine & Mons Domini dicitur. Ibi cœnobium Dominicanorum. [Camdeno est in Wexfordia comitatu, ubi *Banna* oppid.] In Corsica, *Capo Sagri* in ora Boreali apud Centurinum opp. Molet. & Pineto *Sege*, aliis *Capo Corso*. In Lycia, *Capo Chelidoni* Soph. contra Chelidonias insulas.

Ptol. Saduca, *Guadalquivirejo* teste Flor. fluv. Hispan. Bæt. in mare Ibericum apud Malacam urb. influens. Cujus ostium à Malaca 1. leuc. distant in ortum.

Steph. Sædene, mons Cumarum in Æolide, & tractus cujus mem. Steph.

Ptol. Sæna, Colonia Senensis Plin. & Tac. Sena colon. Ant. *Siena*, urbs Hetruriæ clara in colle, archiep. à Pio 2. Pont. max. ejus cive metrop. effecta, olim libera, nunc sub magno duce, multarum urbium conventus, inter Florentiam 32. & urbem Romam 107. mill. pass. Scribitur Sena, & Sæna, & Senæ num. plur. posterioribus. Pop. Senenses. De ea lib. 4. Itinerarii.

"*Altera lux Sæna celebrem nos duxit in urbem,*
"*Virtutū eximiam doctrinarumq; magistram.*

Ptol. Sæpinum. Vide Sepinum.

Ptol. Sætabis. Vide Setabis. Sætabum seu Setabum lini genus subtilissimi nomen dedisse putatur; cum apud eam urb. plurimum apud vet. proveniat. Catull. carmine 12.

"*Nam sudaria Sætaba ex Hiberis*
"*Miserunt mihi muneri Fabullus.*

Varie scribitur, cum, & sine diphthongo.

Ptol. Steph. *Sagalassus, Selgessus Strab. & Steph. Sagalessus Plin. urbs Pisidiæ in colle in Lyciæ Pamphyliæque conf. licet Ptol. illam in Lycia describat, ab Aparnia Phrygiæ 30. mill. pass. in merid. distans, sive in Euronot. excisa, episc. cum staret sub archiep. Antiocheno. Hinc nomen gent. Sagalassenus apud Stephan. [* Σαγαλασσ in Seld. man.]

Ptol. Saganus, *Basiri* ex tab. recent. fluv. Carmaniæ in sin. Persicum contra Armuzam ins. influens.

Plin. Sagaricus sinus Scythiæ Europææ, in quem Sagaris fluv. & Tyras influunt.

Sagaris, fluv. ab Ovidio memoratus, qui Agarus Ptol. dici videtur, quiq; in sin. Carcinitem apud Cnemam urbem effunditur. Ovid. libro 4. de Ponto, eleg. 10.

"*Huc Lycus, & Sagaris, Peniusq;, Hypanisq;, Orathesq;.*

Lib. Conc. Sagiensis urbs, quæ & Sagium Gyraldo Cambrens.

Saium & Saiorum urbs libro provinc. *Seez*, urbs Gall. Celt. episc. sub archiep. Rhotomagens. in Normannia, inter Alenconium 4. & Lexovios 10. leuc. à Rhotomago 28. in Africum, à Lutetia 32. in Circium. Druidæ in medio. *Ivoni.*

Sagis portus, *Goro* teste Fabricio, portus Venetiæ apud ostium Padi, haud longe à Saga urbe excisa prorsus, à Ravenna 59. mill. pass. Venetias versus, medius inter Volanen ad merid. & Carbonariam ad Bor. (Padi ostia) 15. mill. *Plin.*

Sagium *Seez*, urbs episc. Gall. in Normannia. Vide Sagiensis urbs. *Gyraldo*

Sagona *Sagon*, urbs Corsicæ in ora occidua excisa, inter Calviam ad Bor. & Adiacium ad merid. ad 30. mill. pass. ab ostio Liamonis fluv. 5. mill. episc. sub archiep. Pisano. Episcopus Vici, pagi proximi, residet, & aliquando Calviæ. *Prov. Rom.*

Sagontia, Secontia Ant. *Epila* teste Morali, oppid. Hisp. Tarracon. in Arragonio regno, inter Cæsaraugustam 7. & Bilbilim 8. leuc. ab Alavona 4. in merid. *App. Alex.*

Sagra, *Alaro* teste Barrio, fluv. Magnæ Græciæ per fines Locrensium in mare Ausonium influens. Leandro *Sagriano*, Nigro *Sucharanto* dicitur. Memorabilis ob insignem Locrensium adversus Crotoniatas victoriam. Apud Caulonem decurrit. *Strab. Plin.*

Saguntia, Sarguntia Plin. (licet Saguntia legendum videatur) *Gigonza* seu *Gisconza* teste Mor. olim opp. nunc pag. Hisp. Bæt. in Vandalitia, inter Cæsarianam & Arcus apud Lethem fluv. in finibus Turdetanorum. *Plin. Ptol.*

Saguntum, Saguntus & Saguntos Strab. Sil. *Morvedre* teste Morali cum al. opp. olim clarissimum Hisp. Tarrac. in finibus Hedetanorum, ab Hannibale Carthaginensi expugnatum & eversum, nunc non obscurum in regno Valentiæ, inter illam 4. & Segorbiam 8. leuc. in Bor. à Zacynthiis teste Isidoro anno post diluvium 167. conditum, à Carthaginensibus eversum, à mari 3. mill. pass. quot Valentia, distans. Pop. Saguntini, qui maluerunt se & sua comburere accenso rogo, quam se Hannibali dedere. De eo Sil. lib. 2. *Polyb. Strab. Plin. Liv. & al.*

"*Eminet excelso consurgens colle Saguntos.*

Idem lib. 1.

"*Prima Saguntinas turbarunt classica portas.*

Sagunti, quo tempore ab Hannibale obsessa expugnataque est, rem miram narrant accidisse, puerum scilicet in uterum matris reversum esse. Simile ei, quod Alcippe mulier initio belli Marsici elephantum peperit, & ancilla serpentem. Qualia plura à Plin. referuntur. *Saguntina fames* (quam ea urbs in obsidione prædicta passa fuit) est in proverbio, de magna & extrema.

Sai, populi Thraciæ in ora contra Samothracen insulam, qui Samum insulam incoluerunt, non Asiæ, ut quidam existimant, sed Thraciæ, quæ Samothrace dicitur. *Strab.*

Saii, pop. & Saiorum urbs *Seez*, urbs episcop. Normanniæ. Vide Sagium, & Sagiensis urbs. Sesuvii Cæs. Vide ibi. *Lib. prov.*

Sais *Sahid*, urbs Ægypti intra Deltam: unde reg. *Sahid* hodie nominari videtur. *Sibnit* teste Guilandino; sed hæc Sebennytus est veteribus. *Plat. Str. Plin. & al.*

Sala, *Sella* Jo. Leoni, *Cela* Marmol. quibus & *Buragrag*, & *Sumir*, fluv. & urbs Maurit. Tingit. cis Atlantem min. Fluv. *Buragrag*, & urbs *Sella* seu *Cela*. Est & Sala fluv. Ptol. ejusdem Maurit. apud Atlantem majorem. *Plin. Ptol. Sol.*

Sala, *Zalawar* ex tab. recent. oppid. Pannoniæ super. in Hungaria, inter Varasdinum ad merid. & Vesprinium in Bor. 7. leuc. à Canisia 2. Vesprinium versus. *Ptol.*

Sala item fluv. Gall. Belg. per Lotharingiam fluens, ex lacu Lindrensi apud Duodeciacum opp. oriens, *Ven. Fort.*

&

& in Mosellam ad Metas influens, *la Seille* vulgo. Fort. lib. 7.
" *Seu qui Mettin adit de sale nomen habens.*
Sala quoque est fluv. Germ. Thuringiam à Misnia separans, ac in Albim post Martiopolim sese exonerans, *Saal.* Vide Salas.

Plin. Mel. Ptol. Salacia, *Alcazar d'Osal* teste Mor. cum Resend. & al. opp. olim, nunc pag. Lusit. in Turdetanis, seu ut nunc vocant Algarbiis, inter Ulyssipponem 16. & Serpam 15. leuc. occurrens in via quæ Hispalim ducit; ab Hispanis anno sal. 1216. recuperata, cæsis ad 60000. Maurorum. In Thes. ling. Lat. male ad Tagum fluv. locatur, cum procul absit.

Ptol. Salamboria, *Harberic* hodie Turcis teste Leuncl. opp. Cappadociæ in Garsauria reg. in mediterran.

Lib. Conc. Salamiæ *Solmie*, urbs Syriæ olim archiep. sub patr. Antiocheno.

Plin. Salaminæ, ins. parvæ Cypri ante Salaminem urbem.

Salamine. Vide Salamis.

Salaminiacus sin. Vide Saronicus, nam est idem.

Plin. Strab. Mel. Ptol. Salamis, Salamine Plin. & Polyæno, postea Constantia teste Steph. *Constanza*, urbs Cypri olim archiep. in ora orientali, excisa, apud Hamacostum, sive (ut nunc vocant) Famaugustam, ab ea parum in Bor. recedens, post Trojæ excidium, quando Ephesus, condita. Pop. Salaminii Ciceroni.

Strab. Plin. Salamis item, *Coluri* teste Soph. ins. sinus Saronici (qui & Salaminiacus ex ea dicitur) inter Peloponnesum & Atticam, Æginæ proxima, ab ea 10. mill. pass. in Bor. Megara versus distans, cum urbe episc. sub archiep. Atheniensi. Varia habet nomina; Salamina enim dicitur Polyæno, olim Cychria, & Sciras, & Pityussa teste Strab. Hic classis Persarum sub Xerxe rege à Græcis dissipata teste Mela. De ea Virg. lib. 8. Æneid.
" *Laomedontiaden Priamum Salamina petentem.*
Ovid. lib. 14. metam.
" *Neve ea ficta putes; domina sub imagine signum*
' *Servat adhuc Salamis*----------
Hinc Salaminiacus nom. gent. Luc. lib. 5.
" *Ut Salaminiacum meminit mare: sustulit iras.*
Salaminiæ naves veloces & robustæ præ cæteris erant, ut apud Plutarch. in vita Periclis: unde proverbiali figura dicitur *Salaminia navis*, de navigio præveloci. Salamis in mari Euboico in Thes. ling. Lat. contra Athenas describitur: cum potius in sinu Saronico sit contra Megara. In ea Telamon Ajacis & Teucri pater regnasse fertur.

Strab. Plin. Liv. & al. Salapia, Salapiæ Ptol. Salpia Dion. Halicarn. *Salpi* teste Ligorio cum al. urbs Apuliæ Dauniæ ad lacum episc. sub archiep. Tranensi, (cui, urbe extincta, episcopatus copulatus est) media fere inter Sipontum ad occident. & Barolum ad ortum ad 20. mill. pass. ubi Hannibal post Cannensem victoriam amori meretricio operam dedit. Populi Salapienses.

Luc. Salapina palus *Lago di Salpe*, lacus apud oram Apuliæ Dauniæ, super quo Salapia urbs. Luc. lib. 5.
" *Quas recipit Salapina palus, & subdita Sipus.*

Tac. Cic. & al. Salaria via & porta urbis Romæ (adhuc *Salara* dicta) in Sabinos ducens. Cujus memin. Mart. lib. 4. ep. 64.
" *Illic Flaminiæ, Salariæque.*
Sic dicta, Festo teste, quod per eam Sabini salem ab urbe acceptum deferrent.

Ptol. Salaria, urbs Hisp. Tarraconens. gemina: una Colonia Julia Salariensis in vet. inscript. urbs olim episc. in finibus Bastetanorum, nunc *Cazorla* teste Mor. ex vet. inscript. opp. præclarum apud Ubedam urb. inter Biatiam & Ægabram 4. leuc. in conf. Castellæ novæ & Vandalitiæ. Altera in finibus Oretanorum, *Solara*, opp. seu pag. hodie apud Visum opp. inter Almagrum 6. & Ubedam 12. leuc. Al. (ut videtur Clusio) *Sirvela* opp. & comitatus apud Urb. Regalem, inde 2. leuc. distans.

Salarius pons *Ponte Salaro*, pons super Anienem fluv. ad 4. mill. pass. ab urbe Roma in via Salaria, qua itur in Sabinos, occurrens. P. Diac.

Salas *Saal* & *Sala*, fluv. Germ. ex Sudeto monte è regione Nabi scatens, ac inter Thuringiam & Misniam, illam ad occ. hanc ad ortum, fluens, & in Albim ad Calbam opp. Saxoniæ influens. Strab.

Salasi, Salassii Ptol. Salassi Strab. *la Val d'Osta*, & Germanis *Augsthal*, pop. Gall. Subalpinæ in Pedemontano principatu, per quos Duria fluv. decurrit. Quorum reg. ut supra nominatur ab Augusta prætoria, quæ caput est illorum. In Thes. ling. Lat. error vitandus est, cum Salasos & Salutienses eosdem faciat; qui diversi sunt, & valde distant, licet ad eandem reg. spectent. Plin.

Salauri portus, *Puerto de Salon* teste Ludov. Ponto, opp. & portus Hisp. citer. in ora Catalauniæ apud Tarraconem urb. Sex. Avien.

Saldæ, *Bugia* Molet. Marmolio & al. colonia, & urbs olim regia & episc. Maurit. Cæsariensis marit. inter Juliam Cæsaream ejus metrop. ad occ. 225. & Cullu urb. Africæ ad ort. 178. mill. pass. ex Ant. Itin. à Sitifi 70. in Bor. Al. vero, ut Mercatori, est *Tadelis*, à Julia Cæsarea 30. mill. pass. in ort. inter Rusuccurum ad occ. 107. & Igilgili ad ort. 169. à Ruzaso 35. Sed repugnat situs apud Ptol. Sunt qui *Alger* eam indigitent; sed hæc longius distat, & *Alger* Julia Cæsarea plerisque dicta putatur. Plin. Anton. Ptol.

Salduba, *Fuengirola* ex tab. recent. opp. Hisp. Bæt. apud oram, inter Malacam urb. & Barbesulam oppid. Error non dissimulandus in Thes. ling. Lat. ex Olivario haustus est, Saldubam, juxta littus sitam, Ubedam urbem in mediterr. ad Bætim fluv. contra Beatiam locatam, indigitante. Plin. Mel. Ptol.

Salecha, & Selcha, *Salcatha* hodie teste Benjamin Tudelensi, opp. Palæstinæ. Bibl.

Salecis, & Salex, fluv. Maurit. Tingit. ultra Abylen Herculis columnam 90. stad. distans. Forte Zilia Ptol. Vide ibi. Philostr.

Salenæ, *Salndy* ut videtur Camd. opp. Albionis mediterr. in Anglia apud Verolamium, in Catyeuchlanis. Vide Salinæ. [Camdeno est in agro Bedfordiens. non procul ab ipsa Bedfordia.] Ptol.

Saleni *Salinas*, pop. & opp. Hisp. Tarracon. in finibus Vardulorum & Cantabrorum, ad Nesuam fluv. ab Iturissa 7. leuc. in occidentem. Mel.

Salentiacum, *Chalanchi* ut Ortel. videtur, locus seu pag. Gall. Belg. in finibus Veromanduorum. Ven. For.

Salentini, pop. Italiæ, quorum reg. (in mare ad ortum contra Epirum instar peninsulæ porrecta) Messapia, & Iapygia, cum Calabria in ora Boreali, *Terra d'Otranto* vulgo, (non *Terra de Bari*, ut in Thes. ling. Lat.) Apuliæ Peucetiæ ad occ. contermina, in qua metropoles 3. Brundisium ac Tarentum circa isthmum, & Hydruntum in ora ad ortum, mari circumfluo à tribus partibus, optime habitata, cum 14. urbibus episc. constet, quibus Aletium præstat. Salentinum vero promontor. idem Iapygio est. Virgilius libro 3. Æneid. Strab. Plin. Ptol. & al.
" *Et Salentinos obsedit milite campos.*
Hos à salo (i. e. mari) nominatos tradit Festus, ab eo enim à tribus alluuntur. In Salentinis Neæra virgo, ab eo cui desponsata fuerat repudiata, sibi venis dissectis mortem conscivit, teste Pont. de fortitud. Quod & Thraseas Patavinus, in Catoniana disciplina educatus, cum à Nerone ob suspicionem affectatæ libertatis damnatus fuit, teste Tranquillo. Steph. Sallentinos gem. *l.* scribit, quorum urbem Sallentiam in Messapiis describit.

Urbes Salentinorum hodie.

* Aletium *Lecci*, episc. sub archiep. Hydruntino, caput regionis
Alexanum *Alessano*, episcop. sub archiep. Hydruntino
* Brundisium *Brindisi*, archiep.
Castania *Castellanetta* in Lucania, olim sub archiep. Tarentino
Castrum *Castro*, episc. sub arch. Hydruntino
Gallipolis (olim Anxa) *Gallipolis*, sub archiep. Hydruntino
Hydruntum *Otranto*, archiep.
Leuca *S. Maria di Leuca*, cum Alexano
Mateola *Matera*, archiep. in Lucania olim
Motula *Motola*, episc. sub archiep. Tarentino
* Neritum *Nardo*, episc. sub archiep. Brundisino
Ostunium *Ostuni*, sub archiep. Brundisino
* Tarentum *Taranto*, archiep. olim in Magna Græcia
Uria *Oria*, episc. sub archiep. Tarentino
Uxentum *Ugenti*, episc. sub archiep. Hydruntino.

Strab. Plin. Liv. & al. Salernum, vulgo etiam *Salerno*, colonia & urbs Picentinorum archiep. & metrop. in ora maritima, principatus citerioris (una est ex 12. regni Neapolitani provinciis) caput, olim clara sub suis principibus, & academia fulgens. Abest à Neapoli 24. mill. pass. in ort. à Benevento supra 35. in merid. Ejus memin. Luc. lib. 2.

" *Vestinis impulsus aquis, radensque Salerni*
" *Culta Siler*------

Anton. Lib. Not. Saletio *Seltz*, opp. Germ. sup. apud Rhenum fluv. in Alsatia, inter Argentoratum ad merid. & Spiram in Bor. 6. leuc. teste B. Rhenano.

Anton. Saleumbrona, sive Salebrone, (varie enim legitur) opp. olim & portus Hetruriæ in ora, inter Cosam ad ort. 34. & Populoniam ad occ. 21. mill. pass. ex Itin. Ant. inter Manlianam & Prilem lacum.

Salga, urbs, & Salgas, fluv. Maurit. teste Steph.

Ptol. Strab. Salganeus, Salganea Strab. & Liv. num. plur. *Salganico* nunc Moletio & al. opp. Bœotiæ ad Euripum, ubi brevis trajectus est in Eubœam, inter ostium Ismeni

Mel. fluv. & Anthedonem opp. Sed Ptol. Saganeus habet.

Salia *Riba de Silla* vel *Sella*, fluv. & opp. Hisp. Tarracon. in ora Asturum, (*Saia*, Pintiano teste, fluv. nominatur, & aliis *Silla*) patria Prudentii, (qui multa versu scripsit à Theodosio imp. ad præfecturam sublimatus) opp. non obscurum, inter Lanas ad ort. & Vecam ad occ. 10. leuc. Pop. Salini. Salia item Fortun. fluv. Lotharingiæ, vulgo *Selle*, ex lacu Lindrensi apud Duodeciacum opp. oriens, & in Mosellam apud Metim urb. influens. Vide Sala. De priore Salia Prudent. sic in præfat. hymn. cathemer.

" *Oblitum veteris me Saliæ consulis arguens,*
" *Sub quo prima dies mihi.*

Amm. Zosimo. Salii *Oldzeel*, *Oldenzeel*, & *Oldseel*, pop. & oppid. Germaniæ in Transisalana reg. inter Davontriam urb. ad occ. 8. & Coverdiam opp. in Cæc. 6. proximum Marsis, inde 1. leuc. Sunt & Salii teste Ammian. lib. 17. & Sidon. Apoll. op. Germ. quorum reg. Franconia nominatur: sic à Sala fluv. dicti fuere: & Salii sacerdotes Martis; de quibus Ovid. in fast. lib. 3.

" *Iam dederat Saliis (à saltu nomina ducta.)*

Ptol. Salinæ plures. I. Salinæ, seu Salenæ ut habet cod. Græcus, *S. Albans*, opp. seu pag. Albionis in Anglia apud Verolamium, inter Londinium 20. & Oxonium 30. mill. Camd. *Salndy*, quod magis probatur. Vide Salenæ. II. Urbs Suetriorum apud Alpes maritimas in Gall. Subalpina, & principatu Pedemontano, Salutiæ posterioribus, & *Saluzzo* vulgo teste Varrer. episc. & marchiæ Salutiens. caput, olim sub Gallis, nunc ducis Sabaudiæ, ab Augusta Taurinorum 24. mill. pass. à Cuneo 14. à Fossano 10. III. Opp. Daciæ excisum in Transylvania, circa Tibisci fontes, olim urbs clara, nunc pag. *Sigeth* teste Laz. Salinæ quoque Rutil. locus erat Hetruriæ ad Cecinnam fluv. ubi sal conficiebatur; & Salinæ urbs Burgundiæ comit. in Sequanis amplissima, sic à sale, qui ibi copiosissime fit, dicta, vulgo *Salins*, à Dola 5. leuc. in ort. à Vesuntione totidem in austr. Salinæ etiam Saxonicæ dicitur Halla urbs Saxoniæ l. 7. Itin.

" *Tandem ad Saxonicas pervenimus usq; Salinas.*

Salingstadium *Salingstede*, al. *Selingstat*, oppid. Germ. in Franconia ad Mœnum fluv. à Francofurto 3. leuc. in ort. olim urbs episc. à Carolo magno erecta, cujus sedes episc. Halberstadium in Saxonia translata est. *Aimoin.*

Salinum, Salina vetus vel Vetussalina Ant. & lib. Not. *Adom* Lazio & Simlero, opp. Pannoniæ infer. ad Danubium, à Buda 5. leuc. in Euronotum Altinium versus. *Ptol.*

Saliocanus portus. Vide Staliocanus, uti legendum est ex cod. Græco; licet sic legat Thes. linguæ Latinæ. *Ptol.*

* Salis, Sallis Anton. ut aliquibus videtur, *Selye* ex tab. recent. opp. Pannoniæ infer. in Hungaria apud Draum fluv. à Quinque ecclesiis 3. leuc. in occ. quot à Sigetho in Austrum. Ortel. Salem Ptol. cum Salle Ant. per errorem confundit: nam Sallis Ant. est in Pannonia super. hinc valde distans in occ. *Sellie* Germanis, *Salawar* seu *Zalawar* Hungaris, inter Pœtovionem 61. & Scarabantiam in Bor. 65. mill. pass. ex Ant. Itin. Sala Ptol. Vide ibi. [* Σαλλις man. Selden.] *Ptol.*

Salisburgum, olim Juvavia, & Castrum Juvaviense, *Saltzburg*, urbs Norici archiep. & metrop. Bavariæ pro Laureaco urbe excisa in Austria ad Anisi cum Danubio confluentiam, à Leone 3. Pontifice max. erecta, (cujus archiepiscopus princeps est imperii, & provinciæ Salisburgensis dominus) inter Monachium ad occ. 17. leuc. & Villacum in ort. 24. ac inter Oeni pontem 17. & Pragam in Bor. 41. Ejus meminit. poeta Germ. l. 7. Itiner. *Provi. Rom.*

" *Rura Salisburgi gaudens, Oenumq; petisti.*

Salisso opp. erat German. super. ad Rhenum, inter Bingium ad merid. & Bodobrigam ad Arctos 22. mill. pass. apud Ficeliam seu Volaviam. Ortel. illud cum Saletione confundit longe hinc in merid. distante. *Anton.*

Saliunca, opp. Hisp. Tarracon. in Autrigonibus: quod Molet. male *Sommo sierra* indigitat, hoc enim opp. in Arevacis est, inter Arandam 10. & Madritum in merid. 14. leuc. *Ptol.*

Sallandia, teste Becano, ea reg. putatur, quæ vulgo *Overissel* vel *Over-Yssel* nominatur, ab Isela fluv. irrigata; cujus urbes tres sunt, Daventria, Suolla, & Campena. Quasi Saliorum terra. Sed hæc aliis Transiselana nominatur.

Sallyes, Salyi & Salyes Plin. Salvii Livio, Saluvii Marcell. pop. Gall. Narbon. quorum metrop. Aquæ Sextiæ, & pag. antiq. nomen fere servans *Salies* vel *Solies* teste Dalechampio, à Telone 4. leuc. in ortum. *Strab.*

Salmacis, opp. olim & fons Cariæ apud Halycarnassum urbem, qui bibentes molles & obscænos facit teste Strab. cum Halycarnasseo, & Ovid. qui etiam mares in fœminas ab eo converti fabulatur, lib. 15. metam. *Strab. Arrian. Steph.*

" *Cui non audita est obscæna Salmacis unda?*

Hinc nom. gent. Salmaceus.

Salmantica, Salmatis Polyæno, *Salamanca*, urbs Hisp. Tarracon. in finibus Vettonum, ac in Castellæ vet. regno, episc. sub archiep. Compostellano, & academia celeberrima eo ex Palentia urbe translata anno sal. 1239. à Ferdinando rege, à Vallisoleto 22. leuc. in merid. Placentiam versus. Elmantica Polyb. & Helmantica Liv. Sed hæc in Vaccæis. Pop. Salmanticenses Urbico. *Ant. Ptol.*

Salmona

Auson. Salmona Salm, fluv. Gall. Belg. parvus in Mosellam inter Treviros & Neomagum 2. leuc. in ort. non longe à Mandescheldia opp. fluens in merid. De quo Auf. in Mosell.

" *Nec fastiditos Salmonæ usurpo fluores.*

Salmona item opp. Lotharingiæ, *Salm* vulgo, apud ortum Sarræ fluv. in Alsatiæ conf. ab Argentorato 8. leuc. in occ.

Strab. Steph. Salmone, opp. & fons Peloponensi, unde Enipeus fluv. oritur, in Alpheum ab Olympia 40. stad. influens; quæ Salmonis dicitur Ovid. lib. 3. amor. eleg. 6.

" *Siccus ut amplecti Salmonida posset Enipeus.*

Steph. opp. Pisatidis reg. esse scribit, unde nom. gent. Salmoneus.

Adon. Salmoniacum, villa in Gall. Belg. in qua Carolomannus obiit.

Steph. Salmos opp. fuit Bœotiæ: cujus incolæ Salmonii apud Steph. dicuntur.

Apol. Salmydessus, *Stagnara* nunc ex tab. recent. oppid. Thraciæ in ora inter Phinopolim & Apolloniam, ad Euxinum mare. Vide Halmydessus. Steph. est sinus.

Mart. Salo *Xalon*, fluv. Hisp. Tarracon. per Celtiberos in regno Arragonio apud Bilbilim urbem fluens, ac in Iberum influens inter Cæsaraugustam & Alavonam; qui & Bilbilis Justino & Trogo de urbis nomine dicitur. Mart. lib. 10. ep. 20.

" *Ducit ad auriferas quod me Salo Celtiber oras.*

Strab. Salo, Salonæ Cæs. Ptol. Salona Plin. & Melæ, *Salona* adhuc teste Soph. *Spalatro* aliis, urbs Dalmatiæ in colle apud oram littoralem excisa, episc. sub arch. Spalatensi, ei proxima, Colonia Martia Julia Salona in vet. inscript. inter Tragurium ad occ. & Almissam ad ort. 13. mill. pass. à Jadera 222. ex Plin. in ort. Pop. Salonenses. Luc. lib. 4.

" *Qua maris Hadriaci longas ferit unda Salonas.*

Ibi & Salo fluv. teste Plin. urbem Salonam alluens.

Scip. Ital. Salodium *Salo*, opp. agri Brixiensis amplum, elegans, & mercimonio clarum, multis urbibus anteferendum, ad Benaci lacus ripam occid. inter Brixiam & Tridentum, inde 20. mill. pass. hinc supra 30. à Verona ad 30. in occ. superioribus annis episcopali sede cohonestata fuisset, nisi opp. finitima obstitissent.

Anton. Salodorum, & Salodurum in vet. inscript. *Solothurn* teste Rhenano, urbs Helvetiorum, unus ex 13. conventibus juridicis, inter Basileam & Friburgum 6. leuc. à Berna 3. à Basilea in Austrum distans.

Anton. Salomacum, opp. Aquit. à Burdigala 6. leuc. in Austrum Aquas Tarbellicas versus.

Plin. Salona, (Vide Salo) urbs Illyrici. Est & Salona ex vet. inscript. opp. Gall. Narbonens. in Provincia, inter Avenionem & Massiliam, in medio, 8. leuc. utrinque, (non littoreum, ut in Thes. ling. Lat.) vulgo *Selon* vel *Salon*, apud Druentiam fluv. Ibi multa vetustatis monumenta. Salona item Strab. reg. est Bithyniæ, pascendis bobus idonea.

Ptol. Saloniana, *Czernicz* Moletio & al. opp. Dalmat. mediter. Æquo proximum, ab eo in ortum parum recedens, ab Epidauro urbe 90. mill. pass. Orachium urbem Serviæ versus.

Scaldia, inf. ad ostia Scaldis fluv. *Schowen* vulgo, 7. leuc. patens; in qua 2. oppida.

Cæs. Plin. Scaldis, Scaldium Cæs. Tabuda Ptol. *l'Escault* Gallis, *Scheld* vel *Sceldt* Belgis & Germanis, *la Scalda* Italis, fluv. maximus Belgii, in Veromanduis oriens, ac inter Artesiam & Hannoniam, per Flandriam & Brabantiam, in oceanum infra Antuerpiam decurrens, Cameraco, Valencenis, Tornaco, Gandavo, & Antuerpia urbibus irrigatis. Fort. lib. 7.

" *Isara, Sara, Charus, Scaldis, Saba, Somona, Sura.*

Emendandus est Thesaurus ling. Lat. qui pro Scaldis Scalde habet.

Anton. Scaldis pons, *Valenchiennes* teste Jac. Meyero, urbs Belgii, Hannoniæ præcipua, ad Scaldem fluv. inter Cameracum & Montes 7. leuc. Sed Ortel. locum proximum inter Valencenas & Condatum esse contendit.

Scalholtum *Schalholt*, urbs & acad. Thulæ inf. episc. sub archiep. Nidrosiensi in Norvegia.

Strab. Plin. Mel. Scamander, Scamandrus Hom. Herod. Ptol. Q. Calabro, *Scamandro* adhuc, (non *Simoers*, ut scribit Castal. qui Simois est à Scamandro diversus) fluv. Mysiæ in Asia apud Hellespontum, ab exercitu Xerxis epotus teste Herod. ex Ida monte profluens, ac in Hellespontum, seu in mare Ægæum, apud Sigæum, ab eo 20. stad. inter illud & Dardanum, exiens: qui & Xanthus teste Plutarch. Vibio & al. appellatur ex Homero, licet apud Plin. sit diversus. De quo Catull. in Argon. carm. 65.

" *Testis erit magnis virtutibus unda Scamandri.*

Ibi Scamandrius campus apud Hom. inter Scamandrum & Simoentem. In Scamandro puellæ virgines nupturæ lavari solebant. Scamander non satis fuit ad bibendum Xerxis exercitui, sicuti nec Melas, nec Lissus in Thracia, teste Herodoto.

Plin. Scamandria, *Samandra* teste Leunclavio, oppid. Mysiæ seu Troadis in Asia ad Scamandrum fluv. à quo nomen habet, inter Abydum & Ilium.

Anton. Ptol. Scampis, *Vlagrada* Mol. & al. *Struga*, (sed *Scampi* adhuc in tab. recent. appellatur) urbs Macedoniæ episc. sub archiep. Dyrrachino cum staret, inter Apolloniam ad occ. 71. & Heracleam ad ort. 96. mill. pass. ex Antonino; inter Dyrrachium 63. & Lychnidum 55.

Strab. Thu. Lyc. Scandaria, prom. Coæ inf. ubi Scandalium oppid. teste eodem.

Plin. & al. Scandia, opp. & navale Cytheræ insulæ, Scandea Steph. cujus memin. Pausan. lib. 3.

Plin. Scandia *Schetland*, inf. oceani Britannici, seu Germanici, inter Orcades ad occ. & Scandinaviam ad ort. Norvegis parens. Scandia quoque pars Scandinaviæ Australis è regione Silandiæ inf. in ortum recedens, nomen antiq. retinens, *Schonen* vulgo.

Ptol. Scandiæ item insulæ plures sinus Codani, Cimbricæ Chersoneso ad ortum adjacentes, Ptol. 4. quarum maxima nunc *Gothlandt*, contra ostia Vistulæ; sed apud Melam sunt 7. & Hemodes appellantur. Thes. ling. Lat. Scandiam inf. Britanniæ Hibernicæ facit; cum Scandia longissime ab Hibernia & Britannia absit, uti apud Plin. qui ab eo citatur, videre est.

Plin. Sol. Scandinavia, quæ & Scandia, (licet Scandia sit portio Scandinaviæ inter Norvegiam & Sueciam in sin. Codanum porrecta) & Basilia teste Diod. & Baltia apud Pytheam teste Plin. non insula, ut credidit Plin. sed peninsula maxima Septentrionalis, inter mare Balticum ad Austrum, quo à Germania separatur, & oceanum Septentrionale, in plures regiones divisa, ac 3. continens regna, Norvegiæ, Sueciæ, & Gothiæ, cum Botnia, Finlandia, Biarmia, Scricfinnia, & aliis, incompertæ magnitudinis apud veteres: Vagina gentium à Jornande dicta; inde enim Gothi, Vandali, Longobardi, & alii pop. profecti feruntur. Hic etiam error tollendus in Thes. ling. Lat. qui Scandinaviam inf. facit maris Pontici, à quo longissime abest.

Urbes Scandinaviæ notiores.

Aboa *Abo*, episc. Finlandiæ sub archiep. Upsalens. & rege Sueciæ
Acherhusia *Akerhuys*, in regno Norvegiæ
Arboga *Arbogen*, episc. Sueciæ sub archiepisc. Upsalensi
Arosia *Arosen*, episc. Sueciæ sub archiep. Upsalensi
Asloa *Aslogen* & *Anslo*, episc. Norvegiæ sub archiep. Nidrosiensi
Bergæ, veteribus Bergos, *Bergen*, empor. regia, & episc. Norvegiæ sub archiep. Nidrosiensi
Calmaria *Kalmar*, empor. Gothiæ
Congella *Kongell*, Norvegiæ apud Scaniam
Hameria *Hammeren*, episc. Norvegiæ sub archiepisc. Nidrosiensi
Holmia *Stockholm*, regia, academ. & empor. Sueciæ
Lincopia *Lincopen*, episc. Gothiæ sub archiep. Upsalensi
Lodusia *Luki*, portus & empor. Gothiæ
Nicopia *Nicopen* vel *Nicopung*, empor. Sueciæ; altera Gothiæ
Nidrosia *Drontheim*, archiep. Norvegiæ
Oburgum *Oburg* vel *Viburg*, empor. Finlandiæ
Rasburgum *Rasborg*, Finlandiæ ad sin. Finnicum
Scara *Scaren*, episc. Gothiæ sub archiep. Upsalensi
Stamethia *Stametz*, episc. Gothiæ sub archiep. Upsalensi
Stavandria *Staffanger*, episc. Norvegiæ sub archiep. Nidrosiensi
Stragene *Stregnes*, episc. Gothiæ sub archiepisc. Upsalensi
Suderdalia *Suderdael*, in Norvegia
Telgoa *Telgo*, Sueciæ
Toronia *Torn*, empor. Finlandiæ
Tunsberga *Tonsberg*, Norvegiæ
Vardhusia *Wardhuys*, Norvegiæ arx Borealis
Vastena *Vasten*, Sueciæ, cum cœnobio
Vellimum *Velim*, episc. Sueciæ sub archiepisc. Upsalensi
Vexio *Wessho*, episc. Gothiæ sub archiep. Upsalensi
Upsala & Upsalis *Upsal*, archiepiscop. Sueciæ olim regia

Scantia sylva in Campania, ubi Scantiæ aquæ ignem vomentes teste Plin. & vites Ammineæ teste Varr. & mala Scantiana apud Macrob. Cujus hodie & nomen & locus ignoratur. Cic. Plin.

Scaphe, *Assanchef* ex tab. recent. urbs Mesopotamiæ apud Tigrim fluv. à Marde urbe ad 100. mill. pass. in ort. distans; licet situs apud Ptol. non congruat, cum Scaphe infra Seleuciam describatur. Ptol.

Scaphusia *Schaffhausen*, urbs Helvet. ad Rhenum fluv. Constantiæ finitima, 4. leuc. distans, conventus Helvetiorum. Vide Probatopolis. De Scaphusa quidam poeta lib. 6. Itin. Scrip. Germ.

" *Præfuit huic abbas Leno Scaphusa tuus.*

Hinc Scaphusianus, a, um, ut mœnia Scaphusiana.

" *Mœnia defessus Scaphusiana peto.*

Scapris vel Scabris, *Scarlino* teste Blondo, oppid. Thusciæ in ora, inter Plumbinum opp. & Massam urb. ad 10. mill. pass. distans utrinque. Anton.

Scaptesyle, Scaptesula Festo, & Scaptensula Lucret. opp. Steph. Plin.

opp. Thraciæ in ora contra Thaſon inſ. ubi Thucyd. hiſtoriam ſcripſiſſe fertur. Aliis eſt locus Macedoniæ ubi argentum effodiebatur. De quo Lucret. lib. 6.

" *Quales exſpiret Scaptenſula ſubter odores.*

Sil. Plin. Scaptia opp. fuit Latii mediterr. cujus pop. Scaptenii Halycarn. dicuntur, inter Soram & Fabrateriam. Sil. lib. 8.

" *Addita fulgebat telis; hic Scaptia pubes.*

Ab ea tribus Scaptia dicta eſt Romæ.

Plin. Anton. Ptol. Scarabantia, quæ & Julia Scarabantia, & alicubi apud Ant. Scarbantia, *Scapring* Germ. & *Chzepregh* Hung. oppid. Pannoniæ ſuper. in Norici conf. cujus ruinæ apud Zapprinum opp. teſte Laz. quod nova Scarabantia dici poteſt, inter Sabariam & Pontem 3. leuc. ac inter Sopronium ad occident. & Jaurinum ad ortum 4.

Strab. Scardo, Scardona Ptol. *Scardo* adhuc teſte Nigro cum Volaterr. urbs Liburniæ marit. in Dalmatiæ conf. epiſc. ſub archiep. Spalatenſi, cujus ſedes Vegienſi copulata eſt, inter Iaderam ad occ. & Sicum ad ort. 12. mill. paſſ. Pop. Scardonitani Plinio. Ibi lacus Scardonius, vulgo *Proclian.*

Ptol. Scardona, *Mal Conſiglio* Villanov. inſ. Illyrici Liburniæ oræ adjacens. Vide Arba, nam eadem eſt: quæ autem *Mal Conſiglio* dicitur, inſ. parva eſt ante Iaderam, longe diſtans ab Arba. De ea lib. 2. Itinerarii.

" *Hinc Curicta brevis, ſterilis Scardona, minaxq;*
' *Abſorus---------*

Strab. Scardus, Scodrus Liv. *Marinat* Barletio & Villanovano, mons in confinio Macedoniæ, Dalmatiæ, & Myſiæ ſuper. (non infer. ut ſcribit Ortel.) ex quo Drinius fluv. profluit. Sed teſte Jacobo Petri Luccaro hodie hic mons *Gliubotin Planina* nominatur.

Plin. Mel. Pauſ. Scarphia, Scarphe Strab. *Bondoniza* Moletio & al. opp. Locrorum Epicnemidiorum Achaiæ, in Phthiotidis conf. apud oſtia Boagrii fluv. Scarfia aliis. Sen. in Troade.

" *Beſſan, & Scarphen, Philonan ſenilem?*

Hæc terræmotu quondam prorſus everſa eſt, obrutis 1500. hominibus, teſte Demetrio.

Anton. Amm. Scarponna, *Scarpaigne* Ortel. *Sarponne* aliis, opp. olim, nunc pag. Gall. Belg. in Lotharingia, inter Tullum & Metas, apud Muſopontum, inde milliario diſtans in Auſtrum, à Metis 5.

Liv. Sceleratus campus, ubi Minucia Veſtalis ob inceſtum viva defoſſa, ad Collinam portam; & Sceleratus vicus Romæ, ubi Tarquinius Serv. Tullium interfecit, cui regnum debebatur, autore Liv. lib. 1. dec. 1.

Ant. Lib. Not. Scenæ, urbs Ægypti apud Nilum, inter Babylonem 12. & Aphroditopolim in merid. 28. Scenæ aliæ, Veteranorum dictæ Anton. à Babylone prædicta 30. mill. in Bor. intra Deltam. Pop. Scenitæ.

Strab. Plin. & al. Scenitæ, pop. Arabiæ deſertæ in Arab. felicis & Meſopotamiæ conf. apud Euphratem fluv. ſic à ſcenis, in quibus habitabant, dicti; domibus enim carent. Hi à carnibus ſuillis abſtinent, & hoc animal ibi non generatur, nec aliunde allatum vivit, teſte Solino. Apud Scenitas Maumethes pſeudopropheta Arabs (quos poſt Syriam vaſtatam, & captam Damaſcum, una cum aliis Arabibus ſuæ ditioni ſubjecerat) anno 40. veneno ſibi à ſuis domeſticis dato, orbe ſua lege decepto, vitæ finem accepit, ut ſcribit Bapt. Egnatius.

Plin. Scenuſſa, inſ. Vide Schinuſſa.

Strab. Ptol. Scepſis, urbs Myſiæ in Aſia mediterr. à Palæſcepſi in Cæciam diſtans (ubi regio ſic à Plin. nominata) 60. ſtad. à Cotylo jugo montis Idæ unde Scamander manat 120. ſtad. epiſc. ſub archiep. Cyziceno. Sic dicta à verbo Græco Σκήψας, quod ibi Rhea pro filio lapidem peperit, ut ſcribit Steph.

Calliſt. Nicet. Scetis & Nitria montes proximi in Ægypto apud Mariam lacum: ubi eremi, & cœnobia quondam plura.

Schedia, *Raſchit* teſte Guilandino, navale Ægypti inter Alexandriam & oſtium Nili Canopicum. *Strab.*

Schera, *Calamera* vel *Calameta* teſte Aretio, oppid. Siciliæ mediterr. everſum apud Alcamum in mont. ab oſtio Criniſi fluv. 3. mill. paſſ. à Segeſta 4. medium inter Panormum ad Bor. & Drepanum in Auſtrum. Pop. Scherrini Plin. *Ptol.*

Scheria dicta eſt Phæacia ſive Corcyra teſte Ariſt. à diverſione curſus fluviorum, quos à Neptuno fabulantur poetæ inde diverſos, ne ipſa cerealis evaderet.

Schinuſſa *Scinuſa*, inſ. parva maris Ægæi, una Sporadum, inter Melon & Ion. Vide Plin. libro 4. c. 12. Schinuſſa vero apud Steph. eſt inſ. Phocica, ſeu Phocææ adjacens. *Plin.*

Schœnus, Schœnitas Melæ, *Scheno* adhuc, portus Peloponneſi ad ſin. Saronicum, & ad iſthmum, ubi is anguſtior, à Cenchreis 40. ſtad. in Bor. Schœnus item pagus à Thebis 50. ſtad. cum fluv. cognomine. Eſt & Schœnus Schœnuntis teſte Steph. regiuncula à Schœneo patre Atalantes dicta, & fluv. Arcadiæ, & alter apud Athenas fluens teſte Strab. Stat. lib. 7. Theb. *Strab. Plin. Ptol.*

" *Qui breve littus Hyles, Atalantæumq; ſuperbi*
' *Schœnon habent-------*

Scianticum, opp. Norici in Carinthia everſum. Al. Santicum. *Ant.*

Sciathis, opp. Ægypti in Scithiaca reg. apud Scetim mont. Item mons Arcadiæ teſte Pauſania. *Ptol.*

Sciathus, *Sciato* Soph. & al. inſ. maris Ægæi inter Eubœam & Theſſaliam, Scopelo proxima, ante Magneſiam prom. ab ora Eubœæ Boreali 20. mill. paſſ. in Bor. circuitu 30. ab Atho monte 15. mill. paſſ. ex Plin. cum longe pluribus diſtat. Ejus mem. Val. Flac. lib. 2. Argonaut. *Mel. Ptol. Steph.*

" *Jam Sciathos ſubſedit aquis------*

Scribitur enim & Sciathos. Sciathon inſ. hujus urb. cum Peparetho à Philippo dirutam ſcribit Liv. lib. 1. decad. 4.

Scillus, opp. Peloponneſi apud Olympiam, ubi Xenophon ſcripſit hiſtoriam teſte Plut. (apud quem Scilluſius legitur) facit Scilluntis in obliquo. Scilluſius nom. gentile. *Pauſ. Steph.*

Scingomagus, Cincomagus Plin. *Seſans* ſeu *Sezans* teſte Scudo, opp. Alpinum in Gallia Narbonenſ. & Subalpinæ confinio, à Seguſio 12. mill. paſſ. Brigantium verſus duplo remotius: ſed apud Strab. inter Ocelum (unde 26. mill. paſſ.) & Brigantium. *Strab.*

Scinthi, pop. Germ. Cheruſcis finitimi: quorum meminit Claud. lib. de vict. Stilicon. *Claud.*

" *Quaq; domant Scinthos, immanſuetoſq; Cheruſcos.*

Scioeſſa, mons Peloponneſi apud Patras, 9. collibus ſoli inviſis ob umbram & opacitatem conſtans. *Plin. Sol.*

Scione opp. erat Macedoniæ apud Canaſtrum prom. ad ſinum Thermaicum in peninſ. Patalenes. Scion Steph. Nom. gent. Scioneus. *Herod. Thucyd. Mel.*

Sciopodes & Sciopodæ, pop. fabuloſi in India, & in Libya ſub zona torrida ad oceanum occid. qui & Monoſceli, i. e. uno crure conſtantes, & qui in ſolis ardoribus pede ſoli obverſo umbram faciunt. *Plin. A. Gell. Suid.*

Sciron, mons Atticæ in ora inter Megara & Corinthum, ubi Scironia ſaxa & Scironides petræ Strab. Plin. Melæ (apud quem Scironia ſaxa inter Piræum & Megara, non inter Megara & Corinthum ut Ortel. refert, leguntur) à Scirone latrone dicta, haud procul à Piræo in mare inſtar ſcopuli ſex mill. paſſ. porrecta teſte Solino. Eſt & prom. Phthiotidis ad ſin. Maliacum, in quod Thermopylæ terminantur. De priore Ovid. lib. 7. metam. *Strab.*

" *In ſcopulos: ſcopulis nomen Scironis inhæret.*

Fabulantur enim oſſa Scironis in ſcopulos, qui ſaxa Scironia dicuntur, converſa. De altero Claud. lib. de bello Getico, ubi Scironia rupes dicitur.

Thermopylæ: vaſtata mari Scironia rupes.

Sciros,

Sciros teste Steph. locus & habitatio est Arcadiæ apud Parrhasios. Cujus incolæ Sciritæ dicti sunt.

Callist. Scirtus, fluv. Syriæ per Edessam urb. fluens in Euphratem.

Euagr. Eur. Sen. Soph. Pauf. Scista trivium est Phocidis inter Delphos & Dauliam, cujus poetæ meminere, præsertim Eurip. & Sophocles.

Scithæ, opp. Thraciæ seu Macedoniæ apud Potidæam, teste Steph.

Ptol. * Scithiaca reg. Scetis Niceph. Callisto, *Campo Carmeli* teste Ortel. regiuncula Ægypti, ubi Scetis & Nitria. [* Σκιαθική in Seld. manusc.]

Regin. & Eginart. Sclavi, pop. Scythiæ Europææ, qui in Illyricum demigrantes Sclavoniæ nomen indiderunt, Sclaveni Procop. vulgo *Schiavoni* Italis, & reg. *Schiavonia*. Hi Christianam religionem exemplo Bulgarorum anno sal. 807. urbis cond. 1618. Olymp. 411. anno 2. suscepere.

Sclissa, seu Scrissa, urbs Illyrici Venetis à Turcis erepta anno salutis 1525.

Liv. Ptol. Flor. Scodra *Scutari*, & *Iscodar* Turcis, urbs Dalmatiæ in Macedoniæ conf. apud lacum, & Drilonem fluv. à littore 18. mill. pass. in mont. inter Antibarum 8. & Drivastum 6. mill. Albaniæ reg. præcipua, ab Epidauro seu Ragusa 60. mill. in ort. ab Ascrivio in medio 30. episc. sub archiep. Antibarensi. Hanc Thes. ling. Lat. in Liburnia, & sub Venetis locat; cum neutrum sit. Scodrus ibi mons altissimus, de quo Liv. l. 3. dec. 5. Forte qui aliis Scardus.

Mela. Scœnus, fluv. Thraciæ apud Maroneam urbem mari Ægæo exceptus.

Xenoph. Strab. Scollis, Olenia petra Homer. mons Peloponnesi in Achaia apud Olenum urbem, ex quo Larissus fluv. effluit. Scolis apud Steph. legitur, & est opp. Achaiæ.

Hom. Pauf. Scolus, mons in ora Bœotiæ ad ortum apud Eteonon, & ostia Asopi fluv. cum opp. cognomine. Fuit & opp. Maced. apud Olinthum urb. teste Strab. De monte Stat. lib. 7. Theb.

" *Qui Scolon, densamq; jugis Eteonon iniquis.*
Scolon ne proficisceris ipse, nec alterum comiteris, proverbium est apud Eustath. & Steph. quo significatur abstinendum à convictu alicujus, vel à loco, à quibus nihil sit sperandum boni. Nam Scolos apud Strab. lib. 9. est vicus Bœotiæ apud Asopum fluv. ad radices mont. Cithæronis inamœnus, incultus, & infrugifer; de quo & Plin. lib. 4. c. 7. licet in Thes. ling. Lat. urbs Asiæ dicatur. Forte error est typographi, qui pro Asopia, Asia fecit.

Pauf. Scolus item pag. fuit Bœotiæ, in quo panis totius Græciæ laudatissimus fiebat teste Pausan. [Idem forsan cum priori.]

Ptol. * Scombraria, *Cabo de Palos* teste Clusio, promont. Hisp. Tarrac. apud Carthaginem novam, à Plin. promont. Saturni dictum. [* In manuscr. Selden. Σκομβραρία.]

Strab. Scombraria altera, Scombroaria Ptol. quæ & Herculis teste Strab. *Escombrera* teste Flor. ins. Hisp. ante Scombrariam prom. & apud Carthaginem novam, à qua 24. stad. recedit.

Arist. Scombrus, mons Thraciæ proximus Rhodope, ab eo in Bor. parum recedens.

Thucyd. Scomius, mons Thraciæ in Maced. conf. ex quo Strymon fluv. oritur teste Thucyd. qui idem videtur Orbelo.

Scona, vulgo *Scone*, opp. cum cœnobio Scotiæ in Perthia, ubi olim Scotiæ reges coronari solebant, ibi lapide reperto & in veneratione habito, tanquam fatali in regum coronatione. De quo distichon hoc legitur.

" *Ni fallit fatum, Scoti quocunque locatum*
' *Invenient lapidem, regnare tenentur ibidem.*

Ptol. Scopelos, ins. multiplex: una maris Ægæi apud Magnesiam prom. Thessaliæ, Sciatho proxima, *Scopulo* nunc teste Soph. ab Eubœa 20. mill. pass. in Bor. circuitu 50. Altera in mari Ionio apud Cephaleniam ins. quæ etiam *Scopuli* nominatur, & *Capo Ducato* Moletio, parva. Alia Plin. ins. parva Asiæ ante Troadem urbem Phrygiæ.

Scopelus item urbs Thraciæ mediterr. episc. à Leone imperatore effecta sub archiep. Hadrianopolitano, Develto urbi finitima, ab ea Hadrianopolim versus recedens, *Ischeboli* vulgo teste Leuncl. Scopi dici videtur apud Steph. pop. Scopeni. Cedren.

Scopia numero plurali, urbs Dardanorum in Mysiæ sup. & Maced. conf. archiep. proxima Ulpiano, à Zonara, Niceta, & Niceph. memorata. Vide Scupi, uti à Ptol. nominatur. Græc. script.

Scordisci, & Scordiscæ Strab. Scordissi Trogo, Posidon. & Sexto Rufo, *Rasciani* teste Castaldo, *Bosnesi* vel *Bosnachi* teste Nigro, pop. Pannoniæ inferioris Aravischis finitimi ad Austrum, quorum urbs Sirmium teste Niceta. Hi in fronte mont. Claudii, quo à Tauriscis separantur, habitant. Plin. Ptol.

Scoti, pop. Britanniæ secundæ, i. e. Scotiæ, quæ ab eis nomen accepit, *Scozesi* Italis, *Guydhyl* Britannis teste Lhuydo, à pictura, quasi Picti appellati, teste D. Isid. vel ab obscuritate & tenebris, quæ scotos dicuntur. Claud. de laud. Stiliconis lib. 2. Oros. Amm.

" *Munivit, Stilico totam cum Scotus Hibernam*
' *Movit*-------

An vero Scoti prius Hiberniam occuparint, vel eam partem Britanniæ quæ nunc Scotia nominatur, dijudicent alii ex historiis. Illud vero certum, nomen Scotiæ utrique regioni fuisse commune; ac Scotos, ejectis Pictis, regione potitos, illi nomen indidisse. Scotos (quos alii à Scythis voce depravata dictos putant) olim in Hibernia consedisse, nomenque Scotiæ ipsi Hiberniæ indidisse, & illam etiam Scotiam per aliquot secula appellata fuisse, invenitur apud Orosium, D. Prosperum, D. Isidorum, Bedam, D. Bernardum abb. & antiquiores scriptores vitar. Sanctorum Hiberniæ, in quibus Cogitosus, Adamnanus, Jonas, Theodoricus, & alii. Ipsa quoque nunc Scotia vice versa aliquando Hibernia dicta fuit, ut in martyrol. Rom. maxime pars Scotiæ montana, & occidua, in ipsius Hiberniæ prospectu.

Scotia, quæ & Caledonia Tac. Britannia secunda aliis, Albania apud vet. Scotos, vulgo etiam *Albayn* teste Lhuydo, *Scotia* Italis, *Scotland* Anglis, pars Albionis, & Britanniæ in Boream vergens, à prima Britannia sive Anglia monte Cheviota discreta, in plures regiones divisa: in qua Alata castra sive Edimburgum urbs regia, Andreapolis & Glasquum metropoles. Hinc Scoticus nomen gentile. Claud. de laudibus Stilicon. lib. 2. Hegesip.

' ----------------------*ne bella timerem*
' *Scotica, vel Pictum tremerem*--------

Scotiæ regiones plures sunt: in iis Laudonia apud Angliæ confinia, in qua Edimburgum regia; sicuti & Marchia ad ortum, à Dumbaro Bervicum usque pertingens; & Kuningamia late patens ad occidentem; inde Buchania; Angusia, cujus urbs episc. est Brechinum; Fifa, in qua Picti olim fuere; Marria, in qua Dea & Dona amnes, & Aberdonia urbs gemina in ora ad ortum; Moravia, cujus caput est Elginum urbs episcop. Rossia, cujus olim urbs episc. fuit Rosmarchæum, nunc est Canonria, ab Elgino 30. mill. pass. Cathanesia, in qua Cornabui pop. à Ptol. locari videntur, cujus caput & urbs episc. est Dornum, sive Dornachium. Ad occ. vero sunt Argathelia sive Argadia, ampla regio contra Hiberniam, ubi olim Canovaci pop. aliis vero Novantæ: quæ regio, quod sylvosa & montuosa sit, Hibernia à scriptoribus nominatur. Ejus urbs episc. Lismora est. Adnectuntur Lorna & Lennosia seu Lennoxia regiones. Ad occ. quoque sita est Gallovidia, sive Gallo-

weia; cujus caput & urb.ep.est Candida casa. Sunt & aliæ regiones interiores, uti Perthia, & Levinia, sic à lacu Levino dicta, in qua Dumbretonium opp. caput, à Glascoa urbe 30. mil. pass. in Bor. recedens, & Lennosia. [De Scotiæ partibus aliter.] Scotiæ regiones in ortum vergentes sunt Merchia, vulgo *Mers* vel *Merch*, in Angliæ confinio, in qua Meatæ pop. apud Ptol. cujus urbes Coldana, & Bervicium, olim Bremenium, ut aliquibus videtur, vulgo *Berwick*. Interius Laudonia, vulgo *Lauden*, ubi pop. Ladeni, seu Gadeni Ptol. cujus urbs præcipua Castra alata, vulgo *Edenburgh*, regia, & academia. Ad occ. Gallovidia, vulgo *Galloway*, ubi olim Brigantes pop. cujus urbs Leucopibia, postea Candida casa, vulgo *Whit-hern*. Inter hos & Angliam sunt Selgovæ pop. vulgo *Solway*, quorum urbs est Trimontium Ptol. vulgo *Uzeli*, sive *Atterith*. Non longe Novantæ pop. & Novantum prom. sive Chersonesus, vulgo *the Mull of Galloway*. His ad Septentrionem Damnii pop. incumbunt; quorum regio *Sterlingshire*, in qua Glotta fluv. vulgo *Cluyd*, ubi aurifodinæ, & urbes Castrum Britonum vulgo *Dunbriton*, & Glaschum seu Glascoa urbs sede archiepiscopali decorata, & academia. Ulterius Levinus fluv. à quo Levinia reg. vulgo *Lennox*, & Lelannonius sinus, & lacus Lomundus, prodigiosus ob ejus insulas fluctuantes. Aliquantum etiam ad occasum Bodotria conspicitur, vulgo *Frith*, in ortum decurrens: ad cujus ortum Caledonii pop. & sylva Caledonia; ubi Castrum Caledonium, vulgo *Dunkelden*, urbs episc. quorum pop. & regiones nunc *Stratherne*, *Storie*, *Rossen*, & *Argathelia* vel *Argile* dicuntur. Rursus ad occ. & mare Hibernicum Epidii pop. quorum regio *Kyntyre* vel *Cantyre*, (quæ aliis Novantum reg. putatur) cœnobiis clara. His ad Septentrionem Lougus fluv. & regio Loquabria (in qua *Foiles* opp.) succedunt, ubi à Ptol. Cerones sive Creones pop. describi putantur: nunc ea regio nonnullis *Argyle*, sive *Argathelia*; cujus urbs episc. *Lismore* appellatur. Interius fluunt in ortum, ut dixi, Bodotria, & Taus, ubi Carnonacæ pop. quorum regiones videntur Lorna, Atholia, & Knapdalia: ibi Euonium olim urbs, nunc arx regia, vulgo *Dunstaphage*. Hinc in ortum usque extenditur Fifa regio ingens, Tao fluv. permeata, (in qua Vernicones pop.) 60. magnis opp. constans. Ibi Abernæthum Pictorum sedes, Fanum S. Joannis, Falclandia regia à Falconibus dicta, & Dumblanum urbs episc. in ora vero orientali, Fanum S. Andreæ urbs archiepisc. Ultra Taum ad Boream occurrunt Horesti pop. quorum regio Angusia, (in qua Brechinum urbs episc. Orrea olim sedes regum, vulgo *Forfair*, & Alectum, postea Deidonum dicta) & Marnia Borealior (in qua urbes Mons Roseus, Baræum, Covæum, & Fordunum olim regia.) Sequitur Marria magis in Boream trans Devam fluv. vulgo *Dee*, ubi Devana urbs Ptol. nunc Aberdonia, in ora, urbs gemina, episc. & academ. Ultra Horestos sequuntur Taizali: quorum regio Buquhania, ubi Dempsterorum familia plures arces habet. Hinc Thomas Dempsterus jurisconsultus, vir omni disciplinarum genere excultus, inter primos Academiæ Bononiensis professores, profectus. Incumbunt ad occ. Vacomagi pop. quorum regio Boena (in qua Culenum opp. & Banfum præfectura) & Gareotha, ubi mons auri ferax, & Neslandia regio, & Murravia. urbes autem Vacomagorum Innerlothea eversa, & Elginum episc. Occasum versus prope Loquabriam Lugia reg. est, nunc *Rossia*, ubi Portus salutis, nunc Cromarteum æstuarium, ad cujus ripam Dingwailum castrum regium, in altera ripa Canonria episc. urbs, inde Rosmarchæum, & Thana. Sunt & Lugi pop. Borealiores, nunc *Sutherland*, ubi opp. Dunrobinum, & Dornum sedes episc. Cathanesiæ regionis omnium Borealioris; cujus pop. Catini, non Carini, ut apud Ptol. legitur: quorum urbes Virvedrum, nunc *Dunsby*, & Berubium vulgo *Bernswale*; opp. olim Orcas, & Tarvisium seu Tarvedum, nunc promontoria terram illam terminantia, apud *VVick* oppid. [De his fusius & distinctius in suis locis.] Scoti primi scholas Anglis, Hibernis, Belgis, & Norvegis aperuisse, & in Europa academias fundasse feruntur. Primus quoque regum Lucius Scotus fidem Christianam suscepisse traditur, & Beatus Scotus Apostolorum tempestate eremita fuit in occidente.

Scotussa, * Scotusa Ptol. *Licostomo*, vel etiam *Scotusa*, (nomen retinens antiq.) urbs mediterr. Thessaliæ Larissæ finitima, episc. sub archiep. Larissæo. Fuit & Scotussa opp. Maced. ad Nestum amnem. Hinc Scotussæi pop. apud Plin. quondam liberi. Scotussæ lacus est qui vulneribus medetur, ut scribit Plin. lib. 31. c. 2. [* Σκότυσα Selden. man.] *Strab. Liv. Plut.*

Scriphinii, pop. Septentrionales Scandinaviæ, perpetuis rigent nivibus, carnibus ferarum crudis degunt, pellibusque earundem corpora sua contegunt, autore Paulo Diac. Dicuntur & Scrifinii, & regio Scrifinia, & Scricfinia. *P. Diac.*

Scrythea, *Acristia* teste Faz. opp. Siciliæ mediterr. excisum apud Julianum oppid. Calatabellotam versus, inde 4. mill. pass. Triocalæ quoque urbi excisæ finitimum. *Diod. Sic.*

Scultenna, Scutana Strab. *Panara*, fluv. Gall. Togatæ non longe à Mutina decurrens ex Apenn. mont. agrum Mutinensem à Bononiensi discernens, Padumque supra Ferrariam ad 12. mill. pass. apud Bodincomagum subiens, *Scultenna* etiam vulgo apud ortum cum pago cognomine Blondo teste dictus. Scultennæ mem. Liv. lib. 1. dec. 5. *Plin. Liv.*

Scunnus, *Rosarno* teste Barrio, oppid. Brutiorum non obscurum apud Metaurum fluv. & Medamam, in Calabria ulteriore, à Nicotera urbe 4. mill. pass. Metauriam versus supra 6. inter Miletum 10. & Seminariam 21. à Saracenis excisum, ex cujus ruinis Rosarnum ædificatum tradunt.

Scupi, *Scopia* Soph. al. *Uscopia*, urbs Mysiæ super. in Macedoniæ conf. Ulpiano & Parœcopoli finitima, apud mont. Orbeli & Rhodopes radices, à Thessalonica supra 100. mill. pass. in Circium distans, à Philippopoli ad 230. olim episc. postea metrop. effecta, & nunc sedes præfecti Turcarum clara, ad Axium fluv. ex Orbelo mont. profluentem, agro fertilissimo. *Ptol. & al.*

Scurgum, *Schmeben* teste Villanov. opp. German. magnæ in Pomerania. *Ptol.*

Scyathos, ins. ante sin. Pagaseum. Vide Sciathos. Val. Flacc. lib. 2. Argon. *Mel.*

" *Iam Scyathos subsedit aquis, jam longa recessit*
' *Sepias*---------

Scydra, *Siderocapsa* teste Bellon. urbs Maced. in Emathia reg. à Thessalonica 40. mill. pass. à Torone plus. Hinc nom. gent. Scydræus. *Plin. Ptol. Steph.*

Scylace, Scylaceum Val. Flacc. opp. Mysiæ Asiaticæ inter Cyzicum & mont. Olympi radices, Cyzico proximum, cujus tamen nomen ignoratur, quod non hodie exstet. *Herod. Plin. Mel.*

Scylacium. Vide Scylletiũ. Scylacæum Virg. l. 3. Æn. *Strab.*

" *Caulonisque arces & navifragum Scylacæum.* *Plin.*

Scylæum. Vide Scyllæum. *Ptol.*

Scylax, fluv. Cappadociæ in Irim influens. *Strab.*

Scylla, quæ & Scyllæ num. plur. Lucr. lib. 4. & Scyllæum saxum Strab. *Scillo* & *Scilla*, scopulus Brutiorum ad fretum Siculum nautis infaustus & tremendus, apud Scyllæum prom. exadverso Charybdis. Cujus mem. poetæ frequenter. Ouid. in Ibin. *Strab. Plin.*

" *Ut quos Scylla vorax, Scyllæq; adversa Charybdis,*
' *Dulichiæ pavidos eripuere rati.*

Scylla scopulus adagio locum fecit, una cum Charybdi; nam apud Latinos dici solet, *Incidit in Scyllam cupi-*

cupiens vitare Charybdim. Cujus adagii duplex est sensus: unus, quo monemur de duobus malis minus eligendum, uti qui potius periclitari voluit in Scylla, quam absorberi & mergi in Charybdi: alter, ut dicatur de iis, qui volentes periculum minus vitare, in majus incidunt; quo pacto Charybdis ut minus periculosa, Scylla ut majus malum accipitur.

Mel. Scyllaceus sinus. Vide Scylleticus.

Scyllacium, urbs & colonia Rom. anno urbis conditæ 631. una cum Tarento, Neptunia, & Minervio effecta, teste Velleio: quo anno & Carthago in Africa. Vide Scylletium.

Strab. Plin. Sol. Ptol. Scyllæum, Scylla Melæ, prom. Brutiorum apud Scyllam scopulum, cum opp. cognomine non obscuro, in mare instar peninsulæ porrectum contra Siciliæ littus, *il Sciglio* teste Barr. inter Nicoteram ad occid. 26. & Rhegium in ort. 14. mill. pass. contra Pelorum prom. Siciliæ, ab eo 12. stad. Quod prom. Cænis Plin. dici videtur. Sed Scylla à Cænide 6. mill. pass. recedit; Cænis vero Rhegium versus distans *Capo di Volpe* nominatur. Vide ibi.

Plin. Liv. Pauf. Scyllæum alterum, prom. Peloponnesi in ora Argiæ reg. in agro Hermionico, * Scyllium Ptol. *Capo Scigli* Soph. sinum Argolicum à Saronico dividens, inter Maleam prom. ad merid. & isthmum ad Bor. 177. mill. pass. recta navigatione. Scyllæus nom. gent. à Scylla deductum, ut Scyllæa rabies. Virg. lib. 1. Æneid.

" *Vos & Scyllæam rabiem, penitusque sonantes*
' *Accestis scopulos*--------

[* Σκυλλαιον in man. Seld.]

Strab. Scylletium, quod Scyllaceum Mel. & Sol. Scylaceum Plin. Scylacium Strab. & Ptol. *Squillaci*, colonia Atheniensium, & urbs Magnæ Græciæ littoralis episc. sub archiep. Rhegino, inde 90. mill. pass. in Bor. in ora Calabriæ ulter. inter Locros ad Austrum 60. & Crotonem ad Cæciam 40. à Cathacio urbe hoc tempore clara 12. in colle versus sinum pendens, ab Ænea condita Cassiod. teste. Fuit & Scylletium opp. Cretæ præcipuum teste Solino. Steph. prius Scylletium urb. facit Siciliæ. Ibi fons erat, Arethusa nomine, cujus aqua, siquis alte loquatur, attolli fertur in modum ollæ bullientis, & voces quasdam reddere.

Strab. Scylleticus sin. *Golfo di Squillaci*, Scyllaceus Melæ, Scylletius Plin. sinus Magnæ Græciæ, in cujus intimo recessu Scylletium urbs est.

Steph. Scyllus Scylluntis, opp. Achaiæ in Peloponn. quod Xenophonti à Spartanis donatum est.

Mel. Scyronia saxa. Vide Scironia.

Plin. & al. Scyros & Scyrus, *Sciro* vulgo etiam dicta Bordonio & al. ins. maris Ægæi contra Magnesiam, cum urbe episc. cognomine sub archiep. Atheniensi, ab Eubœa 40. mill. pass. circuitu 80. minor apud recent. De qua Catull. carm. 65.

" *Deseritur Scyros: linquunt Phthiotica Tempe.*

Hinc Scyrius Ovid. lib. 1. de arte am.

" *Scyrias Hæmonio victa puella viro.*

A Scyro *Scyrius principatus* adagium ortum est, de tenui regno dictum apud Suid. quod hæc ins. à Pelasgis & Caribus quondam inhabitata, petricosa fit, & infrugifera. Scyros capris abundat feris, ex quib. adagium est apud Zenodot. *Capra Scyria*, in eos qui beneficium maleficio contaminant, sicuti capra Scyria, quæ calce mulctram lacte plenam evertit. Lapis hujus ins. integer supernatat, comminutus mergitur, teste Plin. lib. 36. c. 17. Hæc excelsa situ est, ut scribit Dionys. Afer.

" *Et celsa Scyros, Peparethus, sacraque Lemnos.*

Plin. Scytala, ins. ad intimum sinus Arabici recessum.

Strab. Plin. & al. omnibus. Scythæ *Tartari*, pop. Asiæ, gens numerosissima in plures pop. divisa. Sunt & Scythæ in Europa apud Mæoticam paludem incolentes, qui & Mæotæ, Alani, Agathyrsi, Geloni, & Sauromatæ: quos omnes, tam Europæos quam Asiaticos, Tartaros nominamus, Apud Scythas & alias regiones Septentrionales propter frigus, cujus sunt impatientes, asini minime reperiuntur. Scythæ porro pop. apud omnes scriptores notissimæ feritatis sunt; ita ut *Scytharum oratio* apud Lucian. & alios in proverbium transierit. Hi enim Dario Persarum regi, qui ad eos scripserat, nil aliud rescripserunt, nisi ut ploraret. Vita adeo aspera illis est, ut *Scytharum potatio* in adagio sit. *Scytha equum* quoque adagium est in eos, qui rem aliquam aversari videntur, quam tamen maxime expetunt, uti Scytha equum. Ita apud Suid. *Scytharum solitudines* ob magnitudinem in proverbium apud Aristoph. abiere. Scythæ nullas habent urbes, nulla mœnia, domos secum ferentes: unde Hamaxobii dicuntur. Pecore degunt, famem & sitim ad duodenos dies ferentes, sola herba quæ spartanea dicitur sustentati.

Scytheni pop. sunt Cappad. pud Macrones: quorum mem. Xenophon anabas. Cyri.

Ptol. Scythia, provincia Asiæ gemina: citerior, quæ intra Imaum mont. Ptol. dicitur, inter Sarmatiam Asiæ ad occ. & Scythiam alteram ad ortum, ac inter mare Caspium ad merid. & oceanum Borealem seu Scythicum ad Arctos, in plures regiones divisa, quæ omnes sub uno Tartariæ nomine comprehenduntur. Altera ulterior, seu extra Imaum mont. in ort. vergens, (Imaus enim mons ingens inter has interjacet) & ipsa in plures divisa regiones; quarum quæ ad ortum extenditur Sericæ contermina *Cathay* nominatur, quæ ad occ. *Regno di Cambalu*; dicitur & *Mongul.* Urbes prioris olim claræ, Aspabota & Davaba: alterius, Issedon & Auzacia. Equis maxime abundat: quorum carnibus pop. vescuntur. Asinis vero propter loci frigiditatem caret, teste Plinio.

Herod. Mel. & al. Scythia quoque Europæa pars est Sarmatiæ, ab ostiis Tanais ad ostia Istri Mæotidi paludi & mari Euxino exposita. In Scythia cervi, tragelaphi ingentes, & muli teste Solino gignuntur. De Scythia Virg. libro 1. georg.

" *Mundus ut ad Scythiam, Riphæasq; arduus arces*
' *Consurgit*----------

Hinc Scythicus nomen gentile. Ovid. 1. de Ponto, eleg. 9.

" *Ut careo vobis Scythicas detrusus in oras,*
' *Quatuor autumnos Pleias orta facit.*

Strab. Scythia parva, pars Sarmatiæ Europææ inter Tauricam Chersonesum & ostia Borysthenis fluv.

Plut. Scythia Pontica, pars Mysiæ infer. Euxino mari adjacens.

Mel. Scythicum littus, ora Asiæ Borealis oceano Boreali exposita.

Plin. Scythicum mare, oceanus Borealis, in quem veteres mare Hyrcanum influere falso credidere.

Mel. Scythicum prom. *Cabo di Pennas* seu *di Peñas* teste Floriano, prom. Hisp. Tarracon. in ora Asturum Boreali, quasi medium inter Ribadeum opp. ad occid. in conf. Gallæciæ, & Vecam opp. Asturum ad ort. ad 12. leuc. utrinque. Scythicum prom. quoque Plin. in ora Scythiæ Boreali.

Plin. Scythicus mons, idem Caucaso, Coraxico, & Moschico, Tauri mont. ramentum, sive pars, qua se in Bor. inter Euxinum ad occ. & Caspium ad ort. maria attollit, & extendit.

Plin. Scythicus oceanus, idem quod mare Scythicum & Boreum, vel Eurobeum Jornandis, Asiam à septentrionibus alluens.

Plin. Scythicus sinus, pars Caspii maris, quam Scythæ & Nomades accolunt, in ora Boreali.

Plin. Scythopolis, olim Methora teste Zonara tom. 1. annal. dicta, quæ & Nysa teste Plin. à Scythis condita, *Josepho*, *Ptol.* urbs Palæstinæ in ora lacus Genesaræ ad merid. apud

Jordanis fluv. egressum, in Galilæa, Tiberiadi & Bethsaidæ proxima, à Tiberiade 120. stad. in merid. & ort. distans teste Josepho, nunc *Bethsan* teste Breitenbachio cum aliis, in Campo magno, (tametsi Plin. & Ptol. illam in Cœlesyria describunt) media fere inter Gadaram, & Neapolim urbem Samariæ ad 16. mil. pass. ab Hierosolymis 47. Damascum versus 130. ex Itin. Ant. à Baccho condita, & de Scytharum ejus comitum nomine appellata. Archiepiscop. erat sub patr. Hierosolymitano, sed sedes postea Nazareth translata fuit.

Strab. Plin. Ptol. Sebaste, tergemina: una Palæstinæ in Samaria, urbs episc. sed excisa, à Neapoli 10. mill. pass. distans, sub archiep. Nazareno. Vide Samaria; sic appellatur, etiam vulgo. Altera Ptol. & Steph. quæ & Augusta, in ora Ciliciæ apud Corycum, inde in ort. parum distans, *Sevesta* nunc, episc. sub archiep. Tarsensi. Alia Ptol. in Albione, oppid. in finibus Damnoniorum, *Leskerd* teste Villanovano.

Plin. Steph. Ptol. Sebastia, quæ & Sebaste Ant. *Saustia*, urbs Cappadociæ mediterr. apud mont. Argæum, archiep. sub qua Sebastopolis, inde in occ. 72. mill. pass. recedens, & Nicopolis 86. in Cæciam, & Satala ultra Nicopolim versus Trapezunta. A Cæsarea 125. mill. in Bor. & Cæciam.

Plin. Ptol. & al. Sebastopolis, urbs gemina: una Cappadociæ mediterr. *Suvas* hodie, præclara, à qua nomen est regioni, & ubi sedes est satrapæ Turcarum, episc. sub archiep. Sebastensi, inde 72. mill. pass. in occ. Amaseam versus 150. *S. Gregorius* nunc dici quidam volunt. Altera, quæ & Dioscurias Ptol. *Savatopoli* Nig. & al. urbs Colchidis marit. inter Phasidem ad merid. 100. & Heracleam urb. Heniochorum ad occ. 80. mil. pass.

Anton. Sebatum, *Schwatz* teste Laz. oppid. non obscurum Norici ad Oenum fluv. in comitatu Tirolensi, inter Oenipontem 3. & Kuphstenium 5. leuc. in via quæ ab Oeniponte Salisburgum in Cæc. & Pataviam in Bor. ducit, occurrens.

Ptol. Sebendunum, *Tamp* Molet. olim oppid. nunc vicus Hisp. Tarrac. in Catalaunia, & finibus Castellanorum, in ducatu Cardonæ.

Prov. Rom. Sebenicum, Sicum Ptol. urbs Dalmatiæ in ora episc. sub archiep. Spalatensi, vulgo etiam *Sebenico*, Scardonæ proxima, ad 10. mill. pass. distans, inter Iaderam ad occ. 48. & Tragurium in ort. 32. Ejus mœnia ex saxo candido sunt, ut in lib. 2. Itiner.

" *Absorus, & niveis Sebenica mœnia saxis.*

Sebeniticum, Sebennyticum Steph. Strab. ac Ptol. Sebenniticum Melæ & Plin. *Sturioni* teste Nig. ostium Nili inter Bolbitinum ad occ. & Pathmeticum ad ort. à Sebennito seu Sebennyto urbe, quæ etiamnum *Sebenit* in tab. recent. appellatur.

Columel. Stat. Sebetus, *Fiume della Maddalena* teste Scip. Mazzella, fluviolus Campaniæ apud Neapolim fluens. De quo Stat. lib. 1. sylv. carm. 2.

" *Ebois, & pulchra tumeat Sebetos alumna.*

Unde Sebetis nympha, de qua Virg. 7. Æn.

" *Oebale, quem genuisse Telon Sebetide nympha*

' *Fertur*----------

Plin. Sebinus & Sevinus *Lago d' Iseo*, lacus Cenomanorum in territ. Brixiensi, à Brixia & Bergomo 18. mil. pass. ex quo Ollius fluv. maxime perspicuus emittitur.

Ptol. Sebunta, Esebon Hebræis, uti & vulgo, oppid. Palæstinæ in Arabiæ petrææ conf. uti aliquibus videtur, in tribu Gad, Medavæ finitimum.

Cæs. Sebusiani, pop. Gall. extra Provinciam Roman. & trans Rhodanum, quos Bellicenses Marl. esse putat; aliis eorum reg. *la Bresse* esse videtur; alii vero putant eosdem Segusianis, qui in territ. Lugdunens. ultra Rhodanum sunt, eorumque reg. *la Forest* nominatur. Vide Segusiani.

Anton. Secerræ, *Sanceloni* vel *S. Celloni* teste Varrer. opp. Hisp. citer. in Catalaunia, inter Barcinonem & Gerundam, ad 7. leuc. utrinque distans.

Anton. Secontia, quæ & Seguntia Liv. dici videtur, & D. Isidoro, gemina est, nova & vetus: nova, *Siguenza* nunc, urbs Hisp. Tarrac. in Celtiberis, academia, & episc. sub archiep. Toletano, in nova Castella apud Arragoniæ fines, Segontia Plin. & Segortialacta Ptol. inter Bilbilim urb. Arragoniæ, & Complutum opp. & academiam Castellæ novæ 16. leuc. vetus vero, *Medina Celi*, opp. vicinum, à nova 4. leuc. Bilbilim versus 12. in monte, ducali titulo ornatum.

Secontia altera Ant. Segencia Liv. opp. Hisp. Tarrac. in regno Arragonio, & in finibus Celtiberorum, *Muela* hodie teste Gasp. Varrerio, inter Cæsaraugustam 6. & Darocam 10. leuc. Sed teste Zurita hoc oppid. jacet apud Rotam opp. ad Salonem fluv. Aliis est *Epila* opp. ejusdem regni à Cæsaraugusta 7.

Ptol. * Secor, portus Gall. Aquit. in ora Pictonum, postea Luxiona *Lusson* teste Villanov. cum al. urbs episc. sub archiep. Burdigalensi, à Joanne 22. Pontif. max. episcopali sede decorata; quæ & Luciona Latine dicitur, à Rupella 6. leuc. in Bor. à Pictavis 20. in Notolybicum. Sunt qui Sicor & Siccor perperam legant. [* Σκδρ in Seld. man.]

Prov. Rom. Secovia *Seckaw*, urbs Norici in Bavaria in ditione Salisburgens. episcop. sub archiep. Salisburgensi, inde 4. leuc. in merid. anno salut. 1214. episc. effecta una cum Chiemiensi.

Cedren. Secunda Justiniana. Vide Ulpianum, eadem enim est.

Anton. Procop. Securisca, opp. Mysiæ infer. ab Oesco 26. mil. pass. in Cæciam. An extet incertum.

Plin. Secusiani, Segusiani Cæs. pop. Gall. Celt. quorum reg. *la Forest* teste Pineto nominatur, inter Lugdunenses ad ortum & Arvernos ad occ. ubi Forum Segusianorum *Feurs*, & Mons Brisonis *Monbrisson* opp. primarium, à Foro 3. leuc. inter Varennas 10. & Podium in Austrum & Africum 12. Vide Segusiani.

Secusses Plin. pop. Alpini, quorum opp. Secussium vel Segusium esse videtur, ab Augusta Taurinorum supra 20. mill. pass. intra montes recedens. Vide ibi.

Cic. Sedecula, *Segiola* teste Barrio, pag. Brutiorum apud sinum Napitinum in Calabria ulteriore apud Napitiam.

Plin. Sil. Ital. Sedetani, Sedentani Sil. Hedetani Ptol. (vide ibi) pop. Hisp. Tarrac. apud Sucronem fluv. incolentes. Sil. lib. 3.

" *Sedentana cohors quam Sucro rigentibus undis.*

Cæs. Plin. Seduni, pop. Gall. Belg. ad Rhodanum, inter Allobroges ad occ. & Rhætos ad ort. Helvetiis ad Bor. & ort. etiam incumbentibus, *Vallesiani* Italis, quorum urbs

Sedunum, *Sion* Italis, & *Sitten* Germanis, episc. sub archiep. Tarantasiensi, inter Mediolanum 30. & Genevam urbem Allobrogum ad occ. 15. mill. pass. à Berna urbe Helvetica 12. leuc. in Austrum.

Cæs. Sedusii, pop. Germ. Suevis finitimi. Sunt qui horum opp. *Sedan* sive *Esdan* in Gall. Belgica ad Mosam, in Campaniæ & ducatus Bullonensis conf. à Veroduno urbe Lotharingiæ 15. leuc. in Bor. putent: sed falluntur, cum apud Cæsar. populi sint German. non Galliæ.

Ptol. Segalauni, Segovellauni Plin. pop. Gall. Narbonens. ad Rhodanum in Delphinatu: quorum urbs Valentia, & oppidulum *Saillans* (antiq. redolens nomen) teste Dalechampio.

App. Segeda, Segida Strab. & Steph. *Seges* teste Mariana, opp. olim, nunc pag. Hisp. Tarracon. inter Numantiam seu Soriam, & Uxamam. Fuit & Segeda oppid. Hisp. Bæt. Julia Contributa cognominata teste Plin. Hinc nom. gent. Segedæus.

Segedu-

Antiq. inscr. Segedunum, *Seged'n* teste Laz. & *Seged*, opp. seu urbs Iazygum in conf. Daciæ ad Tibiscum fluv. in Ungaria Transdanubiana, Cenadio urbi proxima, 2. leuc. in occid. recedens, Colociam versus 12. Ortel. hanc urbem cum Singidonensi, quæ est in Pannonia apud Sirmium, de qua Aur. Victor, confundit. Segedunum quoque apud script. Britann. opp. est Albionis in Northumbria, vulgo * *Seton* teste Camd. Prius Segedinum in lib. 2. Itiner.

" *Ut Segedinum, piscosaque flumina Thyssæ*
' *Attigimus, cursu conveniente suo.*

[* *Stighill* Camdeno prope *Seton.*]

Anton. Segelocum, * *Idelton* teste Camd. opp. Albionis in Anglia, à Lindo 14. mill. pass. in Bor. Eboracum versus, ex Ant. Itinerario. [* *Littleborrough* Camdeno est in comitatu Nottingamiensi.]

Ptol. Segerra *Villa Cigura*, olim opp. nunc pag. Hisp. Tarracon. in regno Valentiæ. [Sigarra forsan, quæ reperitur in Lat. codic. & in Palat. Græco.]

Cic. Ptol. Segesta, urbs Siciliæ in ora occidua, inter Lilybæum & Panormum, excisa. Vide Egesta. Pop. Segestani Plin. & Segestenses Cicer. Unde non bene (ut videtur) Hermol. putat apud Plin. Egestani esse legendum.

Plin. Segesta Tiguliorum *Sestri di Levante*, opp. Liguriæ in ora littorali ad ort. inter Genuam & Spediam 30. mill. pass. Sic Leander Segestam indigitat; cum Plin. illam interius à Tigulia describat. Vide Tigulia, seu Tigullia.

Plin. Segeste, Segestica Strab. urbs Pannoniæ sup. ad Segesticam ins. pene exstincta, quæ *Seged* vel *Segesd*, & *Sossed* teste Anton. Bonfinio hodie nominatur, à Zagabria 2. leuc. in occid. recedens. Pop. Segestani Plin.

Lib. prov. Segesterorum urbs, Segestero & alibi Segustero Ant. Sistarica lib. concil. *Sisteron* vel *Cisteron*, urbs Gall. Narbon. episc. Provinciæ in Delphinatus conf. ad Druentiam fluv. sub archiep. Aquensi, inter Vapingum urbem Delphinatus 33. & Aptam Juliam 55. mil. pass. ex Itin. Ant. cum fere media sit inter Vapingum & Aptam, 10. leuc. plus minus distans, ab Aquis 14. sive 15.

Plin. Segestica, *Zigea* teste Laz. ins. Pannoniæ sup. in Illyrici seu Liburniæ conf. ad Colapis cum Sao fluv. confluentiam, circa quam Zagabria & Siscia urbes sunt.

Liv. Segestica, opp. Hisp. Tarraconens. quod Ambros. Moralis idem Segedæ esse putat, inter Numantiam & Vxamam. Hujus mem. T. Liv. l. 4. dec. 4. eam urbem opulentam appellans, à Rom. Paulo Manlio duce captam referens.

Vet. Insc. Segethusa *Segeswar*, urbs Daciæ in Transylvania, à Cibinio 7. leuc. in Bor. à Megis 3.

Oros. Segida. Vide Segeda.

Plin. Segienses, vel, ut alii legunt, Segisenses, pop. Hisp. Tarracon. quorum opp. videtur *Seges* inter Soriam & Vxamam.

Oros. Ptol. Segisama Julia, Segesama Strab. *Veyzama* teste Steph. Garibæo, opp. Hisp. Tarracon. olim, nunc pagus, in finibus Vardulorum, inter Tolosam & Alpetiam proxima oppida, teste etiam Jo. Mariana. Pop. Segisamajulienses Plin. Al. in Vaccæorum & Cantabrorum conf. quibus Ptol. magis suffragatur, illam inter Rhaudam & Palantiam describens.

Anton. Segisamonclum, Segisamonculum Ptol. oppid. fuit Hisp. Tarraconens. in finibus Autrigonum, inter Calagurim & Lacobricam, sive inter Olbiam 7. & Virovescam 11. mill. pass. ex Itin. Antonini.

Anton. Segisamone oppid. erat Hispan. Tarraconens. in finibus Cantabrorum, inter Virovescam 47. mill. & Lacobrigam 30. versus Legionem. Pop. Segisamonenses Plinio.

Segni, *Signey* teste Hub. Leodio, sive *Siney*, pop. & opp. Belgii in tractu Leodiensi, à Leodio 8. leuc. in sylva Arduenna. Cæs.

Segnia *Segni*, urbs Latii. Vide Signia. Sil. lib. 8. Sil.

" *Quos Cora, quos spumans inimico Segnia musto.*

Segobriga, *Cabezza del Griego* teste Mor. urbs olim episc. Hisp. Tarracon. sub archiep. Toletano, nunc pag. in Celtiberis apud Iniestam opp. (quod Jo. Mariana & Zurita Segobrigam esse putant :) Vasæus, Clus. & Tarapha *Sogorve* vel *Segorve* illam indigitant, urb. episc. in regno Valentiæ, ab ea 10. leuc. in Bor. Sed fines episcopatus Segobrigensis à Bamba rege assignati nulla ratione finibus Segorviæ congruunt. Est & Segobriga opp. Hisp. Tarracon. in regno Castellæ, nunc *Sepulveda*, haud obscurum, ad mont. Orospedæ radices & Duratonam fluv. à Segobia urbe 6. leuc. ab Arevalo 8. Zebreros versus, sic ex antiq. oppidi monumentis. Licet al. Setubia dicatur. Vide ibi & Segortialata. Strab. Plin.

Segodunum, *Nurnberg* teste Pirchaimero, urbs Germaniæ in Franconiæ, Sueviæ, & Nortgoiæ conf. clarissima, ex primis German. libera, & emporio celebris, inter Ratisponam 11. & Bambergam in Bor. 9. mill. quot à Nerolinga in Austrum Vlmam versus recedente. Vide Norica, & Noriberga vel Neroberga, in Noricorum mons; varie enim Latine nominatur. Ptol.

Segodunum alterum, urbs Ruthenorum in Gallia Aquitanica, *Rodez*. Vide Rutheni, seu Rhuteni, vel etiam Ruteni, tot enim modis scribitur. Segodunum item apud scriptores Britann. opp. Albionis in Northumbria, *Seton*. Vide Segedunum: Ex lib. Notit. utroque enim modo legitur, & utrique nomen vulgare alludit, ut vides. Ptol.

Segontia, Seguntia Liv. Secontia Ant. *Ciguenza*, urbs Hisp. Tarracon. episc. sub archiep. Toletano in regno Castellæ novæ, inter Cæsaraugustam 30. & Toletum 32. leuc. Vide Secontia. Strab. Plin. Liv.

Segontia altera, Ptol. Saguntia, Plin. Sarguntia, *Seguntia Liv. Serguntia Strab. *Gissonza*, oppid. olim, nunc pag. Hisp. Bæt. apud Lethem fluv. in Vandalia. Vide Saguntia. [*Seguntia citatur ex Livio (& hic & in voce Secontia) pro tribus distinctis locis; de qua re fas dubitare.]

Segontiaci, *Silcester* Anglis, & *Caer segent* Britannice teste Camd. pop. Albionis, quorum oppid. Segontium Ant. in Wallia apud Bangorium urb. contra Monam ins. à Deva seu Cestria urbe 74. mill. pass. in occ. Sunt qui ipsam Bangoriensem urbem esse velint. Sed *Caer segent* optime antiquo correspondet nomini. Horum situs in Belgis est teste Camd. in com. Hantonensi. [Confunduntur hic Segontiaci pop. & Segontium opp. Nam Camdeno, Segontiaci Cæsaris pop. sunt in Belgis siti, in comitatu Hantonensi, quorum oppid. Vindonum, *Silcester* Anglis, & *Caer Segont* Britannis: Segontium vero Antonini est opp. Arvoniæ comitat. Walliæ, contra Monam ins. non procul à Bangorio, à Deva seu Cestria urbe plus 40. mill. Nomen à præterfluente fluv. qui etiamnum *Sejont* appellatur, sumpsit.] Cæs.

Segoi, oppid. Palæstinæ in Judæa apud Engaddi mont. & opp. ab Hierichunte supra 15. mill. pass. in merid. nunc pag. seu vic. nomen antiq. retinens, haud procul à lacu Asphaltite seu mare mortuo. Bibl.

Segorbia *Segorve*, urbs Hisp. Tarracon. episc. sub archiep. Valentino, in regno Valentiæ, ab ipsa 10. leuc. in Bor. Dertusam versus, à Sagunto 6. Prov. Rom.

Segortialata, *Sepulveda* teste Villanov. oppid. præclarum Hisp. Tarracon. in regno Castellæ vet. in Arevacis, inter Arevalum 8. & Cebrarios 10. leuc. Vide Segobrica, & Setubia. Sed hic male Ptol. ab Ortel. & aliis citatur, cum apud Ptol. Setortialacta legatur. Ptol.

Plin. Segovellauni, pop. Gall. Narbon. Vide Segalauni.

Plin. Segovia, * Segubia Ptol. Segobia lib. concil. *Segovia*, urbs Hisp. Tarraconens. in finibus Arevacorum præclara, in regno Castellæ vet. episc. sub archiep. Toletano, media inter Vallisoletum & Complutum 17. leuc. ab Abula 10. in ort. ubi vetus aquæductus mirabilis visitur, & pannus laneus optimus fit. [* Σεγουΐα in Seld. man.]

A. Hirt. & Flor. Segovia altera Hisp. Bæt. *Segovia la menor* teste Mor. opp. excisum, nunc pag. medius inter Cordubam & Hispalim, Astigi urbi & Singuli fluv. finitimus.

Ptol. Segovia item Ptol. ut Ortel. refert, quam *Seckow* urbem Salisburgensis ditionis esse volunt, à Salisburgo 4. leuc. in Austrum. Vide Secovia. Sed nil tale apud Ptol. legitur.

Liv. Seguntia, urbs Hisp. Tarracon. in Celtiberis. Vide Secontia, & Segontia.

Anton. Seguntium, * *Cilcester* seu *Silcester* & *Caer Segent* Camd. & Lhuydo *Caersegont*, opp. Albionis in Wallia, quod & Segontium, & Segoncium legitur. Pop. Segontiaci Cæsari. Est apud Carnarvam in Wallia. [* Vide prius in Segontiaci Camdeni opinionem.]

Cæs. Strab. Ptol. Segusiani, Secusiani Plin. pop. Gall. Celt. quorum tractus *Lyonnois*, & *la Forest* trans Rhodanum nominatur, cujus caput est Mons Brisonis *Monbrisson*, inter Lugdunum 11. & Podium ad occ. 12. leuc. Foro Segusianorum proximum, 3. leuc. distans. Sebusiani etjam apud Cæs. leguntur, qui ab aliquibus à Segusianis diversi putantur: quorum reg. ab ipsis *la Bresse* indigitatur, & Forum Sebusianorum *Bourg en Bresse*, apud Matisconam urbem Burgundiæ. Sed apud Cæsarem iidem pop. videntur Segusiani & Sebusiani, (qui errore librariorum pro Segusiani irrepserunt:) & quoniam à Ptol. inter Lugdunum & Arvernos describuntur apud mont. Cemmenos, illorum reg. esse *la Forest*, non *la Bresse*, dicendum. In horum finibus apud opp. S. Galmerii, à Lugduno 9. leuc. distans in occid. fons mirus est, cujus aqua optima est ad potandum, & frigida febrem depellens, licet ebullire videatur; cæterum inutilis, & exsiliens cacabo, si in ea caro vel aliquid aliud elixetur.

Ptol. Segusium, Segusio Plin. & Ant. *Susa*, urbs Gall. Subalpinæ ad Alpium Cottiarum radices, quibus in Allobroges transitus est, in Pedemontana reg. ab Augusta Taurinorum 24. mill. pass. Brigantium oppid. Delphinatus versus. Hic corrigendus est Thes. ling. Lat. in quo pro *Susa* *Sion* indigitatur; cum *Sion* Latine Sedunum sit.

Bibl. Seir, montes & tractus Palæstinæ in Idumæa reg. inter eam & Judæam, *Sardenay* hodie teste Postello: ubi etiam monasterium. Hic habitasse in reg. Edom fertur Esau, qui pilosus fuit, unde loco nomen inditum est, Seir enim pilosum significat. Ultra Edom occurrit Petra Deserti, & ulterius mons Hor.

Bibl. Seis, collis Palæstinæ in Judæa, inter Hierosolymam & Engaddi.

Ptol. Sela, fluv. Peloponnesi in ora Elidis, inter Cyparissium prom. & Pylum, *Guardia* teste Ortel. cum oppid. cognomine.

Ptol. Selambina, *Salobrenna* teste Flor. opp. Hisp. Bæt. in ora littorali regni Granatens. inter Malacam ad occ. & Almeriam in ort. ad 14. leuc.

Scrip. Germ. Selandia, vet. Scandia, uti apud Plin. & Codanonia apud Mel. à sinu Codano, pop. Selandi, *Seelandt*. Selandia altera, ins. Brabantiæ adjacens, in plures divisa, *Zelandt*. Vide Mattiaci.

Pauf. Selemnus, Selenus Xenoph. fluv. Achaiæ in Peloponneso, apud Argiram urbem fluens. Sed Selenus Xenoph. apud Ægium fluit.

Steph. Selene, urbs Hetruriæ. Vide Luna.

Herod. Selenetides mulieres in Asia reperiri, sic à luna nominatas, Herod. autor est; quæ ova pariunt, ex quibus homines fiunt, quinquies decies cæteris hominibus majores.

Strab. Selenusia, palus lunæ in Ionia apud Colophonem urb. ad ostia Caystri fluv. *Lago di Altobosco*.

Scrip. Germ. Selestadium (Elcebus Ptol. ut nonnullis videtur) *Schlestat*, urbs Germaniæ superioris in Alsatia, libera, inter Basileam & Argentoratum, inde 8. hinc 5. leuc. à Colmaria 4.

Polyb. Strab. Plin. Ptol. & al. Seleucia, urbs Asiæ multiplex. I. in Mesopotamia ad Tigrim fluv. contra Ctesiphontem, inde 3. mil. pass. cognomento magna, patriarchæ Nestorianorum sedes, *Mosul* teste Nigro, à Babylone (qua major est) 90. mill. pass. in ort. teste Plin. (sed teste Strab. & Zosimo 300. stad.) Susa versus 456. ab ostiis Tigridis 350. in Bor. Ecbatana versus 750. à Zeugmate 525. in ort. ab Apamia urbe ubi Tigris in duos alveos dividitur, 125. mill. pass. ut scribit Plin. Apud Seleuciam Tigranis regiam Amphicrates Atheniensis rhetor exulans, à Seleucianis rogatus ut eos rhetoricam doceret, respondit, *Delphinum non capit patina:* quo dicto, uti adagio, significare voluit, exiguos ingenio non posse magna capere, quales erant ipsi Seleucienses. Refertur à Plut. in Lucullo. II. Syriæ, Pieria cognomine, apud ostia Orontis, *Soldin* teste Nig. & *Seleuche-Ielber* teste Leon. Sidon. ab Antiochia 120. stad. in occ. ab ostio Orontis 40. in Bor. Rhossum versus, archiep. sub patr. Antiocheno. Utraque à Seleuco Antiochi filio, una cum Antiochia & Apamia, condita. III. Ciliciæ, cognomento aspera, ad Calycadnum fluv. *Seleschia, Selenca*, & *Salesica* Nig. archiep. sub patr. Antiocheno, à littore 5. mill. pass. à Tarso 25. in occ. Corycum versus 10. multarum urbium metrop. à Seleucia Pieria 120. in occ. prius Olbia & Hyria teste Steph. IV. Pisidiæ, in Pamphyliæ confinio, *Celestria*, & Turcis *Carazasar* teste Leuncl. episc. sub archiep. Antiocheno Pisidiæ, inter Antiochiam Pisidiæ ad Bor. & Pergen Pamphyliæ ad merid. à Seleucia magna 659. mill. pass. in occ. teste Plin. V. Syriæ, cognomento ad Belum, Seleucobelus Steph. *Divertigi* Molet. episc. sub archiep. Apameno, in Casiotide reg. inter Antiochiam & Epiphaniam.

* Seleucos, opp. apud Apamiam Syriæ teste Steph. Nomen habet à Seleuco rege conditore; qui Apamias 3. in uxoris, & 5. Laodiceas in matris honorem condidit.

Polyb. Ptol. Steph. Selga, urbs Pamphyliæ mediterr. archiep. quæ nunc *Philadelphia* teste Nig. dicitur, inter Pergen ad occ. & Cibyra in ort. Lyrbæ proxima. Pop. Selgenses Plin. Steph. illam in Pisidia collocat, coloniam Lacedæmoniorum faciens. Aselgea, ob vitam intemperantem quæ ibi agebatur, dicta, Græce enim id significat.

Ptol. Selinus portus, *Salonef* Mercat. *Porto Alberto* Castal. portus Marmaricæ inter Catabathmum ad occ. & Paretonium urb. in ortum.

Strab. Plin. Diod. Ptol. Selinus, urbs gemina, cum fluv. cognomine. Una in ora Siciliæ Australi, inter Thermas ad ort. 18. & Mazaram ad occ. 12. mill. pass. (licet Ptol. ostia Selinuntis inter Mazaram & Lilybæum statuat) excisa, à Megarensibus, sive à Phœnicibus, anno à capta Troja 507. sive post urbem conditam 107. hoc est 3. post Lampsacum & Abderam, condita, & à Carthaginensibus eversa; nunc *Terra di Pulici* dicta teste Fazel. (non *Salemi* opp. mediterr. ut Aretio videtur) fluv. vero *Madiuni* nominatur. Virg. lib. 3. Æneid.

" *Teque datis linquo ventis, palmosa Selinis.*

Ubi Selinus legendum, ut apud Sil. lib. 4.

" *Audax Hybla favis, palmis quoq; onusta Selinus.*

Hinc Selinuntius nom. gent. Altera in ora Ciliciæ, *Islenos* hodie Turcis teste Leuncl. episc. sub archiepisc. Seleuciensi, inter Iotapam ad occ. & Antiochiam super Crago ad ort. ad ostium Selinuntis fluvii, quæ & Traja-

Trajanopolis dicta fuit teſte Xyphilino, quod ibi Trajanus imp. deceſſerit. Luc. lib. 8.

" *Quo portu mittitque rates, recipitque Selinus.*

Plin. Selinus, fluv. Epheſi duplex apud Dianæ templum fluens.

Strab. Selinuſius lacus eſt apud oſtia Cayſtri fluv. teſte Strab. lib. 14. Idem Selenuſiæ.

Ptol. Selium *Sellir*, opp. ſeu pag. (teſte Vaſconcello) Luſit. inter Conimbricam & oſtia Mundæ fluv. vel *Seira*, pag. Conimbricæ proximus, ab ea parum in ort. diſtans. Eſt & Celium Ant. pag. Luſit. apud Tomarium oppid. vulgo *Ceice*. Vide ibi.

Luc. Sellæ, pop. Epiri in Chaonia, quorum mem. Lucan. lib. 3.

" *Chaonio veteres liquerunt vertice Sellæ.*

Sellaſia, opp. Laconicæ mediterr. à Polyb. Xenoph. & aliis memoratum.

Strab. Selleis, flumen Peloponneſi ex Pholoe mont. in Arcadia profluens, ac inter Chelonatem prom. & Cyllenen urbem in Ionium mare delabens.

Plin. Selochuſa, inſ. parva Peloponneſi apud Spiræum promontorium.

Strab. Ptol. Selybria, Selymbria Plin. Salabria Socr. in hiſt. tripart. *Selombria* Moletio & al. *Selivrea* Soph. & al. *Selibria*, urbs Thraciæ ad Propontidem, olim epiſc. ſub archiep. Heracleenſi, nunc metrop. inter Byzantium ad Bor. 44. & Perinthum in merid. 22. mill. paſſ. ab Athyris 20. Ejus mem. Herod. lib. 6. Habet turrim excelſam. Poeta quidam lib. 2. Itinerar.

" *Verticeque æthereas nubes, Selymbria turrim*
" *Torquentem, atq; urbis priſcæ veſtigia monſtrat.*

Ptol. * Semana ſylva, *Thuringerwaldt* teſte Pyramio vel *Duringerwaldt*, ſylva Germaniæ inter Thuringiam, Voitlandiam, & Franconiam, Hercyniæ pars. De ea lib. 4. Itin. Germ. ſic:

" *Et denſam arboribus multo ſudore Semanam*
" *Scandentes, crebro torquemus lumina retro.*

[* Σημααινυς in Seld. man.]

Ptol. * Semanthini montes, *Idiſa* teſte Mercat. montes Sinarum ad Bor. quibus illi à Seribus ſeparantur: quorum incolæ etiam Semanthini dicuntur. [* Σιμανθενοὶ in man. Seld. & pop. Σημανθιναι.]

Plin. Semellitani, pop. Siciliæ, quorum oppid. Semellium *Salemi* teſte Fazel. non obſcurum, medium fere inter Mazaram ad Auſtrum & Segeſtam ad Bor. 18. mill. paſſ. à Selinunte 16. in Boream.

Diod. Semiramidis mons, pars Zagri mont. Mediæ, ubi pylæ Zagri, ſic à Semiramide regina dictus, quæ illum abſciſſum pervium reddidit. Hodie adhuc *Semirami* appellatur teſte Nigro.

Plin. Semirus *Simari*, fluv. Magnæ Græciæ in ſinum Scylletium ultra Scyllacium urb. influens, cum oppido cognomine, quod alluit, à littore mill. paſſ. à Catacio 6. à Scyllacio 12. recedens.

Ptol. Semnones, pop. Italiæ in ora Umbriæ mari Hadriatico expoſiti, inter Æmiliam ad occ. & Picenum ad ort. quorum urbes Ariminum, Piſaurum, Fanum, & Senogallia.

Ptol. Semnones item pop. German. quorum reg. marchia Brandeburgenſis: in qua Senohuſium urbs antiquum redolens nomen, *Sehuſen*, quaſi Senonum domus, inter Gardelebiam 6. & Perlebergam in Bor. 4. leuc.

Antiq. monum. Sempronium, *Oedenburg* Germanis, & *Sopron* Hungaris teſte Laz. opp. Pannoniæ ſuper. à Sempronio Secundino cive Romano conditore dictum, in Hungariæ & Auſtriæ conf. medium inter Vienam & Sabariam 8. leuc. à Civitate nova 4. in ort. De Sempronio urbe lib. 5. Itiner.

" *Poſt videt Oed'burgum nos, priſco tempore cujus*
" *Nomina Sempronium prima fuiſſe ferunt.*

Sempronius, mons inter Oſcellam opp. Inſubriæ & Sedunos trajiciendus, vulgo *M. Sempron*, & *den Simpeler*, cum pago cognomine, inter Oſcellam 35. & Sedunum 40. mill. paſſ.

Semurium erat campus vicinus Romæ, in quo erat templum Apollinis. Cujus mem. Cic. in Anton. & Macrobius ubi de Acca Laurentia loquitur. Macrob.

Sena *Seyn*, inſ. Gall. Celticæ oræ Oſiſmiorum ante Fontenacum opp. adjacens, (non *Heyzant* ſive *Heyſſant*, ut ſcribit Ortel.) inter Senam, & Gobæum prom. ad 7. leuc. diſtans, contra oſtia Senæ (vulgo *Seyn*, à Fontenaco 2. leuc.) fluv. cognominis, ubi oraculum erat reſponſa dans virginibus Gallicis, teſte Cœl. Rhodig. l. 12. c. 33. antiq. lectionum. Mela.

Sena, Colonia Senenſ. Plin. & Tac. Sæna Ptol. Senæ poſterioribus, *Siena*, urbs Hetruriæ archiep. anno ſalutis 1459. à Pio 2. cive Pont. max. metrop. effecta multarum urbium, academia, urbs elegans, ubi lingua Hetruſca ſuavior, inter Florentiam 32. & Romam 107. mill. paſſ. olim libera, nunc magno Hetruriæ duci parens. De ea lib. 3. Itin. Catoni. Anton.

" *---------- altam Sena ſuperavimus urbem,*
" *Delicias Italum--------*

Senenſes ab imperatore Carolo 5. ad Gallos, præſidio Hiſpanorum ejecto, deficiunt anno ſalutis 1552. ſed anno 1554. à Cæſarianis obſeſſa urbs recipitur, & amiſſa libertate, poſtea magno Hetruriæ duci ſubigitur.

Sena quoque, apud quam inter Romanos & Haſdrubalem pugnatum eſt ad Metaurum, à veteribus eadem quæ nunc Cæſena dicitur, dicta putatur, uti apud Polyb. Strab. T. Liv. & Eutrop. qui ſcribit apertis verbis, apud Cæſenam inter Rom. & Haſdrubalem pugnatum, ipſumque Haſdrubalem ibi cæſum: quod cum Polyb. & Liv. apud Senam factum narrent, colligitur eandem urbem eſſe Cæſenam & Senam. Strabo quoque Senam apud Sapim fluv. & Rubiconem fluv. deſcribit. Sed duo obſtant: primum, quod Sena urbs eſt maritima, Cæſena mediterranea; alterum, quod Sena apud Metaurum fluv. (juxta quem pugnatum inter prædictos eſt) ſita eſt, à quo Cæſena in occ. ſupra 50. mill. paſſ. recedit. Nec verba Eutropii quenquam movere debent, cum is ſibi contradicat, ſcribens pugnam ad Metaurum apud Cæſenam contigiſſe: qui fluvius non Cæſenæ, ſed Senæ proximus eſt, vix 9. mill. paſſ. diſtans. Quod ad Strab. attinet, dicimus locum Strab. ubi hoc dicit depravatum, fuiſſeque Senæ nomen pro Cæſenæ ſuppoſitum; cum idem Strabo alibi, loca hujus regionis repetens, Ariminum poſt Sarſinam, Senam poſt Ariminum recenſeat: quod ſi Sena apud eum eadem eſſet quæ Cæſena, proculdubio illam poſt Sarſinam numeraſſet, non poſt Ariminum. Atqui Strabo lib. 5. apertiſſime Cæſenam inter Faventiam & Ariminum, ad Iſapin & Rubiconem locat. Scipio tamen Claromontius civis Cæſenas, vir in mathematicis apprime verſatus, quod Sena ſit Cæſena multis contendit argumentis probare.

Sena Gallica, Senogallia Plin. P. Diac. Sena colonia Polyb. & Steph. Senegallia Strab. *Senigaglia* vel *Sinigaglia*, urbs Umbriæ tranſapenninæ in ora Semnonum parva, epiſc. ſub archiep. Urbinate, ac in ducatu Urbinate contenta, ab Urbino 30. mill. paſſ. inter Piſaurum ad occaſum & Anconam ad ortum 20. à Senonibus Gall. pop. ante ann. ſal. 381. ſive ab urbe condita 396. vel anno orbis conditi 3730. una cum Mediolano, ædificata, ad fluvium cognominem. Sil. lib. 8. Ptol.

" *Et Clanis, & Rubico, & Senonum de nomine Sena.*

Idem de urbe lib. 15.

" *-------------- qua Sena relictum*
" *Gallorum à populis ſervat per ſecula nomen.*

In Theſ. ling. Lat. ad Aterni fluv. longiſſime inde diſtantis oſtia locatur.

Senia, *Segna* Italis, *Zeng* Germanis, urbs Liburniæ in Plin.

in saxo præcipiti parva, sed ab omni hostili aggressione tuta, in ora maritima, Vegiæ inf. proxima, ab ostio Arsiæ Italiam finientis supra 60. mill. pass. distans in ort. Enonam versus, Austriacis parens. Miror hic Ortel. titubare, an sit quæ *Segna* dicitur. De ea lib. 2. Itiner.

" *Iam subsedit aquis vicinos Senia colles.*

Luc. Senna *Misa*, fluv. Umbriæ in ora Senonum, ad Senam Gallicam urbem mari Hadriatico exceptus; qui Ortel. *Cesano* esse videtur, inter Fanum & Senogalliam fluens. Sena puto scribendum, uti apud Silium. Luc. lib. 2.

" *Sennaq; & Adriacas qui verberat Aufidus undas.*

Bibl. Sennaar, terra Babylonis teste D. Hieron. in Mesopotamia, sive in Babylonia.

Senogallia. Vide Sena Gallica.

Plin. Cæs. Strab. Plin. & al. Senones *Sens*, pop. & urbs Gall. Lugdunens. arch. ad Itunam flu. olim in Burgundia, nunc Bryæ reg. caput, inter Lutetiam Parisiorum 24. & Antissiodorum urbem Burgundicam ad eundem fluv. 14. leuc. antiquissima metrop. quæ anno post diluvium 149. & ante Trojam 529. condita fertur. Senonæ libro conciliorum urbs dicitur: pop. vero Senones, quod Liberum hospitio exceperint, dicti teste D. Isidor. lib. 9. Claud. lib. 1. in Ruf.

" *Et Senonum quatit arva fragor revolutaq; Tethys.*

Apud Senonas Decentius, cum Magnentium fratrem, Lugduni à Constantio imper. superatum, se gladio parieti innixo confodisse accipisset, & ipse laqueo vitam finivit, teste Pomponio Læto. Senones Gallos apud Clusium in Etruria legionem Romanam ita extinxisse tradit Livius libro 10. decadis 1. sub Lucio Manlio Torquato legato, ut nec nuncius ullus hujus cladis superesset.

Strab. Senones, pop. Italiæ in ora Umbriæ inter Rubiconem & Æsim fluv. Vide Semnones.

Plin. Senones item pop. Salentinorum in ora sinus Tarentini, quorum urbs Gallipolis.

Paterc. Senones, pop. Germ. inter Albim & Suevum flumina. Vide Semnones.

Plin. Senta, *Seta* teste Nig. locus Dalmatiæ apud Docleam urbem, ubi specus ventum semper spirans: qualis locus etiam in Liburnia apud Seniam urb. esse fertur.

Ptol. Sentica, *Zamora* Morali, Vasæo, & H. Coquo ex vet. inscript. urbs Hisp. Tarracon. in Vaccæis, & regno Legionensi, ad Durium fluv. in Portugallici regni conf. episc. sub archiep. Compostellano, inter Taurum sive Sarabrim ad ort. 5. & Mirandam ad occ. urbem Portugalliæ 7. leuc. ac inter Asturicam ad Bor. & Salmanticam ad merid. 12. Hæc à Mauris an. sal. 888. solo æquata est, teste Mariana: juxta quam ab Alphonso rege Zamora (quæ nova Sentica dici potest) exstructa. In Thes. ling. Lat. *Simancas* indigitatur; cum hoc opp. Septimancæ Latine vocetur.

Ptol. Sentii, pop. Gall. Narbon. ubi Dia urbs teste Belleforestio: sed aliis pop. Alpini, ubi Senecens. urbs vulgo *Senes*, urbs episc. sub archiep. Ebredunensi.

Strab. Ptol. * Sentinum, opp. Umbriæ in Piceni conf. ad Sentinum fluv. à Longobardis eversum, apud Saxoferratum *Sassoferrato*, (quod novum Sentinum potest appellari) adhuc antiq. nomen retinens, à Fabriano opp. amplissimo Piceni 6. mill. pass. distans. Hic Romani Gallos, Umbros, Hetruscos, & Samnites, Decio cons. qui se pro patria devovit, vicere. Male Fabrianum dicitur lib. 3. Itin.

" *Quaque in Sentinæ fertur fundata ruinis*

' *Fa beriana*---------

[* Κέντινον in Seld. man.]

Strab. Sentinum seu Sentinus, fluv. ab Apennino monte fluens, nec longe à Sentino urbe excisa, & Fossato decurrens, inque Æsim labens, vulgo etiam *Sentino*.

Vet. Insc. Senuisa, & Senuissa colonia, & pop. Senuissani. Vide Sinuessa.

Senus, Scena Oros. Sacana Æthico, *Shennyn* ut Ortel. videtur, *Shannon* Camdeno, fluv. Hiberniæ ex maximis, per medium illius ab ortu in occ. fluens, ac Limmericum urbem circumfluens. Ptol.

Sepher, mons orientis in Asia, quem Postellus Imaum esse putat, Arias Montanus mont. novi orbis Peruviam à freto Magellanico separantẽ esse scribit, à dicto freto in Bor. extensum, *Andes* ab Hispanis dictum. Sed D. Hieronym. in Asia illum ad orientem locat. Bibl.

Sephet *Sefet*, urbs Palæstinæ in Galilæa hac tempestate clarens, inter Ptolemaidem ad occ. 30. & Naason in ort. 12. mill. pass. apud mont. Carmelum, à Cana Galileæ 6. Bibl.

Sephorum, oppid. Palæstinæ in Galilæa proximum Nazareth, inde 6. mill. pass. in Bor. distans: patria D. Joachim Deiparæ Mariæ Virginis patris. Vide Sephoris. Bibl.

Sepia, mons Arcadiæ in Peloponneso apud Tricrena. Pauf.

Sepias, *Capo Monastier* teste Soph. prom. Macedoniæ in ora ad ortum apud fines Thessaliæ, in Magnesia reg. & finibus Pelasgiotarum, inter Magnesiam prom. ad Bor. & Iolcum ad merid. cum opp. cognomine teste Mela. Ejus mem. Orph. in Argonaut. Orph. Herod. Strab. Plin. & al.

" *Pisa latet subito, mox Sepias alta recedit.*

Sepinum *Supino*, colonia & opp. Samnii in comit. Molisii, inter Beneventum ad Austrum 20. & Triventum ad Boream 22. mill. pass. ac inter Venafrum ad occ. 25. & Luceriam ad ort. 33. inter Bovianum 12. & Telesiam 10. Pop. Sepinates Plin. Sæpinum scribit Ptolem. Liv. Front. & al.

Sepius Sepiuntis, (vide Sipontum) urbs Apuliæ Dauniæ excisa. Strab.

Seplasia, platea Capuæ in Campania fuit, in qua unguentarii negotiabantur; quorum delitiis ferocia Punica, hoc est exercitus Hannibalis, emollita fuit. Cic.

Sepontia Paramica, opp. Hisp. Tarracon. quod quibusdam videtur *Miranda de Duero*, urbs episc. sub archiep. Bracarensi ad regnum Portugallicum spectans, in regni Legionensis confin. inter Zamoram ad ortum 7. & Brigantiam ad occ. 10. leuc. Ptol.

Sepphoris, quæ & Autocratoris, & Diocæsarea Hegesippo, *Sefor* vel *Sephet*, urbs Palæstinæ in Galilæa ad mont. Carmeli radices, proxima Canæ, ab ea 6. mill. pass. & Nazareth inde in occident. recedenti, Joachim Deiparæ virginis parentis natale solum. Vide Sephorum. Joseph.

Septa, & Græcis Septon, *Zeuta*, *Septa*, vel *Ceuta* Hispanis, *Beni Maraz* Mauris teste Marmolio, urbs Maurit. Tingit. ad fretum Herculeum, Alybæ Herculis columnæ proxima, contra Calpem urbem Hisp. 12. leuc. inde mari distans in Austrum, sic à 7. montibus propinquis dicta, episc. sub archiep. Ulyssipponensi: quæ Arx Septensis à Procop. dicitur. Codic. Thod. P. Diac.

Septem Aræ, *Azumar* teste Vasconcello, olim oppid. nunc pag. Lusitaniæ in Portugalliæ & Extremaduræ conf. ab Emerita 12. leuc. in occ. Ulyssipponem versus, inter Buduam 3, & Elteri 9. Anton.

Septem fratres, septem montes Mauritaniæ Tingitanæ apud Herculis columnas, sic ob paritatem dicti, ab Abyla 24. mill. pass. à Tingi 60. in Arctos ex Itin. Ant. Ibi olim elephantorum copia teste Solino. Plin. Mel. Anton. Ptol.

Septem maria, Septem aquæ Halicarn. Atrianorum paludes Plin. Stagna Hadriatica Servio, Paludes Tartari Tac. *le Lagune di Venetia*, paludes circa urbem Venetam, in quas Padus, cum Athesi & Tartaro, 7. ostiis effunditur. Herod. Anton.

Septem orbis miracula sunt; I. Pyramides apud Memphim: quarum major à 6000. hominum in 20. annis condita est, 8. terræ jugera occupans. II. Turris Pharia apud Alexandriam, a Ptolemæo rege 800. talentis ædificata. III. Muri Babylonis à Semiramide, ejus latitudinis

tudinis quæ duo plaustra simul caperet. IV. Templum Dianæ ab Ephesiis, tota Ionia ad expensam concurrente, spatio 220. annorum conditum. V. Mausolæum Halycarnassi in Caria, ab Artemisia regina viro positum, 411. ped. patens. VI. Colossus Soli à Rhodiis miræ magnitudinis dedicatus. VII. Simulacrum Jovis Olympici. Quibus jure merito addi possunt templum Salomonis, & domus Cyri Medorum regis, de qua Herod. & Curtius. Haud prætereundæ sunt Thebæ Ægyptiæ, adeo patentes ut portis 100. constarent, hortos habentes pensiles: de quibus Juven. sat. 15.

" *Atque vetus Thebe centum jacet obruta portis.*

Labyrinthi quoque 4. Cretensis, Ægyptius, Lemnius, & Clusinus à Porsenna rege factus, admirandi fuere. Colossus item Apollinis à Lucullo Romam ex Apollonia urbe Ponti perductus, in quo 150. talenta sunt impensa, ac colossus Tarenti à Lisippo altus 40. cubitis factus, inter opera præclara habiti sunt. Amphitheatrum Romæ à Domitiano factum omnia superavit ædificia teste Martiale epigr. 1. de spectaculis.

" *Omnis Cæsareo cedat labor Amphitheatro:*
' *Vnum præ cunctis fama loquatur opus.*

Tametsi domus Neronis, quæ quingenties sestertium, hoc est quindecies centenis & quinquaginta millibus aureorum fabricata est, nullius Romanorum operibus inferior videtur: de qua etiam Mart. epigr. 2. de spectac.

" *Hic, ubi sydereus propius videt astra Colossus,*
" *Et crescunt media pegmata celsa via;*
" *Invidiosa feri radiabant atria regis,*
" *Vnaque jam tota stabat in urbe domus.*

De theatro Scauri, quod 70000. hominum capiebat, plura scribit Plin.

Septem sylvæ tractus sunt Frisiæ occid. quas Tac. Saltus Frisiorum vocat. Locus hodie *Mastbroeck* nominatur.

Strab. Ptol. Septempeda, S. *Severino* teste Volaterr. urbs Piceni apud Potentiam fluv. inter Camerinum 10. & Maceratam 16. mill. pass. Tolentino proxima, inde 6. mil. pass. in occ. Fabrianum versus 15. episc. sub archiep. Firmano.

Ant. Septimancæ, *Simancas* teste Clus. opp. Hisp. Tarracon. in Vaccæis, & regno Castellæ vet. inter Vallisoletum ad Bor. 2. leuc. & Turrim Syllanam ad Austrum 3. seu Methymnam campestrem 6. ad Pisoracam fluvium, amplum & clarum.

Amm. Spart. Septizonium, Septisolium Plin. *Settisonio* etiam vulgo, locus Romæ in 12. regione, à Severo imperat. fabricatus, sicque à 7. columnarum ordine dictus: sed à Xysto 5. Pont. max. disjectus. Fuit & Septizonium Titi in 10. regione apud templum D. Gregorii: cujus mem. Suet. & P. Victor.

Plin. Septumani, pop. Gall. Narbonens. quorum urbs Biteræ: sic dicti à septima legione, quæ ibi locata fuerat. Quorum regio Septimania Sidonio dicitur.

Cæs. Ptol. Sequana, Sequanus Strab. *Seyne*, fluv. Gall. Celt. ex magnis, in Burgundionum finibus apud pag. & cœnobium S. Sequani (à Divione 5. leuc. distans in Bor. Trecas versus) oriens, ac per Barrum, Trecas, Nongentum, Lutetiam, ubi Matronam excipit, Pontisaram, ubi Esiam excipit, & Rhotomagum fluens, in oceanumque Britannicum inter Honeflustum & Hareflustum opp. sese exonerans. Ejus & aliorum fluv. Gallicorum mem. Sidon. Apollin. in panegyr. Major.

" *Rhenus, Arar, Rhodanus, Mosa, Matrona, Sequana, Ledus.*

Cæs. Strab. Plin. Sequani, pop. Gall. Belgicæ ab Æduis Arare fluv. divisi, inter illos ad occid. & Rauricos ad ort. quorum reg. *Suntgoew* sub Helvetiis in Alsatiæ conf. & hi Sequani Cisjurani dicuntur; & *la Franche Comte*, seu Lat. rec. Burgundia comitat. & hi Sequani Transjurani appellantur, teste Munstero. In Sungoia, quæ nomen Sequanorum redolet, duo comitat. continentur, Monbeligardensis, & Pfirtensis. Sequanus nom. gent. Luc. lib. 1.

" *Optima gens flexis in gyrum Sequana frænis.*

Hinc etiam Sequanicus aliud nom. gent. Mart. lib. 4. epigr. 19.

" *Hanc tibi Sequanicæ pinguem textricis alumnã,*
' *Quæ Lacedæmonium barbara nomen habet.*

Sera, *Sindifu* teste Mercat. urbs Sericæ provinciæ extremæ ad ortum. Aliis nomen antiquum retinere videtur. Ptol.

Serabis, *Segura* vel *Zinira* teste Clus. fluv. Hisp. Tarrac. per regnum Valentiæ in mare Balearicum fluens inter Segorbiam & Dertusam. Mel.

Serbes Serbetis, *Hued Icer* teste Marmol. sed Castaldo *Miron*, & Moletio *Berengras*, fluv. Maurit. Cæsariens. inter Rustonium ad occid. & Rusuccurrum ad ortum labens. Qui Sardabala Plin. dici videtur. Ptol.

Serbi, pop. Scythiæ Europææ ad Mæotidem paludem incolentes, qui teste Jo. Dubravio in Germaniam profecti Sorabi dicti sunt; Eginartho & Aimoino in Misnia, quorum hodie adhuc exstant vestigia; (Vide Sorabi) & teste Cedreno, in Mysia inferiore inter ostia Istri consedere, quorum regio nunc *Sirfia* quasi Serbia nominatur, & in Mysiam superiorem migrantes ei nomen *Serviæ* quasi Serbiæ indidere, in ea parte quæ Pannoniæ hæret. Plin.

Serbia, quæ & Servia numero plur. urbs est Maced. episc. BerrhϾ finitima: cujus mem. Zonaras tomo 3. annalium.

Serbinum, *Swynaw* seu *Swynar* teste Lazio, oppid. Pannoniæ infer. ad Saum fluv. ubi is Borbacium fluv. excipit, in Bosniæ & Hungariæ conf. inter Posegam ad Bor. & Banialucam ad merid. 3. leuc. Ptol.

Serbonis, palus Ægypti. Vide Sirbonia. Herod.

Serdica, (Vide Sardica) urbs episcop. Thraciæ in Mysiæ superioris confinio. Amm.

Seres, pop. Æthiopiæ inter. apud ortum Nili inter Blemyes; & Oros. teste, pop. Indiæ citer. inter Indum & Hydaspem fluv. Sunt & Seres pop. Asiæ ad ortum extremi, ultra Sinas, omnium mitissimi justiciæque amantissimi, inter Sinas ad Austrum, & Scythiam extra Imaum ad occ. & Bor. quorum reg. Serica, nunc *Catay*, & metropolis Sera; Serico opere clari. De quibus Strab. Plin. Ptol. & al. præter poetas. Hinc Sericus nom. gent. Hor. lib. 1. carm. od. 29. Heliod.

' *Doctus sagittas tendere Sericas.*

De Seribus Virg. lib. 2. georg.

" *Velleraque ut foliis depectant tenuia Seres?*

Seres in Thes. ling. Lat. locantur in Scythia, cum Serica à Scythia diversa sit.

Sergentium, oppid. Siciliæ mediterr. Herbitæ finitimum: quod Moletius *Rialbuto* vel *Rayalbuto* indigitat, oppid. medium fere inter Agyram ad Austrum & Centuripas ad Bor. 6. mill. pass. Quod tamen Faz. novum, sub Saracenis mœnibus septum, refert. Ptol.

Sergianum *Sarzana*, urbs Hetruriæ in Ligurum conf. apud ostia Macræ, & Lunam urbem excisam, cui successit, episc. sub Genuensium ditione; sic in tab. ænea Desiderii regis nominatum, quod nova Luna dici posset. Vet. Insc.

Sergiopolis S. *Sergio*, urbs arch. Syriæ apud Euphratem fluv. in Comagene, Rhesapha Ptol. vel non longe, sic à Sergio cive Romano ibi cum Baccho martyrium passo, olim Barzalo, Suris proxima, inde 126. stad. distans in Austrum, inter Meticam & Samosata. Lib. conc. Procop. Callist. Euagr.

Seria, quæ & Julia fama teste Plin. Seria etiamnum teste Floriano, opp. olim, nunc pag. Hisp. Bæticæ apud Anam fluv. in Vandalitia, haud procul ab ostio, ubi Ayamontis opp. quod quidam Seriam esse putant. Plin.

Serica, reg. Asiæ extrema ad orientem, hodie *Catayo* Castaldo, Nigro, & aliis; (quanquam sub *Catayo* Strab. Ptol.

tayo etiam pars Scythiæ extra Imaum mont. comprehenditur) cujus pop. Seres Plin. & urbes olim claræ apud Ptol. Sera metrop. Issedon, Drosache, & Ottorocorra. De ea Claud. lib. 2. in Eutrop.

'------------------ *vel ipsa*

"* *Serica Sin Hunnus feriat, sin Sarmata portas.*

[* Nisi potius Serica hic sit nomen appellativum.] Hanc, sicuti & terram Sinarum, Ptol. terræ incognitæ finitimam ad ortum facit; cum ibi nulla terra sit, sed mare Eoum.

Herod. Plin. Mel. & al. Seriphus, Seryphus Strab. *Serphone* vel *Sirfone* Soph. *Serfina* Nig. & al. ins. maris Ægæi, una Cycladum, inter Siphnum, & Theram in occ. 10. mill. pass. à Paro 12. in Circium, totidem circuitu; sed Bordon. illius ambitum scribit 40. mill. à Delo totidem distantis. *Rana Seriphia* adagium est in taciturnos, quia ranæ ibi non coaxant teste Plin. Aspera & petrosa est. Seriphi Ovid. 3. de arte amandi meminit.

'*Sic tibi vestita pressa Seriphos erat.*

Seriphiæ ranæ cum in Scyrum proximam ins. deportantur, vocem amittere feruntur: inde ortum aliud adag. (ut Didymus autor Græcus refert) *Seriphia rana*, in hominem canendi dicendique imperitum. Apud Suidam vero idem proverbium legitur in mutum, quod ranæ Seriphiæ in propria ins. sint mutæ; quod Plin. lib. 8. cap. 58. uti prius dictum est, testatur. In hanc ins. fontes deportabantur; quemadmodum idem de multis aliis locis dicitur.

Scrip. Ital. Serius, fluv. Cenomanorum per agrum Bergomatem in Adduam influens.

Ptol. Sermitium, à quo Seriana vallis, *Sannutio* nunc, opp. olim, nunc pag. Corsicæ in mediterr. apud Tuolam fluv. inter Marianam 24. & Niolum circa medium insulæ 9. mill. pass.

Anton. Serninus seu Serminus vicus, *Sermito*, pag. Gall. Cispad. ad Padum, inter Mantuam cui paret 20. & Ferrariam 30. mill. pass.

Anton. Serpa, *Zerpa* etiam hodie, vel *Cerpa*, opp. Lusitaniæ clarum in regno Portugallico apud Anam fluv. Juliæ Myrtili & Mauræ finitimum, ab Ulyssippone 30. leuc. in via quæ Hispalim ducit.

Nicet. & Cedr. Serræ, *Serres* Leuncl. urbs Macedoniæ archiep. apud Amphipolim, ampla, inter illam, Philippos, & Thessalonicam, quæ Amphipoli in dignitate successit.

Herod. Plin. Serrhium, prom. Thraciæ in ora Boreali maris Ægæi contra Samothracen insulam.

Vet. mon. Servaria *Cervera*, opp. Hisp. citer. in Catalaunia amplum, proximum Tarragæ, 1. leuc. dissitum, à Barcinone 14. Ilerdam versus, ex maximis ejus provinciæ.

Senecæ. Servilii Vaciæ villa, *Lago della Colluccia* teste Loffredo, lacus Campaniæ cum ædificiis in ora, & sinu Cumano, inter Linternum, & Cumas propiores, Servilius lacus Sex. Pompeio, sic Cic. & Servilianus lacus Senecæ: ubi olim ædes Servilii.

Ptol. Serus, *Coromaran* teste Mercat. fluv. ingens Indiæ extra Gangem.

Strab. Sesamus, Sesamum Plin. opp. Bithyniæ in Paphlagoniæ conf. apud Amastridem urb. quæ ex Sesamo, Cromna, & Cytoro, proximis urbibus, in unam urb. coaluit teste Strab. Incolæ Sesameni Steph.

Scrip. Belg. Sesmarus *Sismer*, fluv. Belgii per Trajectense territ. in Mosam apud Trajectum superius influens. Cujus fit mentio in vita S. Remacli.

Plin. Sessites *Sessia* seu *Sesia*, fluv. Galliæ Cisalpinæ per agrum Vercellensem in Padum influens infra Casale, apud Varallum, Romanum, & Vercellas fluens, ducatumque Mediolanensem à Pedemontano principatu disterminans.

Plut. Sestertium locus erat prope Romam, ab ea 4. mill. pass. distans, in quo capita damnatorum projiciebantur.

Sestianæ aræ. Vide Aræ. Plin.

Sestiaria extrema, *Cabo de tres forcas* Moletio, *Galba* Castal. prom. Maurit. Tingit. inter Tæniolongam ad occ. & Ryssadirum ad ort. à quo parum abest. Ptol.

Sestium, *Saracina* teste Barrio, oppid. Oenotriæ in Lucaniæ, Brutiorum, & Magnæ Græciæ conf. in Calabria citer. inter Muranum & Balbiam, à Murano 4. mill. pass. quot à Castrovillario, Consentiam versus, apud Sipheam urbem excisam, & Balbiam milliario distantem. Hinc Sestiæus nom. gent. Steph.

Sestus seu Sestos, *Bogazassar* Alex. Zardo & Nigro, urbs olim, nunc arx Chersonesi Thraciæ in ora contra Abydum, ubi maris angustia est 7. vel 8. stadiorum inter Europam & Asiam, Posidonium apud A. Gell. à Byzantio 180. mill. pass. in Austrum, à Calipoli 20. à Lemno 76. in ort. Sunt qui medium faciant inter Byzantium, & Chium in Austr. 200. mill. pass. Seston à Romanis & Eumene rege expugnatum Liv. scribit lib. 7. dec. 4. Luc. lib. 2. Xenoph. Strab. Plin. & al.

"*Europamque Asiæ, Sestonque admovit Abydo.*

Sestus quoque nomen gent. Ovid. in epist. Heronis Leandro.

'*Dicar Abydeno Sesta puella viro.*

Hinc Sestius, a, um. Ut Sestia virgo, id est Hero à Leandro adamata.

Setuvii, pop. Gall. Celt. quorum urbs *Exisnis* teste Marliano in provinc. Turonensi, cum nulla urbs hujus nominis reperiatur in Gall. Potius *Seez* urbs episc. in Normannia sub archiep. Rotomagensi videtur. De qua vide Sagiensis urbs sive Sagium. Quidam, ut Marl. Sesuvii legunt; sed Setuvii legendum. Cæs.

Setabicula vel Sætabicula, *Xixona* teste Beuth. opp. Hisp. Tarracon. inter Setabim & Alonem; sed Setabicula Setabi propior, *Xixona* vero Aloni. Mihi potius *Alzira* videtur sive *Algezira*, opp. inter Setabim 3. & Valentiam 6. leuc. congruit enim situs apud Ptol. Ptol.

Setabis, Satabis Ptol. & vet. inscript. *Xativa* nunc Mor. & al. urbs Hisp. Tarracon. olim, episc. sub archiep. Toletano, in regno Valentiæ, ad fluv. cognominem, haud obscura, à Valentia 9. leuc. in Austrum, antiqua, circa ann. 300. post diluvium, una cum Dertusa & Ilerda, teste Beuthero, ædificata. Pop. Setabitani Plin. Ejus mem. Sil. lib. 3. Strab. Plin.

"*Atque altrix celsa mittebat Setabis arce.*

Hinc Setabus, a, um, nom. gent. Ut Setaba sudaria apud Catull. Setabum linum apud Plin. Adhuc hæc urbs perdurat, licet in Thes. ling. Lat. desiisse videatur.

Setæum, regiuncula in Magna Græcia inter Sibarim & Thurios, ubi petra Setæa Lycophr. teste Barrio. Steph.

Setantiorum portus, *Winander mere* teste Camden. port. Albionis in ora Angliæ occidua, inter Walliam & Scotiam, Devæ seu Cestriæ urbi finitimus. [Camdeno videtur pro λιμὴν portus, λίμνη lacus legend. & *Winander-mere* designari, paludem in agro Lancastrensi, à Cestria ad 60. mill. pass.] Ptol.

Seteia, *Dee-mouth* Camd. æstus seu fluv. Albionis in ora Angliæ & Walliæ, inter Belisamam & Tisobim fluv. Al. *Mersey*, apud quem *Lerpool* vel *Leverpool* opp. & portus Lancastrensis comitatus. Ptol.

Setelsis, *Astarlid* teste Marinæo, seu *Esterlich*, opp. Hisp. citer. in Catalaunia, inter Gerundam 5. & Barcinonem 9. leuc. à Secerris 2. Castrum dives Lat. recenti. Ptol.

Sethim, tractus Palæstinæ, seu Arabiæ petrææ in finibus Moabitarum, trans Asphaltitem lacum, Liviadi opp. finitimus, inde 6. mill. pass. distans. Sic hodie. Bibl.

Sethreites, Sethroites Plin. urbs & nomus Ægypti intra Deltam, apud Bubastum urbem & Bubasticum fluv. Sethræites Ptol. [In man. Seld. Σεθρωΐτης.] Strab. Ptol.

Setia *Sezza*, colonia & urbs Latii mediterr. à Velitris Liv.

tris 8. mill. pass. in ort. totidem ferme à Priverno in Corum, in monte, olim episc. nunc sine sede, Coræ finitima, patria Valerii Flac. Pop. Setini Plin. & Setini montes Juvenali. Mart. lib. 13. ep. 109.

" *Pendula Pomptinos quæ spectat Setia campos.*

Setia altera Ptol. opp. Hisp. citer. in regno Arragonio, nunc *Sesse*, intra montes Pyrenæos, à Cæsaraugusta 28. leuc. in Bor.

Ptol. Setidava, *Posen* ut Ortel. videtur, urbs Germaniæ, Poloniæ majoris primaria, à Cracovia 50. leuc. in Bor. à Gnesna metropoli 7. in occ. Posnania Lat. recent.

Ptol. Setius, Sigium Strab. *Cap de Set* ex tab. recent. mons Gall. Narbonens. ad stagna Volcarum in mare prominens, inter Agatham ad occid. & Magalonam urbem extinctam ad ortum 5. mill. Gallic. plus minus distans.

Ptol. Setubia, *Sepulveda* Molet. opp. Hisp. Tarracon. amplum in regno Castellæ vet. Sed error est insignis; nam apud Ptol. Segubia legitur, non * Setubia, estque *Segovia* urbs episc. præclara: de qua vide Segobia, seu Segovia. [* Σετυβία in Seld. man.]

Ptol. Setuia *Sittaw*, urbs German. in Lusatia, Gorlitio urbi primariæ finitima, inde 5. leuc. in Austrum Pragam versus 15.

Ptol. Sevaces, pop. Norici, quorum opp. Sevacum seu Sevatum, & Sebacum, vulgo *Schwatz*, non obscurum, in Tirolensi comitat. ad Oenum flu. ab Oeniponte 3. leuc. in Cæciam Salisburgum versus. Vide Sebatum.

Anton. Sevatum, (Sevacum forte legendum) opp. Norici. (non Austriæ, ut scribit Ortel. cum sit in com. Tirolensi.) Vide Sebatum; utrumque enim legitur apud Antoninum.

Scrip. Brit. Severia *Sarisbury*, urbs Albionis in Anglia inter Wintoniam, & Bathoniam ad occ. Pop. Severiani, reg. *Wiltshire* vulgo. Vide Sorviodunum.

Ven. For. Severiacum *Seury*, opp. Gall. Celt. in finibus Burgundionum ad Ararim fluv. inter Cabilonum urb. ad Austrum, & Auxonam opp. ad Bor. 6. leuc. Dicitur & *Seure* vulgo.

P. Diac. Severini cœnobium, *Zuerin* Leuncl. pag. Norici in Pannon. superioris conf. ad Cetium mont. in Austria. *Siferingen* aliis apud Viennam, mill. Hungarico distans.

Vet. Insc. Severinum *Swerin*, opp. Daciæ in Mysiæ superior. conf. ad Danubium, apud Pontem Trajani, opus Severi imperatoris.

Virg. Severus mons *Monte Nero*, & *M. di* S. *Giovanni*, mons Sabinorum à lacu Velino Tybur usque protensus, ex quo Himella fluv. manat. *Monte Severo* etiam apud Litturos dictus. Virg. lib. 7. Æn.

" *Qui Tetricæ horrentes rupes, montemq; Severum,*
' *Casperiamque colunt*---------

Plin. Sevinus lacus. Vide Sebinus, utroque enim modo apud Plin. legitur.

Strab. Seumara, urbs Iberiæ in Asia ad Aragum fluv. ubi is in Cyrum excipitur.

Plin. Sevo mons, *Sula* & *Dofrini* nunc, ut Ortel. videtur, mons excelsus Scandinaviæ in Norvegia. Sed fallitur; nam Solin. Plinii studiosissimus illum cap. 23. aperte in German. ab Ingævonibus habitatum describit, inter Danubium ubi incipit, & Rhenum ubi definit, ac inter saltum Hercynium, & Sarmatarum rupes.

Ptol. Sex, Sexi firmum Plin. cognomine Julium, Sexitania Athen. Hexi Melæ, *Velez Malaga* teste H. Coquo cum aliis, urbs Hisp. Bæt. apud oram littoralem regni Granatens. à Malaca 5. leuc. Granatum versus. Sed Flor. est *Motril* opp. in ora apud Selambinam, inde 1. leuc. in ort. Almeriam versus. Pop. Exitani Strab. Sexitani aliis.

Plin. Sexignani Cocossates, Cocosates Cæs. pop. Aquitaniæ.

Vet. Tra. Sexiona *Xixona*, opp. Hisp. Tarracon. in ora regni Valentiæ, ab Alone 4. leuc. in Bor. Valentiam versus. Vide Setabicula.

Mel. Sextani, pop. Gall. Narbonens. quorum urbs Arelate.

P. Diac. Sexti, locus Africæ à Carthagine 6. mill. pass. Uticam versus; ubi D. Cyprianus episcopus martyrio affectus est.

Antiq. Trad. Sextum, & Sexto al. *Sesto* teste Gaud. Merula, opp. seu pag. Insubriæ ad lacum Verbanum, ubi Ticinus fluv. effluit, à Novaria 20. mill. pass. à Mediolano supra 32. ab Arona 6.

Sextum quoque pagus ingens reperitur in ora Ligustica, *Sestri di Ponente*, à Genua 6. mill. pass. in occ. distans.

Æthico. Sextum Philippi, locus territorii Romani ubi Tiberis in duo divisus insulam efficit inter Portum & Ostiam, quæ urbes nunc reperiuntur prorsus extinctæ.

Anton. Siadæ, *les 7. Isles* teste G. Camd. septem insulæ maris Britannici oræ Galliæ Celt. Boreali adjacentes ante Leonam urbem Britanniæ minoris, ab ea 7. leuc. in Cæc. à Sarnia (*Garnsey* vulgo vocant) 12. in occ. Siadæ à numero dictæ, *Saith* enim Britannis *septem* est.

Ptol. Siagul, *Susa* teste Marmolio cum Faz. & al. opp. Africæ propriæ marit. inter Neapolim ad occ. & Aphrodisium ad ortum.

Plin. Siambis, ins. maris Britannici. Vide Sena, eadem enim Ortel. videtur, vulgo *Seyn* vel *Sayn*.

Ptol. Sianticum, Santicum Ant. *Sanckins* teste Laz. opp. olim, nunc pagus Norici in Carinthia, inter Laricen ad merid. 27. & Virunum in Bor. 30. mill. pass. ex Itin. Ant. inter Villacum & Vitopolim.

Vet. Insc. Siarum, *Carragatin* teste Morale, opp. Hisp. Bæt. excisum: locus sic hodie nominatur in Vandalia, inter Hispalim, & Utreram, à qua parum distat.

Ptol. Siatutanda, *Sideburen* vel *Sciltwoldt* teste Verrutio, opp. olim Germaniæ, nunc pagus Frisiæ in territ. Groningensi, à Groninga 2. leuc. in ortum Embdam versus distans.

Strab. Arrian. Steph. Sibæ, pop. Indiæ citer. qui una cum Deriadis contra Dionysium seu Bacchum pugnarunt, juxta Indum fluv. incolentes. Quorum mem. & Stephanus.

Steph. Vet. Insc. Siberena *S. Severina*, urbs Magnæ Græciæ archiep. in rupe prærupta apud Neæthum fluv. multarum urbium metrop. licet parva, inter Scyllacium 18. & Crotonem 12. mill. pass. Severiniana vina à Plin. commendantur. Hinc Siberenus nom. gent. apud Stephanum.

Cæs. Sibutzates, Sibyllates Plin. ut aliquibus videtur, pop. Aquitaniæ inter Auscos, Garumnos, & Cocosates; quorum opp. quidam *S. Beat* esse putant; sed hoc ad Pyrenæorum radices, longius à prædictis pop. recedit.

Virg. Sibyllæ antrum *la Grotta della Sibilla*. Vide Antrum Sibyllæ.

Gratio. Sibyllæ vallis, locus Campaniæ (non in Asia, ut scribit Ortel.) apud Cumas urbem excisam, ubi linum optimum, quod Cumanum à Plin. dicitur.

Plin. Sibyllates. Vide Sibutzates.

Cæs. Strab. Sicambri, Sugambri Strab. * Syngambri Ptol. nunc Geldrenses teste Marl. pop. Germ. infer. inter Mosam & Rhenum: sed verius Geldrenses trans Rhenum ex Sueton. qui eos ad ulteriorem Rheni ripam describit; ubi etiam Zutphanienses. Horum loca *Sigen* opp. *Sigenburg* arx, *Sigenberg* cœnobium in ducatu Bergensi, à Junio esse putantur. Ovid. ad Liviam.

" *Nec tibi deletos poterit narrare Sicambros,*
' *Ensibus & Suevos terga dedisse suis.*

Horum etiam reg. Sicambria. Claud. lib. 1. in Eutrop.

" *Militet ut nostris detonsa Sicambria signis.*

[* Συγαμβροι in man. Seld.]

Vet. Insc. Sicambria, *Alt Offen* teste Laz. i.e. vetus Buda, opp. Pannoniæ infer. ad Danubium, à Sicambris pop. ædificatum cum eorum legio ibi foret, inter Budam novam 1. & Vicegradum 3. leuc. Strigonium versus. Sed verius Sicambria nunc jacens apud Budam nomen adhuc retinet antiquum; nam *Scambri* vulgo dicitur. Ibi vet. inscriptio hæc, quam Lazius refert, legitur: *Legio Sicambrorum hic præsidio collocata, civitatem ædificaverunt, quam ex suo nomine Sicambriam vocaverunt.*

Plin. & pat. Sicani, pop. Italiæ, & Hispaniæ, (quorum opp. Sicane Hecatæo) qui in Siciliam profecti, illi nomen suum indidere, & Sicaniam appellarunt, teste Silio, cum ante in Hispania apud Sicanum fluv. (qui Sicoris Cæs. dicitur) habitarent. Sed Sicanus Silio potius Cinga est, quam Sicoris. De Sicanis Virgil. lib. 5. Æneid.

" *Undique conveniunt Teucri, mistique Sicani.*

Sil. lib. 16.

" *Sicana nunc tellus, nunc littora Ibera cruorem.*

De Sicania, hoc est Sicilia, Ovid. lib. 5. metam.

" *Sicaniam peregrina colo; sed gratior omni.*

Hinc Sicanis fœmin. gen. ut Ætna Sicanis apud Ovid. in Ibin.

" *Plurima qua flammas Sicanis Ætna vomit.*

Sicanius nom. gent. & Sicanus. Virg. lib. 8. Æn.

" *Insula Sicanium juxta latus, Æoliamque*
' *Erigitur Liparen----------*

Croci Sicanii, quod provenit in Sicilia, mem. Stat. l. 2. sylvar. carm. 4.

" *Et tenues Arabum respirant germine plumæ*
' *Sicaniisque crocis---------*

Cic. Polyb. Plin. Sicca, Sicca Veneria Ptol. & Procop. Veneria Solino, colonia & urbs Africæ mediterr. olim episc. sub archiep. Carthaginensi, media inter Cirtam ad occ. & Narangaram ad ort. 30. mill. pass. excisa, licet quibusdam *Antrangues* esse & dici videtur. Pop. Siccenses Trebell. Poll. A Pompeiano Siccam 8. die perventum scribit Cic. lib. 15. epist. ad Atticum.

Bibl. Siceles opp. fuit Palæstinæ ultra Hebron, inter Gerut & Bersabee loca proxima.

Plin. Sicendus, seu Sicandrus ut ab aliis legitur, lacus Thessaliæ, in quo ranæ ex Seripho ins. illatæ cantant teste Plin.

Metaphr. Siceum, locus seu pag. Galatiæ in agro Ancyrano, ab Anastasiopoli 12. mill. pass.

Bibl. Sichem, (Sichima alibi, & Sicima, ut videtur Josepho, dicitur, & Sichar in evang.) quæ & Neapolis Plin. & Ptol. ac teste Plin. Mamortha, urbs Palæstinæ in Samaria apud mont. Garizim excisa, à Samaria urbe 8. mill. pass. *Nebilas* Tudelensi, & incolis *Istar* teste Masio. Vide Neapolis. Juvenc. lib. 2.

" *Præteriens sed forte venit Samaritida Sichem.*

Lamprid. Sicila, locus Germaniæ super. apud Mogontiacum, ubi Severus imperator interfectus est.

Cæs. Cic. & al. omnibus. Sicilia, Sicelia Græcis, quæ & Trinacria, & Sicania, ac Triquetra teste Plin. dicta est, à Siculo rege Neptuni filio & Itali fratre sic nominata, ins. Italiæ, omnium maris mediterr. maxima, circuitu supra 624. & apud recent. supra 700. mill. pass. tribus promontor. terminata, Peloro contra Italiam, Pachyno contra Græciam, Lilybæo contra Africam, à qua 127. mill. in Bor. recedit, ab Italia sive à littore Brutio 7. stad. inter Sardiniam ad occid. 234. & Peloponnesum in ort. 450. mill. pass. Cujus urbes sub Græcis imperatoribus episc. Syracusæ metropolis, Messana, Tauromenium, Leontini, Agrigentum, Thermæ, Lilybæum, Drepanum, Panormus, Thermæ Himeræ, Cephalodium, Halasa, & Tyndaris; Catana altera metrop. sine sedibus subjectis. Ex quibus duæ postremæ excisæ sunt; Tauromenium, Leontini, Lilybæum, Drepanum, & Thermæ ambæ, sine sede durant. Accessere Mazara, Pactæ, & Mons Regalis. Metropoles hodie Messana, Panormus, & Mons Regalis. Sicilia etiam pars Italiæ Siciliæ obversa à Steph. nominatur, ex quo rex regni Neapolitani utriusque Siciliæ inscribitur: quod tamen non ante Clement. 4. Pont. max. apud aliquem legitur. Pop. Siculi. Siculus, & Siciliensis nom. gent. Virgil. lib. 1. Æn.

" *Vix è conspectu Siculæ telluris in altum.*

Hinc Sicilis patronymic. Ovid. in Sapph. epist.

" *Quid mihi cum Lesbo? Sicilis esse volo.*

Sicelis Virg. bucol. ecloga 4.

" *Sicelides Musæ, paulo majora canamus.*

Sicilia ab Hasdrubale terra marique invasa, L. Glaucus Romanus navem hostium manu apprehensam non potius dimisit, quam utramque manum amitteret, autore Plutarcho.

Urbes Siciliæ episc. hac tempestate.

Agrigentum *Girgenti*, episc. sub archiepisc. Panormitano
* Catana seu Catina *Catania*, acad. & episc. sub archiepisc. Montis Regalis, olim metropolis
Cephalodium *Cefalu*, episc. sub archiep. Messanensi
Lipara *Lipari*, ins. & urbs episc. sub archiepisc. Messanensi
Mazara, sic vulgo, episc. sub archiep. Panormitano
* Messana *Messina*, archiep. academ. & emporium
Mons Regalis *Monte reale*, archiep.
Pactæ *Patti*, episc. sub archiep. Messanensi
* Panormus *Palermo*, archiep. sedes regni
Syracusæ *Stragosa*, episc. sub archiep. Montis Regalis, olim metropolis

Urbes sine sede episcopali.

Agyrium & Argyra *S. Filippo d' Argirone*
Amestrata *Mistretta*
Augusta apud Megaram, sic vulgo, à Friderico imperatore condita
Calata Ieronis *Calatagirone*
Calata Sibeta, sic vulgo, recens
Centuripæ *Centorve*
Charinum *Charini*, olim episc.
Corileo *Coriglione*
Drepanum *Trapani*, olim episc.
Enna *Castro Ioanni*, in medio Siciliæ
Gela *l'Alicata*, quæ Gela nova, olim episc.
Halesa *Caronia*, olim episc.
* Leontini *Lentini*, olim episc.
Lilybæum *Marsala*, olim episc.
Myle *Melazzo*, olim episc.
* Narum *Naro*
* Neetum *Noti*
* Nicosia, sic vulgo, olim Herbita, ut videtur
* Tauromenium *Taormina*, olim episc.
Thermæ *Xacca*, olim episc.
† Triocala *S. Giorgio di Triocala*, olim episc.
Trojanopolis *Troyna*, olim episc.
† Tyndaris *lo Tindaro*, olim episc.

Sicima, urbs Palæstinæ in Samaria, apud Hebræos Sichem & Sichima. Vide ibi. Pop. Sicimitæ. *Josepho.*

Sicinus, Sicynus Melæ, Sicenus Strab. Sycinus Plin. *Ptol.* Oenoe etiam Apollonio & Steph. Sicino Soph. *Sichino* Nig. ins. maris Ægæi, una Sporadum, inter Melon, *Steph.* & Pholegandron 6. mill. pass. inter Cretam, & Delon ad Arctos ad 70. mill. Tametsi in Thess. ling. Lat. proxima Cretæ legitur ex Steph. cum inde non parum distet. Hæc Oenoe Plinio etiam teste olim dicta. *Plin.* *Strab.*

Sicoris, *Segre* Clusio, ac etiam *Agua Naval* Beuthero, fluv. Hisp. citerioris per Catalauniam apud Ilerdam urb. fluens, ubi Cingæ junctus in Iberum defertur. Cujus mem. Luc. lib. 4. *Cæs. Plin. & al.* *Ptol.*

' *-----------placidis prælabitur undis*
" *Hesperios inter Sicoris non ultimus amnes.*

Cic. Siculi, qui & Sicani, pop. & Sicilienses Cic. qui ex Latio, ubi primum consedere, in Siciliam trajicientes, ei nomen indidere. Siculi olim vitam opiparam ducebant, ut apud Plat. lib. de rep. 3. *mensa Sicula*, & apud Athen. lib. 14. ex Cratino *coquus Siculus*, essent proverbio. Alio tamen tempore non deliciis, sed laboribus operam dantes, militiæ inserviebant, ut *Siculus miles* proverbialiter (ut Zenod. autor est) de mercenario milite, ac de nullum ministerii genus lucri gratia recusante diceretur. Furaces quoque habiti sunt; unde adagium apud Suid. *Siculus omphacizat*, in eos qui adeo furacessunt, ut etiam vilia furentur, qualis est omphax. *Aula* quoque *Sicula* apud Juvenal. pro imperio duro proverbio dicitur; quale Siculorum tyrannorum. Siculi quoque vafri & acuti, & trilingues ab Apuleio vocantur: unde *Sicilissare* apud Plaut. pro astute loqui. Inter eos Calphurnius scripsit carmen bucolicum sub Domitiano.

Plin. Siculum mare à Plin. dicitur quod à Sicilia Cretam usque excurrit. Hor. lib. 2. carm. od. 12.

" *Nec durum Hannibalem, nec Siculum mare*
" *Pœno purpureum sanguine, mollibus*
' *Aptari citharæ modis.*

Plin. Ptol. Sicum *Sebenico*, urbs Dalmatiæ marit. in Liburniæ conf. episc. sub archiep. Spalatensi, à Bonifacio 8. Pont. max. ordinata, inter Jaderam ad occ. & Salonas ad ort. ferme 50. mill. pass.

Cic. Strab. Plin. Ptol. Sicyon, *Basilica* Soph. & al. *Vasilica*, urbs Peloponnesi, Sicyoniæ reg. caput, quæ & Ægialia & Ionia teste Strab. & Demetrias teste Plut. dicta est, inter Corinthum 12. & Elidem in Africum 75. mill. pass. Hinc Sicyonius nom. gent. & Sicyonii pop. Oleo abundans, & celebris. Virg. lib. 2. georg.

" *Venit hyems, teritur Sicyonia bacca trapetis.*

Sicyonii mollitiei maxime apud Cic. notantur, præsertim in calceis apud Athen. lib. 4. Lucian. in rhetore, Lucret. lib. 4. unde *calcei Sicyonii* in proverbium abiere, de re pulchra quidem, at quæ minus deceat. Vel etiam *aluta Sicyonia*, idem significans. Patria est Arati poetæ. Oleis, & pictura celebris; unde olivifera ab Ovid. dicitur. Sicyone etiam præcipua fuit marmoris & metallorum officina: ibique Diopœnus & Scylesis primi sculpturæ marmoris operam dedere. Plurima etiam laurus hic provenit; unde apud poetas baccha Sicyonia nominatur. Hic Praxilla poetria claruit, quæ in carminibus suis Adonidem inducit ab inferis interrogatum, quid apud superos pulchri reliquisset; & respondentem, solem, cucumeres, & mala. Quod veluti insulsum proverbio locum fecit, *Stultior Adonide Praxillæ*, in homines nullius judicii.

Sicyon quoque locus Africæ, ubi Crathis fluv. in oceanum exit, & ubi electrum nascitur, teste Plin. Sicyon item urbs est Thessaliæ, quæ postea à Demetrio rege Demetrias dicta est teste Niceph. l. 5.

Strab. Plin. Liv. & al. Sida, *Chirisonda* Nigro, *Scandalor* vel *Candalor* Moletio & Theveto, urbs Pamphyliæ marit. apud Ciliciæ confinia, archiep. inter ostia Eurymedontis ad occid. & Coracesium urb. ad ortum, ampla metrop. sub qua episc. Aspendus, Coracesium, Myle, Lyrbe, Colobrassus, Dalisandus, & aliæ urbes censentur, hodie pene exstincta. Pop. Sidetæ. Sida item Callisto Niceph. locus Palæstinæ à Cæsarea 50. stad. distans. Prior ab Olbia supra 450. stadia distat in ortum.

Plin. * Siden, stagnum Indiæ, in quo omnia teste Plin. demerguntur. Silia Strab. Silla Diodor. Sila Arriano. [* In aliis libris Sideris legitur.]

Strab. Sidene, reg. Cappadociæ, in qua Siden oppid. juxta Themiscyram, in ora maris Euxini. Cujus pop. Sideni Plin. & Sidenum flumen Polemonium urb. alluens. Sidene item apud Steph. urbs fuit Lyciæ.

Ptol. * Sideni, pop. Germaniæ, quorum reg. *Stetinerlandt* in ora Pomeraniæ, & urbs Stetinum (quasi Sidenum) *Stetin*, regionis caput, & ducum sedes, à Francofurto ad Oderam 16. leuc. in Bor. à Berlino 17. in Cæc. inter Lubecum ad occ. 42. & Dantiscum ad ort. 35. Sideni quoque pop. & urbs ac emporium Arabiæ fel. vulgo *Ziden*, ad fin. Arabic. apud Mecham, inde 12. mill. pass. distans. [* Σιδῆνοι in Seld. man.]

Sidicinum, (Vide Teanum) urbs Campaniæ. Hinc Sidicinus nom. gent. Virg. lib. 7. Æn. Plin.

" *Aurunci misere patres, Sidicinaq; juxta*
' *Æquora*---------

Sidoleucum, Sideleucorum urbs Amm. *Saulieu*, oppid. Gall. Celt. teste Simlero in Burgundiæ ducatu, ubi olim legio 18. medium inter Divionem ad ort. & Nivernas ad occid. 10. leuc. inter Augustodunum ad merid. & Semurium in Bor. 9. Anton.

Sidon, *Said* Nigro, Postello, & al. colonia & urbs Phœnicis marit. excisa, olim clarissima, & episc. sub archiep. Tyrio, inter Berytum ad Arctos 50. & Tyrum ad Austrum 24. mill. pass. à Phœnicibus condita teste Sol. & à piscium copia nominata; vel à Sidone Canahan filio teste Isidoro. A Sultano Ægypti capta prorsus excisa fuit anno sal. 1292. Olymp. 517. anno 3. Pop. Sidonii Strab. Plin. & al. qui primi mare navigare cœperunt. Virg. lib. 1. Æn. Cic. Strab. Plin. & al.

" *Atque equidem Teucrum memini Sidona venire*
' *Finibus expulsum patriis* -----

Juvenc. lib. 3.

" *Hæc ubi dicta dedit, pulcherrima rura Syrorū,*
' *Sidonem Tyrumque petit*-------

Sil. lib. 8.

" *Stat fucare colos nec Sidone vilior Ancon,*
' *Murice nec Libyco*--------

Hinc Sidonius nom. gent. Hæc inter urbes Phœnicis elegans & pulchra fuit, ut Dionys. Afer testatur.

" *Hi muros Iopes, Gazan, & Elaida complent,*
" *Antiquam Tyrum, Beryti & mœnia grata,*
" *Vicinamq; mari Byblim, Sidonaq; pulchram.*

Sidone Antipater quo die natus est, semper quoad vixit febre correptus, & eodem die defunctus dicitur. Hic versus faciebat extempore, Cassii oratoris synchronus. Hinc Sidonius, a, um; ut Sidonia Dido, Virgil. lib. 1. Æneid.

" *Obstupuit primo aspectu Sidonia Dido.*

Sidonia opp. fuit Troadis, à Sidoniis conditum teste Hecatæo. Steph.

Sidoniorum ins. in mari seu sinu Persico: unde Sidonii Phœnices profecti feruntur teste Strab. lib. 16.

Sidonium mare, quod oram alluit Sidoniorum, Syrii seu Phœnicii pars. Claud.

Sidrocapsa, *Sirus* teste Leuncl. urbs Maced. marit. apud Athon mont. episc. sub archiep. Thessalonicens. quæ & Syderos, & Scydra Ptol. dicta videtur. Dicitur & Siderocapsa. Græc. script.

Sidrona, *Belas* teste Nig. opp. Liburniæ mediterr. Ouporo oppid. finitimum. Sunt qui eandem Stridoni patriæ D. Hieronymi putent; sed hæc aliis *Sdrin* & *Sdrigna* in Pannoniæ conf. nominatur, comitatus. Vide Stridon. Error in Thes. ling. Lat. illam in Dalmatia locante est. Ptol.

Sidus, pag. Megaridis in ora inter Megara & isthmum Corinthiacum, ubi portus seu navale. Xenoph. Plin.

Sidussa, urbs Ioniæ, cujus mem. Hecatæus in Asia. Steph.

Sidyma urbs fuit Lyciæ, sic à Sidymo conditore dicta: cujus mem. Alexand. teste Steph. Nom. gent. Sidymeus. Steph.

Siga, *Aresgol* Marmol. Morali & al. colonia, & urbs olim episc. in ora Maurit. Cæsariens. sub archiepisc. Cæsariensi, regia quondam Siphacis, inter ostia Malvæ ad occ. & Quizam urb. ad ortum, apud ostia Sigæ fluv. (qui & *Aresgol*, & *Tifno* incolis dicitur) ab ostiis & portu Sigensi 3. mill. pass. contra Mala- Strab. Plin. Mel. & al.

cam urbem Hisp. Bæt. Abest ab ostio Malvæ, termino Mauritaniæ Tingitanæ, 100. mill. pass. à Quiza 148. Sunt qui *Zerfan* seu *Zer sen* indigitent.

Sige, oppidum Troadis regionis apud Steph. idem ut videtur quod Sigeum.

Ptol. Strab. Plin. Sigeum, *Iannizari* teste Soph. & al. prom. & urbs Troadis, seu Phrygiæ, Mysiæve, apud ostia Scamandri, contra Tenedum ins. inter Dardanum ad Septent. & Alexandriam ad Austrum, Trojæ sive Ilio proxima, 26. stad. tantum distans, à Troade 120. Abest ab Abydo 12. mill. à Chalcedone 262. in merid. episc. sub archiep. Cyzicensi: sed hodie pene extincta jacet. Promontorium ab Aristot. Idæ prom. appellatur, qui ibi desinit. Hinc Sigeus nom. gent. Virgil. lib. 2. Æneid.

"*Ucalegon: Sigea igni freta lata relucent.*

Sigeius etiam, a, um; ut Sigeia littora apud Ovid. in fast. & Sigeia tellus in epist.

Ptol. Sigindunum. Vide Singidunum.

Strab. Sigium, Setium Ptol. & Avieno, *Cap de Set* Clusio, prom. Gall. Narbonens. ad stagna Volcarum. Vide Setius mons. Non Sigius mons, sed Sigium prom. legitur apud Strab.

Ptol. Sigmanus, *Lera* teste Vineto cum Navagerio, fluv. Aquitaniæ in ora, inter ostia Garumnæ & Aturi fluminum.

Plin. Signani, pop. Aquitaniæ: forte Sigmani legendum, à Sigmano fluv. dicti, quasi juxta illum incolentes; vel fluv. Signanus dicendus; ita ut error sit vel in codice Ptol. vel in cod. Plinii.

Strab. Plin. Liv. & al. Signia *Segna* seu *Segni*, colonia & urbs episc. Latii in mont. vino ferax, media inter Labicum & Anagniam 6. mill. pass. ab urbe Roma 30. patria Vitaliani Pont. maximi; colon. à Tarquinio Superbo deducta. Hinc Signinus nom. gent. Mart. lib. 13. ep. 113.

"*Purgabunt liquidum Signina morantia ventrem.*

Plin. Signia quoque mons Asiæ in Phrygia magna apud Apameam urb. ad illius radices situm, Marsya fluv. circumfluente: ut apud Plin. lib. 5. c. 29.

Scrip. Gall. Signinum, castellum Sabaudiæ apud Bellicam urbem.

Apol. Sigyni, Signnæ vel Sigynnæ Herod. pop. Scythiæ Europææ, seu Mysiæ infer. apud ostia & paludes Istri, *Sigeiner* hodie teste Ortel. Apud hos equi sunt hirsuti, & pernicissimi trahendis curribus, sed gestandis hominibus inutiles.

Plin. Strab. Sila, Syla Virg. & Vib. Seq. sylva Brutiorum maxima ad 200. mill. pass. patens, juxta Apenn. mont. etjam vulgo *Sila* teste Mazz. dicta, saltus Rheginorum à Solino vocata, in Calabria: ibi ingens arborum procerarum varietas, & mira picis copia, à Taberna hodie Rhegium usque perdurans. Ejus mem. Virg. libro 12. Æneid.

"*Ac velut ingenti Syla, summoque Taburno.*

Apud Plin. non legitur, licet ab Ortel. citetur. Error vitandus in Thes. ling. Lat. occurrit; in quo Syla in finibus Lucanorum locatur, cum sit in finibus Brutiorum, hoc est in Calabria.

Strab. Plin. & al. Silarus, Siler Lucano & Vibio, *Selo* Ligorio, & etjam *Silaro*, fluv. Picentinorum illos à Lucanis dividens, medius fere inter Salernum ad occ. & Pæstum ad ort. ad 12. mill. pass. utrinque, in mare Tyrrhenum exiens; licet Strabo scribat eum 50. stad. à Pæsto distare. De eo Virg. lib. 3. georg.

"*Est lucos Silari circa, ilicibusque virentem*

"*Plurimus Alburnum volitans, cui nomen asilo.*

Sil. lib. 8.

'*Nunc Silarus quos nutrit aquis-----*

In eo ligna & folia immissa teste Plin. lib. 2. c. 103. lapidescunt. In Thes. ling. Lat. Sylaris pro Silarus scribitur, separans Picenum à Campania: cum Picentes à Lucanis separet.

Ptol. Silbium, urbs Phrygiæ magnæ episc. sub archiep. Laodiceno, inter Apameam ad occ. & Philomelium ad ort. finitimas urbes. Pop. Silbiani Plin.

Ptol. Silda, Gilda Ant. colon. & urbs Maurit. Tingit. mediterr. à Volubili colonia 28. mill. pass. versus Tingi in occidentem.

Vib. Seq. Siler, Silarus Plin. Strab. & al. fluv. Picentinorum. Luc. lib. 2.

'————————*radensque Salerni*

'*Culta Siler------------*

A. Hirt. Silicense, flumen Hisp. Bæt. (super quo Segovia Bætica) in Singulim fluv. influens, *Rio de las Algamidas* teste Ambr. Morale.

Plin. Silimnus, Limnus Ptol. (quo pacto etiam apud Plin. Franciscus Junius & Ortelius legendum putant) ins. Albionis. Vide Limnus, seu Limnos.

Pauſ. Silinus, Selenus Xenoph. Selinus Strab. fluv. Peloponnesi per Elidem fluens.

Plin. Silis *Sile*, fluv. Venetiæ ex agro Taurisano (non ex montibus Taurisanis, ut scribit Plin. qui ibi non sunt, cum fontes illius in planitie conspiciantur) per Taurisium urbem, (seu, ut nunc dicunt, Tarvisium) quam alluit, in mare apud Altinum delabens, magnæ perspicuitatis.

Bibl. Siloe & Siloah, fluviolus Palæstinæ, sive rivulus, & natatoria apud Hierosolymam. Fuit & opp. sive pag. hujus nominis ibidem teste Josepho.

Silphii pop. sunt Libyæ ad Syrtem usque protensi, teste Herod. lib. 4.

Suid. Silpius, mons Syriæ, super quo Antiochia magna ad Orontem à Seleuco rege condita est, eodem tempore quo Laodicea & Apamia.

Amm. Lib. Conc. Silva candida urbs episc. fuit Thusciæ via Aurelia, ab urbe Roma 10. mill. pass. distans, teste Baron. Cujus episcopatus Portuensi finitimo copulatus est.

Vet. Iti. Silva Constantini *la Selva*, opp. Hisp. citer. in Catalaunia, & agro Tarraconensi, à Tarracone 3. leuc. Ilerdam versus: cujus ager miræ fertilitatis est.

Scrip. Belg. Silva ducis *Bois le duc* & *Bolduc* Gallis, *'s Hertoghen-bosch* Belgis, & Germanis *Hertzbosch*, urbs Belg. inter urbes Brabantiæ præclara, probeque munita, in Hollandiæ Geldriæque conf. episc. sub archiep. Machliniensi, inde, & ab Antuerpia 12. leuc. in ort. Wesaliam versus totidem.

Tac. Silva Herculis, *Hardztwaldt* teste Ortel. sylva Germaniæ inter Albim & Visurgim flumina.

Lib. Not. Silvanectum *Senlis*, urbs Gall. Belgicæ in Vallesia reg. inter Lutetiam Parisiorum 10. & Noviomum urbem Picardiæ in Cæc. 12. mill. pass. à Compendio 6. episc. sub archiepisc. Rhemensi. Ulbanectes pop. Plin.

Virg. Silvani lucus, in Thuscia apud Cæritis fluv. fontes.

Anton. Silvia, seu Salvia, (ut al. cod. habent) opp. Illyrici à Salonis 56. mill. pass. in Bor. Sirmium versus.

Lupo episc. Silviacum *Salvigny*, pag. Gall. Belg. in territ. Bononiensi; de quo S. Lupus episcopus.

Strab. Auson. Silvium oppidum fuit Apuliæ Peucetiæ à Venusia 20. mill. pass. in ort. Tarentum versus. Pop. Silvini Plin.

Tac. Ant. Silures, Silyres Ptol. pop. Albionis inter Demetas ad occ. & Atrebatios in ort. quorum reg. seu tractus *Wenceland* teste Lelando; al. *Southwales*; quorum urbs Venta Silurum appellatur. Hos Camden. statuit in Wallia, ubi nunc Herefordia, Radnoria, Brechinia, Monumethia, & Glamorgania comitatus.

Sol. Silurum insulæ *Sorlings*, & Anglice *Silley* teste Ortel. *Silly* Camdeno, ab occiduo Angliæ promont. 6. leuc. German. distantes, inter Waterfordiam urbem Hiberniæ ad Bor. 34. & Senam ins. Britanniæ minoris vicinam Gobeo promont. 26. Hic Thes. ling. Lat. corrigendus Sillura gem. *ll*. & in sing. numero habens.

Plin. Silys, fluv. Scythiæ Europ. idem qui Tanais & Iaxartes

xartes

xartes teste Plin. Scythæ enim Tanaim sua lingua Silym appellant.

D.Hier. Sim opp. erat Phœnicis ad Libanum mont. Arcæ urbi proximum.

Ptol. Simæthus, Symæthus Strab. & Thuc. *Fonte Ferrato* apud ortum, & *Fiume di S. Paulo* teste Faz. cum Aretio, fluv. Siciliæ in mare inter Catinam ad Bor. & Morgantium ad merid. post Teriæ ostia labens. Cujus fons *Canal Calcagno* ex quinque fontibus scatet apud Menas opp. marique post 12. mill. pass. excipitur, ab ostio Teriæ 4. Pop. accolæ Symethii Plin. Vide Symæthus, sic enim apud Virg. & Ovid. unde Symethæus nom. gent. Ovid. lib. 4. fast.

" *Quaque Symethæas accipit æquor aquas.*

[* Συμαιθ⊙ in Seld. man.]

Tac. Simbrivium, stagnum Latii apud Anienem fluv. inter Tybur & Marsos, apud Sublaqueum opp. nomen adhuc antiq. retinet teste P. Marso. Hinc Simbrivina stagna Tac. Lipsius Imbrivium legendum putat. Symbrivium apud Silium. Vide ibi.

Plin. *Steph.* Simena opp. fuit Lyciæ marit. ad Tauri mont. promont.

Ptol. Simeni, pop. Albionis, * quorum opp. *Avon* teste Lelando ad Alænum fluv. in finibus Damnoniorum: sed al. *Hamshire* teste Nevyllio. Simenos eosdem Icenis esse putat Camdenus; ego potius finitimos facio. [* Forsan, quorum regio apud Alænum fluv. vulgo *Avon* dictum.]

Vib. Simetos, (Vide Simæthus) Simethus Virg. unde Simethius nom. gent. lib. 9. Æn.

" *Eductum Martis luco Simethia circum.*

Varie enim scribitur hic fluv. Simæthus, Simethus, & Symethus, ac Symæthus. Hinc Simæthis nympha ex qua Faunus Acim suscepit: cujus mem. Ovid. metamorph. 13.

" *Acis erat Fauno, nymphaq; Simæthide cretus.*

Liv. Similæ lucus Romæ, ubi Bacchanalia fiebant; Semelis Sex. Ruf. in 11. regione.

Plin. *Anton.* Simittu opp. erat Africæ mediterr. Simittuense opp. Plin. * Simistuth Ptolem. à Bulla Regia 6. mill. pass. Hipponem versus 80. [* Simisthu in al. codicibus.]

Hom. *Herod.* *Strab.* *& al.* Simois, *Simoers* Cast. *Chisime* Turcis teste Leuncl. fluv. Phrygiæ minoris ex Ida mont. profluens, cui Xanthus teste Vibio miscetur, lacum apud Sigeum cum Scamandro confluente efficiens. Ejus mem. Virg. lib. 5. Æneid.

" *Victor, apud rapidum Simoenta sub Ilio alto.*

Ad Simoentis ripam Anchisem Æneam ex Veneris concubitu genuisse poetæ fabulantur; ut apud Virg.

Simois item fluv. Epiri in mare Ionium per Buthrotum fluens; & alter in Sicilia circa Segestam urbem excisam.

Joseph. Simonias, vicus Galilææ à Campo magno 60. stad. distans: ubi Simonitis regiuncula Galilæam finiens ad ortum.

Ptol. Simylla, Simela Arriano, *Sintacora* teste Castaldo, urbs Indiæ citer. in ora occid. extrema regni Decani ad Austrum, inter Chaul ad Bor. 75. & Comariam prom. ad merid. 100. leuc. Hispanicis.

Plin. *& al.* Simyra, Simyros Steph. opp. geminum: unum Armeniæ majoris circa ortum Euphratis inter fontes illius 12. & Dascusam urbem, ubi navigari incipit, 75. mill. pass. teste Plin. alterum Phœnicis in ora, apud ostia Eleutheri fluv. inter illa & Orthosiam urb. ad quod Libanus mons teste Strab. terminatur, quod & Taxymira Straboni.

Bibl. Sin, desertum Arabiæ petrææ inter Elin & Sina mont. *Al Hilet* teste Masio: qui locus Arenæ Arabiæ appellatur teste Postello.

Bibl. Sina, mons Arabiæ petrææ excelsus, qui & Sinai seu Sinay dicitur, Syneus Trogo & Justino, Sinæus Josepho, vulgo etiam *M. Sina*, ubi olim urbs episc. sub arch. Petrino, ab Hierosolymis 300. mill. pass. à sinu Arabico 50. à Posidio sive ab Arsinoe 60. à Pelusio & Rhinocorura 150. in merid. apud mont. Horeb, ubi Deus Moysi legem dedit, & corpus D. Catharinæ virginis & martyris ab angelis conditum est. Vide Melanes, sive Melani mons.

Sinæ, pop. Asiæ extremi ad ortum ultra Indiam extra Gangem, *Chinesi* hodie; ut reg. *la China*, mari Eoo exposita, inter Indiam & Sericam, in 15. regna divisa. Cujus urbes olim claræ, Aspithra, Thenæ, & Cattigara, quæ nunc *Canton* dici putatur, emporium ingens in Indiæ conf. à Lusitanis frequentatum. In Thes. ling. Lat. in India locantur, cum ultra Indiam describantur à Ptol. Stephan. Sinas Sinarum metropolim facit. *Ptol.* *Steph.*

Sinarus, fluv. Indiæ citer. in Hydaspem influens. *Arrian.*

Sinciacus, *Sinsich* teste Ortel. pag. Germaniæ infer. ad Rhenum. *Eginart.*

Sinda, urbs Pisidiæ episc. sub archiep. Antiocheno, Ambladæ finitima; & apud Ptol. urbs Indiæ extra Gangem marit. Sindia Steph. urbs Lyciæ videtur eadem Sindæ. Idem Sindam urb. facit Indiæ ad sinum magnum. *Strab.* *Plin.* *Steph.*

Sindæ, ins. tres maris Eoi, quæ & ins. Anthropophagorum, Sinarum oræ adjacentes: quæ teste Mercat. *Celebes*, *Gilolo*, & *Ambon* vel *Amboina* dicuntur hodie, sub Hispanis, inter Philippinas. *Ptol.*

Sindi, pop. Scythiæ Europææ ad Mæoticam paludem incolentes, ac teste Apollonio in Mysiæ infer. ora apud ostia Istri. Syndones Melæ. Horum mem. Val. Flacc. lib. 6. Argonaut. *Arrian.* *Dionys.*

" *Degeneresq; ruunt Sindi, glomerantq; paterno*

' *Crimine* ————

Sineius *Siney*, *Shannon* Camd. fluv. Hiberniæ ex maximis ab ortu in occ. per Limmericum urb. fluens, Momoniam à Connacia dividens, Senus Ptol. Vide ibi. *Scrip.* *Hib.*

Sinera, *Erzirum* teste Thoma Minadoio, urbs Armen. majoris apud Euphratem fluv. Sinibra Palat. codice, inter Trapezuntem ad occid. 80. & Chorsam in ortum 240. mill. passuum. Sed aliis *Erzirum* Aziris Ptol. dicta putatur. *Ptol.*

Singaras, *Sima* teste Nigro, Moletio vero & al. *Atalib*, mons Mesopotamiæ, cum urbe cognomine apud Tigrim fluv. quæ Singara & Singra à D. Athanasio nominatur, episc. sub archiep. Amidensi. Steph. illam Arabiæ urb. facit Edessæ proximam. Hinc Singarenus nom. gent. *Ptol.*

Singidava, *Engetyn* Germ. & *Enyed* Hungaris teste Lazio, opp. Daciæ in Transilvania à Cibinio urbe 5. leuc. in Bor. ab Alba Julia 3. à Claudiopoli 4. Sed potius videtur *Segeswar* urbs ab Alba Julia 10. leuc. in Bor. & Cæc. à Cibinio 8. supra Megias 2. *Ptol.*

Singidonum, urbs Pannoniæ infer. olim episc. apud Sirmium urb. nunc pag. modicus, *Sigetincz* teste Lazio. *Au. Vict.* *Hist. tripart.*

Singidunum, *Zenderin* Lazio & aliis, præsertim Græcis, *Simedro*, Lat. recent. Semandria, urbs Mysiæ super. episc. post Taurunum præcipua, apud Danubium, ubi sedes est præfecti unius Serviæ, à Tauruno 6. leuc. in ort. Bidinum versus. *Anton.*

Singilia, sive Singylia ex vet. inscript. Anticaria Anton. *Antequera*, urbs Hisp. Bæt. in Vandalia, in regni Granatens. conf. inter Astigi 25. & Malacam 7. leuc. *Plin.*

Singilis & Singulis Plin. Singilius Isidoro, *Xenil* Morali & Clus. fluv. Hisp. Bæt. ex agro Granatensi oriens, ac apud Singiliam urbem decurrens, & per Astigi in Bætim fluens; qui *Guadaxenil* etiam vulgo dicitur. *Plin.*

Singus, oppid. Macedon. in ora orientali ad Athi mont. radices, ad sinum qui ex eo Singiticus nominatur, vulgo *Golfo di M. Santo*, adhuc *Singo* in tab. recent. *Herod.* *Plin.* *Ptol.*

cent. dictum. Hinc Singius nom. gent. [Sogostedes pro Singus in nonnullis Plinii exemplaribus.]

Singya opp. fuit Pamphyliæ teste Steph.

Sinibra. Vide Sinera.

Ptol. Sinis, colonia, & urbs Armeniæ minoris ad Euphratem fluv. episc. sub archiep. Melitenensi, inde in Bor. distans.

Lycophr. Sinis, *Nascaro* teste Barrio, fluv. Magnæ Græciæ Choniam urb. alluens. Sunt qui Siris seu Syris legendum putent.

Plin. Mel. Sinonia, ins. maris Tyrrheni inter Palmariam & Pontias. Ex quo errare Pinetus deprehenditur illam *Ianuti* indigitans, cum *Ianuti* Dianium sit Igilio finitima. Error etiam in Thes. ling. Lat. est, in quo ins. Corsicæ nominatur, à qua longissime distat.

Ptol. Strab. Plin. & al. Sinope, *Sinabe* Turcis teste Leuncl. *Pordapas* Chalcondylæ, & al. *Sinopi*, colonia & urbs marit. Paphlag. episc. sub archiep. Amaseno, Diogenis cynici patria, anno quo Lipara condita à Macritio Coo, inter Cytorum ad occ. 164. & Amisum in ort. 139. mill. pass. olim Mithridatis regia. Val. Flac. lib. 5. Argon.

" *Assyrios complexa sinus stat opima Sinope.*

Hinc sinopis rubrica ibi primum inventa teste Plin. lib. 35. cap. 6. Pop. Sinopenses Polyb. Sinopeus nom. gent. Ovid. lib. 1. de Ponto, el. 4.

"*Non doluit patria Cynicus procul esse Sinopeus.*

Plaut. in Curcul. act. 3. Sinopeas appellat pop. ubi etjam Paphlagonas nominat, & Caras. Hinc & Sinopicus, a, um, adjectivum. Sinope quoque nobile scortum fuit, lascivia valde celebris; unde *Sinopissare* proverbium est pro lascivire.

Orph. Steph. Sintia, opp. Macedon. mediterr. circa Sintios montes, de quibus Thucydides. Unde nomen regioni quæ Sintica Ptol. dicitur, & Sentica Cæs. Hinc Heraclea Sintica Plin. Vide Heraclea.

Ptol. Plin. Liv. & al. Sinuessa, Soessa Ptol. prius Sinope teste Plin. & Liv. colonia & urbs (olim episc.) Campaniæ, excisa, in ora ubi Massicus mons desinit, ubi nunc *Rocca di Mondragone* oppid. ducali titulo clarum, inter ostia Liris ad occ. ubi Minturnæ urbs exstincta, & Vulturni ad ort. ubi Vulturnum adhuc castrum 8. mil. pass. Error est insignis in Thes. Latin. ling. cum *Sessa* in eo indigitetur, & mediterr. dicatur. Hinc Sinuessanæ aquæ Plin. & Mart. & Sinuessanus fundus Cic. Mart. lib. 13. ep. 108.

" *De Sinuessanis venerunt Massica prelis.*

Ovid. lib. 15. metam.

" *Vulturnus, niveisq; frequens Sinuessa colubris.*

Sinuessæ porcum humano capite ortum Livius scribit l. 2. decadis 4. Sinuessanas aquas fœminis sterilitatem, & maribus insaniam abolere, autores sunt Plin. l. 31. c. 2. & alii; quemadmodum & Cydni aquas podagricis mederi, & Albulam vulnera sanare, sicut & Leucogæi fontis aquas idem Plin. scribit, & Lycum fluv. apud Leontinos tertio die necare ex eo potantes. Hic obiit Sext. Turpilius insignis comicus, Terentii familiaris.

Ptol. Sinus magnus, *Mar della China* ex tab. recent. inter Magnum prom. Indiæ extra Gangem, & ostia Seri fluv.

Sinus Salutaris, idem, vel certe proximus, portui Gabrantonicorum in ora Angliæ orientali, inter ostia Abi & Vedræ, esse videtur teste Camd. Vide ibi.

Sinus maris mediterranei à freto Herculeo, ubi mare mediterraneum initium sumit, inchoando, à veteribus memorati.

Virgitanus, maris Iberici, *Golfo di Cartajena*, Hisp. Tarraconens. inter Charidemum prom. ad occid. & Scombrariam prom. ad ort. & Bor. à Virgi urbe dictus.

Illicitanus, qui & Sucronensis, ab Alonis urbe incipiens.

Sucronensis, maris Iberici, à Sucrone, urbe olim, nunc opp. oræ Hisp. Tarraconens. *Golfo di Albufera*, inter prom. Dianium ad merid. & Tenebrium ad Bor.

Lunensis, maris Ligustici, qui portus, non sinus, à Strab. nominatur, à Luna urbe apud Macræ fluv. ostia eversa, inter Portum Veneris ad occ. & prom. Lunæ ad ortum, *Golfo della Spetia*, in extrema ora Liguriæ.

Formianus, maris Tyrrheni, à Formiis urbe excisa in Latio novo, *Golfo di Gaietta*, inter Circæum ad occ. & Massicum mont. ad ortum, apud Sinuessam urbem jacentem.

Cumanus, qua Cumas alluit, sub Puteolano comprehensus.

Baianus, idem Puteolano, qua Baias alluit.

Puteolanus, maris Tyrrheni, sic à Puteolis urbe Campaniæ, inter Misenum prom. ad occ. & prom. Minervæ ad ortum, *Golfo di Napoli*; qui à forma etiam Crater nominatur à Strabone.

Crater, Puteolani pars, qua Neapolim sive oram Neapolitanam alluit, usque ad prom. Minervæ extrusus.

Pæstanus, maris Tyrrheni, à Pæsto urbe Lucaniæ exstincta, inter prom. Minervæ ad occ. & Palinurum ad ortum, *Golfo di Agropoli*; qui & Posidoniates, à Posidonia urbe eadem Pæsto.

Talaus, ejusd. maris, à Talao urbe sive opp. in Lucaniæ & Brutiorum confin. inter Palinurum prom. ad occ. & Tyllesium prom. ad ortum apud Amantiam urbem, *Golfo di Policastro*, & *della Scalea*.

Terinæus, ejusd. maris, à Terina opp. Brutiorum, qui & Hipponiates, & Vibonensis, & Napitinus, ab opp. illius oræ nominatur, *Golfo di S. Eufemia*.

Scylletius sive Scyllaceus, maris Ausonii, à Scyllacio urbe Magnæ Græciæ, inter Cocinthum promont. ad merid. & Lacinium ad Septentr. *Golfo di Squillaci*.

Tarentinus, ejusd. maris, à Tarento urbe Magnæ Græciæ extrema in Salentinorum confinio, inter Lacinium prom. Magnæ Græciæ ad merid. & Iapygium promont. Salentinorum ad Bor. & ort. *Golfo di Taranto*.

Hyrias & Urias, Apuliæ Dauniæ ad Garganum mont. *Golfo di Rhode*.

Hadriaticus, maris Hadriatici, inter Garganum mont. Apuliæ, & Istriæ prom. apud Polam urbem, *Golfo di Venetia*, Aprutium, Picenum, Galliam Togatam, Venetiam, Carnos, & Istriam, regiones alluens.

Tergestinus, pars Hadriatici, inter Carnos & Histros, *Golfo di Trieste*.

Flanaticus, maris ejusdem, *Golfo del Carner* sive *del Quarner*, inter Polam & fines Liburniæ.

Rizonicus sive Rhizonicus, maris Illyrici, à Rhizinio urbe Dalmatiæ, quæ & Rhisinium, inter illam ad occident. & Butuam ad ortum, *Golfo di Cataro*.

Ambracius, maris Ionii, ab Ambracia urbe Epiri, inter Nicopolim urbem ad Bor. & Actium prom. ad Austrum, *Golfo del Arta*.

Corinthiacus, maris prædicti, à Corintho urbe Achaiæ Peloponnesiacæ primaria, inter Rhium ac Antirhium promontoria ad os illius, & Corinthum in isthmo & intimo in ort. recessu 80. mill. pass. extensus, qui & Crissæus in ora Phocidis dicitur, *Golfo di Coranto*, & *Golfo di Lepanto*.

Crissæus pars est Corinthiaci, qua Crissam urb. & loca vicina alluit.

Chelonates, qui & Chelonites, ejusd. maris, inter Chelonatem & Ichthym promontoria oræ Eleæ Peloponnesiacæ reg. *Golfo di Vlonata*, sive *di Castel Tornese*, parvus.

Cyparissius, ejusd. maris, inter Cyparissium & Coryphasium promontoria Cyparissiæ regionis Peloponnesi, *Golfo della Guardia*, sive *di Zonchio*, & ipse parvus.

Messeniacus, ejusd. maris, sic à Messenia reg. Peloponnesi, qui & Coronæus, & Asinæus, *Golfo di Coron*, inter Acritam prom. ad occ. & Tænarium promont. ad ort. 100. mill. pass. quanta est ora Messeniæ reg.

Laconicus, in ora Peloponnesi Australi, ubi Laconica reg. à qua nominatur, inter duo promontoria, Tænarium ad occ. quo à Messeniaco dividitur, & Maleam ad ortum, 84. mill. pass. in longitudine patens.

Argolicus etiam Peloponnesi in ora ad orientem, inter Maleam prom. ad Austrum, quo à Laconico secernitur, & Scyllæum promont. Argiæ ad Arctos, 177. mill. pass. patens, *Golfo di Napoli di Romania*.

Saronicus, postremus Peloponnesi, inter Scyllæum prom. ad merid. quo ab Argolico dividitur, & Spiræum prom. ultimum Argiæ in Arctos isthmum versus; sic à Saronide palude Argiæ, vel à Saronico portu ad isthmum: qui sin. apud Strab. (à quo & Salaminiacus appellatur) magis patet, oram Atticæ attingens, haud minor Argolico: *Golfo del Engia*; è regione Corinthiaci, ab eo isthmo divisus, ac in ortum vergens.

Megaricus, pars Saronici, qua Megaridis oram alluit.

Euboicus, ab Eubœa inf. qui & Opuntius ab urbe, & Oetæus à monte, & Maliacus nominatur, inter Cenæum prom. Eubœæ Boreale, & Thermopylas extremum mont. Oetæ 70. stad. mari, sed per littora multo longior, inter Euripum & Thermopylas 66. mill. pass. *Golfo di Negroponte*, & *Golfo di Ziton*. Tametsi Euboicus tantum dici videtur, qua ipsam Eubœam attingit.

Pagasicus Plin. qui & Pelasgicus Ptol. & Pagasiticus Strab. Thessaliæ, inter Thermopylas ad merid. & Magnesiam ad Bor. promont. in Macedoniæ confinio, supra 60. mill. pass. *Golfo di Armiro*, & *Golfo del Vollo*.

Thermaicus Plin. sive Thermæus Strab. Macedoniæ, qui & Macedonicus Plin. amplissimus, ad 100. mill. pass. inter Magnesiam promont. ad merid. in Thessaliæ conf. & Canastræum promont. ad Septentriones, in quo Cassandrea & Thessalonica, *Golfo di Salonichi*.

Toronaicus, Macedoniæ, à Torone opp. *Golfo di Rampa*, inter Canastræum promont. quo à Thermaico separatur, & Ampelum opp. & promontor.

Singiticus, ejusdem reg. Borealior, à Singo opp. *Golfo di M. Santo*, inter Ampelum prom. quo à Toronaico discluditur, & Nymphæum prom. apud mont. Athon.

Strymonicus, ejusdem reg. postremus, *Golfo di Contesa*, inter mont. Athon & ostia Nesti fluv. ubi Arethusa, Oesyma, & Neapolis urbes.

Melanes vel Melas, Thraciæ, inter Ænon urbem Thraciæ, & Mastusiam prom. Cherronesi, *Golfo di Caridia*, à Cardia urbe in intimo recessu.

Carcinites, Sarmatiæ Europææ ad isthmum Tauricæ Chersonesi, sic à Carcina opp. dictus, *Golfo di Nigropoli*, parvus.

Cerceticus, Sarmatiæ Asianæ oram ad Euxinum mare ubi Cercetii pop. alluens.

Cantangeus, Sarmatiæ Asianæ post Cerceticum.

Cyclaminus, ad Bosporum Thracium oram alluens Bithyniæ.

Astacenus, Bithyniæ ad Propontidem, *Golfo di Comidia*, ab Astaco opp. inter Acritam promont. ad Bor. & Posidium prom. ad merid. in quo Nicomedia, fere 90. mill. pass. patens.

Nicopolitanus, ibidem, à Nicopoli urbe, inter Posidium prom. ab Astaceno separans, & Dascylon urbem, *Golfo di Montanea*.

Idæus, Phrygiæ minoris, qua Idam mont. & loca finitima attingit.

Iassius, Cariæ, ab Iasso urbe, inter Posidium promont. apud Miletum, & Halycarnassum urbem ad meridiem, *Golfo di Messi*.

Ceramicus, ibidem, inter Halycarnassum & Gnidum urbes, sic à Ceramo urbe, *Golfo di S. Pietro*.

Attalicus, Pamphyliæ, ab Attalia urbe, *Golfo di Settalia*, inter Olbiam ad occ. & Sidam ad ortum, supra 54. mill. pass. longitudine.

Issicus, Ciliciæ, ab Isso urbe, inter ostia Pyrami & Orontis ad 100. mill. pass. *Golfo del Aiazza*.

Sirbonis, Palæstinæ, apud fines Ægypti, inter paludes, inter Casium mont. & Pelusium, *Golfo di Tenese*, olim 150. mill. pass. circuitu.

Syrtis magna, Africæ in confinio Cyrenaicæ, *Golfo di Solocho*, ambitu 625. mill. pass. inter promont. Trierorum Africæ ad occ. & Boreum prom. Cyrenaicæ ad ortum.

Syrtis parva, Africæ, inter Brachodem ad occ. & Zetham ad ort. Africæ promontoria, ambitu 300. mill. pass. patens, ad quam Neapolis & Leptis magna, vulgo Tripoli, *Golfo di Caps*.

Hipponensis, ab Hippone urbe dictus, inter Hermæam prom. & Numidicum, *Golfo di Bona*.

Olcachites, ejusdem Africæ, *Golfo di Stora*, inter Hippos ad ortum, & Tretum ad occ. promontoria: in eo Collops parvus.

Numidicus, ejusdem reg. in Mauritaniæ Cæsariensis confinio, *Golfo di Estora*, inter Ampsagam fluv. terminum Mauritaniæ & Africæ ad occid. & Tretum prom. ad ort. in eo Collops magnus.

Sunt & sinus maris Baltici: Codanus, Cimbricam Saxoniæ partem, sive Vandaliam alluens, in quo Daniæ insulæ plures sunt; Venedicus, latissime patens inter ostia Vistulæ & Narvæ, Prussiam, Samogitiam, Livoniamque lustrans; Finnicus, inter Finlandiam & Coreliam; & Botnicus, inter Finlandiam & Botniam.

Sinus oceani apud Ptolemæum & alios, à freto Herculeo inchoando.

Emporicus, Mauritaniæ Tingitanæ, inter Subur fluv. & mont. Atlantem minorem, *Golfo di Sella*.

Hesperius, Libyæ interioris, inter Ryssadium & Cornu Hesperii, *le Seche delle Garze*.

Barbaricus, Æthiopiæ sub Ægypto, inter Raptum prom. ad merid. & Aromata prom. ad Septentriones, *Golfo di Melinde*.

Avalites, ejusd. reg. inter Aromata & fauces sinus Arabici, *Golfo di Zeilan*.

Arabicus, inter Arabiam & Ægyptum, Æthiopiamque sub Ægypto, ad 350. leuc. hoc est 1050. mill. pass. inter fauces & intimum illius recessum extensus, *il Marasso*.

Adulicus, pars sinus Arabici Æthiopiam sub Ægypto alluens, inter fauces illius & Colobon prom. in quo Adulis urbs, *Golfo di Ercoco*.

Heroopolites, pars Arabici in intimo recessu, ubi Heroum urbs.

Ælaniticus, pars sinus Arabici in Arabiæ petrææ & felicis confinio, ubi Ælana urbs, *Golfo di Eltor*.

Sachalites, Arabiæ felicis in ora ad ortum, inter Sya-

Syagrum ad merid.& Corodamum prom. ad Bor. *Golfo di Sachalat.*

Perficus, inter Arabiam ad merid. & Perfidem cum Sufiana ad Bor. 255. leuc. extenfus, *Golfo di Perfia.*

Ichthyophagorum Macarum, Arabiam alluens, pars Perfici.

Leanitis, pars Perfici Arab. fel. alluens.

Sacer, pars Perfici, inter Leanitem & Mefanitem, Arabiam alluens in intimo fere receffu.

Mefanites, pars Perfici Arabiam alluens.

Pelodes, pars Perfici Sufianæ reg. oram alluens.

Paragonticus, Carmaniæ, inter prom. Carpellam ad occ. & Alabagium ad ortum, *Golfo di Gugerath.*

Barygazenus, primus finus Indiæ, * inter oftia Indi fluv.& finum fequentem Canthicolpicum, *Golfo di Cambaia*, fic à Barygaza urbe. [*forfan, inter Canthi ad oftia Indi, & Colchicum finum fequentem: hoc enim ordine ponuntur, Canthi vel Canthicus, Barygazenus, Colchicus.]

Colchicus, ejufdem Indiæ cit. inter Comariam & Cory promont. fic à Colchi urbe, *Golfo di Cochin.*

Orgalicus, Indiæ, inter Cory prom. Auftraliffimum, & Taprobanam infulam, *Golfo di Zeilan*; fub quo & Argaricus Orgalicum fequens continetur.

Gangeticus, qui & Magnus, inter Indiam citer. & ulteriorem, omnium maximus, circuitu 1250. leuc. Hifpanicis, latus in ore 400. inter Cory promont. citerioris & Colon ulterioris, *Golfo di Bengala*, fic à Gange fluv. in eum influente dictus.

Sabaracus vel Sarabacus, Indiæ ulterioris, Magno ad merid. attiguus, juxta Auream Cherfonefum, ab ea in Bor. recedens, *Golfo di Savolas.*

Sinarum, qui & Chryfe, Sinas alluens, *Golfo della China.*

Sinus maris mediterranei ex ordine occurrentes.

Virgitanus
Illicitanus
Sucronenfis *Hifpaniæ*
Lunenfis, qui & Erycis, *Liguriæ*
Formianus feu Phormianus, & Cajetanus, *Latii novi*
Baianus, qui & Puteolanus, Cumanus, & Crater, *Campaniæ*
Pæftanus, qui & Pofidoniates
Talaus *Lucaniæ*
Hipponiates, qui & Terinæus, & Napitinus, *Brutiorum*
Scyllaceus
Tarentinus *Magnæ Græciæ*
Hyrias, qui & Urias, *Apuliæ Dauniæ*
Adria, five Hadria cum afpiratione, qui & Adriacus & Adriaticus, five Hadriacus & Hadriaticus, *Venetiæ*
Tergeftinus *Carnorum* & *Hiftriæ*
Flanaticus *Hiftriæ* & *Liburniæ*
Rhizonicus *Dalmatiæ*
Ambracius *Epiri*
Corinthiacus
Criffæus, pars Corinthiaci
Chelonates, qui & Chelonites
Cypariffius
Coronæus, qui & Meffeniacus, & Afinæus
Laconicus
Argolicus *Peloponnefi*
Saronicus, qui & Salaminiacus, & Megaricus, *Peloponnefi* & *Atticæ*
Euboicus *Eubœæ*
Opuntius, qui & Maliacus, & Oetæus, *Phthiotidis*
Pagaficus, qui & Pelafgicus, *Theffaliæ*
Thermæus, qui & Thermaicus
Toronaicus
Singiticus
Strymonicus *Macedoniæ*
Melanes *Thraciæ*
Carcinites *Sarmatiæ Europææ*
Cercetius
Cantangeus *Sarmatiæ Afianæ*
Cyclaminus
Aftacenus
Nicopolitanus *Bithyniæ*
Idæus apud Trojam *Phrygiæ*
Ceramicus *Cariæ*
Attalicus *Pamphyliæ*
Iffìcus *Ciliciæ*
Sirbonis *Palæftinæ*
Syrtis magna
Syrtis parva
Hipponenfis
Olcachites *Africæ*
Numidicus, qui & Laturus, *Numidiæ*
Sunt & finus aliquot infularum maris mediterranei, velut Sardiniæ, Siciliæ, Corficæ, Cretæ, & Cypri.

Sinus oceani apud veteres per ordinem.

Emporicus *Mauritaniæ Tingit.*
Hefperius *Libyæ interioris ad occid.*
Barbaricus, qui & Troglodyticus
Avalites, apud fauces finus Arabici
Adulicus, pars Arabici, *Æthiopiæ fub Ægypto*
Heroopolites & Ælanites, partes Arabici, *Arabiæ petrææ*
Arabicus inter *Africam* & *Arabiam*
Sachalites *Arabiæ felicis ad ortum*
Perficus, cujus partes funt Capeus, & Gerraicus, ubi Gerra urbs ampla, inter *Arabiam* & *Perfiam*
Sinus Ichthyophagorum Macarum, Leanitis, Sacer, ac Mefanites, partes Perfici, in *Arabia*
Pelodes, pars Perfici, in *Sufiana*
Paragon feu Paragonticus *Carmaniæ*
Canthicus, apud oftia Indi
Colchicus, apud Comariam promont.
Orgalicus, qui & Argaricus, apud Cory promont. *Indiæ citerioris*
Gangeticus, qui & Magnus
Sarabacus, pars Gangetici, *Indiæ ulterioris*
Sinarum, qui Chryfe, & Magnus, apud Satyrorum promontorium
Sunt præter hos finus alii infularum oceani, uti Albionis, Hiberniæ, Taprobanes, & aliarum.

Siparuntum, *Selatina* tefte Moletio, opp. Dalmatiæ mediterr. in Myfiæ fuper. conf. ultra Scodram 60. mill. paff. in Cæciam, à Liffo urbe marit. in conf. Dalmatiæ & Maced. 50. in Bor. Ptol.

Siphæ, *Rofa* tefte Sophiano, opp. Bœotiæ ad finum Criffæum, inter Criffam ad occ. & ifthmum Corinthiacum ad ortum, non longe diftans. Ibi navale tefte Stephano. Plin. Ptol.

Siphax *Yphax*, opp. Hifp. Bæticæ apud Calpen everfum, fic à Siphace rege conditore dictum. Vet. Trad.

Siphea, opp. Lucaniæ in Brutiorum conf. everfum apud Muranum oppid. Caftrovillario vicinum, ad 4. mill. paff. diftans. Ibi adhuc rudera monftrantur tefte Barrio. Vide Sypheum. Liv.

Siphnos, quæ & Merope tefte Steph. feu Meropia, & Acis tefte Plin. *Sifano* Soph. inf. maris Ægæi, una Cycladum, inter Melon ad Auftrum 30. & Delon ad Arctos fupra 40. mill. paff. Seripho propior, non Scyro, ut in Thef. ling. Lat. ipfa circuitu 28. proxima & Teno. Plin. Ptol. Steph. & al. Strab. Plin.

Teno. Siphnii incolæ dicuntur apud Steph. & Suid. qui eos solitos libidinis causâ manum admovere postico tradunt; unde, qui id faciunt, proverbialiter *Siphniazare* seu Σιφνιάζειν Græce dicuntur. *Siphnia arra* quoque in proverbio est apud Hesych. quo digitus infamis notabatur; *Impudicus digitus* apud Martial. Hic pocula fiebant pulcherrima, ut quoties pocula affabre facta quis significare vellet, *pocula Siphnia* diceret.

Procop. Siphris, Syfrea Marcell. opp. fuit Mesopotamiæ Amidæ urbi proximum, inde 150. stad. distans.

Sidon. Siplusianum, Plusianum aliis, & Prusianum, (varia enim est lectio) prædium Gall. Narbon. circa Nemausum urb. teste Vineto.

Cic. Liv. Plin. Sipontum, Sypus & Sepius Strab. Sepus Ptol. Sipus Steph. Sipuntum Melæ, colon. & urbs Apuliæ Dauniæ in ora littorea ad Gargani montis radices archiep. & metrop. sed excisa, *Siponto* adhuc dicta, apud Manfredoniam urb. recentem, (quæ illi successit, potestque novum Sipontum dici) à Diomede condita, & à Saracenis eversa, à Luceria 30. mill. pass. in Bor. quot à Barolo & ostio Aufidi fluv. in occident. Sipus Lucan. lib. 5.

"*Quas recipit Salapina palus, & subdita Sipus*
'*Montibus*------

Ptol. Sipphara, *Vissaopatan* teste Castal. urbs Mesopotamiæ inter Naardam ad occ. & Seleuciam ad ort. haud procul à scissione Euphratis.

Plin. Sol. Pausi. Sipylum & Sipylus, Sipylos Steph. opp. fuit Lydiæ in Magnesia, absorptum teste Plin. quod & Tantalis (& Tantalum) teste Sol. ubi stagnum Sale, quod teste Plin. Tantali & Sipyli stagnum (apud Sipylum mont.) dicebatur. De quo Ovid. lib. 6. metam.

"*Tunc cum Mæoniam virgo, Sipylumq; colebat.*
Prop. lib. 2. el. 16.
'*Sollicito lacrymas depluit a Sipylo.*

Strab. Plut. Ovid. Sipylus mons, *Cusinas* teste Jo. Lydo, mons Lydiæ apud Mæandrum fluv. in Phrygiæ magnæ conf. qui Phlegræus ab Aristot. & Ceraunius à Plut. nominatur. Est & mons hujus nom. in Peloponneso teste Pausania. Ovid. lib. citato.

"*Fræna dabat* Sipylus, veluti cum præscius imbres*
'*Nube fugit visa* ---------
[* Sipylus vero hoc loco nomen viri, filii Niobes.]

Suid. Sir, urbs olim ingens Illyrici teste Suida, de qua tamen apud alios nihil legi.

Bibl. Sira, Besira Josepho, puteus erat Palæstinæ apud Hebron urb. ab ea 20. stad. distans.

Strab. Siraci, * Seraceni Ptol. Siraces Polyæno, pop. Asiæ ad Achardum fluv. intra Caucasios montes, quorum urbs Seraca Ptol. *Siroen* nunc teste Nig. inter Euxinum & Caspium maria. [* In Selden. man. Σιρακηνοί.]

Ptol. Sirbi, pop. Sarmatiæ Asianæ, quorum reg. *Sirfia*. Vide Serbi, [qui tamen diversi sunt à Sirbis, utpote populi Europææ Scythiæ.]

Plin. Ptol. Sirbonis, Sirbon Steph. Serbonis Herod. & Diod. & Barathron eidem, Barathra Polyb. palus ingens Palæstinæ in Ægypti conf. inter Casium & Pelusium, in ora maris Syriaci, quæ varia habet nomina; nam *Stagnone Nigro*, *Golfo di Tenese* Pin. *Golfo di Damiata* Pigafettæ, *Camet Esturnel* G. Tyrio: circuitu olim 150. mill. pass. teste Plin. nunc minor. Hanc Dionys. lib. de situ orbis ingentem & liquidam facit.

"*Qua lacus est ingens liquida Sirbonidis unda.*

A Sur in intimo sinus Arabici recessu 1000. stad. abest, hoc est 125. mill. pass. tanta est inter sin. Arabicum & mare mediterran. distantia. Habet hic lacus longitud. 200. stad. latitud. ad 50. angustum inter se & oram maris linquens spatium.

Strab. Plin. Sirenussæ vel Sirenusæ, Petræ Sirenum Melæ, Saxa Sirenum Sol. insulæ tres parvæ velut scopuli in sinu Pæstano apud prom. Sirenussarum, quod sin. prædictum finit: quarum propior Leucosia sive Leucasia dicitur, reliquæ duæ una Parthenope, altera Ligia; & in genere *le Sirene* dicuntur, in specie prior *la Licosa*, altera *San Pietro*, reliqua *Gale* seu *la Galetta*, & al. *il Gallo*. Apud Lycophr. una Pisinoe, altera Aglaope, reliqua Telxiepia dicitur. Sirenes sepultæ apud promont. claudens sinum Pæstanum nomen Sirenum scopulis dederunt: unde ortum adagium *Sirenas prænavigas*, de eo qui præceptis philosophiæ optime munitus præterit scopulos Sirenum, hoc est voluptates, ut apud Plat. in Socrate. *Ad Sirenum scopulos consenescere*, vel *apud Sirenas*, est alicui rei valde diuque inhærere.

Strab. Sirenussarum prom. *Capo Leucoso*, & *Capo della Licosa*, prom. Lucaniæ, quod sinum Pæstanum ad ortum finit, ex adverso Athenæi in Picentibus eundem sin. ad occ. claudentis, medium fere inter Pæstum ad occ. & Veliam ad ort. 12. mill. pass. à Salerno 37. in ortum recedens.

Scrip. Belg. Sircinium *Serczin*, pag. Belg. in Atrebatensi territorio, ubi S. Leodegarius episcopus occisus; & locus *le Bois de San Lodegaire* adhuc nominatur.

Anton. Sirion sive Sirio, *Rions* ut Ortel. videtur, pag. Aquit. apud Garumnam fluv. inter Burdigalam 15. & Agennum 56. mill. pass. ex Ant. Itin.

Strab. Plin. Plut. Siris, *Senno* teste Scip. Mazzell. fluv. Magnæ Græciæ apud Metapontum & Heracleam (sive nunc Amigdalariam) in sin. Tarentinum influens ad Sirim opp. quod ibi erat, teste Plin. Ab aliis *Sirio* & *Sino* nominatur, ab Heraclea 24. stad. à Thuriis 330. in Bor. Tarentum versus 340. teste Strab. Is hodie Calabriam citer. separat à Basilicata. In Thes. ling. Lat. hic opp. scribitur fuisse in Metaponto; cum scribendum sit apud Metapontum.

Catullo. Sirmio, Sermio Ant. *Sermione*, pag. Cenomanorum Venetiæ ad Benacum lacum in penins. inter Brixiam ad occ. & Veronam ad ort. 20. mill. pass. circiter.

Strab. Plin. Anton. Ptol. Sirmium, Sirmis Jornandi, Sermium Euagrio, *Sirmisch* Laz. & al. colonia & urbs olim episc. Pannoniæ infer. sub archiep. Colocensi, ad Bacuntium fluv. ubi is in Saum labitur, excisa, inter Archiacum ad occ. & Taurunum ad ort. supra 10. leuc. à Mursa supra 8. à Buda 18. in Austrum. In Thes. ling. Lat. pro Sirmium Sirmion scribitur.

Ptol. Sisapone, Sisapo Strab. opp. olim Hisp. Tarracon. in finibus Oretanorum, nunc pag. *Chilon* teste Henr. Coquo.

Plin. Sisapone, & Sisapo Strab. opp. alterum Hisp. Bæticæ in Bæturia, nunc *Fuente Oveiuna* teste Mor. à Corduba 14. leuc. Emeritam versus. Al. *Guadalcanal* videtur opp. non obscurum ejusdem reg. in Extremadura, ab Hispali 12. Emeritam versus, ab Elerena 4. Hic quæstus magnus minii, ut propterea Cic. Philip. 2. communem sisaponem dixerit veluti proverbium; optimum enim ibi provenit, ut Plin. scribit.

Plin. Ptol. Siscia, Syscia Strab. *Sisseg* teste Jo. Sambuco cum al. & *Sissech*, urbs olim episc. Pannoniæ superioris ad Colapis fluv. cum Sao confluentiam, nunc pag. cum cœnobio ad Segesticam ins. ex adverso Zagabriæ urbis quæ illi suffecta est, vix mill. Germ. distans, sub archiep. Colocensi. Ejus mem. Prudent. in ode in Quirinum mart. peri steph. hymn. 7.

'*Urbis mœnia Siscia*
'*Concessum sibi martyrem*
'*Complexu patrio fovent.*

Ptol. Sisopa, *Zagabria* teste Mol. urbs Pannon. superioris ad Segesticam ins. episc. & comitatus, à Pœtovione supra 12. leuc. in Euronotum, à Labaco Carniolæ metrop. fere 20. in ortum. Apud hanc urbem anno salutis 1593. 1000000. Turcarum à 4000. Christianorum

rum divinitus fugata sunt, magnaque ex parte cæsa & submersa.

Vet. monum. Sisterio *Sestro*, fluv. Gall. Tog. viam Æmiliam apud Juliam urb. inter Placentiam & Parmam secans, atque in Tarum influens. Cujus fit mentio in vita S. Domnini.

Xenoph. Steph. Sitaca, Sittace Ptol. & Plin. urbs Assyriæ in Susianæ conf. apud Tigrim fluv. ab eo 15. stad. distans, unde reg. Sittacene, nunc *Rabia* teste Castal. Sitacen urb. Steph. in Perside locat; unde nom. gent. Sitacenus. Sed aliis magis credendum. Idem Stephan. Siticon opp. Italiæ habet; quod ubi sit aut fuerit, nescitur.

Sithon, ins. maris Ægæi apud Ovid.

Herod. Sol. Steph. Sithonia, reg. Thraciæ apud Macedoniæ limites, & oram maris Ægæi; ubi Sithon mons, & urbes Olynthos, Torona, Sermyla, Mecyberna, Galepsus: quæ hodie non exstant. Pop. Sithonii Plin. Sed Sithonia reg. teste Sol. mare Ponticum sive Euxinum attingit, non Macedonicum. Forte gemina est reg. unde Sithonis patronym. Ovid. in epist. 2.

' *Nec vehit Actæas Sithonis unda rates.*

Hinc Sithonius, a, um, adject. Virg. eclog. 10.

" *Sithoniasque nives hyemis subeamus aquosæ.*

Plin. Sitioenta, *Iulza* teste Nig. oppid. Mysiæ infer. in Bulgaria.

Ptol. *Sitipha, Sitifis Ant. Sitiphis Amm. & Isid. *Sitifi*, colonia & urbs in Mauritaniæ & Africæ conf. olim episc. sub archiep. Carthaginensi, à Saldis & Igilgili fere 80. mill. pass. in merid. à Cirta 100. à Lambese 95. ex Itin. Ant. hodie pene extincta. [* Σιτιφις in Seld. manuscr.]

Anton. Sitomagum, & Sinomagum alibi, *Thetford* teste Camd. oppid. Albionis in Anglia à Londinio 60. mill. pass. in Bor. Ventam Icenorum versus ex Anton.

Plin. Sitone, Sitonia Senecæ, opp. erat Maced. circa Athon mont.

Tac. Sitones, pop. Scandinaviæ, in *Finlandia* teste Willichio.

Stra. Pto. Sittacene, reg. Assyriæ. Vide Sitaca.

Ptol. * Sittici, Sittianorum colonia Melæ, urbs fuit Africæ mediterr. apud Ampsagam fluv. olim regia Jubæ: quæ eadem Cirthæ videtur Melæ. [* in nonnullis Latinis codic. Vide Sitipha.]

Helmoldo Slavi, pop. Germ. qui ab Hamburgo urbe ad Albim fluv. usque ad mare Scythicum varias regiones incoluere; qui & Vandali, & Vinuli, & Obotritæ dicti sunt. Reg. Slavia & Slavonia.

Scrip. Germ. Slesia, reg. Germaniæ (à Sleso fluv. qui in Oderam excipitur) ampla, in qua ducatus 12. Cujus caput est Vratislavia. De ea lib. 5. Itin. Germ.

" *Suevus qui Slesum socium sibi commutat amne,*

' *A quo nunc nomen Slesia terra gerit.*

Prov. Rom. Slesuicum, olim Edeba, *Schleswyck*, urbs Cimbricæ Chersonesi episc. sub archiep. Lundensi, & ducatus Slesuicensis in regno Daniæ caput; cujus episcopatus sub principibus hæreticis cessat: ab Hamburgo & Lubeco 16. leuc. distans in Bor.

Vet. Insc. Slotna, *Saladna* teste Sambuco cum al. locus Daciæ in ingressu Transylvaniæ ad Austrum, ubi aurifodinæ, apud Tunstenium opp. *Tunstein.*

Plin. Smaragdites, mons juxta Carchedonem, ubi smaragdus lapis provenit, teste Plin.

Ptol. Smaragdus, mons apud sinum Arabicum in Ægypto. Videtur idem superiori.

Steph. Sminthe urbs fuit Hellespontí, seu Mysiæ ad Hellespontum, colonia Cretensium, ubi Apollo colebatur, & responsa dabat. Unde Smintheus cognominatus est apud Ovid. lib. 6. fast.

Cic. Strab. Smyrna, *le Smirne* Soph. & *Ismyr* Turcis teste Leuncl. urbs archiep. Ioniæ marit. hodie reg. primaria, & satrapæ Turcarum sedes, ab Amazonibus anno mundi 3203. vel à Theseo teste Isid. condita, partim in mont. partim in planitie; prius Naulochos, à Tantalo ædificata, ab Epheso 40. mill. pass. in Bor. distans, postea Smyrna à Smyrne Amazone teste Steph. Homeri patria, ut ex Marci Varr. sententia, & ex Lucano, cujus ibi statua fuit, ad Meletem fluv. illam ambientem. Ab ea Smyrnæus sinus, in quem Meles fluv. Smyrnam alluens influit. Smyrnæus nom. gent. Luc. lib. 9. *Plin. & al.*

" *Quantum Smyrnæi durabunt vatis honores.*

Ovid. lib. 1. de Ponto, el. 4.

' *Smyrna minus nullo pene petenda loco.*

Cum Sardiani Smyrnæos obsiderent, non discessuri nisi Smyrnæi uxores suas stuprandas emitterent, illi ancillas vestibus uxorum indutas emiserunt, sicque hostes coitu ancillarum defatigatos interfecerunt teste Plut. Smyrnæi licet deliciis & luxui operam darent, se tamen fortiter, ubi casus accidisset, gerebant, teste Aristide: unde proverbio dici solitum erat *mores Smyrnæi*, de iis, qui ita deliciis se dedunt, ut quæ viros fortes decent non omittant. Hic ortus Nicetes sophista præclarus; quem Hadrian. imperator plurimi fecit, eum toti præficiens Ægypto.

Soana, *Terchin* teste Nig. fluv. Sarmatiæ Asianæ in Albaniæ conf. in mare Caspium ultra Rha fluv. influens. Apud Ptol. quoque fluv. ins. Taprobanæ. *Ptol.*

Soanes, pop. quorum mem. Strab. 11.

Sobanus, *Sian* teste Castal. & al. *Menan*, fluv. Indiæ ulterioris (sive extra Gangem) maximus, ex Emodis montibus descendens, ac in mare Indicum influens in meridiem. *Ptol.*

Sobotale, urbs Arabiæ fel. caput Atramitarum, ubi 60000. templorum teste Plin. includebantur. *Plin.*

Socco, opp. Palæstinæ in Judæa à Salomone conditum: quod nunc Socchus, villa ab Hierosolymis 20. mill. pass. ex vita S. Jo. anachoretæ. *Bibl.*

Sodera *Sodore*, urbs episc. & ins. Scotiæ una Ebudarum, inter Ilam, & Mulam ad occ. *Scrip. Scot.*

Sodera *Sauldre*, fluv. Gall. Celt. per agrum Aurelianensem & fines Biturigum in Ligerim influens, Aura & Charo acceptis, per Romam antiquam seu Romorentinum (ut vocant) opp. præclarum, ab Aurelianis 12. leuc. distans. *Vet. Fori*

Soderani, pop. Germ. quorum reg. Marchia, & urbs Berlinum teste Peucero, media inter Magdeburgum ad occ. & Stetinum ad Cæc. 17. leuc. ac inter Vitebergam ad occ. 12. & Francofurtum ad Oderam in ort. 10. leuc. sedes marchionis Brandeburgici electoris, ad Suevum fluv. *Helmold.*

Sodoma, numero sing. & plur. Sodomum Solin. *Sodoma* adhuc, urbs maxima quondam Palæstinæ ad lacum Asphaltitem, de cœlo cum aliis tacta, & à lacu absorpta, cujus vestigia adhuc apparent, ab Hierosolymis ad 50. mill. pass. in ortus distans. Cujus mem. Sedul. lib. 1. *Bibl. Strab.*

" *Loth Sodoma fugiente chaos, dum respicit uxor,*

" *In statuam mutata salis stupefacta remansit.*

Hic poma proveniunt aspectu quidem pulcherrima, sed levi tactu fumum exhalant, fuliginem favillaceam intrinsecus continentia, ut Tertull. in apolog. & Hegesipp. lib. 4. autores sunt.

Sogdiana reg. *Maurenhaer* Mercat. *Zagatay* Leunclavio, provincia Asiæ ingens, Scythiæ ad Bor. & Sacis ad ortum, Bactrianæ ad merid. & Margianæ ad occ. confinis: per quam Iaxartes fluv. magnus in mare Hyrcanum labitur. Urbes olim claræ Oxiana, Maruca, Drepsa, & Alexandria: nunc pollet Maracanda *Samarcanda*, à Bactris 130. mill. pass. in Bor. Pop. Sogdiani Plin. *Strab. Ptol.*

Sogdii, pop. Asiæ, qui & Sogdiani, Bactris proximi

mi, ita vitam despiciebant, ut ad mortem læti & alacres irent, autore Herodoto.

Solarius pons in Sabinorum finibus. Vide Salarius. *P. Diac.*

Solci, Sulchi Strab. Melæ, Sulci Steph. *Solo* teste Pineto, urbs Sardiniæ olim episc. (& portus) in ora Australi ubi occidua incipit, prorsus excisa, à Villa ecclesiæ quæ ei successit in episcopatu 30. mill. pass. in Austrum, contra Sulcitanam ins. proximam, hodie *Isola di S. Antiocho* dictam. Pop. Solcitani Ptol. Sulchitani Plin. Strab. & Sulcitani al. A Calari supra 30. mill. pass. in occ. recedit. *Ptol.*

Soletum, *Solito* teste Galatæo, *Soleto* al. opp. Salentinorum in colle, inter Aletium & Uxentum 12. mill. pass. ab Hydrunto 10. Neritum versus, Petrino propinquum, 3. mill. dissitum. *Plin.*

Soli & Soloe *Palesoli*, urbs Ciliciæ episc. sub archiep. Seleuciensi, marit. Arati patria, sic à Solone dicta, postea Pompeiopolis à Pompeio magno instauratore dicta. Vide Pompeiopolis. Incolæ Solii & Soluntes. Apud Solos esse fontem, qui olei vicem explet, Plin. lib. 31. c. 2. refert. Hujus urbis sic mem. Dionys. Afer. *Strab. Steph. Plin.*

" *Atque Soli medio terrarum fine locati:*
" *Commagena dehinc regio, Syriæq; sequuntur.*

Soli, Solus Strab. *Solea* nunc, urbs olim (nunc pagus) Cypri in ora Septentrionali, inter Arsinoen ad occ. & Crommyon prom. ad ortum, metallifera. *Ptol.*

Solicinium, *Solms* teste Heroldo, oppid. Germ. in Hassia, inter Martisburgum urbem 3. & Maguntiam in occ. 10. leuc. Sed Lazio est *Bretten* opp. Sueviæ apud Heydelbergam 4. leuc. in merid. Phorcenam versus 2. à Bruxella media inter illud & Heydelbergam 2. *Amm.*

Solis columna, rupes Alpium summarum, ex qua Rhodanus fluv. manat. *Sex. Avien.*

Solis fons, qui & Hammonis fons Val. Max. *Canzaron di Mahoma* teste Ant. Nebrissens. in Marmarica. Vide Ammonis, seu Hammonis oraculum. Est & solis fons in Troglodytarum reg. mirus teste Plin. nam circa merid. dulcis & frigidus est, circa medium noctis calidus & amarus. *Q. Curt. Plin.*

Solis insula, in mari Indico inter Carmaniam & Gedrosiam. *Plin. & Sol.*

Solis mensa, locus Æthiopiæ in Meroe ins. quam semper novis ferculis instructam fabulantur, *Paese della Cucagna* Italis, *Pays de Panegon* Gallis, *Tierra di Mogollone* Hisp. *Luy-Lackerlandt* Germ. *Herod. Mel. Sol.*

Solis mons, *Benimager* teste Marmol. *Azafi* al. *Cabo Cantin* Castal. *Cabo Boiador* Flor. prom. Mauritan. Tingitanæ, inter ostia Diur & Phthuth fluminum. *Ptol.*

Solis vallis *Soltwedel*, urbs non obscura Marchiæ in Saxoniæ conf. inter Gardelebiam & Ulcenum, inde 5. hinc 6. leuc. cujus mentio fit à quodam poeta lib. 7. Itiner. *Scrip. Germ.*

" *Sic Vallem ad solis cum sole cadente redimus.*

Solis urbs, (Vide Heliopolis) urbs Cœlesyriæ, & Ægypti.

Sollax, fluv. Asiæ, idem Tigridi, qui & Sylax Eustathio. *Plut.*

Sollinienfium urbs, *Selon* teste Poldo, (non *Senez*, ut scribit Cœnalis) opp. Gall. Narbonens. in Provincia ad Druentiam fluv. inter Aquas Sextias ad ort. & Arelate ad occ. 6. leuc. Solonium Dioni, & Solon Livio esse videtur. *Lib. prov.*

Solmissus, mons Ioniæ circa Ephesum, & Ortygiam lucum. *Strab.*

* Soloentia, *Capo Bianco* Molet. *Capo Cantin* aliis, promont. Libyæ inter. in ora occidua oceani Atlantici, apud ostia Massæ fluv. [* Σαλευντια in Selden. manusc.] *Ptol.*

Solon, Solonium Dioni, opp. Allobrogum. *Liv.*

Solonium opp. fuit Latii in confinio Hetruriæ. *Cic. Liv.*

Solorius, mons Hisp. Tarraconens. cæteris altior, illam à Bætica & Lusitania separans, teste Isidoro. *Plin.*

Solorius portus, *Porto Salu* teste Jo. Mariana, portus Hisp. Tarracon. à Tarracone 4. mill. pass. in Bor. Barcinonem versus distans. *Halycarn. Sex. Ruf.*

Solsona, vulgo quoque *Solsona*, urbs Hisp. citer. in Catalaunia episc. sub archiep. Tarraconens. recens, sub Philippo 2. rege effecta, à Vico urbe 5. leuc. Ilerdam versus distans, Celsona quoque dicta. *Scrip. Hisp.*

Solvense opp. Solva lib. Not. colonia & urbs Norici excisa, (locus adhuc *Solveldt* teste Laz. in Carinthia nominatur, inter Vitopolim & Clagenfurtum urbes finitimas) episc. olim sub archiep. Laureacensi, cui Lavantum successit sub archiep. Salisburgens. quæ Solva nova dici potest. Cujus basilica à D. Andrea apostolo dicata dicitur. *Plin.*

Solus, *Solanto* adhuc teste Faz. urbs Siciliæ in ora occidua excisa, inter Panormum & Thermas Himeræ 12. mill. pass. à Phœnicibus condita & habitata, una cum Panormo & Motya. Pop. Solentini Diod. Solus item (Soluntis in obliquo) urbs fuit Ciliciæ à Solunte pravo hospite quem Hercules interfecit teste Steph. ex Hecatæo. Incolæ Soluntei, & Soluntini. *Plin. Diod.*

Solyma, urbs Lyciæ mediterr. in colle, qui Solymus Strab. dicitur, apud Termessum urb. Pop. Solymi Plin. & aliis. Solyma quoque urbs & Solymi pop. pro Hierosolyma clarissima & vetustissima, ut Zonar. scribit tom. 1. an. à poetis Christianis usurpantur. Juvenc. l. 1. *Plin.*

" *Hinc lecti proceres Solymos per longa viarum*
" *Deveniunt*---------

Idem lib. 2.

" *Ad Solymos direxit iter, templumq; subibat.*

Somona *Somme*, fluv. Gall. Belg. per Picardiam & Ambianos in oceanum Britannicum fluens, ab ortu in occ. Fano Quinctini, Hano, Perona, Corbia, Ambiano, & Abbatis villa irrigatis. Phrudis à Ptol. appellatur. De quo Venant. l. 7. *Ven. For.*

" *Isara, Sara, Charus, Scaldis, Saba, Somona, Sura.*

Sontiates, Sottiates Plin. Sociates Oros. *Soltz*, pop. & opp. Aquitaniæ Agenno & Neraco finitimum, inde 6. hinc 3. leuc. distans; aliis *Sos* pag. apud Condomum urb. inde 3. leuc. distans, ab Auscis 4. à Tolosa 15. *Cæs.*

Soncinum, opp. Cenomanorum Venetiæ amplum apud Ollium fluv. in ducatu Mediolan. ab Urceolis novis opp. & arce Venetorum 5. mill. pass. Cremonam versus in merid. 20. inter Cremam 10. & Brixiam 23. Hic Azelinus Romanus tyrannus immitissimus apud Cassianum captus & vulneratus, misere obiit. *Scrip. Ital.*

Sontiontii, sive, ut alii cod. habent, Sogiontii, pop. Italiæ Alpini in Galliæ Narbonens. confinio. *Plin.*

Sontius, sive Isontius, ut alii legunt, *l' Isonzo*, flum. Carnorum, idem Natisoni, (ut videtur ex Strab.) vel cum eo confluens, ex Carnicis Alpibus in mare Hadriaticum per Noreiam urbem, Gradiscam opp. & arcem, apud Aquileiam influens. *Cassiod.*

Sophia *Sofia*, urbs Mysiæ in Serviæ & Bulgariæ confinio archiep. ampla, & sedes satrapæ Turcarum, totius Bulgariæ conventus juridicus, inter Nicopolim Mysiæ 10. & Thessalonicam urbem Macedoniæ 20. leuc. Germanicis, inter Nissam ad occ. 90. & Philippopolim in ortum 105. mill. Byzantium versus, à Justiniano imperatore condita, inter Budam 96. & Byzantium 79. leuc. Germ. à Tauruno 61. De ea in lib. 2. Itiner. sic: *Procop.*

" *Ocyus ad Sophiam celebrem properavimus ur-*
" *Dimidium nostra nempe erat illa via.* (*bem:*

Sophene, reg. Armeniæ majoris in Mesopotamiæ confinio, ubi Tigris sub terra conditus post 25. mill. pass. emergit. Sophane Trogo. Pop. Sophenæ. Luc. l. 2. *Strab. Ptol.*

" *Incerti Judæa Dei, mollesque Sophenæ.*

Curt. Sophitis vel Sopithis, regio Indiæ trans Acesinen fluv. ubi sales eruuntur, qui toti Indiæ sufficiebant, teste Strab. & inde Alexand. magnus canes multos accepit.

Plin. Sophonia, inf. maris Ægæi parva ante Magnesiam.

Amm. Anton. Sopianæ, *Soppia* sive *Zoppia*, *Soppan* teste Laz. opp. Pannoniæ infer. ad Draum fluv. inter Volcovariam opp. ad occ. & Quinque ecclesias urb. ad ort. supra 5. leuc. à Zigetho arce 3. in Libonotum.

Strab. Plin. Liv. & al. Sora, colonia & urbs Latii episc. ad Lirim fluv. in Campaniæ conf. inter Ferentinum 12. mill. pass. & Atinam totidem, Arpino proxima, 4. mill. pass. distans, à Casino supra 10. ab urbe Roma ad 60. nunc in regno Neapolit. comprehensa, & titulo ducali insignis, *Sora* vulgo. Populi Sorani Liv. & aliis. Ejus mem. Sil. lib. 8.

" *Ducebat simul excitos, Soraque juventus*
' *Addita fulgebat*------

In Thes. ling. Lat. locatur in Campania: à qua longe abest, cum sit in Latio. Hæc M. Fabio & Serv. Sulpitio consul. à Roman. capta est, cum antea Samnitibus paruisset. Vide T. Liv. l. 7. dec. 1. & alibi.

Egin. & Aimoin. Sorabi, pop. Germaniæ in Misnia & Saxonia; quorum tractus *Sirbia*, & loca *Sorbec*, ac *Servestein*, Latino recenti Servesta, opp. Saxoniæ inter Albim & Salam flum. ac inter Vitebergam ad merid. & Magdeburgum ad Bor. 6. leuc. teste Peucero. Vide Serbi, inde enim profecti feruntur.

Plin. Soractes, & Soracte gen. neutr. Silio & Horat. *M. di S. Oresto*, & *M. di S. Silvestro*, mons Faliscorum in Hetruria apud Tiberim, Apollini quondam sacer. Virg. lib. 11. Æn.

" *Summe Deus sancti custos Soractis Apollo.*

Qui Mons Faliscorum à Catone nominatur, inter urbem Romam 28. & Ocriculum in Bor. 6. mil. pass. Ejus mem. Virg. lib. 7. Æn.

" *Hi Soractis habent arces, Flaviniaque arva.*

Sil. lib. 8.

" *Haud procul, & sacrum Phœbo Soracte frequentant.* Hor. lib. 1. carm. od. 9.
' *Vides ut alta stet nive candidum*
' *Soracte*------

In Soracte fons est sole oriente exæstuans, ex quo aves bibentes mortuæ illico decidunt teste Varrone.

Soractes item mons est Galatiæ, in quo eriphium, id est ruta sylvestris, nascitur, teste Dioscor.

Ant. Sorbiodunum *Old Sarisbury*, & Lat. rec. vetus Sarisberia, urbs Albionis episc. in Wiltonia reg. Angliæ, inter Wintoniam ad ort. 24. & Exoniam ad occ. 60. mill. pass. (Vide Sarisberia, & Sorviodunum) inter Bathoniam ad Bor. 24. & Dorcestriam ad merid. 30. mill.

Plin. * Sorboræ pop. erant Æthiopiæ statura adeo procera, ut octo cubitos altitudinis haberent teste Plin. [* Syrbothæ in aliis codicibus.]

Sex. Avien. Sordice, *Lac de Locata* teste Varrerio, palus Gall. Narbon. apud Leucatem arcem Gallorum, contra Salsusas arcem Hispanorum, apud mont. Pyrenæi radices, in quam Sordus fluv. influit. Pop. Sordicenæ.

Plin. Sorge *la Sorgue*, fluv. Gall. Narbonens. Vide Orge, varie enim legitur apud Plin.

Soritæ, Indiæ pop. qui piscibus tantum degunt, illos ad solem dissectos torrentes, panemque ex eis conficientes. Qui tamen nullibi reperiuntur, tota Indiæ ora à Lusitanis peragrata.

Ptol. Sornum, *Sewrny* teste Laz. opp. Daciæ ad Danubium fluv. quod & Severinum, sive Severianum Latine dicitur, apud Pontem Trajani, à Temesuaria urbe 12. mill. in Austrum.

Ptol. Soroga, *Zagabria* Laz. urbs episc. Pannoniæ super. ad Saum fluv. & Segesticam inf. Croatiæ caput. Vide Sisopa.

Strab. Sorores 4. urbes sunt in Syria, Antiochia magna ad Orontem fluv. Seleucia Pieria, Apamea Apamenes reg. caput, & Laodicea in Cassiotide, sic dictæ, quod ab eodem rege Seleuco Nicanore eodemque tempore conditæ sunt.

Anton. Sorviodunum, urbs Albionis, quæ recent. Lat. Sarum, Severia, & Sarisberia dicitur, *Old Sarisbury*, episc. sub archiep. Cantuariens. media fere inter Londinium ad ort. & Exoniam ad occ. ad 60. mill. à Venta Belgarum 24. à Bristolio 40. in merid. Vide Sorbiodunum, & Sarisberia.

Ptol. Sosicuræ, *Iacamcuri* ex conjectura Jac. Castaldi, urbs Indiæ citerioris.

Ptol. Sossius *Calatabellota*, fluv. Siciliæ per oram Australem inter Heracleam ad ortum 9. & Thermas ad occ. 8. mill. pass. fluens, sic ab oppido, quod interius alluit, vulgo dictus.

Porphyr. Sosteropolis, seu verius Soteropolis, opp. Bithyniæ apud Nicomediam urb. ubi Constantinus magnus hausto veneno in potu à fratribus dato, Nicomediam delatus est. obiit ex eo veneno teste Zonara tom. 3. annal. Hæc nunc Pythia vocatur teste Porphyrogenneta.

Ptol. Sosthenis, *Stiamizapo* teste Moletio, opp. Thessaliæ mediterraneum.

Niceph. Callist. Sosthenium, Isidis Bacca Dionys. postea Michaelium ob D. Michaelis apparitionem, locus Thraciæ ad Bosporum, *Alomaten* vulgo teste P. Gyllio.

Plin. Sottiates, pop. Aquitaniæ. Vide Sontiates.

Euagr. Callist. Sozopolis, urbs Pisidiæ episc. sub Antiochia, & urbs parva Thraciæ teste Gregora episc. una cum Agathopoli sub archiep. Hadrianopolitano. Quæ urbes an exstent hodie incertum est.

Steph. Sozusa, opp. Phœniciæ; alterum in Pisidia; & aliud in Æthiopia: sed an exstent, incertum est.

Steph. Spada, pag. Persidis, ubi eunuchi primum effecti feruntur teste Steph. & spadones appellati; qui Spadi ab ipso Steph. dicuntur.

Lib. conc. Spalatum *Spalatro*, urbs Dalmatiæ archiep. Salonis proxima, apud oram littoream, inter Traguriam ad occ. & Peguntium sive Almissam ad ort. inde 15. hinc 20. mill. pass. Vide Epetium. Sub archiep. Spalatensi continentur episc. Pharens. Traguriens. Sebenicens. Tinens. Almissens. & Sanadriensis.

Polyb. Strab. Plin. & al. Sparta, urbs archiep. Laconicæ à Sparto rege Inachi nepote anno mundi 2930. condita, myrto abundat, unde Spartia myrtus denominatur Virgilio. Vide Lacedæmon. Pop. Spartani, & Spartiatæ. Hæc quamdiu sine muris fuit, libera, ubi muris septa, illico serva facta est, ut scribit Liv. l. 4. dec. 4. Ejus mem. Ovid. lib. 15. metam.

" *Vile solum Sparta est: altæ cecidere Mycenæ.*

Virg. 3. georg.

" *Veloces Spartæ catulos, acremque Molossum.*

Hinc Spartanus, Ovid. lib. 3. metam.

" *Gnosius Ichnobates, Spartana gente Melampus.*

Spartani generosissimi fuere, servitutis impatientes, ac potius ad imperandum quam ad serviendum nati; ut adagium manarit *Generosior Sparta*, de generosis ac minime timidis: Spartani enim nunquam tyrannidem admiserunt in urbe. Apud Spartanos summus honor senibus habebatur, ut tradit Plutarch. in Laconicis: unde proverbium ortum *In sola Sparta expedit senescere*. Quod de iis etiam dici potest, apud quos virtus in pretio sit, ut fuit apud Spartanos. Urbs Spartana ab Athenis 1140. stad. abest: quæ Philippidem cursorem biduo confecisse scribit Plin. l. 7. c. 20. Sparta Junonem maxime coluit, uti Ovid. lib. 3. fast. ubi quosdam deorum cultores recenset.

" *Pallada Cecropidæ, Minoia Creta Dianam,*
' *Vulcanum tellus Hypsipylæa colit:*

" *Iuno-*

" *Iunonem Sparte, Pelopeiadesque Mycenæ;*
' *Pinigerum Fauni Mænalis ora caput.*

Hic violæ & myrti plurimæ sunt.

Spartacos opp. fuit Thraciæ teste Steph.

Strab. Spartarius campus, *la Mancha* vel *Manxa* teste Jo. Mariana cum Zurita, tractus Hisp. Tarrac. inter Spartariam Carthaginem, & Toletum, ubi Cyntilia urbs, & Fanum Clementis opp.

Steph. Sparte, & Spartum, vicus ac mons Thraciæ apud Euxinum mare, vulgo *Isspirite* Turcis teste Leunclavio.

Strab. Spauta, *Spota* teste P. Gyll. lacus Mediæ in Armeniæ majoris conf. in quo sal congelatur, ingens adeo, ut vix sex diebus circumeatur.

Vet. monum. Spedia, *la Spetia* seu *la Spezzia* teste Blondo, opp. amplum Liguriæ ad intimum portus Lunensis recessum, à Luna seu Sergiano urbe 5. mill. pass. Genuam versus 60. à portu Veneris, & Ericis 7.

Liv. Halicarn. Sperfanum apud urbem Romam erat, ab ea 8. stad. distans.

Plin. Tac. Speluncæ villa erat in Latio prope Amyclas urbem extinctam, inter Tarracinam & Cajetam, proxima Fundis. Nunc adhuc *Sperlunga* locus appellatur teste Pineto, & mare Amyclæum *Mare di Sperlunga* teste Sanfelicio. Speluncæ item Ant. pag. erat Apuliæ Peucetiæ in ora, inter Egnatiam ad occ. 21. & Brundisium ad ort. 18. mill. pass. circa Ostunium 2.

Laonic. Spenderobis, quæ & Spenderovia, *Spenderobi* Græcis, *Semender* Turcis teste Leuncl. *Sendrew* vel *Zendrew* Hungaris teste Laz. & aliis *Zenderin*, *Samandria* Italis, urbs episc. Mysiæ super. Triballorum metrop. ultra Taurunum supra 6. leuc. Hungaricas. Quæ Singidunum Ant. & Sigindunum Ptol. dicta putatur. Vide ibi. Ibi sedes satrapæ Serviæ.

Ptol. Sperchia, urbs Thessaliæ, & prom. in Phthiotide reg. ad sin. Maliacum, & ostia Sperchii fluv. proximum Thebis Phthioticis, *Phthelia* teste Soph. aliis *Fiteleo*, aliis vero *Comen* una cum fluv. Qui fluv. ex Pindo monte oriens rapide in sin. Maliacum labitur. De quo Virg. lib. 2. georg.

" *Sperchiusque, & virginibus bacchata Lacænis*
' *Taygeta*--------

Fluv. ab aliis teste Soph. *Agriomela* dicitur, & ab aliis *Selambria*, à Strab. Plin. & al. memoratus. Ovid. lib. 1. metam.

" *Populifer Sperchius, & irrequietus Enipeus.*

Hinc Sperchionis, & Sperchias, dis: ut Sperchiades undæ, & ripæ Ovid. lib. 2. metamorphos.

' --------------*ripæ Sperchiades ardent.*

Strab. Spermatophagi, pop. Æthiopiæ in Meroe insula.

Strab. Spermophagi, pop. in extremis Ægypti finibus, sic dicti quod seminibus vescantur, teste Strab. lib. 16. [Iidem cum prioribus.]

Thucyd. Diod. Steph. Sphacteria, ins. parva Peloponnesi ante Pylum, cui portum facit. Vide Sphagia, nam eadem videtur. Est & locus Peloponnesi in Messeniorum, & Elæorum seu Elæensium confinio, teste Steph.

Paus. Sphæria, ins. Trœzeniorum in sinu Argolico, adeo littori propinqua, ut aliquando siccis plantis adeatur: quæ & Hiera, hoc est Sacra dicitur, teste Paus.

Strab. Sphagia, *Sapientia* Soph. & aliis, ins. Peloponnesi in sinu Messeniaco, inter Pylon urbem, & Proten ins. à qua 20. mill. pass. abest, Pylo & Methonæ propior, à Teganusa 3. in Bor. Proten versus: quæ Sphacteria à Thucydide dici videtur & Straboni. Sphagia non unica, sed triplex est, ut in lib. 2. Itiner. scribitur.

" *Linquitur ad dextram Prote, triplicesq; sinistra*
' *Conduntur* Sphagiæ--------

Sphecæa opp. fuit Eubœæ teste Steph. cujus mem. Lycophr.

Paus. Spheria, ins. parva Argiæ ante Trœzenen, adeo propinqua, ut pedibus adiri possit. Vide Sphæria.

Laonic. Sphetia *Sfetigrado*, & Turcis *Siurige* teste Leuncl. opp. Illyrici in Dalmatiæ & Maced. cont. in Albania reg. proxima Dibræ, ab ea 20. mill. pass. à Croia 60. Oxypyrgium Græcis dictum teste Soph.

Palæphat. Sphingius collis, Sphicium Lycophr. mons Bœotiæ, ubi Sphinx habitasse traditur, & ænigmata explicasse.

Plut. Paus. Sphragidium, antrum nympharum in vertice Cithæronis montis Bœotiæ.

Steph. Halycarn. Strab. Spina, urbs exstincta Gall. Tog. in ora, inter Ravennam ad merid. & Hadriam ad Bor. apud ostium Padi, quod ex ea Spineticum nominatur, inter illud & Comaclum. Locus adhuc *Val di Spina*, & *Dorso di Spina* dicitur. De qua poeta quidam lib. 3. Itin.

" *Inter Caprasias, eversaq; mœnia Spinæ.*

Plin. Spina altera in Insubria, nunc *Spin*, pag. ad Adduam fluv. à Crema urbe 10. mill. pass. Mediolanum versus. Fuit & Spina urbs Græciæ olim clara teste Strab. & Spinus fluv. apud Steph.

Anton. Spinæ, opp. Albionis in Anglia: quod Lhuydus cum aliis *Newbury* interpretatur, ab Oxonio 15. mill. à Londinio 40. Sed illud excisum est. Locus *Spene* nominatur teste Camd. pagus apud Neoburgum opp. in comitatu Bercheriæ.

Cic. Plin. Spineticum ostium, quod & Vatreni portus Plin. dicitur, ostium Padi primo à Ravenna Venetias versus proficiscentibus occurrens, *Primaro* vulgo, à Ravenna 10. mill. pass. ubi vicus Sancti Alberti teste Hier. Rubeo.

Scrip. Germ. Spira *Speyr*, & Italis *Spira*, Ptol. Neomagus, urbs clarissima Germ. superior. ad Rhenum, episc. sub archiep. Moguntino, inter Argentoratum & Moguntiam. Vide Nemetes. De ejus etymologia certant authores; ut lib. 5. Itin.

" *Proxima Spira fuit: veteri de nomine lis est:*
" *Sed certum fortes illam tenuisse Nemetes.*
" *Ampla loco, tectis ornata, augustaque templo.*
" *Hæc nunc Imperii totius jura tuetur.*

Plin. Spiracula, quæ & Charoneæ scrobes, *Buco velenoso*, & *Grotta de li cani* aliis, locus Campaniæ apud lacum, seu thermas Anianas, in quem canes projecti statim exspirant; sed extracti, ac in proximum balneum injecti, subito reviviscunt. De qua lib. 4. Itiner.

Ptol. Spiræum prom. *Capo Spireo* Soph. & al. prom. Peloponnesi ad sinum Saronicum, inter Scyllæum prom. ad Austrum, & Cenchreas portum in Bor. ad isthmum, apud Epidaurum, & Fanum Æsculapii.

Cic. Strab. Ptol. & al. Spoletium, Spoletum Liv. & al. *Spoleti*, colonia & urbs Umbriæ episc. olim ducatus caput, nunc etiam clara, apud montium radices, inter Fulginium, & Interamnam ad Austrum 10. mill. pass. à Perusia 30. Narniam versus 18. in calce vallis inter illam & Perusiam jacentis. Pop. Spoletini Plin. Spoletani Liv. Hic fœmina in virum conversa à Liv. traditur, quo tempore Hannibal urbe frustra obsessa discedere coactus est. Hinc Spoletinus nomen gentile. Mart. lib. 13. ep. 117.

" *De Spoletinis quæ sunt cariosa lagenis*
' *Malueris, quam si musta Falerna bibas.*

Et lib. 14. ep. 114. vina laudans,

" *Spoletina bibis, vel Marsis condita cellis.*

Ab Annibale frustra obsessum scribit Liv. lib. 2. decad. 3.

Strab. Plin. Sporades, insulæ maris Ægæi, sic dictæ quod sparsæ sint, non glomeratæ ut Cyclades, Calydnæ Hom. teste Strabone: quæ apud Plin. sunt, Helene, Phocussa, Phæcasia, Schinussa, Pholegandros, Icaros, Ios, Odia, Letandros, Gyaros, Telos, Donysa, Patmos, Corasiæ, Lebinthos, Leros, Cynara, Sycinus, Heratia, Casus, Cimolus, Siphnus, Melos, Machie, Amorgos, Polyægos, Phyle, Thera, Therasia, Hiera, Lea, Ascania, Anaphe, Hipporis, Astypalæa, cum aliquot aliis:

quarum præcipuæ sunt 12. teste Suida in Sporades. Sporadum mem. Dionys. Afer.

" *Ægæum superat qui fluctibus æquora cuncta,*
" *Dispersas vasto Sporadas qui gurgite cingit.*

Plin. Columel. Stabiæ *Castel a mar di Stabia*, urbs marit. Campaniæ in Picentinorum conf. ad ostia Sarni, Pompeiis proxima, excisa à L. Sylla teste Plin. pro qua novæ Stabiæ non procul conditæ, episc. sub archiep. Surrentino, inde 6. mill. pass. Neapolim versus 18. Cujus ora littus Stabianum à Seneca dicitur. Sil. lib. 14.

" *Lætaque complebat Stabiarum littore pubes.*

Anton. Stabulæ, locus Germ. superioris in Alsatia, ab Argentorato 36. mill. pass. Basileam versus, & opp. Gall. Belg. in ora Picardiæ, *Estaples*, inter Monsteriolum ad merid. 3. & Bononiam ad Arctos 7. leuc. Stapulæ etiam Latino recenti.

Anton. Stabulum, locus Gall. Narbon. inter Salsusas 48. & Pyrenæum mont. ubi in Hisp. transitur 16. mill. pass. Et Stabulum novum eidem Ant. locus Hisp. Tarracon. inter Barcinonem, & Tarraconem, à qua 24. mill. pass. abest Barcinonem versus.

Ptol. * Stachir, *Senega* vel *Zenega* teste Marmolio, fluv. Libyæ in oceanum occid. se exonerans, *Gambea* Massæo, (qui potius Gir, seu Nigir esse videtur.) Sunt autem Senega & Gambea partes Nigiris, ut videtur ex tab. recent. [* Στάχυς in Seld. man.]

Plin. Stadisis, locus Æthiopiæ ubi Nilus tanto fragore labitur inter montes, ut incolis auditum auferat teste Plin.

Plin. Steph. Diog. Laert. Stagira num. plur. apud Stephan. penult. producta, Stantira Ptol. opp. Maced. marit. ad mont. Athi radices, in agro Olinthiaco, patria Aristotelis teste Laertio; nunc *Liba nova* teste Soph. seu *Macra* teste Niceta.

Oros. Procop. Stagnum, palus Africæ apud Carthaginem, 40. stad. ab ea distans. Stagnum item in provinc. Roman. urbs Dalmatiæ episc. sub archiep. Ragusino, inde 35. mill. pass. in occ. Naronam versus, in peninsula Onæi sive Cumani prom.

Ptol. Staliocanus, (non Saliocanus, ut aliqui legunt) portus & opp. Gall. Celt. in ora Britanniæ minoris, *Roscou* teste Bertrando Argentræo, inter Leonam urb. proximam, & Taureacum ins. à Foro opp. 10. leuc. in ortum. Villanovanus scribit Staliocanum esse ipsam urbem Leonam, à Roscovio 2. leuc. distantem in ortum.

G. Turon. Aimoin. Stampæ *Estampes*, opp. Gall. Celt. præcipuum, tit. ducali insigne, ad Iuennam fluv. inter Lutetiam Parisiorum 14. & Aurelianos 20. leuc. occurrens, totidem à Carnutis in ortum.

Anton. Stanacum, (alii Stavacum legunt) *Vacenkirchen* teste Laz. opp. Norici inter Boiodurum, & Laureacum in ortum, à Boioduro 20. mill. pass. in Bavaria.

Ptol. Stantira, Stagira Plin. opp. Maced. apud Olinthum ad sin. Thermaicum, inter Strymonis ostia & mont. Athon. Vide Stagira. Ejus mem. Ovid. lib. 1. trist. eleg. 9.

" *Saltus ab hac terra brevis est* * *Stantyra petenti.*
[* *Tentyra* legitur in aliis codicibus.]

Liv. Statellates, Statiellenses Cic. Statyelli Plin. Statelli Strab. pop. Liguriæ inter Apenninum mont. & Tanarum fluv. quorum urbes Aquæ Statiellorum dictæ, *Acqui* vulgo, & Alexandria urbs recens Tanaro fluv. divisa, ab Aquis Statiellis 15. mill. pass. in Bor. & Cæciam.

Statiarius lapis apud scriptores Hibernicos urbs est Ultoniæ apud oram Borealem, vulgo *Cloe*. [Penes authorem fides sit.]

Varr. Stat. Statinæ, aquæ & ins. in Campania subito terræmotu enatæ teste Plin. lib. 2. cap. 88. apud quem Stativæ legitur; & Statinæ legendum videtur pro Stagnum, quod in ins. Pithecusa statim emersisse scribit. Stat. lib. 3. sylv. carm. 5.

" *Ænariaque lacus medicos, Statinasq; renatas.*

Statonia *Scatono*, opp. seu pag. Hetruriæ apud oram Australem, inter Saturniam & Rosetum 8. mill. pass. Strab. Pop. Statones Plin. sed apud Varronem & Senecam Stationenses; ubi etiam lacus Stationensis apud Senecam. In agro Statonensi lapides esse ab igne illæsos scribit Plin. lib. 36. cap. 22. ubi & lacus in quo ins. fluctuans, teste eod. lib. 2. Hic vina olim generosa teste Plin. proveniebant.

Stavera, Sturii Plin. *Staveren*, urbs Germaniæ in Vet. Insc. ora Frisiæ occident. contra Batavos, à Levardia urbe præcipua 6. leuc. in Austrum, à Slotna 2. in occ. contra Enchusiam urbem Hollandicam 3. leuc. distantem, à Volenhovia urbe Transisalanæ 6. in Boream.

Stauropolis, à cruce nomen habens, urbs Cariæ mediterr. Lib. conc. archiep. & amplissima metrop. sub qua 27. urbes episc. numerantur; in quibus in ora littorali Heraclea ad Lathmon, Iassus, Bargylia, Myndus, Halicarnassus, Ceramus, Gnidus, & Loryma; intus, Antiochia ad Mæandrum, Fanum Iovis, Heraclea ad Lambanon, Apollonia, Lyrba, Cibyra, Orthosias, Harpasa, Neapolis, Alabanda, Stratonicia, Amyzon, Alinda, Mylassa. *S. Croce* à nostris appellatur.

Stelæ opp. fuit Cretæ apud Rhithymnam & Panæ- Steph. sum: de quo nil apud alios scipt. legi.

Stella *Estella*, urbs Hisp. Tarracon. in finibus Va- Scrip. Hisp. sconum seu in regno Navarræ, anno salutis 1094. condita, inter Pompelonem & Logronium 8. leuc. Stella item mons Galatiæ apud Ancyram urbem, *Almadag* Turcis.

Stellates ager, Stellates campus Liv. *Campo Maz-* Suet. *zone* teste Scip. Mazz. ac Sanfelicio, ager Campaniæ Liv. miræ fertilitatis in territ. Calenensi. In eo 16300. Samnites à Romanis Appio Claud. cons. cæsi sunt. De illo Sil. lib. 11.

" *Stellatesq; docent campos, Cereremq; benignam.*

Stellates etiam pop. Hetruriæ apud Capenam op- Caton. pid. Festo.

Stena fauces montium in Chaonia reg. Epiri apud Liv. Antigoniam urbem sunt.

Stenimachum, *Ichtiman* hodie teste Leuncl. castrum Nicet. Thraciæ in territ. Philippopolitano.

Stentoris lacus Thraciæ apud Ænum urb. & portus Herod. apud Hebri fluv. ostia. Plin.

Stephane, Stephanis Steph. *S. Stefano* in tab. recent. Plin. opp. seu pag. Paphlagoniæ marit. inter Armenen, & Ptol. Sinopen urb. proximam. Sed Stephane apud Steph. est opp. Phocidis, seu potius fuit.

Stephanopolis, quæ & Corona, urbs Daciæ in Tran- Vet. mo silvaniæ Moldaviæque conf. apud Alutham fluv. *Cronstat* seu *Kronstat* Germ. *Brassow* Hungaris, ab Alba Julia & Cibinio 17. leuc. in Cæc. à Claudiopoli 18. in ortum. Est & Corona *Landskroon* urbs Scaniæ in regno Daniæ, à Malmogia 4. leuc. in Bor. à Lundi metrop. 3. Fuit & urbs Galatiæ olim maxima.

Stereontium, *Cassel* teste Pyramio, urbs German. Ptol. Hassiæ primaria, & sedes principis, media inter Francofurtum ad merid. & Brunsuicum in Bor. & Cæc. supra 18. leuc. à Martisburgo altera reg. primaria 9. in Boream.

Steris, oppid. olim Phocidis mediterr. ab Ambrosso Pauf. 60. stad. distans.

Stesichori poetæ tumulus, *S. Maria di Betlem* ho- Ex vet. die teste Faz. locus Siciliæ apud Catinam urbem. mon. Cat.

Stetinum *Stetin*, urbs Germaniæ in Pomerania: quæ Scrip. ex vico post Vinetæ excidium in urb. maximam crevit. Germ. Vide Sideni.

Stiphana lacus est agri Amasei, sive apud Amaseam Strab. urb. Cappad. piscosus, & pascuis in ripis abundans: de quo Strabo lib. 12.

Stissum, Cissa Polyb. *Sison* teste Beuthero, pag. Hisp. Liv. citer. in Catalaunia.

* Stlupi,

Ptol. * Sclupi, *Ostnobiza* teste Moletio, oppid. Liburniæ mediterr. inter Ardotium ad occid. & Curcum ad ortum oppida finitima. [* Στλυπτι in Selden. manuscr.]

Plin. Liv. Ptol. Stobi, *Starachino* teste Nardo, opp. Maced. in Pelagonia reg. (Stovenses pop. in concilior. lib. & in digestis) olim urbs episc. Strab. & Steph. (cui Strobos est) colonia Rom. Incolæ Strobæi. Sed puto Steph. decipi.

Strab. Plin. Mel. & al. Stœchades, insulæ Gall. Narbonens. contra Citharisten prom. oræ inter Massiliam & Forum Julium adjacentes, *Isles de Ieres* plerisque dictæ. Quas Ptol. & Strab. 5. faciunt, alii 3. Proten, Mesen, & Pomponianam; Plin. Proten, Mesen, (quam & Pomponianam) & Hypæam. Sed in insulis quæ *Ieres* dicuntur, etiam Sturium, Phœnice, & Phile numerantur. Luc. lib. 3.

" *Venerat in fluctus Rhodani cum gurgite classis,*
' *Stœchados arva tenens*----------

Plin. Stoidis, ins. maris Persici apud fretum seu fauces illius, in qua margaritæ proveniunt.

Stolos urbs fuit Thraciæ, cujus pop. Stolii teste Stephano.

Strab. Stoma, lacus Troadis apud ostia Scamandri fluv.

Strab. Stomalimna, i. e. lacus ostii, sive ostium lacus, *Mar de Martegue* teste Ortelio, in ora Gall. Narbonensis.

Plin. Stonos, *Stenega* in tab. recent. opp. olim Venetiæ in finibus Euganeorum, eorum caput, nunc vicus agri Patavini.

Lycophr. Storthynga, vertex Lacinii prom. Magnæ Græciæ, hodie *Nau*, quasi Naon, i. e. templum, quod ibi Junoni Laciniæ dicatum erat, à Crotone supra 12. mill. pass. in meridiem.

Ptol. Stragona, *Posen* teste P. Appiano, urbs Germaniæ, nunc Posnania Lat. rec. episc. sub archiep. Gnesnens. ab ea 7. leuc. in occ. primaria urbs Poloniæ majoris. Vide Setidava. In Thes. ling. Lat. Germ. tribuitur, & *Posenaw* indigitatur; cum aliter nominetur.

Steph. Stratia, opp. Arcadiæ; cujus mem. Homerus.

Ptol. Stratonica, *Franco castro* teste Soph. urbs Maced. in ora ad ort. ad sin. Singiticum, inter Nymphæum prom. ad Bor. & Acanthon urb. ad Austrum, circa Athon mont. à Stratonice Antiochi uxore dicta.

Strab. Plin. Ptol. Stratonica quoque, Stratonicia Strab. urbs Cariæ episc. sub archiep. Stauropolit. Alabandis, Mylassæ, & Alindæ finitima, sed hodie jacens. Alia item erat in Lydia episcop. sub archiepisc. Sardiano, & ipsa exstincta.

Joseph. Stratonis turris. Vide Cæsarea Palæstina.

Strab. Plin. Liv. Stratos & Stratus, Stration apud * Steph. sed male, urbs Epiri maxima, Acarnaniæ caput cum staret, apud sin. Ambracium, inter Anactorium, & Halyzeam ad Acheloum fluv. ab ostio 200. stad. teste Strab. Pop. Stratii Thucyd. [* Apud Steph. reperitur & Stratos urbs Acarnaniæ, & Stration; ita ut 2. urbes videri possint.]

D. Hier. Stridon, urbs Pannoniæ super. in Illyrici conf. sive è contra, S. Hieronymi solum natale, *Sdrigna* seu *Sdrin* teste Blondo cum al. opp. & comitatus. Sunt qui scribunt hoc oppidum fuisse in Istria in agro Justinopolitano à Gothis eversum, Illyricoque ob vicinitatem attributum. Al. est comitatus *Sdrin* apud Fumium & Tarsaticam in mediterr. in conf. Istriæ & Liburniæ.

Strigonium, *Gran* teste Lazio, urbs Pannoniæ infer. arch. ad Danubium, inter Cromerum arcem ad occ. & Budam ad ort. 8. leuc. hodie sub Turcis, ab eis anno 1543. capta, & cum à Christianis sub Rodulpho 2. imperat. recuperata esset, ab eisdem paulo post recepta est, ab Alba Regali supra 7. leuc. in Bor. à Vienna supra 24. in ortum. De illa lib. 5. Itin.

" *Illinc Buda gemens vix octo millia distat.*
" *Strigonium subita veneris inde rate.*

Script. Brit. Strigulia, *Chepestow* teste Lelando, aliis *Chepstow*, opp. Albionis in Wallia contra Bristolium, inter Glocestriam ad ort. & Landavam ad occ. ad 20. mill. ab Herefordia totidem in austr.

Strab. Plin. Anton. Strongyle, *Stromboli* teste Faz. ins. Siciliæ, una Æoliarum, sic à rotunditate dicta, ignivoma, circuitu 10. mill. pass. patens, totidem à Lipara in ortum distans. Ins. quoque Cretæ ante Lyctum opp. teste Steph. & opp. Naxi ins. teste Solin. & ins. parva Lyciæ teste Plin. Strongyle opp. Naxi nunc *Pergola* dicitur in saxo ubi rudera templi Baccho olim dicati, teste Bordonio. Est & urbs Magnæ Græciæ episc. sub archiep. Sibereno, in ora, inter Crotonem ad Austrum 16. & Chrimissam ad Arctos 8. mill. pass. olim Macalla, nunc *Strongoli*. Strongylos Sil. ins. Siciliæ dicitur lib. 14.

" *Mille Agathyrna dedit, perflataque Strongylos Austris.*

Error insignis est Thes. ling. Lat. hanc in mari Ægæo locantis; cum Siciliæ insula sit.

Procop. Strongylum, castrum suburbii urbis Constantinopolitanæ, ubi Constantinus Copronymus iconomachus misere obiit, teste Glyca.

Ptol. Strongylus, *Tochisandan* teste Cast. mons Carmaniæ, sic à rotunditate nominatus.

Strab. Plin. Strophades, ins. 2. parvæ maris Ionii, quæ & Plotæ, *Strivali* hodie Soph. & al. inter Zacynthum ad Bor. 35. & Proten ad Euronot. 40. mill. pass. ante Cyparissium prom. De quibus Virg. lib. 3. Æneid.

" *Accipiunt. Strophades Graio stant nomine dictæ.*

Ovid. lib. 13. metamorph.

" *Sævit hyems, jactatq; viros; Strophadūq; receptos*
' *Portubus infidis*----------

Nomen habent à conversione Harpyiarum ex avibus Arcadiæ, teste Servio.

Callim. Strophie, nomen fontis Thebarum in Bœotia.

Struthia, oppid. teste Stephan. in montibus Lycaoniæ.

Strab. Ptol. Struthophagi, pop. Æthiopiæ sub Ægypto, qui passeribus pascuntur.

Strybia, ins. una Sporadum, teste Stephano.

Suid. Stryme, ins. maris Ægæi apud oram Thraciæ, & Thason insulam: colonia item & emporium Thasiorum. Steph. urbem Thraciæ eam facit.

Strab. Plin. Ptol. & al. Strymon, Conozus ante teste Plut. fluv. Macedoniæ ex Orbelo mont. manans, inque Ægæum mare influens, sinum Strymonicum denominans; vel ex Scomio mont. per Graæos & Læos teste Thucyd. fluens: varia accipit nomina, *Stromona* Soph. *Rendine* aliis, ab urbe Rendina episc. *Radini* Nardo, *Marmara* Bellon. *Ischar* Laz. Sed hic Mysiæ, non Macedoniæ fluv. est. De Strymone Ovid. lib. 5. trist. el. 3.

" *Strymona venisti, Marticolamque Geten.*

Virg. lib. 4. georg.

" *Rupe sub aerea deserti ad Strymonis undam.*

Ptol. Strymonicus sinus, *Golfo di Contesa* Castaldo, *Golfo di M. Santo* Soph. sinus maris Ægæi in Maced. in quem Strymon fluv. exoneratur.

Ptol. Stucia, *Istuyth* vel *Y-stwith* teste Camd. fluv. Albionis in Wallia inter Bangorium urb. & Cardiganiam opp. in oceanum Hibernicum apud *Aber Y-stwith* opp. decurrens.

Plin. Stura *la Stura*, fluv. geminus Gall. Subalpinæ: unus ex Alpibus Cottiis per marchiam Saluciensem fluens, ac apud Clarascum opp. Tanaro fluv. congrediens, maximæ claritatis; alter per fines Taurinorum in Padum inter Augustam Taurinorum & Clavasium labens.

Plin. Sturii *Staveren*, pop. & urbs Frisiæ occidentalis in Batavorum conf. Vide Stavera.

Plin. Sturium, *Ribaude* teste Pineto, ins. Gall. Narbonens. una Stœchadum.

Plin. Sturnini, pop. Calabriæ in finib. Salentinorum, quorum opp. Sturni Ptol. vulgo *Stigliano*, ut quidam teste Moletio interpretantur. Sed Stilianum opp. est Lucaniæ in Basilicata, inter Marsicum & Tursium 20. mill. pass. quot à Tricarico, Alliano proximum, 6. mill. distans, titulo principatus ornatum.

Strab. Stympha, mons Epiri, ex quo Arachthus fluv. oritur.

Ptol. Stymphalia, Stymphalis Liv. reg. Macedoniæ Estiotidi finitima. Cujus urbs Gyrton seu Gyrtone, à Larissa 30. mill. pass.

Strab. Plin. Ptol. Pauf. Stymphalus, mons & urbs Peloponnesi in Arcadia, *M. Poglisi* teste Nigro, altissimus, à Cleonis & Argo 29. mill. pass. in occid. urbs vero, quæ Stymphalum Plin. *Vulsi* Pineto, seu *Longanico* Nigro, ad montis prædicti radices, Tegeæ proxima. Est & Stymphalus lacus (vel Stymphalis) & fluv. qui per agrum Argivorum ex eodem mont. fluens, mutato nomine Erasinus dicitur, teste Pauf. Vide ibi. Ejus mem. Stat. lib. 4. sylv. carm. 6.

" --------------*quantusque nivalem*
" *Stymphalon, quantusque jugis Erymanthon aquosis*
" *Terrueris*-------

Hinc Stymphalides aquæ. Stymphalis sylva, Ovid. lib. 5. metam.

" *Lassa divertebar, memini, Stymphalide sylva.*

Hinc Stymphalicus nom. adject. ut aves Stymphalicæ homines invadentes apud Plaut. in Persa, aves fabulosæ: de quibus Virg. de 12. labor. Hercul.

" *Stymphalidas pepulit volucres discrimine quinto.*

Nam Herculem has extinxisse fabulantur.

Hom. Herod. & al. Styra opp. fuit Eubœæ apud Carystum urbem: cujus mem. Steph.

Styria, olim Valeria, reg. & ducatus partim in Pannonia sup. partim in Norico, Austriæ & Carinthiæ contermina: cujus urbs metrop. est Græcium. De ea lib. 5. Itin.

" *Secessit Styriis confinia & oppida terris.*

Strab. Plin. & poetis. Styx, fons Arcadiæ ex Pheneo lacu, & ex Nonacri mont. manans ex saxo, (cujus aqua illico pota necat) & in fluv. evadens. Palusitem Thessaliæ, teste Plin. ex qua Titaressus fluv. egreditur. Styx etiam apud poetas inferorum fluv. De quo Ovid. lib. 4 de Ponto eleg. 14.

"*Styx quoq; si quidea est, bene commutabitur Istro:*
" *Si quid & inferius quam Styga mundus habet.*

Hinc Stygius nom. gent. Virg. lib. 3. georg.

" *Sævit & in lucem Stygiis emissa tenebris.*

Styx apud Pheneum lacum, non solum potantes enecare, sed etiam pisciculos lethales generare dicitur, authore Plin. l. 31. c. 2.

Ptol. Suana *Soana*, urbs Hetruriæ episc. sub archiep. Senensi, inde 48. mill. pass. Castrum versus 8. ab Aquula 12. in occ. in ditione Senensi, apud Osam fluv. patria Gregorii 7. Pont. maximi in divos relati.

Plin. Suanetes, Suanitæ Ptol. pop. Rhætiæ, quorum reg. *Algoew* in Suevia teste Simlero, & urbs *Ravenspurg* libera teste Ægid. Scudo, inter Ulmam 12. mill. & Constantiam 6. ab Augusta Vindelicorum 14. in occ.

Suani, pop. Asiæ adeo olim auro abundantes, ut regnum ipsum velleribus aureis, trabibus, & columnis scateret, teste Plin. lib. 33. c. 3.

Tac. Suardones, pop. Germ. quorum urbs *Swerin* episc. sub archiep. Bremens. in ducatu Megalopolitano, inter Wismariam ad Arctos, & Domitium in Austrum 4. leuc. quot à Gustrovia in occ. à Lubeco 7.

Plin. Suarni cum Vallis, pop. indomiti Gordiæorum montium incolæ, auri tantum metalla in iis montibus fodientes erant teste Plin. Hi nunc *Curdi* cum Gordiæis dicuntur.

Ptol. Suasa *Sasa* opp. fuit Semnonum mediterr. in Umbria transapennina, in agro Senogalliensi. *Sasa* locus ruderibus plenus nominatur, licet Ortel. Urbinum interpretetur.

Suavia, eadem Sueviæ.

Subaugusta urbs erat Latii episc. in Sabinorum conf. circa Romam, quæ & Augusta Helena: cujus episcopus Subaugustanus appellabatur. *Procop. Lib. conc.*

Subcinum sive Subsicinum, *Belforte* teste Barrio, op. Brutiorum mediterr. in Calabria ulter. apud Fanum S. Stephani cœnobium Carthusianorum ad Medamam fluv. à Soriano 10. mill. pass. Philocaso propius. Vide Subsicinum. *Anton.*

Subi, *Beles* Moral. fluv. Hispaniæ citer. in Cossetania reg. inter Barcinonem & Tarraconem fluens, mari exceptus apud Subur opp. *Plin.*

Sublantia, *Sullanzo* teste Moral. vel *Sollanzo*, urbs olim Hispan. Tarracon. à Legione (quæ illi successit) ad 2. leuc. distans, in colle, excisa. *Vet. Insc.*

Sublaqueum, Sublacum Frontino, *Sollago*, opp. Latii apud ortum Anienis fluv. ab urbe Roma supra 36. mill. pass. per Tibur, ubi nobilis & opulenta abbatia, apud Simbrivium. *Plin. Tac.*

Sublavio, Sabiona P. Diacono, (non Brixina, ut Ortelius, cum Simlero, scribit) urbs olim episc. Norici in com. Tirolensi, à Brixina 10. leuc. Vide Sabiona. Brixinæ eadem putatur, ut lib. 4. Itiner. *Anton.*

" *Brixinaque antiquum nomen (nisi nomina fallunt)*
" *Sublavionis habet: quid n. non tempora mutant?*

Sublicius pons, qui & Æmilius teste P. Victore, unus ex Romæ pontibus; cujus adhuc durant vestigia sub mont. Aventino, ubi *l' Arsenale*. *P. Vict.*

Subocrini, pop. Italiæ Alpini in Istria ad mont. Ocram, inter Tergestum & Polam. *Plin.*

Subota, & Subotæ num. plur, ins. est inter Eleam & Athum, sive inter Erythras & Chium, cujus mem. Liv. lib. 4. dec. 5. Exigua est, & obscuri nominis. *Liv.*

Subrita, Subritum lib. concilior. *Sandioia*, olim urbs episc. Cretæ mediterr. inter Gortynam & Apteriam, nunc pagus. *Ptol.*

Subsicinum *Belforte*, opp. Brutiorum inter Polisthinam & Sorianum 10. mill. pass. quot ab Hipponio, à Mileto urbe 8. in Bor. Vide Subcinum, utroque enim modo legitur. *Anton.*

Subur, *Subu* Marmolio & Castaldo, fluv. Mauritaniæ Tingitanæ in oceanum Atlanticum inter Lixum & Salam influens. Est & Subur fluv. Lusit. in regno Portugalliæ, *Sor* vulgo teste Vasconc. in Tagum apud Salvaterram opp. influens. *Plin. Ptol.*

Subur, *Siges* (& *Ciges*) teste Villanov. opp. Hisp. citer. in ora Catalauniæ, inter Barcinonem 5. & Tarraconem 6. leuc. Pop. Suburitani in vet. inscriptione. *Plin. Mel. Ptol.*

Subura seu Suburra, vicus, & via Romæ in 2. reg. quæ Cæliomontana vocatur, & vulgo *la Regione de Monti*, ubi Sanctorum Quirici & Julittæ sacra ædes. Ibi olim meretrices habitabant. Mart. lib. 12. epigram. 21. *Festo P. Vict.*

" *Nulla nec in media certabit nata Suburra.*

Hinc Suburrana reg. extra 14. regiones: de quibus P. Vict. & Sex. Rufus.

Suburgia, *Burghi* hodie ut in tab. recent. opp. Maurit. Cæsariens. mediterr. apud Tœmphœbium fluv. & Auximim opp. *Ptol.*

Succi, *Turckzuest* teste Laz. opp. olim inter Thraciam & Daciam in Mysia superior. ubi Succorum angustiæ. *Amm.*

Succosa, *la Puebla de la Sutoa* ut habent tab. recent. opp. Hisp. citer. in finibus Ilergetum. *Ptol.*

Succubar, & Succabar in vet. inscript. Zuchabari Ptol. colonia & urbs Maurit. Cæsariens. mediterr. Colonia Augusta Succubar Plin. Sugabarritanum municipium Amm. Distabat à Julia Cæsarea 41. mill. pass. in meridiem. *Plin.*

Suc-

Plin. Succubo, Succubitanum municipium Julio Capitol. *Sierra de Ronda* teste Morale, opp. Hisp. Bæt. patria proavi Antonini cognomento philosophi: locus apud Arundam urbem.

Tarr. Succusanus pag. qui & Suburra, vicus in 2. regione
Festo. urbis Romæ. Vide Subura.

Anton. Sucidava oppid. fuit Mysiæ infer. apud Danubium,
Ptol. inter Durostorum ad merid. 18. & Axiopolim in Cæc.
Lib. Not. 12. mill. pass. ex Anton. Itinerario.

Strab. Sucro, fluv. & opp. Hisp. Tarracon. in regno Va-
Plin. lentiæ & finibus Contestanorum. Fluv. *Xucar* appel-
Mel. latur Beuthero, Clus. & al. inter Dianium & Setabim
Ptol. in mare Ibericum fluens: opp. *Cullera*, in ora ad ostia fluv. prædicti, inter Valentiam ad Bor. 6. & Dianium ad Austrum 7. leuc. olim urbs episc. sub arch. Toletano.

Mel. Sucronensis sinus *Golfo di Albufera*, sinus Hisp. Tarracon. in quem Sucro fluv. influit.

Ptol. Sudeni, pop. Sarmatiæ Europææ ad oram sinus Venedici incolentes: quorum reg. *Sudaw* in Prussia ducali, in penins. apud Regium montem.

Ptol. Sudernum, Tudernum Ant. *Muderno* teste Leandro, opp. Thusciæ mediterr. in agro Viterbiensium. Pop. Sudertani dici à nonnullis putantur.

Plin. Sudertani, pop. Hetruriæ, quorum opp. *Souretto* teste
Liv. Volaterr. inter Populonium ad occid. 8. & Massam ad ort. 12. mill. pass. à Volaterris 20. in merid. & Eurum, quasi Sudertum.

Ptol. Suditi, Sudeti in Lat. cod. Vandalici montes Dioni, *Wendenberg* & *Fiechtelberg*, montes German. inter Franconiam ad occ. & Voitlandiam ad ort. ex quibus 4. flumina profluunt, Mœnus in occ. per Franconiam, Egra in ort. per Bohemiam, Sala in Bor. inter Thuringiam & Misniam, Nabus in merid. per Nortgoiam seu Bavariam Transdanubianam; qui *Risenberg* qua Bohemiam attingunt, dicuntur.

Sax. Gra. Suedia, quæ & Suecia reg. Septentrionalis, Scandinaviæ pars, cui Norvegia ad occ. Gothia ad meridiem hæret; regnum amplum, plures complectens ad Bor. & ort. regiones. Regia Holmia, metropolis Upsala; sub qua Scara, Lincopa, Stragena, Arosia, Aboa, & Vellimona episc. Pop. Suedi & Sueci, Suiones veteribus dicti apud Tac. Est & Suedia seu Suetia urbs Helvetiæ libera, & conventus jurid. *Sweitz*, apud lacum Lucerinum.

Plin. Suel, Sivel Anton. *Molena* teste Gerundensi, opp.
Ptol. Hisp. Bæt. à Malaca 21. mill. pass. in occid. Gades versus. Sed Mela (cui magis fidendum) illud inter Abdaram & Hexi locat: Plin. inter Malacam & Saldubam, Barbesulam & Calpen versus. In Thes. ling. Lat. *Chipiona* indigitatur; sed hoc opp. Turris Cæpionis est veteribus.

Provi. Suellis *Suelli*, urbs Sardiniæ episc. sub archiep. Ca-
Itin. laritano, cui hodie sedes Suellensis juncta est, inter Calarim 30. & Arboream 40. mill. pass.

Plin. Suelteri, pop. Gall. Narbonens. Alpini in Pedemontanæ reg. conf. quorum opp. *Guillestre* nonnullis esse videtur, ab Ebroduno 4. leuc. in ortum: quod potius Gallicæ esse videtur. Vide ibi.

Prov. Suerinum *Schwerin*, & *Swerin*, urbs Germ. episc.
Itin. sub archiep. Bremensi, in Saxonia, & ducatu Meckelburgensi, quæ Megalopoli urbi excisæ (à qua nomen est ducatui) successit. Vide Suardones.

Ortel. Suesia, Mesia, & Melsiagum, paludes ingentes Germ. quas Ortel. Ascaniam, Dulcem, & Salsam Lat. rec. dici putat, in comit. Mansfeldens. in Saxonia. Mansfeldia vero urbs inter Erphordiam ad merid. 9. & Halberstatum ad Arctos 7. leuc. occurrit.

Plin. Suessa *Sessa*, colonia, & urbs Campaniæ in colle e-
Liv. pisc. sub archiep. Capuano, & ducatus titulo insignis,
Tac. olim Aurunca, inter Cajetam 20. & Capuam 16. mill. pass. à Neapoli 32. Hic certant Ceres & Liber, agrum enim mire fertilem habet. Sil. lib. 8.

" ———— *detritaque bellis*
" *Suessa, atq; à duro Frusino haud imbellis aratro.*

Suessa, Sutrium, Sora, Setia, Alba, Ardea, Cales, Circæi, Carseoli, Interamna, Nepet, & Narnia, 12. coloniæ, Romanis milites & pecunias negarunt, unde ab illis punitæ sunt teste Liv. l. 27.

Suessanæ aquæ *Torre di Bagni*. Vide Sinuessanæ, Tac. sic enim legendum est, uti apud Livium.

Suessiones, & Suessones Cæsari alicubi, Suesiones Cæs. Strab. Vessones Ptol. (cui Augusta Vessonum, pro Sues- Plin. sonum) pop. & urbs Gall. Belg. episc. sub archiepisc. Rhemensi, in Campaniæ & Picardiæ conf. ad Axonam fluv. à Rhemis 10. leuc. quot à Noviomo, Lutetiam versus 22. A Brenno Senonum duce constructa traditur, anno urbis conditæ 315. *Soissons* vulgo hodie.

Suessitani, pop. Hisp. Tarracon. in Vasconibus; Liv. quorum opp. Suestasium Ptol. *Sanguesa* teste Flor. & Jo. Mariana, in regno Navarræ, à Pompelone 6. leuc. in ort. Iaccam versus, ad Aragonem fluv. Legitur & Suessetani, & opp. Suessa, in antiquo regio diplomate, teste Mariana.

Suessula, Suesula Strab. *Sessula*, colonia, & oppid. Liv. Campaniæ inter Acerras & Aversam, ab Acerris 4. Front. mill. pass. apud Clanium fluv. ægre habitatum, à Neapoli 8. mill. distans. Pop. Suessulani Plinio.

Suestasium. Vide Suessitani. Ptol.

Suevi, pop. Germaniæ qui magnam illius partem te- Cæs. nuere, Mechelburgiam, Pomeraniam, & Marchiam Strab. (per quam Suevus fluv. labitur) incolentes, sic à Sue- Tac. vone monte (Germaniam à Sarmatia separante teste Plin. Sol.) dicti; qui inde profecti, circa Danubium conse- & al. dere; ab iisque reg. cis Danubium ubi Rhætia, & trans Danubium, Suevia apud Tac. & Eutrop. nominatur, vulgo *Schwaben*, multis & claris constans urbibus, (quarum magna pars sunt liberæ) olim ducatus amplissimus. In hac Danubius oritur. Ab his nomen habet Swinphordia, *Schwinford* vel *Schwinfurt* quasi Suevorum trajectus dicta. Claud. de laud. Stil. lib. 1.

" *Ut Suevus jam rura colat, flexosq; Sicambri*
" *In falcem curvent gladios*————

Suevicum mare, idem quod Balticum. Tac.

Suevo, mons Germaniæ, Carpatis pars occidua, inter Moraviam & Hungariam Transdanubianam ad Danubium usque extensus. Vide Sevo, apud Sol. videtur enim idem.

Suevus, *Spree* teste Althamero, cum Willichio & Ptol. aliis, fluv. Germ. ex montibus Bohemiæ oriens, perque Lusatiam & Marchiam fluens, mixtusque Havellæ in Albim influens. Becano & aliis est *Oder*, qui in Moravia ortum habet, ac per Slesiam Marchiamque & Pomeraniam decurrens, mari Baltico excipitur; de quo vide in Guttalus. Peucero est *Swine*: sed hoc non fluv. at stagnum potius est, & fretum. Ortel. *Pene* videtur, medius inter Oderam ad ortum & Havellam ad occ. fluens, mareque per Anclamium urbem contra Usedomiam insf. subiens. Prior interpretatio magis probatur.

Suffetula, urbs Africæ mediterr. olim episc. sub ar- Anton. chiep. Carthaginensi, inde 172. mill. pass. distans in D. Aug. Euronotum, ab Hadrumeto 100. à Teveste 70. An exstet modo, incertum. Erat & Sufetensis urbs episc.

Sugdæa, urbs Mysiæ infer. in Bulgaria, olim episc. Lib. conc. postea metrop. effecta sub patr. Constantinopolitano, cui & Bulla seu Phulla juncta est. De ea vide Curopalatem.

Sugdii, montes Asiæ in Sogdiana regione ab illis de- Ptol. nominata, quæ & Sugdias apud Dionys. Afrum.

" *Sugdias hanc sequitur, rapidus quam dividit Oxus.*

Suhit, urbs Arabiæ in Cœlesyriæ conf. media inter Lib. Iob.

Hierosolyma & Damascum ad 100. mill. pass. in terra Hus, ubi adhuc sepulchrum Job monstratur, *Suetha*.

Plin. Suinum, *Sino* ex tab. recent. fluv. Piceni ultra Truentum in Aprutio, Angolum urbem alluens, ac inter Vomanum ad occ. & Aternum in ort. in mare decurrens. Aliis est *Salino* vel *Salinello* non longe fluens per Pinnensem urbem, quasi medius inter Aternum & Vomanum.

Tac. Suiones, pop. Germ. in ora maris Baltici, in Pomerania, inter Lemovios & Rugios: à quibus *Swine* fretum inter Usedomiam & Julinam insulas videtur nominari. Willichius Swedos interpretatur.

Anton. Suissatium, opp. Hispan. Tarracon. inter Virovescam ad occident. & Pompelonem ad ort. ab ea 64. mill. pass. Videtur Suestasium Ptol. dici. Sed hoc à Pompelone in ortum recedit, Suissatium vero in occid. Vide ibi.

Bibl. Suitha, opp. Palæstinæ in Decapoli reg. à Capharnao & Corozain 12. mill. pass. in via quæ Damascum ducit, inde 100. mill. pass. ubi S. Job sepulchrum. Vide Capitolias. Ibi reg. Trachonitis incipit. Hermon mont. & regnum Basan versus.

Mel. Sulchi. Vide Solci.

Sulcitana ins. *Isola di S. Antiocho*, apud Sulci urb. olim episc. extinctam, cui Villa ecclesiæ sub archiep. Calaritano successit; ad quam siccis plantis aliquando transitur. Insulæ Sardiniæ adjacentes omnes 44. numero sunt: quarum 36. remotiores desertæ & inhabitatæ; octo vero, uti propiores, turribus præsidioque adversus piratas munitæ conspiciuntur. Harum majores sunt Asinaria, vulgo *del Falcon*, ante Gorditanum promont. in ora occidua, circuitu 30. mill. pass. Hermæa, quæ & Bucina, seu Bucinaria, vulgo *Tolara*, 12. mill. pass. ambitu prædita, adeo celsa, ut ex Italia adnavigantibus primo cernatur, S. Pontiani Papæ exilio clara; Sulcitana, quæ & Plumbea, seu Molybodes Græcis, ob plumbi copiam, nominatur, circuitu 30. mill. pass. ubi equi sylvestres gignuntur, S. Antiochi (à quo nomen habet) martyrio & sacra æde celebris; insula Hieracum, vulgo *di S. Pietro*, 25. mill. pass. patens, optime munita, nomen apud vet. à copia accipitrum habens. Nec mirum videri debet Sardiniam tot insulis ambiri; cum ea post Siciliam omnium insul. maris mediterr. sit maxima, 650. mill. pass. ambitu continens, scil. à Turribus Algarium 60. Bosam 30. Aurištagnum 60. Calarim 170. (Villa ecclesiæ intercedente) Tortulas 110. Oroseum 50. Mansionem seu Posadam 40. Terram novam olim Phausaniam 50. Lungonem 30. Castrum Aragonense seu Ampurias 20. inde Turres 30. Sulcitana porro omnium ad oram maxime accedit, cum à littore ad eam frequenter pedibus transvadari contingat.

Plin. Sulcitani. Vide Solci.

Strab. Sulgas, Sorge Plin. (apud quem tamen Orge legitur) *la Sorgue*, fons & fluviolus Gall. Narbonens. Vindelicus Oros. à Vindelo oppid. quod alluit. Vide Orge.

Anton. Sulloniacæ, vel Sullomacæ ut alibi legitur, * *Eleshe* Camd. olim opp. nunc pag. Albionis in Anglia, inter Londinium 12. & Verolamium 9. mill. apud Edgewortham: sed Talboto est ipsum *Edgeworth*: al. *Brochlehill* pag. finitimus. [*Camdeno videtur esse locus in agro Hertfordiensi, juxta *Ellestre* pagum & *Brockley-hill* collem, non multum *Edgeworth* distante in Middlesexia.]

Cæs. Cic. Plin. & al. Sulmo *Sulmona*, & *Solmona*, urbs Pelignorum in Aprutio episc. apud Sarum fluv. inter Aquilam 26. & Venafrum 45. mill. pass. Neapolim versus, à Corfinio 7. principatus titulo gaudens. De qua Ovid. (cujus est patria) lib. 2. amorum, eleg. 16.

" *Me pars Sulmo tenet Peligni tertia ruris;*
" *Parva, sed irriguis ora salubris aquis.*

Sil. lib. 8.

" *Pelignus, gelidoque rapit Sulmone cohortes.*

Eandem Ovid. lib. 4. trist. eleg. 10. describit.

" *Sulmo mihi patria est gelidis uberrimus undis,*
' *Millia qui novies distat ab urbe decem.*

Sulmo alter, *Sermoneta* teste Pyrrho Ligorio, opp. Latii inter Velitras & Privernum fere 13. mill. pass. Sed hunc Sulmonem Plin. interiisse scribit. Ducatus honore insignitum est. *Plin. Flor.*

Summæ Alpes, quæ & Pœninæ Strab. & Plin. dicuntur teste B. Rhenano, *Gothardsberg* Germ. *M. di S. Gothardo* Italis, montes summi inter Insubres & Helvetios, Adula Ptol. inter Belitionem oppid. Insubriæ 45. & Uriam primum Helvetiorum conventum qui occurrit 20. mill. pass. Ex quo monte 4. flumina effluunt, Rhodanus in occ. Rhenus in ort. Ticinus in merid. Ursa in Boream. *Cæs.*

Summum lacus, & Summus lacus, ac Summolacus, (varie enim legitur) *Codi lago*, locus in extremo lacus Larii, inter Comum 50. & Clavennam opp. Rhætorum 16. mill. pass. *Anton.*

Summum Pyrenæi, seu Summus Pyrenæus Anton. *S. Christina* teste Zurita, opp. Hisp. Tarracon. in finibus Vasconum, & Aquit. confinio, qua Pyrenæus mons inter Hispaniam & Aquitaniam transitur, à Pompelone 14. leuc. *Lib. Conc.*

Summuntorium, Ripa prima lib. Not. *Hohenwart* teste Laz. opp. Vindeliciæ in Bavaria, inter Augustam 8. & Ratisponam 9. leuc. ab Ingolstadio 2. in Austrum. Sunt qui Submuntorium legant. Sed M. Velserus primo modo legit, cui magis fidimus. Nunc pag. est cum cœnobio. *Anton.*

Summuranum *Murano*, opp. Lucaniæ mediterr. in conf. Brutiorum teste Celso Cittad. à Castrovillario 4. mill. pass. à Cosano 10. Sed Scipio Mazz. Summuranum à Murano diversum facit, putatque illud esse ipsum Castrovillarium. *Anton.*

Sunam, Sonna Josepho, *Torondolos Gabraleris* hodie teste Benjamin Tudelens. opp. olim Palæstinæ in tribu Issachar, nunc pagus. *Bibl.*

Sundis *Straelsundt*, urbs Pomeraniæ littoralis præclara, & empor. apud Rugiam ins. ex Arconæ & Carenti urbium ejus ins. propinquarum ruinis aucta, à Bardo urbe 4. in ort. Gripswaldum versus ad 5. leuc. recedens. *Scrip. Germ.*

Sunici, pop. Germ. infer. ad Rhenum, quorum opp. *Zuns* seu *Zons*, & *Sunss* teste Divæo, inter Coloniam Agripp. 3. & Novesium 2. leuc. apud Durnomagum. *Tac.*

Sunium prom. *Capo delle Colonne* teste Soph. sic ob multas columnas marmoreas ibi exsistentes, promont. Atticæ inter Piræum portum Athenarum ad occ. 43. & promont. Leonum Eubœæ in ort. 37. mill. pass. cum oppid. cognomine teste Cicer. De eo Stat. lib. 12. Theb. *Cic. Strab. Plin. & al.*

" *Linquitur Eois longe speculabile proris*
' *Sunion*---------

Sunonensis lacus *Lago di Comidia*, lacus Bithyniæ apud Nicomediam urb. qui Plin. Nicomediensis lacus dicitur. *Amm.*

Superæquum opp. erat Latii in Pelignorum confinio, cujus pop. Superæquani, & apud Plin. Superequani. *Lib. limit.*

Superum mare, idem quod Hadriaticum: sicuti Inferum idem Tyrrheno est. *Cic. Plin.*

Suphtha, *Gestie* teste Theveto, urbs Parthiæ. *Ptol.*

Suppentonia, *Castel di S. Helia* teste Baronio, castrum Hetruriæ, cum cœnobio, in finibus Faliscorum, inter Nepitam & Soracten mont. à Nepita vix 3. mill. pass. distans in ortum. *Martyrol.*

Sur, *el Tor* teste Goropio, locus Arabiæ petrææ apud sin. Arabicum, ubi Sur desertum, Elana Ptol. apud mont. Sinay radices, ab Arsinoe 120. mill. pass. *Bibl.*

in

in ort. ab Hierosolymis supra 300. Elana item sive Sur abest à Pelusio, & Casio monte, lacuque Sirbonidis ad 125. mill. pass.

Auson. Sura *Sour* vel *Saur*, fluv. Belgii ex medio ducatus Lucemburgens. apud Bastoniam oriens, perque Dietricum & Ecternacum opp. in Mosellam supra Treviros 2. mill. Belg. influens. De quo Ven. Fort. lib. 7.

“ *Isara, Sara, Charus, Scaldis, Saba, Somona, Sura.*

Ptol. Lib. Not. Sura, quæ & Flavia Firma Sura in lib. Not. urbs Syriæ Euphratesiæ episc. sub archiep. Hieropolitano, Rhesaphis & Sergiopoli finitima. Est & pagus Lyciæ Plut. inter Myram & Phellum; ubi piscibus insidentes auguria exercebant, & responsa dabant, teste Plut. oraculum Lyciæ ut scribit Steph. Fuit & opp. Phœniciæ teste Steph.

Plin. Surdaones, pop. Hisp. citer. in Catalaunia: quorum tractus *Campos de Cerdaña* à Varrerio indigitatur, in Cerretanorum finibus.

Suria pro Syria apud vet. uti in antiq. inscript. nam olim pro *y*, *u* littera utebantur: sic Sulla pro Sylla.

Ptol. Suriga, *Gozporto* teste Aug. Curione, vel *Abet* Castal. & Moletio, oppid. Maurit. Tingit. in ora oceani Atlantici, inter Usadium promont. & Atlantem majorem mont.

Ptol. Surium, urbs Colchidis mediterr. inter Saracen ad oc. & Zadrim ad ort. apud Albaniæ confinia, quæ *Asso* teste Moletio dicitur.

Plin. Ptol. Surius, fluv. Colchidis in Phasidem influens, & ligna in lapides convertens, teste Plin. super quo Surium urbs, *Asso* teste Molet. à Phaside in ortum distans.

Scrip. Angl. Surra, Surria & Surreia, *Southrey* vel *Surrey*, reg. seu tractus Angliæ inter Thamesim fluv. & oram Australem, seu inter Londinum ad Thamesim, & Leuisum *Lewes* opp. in ora, in qua & Arundelum opp.

Tac. Surrentinum prom. idem Athenæo, seu promontorio Minervæ. Vide ibi.

Strab. Plin. Tac. & al. Surrentum, Surentum Ptol. *Surrento*, & *Sorrento*, seu *Sorriento*, uti Neapolitani pronunciant, urbs Picentinorum marit. & archiep. inter Neapolim 24. & prom. Minervæ in merid. 6. mill. pass. Hinc Surrentinus nom. gent. ut vina Surrentina olim in pretio habita, & Surrentini colles *Montagna di Sorrento*, quorum mem. Columella. Sil. lib. 8.

“ *Surrentum, & pauper sulci cerealis Abella.*

Ovid. lib. 15. metam.

“ *Et Surrentino generosos palmite colles.*

Herod. Strab. Plin. Susa, *Sus* in tab. recent. *Sustra* Castaldo, urbs Asiæ archiep. & Susianæ reg. caput & regia, ad Eulæum fluv. inter Seleuciam magnam ad occ. 450. & Persepolim ad ortum 272. mill. pass. ab Ecbatanis 450. in merid. à Memnone condita. De qua Luc. lib. 2.

“ *Mundus: Achæmeniis decurrant agmina Susis.*

Prop. lib. 2. eleg. 10.

“ *Non tot Achæmeniis armantur Susa sagittis.*

Ptol. Susalei villa, opp. Sardiniæ in ora orientali; nunc pag. *Villapozzi* dictus, ut aliquibus videtur, inter Caralim & Feroniam.

Sil. Susana, *Campanillo* teste Hieron. Surita, opp. Hisp. Tarracon. apud Turiasonem & Agredam in regni Arragonii & Castellæ vet. conf. quod & Susanum. Sil. lib. 3.

“ *At non Sarmaticos attollens Susana muros.*

Scrip. Germ. Susatum *Zoest*, urbs Germ. in Westphalia non obscura, inter Monasterium & Martisburgum, inde 6. hinc 12. leuc. Hammo urbi proxima ad 2. leuc. à Colonia 15.

Prov. Rom. Susdala, urbs Sarmatiæ in finibus Moschorum episc. sub archiepisc. Rostoviensi, à Moscha 44. mill. Germanicis.

Ptol. Susiana, Susis Strab. reg. Asiæ inter Assyriam ad occid. & Persidem ad ortum, cui Media ad Arctos incumbit, sinu Persico ad Austrum definita, *Susistan* vulgo & *Cusistan*. Cujus regia Susa nomen ei tribuentia.

Q. Curt. Susidæ pylæ, angustiæ montium per quas ex Susiana in Persidem transitus est.

Ptol. Susudata, *Wilsnach* teste P. App. urbs Germaniæ in marchia Brandeburgensi apud Albim fluv. inter Havelburgum, & Perlebergam ad Bor. 3. leuc. à Verbo 2. in Bor. quot à Senohusio.

Strab. Liv. Plut. & al. Sutrium *Sutri*, col. Hetruriæ, & urbs episc. quæ Colonia Julia Sutrina in vet. inscript. legitur, proxima Nepitæ ad 4. mill. pass. ab urbe Roma 25. rupibus undique cincta. Hic Hetrusci & Umbri à Romanis cæsi, Camillo duce, & urbs diu obsessa liberata, teste Liv. Hinc Sutrinus nom. gent. & Sutrius. Sil. lib. 8.

“ *Stagna tenent, Ciminiq; lacum; qui Sutria tecta.*

Ejus hodie episcopatus Nepesino proximo junctus est. Sutrini à Rom. defecerant: ad quos cogendos redire ad fidem Camillus missus, ut celeritate eos opprimeret, jussit milites trium dierum commeatum secum ferre, ut Liv. lib. 6. autor est. Hinc natum proverbium, *Quasi Sutrium eant*, ut apud Plaut. in Cassina, & apud Festum, cum quid celeriter fit & instructe. Sutrinis jus oppidi, quo privati fuerant, à Rom. redditum scribit Liv. dec. 1.

Ptol. Syagros prom. *Capo Sachalat* Rhamusio & Moletio, *Capo Risalgate* Jo. Barrio, prom. Arab. fel. in ora maris Rubri ad ort. inter fauces sin. Arabici ad Austrum 250. & fauces sin. Persici ad Bor. 157. leuc. Hisp. Est & urbs quæ *Fertach* vel *Fartach* nunc dici putatur, regni Fertacens. caput; nisi *Fertach* sit Sapphar eidem Ptol. apud Syagrum. Quod regnum Sachalitarum est.

Strab. Plin. Liv. & al. Sybaris, *Cochile* teste Barrio, & *Sabaro* teste Mazzella, fluv. Magnæ Græciæ (cum urbe cognomine ad ostia excisa, quondam clara, à Trœzeniis condita teste Sol. à Crotoniatis deleta, juxta Thurium post illius excidium exædificatum apud ostia Crathis fluv. propinqui; cujus pop. Sybaritæ deliciosissimi fuere) ex finibus Brutiorum apud Muranum oriens, ac in sin. Tarentinum non longe à Crathi sese exonerans. Ejus aqua oves & boves nigros facit, (&, ut alii, homines bibentes stertere) sicuti contra Crathis albos, teste Plin. l. 31. c. 2. Aberat Sybaris à Crotone 200. stad. teste Strab. cum plus duplo distare deprehendatur. De ea Ovid. lib. 15. metam.

“ *Præterit & Sybarim, Salentinumq; Neæthum.*

Sybaritæ adeo voluptatibus vitæ hujus dediti fuere, ut in adagio *Mensa Sybaritica*, sicuti & *Syracusana*, fuerit apud omnes, ut Suid. autor est. Postea vero adeo calamitatibus oppressi, ut prorsus extincti irruentibus in eos Crotoniatis fuerint; orto proverbio *Sybaritica calamitas*, ut Steph. scribit: de qua re & Athen. lib. 12. verba facit. Sybaritæ sic ocio & deliciis operam dabant, ut nullas artes quæ sonum ederent, nullosque gallos in urbe esse velint. Ita & fastuosi, ut processerit adagium *Sybarita per plateas*. Apud Sybarim Cræthis pastor cum capellam formosam deperiret, eaq; abuteretur, ab hirco interfectus est: Cœl. Rhodig. Thes. ling. Lat. urbem hanc Crotoni proximam facit; cum teste Strab. 200. stad. immo multo pluribus distet. Eam quoq; postea Thurium ait appellatam; cum Thurium post excidium Sybaris ædificatum fuerit.

Cic. Strab. Thucyd. Sybota num. plur. *Sivita* teste Soph. portus & opp. Epiri, & ins. apud Leucimnam prom. Corcyræ ins. in ora orientali. Aliam ins. hujus nominis Plin. ante Leucadiam locat. Apud illam ingens pugna navalis inter Corinthios olim & Corcyræos fuit teste Xenoph. De ea lib. 2. Itiner.

“ *Post medio occurrit fluctu pulsata procellis*

‘ *Sybota continuis*------

Sycæ, urbs apud novam Romam, Stephano.

Pli. Ant. Ptol. Sycaminus, * Sycaminon Ptol. urbs fuit Phœnicis in

in Palæstinæ confinio, inter Ptolemaidem ad Bor. & Cæsaream ad Austrum, utrinque ad 20. mill. pass. Locus nunc *Capo Carmelo* teste Nig. dicitur. Sycamini solebant malas cerussa & aliis unguentis fucare. Unde figura adagii apud Aristot. legitur *Calathum Sycaminorum in mala habes*, in eos qui sibi malas fucant. [* Ita in Seld. man. in al. Sycaminos.]

Syce, teste Plin. ins. parva est Ioniæ ante Ephesum: de qua is lib. 5. c. 31.

Sycoris, fluv. Hisp. citerioris. Vide Sicoris. Lucan. lib. 4.

" *Hesperios inter Sycoris non ultimus amnes.*

Liv. Sycurium, Sycorium Polyb. opp. fuit Thessaliæ ad Ossæ montis radices.

Sycussa, ins. parva ante Ephesum urbem teste Plin.

Plin. Syderis fluv. est Parthiæ seu Mediæ, in Caspium mare influens, quod inde Hyrcanum incipit appellari, teste Plin. lib. 6. c. 16.

Tibull. Sydon. Vide Sidon. Hinc Sydonius nom. gent. Tibull. lib. 3. el. 3.

" *Tinctaque Sydonio murice lana juvat.*

Plin. Ptol. Diod. Syene, *Asna* teste Jo. Leone, urbs Ægypti olim archiep. extrema, in Æthiopiæ confinio, ad Nilum, olim Rom. imperii, sicuti & nunc Turcici, terminus, inter Alexandriam Ægypti ad Arctos 570. & Meroen ad Austrum 962. mill. pass. teste Plin. Sed apud Strab. abest à Meroe 3000. stad. & apud Anton. ab Alexandria 600. mill. pass. à Memphi 160. schœnis, à Thebis 60. De ea Ovid. lib. 1. de Ponto, el. 6.

" *Quid tibi si calida prosit laudare Syene?*

Sub tropico Cancri jacet, ubi nulla umbra in meridie, sole in eo existente. Luc. lib. 2.

' *-----umbras nusquam flectente Syene.*

Plin. Sygaros, ins. sin. Arabici, in qua nulli sunt canes, illatique moriuntur, teste Plin.

Vet. Tra. Syllanum *Sillano*, castrum (sive arx) Hetruriæ in agro Volaterrano, à Sylla dictatore teste Raph. Volaterr. conditum, apud Cecinam fluv. inter Volaterras & Massam 10. mill. pass.

Sulp. Sev. Syllina seu Sylina, *Silly* teste Camd. ins. Gall. Celt. oræ Britannicæ adjacens.

Sylvæ *à veteribus memoratæ.*

Agnitia *Selva d' Albi*, apud Fucinum lacum
Algidum *Selva dell' Aglio*, Latii
Angitia, eadem Agnitiæ
Arduenna *Selva d' Ardenne*, Gall. Belgicæ
Bacenis, pars Hercyniæ, *Schwartzwaldt*, Germaniæ
Bohemica *Bohemischwaldt*, pars Hercyniæ
Dodone, in Epiro
Gabreta *Friestenwaldt* vel *Friestetterwaldt*, Bohemiæ
Herculis *Hardtzwaldt*, Germ. pars Hercyniæ
Hercynia, maxima German. in plures divisa, & ipsa *Hardtzwaldt*
Litana *Selva di Lugo*, in Æmilia
Mæsia *Bosco di Baccano*, Hetruriæ
Marica, Campaniæ apud Lirim fluv.
Martiana, Germ. pars Hercyniæ, *Schwartz waldt*, inter Nicrum & Rhenum
Molorchos, Peloponnesi apud Nemeam
Nemæa *Selva di Tristena*, Argiæ
Nigra *Schwartzwaldt*, Brisgoiæ
Othonia *Ottenwaldt*, Germ. pars Hercyniæ
Sacer lucus *Selva d' Hami*, Latii
Semana, pars Hercyniæ, *Thuringerwaldt*
Syla *Sila*, Brutiorum, quæ & Sila, ubi pix laudatissima
Tempe, Thessaliæ
Thymbra, Phrygiæ
Vetulonia *Selva Vetletta*, Hetruriæ
Volsiniensis *Bosco di M. Fiascone*, in Hetruria

Sylvanectum, (Vide Silvanectum) urbs Gall. Belg. *Senlis*, sic à copia sylvarum dicta. Lib. Not.

Sylvania *Underwaldt*, urbs & conventus Helvetiorum inter Uriam & Suetiam.

Symæthus, fluv. Siciliæ. Vide Simæthus. Strab.

Symbolon, & Symbolorum portus, qui & Pactorum portus Strab. *Sibula* Merc. & al. portus Tauricæ, inter Eupatoriam ad isthmum, & Chersonesum urb. ad sin. Carcinitem. Strab. Plin. Ptol. & al.

Symbolum, locus Maced. in Thraciæ conf. in faucibus montium, inter Philippos & Neapolim. Plut.

Symbrivium. Vide Simbrivium. Sil. lib. 8. Sil.

" *Symbrivio, rastrisque domant Æquicula rura.*

Syme, *Simie* Soph. & al. ins. maris Carpathii, inter Rhodum, & Gnidum urb. Cariæ, à Rhodo 20. mill. pass. Gnido propior. Licet Bordon. Eleusam, à Rhodo 30. mill. pass. distantem apud Strab. in ort. versus Lyciam, *Simie* indigitet, non sine manifesto errore; cum Syme Lorymæ Gnidoque proxima sit, Eleusa vero in ortum distans à Syme diversa sit, teste Strab. Strab. Æliano

Symplegades *le Pavonare*, ins. maris Euxini apud os Bospori, inde 13. mill. pass. insulæ errantes, quæ ideo Planetæ Græcis dicuntur. Vide Cyaneæ. Ovid. lib. 1. trist. eleg. 9. Strab. Plin.

"*Altera namque parat Symplegadas ire per altas,*
'*Scindere Bistonias altera puppis aquas.*

Symplegas num. sing. apud Luc. lib. 2. & Claud. in Eutrop. lib. 2.

" *Vitant instabilem rursus Symplegada nautæ.*

Symus, mons Armeniæ majoris, ex quo fluv. Araxes manat. Cujus mem. Orph. in Argon. Orph.

" *Mons Symus est urbi, viridanti gramine pratum.*

Synaus, *Siman* teste Leuncl. vel *Sinau*, urbs Phrygiæ magnæ episc. sub archiep. Hierapolitano, Dorylaio proxima, Ancyræ, & Midaio. Ptol.

Syndromades, ins. Vide Cyaneæ, & Symplegades. Theocr.

Synicense castrum, urbs Africæ olim episc. Hipponi Regio finitima: cujus mem. D. August. D. Aug.

Synnada, Synada Ptol. num. sing. & plur. lib. concilior. *Sinada*, urbs Phrygiæ magnæ archiep. & metrop. ingens, sub qua 20. urbes episc. erant (in quibus Dorylaium, Midaium, Eucarpia, Hierapolis, Lysias, Stectorium) hodie pene jacens, apud Juliopolim & Eumeniam urbes circumstantes, marmore clara, quod Synnadicum appellatur teste Strab. lib. 12. Mem. Synnadæ Claudian. in Eutrop. lib. 2. Cic. Strab. Plin. & al.

" *Marmore, purpureis cædit cui Synnada venis.*

Sypheum, *Castrovillari* teste Barr. opp. Brutiorum excisum, ex cujus ruinis Castrovillarium ædificatum traditur. Siphea etiam legitur. Abest à Consentia ad 39. mill. pass. in occ. à Cosano 6. in merid. Liv.

Sypontum. Vide Sipontum.

Syra, ins. maris Ægæi proxima Delo, patria Pherecydis. Vide Syros, nam videtur eadem. Suid.

Syracusæ, Syracossæ Theocr. prius Ortygia, *Siragusa*, *Siragosa*, & *Siracosa*, urbs Siciliæ olim archiep. & amplissima, in ora ad ortum, inter Catinam 48. & Pachynum prom. in Austrum 40. mill. pass. 4. urbibus constans, Neapoli, Achradina, Tyche, & Insula, teste Cic. Diod. & Liv. ambitu supra 22. mill. pass. nunc episc. sub archiep. Montis Regalis, longe minor & vilior effecta, ab Enna Siciliæ umbilico 60. mill. pass. olim inter claras Italiæ urbes teste Auson. ab Archia Corinthio condita teste Steph. Pop. Syracusani Polyb. & al. Hinc Syracusius, & Syracosius Virg. eclog. 6. De ea Sil. lib. 14. Cic. Strab. Plin. & al.

" *Ipsa Syracusa patulos urbs inclyta muros*
" *Milite collecto, variisque impleverat armis.*

Claud. in sphæram Archimedis.

" *Ecce Syracusius transtulit arte senex.*

In Thes. ling. Lat. Syracusæ sub Pachyno prom. locantur; cum tamen ab eo 40. mill. pass. absint. Syracusa-

cusani ut olim erant opibus florentissimi, sic fuere & voluptatibus addictissimi, ut propterea *mensa Syracusana* proverbio satis vulgato, uti apud Aristophanem & apud Athenæum, & alios, de mensa lautissima diceretur. Eo autem divitiarum pervenere, teste Strab. lib. 6. ut cum de divite aliquo insigni, vel de ingentibus divitiis esset sermo, proverbio diceretur, *Ne decima quidem Syracusanorum pars*, in eos qui se divites ventitarent. Syracusani, qui & Syracusii, & Arethusii, pluribus poetis claruere: in iis fuere Theocritus qui bucolica scripsit, Epicharmus, & Demolchus ejus filius insignis comicus olympiade 73. Philemon quoque novæ comœdiæ scriptor sub Alex. magno, qui an. 90. nimio risu obiit. Photinus item comicus sub Gelone tyranno floruit.

Ptol. Syracusanus portus *S. Bonifacio*, oppid. cum arce Corsicæ inf. in ora Australi, contra Sardiniam, inter Aleriam 55. in Austrum, & Adiacium 60. mill. pass.

Ptol. Syrastene, *Cambaia* teste Stuchio, reg. Indiæ citer. apud ostia Indi fluv. ubi vicus *Saurac* teste Castaldo.

Steph. Syrention, & Syrcentium apud Steph. opp. fuit Hetruriæ, de quo nihil apud alios legimus. Nom. gent. Syrentius.

Herod. Syrgis, fluv. Scythiæ Europææ in Mæoticam pal. influens.

Cæs. Cic. Strab. Plin. & al. Syria, *Soria* Italis, *Suristan* Turcis, teste Postello, provincia maxima Asiæ, inter Ciliciam & mare Syrium ad occ. & Mesopotamiam ad ortum, Euphrate fluv. hanc disterminante, illam monte Amano: cui Armenia minor incumbit ad Arctos, ad merid. vero Arabia deserta, & Palæstina: (quæ apud Ptol. à Syria divisa est, sed apud alios in Syria comprehenditur, ut pars illius.) Dividitur in plures reg. Comagenen ad Septentriones, Phœniciam ad occid. Cœlesyriam ad merid. Palmyrenen ad ort. & Seleucidem circa medium. Longa inter Ciliciam & Arabiam 470. mill. pass. lata inter Seleuciam Pieriam & Zeugma 175. teste Plin. Pop. Syri: qui etiam in Cappadocia sunt teste Strab. qui & Leucosyri Plin. & Ptol. Hinc Syrus, & Syrius nomen gent. Virg. lib. 2. georg.

" *Crustumiis, Syriisq; pyris, gravibusq; volemis.*

In Thes. ling. Lat. Syria confinis Ægypto legitur: cum media intersit Palæstina. *Syri adversus Phœnices* apud Suid. proverbium est in versipelles, & fraudulentos mutuo, quales erant inter se Syri & Phœnices. Syri hortorum cultores fuisse feruntur, ut *Multa Syrorum olera* apud Plin. lib. 20. c. 5. vice proverbii habeatur in eos, qui in rebus plus voluptatis quam utilitatis afferentibus occupantur. Nisi dicamus etiam hoc proverbium in maleficos, quales Syros fuisse tradunt, proferri. Ex Syris Syrissare deducitur verbum, quod est in proverbio, *Syrus cum non sis ne Syrissa*, hoc est ne alius velis videri quam sis: Syria unguentis abundat, pardos nutrit. De unguentis Prop. lib. 2. eleg. 11.

" *Cum dabitur Syrio munere plenus onyx.*

Syri leves, & rebus novis faciles, mollitiei dediti. Unde *Syrissare* pro molliter vivere. Hæc teste Plin. leones nigros producit.

Ptol. Syriacum mare, Sidonium Eustath. Judaicum Tac. *Mare di Soria*, apud Syriam, Phœniciam Palæstinamque alluit.

Ptol. Syriæ portæ. Vide portæ Amanicæ, & Ciliciæ.

Plin. Syrium, fluv. Bithyniæ.

Plin. Syrnos, inf. maris Ægæi ab Andro 80. mill. pass. *Sirna* nunc in tab. recent.

Mel. Syrocilices, pop. Asiæ in confinio Syriæ & Ciliciæ ad Amanum mont. incolentes.

Iuven. Syrophœnix, reg. Syriæ, eadem Phœniciæ.

Strab. Plin. Apul. & al. Syros, *Siro* & hodie Soph. & al. inf. maris Ægæi, una Cycladum, Syria Hom. Delo finitima, ab ea 20. mill. pass. in Bor. distans. Ibi urbs episc. sub archiep. Atheniensi. De qua Hom.

" *Insula qua Syria Ortygia stat littore supra.*

Syros quoque Pauf. fluv. Arcadiæ in Alpheum influens. Syrus item fluv. Magnæ Græciæ in Calabria ulter. in fin. Scyllacæum per Choniam urbem influens ex Syla mont. *Nascar* teste Barrio. Vide Sinis.

Syrtes, mare vadosum & scopulosum Africæ, inter Byzacenam ad occ. & Cyrenaicam ad ort. longe lateque diffusum, vulgo *le Secche di Barbaria*, & *Baxos de Barbaria* Hispanis, mare Syrticum apud Senecam. In magnam & parvam dividitur. Magna, sinus est maris Africi, inter Leptim magnam ad occid. & Berenicen urbem Cyrenaicæ ad ort. aditu 316. mill. pass. patens, circuitu 625. teste Plin. *Golfo di Solocho*, & *Golfo di Palo* in tab. Parva, inter Taphruras ad occ. & Zetham prom. ad ort. apud Leptim magnam, quæ inter utramque intercedit, ambitu 300. mill. pass. patens, quot à Carthagine distat in ort. *Golfo di Caps* Ortel. & *Golfo di Beito* Faz. Virg. lib. 4. Æn. Strab. Plin. Ptol. & al.

" *Et Numidæ infræni cingunt, & inhospita Syrtis.*

Syrtes circa fines Africæ & Ægyptum describuntur in Thes. ling. Lat. cum longe absint ab Ægypto; sunt enim inter Africam proprie dictam, & Cyrenaicam reg.

Syscia, urbs Pannoniæ. Vide Siscia. Strab.

Sythas, fluv. Peloponnesi per Sicyoniam reg. in sinum Corinthiacum fluens. Pausf.

Syverus, fluv. Atticæ, in quo chrysoprasus lapis reperitur. Plin.

T.

Tabæ, à Tabo conditore dict. urbs Lydiæ in Pisidiæ Cariæque confinio teste Steph. Immo Pisidiæ urbs erat à Gordiuticho 3. castris distans teste Liv. 8. dec. 4. Tabæ item Steph. opp. fuit Cariæ, & alterum Syriæ in Peræa reg. Dicuntur autem Tabæ quasi petræ à petris in quibus constructæ sunt, teste eodem Steph. Steph.

Tabeæ. Vide Tavium.

Tabenna, inf. Ægypti in Thebaide intra Nilum, ubi Tabennis vic. de quo in vita S. Pachomii abbatis; & Tabennisiotæ monachi apud Syenen urb. teste Palladio. Hist. trip. part. Callist.

Taberna, quæ & Trischene, *Taverna*, urbs Magnæ Græciæ apud Silæ mont. radices in Calabria ulter. inter Besidianum 29. & Scyllacium 21. mill. pass. à Catacio urbe primaria Calabriæ hoc tempore 9. in Bor. & occ. olim episc. sub archiep. Rhegino. Vet. monum.

Taberna *Zabern*, opp. Germ. super. tergeminum: unum in Alsatia, quod Taberna Alsatica nominatur, inter Argentoratum 5. & Nancæium urbem Lotharingiæ 13. leuc. sedes episcopi Argentoratensis; alterum in eadem reg. in monte, unde Taberna montana dicitur, apud Weissenburgum urbem liberam ab Argentorato 8. leuc. in Bor. & ipsa *Zabern* dicta; tertium in Palatinatu apud Rhenum, quod Taberna Rhenana ad aliarum differentiam dicitur, *Zabern* quoque vulgo dicta, à Spira 3. leuc. Argentoratum versus 9. De hac lib. 6. Itin. Anton.

" *Alsaticas viso mox hac ex urbe Tabernas,*
' *Præsul ubi clemens aurea dona dedit.*

Tabernæ tres, urbs Latii excisa, olim episc. Vide Tres Tabernæ. Anton.

Tabernæ item opp. Maurit. Tingit. fuit, inter Lixum coloniam 16. & Ziliam urbem 14. mill. pass. Fuit & Taberna meritoria Romæ apud ædem S. Mariæ trans Tiberim, ubi milites emeriti & infirmi habitabant. Hic horti, & turris, ex qua Nero urbis incendium spectabat. Anton. Lib. Not.

Tabiæ, Tabii Steph. (male, ut videtur, pro Stabiæ) urbs Campaniæ ad sinum Neapolitanum. Galen.

Tabis, Tamos Melæ, (ubi Tabis legendum videtur) Plin.

tur) promont. Scythiæ in ora maris Eoi, *Tabin* in tab. recent.

Bibl. Tabor, mons geminus Palæstinæ; unus in tribu Zabulon, alter in tribu Nephthali. Vide Thabor.

Mel. Sil. & al. Tabraca, Tabracha Plin. Tabathra Steph. Thabraca Ptol. *Tabarca*, colonia & urbs olim episc. Africæ marit. cum insula vicina cognomine, inter Hipponem ad occ. & Uticam ad ortum quasi 100. mill. pass. à Caralitano prom. Sardiniæ 140. in Austrum, à Galata ins. 32. coralii piscatione dives. A Faz. male *Bugia* longe hinc in occ. distans indigitatur. De ea Claud. lib. 2. in Eutrop. in prologo.

" *Inclyta captivo memoratur Tabraca Mauro.*

Cedr. & al. Tabresium *Tauris*, urbs Mediæ clarissima, & regia, olim Ecbatana apud veteres, à Byzantio 1400. fere mill. pass. in ortum distans. Vide Ecbatana.

Plin. Ptol. Tabuda, fluv. Belgii, qui plerisque Scaldi idem est. Nonnullis est *Demer* fluv. Brabantiæ Ariscotum opp. alluens.

Scrip. Belg. Tabuleium, postea Theologium, sive Dologium, (varie enim legitur) *Tholey* hodie teste Wasserburgio, cœnobium in monte apud Treviros. Cujus fit mentio in vitis Sanctorum.

Virg. Taburnus, *Taburo* teste Mazzella, mons Campaniæ in Samnii conf. apud Caudium, inter Capuam & Nolam, (Gratius enim poeta illum Caudinum cognominat) à Furcis Caudinis 2. mill. pass. distans, ubi Areolum sive Oriolum *Ayrola* opp. à Capua 10. mill. recedens, Casertæ urbi finit. olivis inter alia abundans. Virg. lib. 2. georg.

Conserere, atq; olea magnum vestire Taburnum.

Plin. Vict. Uticens. Tacape, Cape Ptol. Capa Procop. Thacapæ seu Tacapæ Ant. *Capes* & *Caps* Nigro, Castaldo, & al. colon. & urbs olim episc. Africæ ad Syrtim parvam, & ostia Tritonis, inter Theænas ad occ. 84. & Zetham prom. (ubi Girba ins.) in ort. 50. mill. pass. Inde Aquæ Tacapinæ Ant. 18. mill. distant. Ager hic fertilissimus, & vites biferæ. Sunt qui Capsam urb. episc. ex lib. concilior. (ubi episcopus Capsitanus legitur) à Tacape diversam faciant, ab eaque in ort. distantem. Vide Capsa.

Plin. Tacatua, Tacatue Ptol. Tacatta Ant. *Suchaida* teste Moletio, opp. Africæ in ora littorali, inter Collopem magnum sive Cullu ad occ. 22. & Hipponem Regium ad ort. 54. mill. pass. apud Collopem parvum, ab eo parum distans in occasum.

Herod. Tachompso, Tacompson Plin. Tachempso Melæ, Metacompso Ptol. *Asuan* teste Zieglero, opp. Ægypti ad Nilum apud Syenen, contra Pselcin.

Anton. Tacina, flu. Magnæ Græciæ in fin. Scyllacæum ultra Scyllacium urb. 22. mill. pass. Cocinthum prom. versus influens. Videtur idem cum eo qui Targines Plin. dicitur.

Ptol. Tacola, *Malacca* teste Alphonso Adriano, Indiæ ulterioris urbs & emporium, ac regia Aureæ Chersonesi, à Comaria prom. Indiæ citer. 400. leuc. Hisp. in ortum mari, ab ostio Gangis 420. in Austrum, hodie Lusitanorum colonia, arce firmissima ibi exstructa, quæ à vicinis regibus defenditur, non semel ab illis invasa.

Ptol. Tacubis, Tubucci Ant. teste Simlero, *Tomar* Moletio, opp. Lusit. amplum & clarum, ubi reges Portugalliæ coronabantur, ad Nabanem fluv. à quo Nabantia Lat. nominatur, inter Scalabim 6. & Conimbricam 9. leuc. à Leiria 6. in ort. Sed situs Tubucci apud Ant. non congruit.

Plin. Tader, *Segura* Flor. & Navagerio, fluv. Hisp. Tarraconens. in mare Ibericum per Ilorci & Murciam urbes regni Murciens. ac Oriolam & Illici urbes regni Valentiæ, apud Alonas urbem influens. Hic Terebs seu Tereps dici videtur Ptol. A nonnullis Staderus, & Estaberus scribitur, cum apud Plin. Tader legatur. Sunt qui putent hunc amnem Serabim à Mela appellari; sed Serabis teste Mela in fin. Suconens. excipitur, Tader vero in Illicitanum.

Tænaria prom. *Capo Matapan* Soph. *Capo Maina* Gregoræ, prom. Peloponnesi dividens sin. Messeniacum à Laconico, à Malea prom. quo sinus Laconicus ad ort. finitur 84. mill. pass. à Creta 110. in occid. Siciliam versus 500. mill. pass. Hic specus horrendi, & hiatus profundi, ubi Cerberum inferorum canem ab Hercule occisum fabulantur. Tænarus Strab. Tenarum Plinio, Tænaros Melæ, Tænarum Sol. nomen non tam prom. quam urbis episc. sub archiep. Lacedæmoniensi, quæ Ptol. Tænarium dicitur, apud Tænariam prom. vulgo *Maina*, à Lacedæmone 45. mill. pass. in Africum. Sed Nigro *Porto delle Quaglie*, à coturnicum copia, nominatur, à Tyridibus in sin. Messenaico 130. stad. inter Maleam 670. & Pachynum promont. Siciliæ 4000. stad. distans. De ea Luc. lib. 9. Sen. Apul. Ptol.

" *Dorida tunc Malean, & apertam Tænaron umbris.*

Miror in Thes. ling. Lat. scribi Tænarum esse locum umbrosum in radice Maleæ promont. Laconiæ juxta Spartam civitatem; cum inter Tænarum & Maleam intersit sinus Laconicus, & utrumque distet à Sparta. *Pro Pytho Tænarum* adagium est, cum permutantur inæqualia, teste Eustath. *Tænarium malum* adagium est, cum crudelius in servos sævitur: nam Lacedæmonii servos, qui Tænarum confugiebant, reductos capite plectebant. Apud Tænariam prom. antrum esse per quod ad inferos descensus fit, Seneca in Hercule furente tradit.

Tænarum, *Tunza* teste Leuncl. fluv. Thraciæ apud Ænum urb. in mare Ægæum fluens. Laonic.

Tænias, pars Mareotidis paludis inter mare & fossam Canopicam. Strab. Ptol.

Tæniolonga, Tænialonga Ant. *Mesenna* teste Castal. opp. Maurit. Tingit. in ora, intra Herculis columnas, inter Acrath ad occ. & Ryssadirum ad ortum, apud Sestiariam prom. ab Abyla columna 63. mill. pass. in ortum. Ptol.

Tagæ, pop. Asiæ ad Oxum fluv. Bactrianæ incolentes: Urbs Parthiæ Polyb. Ortel. ex tab. *Turfon* interpretatur. Sol.

Tagaste, Tagastha D. Paulino, Tagastense opp. Plin. *Tagasta* etiamnum, urbs Africæ adhuc episc. inter Hipponem Regium ad Bor. & Siccam Veneriam in merid. 54. mill. pass. De qua D. Augustinus. Anton.

Tagonius, *Rio de Henares* teste Mor. fluv. Hispan. Tarrac. Complutum alluens. Al. *Taiuna*, fluv. Hisp. Tarrac. in Arragoniæ & Castellæ novæ conf. in Tagum influens. Plut.

Tagrus mons, *Monte de Sintra* Damiano à Goes, seu *Monte Iuncto* teste And. Resendio, mons Lusitaniæ apud ostia Tagi fluv. ab Ulyssippone 6. leuc. in occ. apud Cascaium opp. & Sintram, ubi equas vento concipere tradunt Varro & Colum. Forte Tagus legendum est; nam circa Tagum id accidere scribit Plin. Est autem hic mons pars Herminii, sicuti & mons Lunæ vicinus, qui *M. di Sintra* quoque nominatur. Varr. & Columel.

Tagurus, mons Sericæ, pars Tauri. Ptol.

Tagus *Taio*, fluv. Hisp. celeberrimus, & ex magnis illius, ex monte Orospeda in Celtiberis oriens gemino fonte, ac per Toletum, Liboram, Norbam Cæsaream, Scalabim, & Ulyssipponem longo decurrens tractu, & in oceanum occiduum sese (latus in ore 2. leuc.) exonerans, aurum gignens. Cujus ostia à fontibus 110. leuc. hoc est 440. mill. pass. distant. De eo inter alios Martial. lib. 10. ep. 96. Strab. Plin. Mel. & al.

" *Auriferumq; Tagum sitiam, patriumq; Salonē.*

Taizali, (Vide Texali, ut in codice Græco habet Ptol.) Northumbri teste Lhuydo, pop. Albionis in ora Angliæ orientali, & Scotiæ conf. Verniconibus Ptol.

(in

(in cod. Græc. Venicontibus) finitimi, quorum reg. Northumbria Lat. rec. *Northumberland* nominatur. Sed ex Ptol. descripti in ora Scotiæ orientali sunt, ubi Devana urbs quæ *Aberdone* hodie dici putatur, Taizalo prom. (de quo mox) Borealior. Quare hi pop. apud Taizalum prom. sunt in ea parte Scotiæ, ubi nunc *Buquhania* seu *Buchania* reg. inter Horestos & Vacomagos: in ea plures arces. Oram attingunt orientalem inter Andreapolim & Aberdoniam urbes.

Ptol. Taizalum prom. *Buquehamnesse* teste Ortel. [vel *Buquhan-nesse*] prom. Albionis in ora Scotiæ orientali, inter ostia Celnii & Divæ flum. in ortum maxime porrectum, inter opp. S. Joannis, & Aberdonam urbem Borealiorem. Aliis est *Cape Dorat*, aliis *S. Taps-head*, & aliis *Dunisbe* vel *Dunsby* Borealius versus Orcadas. Sed prior interpretatio situi apud Ptol. magis consona.

Plin. Anton. Ptol. Talabrica, & Talabriga, *Talaga* teste Jacobo Vasconc. opp. olim, nunc pagus Lusitaniæ ad Vaccam fluv. in Visensi diœcesi, à Viseo 4. leuc. inter Conimbricam ad Austrum 21. & Lancobricam ad Arctos 18. mill. pass. ab Æminio 10. ex Ant. Ex quo error insignis patet eorum, qui Talaveram urbem Castellæ novæ ad Tagum à Toleto 12. leuc. in occ. distantem indigitant.

Ptol. Talamina, *la Vega* teste Molet. opp. Hisp. Tarraconens. inter Astures & Calaicos, quod Timalinum Ant. dici videtur, à Luco Augusti urbe Gallæciæ 24. mill. pass. Asturicam versus distans.

Steph. Talaria opp. fuit Siciliæ in agro Syracusano; cujus pop. Talarienses Plin. dicuntur: sed hodie nullum exstat illius vestigium.

Strab. Talaus, *Scalea* teste Barrio, opp. & fluv. Brutiorum in Lucaniæ conf. in ora Calabriæ citer. inter Laum ad occ. & Cirillos ad ort. 10. mill. pass. Sed aliquibus idem videtur Laus apud Plin. quod Talaus apud Strab. à Velia 50. mill. pass. in ort. Locus hac tempestate vino (quod Romam advehitur, & Scalea nominatur) ac saccharo abundat.

Ptol. * Talca, Talga Melæ, Tazata Plin. ins. maris Caspii fertilissima, ex qua aliquid contingere nefas erat veteribus, quod diis sacra habebatur. Hyrcaniæ adjacet, & *Alca* dicitur. [* Τάλμα in Palat. cod. secundum man. Seld.]

Ptol. Talcinum, *Talsini* hodie territorium, oppid. olim Corsicæ mediterr. circa ortum Tuolæ fluv. inter Niolum & Curiam oppida ex majoribus, inter Bastiam & Adiacium ad 40. mill. pass. in Corsicæ umbilico.

Paus. Taletum fanum erat Soli dicatum in Taygeti mont. vertice in Laconica, & territorio Spartano.

Vet. Insc. Talliates, pop. Germ. inferioris, quorum pagus cum arce *Tallendorff* seu *Dallendorff*, vel *Dollendorff*, in regione Eyfalia, apud Bonnam urbem, vix milliario Germanico distans versus Ripisdorffum pagum.

Vet. mon. Tamaca, *Tamaga* teste Jac. Vascon. fluv. Hispan. in Portugallia, qui & Tamaga. Vide infra in Tamagani.

Vet. Insc. Tamagani seu Tamacani, (utrumque enim legitur) pop. Hisp. ad Tamacam fluv. accolentes, qui fluv. Aquiflavienses alluit, in finibus Bracarum in Durium inter Lamacum & Portum influens, ex vet. inscript. in Aquis Flaviis exstante.

Ptol. Tamare, *Tamerton* teste Camd. opp. Albionis in Damnoniis, & Cornubia reg. inter Exoniam ad ort. 30. & Bodmanum ad occ. 20. mill. Aliis *Tavestock* esse videtur opp. ejusd. reg. Sed Camdeno magis fidendum. Vide Tamarus.

Mel. Tamaris, Tamara Ptol. *Tamar* adhuc appellatus, fluv. Hisp. in Callaicis, à quo pop. Tamarici per quos fluit, mari apud Celticum prom. exceptus. Tamari fontes in Callaicis habebantur in auguriis, teste Plinio.

Avien. Dionys. Tamaritæ pop. Asiæ Hyrcanis finitimi sunt, qui Bacchum ex India victorem redeuntem summo honore excipientes, illi sacra tempore vindemiæ constituerunt, choreas circum torcularia musto despumantia agentes.

Ptol. Tamarus, *Tamer* vel *Tamar* Camd. (non *Tone*, ut in Thes. ling. Lat.) fluv. Albionis per oram Cornubiæ Australem fluens, & Tamaram opp. alluens, marique apud Plymmouthum oppid. & portum exceptus. Aliis *Tone* dicitur. Tamarus fluv. alter Anton. Vide Thamarus.

Tamarus item Strab. mons Epiri. Vide Tmarus, & Tomarus.

Strab. Ptol. Tamassus, Tamaseus Plin. & Steph. Tamasa etiam Strab. Tamesia Polyb. *Borgo di Tamasso*, urbs Cypri mediter. in ora orientali excisa, apud Famagustam urbem, nunc vic. teste Steph. Lusignano. Urbs fuit metallifera, ære præcipue præstans, ut Steph. author est.

Cæs. Oros. Tamesis seu Thamesis, * Iamissa Ptol. *Thames* Anglis (*Tems* vero pronunciant) *Tamige* Italis, fluv. Albionis ex maximis, Londinium Angliæ regiam interluens, ac à Roffa urbe 5. mill. fluens, mari Britannico contra Portum Icium urbem Gallicam exceptus. Hujus in lib. 4. Itin. fit mentio.

" *Sed primo Tamesis trajecto ponte subimus,*
" *Ponte gravi merce omnigena, domibusq; venustis*

[* 'Ιάμησα in Seld. man.]

Vet. Insc. Tami Ala, *Tamberg* teste Laz. pag. Norici in Bavaria in Salisburgensi territ. haud procul à Salisburgo.

Ptol. Tamia, *Tanea* nunc, ut Camd. videtur [in Indice, forsan *Tayn*] opp. Albionis in Scotia in Rossia reg. seu *Tunge*, ut in tab. apud oram Borealem, à Torysdala opp. 12. mill. in occ.

Steph. Tamiatis seu Tamiathis, *Damiata* teste Guilandino, urbs Ægypti archiep. apud Pelusium, & Taniticum ostium Nili, (quæ Tanis Strab. dicta putatur) à nova Babylone 90. mill. pass. à Pelusio 7. à mont. Sina 240. in occ. Ea hodie ex primis est Ægypti, probe munita, ac habitata.

Anton. Tamnum, Tavium ex vet. inscript. *Burg en Bresse* teste Fustillario Matisconensi, opp. Gall. Celticæ, Matisconæ urbi finitimum, inde supra 4. leuc. in merid. Lugdunum versus, ad Ararim fluv.

Tamnum alterum Ant. opp. Aquit. Blaviæ proximum, inter Burdigalam 35. & Santones ad Arctos 27. mill. pass. ex Anton. Itin. vulgo *Talemond* teste Scaligero, vel *Talmont*.

Plin. Tamuda, *Bedia* teste Olivario, opp. Maurit. Tingitanæ, cum fluv. cognomine reg. Alarabum irrigante, qui Tamuada Melæ.

Anton. Procop. Tamugada, Thamugada D. August. urbs Africæ mediterr. in Maurit. confinio, Lambesæ proxima, ab ea 14. mill. pass. distans.

Anton. Ptol. Tamusida, seu Thamusida Ant. *Tifelfeldt* teste Marmolio, urbs Mauritaniæ Tingitanæ mediter. Fessæ finitima, à Banasa 32. mill. pass.

Ptol. Tamusiga, *Gazola* Moletio, opp. Maurit. Tingitanæ extra Herculis columnas, inter Herculis prom. & Usadium prom. in ora oceani Atlantici.

Arrian. Ptol. Steph. Tamyraca seu Tamyrace, opp. Sarmatiæ Europææ ad Carcinitem sinum, cum promont. cognomine apud Strab. olim totius Sarmatiæ urbs primaria, inter Bonum portum ad merid. & ostia Carciniti fluv. ad Septentr. Incolæ Tamyraceni.

Strab. Tamyras, *Damor* Molet. fluv. Phœnicis inter Berytum & Sidonem in pelagus Syriacum labens, qui Damyras Polyb. Nagoras Plin. & Leon Ptol. dici videtur.

Vib. D. Taulin. Tanager, *Negro* teste Celso Cittadino, fluv. Lucaniæ ex Alburno mont. apud Picernum opp. oriens, haud procul à Potentia (à qua Picernum 12. mill. pass. abest)

est) decurrens, Auletamque opp. alluens, qui in campo Atinate mersus sub terra, post 20. mill. pass. emergit, teste Virg. lib. 3. georg.

" ----------------sicci ripa Tanagri.

In Thes. ling. Lat. ponitur fluere inter Campaniam & Calabriam; sed longe abest hic amnis ab his regionibus.

Strab. Ptol. & al. Tanagra, Græa Hom. teste Steph. *Anatoria* Castal. urbs Bœotiæ episc. sub archiep. Atheniensi, ab Oropo 130. stad. à Platæis 200. teste Strab. distans, à Thebis 150. Oropos apud Aristot. & Gephyra apud Steph. dicta. Ejus mem. Stat. lib. 7. Thebaid.

" *Mille sagittiferos gelida de colle Tanagra.*

Hinc Tanagricus nom. gent. ut galli Tanagrici apud Varr. lib. 3. c. 9. Tanagra Pœmandria à Lycophr. appellatur: ad quam aliquando ceto ingenti delato, (est enim urbs maritima) *cetus Tanagraus* proverbiali figura dictus est apud Athen. lib. 22. de obeso & prægrandi corpore. Hic galli gallinacei ad prælia assidua tantum nascuntur teste Plin. lib. 10. c. 21.

Strab. Plin. Mel. & al. Tanais, *Don* incolis, *la Tana* Italis, fluv. Sarmatiæ Europææ notissimus, & maximus, illam ab Asia disterminans, in Moschorum finibus oriens, ac in merid. oblique decurrens, (ut fere Rha fluvium majorem attingat, ab eo 7. leuc. in occ. tantum alicubi recedens) ac in Mæoticam paludem magna vi aquarum influens. Ortus illius apud Tullam opp. à Moscha regia 24. leuc. German. distat: ostia à fontibus supra 80. Pop. Tanaitæ Ptol. qui Tanaim accolunt fluv. De quo Luc. lib. 3.

' ---------------*qua vertice lapsus*
" *Rhiphæo Tanais diversi nomina mundi*
" *Imposuit ripis, Asiaque & terminus idem*
" *Europa, media dirimens confinia terra.*

Ptol. Steph. Tanais, *la Tana* Italis, *Asoph* incolis teste Mercat. cum aliis, urbs, & emporium celebre (maxime pellium) Sarmatiæ, ad ostia Tanais fluv. ab isthmo Tauricæ, ubi Precopensium regia, itinere quinque dierum, seu 30. leuc. German. teste Erberstenio distans, sub Turcis, à Theodosia Tauricæ emporio supra 300. mill. pass. in Boream.

Plin. Tanarus *Tanaro*, fluv. Liguriæ navigabilis, ex Apen. monte oriens, in Padumque apud Augustam Batienorum influens, Ceba, Alba Pompeia, Astaque, & Alexandria (quam intermeat) irrigatis. Cujus mem. Hor. lib. 1. carm. ode 34.

" *Quo Styx, & invisi horrida Tanari*
' *Sedes, Atlantensque finis.*

Ubi alii Tanagri legunt, [alii Tænari.]

Ptol. Tanatis, *Terriana* teste Nigro, opp. Mysiæ super. apud Danubium, ubi Moschium excipit, inter Viminacium ad occ. & Rhætiariam ad ortum.

Beda. Tanetos, Toliapis Ptol. *Tenet* ex tab. recent. ins. Albionis in Anglia, Cantio (apud ostia Tamesis, & Sanduicum opp.) adjacens.

Polyb. Liv. Tanetus, Tannetum Anton. Tanitum Ptol. *Tanedo*, opp. olim, nunc pagus Æmiliæ, in agro Regiensi, apud Niciam fluv. inter Regium Lepidi 9. & Parmam 6. mill. pass. Taneta Paulo Diacono.

Tac. Tanfanæ templum, *Benthemerberg* teste Georg. Bruno, locus Germaniæ in Westphaliæ & Frisiæ confinio, apud Veteres Marsos & Salios; ubi Benthema opp. & comitat. à Veteribus Saliis vix mill. Germanico in ort. distans.

Strab. Ptol. Tanis, Tanitis præfectura Plin. Taphnis Ezechieli, urbs Ægypti apud Taniticum ostium episc. sub archiep. Damiatensi, inde 7. mill. pass. distans in occ. à Titanibus gigantibus condita & nominata teste Isid. ac Pharaonis quondam regia, ubi Moyses tot edidit signa, teste eod. Isid. lib. 15. etymol. *Tanes* adhuc dicta teste Nigro, urbs quondam magna teste Steph.

Strab. Ptol. Taniticum ostium, quod & Saiticum Strab. & Tanicum Melæ, unum ex 7. Nili ostiis, inter Pelusiacum ad ort. & Mendesium ad occ. *Calixene* teste Bonacciolo cum aliis.

Tanneta locus erat in Campania ubi Buccilinus à Narsete superatus & extinctus refertur ab Aimoin. & Paulo Diac. lib. 2. de gest. Longobard. Sed Tannetum quoque legitur apud eund. ad hist. Eutrop. & alii Tanetum unico *n* legunt.

Tanos, urbs Cretæ: cujus incolæ Tanii dicuntur Steph.

Tantalis, & Tantali stagnum, in Lydia. Vide Sipylum. *Plin.*

Tantalus, *Tausanle* teste Leuncl. oppid. Lydiæ in Cariæ confinio apud Mæandrum fluv. inter illum & Sipylum mont. Tantalus item Stephan. mons Lesbi insulæ, à Tantalo viro nominatus: cujus incolæ Tantalii. *Nicet. a.*

Tanus, fluv. Peloponnesi per Argiam fluens, Tanaus Euripidi dictus, agrum Argivorum à Spartano dividens. *Paus.*

Tanus item mons Siciliæ excelsus, ex quo Chrysas & Terias flum. profluunt teste Faz. ab Assoro opp. 4. mil. pass. distans: ubi castrum cognomen.

Taoca, *Thimar* teste Theveto, urbs Persidis mediterr. inter Obroatim ad occ. & Partam ad ortum. *Arrian. Ptol.*

Tape urbs Hyrcaniæ regia fuit, apud oram maris Caspii, à portis Caspiis in ortum stad. 1400. distans: quæ hodie non exstat, quod sciatur, sicuti nec Carta, nec Talabroca, neque Samariana, ejusd. reg. urbes olim claræ, teste Strab. *Strab.*

Taphiæ, quæ & Teleboides, insulæ maris Ionii inter Achaiam, seu inter fauces sin. Corinthiaci, ad ort. & Leucadiam ad occ. quarum una Taphias Plin. & Steph. à Tapho Cephaleniæ urbe 30. stad. in ort. distans. *Strab. Plin. Steph.*

Taphius, mons Locrorum Ozolorum in confiniis Ætoliæ, ubi Nessus centaurus ab Hercule occisus teste Antigono conditus est, Taphiassus Strab. & Plin. dictus, apud Calydonem urb. *Antigon.*

Taphiusa Plin. est locus juxta Leucadem, in quo lapis taphiusius nascitur: lib. 36. c. 21.

Taphra, * Taphrura Ptol. *Fachs* Moletio & Olivar. opp. Africæ marit. ad initium Syrtis parvæ, inter Usillam ad occ. & Theænas ad ort. à Carthagine 300. mill. pass. [* Ταφρουραὶ in man. Seld.] *Plin. Mel.*

Taphræ, Taphros Ptol. *Precop* vel *Przecop* Mercat. al. *Mancup*, urbs Tauricæ in isthmo, regia Tartarorum Precopensium, à Tanais ostio 30. mill. German. in Austr. Axiacam sive (ut nunc vocant) Oczacoviam versus 14. à Bosporo Cimmerio 260. mill. pass. in occ. teste Plin. quanta est Tauricæ longitudo. Auspiciis Trajani imperatoris capta fuit, teste Floro, qui ea tempestate vixit. Taphre etiam dicitur apud Stephan. à servis, qui dominis cum Thracibus bellum gerentibus, se eorum uxoribus commiscuerant, habitata. *Plin. Mel.*

Taphros, Fretum Etruscum Melæ, Fretum Gallicum Ant. Sinus Sardonius Eustath. mare quod inter Sardiniam & Corsicam intercedit. *Plin.*

Taphus, urbs olim Cephaleniæ ins. quæ & Taphiusa, & Taphiussa Steph. suo tempore dicebatur; quæ est & ins. parva à Cephalenia 30. stad. distans teste eodem. *Steph.*

Tapiæus mons, *Monte Ansidiano* teste And. Resendio, mons Lusitaniæ inter Thomariam & Conimbricam occurrens, in quo Ansidianum opp. De eo in vita S. Martini presbyteri Sauriensis. *Scrip. Lusit.*

Taposiris, Taphosiris Plut. & Apuleio, opp. fuit Ægypti parvum inter Alexandriam & Canopum, ubi Osiridis templum erat. *Strab. Steph.*

Taprobana, *Zeilan* teste Jo. Barrio cum Varrerio, ins. magna maris Indici contra Cory prom. (non *Sumatra*, *Strab. Plin. Ptol.*

matra, ut Mercator ait, longe in ortum distans, cum Ptol. illam apud Cory prom. Indiæ citer. describat) cujus ambitus 2000. mill. pass. esse traditur. Urbes apud Ptol. claræ, Nagadiba, Talacori, & Maagrammum vel Naagrammum. Ovid. lib. 1. de Ponto, eleg. 6.

" *Aut ubi Taprobanen Indica tingit aqua.*

Hic elephanti, & margaritæ majores quam in India, teste Capella. Steph. hujus longitud. supra 7000. stadiorum facit. Taprobane non solum margaritis, sed etiam aliis gemmis, ac auro maxime apud Palægones pop. affluit, sicuti apud Perimulam, & alia Indiæ loca: sed laudatissimæ in Tylo ins. sinus Persici teste Plin. sunt. Taprobana inter ins. apud Ptol. 1. locum tenet, 2. Britannia sive Albion, 3. aurea Chersonesus, 4. Hibernia, 5. Peloponnesus, 6. Sicilia, 7. Sardinia, 8. Corsica, 9. Creta, 10. Cyprus. In quibus duæ peninsulæ numerantur, nec magnitudinis ratio servatur.

Xenoph. Strab. Plin. & al. Tapsacum vel Thapsacum, *Bebech* teste Theveto, urbs Mesopotamiæ ad Euphratem fluv. in Arabiæ desertæ conf. apud Scenitas, à Zeugmate 250. mill. pass. in ort. Babylonem versus 562.

Thucyd. Tapsus, *Manghisi* teste Faz. penins. Siciliæ in ora orientali, inter Syracusas ad Austrum 4. & Megaram ad Bor. 14. mill. pass. Vide Thapsus. Est & Tapsus urbs Africæ marit. nunc jacens, inter Rhuspinam & Rhuspas, Lepti parvæ vicina. De Tapso hac Sil. lib. 3.

" *Et Zama, & uberior Rutulorum sanguine Tapsus.*

Strab. Tapyri, pop. Parthiæ, quos Strabo lib. 11. scribit uxores aliis mutuare post susceptam ex ea prolem binam aut trinam. Hi etiam & Apyri dicuntur, & Tapori, Hyrcanis proximi, vino maxime dediti, ut scribunt Ælian. & Athenæus. Tapyrri gem. r scribit Steph. eosque Hyrcaniæ proximos facit.

Plin. Tarachie, ins. parva apud Corcyram ins. maris Ionii.

Anton. Tarantasia (vide Tarentasia) *Tarantaise*, reg. Allobrogum in Sabaudia, cum urbe archiep. cognomine, inter Genevam 10. & Maurianam in Austr. 12. leuc. à Civarone seu Camberico 10. in Bor. cujus archiep. Monasterii residet.

Ptol. * Tararium, *Trairu* Molet. oppid. Bithyniæ in ora Propontidis, inter Chalcedonem ad Bor. & Nicomediam ad merid. Olbiæ vicinum. [* Τράειον man. Seld.]

Steph. App. Eust. & al. Taras, *Tara* etiam vulgo teste Galateo cum Mazzella, fluv. Magnæ Græciæ in sinum Tarentinum apud Tarentum urb. (cui nomen dedit) influens, apud Massafram opp. oriens. Ipsum quoque Tarentum à Græcis Taras appellatur. Ostrea Tarentina apud vet. in pretio fuere teste Aul. Gellio lib. 7. c. 16. Tarentum urbs est vetustissima, Olymp. 18. anno 49. urbis conditæ, Numa regnante, ædificata, ut quidam volunt. Vide infra.

Strab. Tarascon, Taruscon Ptol. *Tarascon*, oppid. Gall. Narbonens. ad Rhodanum in Provincia, contra Belcarum opp. inter Avenionem ad Bor. 3. & Arelatum in Austrum 6. leuc. à Nemauso 100. stad. à Narbone 720. in ort. teste Strab. oppid. amplum, D. Marthæ virginis corpore felix.

Lib. conc. Tarba *Tarbe*, urbs Aquitaniæ episc. sub archiepisc. Auscensi in Bigerrensi principatu, inter Auscos ad Arctos 7. & Eloronam ad Austrum 4. leuc. à Palo 6. in ortum. Est & Tarba Ptol. *Traba* nunc, opp. Cretæ in ora Australi, inter Criumetopon prom. ad occ. & Pœcilasium opp. ortum, non longe distans à Criumetopo, à Phalasarna supra 30. mill. in Austrum.

Cæs. Strab. Plin. Tarbelli, pop. Gall. Aquit. apud Pyrenæi mont. radices; quorum urbes Tarba, & Aquæ Tarbellicæ. Hinc Tarbellius, & Tarbellicus nom. gent. Auson. in Mosellana.

" *Numine adorato Tarbellius ibit Aturrus.*

Luc. lib. 1.

' ---------- *& ripas Aturi, qua littore curvo*

" *Molliter admissum claudit Tarbellicus aquor.*

Tarbelus, mons Cariæ Cauno urbi maritimæ imminens. Q. Calab.

Tarchonium, ut Ortel. scribit, Tarchon Virg. (Vide Tarquinia.) Tarcynia vero apud Steph. legitur, & nomen gent. Tarcynius, à Tarchonio diversa. Steph.

Tarelei, pop. Æthiopiæ circa Nigri fluv. ortum. Plin.

Tarentasia, & alibi Darantasia, reg. & urbs archiep. Allobrogum, cujus antistes Monasterii opp. inde ad 2. leuc. distant. moratur, ab Augusta Prætoria urbe Italica 67. mill. pass. ex Ant. Vide Tarantasia. Anton.

Tarentinus sin. Thurinus Ovid. sinus Magnæ Græciæ inter duo prom. Iapygium ad Bor. & Lacinium ad Austrum terminatus, *Golfo di Taranto* vulgo. Stra. Pli. Mel. & al.

Tarentum, Taras Strab. & Ptol. Oebalia Virg. & Ovid. *Tarantò* vulgo, urbs archiep. Magnæ Græciæ (non Calabriæ, ut in Thes. ling. Lat.) olum clarissima resp. quæ cum Romanis bellum gerere ausa fuit, in intimo sinus Tarentini recessu, extrema Magnæ Græciæ urbs, in Salentinorum confinio, nunc in Salentinorum reg. adnumerata, à Tarante Neptuni filio condita & nominata, deinde à Spartanis anno urbis conditæ 45. al. anno 47. à Partheniis duce Phalanto reædificata, & habitata, inter Brundisium ad Bor. 36. & Metapontum urbem excisam ad merid. 25. mill. pass. ab Iapygio prom. 80. mill. in occid. anno urb. cond. 631. colonia effecta teste Velleio. De quo Ovid. lib. 15. metam. Plin. & al.

" *Navigat Ionium; Lacedæmoniumq; Tarentum.*

Pop. Tarentini. Hinc nuces, & ostrea Tarentina apud vet. commendata, cum lana Tarentina. Hor. lib. 2. epist. 1.

" *Lana Tarentino violas imitat a veneno.*

Tarentinum bellum & cum Pyrrho rege gestum est anno urbis conditæ 472. Olymp. 124. anno 4. Tarenti obiit M. Pacuvius tragœdiographus clarus, Ennii nepos, Brundisii natus, Avo, quem docuit, senior. Tarentinæ nuces cæteris omnibus magnitudine & sapore præferuntur teste Plin. deinde Thaliæ apud Quintian. Tarenti sal candidissimus & suavissimus autore eodem Plinio. Tarentum maxime illustravit Archytas ibi natus, in mechanicis, geometria, & astronomia peritissimus. De hoc Prop. lib. 4. eleg. 1.

" *Me creat Archita soboles Babylonius Horus,*

' *Horus, & à proavo ducta Conone domus.*

Targines, *Vernauda* teste Barrio, fluv. Magnæ Græciæ apud Locros decurrens. Sed teste Mazzella antiquum nomen retinet, ac per agrum Crotonensium fluit, ubi *Bernalda* opp. Plin.

Tarichea, *Iefferkin* teste P. Lachstenio, opp. Palæstinæ in Galilæa ad lacum Genesaram. Fuit & Tarichea opp. Ægypti apud Canobum teste Steph. Alterum apud Scnicas. Herod. Strab. Plin. Joseph.

Tarinates, seu Taranates, uti legendum videtur, pop. Sabinorum, quorum opp. Taranum *Tarano* teste Cittadino, ad Himellam fluv. apud mont. Severum, & Cures, à Reate 10. mill. pass. in occ. distans, quot à Colle Scipionis. Plin.

Tariona *Tura*, opp. seu pag. Liburniæ ad Sitiam fluv. in Colapim labentem apud Carolostadium, inde 5. leuc. in Austrum Seniam versus. Sed Nigro *Tuina*. Pop. Tariotæ Plin. Plin.

Tarne, Tarnis Sidonio, *le Tarn*, fluv. Aquit. ex Cemmenis montibus inter Tolosates & Cadurcos per Albigam & montem Albanum in Garumnam supra Agennum 3. leuc. influens. Citus, id est velox, (ex Lesora mont. Cemmenorum parte fluens) apud Sidon. dicitur carm. ultim. cum ait, Plin.

" *Hinc te Lesora Caucason Scytharum*

" *Vincens adspiciet, citusque Tarnis.*
Tarne etiam Plin. fons Lydiæ ad Tmolum mont. cum opp. cognomine teste Strab. Apud Steph. etiam oppid. fuit Achaiæ. Tarna vero apud Hom. lib. 5. Iliad. urbs est Lydiæ, quæ & Sardis. Vide ibi.

Ptol. Tarodunum, *Dornstet* teste Laz. opp. Germaniæ in Suevia in ducatu Wirtembergensi, apud Sylvam nigram, inter Tubingam ad ort. & Offenburgum ad occ. 4. leuc. quot à Rotovilla in Bor. Al. *Riedlingen* esse videtur, opp. Sueviæ inter Ulmam 5. & Tubingam 2. leuc. à Pfullendorfo 6. in Boream.

Varr. Liv. Festo Tarpeius mons, idem Capitolino. Vide ibi. Tarpeiæ arces olim super eo monte constructæ. Ovid. l. 1. fast.

" *Vestibus intactis Tarpeias itur in arces.*
Virg. lib. 8. Æn.
" *In summo custos Tarpeiæ Manlius arcis*
' *Stabat*-------------

Front. Steph. Tarquinia, Tarquinæ Ptol. Tarquiniæ Anton. Tarquinii Cic. *Tarquene* teste Anton. Massa, colonia & urbs Hetruriæ, olim episc. nunc prorsus jacens, inter Bracianum 10. & Cornuetum (quod illi in episcopali dignitate successit) 5. mill. pass. à Viterbio 15. in merid. à Tarconte, qui Æneæ opem contra Turnum tulit, condita, & Tarcona nominata, postea Tarquinia à Tarquinio rege dicta. Pop. Tarquinienses Plin. & Tarquiniensis lacus eidem Plin. idem Sabato, seu Sabatio, & Sabatino. Vide ibi. Tarquinius etiam nomen gent. Virg. lib. 6. Æn.

" *Vis & Tarquinios reges, animamq; superbam*
' *Vltoris Bruti*-----------

Ptol. Tarrabeni, pop. Corsicæ mediterr. quorum tractus & opp. *Bastilica* teste Leandro, ab Adiacio urbe 20. mill. pass. in Bor. Sed potius sunt apud Bonifacium opp. in ora Australi, ubi *Carabeni* pag. à Bonifacio 14. mill. pass. in Bor. antiq. nomen redolens.

Cic. Plin. Liv. & al. Tarracina, quæ & Anxur prius dicta teste Plin. Taracina Strab. Tarrachina Steph. condita Olymp. 181. *Tarracina* etiam vulgo vel *Terracina*, colonia & urbs Latii (non Campaniæ, ut in Thes. ling. Lat.) episc. in colle apud ostia Ufentis, media fere inter urbem Romam & Neapolim ad ort. 60. mill. pass. ac inter Circæios ad occ. & Fundos in ort. 10. Vide Anxur. De ea lib. 4. Itin.

" *Mane novo impositum scopulis candentibus Anxur,*
" *(Tarracina alio nunc nomine dicitur) inde.*

Cæs. Strab. Plin. & al. Tarraco *Tarragona*, colonia & urbs Hisp. citer. archiep. in ora Catalauniæ in tumulo, media inter Barcinonem ad Bor. & Dertusam ad merid. 11. leuc. à Scipionibus condita, olim conventus juridicus ingens, & metrop. amplissima, sub qua urbes 14. episc. erant, Barcino, Egara, Gerunda, Ausona, Urgella, Ilerda, Emporiæ, Dertusa, Cæsaraugusta, Osca, Pompelon, Calagurris, Turiaso, & Auca. Abest ab Olarsone oppid. Vardulorum apud Pyrenen & Fontem Rapidum 307. mill. pass. teste Plin. Tarraconensis nom. gent. ut Hispan. Tarraconensis, una ex tribus partibus, major reliquis simul sumptis; & vina Tarraconensia olim in pretio habita. Mart. lib. 13. ep. 115.

" *Tarraco Campano tantum cessura Lyæo.*
A Mauris eversa anno sal. 1083. Toleto recepto reædificata fuit.

Sidon. Tarraconensia juga, *los Remolinos* teste Bern. Gomesio, mons Hisp. citer. apud Cæsaraugustam, ab ea 3. leuc. ubi sal provenit suavissimi saporis.

Plin. & al. Tarraconensis Hispania, una ex tribus totius Hispaniæ partibus, reliquis major est, longa, inter Templum Veneris ad ort. & Nerium prom. ad occ. ad 800. mill. pass. Hispania citer. minus patens in latitud. illa enim à Pyrene ad Castulonens. saltum 707. mill. pass. patet.

Ptol. Tarraga, *Tarrega* adhuc vulgo, colonia & oppid. Hisp. cit. haud obscurum in Catalaunia, ab Ilerda 5. leuc. Barcinonem versus in ort. Servariæ opp. majori propinquum, 1. leuc. dissitum versus Ilerdam. Pop. Tarragenses, & Colonia Tarragensis Plin.

Ptol. Tarras, Tharros Ant. *Larghier* teste Nigro, seu *Alghier*, urbs Sardiniæ littoralis ad occ. episc. sub archiep. Turritano, ab Emporiis & Sassari 18. mill. pass. à Bosa 40. in Bor. Algarium Lat. recent.

Steph. Tarsa, vicus olim Comagenes in Syria populosus ad Euphratis ripam, à Samosatis 150. stad. in meridiem.

Plin. Anton. Ptol. Tarsatica, Tarsaticum Ant. *Terzacz* teste Lazio, *S. Maria de Transiarch* Simlero, opp. Liburniæ littorale, inter Flavonam opp. Histriæ ad occ. 20. & Seniam urb. Liburniæ ad ortum 40. mill. pass.

Steph. Tarseion Steph. opp. Hisp. apud Columnas Herculis: quod aliis Carteia est.

Lib. Paral. & lib. 1. Reg. Tarsis sive Tarses (quæ Tharsis & Tharses cum aspirat. apud alios leguntur) locus est maritimus, per quem classis Salomonis ad Ophir deferebatur, & quo Ionas propheta, jussus ire in Niniven, aufugit. Quis sit hic locus, digladiantur inter se scriptores. Non desunt, qui Tarsum urbem Ciliciæ præcipuam interpretentur. At huic interpretationi repugnat utraque historia, præsertim Ionæ; qui cum nollet ire Niniven urb. Babyloniæ sive Assyriæ, fugit ad Tarsim locum exadverso, non qui Niniven duceret; non ad Tarsum, ex quo brevis est in Mesopotamiam trajectus. Aliis Tarses idem quod Tartessus urbs & ins. Hispaniæ Bæticæ in mari seu freto Gaditano, unde brevior in Ophir (quam diximus esse vel Peruviam, vel ins. maris Atlantici) est navigatio: Qua de re vide Becanum in Hispanicis.

Ptol. Tarsium opp. Pannoniæ infer. fuit, ubi Maximianum imperatorem occubuisse Aurel. Victor testatur. Tarsum habent alii codices.

Strab. Tarsius, fluv. Troadis seu Phrygiæ apud Zeliam fluens, & viam eandem vicies secans, sicuti & Rhesus fluv. Bithyniæ inter Nicomediam & Nicæam vicies quater.

Strab. Cic. Xenoph. & al. Tarsus, Tarsos Plin. Melæ & aliis, *Tarso* Europæis, *Terassa* incolis, & *Tersis* Turcis teste Leunclavio, urbs Ciliciæ archiep. ad Cydnum fluv. apud ostia, 5. tantum stad. distans, à Solis 55. in ortum, ab Amiso urbe Paphlagoniæ 1500. licet apud Strab. distantia hæc corrupte 120. stad. legatur, (tanta est ibi Asiæ minoris latitudo teste Strab.) à Seleucia paulo supra 25. mil. pass. à Coryco, & ostio Calycadni fluv. 30. in ort. ab Antiochia magna 141. in occ. ab Iconio stathmis 13. parasangis 53. ex Xenoph. à Sardanapalo anno mundi 3440. post Romam 60. condita teste D. Isid. vel à Perseo teste Trogo: patria D. Pauli apostoli, olim academia celebris. Pop. Tarsenses Cicer. De ea Lucan. lib. 3.

" *Deseritur Tauriq; nemus, Perseaq; Tarsos.*
Tarsus ab audacia nomen habet, hoc est ab audacia Bellerophontis, ut Dionys. Afer testatur. Sed si ita est, Tharsus scribi debet, nam audacia θάρσος Græcis dicitur.

"*Flexilis, & Cydnus, dirimitq; flumine Tarson;*
" *Cui nomen posuit audacia Bellerophontis.*
Tarsi claruit Apollodorus tragœdus, sicut Athenis Apollodorus comœdus, Menandri synchronus.

Tartari, pop. longe lateque in Scythia & Sarmatia dominantes, olim Scythæ dicti sunt.

Tac. Tartarus, fluv. Venetiæ ex Athesi in Padum per Hadriæ fines decurrens, *Tartaro* etiam vulgo dictus. Ex quo unum ex Padi ostiis (quod Fossiones Philistinæ dicitur) Tartarum à Plin. nominatur. Est & Tartarus, & Tartara num. plur. locus inferorum à poetis celebratus. Virg. lib. 6. Æn.

" Ex-

" *Exercet pœnas, & ad impia Tartara mittit.*
Hinc Tartareus. Virg. lib. 8. Æn.
" ---------------- *hinc procul addit*
" *Tartareas etiam sedes, alta ostia Ditis.*

Mel. Plin. Tartessos, Cartheia Ptol. seu Carteia ut in cod. Græco, ac apud Plin. & Mel. nomen habet à fluv. præterfluente teste Steph. *Tariffa*, opp. Hisp. Bæt. in ora, inter Calpen, & Belonem 5. leuc. ab Hispanis, victis Mauris, anno salut. 292. recuperatum. Apud Sil. Carteia à Tartesso diversa est. Sed Melæ indigenæ Carteiam aliquando Tarteson dictam asserenti credimus. Sil. lib. 3.
" *Armat Tartessos stabulanti conscia Phœbo.*
Sed forte de Tartesso sequenti Sil. loquitur. Vide Carteia, quæ *Algezira*, non *Tariffa*, est Morali. Tartessi feles maximæ gignuntur, ut *felis Tartessia* fit in proverbium deducta, de copia rerum.

Strab. Plin. Tartessos item, & Tarthesus, urbs Gadium insf. quæ Gadir lingua Punica, & Julia Augusta Gaditana, colonia, & urbs episc. Hisp. Bæt. sub archiep. Hispalensi, inde 19. leuc. in Austrolibycum, *Caliz* & *Cadiz* vulgo. Vide Gades. Reg. Tartessis teste Strab. & Tarthesius, ac Tarthesiacus nom. gent. Ovid. lib. 14. metamorph.
" *Presserat occiduus Tarthessia littora Phœbus.*
Mart. lib. 9. ep. 61.
" *In Tartessiacis domus est notissima terris.*
Muræna Tartessia apud Aul. Gell. lib. 7. cap. 16. commendatur.

Ptol. Tarvanna *Terouanne*, urbs Belgii, Morinorum metrop. in Picardiæ & Artesiæ confinio, à Carolo 5. Aug. solo æquata. Cujus episcopatus in tres, Bononiensem sub archiep. Rhemensi, Audomarensem sub archiep. Cameracensi, & Hyprensem sub archiepiscop. Machliniensi, distributus est. Ab Audomaro 3. mill. pass. in Austrum, à Bononia 9. in ortum.

Ptol. Tarvedum, quod & Orcas Ptol. dicitur, prom. Albionis in ora Scotiæ Boreali, ubi orientalis incipit, contra Orcades insf. porrectum, Orcha Diod. * *Dungisbe head* teste Camd. [* Camdeno Tarvedum promnunc *Howburn* dicitur; *Dunsby* vero, vel *Duncansbay* Virvedrum vocat.]

Anton. Tarvesede, *S. Iacob in Claveńerthal* teste Æg. Scudo, vel *S. Iacomo*, pag. Rhætiæ à Clavenna opp. 15. mill. pass. ex Ant. Itiner. in Bor. Curiam versus. Simlero autem est *Spelug a* pag. à Curia 12. mill. Germ. in Austrum Comum versus. Ortel. illum Helvetiæ tribuit, cum sit in Rhætia.

Plin. Tarvisani montes, (licet apud Plin. Taurisani legatur) colles ad Alpium Tridentinarum radices inter Feltriam, & Belunum, ac Cenetam.

Cassiod. Fort. P. Diac. & al. Tarvisium, Tarvisus Ven. Fort. *Treviso*, urbs Venetiæ episc. sub patr. Aquileiensi ad Silim fluv. quæ marchiæ Tarvisinæ nomen dedit, inter Venetias, & Opitergium in Bor. 15. mill. pass. à Patavio 24. à Feltria 28. Hoc à Maximiliano imperat. an. salutis 1509. urbis cond. 2270. Olymp. 571. anno 4. expugnatum fuit; licet ob aquas circumfluentes difficilis sit expugnationis. Pop. Tarvisani, & Tarvisini. De his Fortunat. in vita S. Mart. l. 4.
" *Qua mea Tarvisus residet, si molliter intras.*

Plin. Tarus *il Tarro*, fluv. Gall. Togat. ex mont. Apennino in Padum per Æmiliam & agrum Parmensem decurrens, perniciosus cum pluviis vel nivium solutione intumescit, nam non sine manifesto periculo à prætereuntibus transvadari solet, adeo rapax est & scrobibus plenus, inter Parmam ad ort. fere 6. & Juliam ad occ. 10. mill. pass. Æmiliam secans. Ejus fit mentio lib. 2. Itiner.
" *Hinc Tarum Lambrumque petam, quaque herbifer ultis.*

Cæs. Tarusates, pop. Gall. Aquit. quorum oppid. *Turse* teste Marl. in Auscensi diœcesi, inter Vocates & Flustates. Aliis *Tartas* esse videntur, opp. inter mont. Martianum 4. & Aquas Tarbellicas ad merid. 5. leuc. Fano Severi propius.

Taruscon. Vide Tarascon.

Tasca, urbs Armeniæ majoris, quæ teste Moletio *Halla* nunc dici putatur, Tigranocertæ finitima. Sed pro Tasca Phasca scribendum est, ut codic. Græci habent. Ptol. Ptol.

Tasci pop. sunt Persidis in Carmaniæ conf. Pasargadis proximi. Vide Pasagardæ. Dionys.

Tascodunitari, pop. Gall. Narbonens. quorum urbs varie indigitatur: nam ab aliis *Mirepois* (vide Mirapiscæ) urbs episc. aliis est Castrum Darii *Castelnau d' Arry* vel *Chatelnau d' Arri*, aliis vero *Tarascon*: sed hoc divinare est, cum ex Plin. non appareat an cis, vel trans Rhodanum sint. Plin.

Tasta, Datiorum urbs in Aquit. quæ Moletio *Dax* est urbs episc. sub archiep. Auscensi, inde 15. leuc. in Austrolibycum distans Baionam versus 7. Sed *Dax* Aquæ Tarbellicæ veteribus est. Vide ibi. Ptol.

Tastache, Teste Moletio & aliis, urbs Parthiæ ultra Marrichen 45. mill. pass. in ortum. Ptol.

Tatta, lacus ingens Phrygiæ magnæ in Pisidiæ & Lycaoniæ confinio, *Acrotteri* teste Bellon. inter Pertam ad occ. & Iconium ad ortum. Strab. Plin. Dioscor.

Taucheira, Teucheira Ptol. & Ammiano, *Toacara* Mercatori, seu *Trochara* Marmolio, urbs Cyrenaicæ marit. quæ & & Arsinoe. Vide ibi. Steph.

Tavium *Tabi*, (quo nomine etiam opera serica quæ ibi fiunt nominantur) urbs Galatiæ episc. sub archiep. Ancyrano, inde 117. mill. pass. in occid. ex Itin. Anton. in Phrygiæ confinio. Strab. Ptol.

Taulantii, Taulanti Plin. pop. Macedoniæ (non Illyrici, ut in Thes. ling. Lat.) mediterr. Dyrrachio finitimi & Apolloniæ, quorum reg. *Tallandt* Laz. *Tamoriza* Castal. *Musachia* Nigro: apud quos vinum ex melle fit, ut Arist. author est. Urbs Arnissa, vulgo *Alada* Moletio. Zonaræ sunt inter Dalmatas. Horum mem. Luc. lib. 6. Arist. Ptol. Plin. Thucyd.
" *Quemq; vocat collem Taulantius incola Petram.*
Sil. lib. 15.
" *Quaq; per Illyricum Taulantius incola littus.*

Tauracus *Turgow*, seu, ut ab aliis nominatur, *Turgaw*, pagus est, & tractus Helvetiorum, Fano S. Galli finitimus, inter Tigurum & Abbatiscellam: qui & Turegum ex Caroli magni diplomate teste B. Rhenano nominatur. Vide Turegum. Scrip. Germ.

Tauranium, urbs olim Brutiorum episc. sub archiep. Rhegino, eversa à Saracenis, apud Seminariam oppid. ex ejus ruinis excitatum, quod Tauranium novum dici potest, inter Hipponium supra 30. & Rhegium 20. mill. pass. ab ora littorea ubi Palma oppid. 3. à Cænide 12. Ibi Hispani cum Ferdinando rege victi à Gallis & insigni clade affecti, sequenti anno victores fuere. Vide Taurianum. Plin.

Tauredunum, *Tournon* teste Belleforestio, oppid. Gall. Celt. præclarum cum academia ad ulteriorem Rhodani ripam, inter Viennam 9. & Valentiam in merid. 3. leuc. G. Turon.

Taurentium, Tauroentium Ptol. Taurenta Cæsar. Taurentum Ant. *Tolon* vel *Toulon* ut plerisque videtur, urbs Gall. Narbonens. episc. sub archiep. Aquensi, in ora Provinciæ, inter Massiliam 10. & Forum Julium 12. leuc. in ort. Sed apud Ant. Telo à Taurento diversus est, 12. mill. pass. ab eo distans in ortum. Tauroes seu Taurois à Steph. nominatur Massiliensium colonia. Strab.

Tauresium, opp. Maced. in Mysiæ confinio in Dardania reg. Justiniani imperat. patria, quæ aliis Pristena seu Prisdena nominatur, apud Justinianam primam teste Procopio, quæ à Nicephoro Callisto Achridus Procop.

appellatur, Lychnidus Ptol. Est & Tauresium *Tauris* urbs Mediæ, Persarum regia, quæ & Tabresium. Vide Ecbatana & Tabresium. Est autem Tauresium medium fere inter Byzantium regiam Turcarum ad occ. & Maracandam ad ortum, Scytharum seu Tartarorum (quorum imperator magnus Mogorus hodie nominatur, non modo Scythis, sed & Indis magna ex parte imperitans) regiam; inde ad 1400. mill. pass. in ort. recedens, hinc 56. dierum itinere in occident. hoc est 1400. mill. pass. si singulis diebus 25. mill. tribuantur (quanquam paulo plura apud Plin. mill. pass. inter Tauresium & Maracandam colliguntur) nam Bactra ab Ecbatanis 1205. mill. pass. absunt, à Bactris vero Maracandam 5. dierum itinere distare scribunt. Quod si libeat (licet parergon videatur) iter ulterius in ortum ad urbem Cœli, (quam Quinsayum vulgo *Quinsay* hodie vocant) citra Seram, metropolim orientalissimam, atque totius orbis terrarum maximam, prosequi; illud dies supra 200. continebit. Si vero quis universum iter inter occ. & ort. scire velit, illud prout à scriptoribus expiscati sumus, apponemus, inter Duncheranum urb. Hiberniæ occiduam, quæ Ptol. Ivernis dicta putatur, & Quinsayum urb. Sericæ orientalem, sic: A Duncherano Watterfordiam olim Manapiam 95. mill. Hibern. Meneviam 20. mill. Anglicis, Londinium 200. Darvernum 50. Caletum 24. Tornacum 22. leuc. Belg. Montes 8. Treviros 32. Argentoratum 28. leuc. Germ. Augustam 30. Pataviam 25. Viennam 36. Budam 31. Taurunum 35. Sophiam 61. Byzantium 79. Trapezuntem 784. mill. pass. Tauresium 560. Hecatompylon 239. Alexandriam Ariæ 482. Bactra 484. Maracandam itinere dierum 5. Cascaram 25. Acsuum 20. Cucchium 20. Chialim 10. Thursanum 10. Chauranam 13. Issedonem 10. Gaurum 5. Campionum 6. Issedonem 26. Quinsayum 60. Summa dierum itineris inter Maracandam & Quinsayum 210. est, hoc est 4200. mill. pass. confectis 20. singulis diebus ob viarum & montium asperitatem; quibus addita 4509. (quot inter Duncheranum urb. Hiberniæ occidentalissimam, & Tauresium numerantur, redactis milliariis Angl. & leucis Gall. & Germ. ad milliaria Italica) efficiunt summam mill. pass. 8709. circiter inter Duncheranum & Quinsayum. Quæ summa paulo minor esset in eodem parallelo, & per lineam rectam itinere facto. Hæc summa multo minor est itinere totius hemisphærii, cum Duncheranum 10. partibus absit ab ins. Fortunatis, à quibus orbis terræ longitudo incipit numerari; Quinsayum vero à 180. partibus (ad quas longitudo nostri hemisphærii terminatur) aliquot partibus distet; &, quod non parvi refert, pauciora mill. pass. hoc est 20. duntaxat, pro itinere unius diei sumpseramus, cum 25. & 30. accipi soleant. Longitudo quidem hemisphærii ex Ptol. sententia est 11250. mill. pass. major ex sententia Eratosth. & multo apud Aristot. major. Distantia autem inter Duncheranum & Quinsayum longe minor est, quia non in circulo maximo, qualis est Æquinoctialis, accipitur, ultra dictas causas.

Tac. Tauri, pop. Sarmatiæ Europææ, qui teste Plin. Tauricam Chersonesum incolunt, qui & Tauroscythæ Plin. & Ptol. dicuntur. Sed teste Procop. Dromum Achillis ins. inhabitant. Luc. lib. 2.

“ *Armenios, Cilicasq; feros, Taurosq; subegi.*

Ovid. lib. 3. de Ponto, eleg. 2.

“ *Est locus in Scythia, Tauros dixere priores.*

Cic. Tauri pylæ, portæ Tauri mont. per quas ex Cappadocia in Ciliciam Tarsum versus transitur.

Mel. Taurianum, urbs olim episc. Brutiorum, à Saracenis excisa, cujus rudera apud Palmam pag. cernuntur, haud procul ab ora Calabriæ ulterioris, cui Seminaria opp. successit amplum. Vide Tauranium.

Taurianus scopulus, Terinæus Plin. locus Brutiorum in ora littorali, *la Nave* teste Barrio, inter Temesam & sinum Hipponiatem. *Ptol.*

Taurica chersonesus, vulgo *Tartaria minore* Europæis & Italis, *Gazaria* aliis, & incolis *Precopska*, à Precopia Tartarorum eam tenentium regia, à Byzantio 1200. mill. pass. in Bor. ab ostio Tyræ 550. ab ostiis Tanais in merid. supra 400. à Moscha Moschorum regia fere 1200. in meridiem, circuitu 460. teste Plin. licet Strabo æqualem Peloponneso faciat. Hæc Scythica Chersonesus appellatur à Strab. Peninsula Taurorum à Plin. Chersonesus Pontica ab App. Ibi Taphræ in isthmo, Precopensium Tartarorum regia, & Theodosia apud Cimmerium Bosporum, à Taphris in ort. supra 200. mill. pass. sub Turcis, (est enim sedes satrapæ) olim Genuensibus parens, & Panticapæa ad Cimmerium Bosporum, à Theodosia 30. mill. pass. Tauricæ mem. Ovid. l. 1. de Ponto, el. 3. *Ptol.*

“ *Aut quid Sauromatæ faciam, quid Iazyges acres,*

“ *Cultaque Oresteæ Taurica terra deæ.*

Quoniam autem distantiæ inter Precopiam urb. Tauricæ ad isthmum, Tauroscytharum sive Tartarorum Europæ regiam, (quæ veteribus Taphræ dicta putatur) Byzantium, & Moscham meminimus; non pigebit (licet parergon multis videatur) totum terræ habitatæ inter Austrum & Septentrionem intervallum hic apponere, hoc est inter Africæ frontem (Caput vocant Bonæ spei, prom. australissimum) & ostia Duinæ amnis in finibus Moschorum, sive ad oram oceani Septentrionalis, quod est 8540. circiter mill. pass. sic: A Fronte Africæ ad lacum ex quo Nilus effluit 1200; ad Pylas montes Æthiopiæ sub æquatore, sive ad Coloen paludem (ex qua Astapus fluv. ortum habet) 1200; totidem ad initium Meroes insulæ; ad Meroen urb. supra 250; Napata 360; Syenen 614. ex Plin. (ubi vel error est in cod. Pliniano, vel iter obliquissimum: nam cum Syene à Napatis paulo supra 4. partes recedat, recta via vix 300. mill. pass. abest) Alexandriam 600; Rhodum 500; Byzantium fere totidem (licet recta navigatione Byzantium ab Alexandria vix 750. mill. pass. absit) ad ostia Istri 560; ad isthmum Tauricæ 210; ad ostia Tanais 150; Moscham 400; Bielenserum urb. & lacum 400. ad ostia Duinæ totidem. Quæ distantia multo major est per oram Africæ occiduam, Hispaniæ, Galliæ, Belgii, Germaniæ, Daniæ, & Norvegiæ, (quæ Scandinaviæ occidua pars est) Vardhusium usque prom. regionis Borealissimum. Verum navigatio valde obliqua est, modo ad ortum modo ad occ. declinans. Prior vero distantia, licet nec ipsa sub eodem contineatur meridiano, & obliquari eam ob occurrentes montes necesse sit, multo rectior esse videtur. In Taurica maxime Orestis (qui eo ad matricidium expiandum venerat) & Pyladæ amicitia enituit. Cum enim rex Tauricæ captos illos detineret, Orestem mortis supplicio affecturus, & uter esset Orestes ignoraret, uterque se Orestem esse affirmabat. De qua re Ovid. de trist. & lib. 3. de Ponto, el. 2. Tauricam ins. facit Steph. sicque dictam scribit, quod ibi Osiris boves seu tauros junxerit ad arandam terram.

Taurina porta urbis Romæ eadem est Esquilinæ. Vide ibi.

* Taurini, pop. Italiæ in Gallia Subalpina, & Pedemontana reg. inter Libycos ad ort. Suetrios ad occ. & Salassos ad Arctos, Pado eos ad Austrum terminante. Licet eos Leander *Piemonte* (quæ reg. Libycos, Salassos, Suetrios, cum parte Liguriæ complectitur) indigitet. Horum caput est Augusta Taurinorum, urbs archiep. & academia, totius principatus Pedemontani conventus juridicus, principisque (qui Sabaudiæ dux est) sedes, inter Astam 20. & Eporediam Borealiorem 25. mill. pass. à Vercellis 37. in occ. quot fere ab urb. Casalensi. Taurinorum mem. Sil. lib. 3. *Polyb. Plin. Ptol.*

“ *His*

" *His tandem ignotas transgressus casibus Alpes*
" *Taurinis ductor statuit tentoria campis.*
[* Taurasia in Seld. man.]

Taurisci, pop. Pannoniæ super. quorum reg. *Steyrmarck* teste Laz. dicitur, Stiriæ pars orientalis, in Hungariæ conf. ubi Pœtovio, Variana castra, & Bolentium sunt.

Taurisci quoque pop. Alpini in finibus Helvetiorum apud Alpes summas, & ortum Rhodani, quorum urbs *Uren* (*Eltorff* teste Scudo) nominatur, ab uris, qui sunt genus taurorum, primus Helvetiorum conventus qui ex Italia in Helvetios proficiscentibus occurrit, inter Adulam mont. (qui à Belitione opp. Insubrum apud lacum Verbanum 35. mill. pass. abest in Bor.) 20. & Lucernam urbem 25. mill. Taurini etiam Ant. teste Ortel. dicuntur. Sunt & Taurisci Plin. & Liv. pop. Norici Alpini, inter Vacorium seu Villacum & Salisburgum, Alpes Noricas incolentes, in plures tractus divisi, *Krumler Taurn*, alibi *Felber Taurn*, & alibi *Karn Taurn* teste Ortel. Carni quoque Taurisci Plin. dicuntur qui Carnicas Alpes incolunt. Taurisci etiam apud Steph. pop. Alpini, quos & Taurinos dici ait apud Polybium.

Taurocilicia, ea pars Ciliciæ quæ Tauro mont. hæret.

Taurocinium, *Calopinaco* teste Barrio, fluv. Bruttiorum per agrum Rheginorum fluens, Agathamque oppid. agri Rhegini à Rhegio Julio 7. mill. pass. distans alluens, mareque inter Rhegium & Leucopetram subiens.

Tauroentium. Vide Taurentium, & Telo Martius.

Tauromenius, Acesine Thucyd. Asine Plin. *Cantara* teste Faz. fluv. Siciliæ prope Tauromenium urb. fluens. Vide Acesines.

Taurominium, Tauromenium Ptolem. Paterc. & Strab. quod & Naxos teste Plin. & Sol. (licet apud Strab. sint urbes diversæ) colonia & urbs Siciliæ olim episc. in ora orientali, inter Messanam ad Bor. & Catanam ad Austrum 30. mill. pass. nunc *Taormina*, ab Andromacho Timæi historici patre condita. Taurominitani pop. Cic. & al. Hinc Taurominitanus nom. gent. Luc. lib. 4.

" *Taurominitanam vincunt fervore Charybdim.*

Tauromenon apud Ovid. lib. 4. fast.

" *Himeraque, & Didymen, Agrigentaque, Tauromenonque.*

Tauropolis, urbs Cariæ, quæ eadem Stauropoli lib. conciliorum videtur. Incola Tauropolites, ut Steph. scribit. (Vide Stauropolis) Inter maximas totius Asiæ metropoles.

Tauropolium, urbs Aquitaniæ. Erat & templum Dianæ in Samo insf. præclarum, cujus mem. Steph. In Icaria insula Strab. lib. 14.

Taurorum peninsf. Vide Taurica chersonesus.

Tauroscythæ. Vide Tauri.

Taurunum, Taururum Ptol. *Belgrado* Italis, *Nander Alba* Hungaris, *Griechisch-Weissenburg*, i. e. Alba Græca, Germanis, urbs Pannoniæ inf. ad Saicum Danubio confluentiam, in Mysiæ super. confinio, caput Serviæ, olim episc. nunc archiep. seu metrop. inter Budam ad occ. seu Corum 35. & Sophiam in ort. 61. leuc. German. Byzantium versus 130. De Belgrado lib. 2. Itin.

" ---------------- *Hinc ecce superbas*
" *Belgradi turres cernimus, atque domos.*

Taurus, mons Asiæ maximus, à Lycia ubi incipit ad occ. usque ad extremos Seres in ort. perductus, aliorum montium (quos utrinque velut ramenta emittit) per Asiam ad Bor. & ad Austrum vergentium pater, varia pro locorum diversitate nomina assumens: nam in Lycia Cragus, in Pamphylia Coracesius & Sarpedon, in Cilicia Taurus vulgo *Caraman*, in Armenia minore Antitaurus *Munzarrum* incolis, in Syria Amanus, in Mesopotamia Chaboras, in Mesopotamiæ & Armeniæ majoris conf. Niphates, in Armenia majore Pariedrus & Gordiæus ac Moschicus, in Colchide Coraxicus, in Iberia & Albania Caucasus, in Media Zagrus, in conf. Assyriæ ulterius Orontes, Jasonius, Coronus, & Choatras, in Parthia Parachoatras ad merid. Masdoranus ad ort. Ariam attingens, in Carmania Strongylos, in Hyrcania Coronus, in Margiana Sariphus, in Bactriana Paropamisus, in Scythia Imaus, inter Scythiam & Indiam Emodus; in universum Tauris, à Græcis Ceraunius teste Plin. & vulgo ab Europæis *Tauro*. In Cilicia adeo nivibus obruitur, ut ante mensem Junium, teste Cic. lib. 5. epist. ad Att. epist. ult. transiri nequeat. De eo Ovid. lib. 2. metamorph.

" *Ardet Athos, Taurusque Cilix, & Tmolus, & Oete.*

Taurus item Tac. mons Germaniæ in finibus Cattorum, & Jornandi mons Sarmatiæ Europææ juxta Mæotidem pal. & Herod. mons Tauricæ chersonesi, unde Tauri pop. & ipsa peninsf. Taurica, & Melæ mons German. seu Norici in tractu Salisburgensi, & Carinthiæ conf. altissimus teste Ort. *Thaurn* incolis, in plures divisus, *Kornthaurn*, *Krumlechthaurn*, *Rhadstatterthaurn*, unde pop. Taurisci. Vide ibi. Taurus etiam mons Arabiæ petrææ ad sinum Arabicum cum opp. cognomine *el Tor*, à monte Sina 60. mill. pass. in merid. ab Heropoli urbe 60. in ort.

Taurus prom. *Capo di S. Croce* teste Fazello, prom. Siciliæ in ora orientali, inter ostia Pantagiæ ad Bor. & Chersonesum ubi Augusta opp. ab ea 3. mill. pass. ostio Pantagiæ & Ingiuno opp. propius.

Taurus quoque fluviolus Peloponnesi per Argiam apud Trœzenen fluens.

Taus, Taua Ptol. *Suthesk* teste Hect. Boetho vel *South-Esk*, fluv. Albionis in Scotia maximus per Moraviam reg. in ortum fluens, pelago inter Andreapolim & Aberdonam exceptus, Tauam paludem ingentem creans. Nonnulli hunc amnem cum Tuesi confundunt, cum sint diversi, longeque distent. [*Tay* Camdeno est, per Perthiam comit. fluens.]

Taxandri, pop. Belgii. Vide Toxandri.

Taxara teste Niceta Chon. urbs Armeniæ minoris, olim Colonia. Vide ibi.

*Taxartes fluv. est Sogdianorum, & Sacarum, juxta quem illos Dionys. Afer habitare scribit.

" *Inde Saca nimium certis gens dura sagittis,*
" *Flumen Taxartem juxta quibus arva coluntur.*
[*Iaxartes verius. Vide ibi.]

Taxgætium, *Tussenberg* teste Laz. opp. German. in Rhætia, apud Aquas Duras, in finibus Helvetiorum. Al. *Stulingen* op. ab Aquis Duris 2. leuc. in Bor. à Scaphusia paulo remotius. Aliis (uti Irenico) *Rotwyl*, urbs libera Sueviæ Transdanubianæ, inter Friburgum urb. ad occ. 5. & *Riedlingen* in ort. 6. Ulmam versus, à Tubinga 5. Sed hæc loca trans Rhenum sunt, Taxgætium in Rhætia apud Rheni caput ex Ptolemæo.

Taxiana, insf. sinus Persici Susianæ adjacens, apud sinum Pelodem teste Steph.

Taxila numero plurali urbs maxima fuit Indiæ cit. inter Indum & Hydaspem, quam Strabo lib. 15. amplam, & legibus munitam scribit. Forte ea est quæ hodie in regno Cambaico *Cambaia* nominatur, vel interius *Citor*, ab Orthospano in ort. ad 337. mill. pass. De qua etiam Philostratus in vita Apollonii.

Taxili, pop. Indiæ cit. inter Hypanim & Hydaspem fluv. quorum urbs Taxila; ad quam Alexander magnus pervenit.

Taxus, flu. Thraciæ circa umbilicum illius, teste Suida.

Strab. Plut. Plin. & al. Taygetum, & Taygetus, Taygeta num. sing. & plur. Virg. *Portes* teste Nigro, mons Laconicæ apud Eurotam fluv. & Spartam urb. Amyclis imminens, unde Amyclæus dicitur teste Plutarch. Claud. de bello Getico.

" *Culmina Taygeti trepidæ vidistis Amyclæ.*

Plin. Tazata, ins. oceani Scythici: quæ Talga Melæ dici videtur, & Chalca Ptol. in mari Hyrcano.

Ptol. Tazus, *Theodoro* teste Nigro, opp. Tauricæ Chersonesi mediterr. olim episc. sub archiep. Heracliensi, nunc metrop. inter Taphras & Theodosiam fere media.

Tazus alter Ptol. *Susaco* teste Mercat. opp. Sarmatiæ Asianæ in ora maris Euxini, ad fin. Cerceticum, inter Achæam vic. ad occident. & Ampsalim urb. ad ortum.

Strab. Plin. Liv. & al. Teanum, cognomento Sidicinum Plin. & al. *Tiano*, colonia & urbs Campaniæ episc. sub archiep. Capuano, inde 12. mill. pass. Casinum versus 20. in colle, inter Cales 4. & Suessam 8. à Venafro 18. in merid. Nomen gentile Teanus apud Steph. A Teano 4. mill. sunt Acidulæ aquæ quæ calculosis medentur, teste Plin. l. 31. c. 2.

Strab. & al. Teanum alterum, Apulum cognomine, Theanum Cic. & vet. inscrip. *Tiano* etiam vulgo, urbs Apuliæ Dauniæ apud Frentanorum fines excisa, in monte Apennino, inter Luceriam ad ort. & Larinum in Corum, ab eo 18. mill. pass. distans, à Florento urbe eversa 8. Utriusque mem. D. Paulin. Nolanus.

" *Quique urbem liquere Cales, geminumque Teanum.*

Herod. Plin. Tearus, fluv. Thraciæ, qui ex 38. fontibus manat teste Herod. lib. 4. ubi scribit Darium ad Scythas proficiscentem pervenisse, & castra ad eum triduo continuasse, aqua illius dulcissima & limpidissima delectatum, columna ibi cum inscriptione erecta.

Ptol. Teatea, Teate Sil. Tegeate Strab. *Civita di Chieti*, urbs Marucinorum metropolis, archiep. in Aprutio, inter Atriam ad occ. 12. & Anxanum ad ortum 15. mill. pass. ab Aquila 45. à Clemente 7. Pont. maximo metropolis effecta. Hic Teatinorum societas exordium habuit. Pop. Teatini Plin. Teates App. Alex. De ea Sil. lib. 8.

" *Corfini populos, magnumque Teate trahebat.*

Anton. Ptol. Tebesta, *Tebesca*, urbs Africæ mediterr. quæ & Tevesta, olim episc. sub archiep. Carthaginensi, à Suffetula 70. mill. pass. à Thysdro 185.

Ptol. Tecelia, *Teckelenborch* uti videtur Ortel. oppid. Germaniæ in Westphalia, inter Osenburgum urb. ad ort. & Rhenen opp. ad occ. 2. leuc. à Monasterio fere 5. mill. in Bor.

Plin. Techedia, *Teclida* teste Bordon. & ex tab. recent. ins. parva maris Ægæi apud Pharmacusam, inde 5. mil. pass. distans.

Anton. Lib. Not. Teclitium, & Teglitium alibi, opp. Mysiæ infer. ad Danubium, à Dorostoro 12. mill. pass. in occidentem.

Anton. Tecolata, *S. Maximin* teste Simlero, opp. Galliæ Narbonensis in Provincia, inter Aquas Sextias ad occident. & Brincolam ad ort. 5. leuc. Forum Julium versus.

Cæs. Tectosages, pop. Germ. juxta sylvam Hercyniam incolentes: quos B. Rhenan. apud Sylvam nigram juxta Nicri fluv. ripas habitasse tradit. Quorum adhuc exstat vestigium *Teck* arx, antiquum nomen redolens, in ducatu Wirtembergensi.

Strab. Plin. Liv. Tectosages, Tectosagæ Steph. & singulari Tectosax, Tectosagi Trogo, Tolistobogi Floro, pop. gemini: primi Gall. Narbonens. quorum metrop. est Tolosa, & reg. pars Occitaniæ reg. circa Tolosam, qui & Tectosagi Ausonio, in Aquitania, vel Aquitaniæ conf. Auson. in catal. urbium, de Narbone.

" *Interiusq; premunt Aquitanica rura Gebennæ*
" *Usque in Tectosagos.*-----

Alii tamen legunt Tectosages. Alteri, pop. Galatiæ in Asia, * Tectosacæ Ptol. Tolistobogii Steph. quorum urbes Ancyra, Olenus, & Corbeuntus, à Tectosagibus Galliæ profecti, qui & regioni nomen indiderunt, Galatiam appellantes. [* In manuscr. Selden. Τεκτοσαγαι.]

Plin. Tedanium, Tedanius Ptol. *Odria* teste Nig. fluv. Liburniæ in mare Hadriaticum inter Seniam ad occ. & Vegiam ad ort. influens.

Ptol. Tediastum *Smodrusch*, urbs Liburniæ in mediterr. episc. sub archiep. Spalatensi, Seniæ finitima, ab ea 3. leuc. German. in Bor. Zagabriam versus.

Plin. Tegamus, canalis maris apud Alexandriam Ægypti, per quem ad urbem accedunt navigia.

Plin. Mel. Paus. Teganusa, Thiganusa Ptol. *Caura* Soph. *Caurea* aliis, ins. sinus Messeniaci parva, inter Sphagiam ins. & Acritam prom. à Sphagia 4. mill. pass.

Strab. Plin. Ptol. Paus. Tegea, Tegæa Ptol. Tegeæa poetis, à Tegeote condita, uti Mantinia à Menalo, *Muchli* Laonico, & Nigro, urbs Peloponnesi in Arcadia, Mantineæ finitima, ab ea 12. mill. pass. distans, olim episc. sub archiep. Corinthio. Hic ossa Orestis gigantis Olympiade 58. inventa teste Solino. De ea Virg. lib. 5. Æneid.

" *Alter ab Arcadia Tegeæ de sanguine gentis.*

Hinc Tegeæus nom. gent. Ovid. lib. 6. fast.

" *Liba suæ properata manu Tegeæa sacerdos.*

Et Tegeaticus. Statius lib. 1. sylv. carmine 2.

" *Et de Manalia volucer Tegeaticus umbra.*

Tegeæ floruit Aristarchus poeta Euripidis synchronus; qui tragœdias scripsit 70. vixitque annos 80.

A. Hirt. Tegea altera, Tege Ptol. opp. Africæ mediterr. Thabenæ proximum, ad 6. mill. pass. distans, apud sinum Numidicum.

Fortun. Tegiacum, vicus Pictavorum in Gallia; de quo in vita S. Martini episcopi Turonensis.

Steph. Tegyra opp. fuit Bœotiæ, ubi Apollo cultus fuit; qui propterea Tegyræus appellatus est.

Strab. Teium urbs fuit Paphlagoniæ in ora maris Euxini, Anacreontis poetæ patria: unde Teius, a, um. Ovid. lib. 2. trist.

" *Præcepit Lyrici Teia musa senis.*

Licet aliis patria ejus Teios vel Teos urbs Ioniæ. Vide Teos. Tei Anacreon cum Baccho liberius indulsisset, acino uvæ passæ repente strangulatus est, teste Val. Max. Amavit Bathyllum puerum.

Anton. Tela opp. fuit Hisp. Tarraconens. inter Intercatiam 22. & Pintiam 24. mill. pass. ab Asturica 82. ex Ant. Hinc Telense concilium.

Polyb. Plin. Mel. Plut. Telamon, Talamon Ant. *Telamone, Talamone, & Porto Talamone*, opp. & portus Hetruriæ in ora, inter Herculis portum ad ort. & Rosetum ad occid. 12. mill. pass. à Telamone Trojano conditum & nominatum, sive à Telamone Argonauta ut aliis videtur. Hic Hispanorum, sicuti & in portu Herculis, & Urbatelli, præsidium. Nomen gent. Telamonius, a, um.

Steph. Telane urbs fuit antiquissima Assyriæ, ubi Ninus rex ante Ninum urb. conditam habitavit, teste Steph. Hinc nom. gent. Telanæus.

Strab. Oros. Telchines, pop. Rhodi ins. eo ex Creta profecti, ac Ialysum urbem incolentes. De quibus Ovid. lib. 7. metamorph.

" *Phœbeamq; Rhodon, & Ialysios Telchinas.*

Xenoph. Steph. Teleboa, fluv. parvus, at pulcher, Armeniæ majoris apud Tigridis fontes.

Arist. Teleboæ seu Teleboes, pop. Ætoliæ, seu Acarnaniæ ut apud Arist. in politicis; & Caprearum ins. latrociniis dediti, quorum Virg. lib. 7. Æn. mem.

" *Fertur, Teleboum Capreas cum regna teneret.*

Te-

Teleboides, ins. Plin. ante Leucadiam. Vide Taphiæ.

Telebois Steph. prius Taphion, reg. Acarnaniæ, ubi Teleboa opp. erat, cujus est mentio apud Plautum.

Theodor. Teleda vicus erat maximus Syriæ juxta Coryphen mont.

Agath. Telephis, opp. Colchorum juxta Phasim fluv. in ripa prærupta.

Steph. Telephius, vicus & fons Lyciæ juxta Pataram urb. ab ea 7. stad. distantes.

Strab. Liv. Telesia, Telessia Ptol. *Telese*, colonia & urbs Samnii episc. sub archiep. Beneventano, excisa, inter Beneventum ad ortum & Teanum ad occ. 23. mill. pass. à Capua 20. in Bor. Eserniam versus; cujus episcopus Ceriti opp. propinquo residet. Una fuit ex iis quas Annibal cepit, teste Liv. l. 2. dec. 3.

Strab. Plin. Theophr. Telethrium, mons Oechaliæ in Eubœa apud Chalcidem urb. cujus mem. etiam Stephan. Incolæ Telethrienses.

Plin. Telis, *Les* teste Navagerio, fluv. Gall. Narbonens. Obri finitimus.

Telium *Teglio*, castrum in Rhætorum & Insubrum confinio, medium inter Sondrium & Tiranum oppid. 8. mill. pass. unde vallis Telina nominatur.

Plin. Tellena vel Tellina, Tellenæ Strab. opp. olim Latii nobile. Pop. Tellini Plin. Telleni Liv. Est & Tellina vel Telina vallis regio inter Insubres & Rhætos, per quam Addua fluv. labitur, longa ad 60. mill. pass. vulgo *Valtellina*, sic à Telio castro dicta, hac tempestate vexata; primum post illius à Rhætis defectionem ab Hispanis tenta, & Pontif. maximo tradita; deinde à Gallis, ut Rhætis restituatur, occupata, Venetis auxiliantibus; inde (ut dicitur) Pont. maximo de ea deliberaturo reddenda. In ea opp. 4. non contemnenda, Morbonium, Tiranum, Sondrium, & Bormium.

Palæphat. Telmesius, mons Bœotiæ Thebis imminens.

Plin. Liv. Ptol. Telmessus, Telmissus Strab. urbs Lyciæ marit. inter Dædala quibus proxima est ad occ. & ostia Xanthi ad ort. finis Lyciæ ad ort. teste Mela, ad Telmissium sin. episc. sub archiep. Pergensi, apud mont. cognominem, de quo Palæphatus. Hinc Telmessius nom. gent. & Telmessis patron. Luc. 8.

" ---------------claramque relinquit
" *Sole Rhodon, magnosq; sinus Telmessidos undæ.*
[* Τελμησὸς in Seld. man.]

Orph. Telmisus, fluv. Bœotiæ Thespias alluens: à quo circumfluente mons Telmesius nominatur.

Anton. Telo, cognomento Martius, *Tolon* vel *Toulon* urbs Gall. Narbonens. in ora Provinciæ, inter Massiliam ad occ. 10. & Forum Julii ad ort. 12. leuc. quot à Dracenis, ab Aquis Sextiis 12. cum portu, episc. sub archiepisc. Arelatensi. Telon autem Massiliensis navigandi, & astrorum peritissimus fuit: de quo Luc. l. 3.

" *Dirigit huc puppim miseri quoque dextra Telonis,*
" *Qua nullam melius, pelago turbante, carinæ*
" *Audivere manum, nec lux est notior illi*
" *Crastina, seu Phœbum videat, seu cornua Lunæ.*

Ptol. Telobis, *Torroella* teste Molet. opp. Hisp. citer. in Lacetanis & ora Catalauniæ, apud Emporias, inde 1. leuc. Palamos versus 5.

Tab. Peuting. Telonium *Rymborch* vel *Reynsburch*, pag. Batavorum apud Lugdunum urbem Hollandiæ, inde vix mill. versus ostium Rheni distans.

Oros. Telonus, fluv. Vide Tolenus.

Herod. Strab. Telos & Telus, *Episcopia* Soph. seu *Piscopia* aliis, ins. maris Carpathii ante Gnidum urb. Cariæ, quæ & Agathusa apud Callimachum teste Plin. dicitur, inter Astypalæam ad occ. & Rhodum ad ort. & Eurum, à qua 50. mill. pass. Delon versus 170. à Carpatho supra 60. in Cæc. ipsa ambitu 35. patens, unguentis olim clara teste Plin. Ejus mem. Ovid. l. 7. metam.

" *Florentemque * Telon, * Syphnon, planamque Seriphon.*
[* Al. legunt *Cythnon, Scyron.*]

Telphissa fons est, cujus aqua adeo frigida est, ut Tiresias vates ex ea bibens senex obierit. Vide Tilphosa.

Telphussa, opp. Arcadiæ à nympha sic dictum teste Steph.

Telphussion, vide Tilphossion, mons apud Alalcomenas teste Strabone. Vide Tilphosa.

Temathea mons *Monte di Coron*, mons Messeniæ reg. in Peloponneso Coronæ urbi imminens. Paus.

Tembrion, opp. Phrygiæ; & Tembros, Cypri; teste Stephano.

Tembrius, fluv. Bithyniæ, de quo Orpheus in Argonaut. Orph.

" *Tembrius irriguis gelidus facit humida ripis.*

Temesa, (ære celebris) quæ & Tempsa Ptol. Temese Ovid. colonia & urbs Brutiorum in ora, inter ostia Lai fluv. ad occ. & Taurianum scopulum ad ort. episc. excisa, (cui Marcopolis in episcopali dignitate subrogata est) varie indigitata; à Barrio *Malvito* inter Mont. altum & Marcopolim 6. mill. pass. *Longo buco* Pontano, apud Cirellos in ora fuisse scribit Ligorius, *S. Lucido* teste Parisio opp. Paulæ vicinum, inde Frigidum versus 4. mill. pass. In Thes. ling. Lat. scribitur hanc urb. *Tempsam* nunc dici: quod erroneum est: nam Tempsa nomen est vetustum; Temesam extinctam esse manifestum est. Forte cives Tempsani, longius à solo patrio recedentes, Malvitum opp. condidere in mediter. à Tempsa supra 20. mill. pass. distans, & alia loca, quæ antiquæ hujus urbis memoriam servant; Hinc Temesæus nom. gent. Ovid. lib. 5. fast. Cic. Strab. Plin. & al.

" *Rursus aquam tangit, Temesæaq; concrepat æra.*

Temesa ab Hannibale & Roman. prorsus excisa fuit. Juxta erat sacellum Politæ uni ex Ulyssis comitibus sacrum; quod à barbaris violatum, graves in eos exercuit pœnas. Unde *Temesæus genius* proverbialiter dicebatur, de pœna res sacras violantibus imminente. Rem Pausan. aliter narrat: Politam ab incolis propter stupratam virginem interfectum, larvas illius, nisi quotannis oblata virgine placarentur, grassari in illos, atque omni sexui perniciem afferre solitas fuisse; sicque genium Temesæum in proverbium transiisse. Gravia enim mala alicui minantes, dicere solebant *Aderit Temesæus genius*. Fuit & *Temese Steph. & al. opp. Cypri. [*Tegessum urbem Cypri habet Steph.]

Temnos urbs fuit Æolidis mediterr. ultra Hermum fluv. cum mont. cognomine, patria Hermagoræ. Hujus incolæ Temnitæ apud Steph. dicuntur. Cic. Strab. Plin. & al.

Tempe, regiuncula Thessaliæ (cum urbe episc. quæ nunc *Licostomo* dicitur, sub archiep. Larissæ) in valle amœnissima, per quam Peneus fluv. decurrit, à poetis celebrata, inter Larissam & oram maritimam, montibus Olympo, Ossa, & Pelio cincta; ubi aqua æs erodit teste Plin. lib. 31. cap. 2. De qua Ælian. lib. 3. c. 1. Virg. lib. 4. georg. Strab. Plin. Liv. Plut.

" *Pastor Aristæus fugiens Peneia Tempe.*

Ovid. lib. 7. metam.

" *Sublimis rapitur, subjectaque Thessala Tempe.*

Hinc Tempæus, a, um.

Templum Æsculapii *Esculapio*, locus Peloponnesi apud Epidaurum 5. mill. pass. Liv.

Templum Dianæ Ephesiæ, unum ex septem orbis admirandis operibus, à Ctesiphonte architecto designatum, 220. annis exædificatum est, habens pedes in longit. 425. in latitud. 220. columnis 127. constans. De cujus construct. plura Vitruvius. Hoc ab Herostrato, ut famam maleficio sibi compararet, incensum fuit. Strab. & al.

Templum Minervæ *S. Maria*, urbs Salentinorum excisa ad Iapygium prom.

Tem-

Procop. Templum Musarum, *Cinquefrondi* teste Barrio, pag. Brutiorum mediterr. in Calabria ulteriore Polisthinæ opp. propinquus, (ad 2. mill. pass. distans) & Morgetiæ.

Ptol. Templum Veneris. Vide Aphrodisium ; quod ab Helena 4. à Narbone 25. à Pyrene 80. leuc.

Templa urbis Romæ ex P. Victore.

Bellonæ, apud circum Flaminium
Bonæ Deæ, ubi nunc ædes S. Mariæ Aventinæ
Bonæ Fortunæ erat apud Pantheon
Cæsaris, ubi ædes S. Anastasiæ
Castoris & Pollucis erat apud ædem S. Mariæ Liberatricis
Concordiæ, apud Capitolium & porticum Liviæ. Ovid. l. 1. fast.
" *Nunc bene prospicies Latiam, Concordia, turbam:*
" *Nunc te sacratæ constituere manus.*
Item apud arcum Septimii, & 8. columnas
Dianæ, in Aventino, ubi ædes S. Sabinæ, & S. Joannis in porta Latina, & in insula Lycaonia
Fauni, ubi ædes S. Stephani rotundi. Ovid. lib. 2. fast.
" *Idibus agrestis fumant altaria Fauni,*
" *Hic ubi discretas insula rumpit aquas.*
Faustinæ, ubi ædes S. Laurentii in miranda
Floræ, ubi ædes S. Ursulæ ad sedes
Fortunæ publicæ, apud ædem S. Vitalis
Herculis, ubi ædes S. Stephani protomartyris, ad Tiberim
Iani, supra ædem S. Vitalis. Ovid. lib. 1. fast.
" *Quatuor adde dies ductis ex ordine nonis;*
" *Ianus Agonali luce piandus erit.*
Iridis, apud ædem S. Mariæ novæ
Isidis, ubi basilica S. Mariæ majoris. Aliud ubi ædes S. Marcelli
Martis, ubi ædes S. Martinæ virgin. Aliud ubi ædes S. Martini. Aliud ubi ædes S. Sisti
Minervæ, ubi basilica S. Mariæ Minervæ, *la Minerva*
Pacis, apud ædem S. Mariæ novæ; vel ibi ubi nunc dicta ædes
Palladis, ante porticum Faustinæ
Pantheon, *S. Maria rotonda*
Penatum, apud templum Romuli
Pietatis, in theatro Marcelli, & ubi ædes S. Nicolai in carcere
Pudicitiæ, ubi ædes S. Mariæ Ægyptiacæ
Quirini, ubi nunc ædes S. Vitalis, & ubi ædes S. Susannæ
Romuli, ubi nunc ædes SS. Cosmæ, & Damiani. Non longe erat templum Faustinæ
Serapidis, apud ædem S. Mariæ novæ in horto
Solis, in supercilio montis Quirinalis, in *M. Cavallo*
Telluris, ubi nunc Ara cœli
Veneris genetricis, in foro, ubi nunc tres columnæ marmoreæ, & ubi ædes *S. M. Libera nos*
Veneris & Cupidinis, apud basilicam S. Crucis in Hierusalem
Vestæ, ubi ædes S. Mariæ liberatricis
Vulcani, ubi nunc ædes S. Theodori. De quo Ovid. lib. 5. fast.
" *Proxima Vulcani lux est; quam Lustria dicunt:*
" *Lustrantur puræ, quas facit ille, tubæ.*

Alter index templorum Romæ ex Sex. Rufo & aliis.

Æsculapi, in 5. regione in insula Tyberina, cum Jovis & Fauni: ubi cœnobium sanctimonialium.
D. Antonini, in 9. reg. cum columna Cochlide apud ædem SS. Cosmæ & Damiani
Apollinis & Claotræ, in 6. reg.
Apollinis, in 9. reg.
Apollinis Palatini, in 10. reg.
Apollinis in Vaticano, in 14. reg. apud S. Petrum. Aliud ubi ædes S. Apollinaris
Augusti, in 8. & 10. reg. Ovid. lib. 1. fast.
" *Sacra vocant augusta patres; Augusta vocantur*
" *Templa sacerdotum rite dicata manu.*
Bacchi, in 2. reg.
Bonæ deæ, in 13. reg. in Aventino
Boni eventus, in 9. reg.
Bruti Callaici, in 9. reg.
Carmentæ, in 8. reg. ubi ædes S. Catharinæ
Castoris, in 11. reg.
Castorum, seu Castoris & Pollucis, in 8. reg.
D. Claudii, in 2. reg.
Concordiæ virilis, in 3. reg.
Concordiæ in porticu Liviæ, in 4. reg.
Concordiæ cum cella, in 8. reg.
Consi, in circo max. in 11. reg. Ovid. l. 3. fast.
" *Festa para Conso: Consus tibi cætera dicet.*
Deæ Carnæ, in 2. reg.
Deum penatum, in 8. reg.
Dianæ commune, in 3. reg.
Fauni, in 2. reg.
D. Faustinæ, in 4. reg.
Febris, in 10. reg. in Palatio
Fidei, in 6. & 10. reg.
Fidii, in 13. reg.
Floræ, in 6. & 10. reg. Ovid. lib. 5. fast.
" *Chloris eram, quæ Flora vocor: corrupta Latino*
" *Nominis est nostri littera Græca sono.*
Fortunæ, plura
Fortunæ viatorum, in 1. reg.
Fortunæ liberæ, in 6. reg.
Fortunæ seiæ, in 6. reg.
Fortunæ statæ, in 6. reg.
Fortunæ primigeniæ & publicæ, in 6. reg.
Fortunæ reducis, in 6. reg.
Fortunæ novum, in 7. reg.
Fortunæ fortis, in 14. reg.
Fortunæ liberæ alterum, ibidem
Gentis Flaviæ, in 6. reg.
D. Hadriani, in 14. reg.
Herculis victoris, in 11. reg. in foro boario
Jani gemini, in 8. reg. Alterum extra portam Carmentalem
Jani bifrontis, in 9. reg. apud theatrum Marcelli
Jani ad forum olitorium, in 11. reg.
Jovis Fagutalis seu viminei, in 5. reg.
Jovis Capitolini sive opt. maximi, in 8. reg. apud montem Tarpeium, cum templo Cereris ultoris in 9. regione, ubi Pantheon, & Cybeles
Jovis seu Solis Algabali, in 10. reg.
Jovis propugnatoris, ibidem
Jovis statoris, ibidem
Isidis, in 1. reg.
Isidis & Serapidis, in 3. reg.
Isidis & Serapidis, in 9. apud ovile
Isidis, in 13. reg.
D. Julii Cæs. in 8. reg.
Junonis Lucinæ, in 5. reg. ubi ædes S. Laurentii in Lucina. Ovid. lib. 3. fast.
" *Dicite; tu nobis lucem Lucina dedisti:*
" *Dicite; tu voto parturientis ades.*
Junonis maritalis, in 8. reg.
Junonis reginæ, in 13. reg.
Larum, in 8. reg.
Libertatis, in 13. reg.
Lunæ, in 4. reg.
Lunæ, in Palatio, seu in 10. reg.
Lunæ in Aventino, in 13. reg. Ovid. lib. 3. fast.
" *Luna*

" *Luna regit menses: hujus quoq; tempora mensis*
" *Finit Aventino Luna colenda jugo.*
Martis extramuranei, in 1. reg.
Matris deum, in 10. reg.
Mentis, in capitol.
Mercurii, in 11. reg. ubi ædes S. Angeli. Ovid. lib. 5. fast.
" *Est qua Mercurii porta vicina Capenæ:*
' *Si juvat expertis credere, numen habet.*
Minervæ medicæ, apud Pantheon in 5. reg.
Minervæ Flavianæ, in 6. reg.
Minervæ vetus, in 8. reg. Ovid. lib. 3. fast.
" *Parva licet videas captæ delubra Minervæ,*
' *Quæ dea natali cæpit habere suo.*
Minervæ Chalcidicæ, in 9. reg.
Nemesis, in 8. reg.
Neptuni, in 9. reg. apud septa, ubi ædes S. Blasii in via Julia, & ubi ædes S. Anastasiæ
D. Nervæ in foro transitorio, in 4. reg.
Pacis, in 4. reg. Ovid. lib. 3. fast.
" *Et Romana salus, araque Pacis erit.*
Panis, ubi nunc ædes S. Stephani rotundi.
Pantheon, in 5. reg. Ovid. l. 4. fast.
" *Roma pudicitia proavorum tempore lapsa est:*
' *Cumaam, veteres, consuluistis anum.*
Quirini, in 6. reg.
Quirini novum, in 7. reg.
Quirini, in 10. regione, prope lupercal. Ovid. lib. 1. fast.
" *Dexter ades patribusque suis, populoq; Quirini.*
Remi, in 4. reg. Ovid. lib. 5. fast.
" *Huic Remus institerat frustra, quo tempore fratri*
" *Regna Palatina prima dedistis aves.*
Romuli, alias Quirini, in 8. reg.
Salutis, in 6. reg. in colle Quirinali
Salutis aliud, in eadem reg.
Saturni, in 8. reg.
Serapeum, in 6. reg.
Serapidis, in 1. reg.
Silvani, in 5. reg. sub colle Viminali
Solis, in 4. & 7. reg.
Spei novum, in 7. reg.
Telluris, in 4. reg.
D. Trajani, in 8. reg.
Tulli Hostilii, in 2. reg.
Veneris cloacinæ, in 4. reg.
Veneris Erycinæ, apud portam Collinam in 5. reg. De templo Veneris Erycinæ inter alia Ovid. lib. 4. fast.
" *Templa frequentari Collinæ proxima porta*
" *Nunc decet: à Siculo nomina colle tenet.*
Veneris aliud, in sexta regione, apud hortos Sallustii
Veneris calvæ novum, in 8. reg.
Veneris calvæ vetus, in 8. reg.
Veneris genitricis, in 8. reg.
D. Vespasiani, in 8. reg.
Vestæ, ibidem
Urbis Romæ & Augusti, in 4. reg.

Fuere etiam alia Romæ sequentia templa à vet. scriptoribus memorata.

Adonidis
Annonæ sanctæ
Apollinis Sosiani
Apollinis tortoris
Augusti ad Minervam
Cereris: de qua Ovid. lib. 4. fast.
" *Alba decent Cererem: vestes Cerealibus aptas*
" *Sumite, nunc pulli velleris usus abest.*

Clementiæ Cæsar.
Ditis, seu Plutonis
Fortunæ barbatæ
Fortunæ blandæ
Fortunæ benesperantis
Fortunæ convertentis
Fortunæ equestris novæ
Fortunæ masculæ
Fortunæ muliebris, extra portam Latinam
Fortunæ plebeiæ
Fortunæ privatæ
Fortunæ viscatæ
D. Hadriani
Herculis, via Latina
Herculis defensoris
Honoris
Jovis invicti
Jovis Mariani
Jovis prædatoris
Jovis pugnacis
Jovis tonantis, in Palatio. Ovid. lib. 6. fast.
" *Nomine, quam pretio celebratior, arce Tonantis,*
" *Discite Pictoris quid velit ara Iovis.*
Jovis victoris
Junonis Caprotinæ
Justitiæ
Justitiæ Augusti
Mentis: de quo Ovid. lib. 6. fast.
" *Mens quoque numen habet: Menti delubra videmus*
" *Vota metu belli, perfide Pœne, tui.*
Næniæ, extra portam Viminalem
Palladis, apud porticum Faustinæ. Ovid. l. 3. fast.
" *Pallada nunc pueri teneræque orate puellæ.*
" *Qui bene placarit Pallada, doctus erit.*
Pietatis, apud theatrum Marcelli
Pudicitiæ
Quietis, via Lavicana
Ridiculi, extra portam Capenam, ubi Hannibal consedit
Themidis
Vacunæ
Veneris lubentinæ
Veneris victricis
Victoriæ, apud arcum Septimii, & statuam Morphorii
Virtutis
Vulcani

Præter templa fuerunt & basilicæ plures, ædes sacræ, & ædiculæ pene innumeræ, delubra, & aræ. Extra urbem vero erant templa, sive ædes diis malis dicata; quibus, ne nocerent, statis temporibus sacra faciebant: veluti Timoris, Palloris, Paupertatis, & Senectæ. Fuit & templum Vejovis in Capitolio; cujus mem. Ovid. in fast. lib. 3.
" *Templa putant lucos Vejovis ante duos.*

Tencteri, al. Thenchteri, App. Tanchari, Tenteri- *Tac.*
des Plut. Tenchateri Liv. pop. Germaniæ, quorum reg. *Drent* teste H. Junio dicitur, inter Frisiam ad Bor. & occ. Westphaliam ad ort. & Transisalanam ad Austrum. Oppida inter alia Covordia *Coewerden*, à Volenhovia 7. leuc. in ortum, à Daventria 9. in Cæc. inter Campenam ad occ. & Lingam ad ort. 7. Quæ reg. in Transisalana computatur.

Tenea, Tenæa Suid. pagus agri Corinthiaci arbo- *Pauſ.*
ribus consitus, à Corintho 60. stad. distans.

Teneas, fluv. Umbriæ. Vide Tinia. *Strab.*

Tenebrium prom. *Cabo de Alfaques* Moletio & a- *Ptol.*
liis, prom. Hisp. Tarracon. cum opp. cognomine, inter ostia Iberi in duos alveos infra Dertusam urb. divisi. Aliis est *Cabo de Oropesa*, apud Peninsulam opp. ab ostiis Iberi longius in occasum recedens. Sed prior interpretatio Ptol. Tenebrium circa ostium Iberi

Tarraconem versus describenti magis congruit. Hinc Tenebriani incolæ.

Cic. Strab. Plin. & al. Tenedos, *Tenedo* etiam vulgo teste Sophiano, olim Leucophrys, à Tenno teste Steph. nomen habens, inf. maris Ægæi, sive Hellesponti, amœna, contra Sigeum Troadis prom. inde 12. m. pass. (sed teste Strab. 40. stad. ad 80. patens) in occ. & Circium distans, à propiore littore Asiæ 5. tantum teste Plin. à Lesbo 56. in Bor. ipsa circuitu 10. patens, cum urbe cognomine episc. sub archiep. Mityleneo, inde 28. mill. pass. Apollini, qui ibi præcipue colebatur, sacra, prius Calydna & Leucophrys, testibus Herod. Diod. & Paus. Pop. Tenedii Cic. De ea Virg. 2. Æn.

" *Est in conspectu Tenedos, notissima fama*
" *Insula, dives opum, Priami dum regna manerent.*

Tenedii causas citissime terminabant: duas enim autore Suid. secures suspensas in judicio tenebant; quarum altera juxta judicem parata erat. Nam Tenes rex legem tulerat, ut à tergo judicis adstaret aliquis securim manu tenens, paratus percutere reum, vel qui falsum jurasset. Ex quo *Securis Tenedia* in proverb. abiit, pro expedita & severa justitia. *Tenedius tibicen* quoque proverbialiter de falso teste dicitur apud Steph. causam apud ipsum legito. *Tenedius vir* quoque proverb. de severo judice, teste Eustathio.

Strab. Pauf. Tenericus campus Bœotiæ juxta lacum Copaidem.

Ptol. Tenissa, *Tremissen* teste Nigro, vel *Tremesen*, urbs Maurit. Cæsariens. mediterr. regia, & ampla, quæ & Telensinum: sed aliis est *Tenez*, (quod mihi magis probatur) haud procul ab ora litorali, inter Cartenacim ad occid. & Juliam Cæsaream ad ort. licet Ptol. illam à littore remotiorem faciat.

Vib. Seq. Tenarus, mons Macedoniæ in ora occidua inter Apolloniam & Dyrrachium, Apolloniæ propior, unde ab illa hodie nominationem accipit, *M. di Pollina* dictus.

Plin. Mel. Ptol. Tenos, sic à Teno dicta, *Tina* teste Sophiano, insula maris Ægæi, una Cycladum, ab Aristot. Hydrussa ob aquarum copiam teste Plin. longa 15. mill. pass. quot à Delo recedit in Bor. ab Andro 7. circuitu 40. cum urbe episc, sub archiep. Rhodiensi, Venetis parens. Alliis abundat, quibus Tenii frequenter vescuntur. Ovid. l. 7. metam.

" *At non Oliaros, Didymeque, & Tenos, & Andros.*

In ea fons est, cujus aqua vino non miscetur, teste Athenæo. Tenos item apud script. Britannicos inf. Albionis ante ostia Tamesis, Cantio Angliæ reg. adjacens, *Tenet* vulgo. Vide Thanatos, & Toliapis.

Strab. Plin. Ptol. & al. Tentyra, & Tentyris, urbs & nomos Ægypti ad Nilum, olim inf. teste Plin. urbs inter Diospolim ad Bor. & Latopolim ad Austrum, à Copto 12. mill. pass. in Bor. à Diospoli vero 27. in Austrum, olim episc. nunc jacet, prorsus extincta. Apud hanc urb. crocodili non admittere feruntur. Est & locus Thraciæ in ora contra Samothraciam inf. cujus mem. Ovid. lib. 1. tristium el. 9.

" *Saltus ab hac contra brevis est Tentyra petenti.*

Ubi Stentora legit Merula; est enim Stentoris portus & lacus in eo tractu apud ostia Hebri fluv. teste Plin. cum Herod. De Tentyra vero urbe Ægypti mem. Juvenalis sat. 15.

" *Qui vicinis colunt umbrosæ Tentyra palmæ.*

Pop. Tentyritæ teste Steph. qui accipitrem pro deo colebant, & olfactu serpentes fugabant.

Herod. Strab. Plin. & al. Teos, Teios Thucyd. *Sigafor* nunc Theveto & Meletio, urbs & portus Ioniæ in ora litorali, inter Erythras ad Bor. & Colophonem ad Austrum 120. stad. à Lebedo 50. vel 120. stadiis circumcirca, episc. sub archiep. Ephesino: Anacreontis patria teste Strab. licet alii Teium illius patriam scribant. De quo Ovid. lib. 2. trist.

' *Præcepit lyrici Teia musa senis.*

Tei etiam Erinna poetria fuit Dionis Syracusani temporibus, quæ Dorica lingua scripsit elegans poema & epigrammata, ad Homeri excellentiam accedens. Obiit anno ætatis 19. De ea Propert. lib. 2. Est & Teos Plin. inf. Ioniæ ab Erythris 71. mill. pass. quot à Chio in Bor.

Tephlis, Tiphlis Curopalati, vulgo etiam *Teflis*, *Cedr.* urbs Mediæ, seu potius Armeniæ majoris in Georgianis, urbs munitissima, ubi diu Turcarum præsidium fuit; sed nostra tempestate à Persis recuperata est. Vide Artaxata, sic enim veteribus dicta putatur.

Teracatriæ campi *Kunigwiser*, & teste Laz. *Marckfelder*, tractus Germaniæ, in Moraviæ & Austriæ trans Danubium confinio. *Ptol.*

Tercatum, sive Trecatum, opp. agri Novariens. ex præcipuis Orobiorum habitatum, *Treca* vulgo, quasi Tres casæ, in literis pontificiis memoratum, à Novaria 5. mill. pass. Viglebanum versus distans.

Terapnæ. Vide Therapnæ, seu Theramnæ.

Terdona, posterioribus *Tortona*, urbs Liguriæ episc. sub archiep. & duce Mediolanensi. Vide Dertona; sic enim veteribus dicitur.

*Terebs, fluv. Hisp. Tarracon. in mare Ibericum inter Carthaginem novam & Alonas influens, qui idem Tadero Plin. esse videtur. Vide ibi. Illum varie indigitant; alii *Segura*, alii *Guadalentin*, (sed hic ultra Carthaginem decurrit) alii *Rio del mondo*. [*Man. Seld. habet *in prima syll.] *Ptol.*

Teredon *Balsara*, urbs Babyloniæ apud sin. Persicum & ostia Euphratis (cujus decursus totus est 1532. mill. pass. ex Plin. & Strab. & cujus ostia à Tauro monte 805. absunt) hac tempestate clara, & sedes satrapæ, ante Turcarum, nunc Persarum, à Babylone 3000. stad. teste Strab. in Euronotum, ab Antuza inf. & urbe ad sinus prædicti fauces navigatione 22. dierum in Bor. distans. Dionys. Afer. *Strab. Plin. Ptol. & Ælian.*

" *Extrema fluvii sub parte Teredona radens*
" *Hujus ad auroram ripis devolvitur altis*
" *Tigris*-----------

Terentus locus erat Romæ in extremo campi Martii, haud procul à Capitolio, ubi templum Plutonis, & Consi, araque sub terra diis inferis dicata, sic à terendo dictus, quod ibi Tyberis ripas rumpens, terram tereret. Cujus mem. Papin. in sylv. lib. 1. carm. 4. *Festo.*

" *Aut instaurati peccaverit ara Terenti.*

Et Mart. lib. 4. ep. 1.

" *Hic colat ingenti redeuntia secula lustro,*
' *Et quæ Romuleus sacra Terentus habet.*

Tergeste, Tergestum Ptol. & Melæ, *Trieste*, colonia & urbs Carnorum, seu Histriæ in conf. (utrique enim tribuitur) marit. & episc. sub archiep. Aquileiensi, inde 25. mill. pass. in ort. Justinopolim versus 10. sub Austriacis. Pop. Tergestini. Ubi sinus Tergestinus Plin. *Golfo di Trieste*. Hinc Tergestæus nom. gent. Dionys. de situ orbis. *Strab. Plin.*

" *Alta Tergestæon postremæ mœnia terræ.*

Tergovistus *Terwisch* & *Tervis*, urbs Daciæ, Tiriscum olim, Valachiæ metrop. & regia, à Corona urbe extrema Transylvaniæ supra 80. mill. pass. in Euronotum, à Nicopoli & Bidino paucioribus. *Script. Hung.*

Terias, Tyrias Diod. *la Iaretta*, fluv. Siciliæ inter Amenannum & Simæthum apud Catanam urb. fluens, qui etiam vulgo *Fiume di Catania* dicitur, quod ex montibus Aeriis oriens, per illius agrum decurrat in mare, inter Catanam 8. & Leontinos 16. mill. pass. *Plin. Thucyd.*

Terina, *Nocera* teste Barrio, opp. Brutiorum adsinum Hipponiatem, (qui & Terinæus Plin. ex illa nominatur, vulgo *Golfo di S. Eufemia*) in Calabria citer. à Consentia 16. mill. pass. ab Amantia in Bor. 8. apud ostia Ocinari sive Sabbati fluv. Hic Paulus Iovius *Strab. Plin. Diod. & al.*

vocis

vocis colluſionem ſequutus, Terineam *Terram novam* longe hinc diſtantem indigitat. Porro Terinæus ſinus à Scyllaceo 20.mill.paſſ.teſte Plin.diſtat,cum fere duplo diſtare deprehendatur. Terina etiam fluv. qui opp. irrigat appellatur teſte Steph. qui Terinam à Crotoniatis conditam ſcribit.

Lib. Not. Teriolum, *Tyrol* teſte Lazio, opp. Rhætiæ in Norici conf. (à quo Tirolenſis comitatus, reg. ſeu provincia Germaniæ ampla, Italiæ contermina, denominatur) apud Meranum opp. à Tridento 9. leuc. in via quæ Auguſtam & Ulmam ducit occurrens, ab Oeniponte 14. in Libonotum.

App. Termantia, Termes Ptol. opp. Hiſp. Tarraconenſ. in Arevacis, apud Durium fluv. excifum ; locus *Nueſtra Señora de Tiermes* adhuc nominatur, teſte Morale, apud Uxamam urb. Pop. Termeſtini Tacito.

Herod. Plin. & al. Termera opp. fuit Cariæ in Lyciæ conf. imo Lyciæ apud Steph. cujus incolæ Termilæ ab Herodoto teſte eodem Stephano nominantur.

Strab. Termerium, prom. Myndiorum in Caria, Candariæ prom. Coorum adverſum, inde 40. ſtad. diſtans.

Plin. Ptol. Flor. Termes, opp. Hiſp. Tarracon. in Arevacis, in Celtiberorum confinio. Vide Termantia. Hic L. Piſo prætor Hiſpan. citer. ob gravia tributa populo imperata ab agricola Termeſtino confoditur, circa an. ſal. 20. qui captus, nullis tormentis, ut ſocios proderet, adigi potuit, teſte Beuth[illegible]

Liv. Diod. Termeſus, *Terme[illegible] Ptol. Termiſſus Strab. *Termes* in tab. geograph. urbs Pamphyliæ in Piſidia, inter Pergen ad Auſtrum, & Antiochiam Piſidiæ ad Bor. epiſc. ſub archiep. Pergenſi, Termiſſos Steph. qui ſolet ab aliis diſcrepare. [* Τερμησσός in Seld. man.]

Strab. Pauſ. Termeſſus, fluv. Bœotiæ Heliconem mont. circumfluens.

Vt. mon. Ternatum ſeu Ternatus *Trina* vel *Terna*, pag. Inſubriæ ad lacum cognominem, Verbano lacui propinquus, inter Mediolanum 30. & Angleriam 6. mil. paſſ.

Nicet. Gregora Ternobum ſive Ternobus, Trinabum Laonico, *Ternova*, urbs Myſiæ in Thraciæ confinio, ad Hæmum mont. archiep. & metrop. Bulgariæ, à Siliſtria 30.mil. paſſ. in ortum, duplo intervallo diſtans à Sophia in Cæciam Doroſtorum verſus, inter Philippopolim 70. & Nicopolim 50. omnium munitiſſima in ea reg.

G. Tur. Ternodorum, & Ternodorenſe caſtrum, *Tonnerre*, opp. Gall. Celt. in finibus Lingonum, & ducatu Burgundiæ, inter Senonas 12. & Antiſſiodorum 3. leuc. Divionem verſus 20. Quod ab eodem Tornodorum dici videtur.

Ptol. Terta, *Tinto* vel *Tirto* Molet. *Tedia* aliis, oppid. Thraciæ, inter Sardicam ad occ. & Philippopolim in ortum occurrens.

Lib. Not. Tertona. Vide Dertona.

Ptol. Terva, *Tauris* teſte Leuncl. & Cruſio, urbs Mediæ archiep. & regia, quæ recent. Taureſium ſeu Tabreſium, & veteribus Echatana. Vide ibi. Sed Terva apud Ptol. in Armenia eſt, non in Media. Vide Gerva.

Plin. Teſſuinum, *Muro Traſſino* teſte Blondo, opp. Piceni in finibus Aprutii apud Truentum fluv. ab Aſculo 6. mill. paſſ. in Auſtrum, Offidæ propinquum. Sed neque hoc, neque illud apud Plin. me legiſſe memini. [Apud Plin. Albulates, Suinum, inter Piceni flum. numerantur ; hic forſan Albula, Teſſuinum legit.]

Teſtaceus mons Romæ inter Aventinum & ædem D. Greg. haud procul à circo maximo, ſic dictus à teſtis vaſorum tractis, & in eum locum comportatis; vulgo etiam *M. Teſtaccio.*

Strab. Tetrapolis, reg. Syriæ, in qua ſunt 4. urbes à Seleuco rege conditæ, quæ ſorores appellantur ; Antiochia à patre, Seleucia à ſe, Apamia ab uxore, & Laodicæa à matre, nominatæ. In Theſ. ling. Lat. Tetrapolis appellatur Antiochia reg. cum ſit una ex 4. illius urbibus. Tetrapolis item locus Atticæ 4. opp. conſtans, Oenoë, Probalintho, Tricorytho, Marathone, teſte Stephano.

Tetricus mons, *M. S. Giovanni*, & *M. Nero*, mons Sabinorum aſperrimus, qui Tetrica rupes à Varrone nominatur, in tres diviſus, quorum unus *M. di S. Giovanni*, alter vero *M. Severo*, reliquus *M. Nero* dicitur. Quanquam Mons Severus à Tetrico apud Virg. diverſus videtur lib. 7. Æn. *Vib. Seq.*

" *Qui Tetricæ horrentes rupes, montemque Severum,*

" *Caſperiamque colunt, Foruloſque, & flumen Himellæ.*

* Tetus, *Trieu* teſte Bertrando Argentræo, ſeu *Ceſnon* teſte Cœnali, fluv. Gall. Celt. per Britanniam minorem fluens. [* Τῖτος in man. Selden.] *Ptol.*

Teucheira, urbs Cyrenaicæ marit. (Vide Arſinoe, nam eſt eadem illi) *Toacara*. Non Taucheira, ut legit Steph. *Strab. Marcell.*

Teucri apud poetas Trojani appellantur. Ovid. 1. triſt.

' *Æqua Venus Teucris, Pallas iniqua fuit.*

Idem 13. metamorph.

" *Inde recordati Teucros à ſanguine Teucri.*

Virg. lib. 1. Æn.

" *Solvite corde metum Teucri, ſecludite curas.*

Teuderium, *Padeborn* teſte P. Appian. urbs Germ. epiſc. ſub archiep. Magontino in Weſtphalia, inter Lupiam ad occ. 4. & Brachelam ad ort. 3. leuc. à Monaſterio 10. in ortum & Eurum, Caſellam verſus fere 8. Padeburna Lat. recenti, à fonte nomen habens, à Lengovia 4. in Auſtrum recedens. *Ptol.*

Teumeſſus, mons Bœotiæ, (Vide Theumeſius) ubi Hercules Theumeſium leonem adhuc puer occidiſſe traditur. Hinc Teumeſius, a, um, nom. gent. & Teumeſii accolæ ejuſd. montis. Stat. lib. 2. Theb. *Strab. Pauſ.*

" *Non alias tacita juvenis Teumeſius iras*

' *Mente acuit*---------

Teuriochæmæ, *Thuringer* teſte Peucero, pop. Germaniæ, quorum reg. Turingia teſte etiam Stella nominatur. *Ptol.*

Teurnia, *Rachſtadt* teſte Lazio, opp. Norici in ditione Salisburgenſi, à Salisburgo 12. leuc. in ort. à Vitopoli urbe Carinthiæ 8. in Bor. Sed Pirchaimero eſt *Pernaw* opp. apud lacum Chiemenſem, à Salisburgo 8. leuc. in occ. Hoc alii Latine Berunum dici volunt. *Ptol.*

Teuthrania, *Tripoli* Theveto & Moletio, urbs Paphlagoniæ apud Carambim prom. Aliis *Tribicelli* indigitatur. Eſt autem Teuthrania inter Cytorum ad occ. & Carambim ad ortum. Hinc Teuthranius, & Teuthrantius nom. gent. Ovid. lib. 2. triſt. *Arrian. Ptol.*

" *Forſitan, ut quondam Teuthrantia regna tenenti,*

' *Sic mihi res eadem vulnus opemq; feret.*

Steph. Teuthraniam à Teuthrante dictam urb. Myſiæ, non Paphlagoniæ, facit.

Teuthrone, *Scopia* teſte Nigro, opp. Laconicæ marit. inter Tænarium ad occ. & Gythium ad ortum. *Pauſ. Ptol.*

Teutoburgenſis ſaltus *Teuteberg*, ſylva Germaniæ in Weſtphalia, inter Amaſium & Lupiam fluv. apud *Falckenburg* arcem, inter Monaſterium & Padeburnam. *Tac.*

Teutoburgium, *Draſat* teſte Laz. al. *Erdewdy* & *Senna Erdet* opp. proximum, urbs olim, nunc pagus Pannoniæ ſuper. ad Drai cum Danubio confluentiam, à Buda 22. leuc. in Euronot. Alii, Lazio etiam conſentiente, *Funfkirchen*, id eſt, Quinque eccleſias, illam indigitant ; & ſunt qui *Ezech* eſſe putent ad Draum, à Quinque eccleſiis 7. leuc. in Eurum. Sed prior interpretatio verior. *Anton. Ptol.*

Teutoburgium alterum, *Doesburg*, quaſi Druſiburgum, *Tab. Peuting.*

gum, opp. German. infer. in Geldria, ad Fossam Rheni Drusianam, ubi Aliso fluv. excipitur, inter Noviomagum ad occ. & Zutphenum ad ortum quasi 3. leuc. Arenaco propius, & Doeteco. Dicitur & Arx Drusiana.

Cæs. Plin. Teutoni, Teutones Ptol. Theutoni Melæ, pop. Germaniæ mare Germanicum apud Cimbros incolentes, *Teutsch* vulgo, *Todeschi* Italis. Hos Osterlingos vocat Ortel. Quanquam hodie Teutoni omnes Germani vocantur. Hinc Teutonius nom. gent. & Teutonicus. Virg. lib. 7. Æn.

" *Teutonico ritu soliti torquere cateias.*

Claud. in Eutrop. lib. 1.

" *Teutonicus vomer, Pyreneique juvenci*
' *Sudavere mihi*---------

Luc. lib. 6.

" *Cantaber exiguis, aut longis Teutonus armis.*

Plin. Strab. Teutria *S. Domino*, vel *S. Domo*, inf. una Diomedearum (quarum major & prima Tremetus, vulgo *S. Maria di Tremiti*) Apuliæ Dauniæ adjacentium. Vide Diomedeæ. Apud Plin. Diomedea & Teutria nominatur.

Ptol. Texali, pop. Albionis in ora Scotiæ orientali, quorum urbs Devana (vide ibi, & Aberdonia.) Vide Taizali; quos quidam cum Texalis confundunt.

Sozom. Thabatha, pag. Palæstinæ à Gaza urbe 5. mill. pass. in Austrum distans, patria S. Hilarionis abbatis teste D. Hieron. Thebasa ut videtur Callisto; sed 15. stad. tantum à Gaza recedens.

A. Hirt. Thabenna, Thabba Ptol. urbs Africæ mediterr. cujus mem. Posidonius in vita S. Augustini.

Bibl. Thabor, *Tabor* adhuc vulgo dictus, mons Palæstinæ in Galilæa apud campum Esdrelon, à Nazareth ad 6. mill. pass. in ort. distans, à Naim 5. in Bor. Alter est in tribu Nephthali versus Dan. Est & Thabor urbs Bohemiæ, & Thaboria dicta, valde munita, in colle, inter Pragam 11. & Budovissam 6. leuc. De ea lib. 5. Itiner.

" *Qua jacet Hussitis urbs olim condita Thabor.*

Ptol. Thabraca, Tabracha Plin. Tabraca Melæ. Vide ibi.

Ptol. Thæma, *Theama* etiam hodie in tab. recent. urbs Arabiæ fel. mediterr. regia, inter Omanum & oram sin. Arabici, à Sabæis in occ. recedens.

Thæman vel Theman, urbs in terra Edom apud Petram deserti, inter mont. Hor & Seir; unde Eliphaz Themanites inter Iob amicos. Cujus loci in lib. prophet. fit mentio.

Strab. Thæna, Thenæ Ptol. Theænæ Plin. & Ant. urbs olim episc. sub archiep. Carthaginens. Africæ marit. ad Syrtis parvæ initium, media inter Usulam ad occ. & Macomadas ad ort. 28. mill. pass. à Carthagine 217. Leptim magnam versus 439. apud Ant. à Tacapis 56. in occ. recedens. Hac tempestate jacens, haud memoratur à scriptoribus hujus temporis.

Thagasta. Vide Tagaste, & Tagastense castrum.

Anton. Thagura, Tagura Vict. Vticensi, urbs Africæ olim episc. in Numidia, nomen adhuc antiq. retinens, inter Siccam Veneriam 50. & Tipasam in occ. 34. mill. pass. à Cirta 117. in ort. ex Itin. Antonini.

Lib. Not. Zosim. Thaiphali, pop. Scythiæ Europææ circa Hierasum fluv. à Trajano imp. victi teste Aur. Victore. Taifali quoque legitur.

Strab. Paus. Thalame, *Calamata* Gemisto, *Basilopotamo* vulgo vel *Vasilipotamo* teste Nigro, opp. Laconicæ mediterr. Gereniæ finitimum, apud Eurotam fluv. Theramne Plin. & Therapnæ Sol. & Melo dici videtur, *Brobolizza* vulgo Moletio & aliis.

Procop. Thalisamus, pag. Mesopotamiæ apud Amidam urb. ab ea 40. stad. distans, teste Procopio.

Ptol. Thaluda, *Tagazza* teste Marmolio, de nomine urbis quam alluit, fluv. Maurit. Tingit. inter Iagath ad occ. apud Abylam columnam Herculis, & Oleastrum prom. ad ort. apud illud mari exceptus. Sed teste Moletio *Tafavel* dicitur.

Thamarus, *Tamaro* teste Mazzella, fluv. Samnii ex Apenn. mont. per Sæpinum in Calorem paulo supra Beneventum influens, in Austrumque decurrens. *Anton.*

Thamesis, fluv. Albionis per Londinium regiam Angliæ fluens. Vide Tamesis. De eo Pontan. lib. 5. Uran. *Cæs. Oros.*

" *Erigit è ripis Thamesis caput, erigit ingens*
' *Albis*---------

* Thamissa, *Tamacrati* ut aliquibus videtur, urbs Africæ littoralis, olim episc. sub archiep. Carthaginens. Uticæ proxima, inde in occ. Tabracam versus distans. [* Forsan pro Thinissa ita posita.] *Ptol.*

Thamnata, Thamata lib. Not. *Timnia* hodie teste Benjamin Tudelens. opp. Palæstinæ mediterr. in Arabiæ petrææ conf. *Bibl.*

Thamnath, opp. in tribu Dan, inter Modin & Emmaum, Arimathiæ proximum, ac Nibe.

Thanatos, Tanetos Bedæ, *Tenet*, ins. Albionis Cantio adjacens apud ostia Thamesis fluv. *Ynis Rhuochym* Britannice teste Lhuydo. Serpentes non gignit, & aliunde illatos necat, teste Solino. Continenti pene juncta, longa & lata 9. mill. pass. sic dicta à serpentum morte, quasi Thanatos. Vide Tanetos. *Sol.*

Thapsacum, (Vide Tapsacum) urbs Mesopotam. inter Zeugma ad occ. 2000. & Tigrim fluv. in ort. 2400. stad. ex Strab. ad Euphratem fluv. à montibus Armeniæ 1200. stad. ex sententia Hipparchi Strab. referente, à Babylone 4800. stad. in occident. ex Eratosthene. *Xenoph. Plin. Strab. & al.*

Thapsus, oppid. Africæ marit. inter Hadrumetum ad occid. & Rhuspas ad ort. (Est & penins. Siciliæ apud Syracusas. Vide Tapsus) à littore 10. stad. distans. *Cæs. Plin. Liv. & al.*

Tharsis, opp. seu locus erat Comagenes à Samosatis 13. mill. pass. distans. *Anton.*

Tharsis item in sacris litteris memorata, Tarsus est teste Josepho, urbs Ciliciæ præcipua. Vide ibi. *Bibl.*

Thassus & Thassos, Thasos Xenoph. & Thucyd. (cum opp. cognom. à Pariis condito teste Strab.) *Tasso* etiam vulgo teste Soph. ins. maris Ægæi, oræ Thraciæ inter ostia Nesti & Strymonis flum. adjacens, Lemno ins. proxima, inter illam 5. & Abderam urb. 20. mill. pass. ab Atho monte 62. in ort. ab ostio Nessi 5. circuitu 40. teste Bordonio. Stat. 5. Theb. *Strab. Plin. Mel.*

" *Et Paros, & nemorosa Thasos, crebraque relucent*
' *Cyclades*---------

Hinc Thasius nom. gent. Virg. lib. 2. georg.

" *Sunt Thasiæ vites, sunt & Mareotides uvæ.*

Thassium vinum apud Plaut. in Pœnulo laudatur; uti Leucadium, Lesbium, & Chium. Thassus sive Thasus aurea quondam dicta, ob auri quod ibi effodiebatur maximam copiam: miræ fertilitatis commendatur à Zenod. qui scribit Callistratum oratorem Atheniensibus persuadere conatum, ut regionem illam occuparent, tanquam feracissimam, & quæ auri etiam venas haberet; qui tandem orationem concludens, dixit, *Summa Thassus bonorum est.* Quod in proverbium receptum est, de bonis splendidis quæ quis pollicetur. Thasium vinum laudatissimum quoque est apud Apul. apologia 1. unde prodiit adagium *Thasium infudisti*, ubi quis vinum temperat non aqua, sed alio vino potentiore: ex Aristoph. in Pluto. Hic marmor vario colore, & auri venis respersum.

Thaumacia, urbs gemina Thessaliæ marit. una in Magnesia, altera in Phthiotide ad fin. Maliacum teste Strab. cui Thaumacus est, episc. sub archiep. Larissæo, *Thamaco* vulgo dicta, Thebis Phthioticis finitima. Thaumaci à T. Liv. l. 6. dec. 4. numero plur. dicitur, *Hom. Plin. Liv. Steph.*

estque

estque inter Pylas seu Thermopylas, & Lamiam, sic dicta quod situs illius expugnatu difficillimus, quasi miraculosus sit.

Theanum, (Vide Teanum) urbs Campaniæ.

Theate. Vide Teate.

Theatrum Cornelii Balbi apud circum Flaminium. Ovid. de arte amandi lib. 3.

" *Visite conspicuis terna theatra locis.*

P. Vitt. Theatrum Marcelli Romæ, ubi palatium Savellæ familiæ, ubi erat templum Pietatis, & porticus Octaviæ. Theatrum Statilii Tauri erat ante ædem S. Crucis in Hierusalem, sive ubi nunc eadem ædes est, apud templum Veneris.

Theatrum Pompeii, ubi palatium Ursinorum, in campo Floris. Theatra etiam plura extra urbem fuere. Fidenis, ubi theatro corruente 20000. hominum interiere, ut Suetonius autor est. Hispelli in Umbria. Adhuc reliquiæ theatri extra urbem secus viam conspiciuntur. Casini in Latio, & Minturnis apparent vestigia. Veronæ ingens theatrum fere integrum est, quod vulgo *l' Arena di Verona* nominatur. Præneste præterea, Spoleti, Vincentiæ, & Polæ in Histria, & alibi fuere. Nemausi in Gallia, inter alia antiquitatis monumenta, etiam theatri nobilis vestigia apparent. Tolosæ item, & Arelati sunt antiqua theatra. In Hispania quoque fuere theatra haud contemnenda, præsertim Tarracone, & Sagunti. In Thracia Perinthi amplissimum erat amphitheatrum.

Ptol. Theava, *Tivsea* teste Moral. & al. opp. Hisp. Tarracon. in finibus Ilercaonum, apud Carthaginem veterem & Iberum fluv. in Arragoniæ & Catalauniæ conf. nunc pagus.

Strab. Plin. Tac. & al. Thebæ, urbs multiplex. Una Ægypti, 140. stad. ambitu patens, Thebaidis reg. caput, & metrop. ad Nilum, quondam clarissima & amplissima, Hecatompylos à 100. portis dicta, & Diospolis teste Strab. inter Memphim ad Bor. 100. & Syenen ad Austrum 60. schœnis, hoc est 150. mill. pass. à Copto 44. nunc jacens, & *Thieves* adhuc teste Jo. Leone Africano dicta. Has Cornel. Gallus, poeta insignis, Virgil. & Ovid. contemporaneus, Ægypto ab Augusto cui charus fuit præfectus, exspoliavit. Quare de repetundis accusatus, & à domo Augusti exclusus, ferro sibi mortem attulit, invisus omnibus ob maledicentiam, teste Amm. Marcell. & Sueton. De eo Ovid. lib. 2. trist.

" *Non fuit opprobrio celebrasse Lycorida Gallo;*
' *Sed linguam nimio non tenuisse mero.*

Altera Bœotiæ, urbs archiep. ad Asopum & Ismenum flum. ac regionis quondam primaria, & ipsa hoc tempore jacens, *Tsva* Soph. & *Stives*, & *Stibes* aliis nominata, à Cadmo teste Isid. condita, ab Athenis 40. in Bor. à Chalcide 24. in occ. ab Oropo 36. mill. pass. In hac hirundines non nidificant, sicuti Athenis cornices non videntur, teste Plin. Tertia Phthiotidis in Thessalia, ad sin. Maliacum, olim episc. sub archiep. Larissæo, nunc archiep. seu metrop. vulgo *Ziton*, à Larissa urbe Thessaliæ 300. stad. in Austrum teste Polybio. Pop. Thebæi, & Thebani. Apud Thebas Amphiaraus vates pugnans, subito terræ hiatu cum curru absorptus est. Prop. l. 2. eleg. ult.

" *Non non Amphiaraæ tibi fata quadrigæ.*

De Thebis Bœotiæ Ovid. lib. 15. metam.

" *Oedipodioniæ quid sunt nisi nomina Thebæ?*

Virg. lib. 4. Æn.

" *Et solem geminum, & duplices se ostendere Thebas.*

Hinc Thebanus nom. gent. Virg. lib. 9. Æn.

" *Thebana de matre; nothum Sarpedonis alti.*

Aoniæ etiam apud Ovid. lib. 7. metam. dicuntur Thebæ Bœotiæ.

" *Protinus Aoniis immissa est bellua Thebis.*

Thebæ item Lucaniæ cognomine *li Luzzi*, oppid. Bruttiorum mediterr. in Calabria citer. apud Crathim fluv. Acræ opp. finitimum, ab eo 8. mill. pass. Consentiam versus, inter illam & Besidianum. Sunt & Thebæ Saxonicæ *Dieben*, opp. inter Vitebergam & Lipsiam, à Viteberga 2. leuc. Plin.

Thebais, fluv. Lydiæ Tralles urbem alluens. Reg. quoque Ægypti, in qua Thebæ urbs centum olim constans portis. Stat. 2. sylv. carm. 2. Plin.

" *Thebais, & Getici tibi cedat gloria plectri.*

Ubi Thebais patronymicum est.

Thebe, opp. multiplex: unum Troadis, apud Trojam, quod nunc *Atramittin* appellari scribit Jo. Lydus. Sed Thebe hæc in agro Adramyttino jacet, ab Achille prorsus, una cum Lyrnesso, eversa, teste Homero Iliad. 2. Strab. Plin. Steph. & al.

" *Lyrnessum evertens, evertens mœnia Thebæ.*

Alterum in Lycia apud Lyrnessum teste Strab. Aliud erat in ora Phrygiæ apud Cillam & Chrysen. [idem forsan cum primo.] Fuit & Thebe urbs Ciliciæ episc. sub archiep. Tarsensi ex lib. conc. Thebe etiam num. sing. Thebæ Bœotiæ dicuntur. Ovid. lib. 3. amor. eleg. 6.

" *Quid referam Asopon, quem cepit Martia Thebe,*
' *Natarum Thebe quinque futura parens?*

Thebeste *Tebesca*, urbs Africæ mediterr. Vide Tebesta.

Theque opp. fuit Palæstinæ in Judæa apud Herodium, à Bethleem 7. mill. pass. distans teste Rufino Aquileiens. ab Hierosolymis 12. ubi pascua plura, inter Hierosolyma & mare mortuum. Bibl. Josepho.

Thelda, opp. Mesopot. quod Nig. *Bachdad* indigitat; sed hoc aliis est Babylon, quæ *Bagdet* ab illis appellatur. Ptol.

Thelis, *Tet* Olivario, fluv. Gall. Narbonens. Vide Ruscino; nam idem putatur. Mel.

Thelonus, fluv. Latii, idem quod Liris teste P. Marso, seu non longe fluens ex finibus Marsorum, Lirique congrediens. Apud illum Rutilium cum 7. mill. Rom. à Marsis captum scribit Orosius. Orph.

Thelsea, Thalsea lib. Not. opp. Cœlesyriæ in Phœniciæ confiniis, à Damasco 24. mill. pass. in Bor. distans. Ubi S. Samona vixit. Anton.

Themis *Theme* vel *Temde*, fluv. Albionis in Angliæ & Walliæ conf. fluens, atque in Sabrinam immittens apud Vigorniam urbem. Scrip. Brit.

Theman, locus seu urbs Arabiæ in Cœlesyriæ conf. seu in terra Edom, Petræ proxima: unde nom. gent. Themanites. Erat hic locus finitimus *Susit, medius fere inter Hierosolyma & Damascum. [*Suitæ forsan.]

Themiscyra, *Lirio* teste Nig. & *Fanagoria* teste Pineto, (eo quod in Phanagoria sit, quæ teste Strab. Themiscyra dicitur, una cum fluv. qui in Irim labitur) urbs Cappadociæ marit. apud ostia Iridis fluv. (à quo nunc nomen accipit vulgare) in Ponti Galatici & Polemoniaci conf. olim episc. sub archiep. Amaseno. Al. *Temir*, & *Temisera* vulgo dicitur, apud Thermodoontem fluv. Ejus mem. Orpheus. App. Ptol.

" *Longa Themiscyres regio, & Bœantidos ora.*

Themisonium, reg. Phrygiæ magnæ, & urbs ejusdem: cujus pop. Themisonii Ptol. dicuntur, à Cibyris parum in occ. distantes, ubi Sanis & Pylacæum opp. propinqua. Strab. Paus. Ptol. Steph.

Thenæ, urbs Africæ marit. Vide Thæna. Fuit & opp. Cretæ apud Gnossum urb. teste Callimacho. Stephano Thennæ. Anton.

Theodonis villa, *Thionville* Gallis, *Dietenhoffen* Germanis, opp. Gall. Belg. in ducatu Lucemburgensi juxta Lotharingiæ fines, inter Metas ad merid. & Lucemburgum ad Bor. 4. leuc. à Treviris 9. Vide Divodurũ. Regin. & al.

Theodorias, urbs Phrygiæ magnæ. Vide Laodicea, nam eadem est. Lib. conc.

Procop. Theodoropolis, antea Euchania seu Eucaita, urbs Thraciæ à Justiniano imperatore condita, apud Byzantium, seu (ut alii scribunt) in Thraciæ & Mysiæ confinio apud Dorosturum. Nisi potius in Paphlagonia sit, ubi D. Theodorus martyr passus est; ibi enim Eucaita mons. Vide Zonar. lib. 3.

Strab. Ptol. Theodosia, Theudosia Appiano, Polyæno, & Steph. *Caffa* Italis, *Cofo* vel *Cofe* Turcis teste Leuncl. urbs Tauricæ Chersonesi archiep. præclara, & satrapæ Turcarum sedes, inter Chersonesum urbem ad occ. 165. & Panticapæum ad ort. 35. mill. pass. à Byzantio 470. mari recta navigatione in Bor. olim Genuensium colonia, à Maumetho 2. Turcarum imperat. capta.

Lib. conc. Theodosia, *Tonia* Castal. *Cangria* teste Leunclavio, urbs Paphlagoniæ archiep. & metropolis, Gangrorum cognominata ad alterius discrimen. Vide Gangra.

Lib. conc. Theodosiopolis, urbs Thraciæ archiep. Vide Apros: quæ Theodosiopolis in Theodosii imperat. honorem dicta est.

Procop. Theodosiopolis altera, *Esdron* (sive aliis *Erzerum*) teste P. Gyllio, urbs Armeniæ majoris archiep. sub patriarch. Antiocheno, ad Euphratem fluv. Est & urbs Phrygiæ Pacatianæ, in Mesopotamia, in Syria ex lib. concilior. & alia in Ionia episc. sub archiep. Ephesino, prius Peperine. Vide ibi.

Plin. Ptol. Mel. Theon ochema, id est Deorum currus, jugum montis semper ardentis in Æthiopia, seu in Libya inter. in ora occidua apud Ptolem.

Procop. Callist. Theopolis appellata est Antiochia magna urbs Syriæ ad Orontem fluv. à Justiniano imperat. id est urbs Dei, post ingentem terræmotum servata, teste Stephano.

Script. Brit. Theorodunum, vel Theodorodunum, urbs Albionis (postea Wellæ *Welles*) episc. in Angliæ & Cornubiæ confinio, Wellæ à fontibus dicta, (Vide ibi) Bathoniæ urbi contermina: unde episcopatus utriusq; in unum coaluere.

Herod. Strab. Apoll. Thera, *Gozi* teste Nigro, ins. maris Ægæi apud Cretam, quæ, ut primum enata est, Calliste appellata fuit, teste Plin. juxta Diam, à qua Therasia postea avulsa est, proxima Anaphe, ab Heracleo oppid. Cretæ 85. mill. pass. in Bor. ab Io 25.

Ptol. Thera altera, ins. maris Ægæi apud Eubœam, & apud Melon, unde vulgo *Antimilo* nominatur teste Bordonio, Callimachi poetæ patria.

Plin. Steph. Theramnæ, quæ & Therapnæ Sol. Melæ, & Terapnæ Statio, opp. Laconicæ apud Eurotam fluv. proximum quoq; Spartæ urbi, ubi Diana primum coli cœpit teste Solino. Fuit & Therapnæ urbs Cretæ ex præcipuis teste eodem Solino. Prioris mem. Stat. lib. 3. Theb.

" *Tanariumque cacumen, Apollineasq; Terapnas.*

Hinc Therapnæus nom. gent. Ovid. in epist. Parid. Helenæ.

" *Rure Therapnæo nata puella Phrygem.*

Vide Thalame. Hic Leda Castorem, Pollucem, & Helenam peperisse traditur. Hic etiam colebatur Apollo. Stat. uti supra.

Strab. Plin. Therasia, *Santorini* seu *Santerini* Soph. ins. maris Ægæi in duas à terræmotu divisa, inter Delum ad Bor. & Cretam ad Austrum 160. mill. pass. à Melo 50. circuitu 40. cum urbe cognomine episc. prius sub archiep. Rhodiensi, postea sub archiep. Parenaxiensi. Hæc cum Thera enata est anno 4. Olymp. 135 teste Plin. Therasia altera Strab. quæ aliis Thera dicitur, proxima Diæ & Cretæ, propior priori. Vide Thera.

Plin. Therionarce, ins. parva, velut scopulus, Cariæ, seu Doridi circa Gnidum adjacens.

Ptol. * Therma, Germa Antonin. *Herma* in tab. recent. colonia & urbs Galatiæ episc. sub archiep. Pessinuntio, inde 16. mill. pass. in ort. Ancyram versus 83.

Therma altera apud Ant. inter Taviam seu Tavium ad occ. 19. & Cæsaream ad ort. 90. mill. Sed vereor ne numeri distantiæ sint depravati, ipsaque eadem sit priori. [* In aliis codicibus Germa.]

Plin. Mel. Diod. Ptol. Thermæ, geminæ: unæ *Xacca* seu *Sacca* Faz. colonia & urbs Siciliæ in ora meridionali, inter Agrigentum ad ort. 40. & Lilybæum ad occ. 42. mil. pass. Aquæ Larodæ dici videntur Ant. inter Heracleam ad ort. 20. & Selinuntem ad occ. 18. mill. Thermæ alteræ, Himeræ ad superiorum Thermarum differentiam dictæ, *Termine* teste Faz. & aliis, colonia & urbs Siciliæ in ora occidua, ad ostia Himeræ fluv. inter Panormum ad Austrum, & Cephalœdium ad Bor. 24. mill. pass. ab Hercule condita teste Diod. Pop. Thermitani Cic. De Thermis Sil. lib. 4.

" *Littora Thermarum prisca dotata camœna*

" *Armavere suos.*

Scrip. Brit. Thermæ etiam urbs Albionis. Vide Mons Badonius, & Bathonia urbs. Vulgo *Bath*.

Thermæ item in Gallia *Chaudes aigues*, opp. Velaunorum, inter Fanum S. Flori & Miniatum, inde 3. hinc 4. leuc. ubi balnea salubria.

Scrip. Germ. Thermæ item geminæ Germaniæ urbes, superiores & inferiores, utraque *Baden* vulgo. Superiores, urbs Helvetiorum ad Limagum fluv. inter Tigurum 2. & Basileam 6. leuc. ubi comitia generalia Helvetiorum fiunt. Inferiores, urbs marchiæ Badensis caput, in Brisgoia, & sylva nigra, inter Friburgum ad Austrum 8. & Spiram in Bor. fere totidem leuc. ab Argentorato 5. Phorcenæ propior. Sunt & Thermæ Austriacæ, *Baden*, opp. cum balneis inter Vienam & Urbem novam 4. leuc.

Thermæ Stygianæ, *Bagni di Stigliano* teste Celso Cittadino, balnea Hetruriæ inter Cære & Forum Claudii in via Aurelia occurrentia.

Thermæ urbis Romæ ex P. Victore & Sexto Rufo.

Agrippinæ, apud Pantheon, inter illud & ædem Minervæ, ubi adhuc multa exstant vestigia.

Alexandrinæ, ab Alexandro Severo, cujus vestigia apud ædem S. Eustachii retro cernuntur.

Antonianæ, apud ædem SS. Sixti & Balbinæ versus ædem S. Gregorii, adhuc exstantes, sed semidirutæ. Antonianæ vero à Caracalla cœptæ, & à Severo perfectæ, in monte Aventino, ubi multa vestigia, & rudera marmorea adhuc visuntur.

Constantinianæ, in dorso mont. Quirinalis, ubi equorum statuæ, quorum adhuc aliquot exstant vestigia: vel inter Thermas Dioclet. & ædem S. Susannæ, ubi & senatulum mulierum Roman.

Diocletiani, apud ædem S. Susannæ, ubi nunc granarium Pontific.

Domitiani, quæ & Trajani, in campo Martio, ubi ædes S. Sylvestri, & ubi vestigia perdurant.

Gordiani, apud ædem S. Eusebii, ubi columnæ 200. marmoreæ & pulchræ fuerunt.

Neronianæ & Alexandrinæ, apud ædem S. Eustachii, ibi enim vestigia apparent retro: seu Neronianæ post Thermas Agrippæ. Locus dicitur *Palazzo di Madama*.

Novatianæ, ubi nunc ædes S. Pudentianæ.

Olympiadis, ubi nunc ædes S. Laurentii in Panisperna.

Philippi, in mont. è regione ædis S. Matthæi in Merulana, ubi vestigia cernuntur cum inscript. lapidea vet.

Tatianæ seu Titianæ, ubi ædes S. Petri in Vincul. non procul ruinæ apparent.

Trajani, apud ædem S. Martini in montibus Esquilinis.

Præter memoratas fuerunt & sequentes.

Aurelianæ, ab Aureliano imperat. trans Tyberim, ubi vestigia adhuc sunt.

Agrippæ, in 6. regione.

Commodianæ, in 1. regione.

Decianæ, in monte Aventino, ubi templum Herculis, & nunc ædes S. Priscæ virginis.

Privatæ, in Transtyberina.

Publicæ, ibidem.

Septimianæ, in Transtyberina, inter ædes S. Ceciliæ, & S. Chrysogoni, ubi templum Iani, & arcus Septimianus.

Severianæ, quæ & Severiæ, ibid. in monte Aventino, inter portam Capenam & Hostiensem, à Severo imperatore.

Titi Cæs. Aug. locus hodie *le sette Sale* appellatur, & apud S. Petrum in Vincul. De quib. Mart. in epigrammat. de spectac. 2.

" *Hic, ubi miramur velocia munera Thermas,*
' *Abstulerat miseris tecta superbus ager.*

Varianæ, in Aventino.

Harum vero nonnullarum vix locus indicatur, cum sint penitus excisæ.

Strab. Tac. Thermæus sin. Thermaicus & Macedonicus Plin. *Golfo di Salonichi*, sinus Maced. ad quem in ora orientali Thessalonica urbs sita est, in quem Axius fluv. influit, à Therme opp. in Thraciæ conf. nomen habens teste Thucyd. cum Steph. & Suida, ab Ambracio sinu Epiri 1000. stad. in Cæciam.

Ptol. Thermida, *Raias* teste Pineto, opp. olim Hispan. Tarrac. nunc pag. in Castella nova, Mantuæ Carpetanorum seu Madrito finitimus.

Ptol. Thermidava, *Dagno* teste Mol. urbs Dalmatiæ mediterr. episc. sub archiep. Antibarensi, inter Scodram & Siparuntum, à Scodra 20. mill. pass. in ortum.

Strab. Mel. Ptol. Thermodon, Thermodoon Plin. *Pormon* teste Nigro cum al. fluv. Cappadociæ in mare Euxinum inter Themiscyram ad occ. & Polemonium ad ort. prolabens. Est etiam fluv. Scythiæ Europ. apud Plut. & Thraciæ apud Suid. & Stat. Prioris, quem Amazones incoluere, mem. Ovid. lib. 4. de Ponto, el. 10.

" *Et tu fœminea Thermodon cognite turba.*

Hinc Thermodoontiacus nom. gent. Claud. lib. 2. de raptu Proserp.

" *Thermodoontiaca Tanaum fregere securi.*

Thermodoon Virg. lib. 11. Æn.

" *Quales Threiciæ cum flumina Thermodoontis*
" *Pulsant, & pictis bellantur Amazones armis.*

Strab. Plin. Liv. & al. Thermopylæ, angustiæ montis Oetæ in Phthiotide reg. apud sinum Oetæum (cum urbe episc. cognomine sub archiep. Larissæo) ubi ex Phthiotide in Thessaliam transitus est, varie indigitatæ; *Scelos* Jo. Lydo, *Terremotto* Bonacciolo, *Bocca di Lupo* Nardo, Lycostoma apud Græcos, ab Ambracia urbe Epiri 200. mill. pass. in ort. ab Euripo & Chalcide 66. in Bor. à sinu Crissæo 500. stad. Urbs hæc finitima est Heracleæ & Thebis Phthiotidis, inter illas, Echino, Lamiæ, & Sperchiæ. De qua Claud. lib. de bell. Getico.

" *Restiterant Medis, primo conamine ruptæ*
' *Thermopylæ* ————

Ad Thermopylas Persarum impetum Leonidas Spartanus cum paucis sustinuit: ubi Euthycus ob cæcitatem domum remissus, potius dimicando mori voluit, quam solus periculum declinare; Cic. lib. 2. de finibus. Appellantur etiam Pylæ, ut scribit T. Liv. lib. 6. decad. 4.

Lib. Reg. Thersa urbs fuit Samariæ regia, ante Samariam à Zambre rege conditam.

Herod. Strab. Pausf. Thespia, Thespiæ Xenoph. Ptol. Plin. & Strab. *Tespe* adhuc, urbs Bœotiæ olim episc. sub archiep. Atheniens. postea sub Thebano, proxima Thebis, inde 12. mill. pass. in merid. Megaram versus ad 40. ad Thespium fluv. (de quo Hesychius) Platæis finitima, nunc pene jacens. Ejus mem. Act. Syncer. lib. 1. epigramm.

' *Ergo tu nobis Helicon, & uda*
' *Phocidis saltus, hederisque opacum*
' *Thespia ripis nemus, & canoro*
Vertice Pindus.

Hinc Thespiades Sil. lib. 12.

" *Agmine Thespiadum, terris Iolae dedisti.*

Thespiæ Heliconi mont. ad Austrum subjacent Crissæum sinum versus. Ibi fons est qui mulieribus conceptus repræsentat, teste Plin. l. 31. c. 2. Thespiis Phrisne meretrix adeo formosa extra & intus fuit, ut ob crimen in judicium vocata, nudatis partibus corporis judices ad sui liberationem permoverit. Glycerium quoque insigne Thespiensium scortum tabulam Cupidinis multis talentis æstimatam, à Praxitele sibi donatam, civibus suis dono dedit: unde Thespienses Amorem colere cœperunt.

Thesprotia & Thesprotis, *Vaielitia* teste Nigro, reg. Epiri: cujus pop. Thesproti Strab. & Thesprotæ Ptol. apud oram littoream; & urbs Buthrotum, contra Corcyram ins. Horum mem. Luc. lib. 3. Cic. Plin. Steph.

" *Thesproti, Dryopesque ruunt, quercusque silentes.*

Hinc sinus Thesprotius Liv. *Golfo di Butrinto*, qui & sinus Thesprotarum, Buthrotum sinus Ptol. dicitur.

Cæs. Strab. Plin. Liv. & al. Thessalia, reg. & pars Macedoniæ apud Ptol. Achaiæ seu Helladi ad merid. & Epiro ad occid. confinis, ad sin. Pelasgicum & Maliacum; licet apud Plin. & Melam ac Solin. sit reg. à Macedonia distincta, inter illam ad Arctos, & Bœotiam ad Austrum; montibus Olympo, Ossa, Pelio ad Bor. Othry & Oeta ad merid. Pindoque ad occ. cingentibus: quæ varia habuit nomina apud veteres; Æmonia enim teste Halycarn. Dryopis teste Plin. Hestiæotis teste Strab. sive Estiotis Ptol. Pelasgia teste Steph. Argos Pelasgicum Hom. teste Strab. & Sol. dicta est. Varie etiam vulgo nominatur; nam *Comenolitari* dicitur Castaldo, *Thumenestia* Anton. Geufræo, *Lamina* Laz. In 4. regiones distribuitur à Strab. in Thessaliotim, Phthiotidem, Pelasgiotim, & Hestiæotim. Hic primum equi domari cœperunt. Pop. Thessali Cic. Cæs. & al. Fuit & Thessalia opp. illius olim teste Sol. præcipuum. In ea montes 24. Hinc Thessalus & Thessalius nom. gent. & Thessalicus. In Thessalia diluvium sub Deucalione contigit stagnante Peneo fluv. uti apud Claud. de raptu Proserpinæ lib. 2.

" *Sic, cum Thessaliam scopulis inclusa teneret*
' *Peneo stagnante palus* ————

Tibull. lib. 2. eleg. 4.

" *Quicquid & herbarum Thessala terra gerit.*

Luc. lib. 4.

" *Et nox Thessalicas urgebat parva sagittas.*

Ora Thessaliæ inter Penei fluv. ostia ad Bor. & Thermopylas ad Austrum continetur. Thessali edaces fuisse videntur, quod *Thessala bucca* sit in proverbio apud Athen. & Jul. Polluc. sicuti & *Thessalicum numisma* apud Suid. & Hesych. pro pecunia adulterina, sive pro fuco & fraude. *Thessalorum* quoque *commentum* apud Suid. in eos qui fraude alios circumveniunt dicitur. *Thessalicus* vero *missus* apud Pausan. in Atticis in adagio est de lauta & splendida mensa. Thessali maleficiis addicti fuisse, à Medea superstitiones & veneficia edocti, traduntur: unde apud Apul. Horat. Aristoph. & Plin. lib. 30. cap. 1. magiam apud Thessalos propagatam apparet; ita ut Plaut. in Amphitr. veneficum appellet Thessalum, & *mulier Thessala* proverbii figura de maga aut venefica dicitur. *Equæ Thessalæ* etiam in proverbio sunt, quasi cæterarum præstantissimæ. Thessaliam herbas veneficas producere testatur Prop. lib. 1. eleg. 5.

' *Et bibere è tota toxica Thessalia.*

Luc.

Luc. lib. 5.
" *Thessala quinetiam tellus, herbasque nocentes*
" *Rupibus ingenuit*--------.
Præsertim apud Atracem urbem.

Cic. Strab. Plin. & al. Thessalonica, *Salonichi* Soph. & aliis, urbs Macedoniæ archiepisc. ad sin. Thermaicum clarissima, emporium amplum, & sedes præfecti, ab Apollonia & Dyrrachio 267. mill. pass. in ort. Amphipolim versus 66. Philippos vero 99. à Byzantio 433. in occ. à Sophia supra 150. in merid. ad ostia Echedori fluv. Hic ingens Hebræorum numerus, ac Christianorum, & Turcarum. Pop. Thessalonicenses. Claud. 2. in Ruf.
" *Tangebat Macedum fines, murosque subibat*
" *Thessalonica tuos* --------
Sub hac metrop. continentur Cytrus seu Pydna, Servii, [forsan Serræ] Cassandria, Lita, Rhendina, Athos, Lycollomus, & aliæ urbes. Thessalonicem ab Antipatro filio frustra illum per ubera, quæ eum lactarant, deprecantem interfectam Pomp. Trogus refert.

Anton. Theudurum, *Tudder* teste Simlero, opp. olim, nunc pagus Germ. infer. in duc. Juliacensi, à Juliaco 6. leuc. in occ. apud Sittardum opp.

Anton. Ptol. Theveste, quæ & Teveste, & Thebeste, ac Tebeste, (scribitur enim passim cum & sine aspiratione) *Tebesca* in tab. recent. urbs olim episc. Africæ sub archiepisc. Carthaginensi, inde 256. mill. pass. in Austrum, à Cirta 200. in ort. Thenas versus 170. à Suffetula 70. à Lambese 119. in ort. Pop. Tebestini D. August. & Vict. Uticensi.

Stat. Theumesius, fluv. Thessaliæ, cum Theumesia oppid. teste Lutatio. Cujus mem. Stat. lib. 9. Theb.
" *Non secus æquoreo jactat Theumesius amnis.*
Theumesius item mons Bœotiæ apud Thebas; cujus juga Theumesia. Stat. lib. 5. Theb.
" *Evolat insano veluti Theumesia Thyas.*
Scribitur autem cum, & sine aspiratione.

Ptol. Theuprosopon, Euprosopon Melæ, *Neufrus* teste Brochardo, prom. Phœnicis, inter Tripolim ad Arctos, & Byblum ad Austrum, à Botry 10. mill. pass. versus Byblum.

Mel. Theutoni, pop. Germaniæ. Vide Teutoni. Theutonicum bellum gestum est anno urbis cond. 639. Olymp. 166. anno 3. Marco Acilio Balbo & C. Porcio Catone coss.

Plin. Thia, ins. maris Ægæi recens enata teste Plin. hoc est sua tempestate, circa Hieram: quæ Dia dici videtur apud Strab. & Ptol. Vide ibi.

Ptol. Thiagola *Roxene*, seu *Rosene* ut videtur Ortel. palus Mysiæ infer. ad ostia Istri.

Mel. Thicis, *Tec* teste Varrerio, fluv. Hisp. Tarraconens. in Catalaunia apud Rhodam opp. mari exceptus, à Pyrenæo monte ortum habens. Alter ejusdem nominis teste Mela in Gall. Narbonens. parvus, per agrum Ruscinonensem in mare decurrens, non longe à Theli etiam parvo flumine. Prior apud Gerundam urbem fluit, & *Thera* à Jo. Mariana nominatur: ubi *Theca* legendum videtur. [Videtur prior vocari *Ter*, alter *Tec* vel *Tech*.]

Ptol. Thinæ *Tenduc*, ut Mercat. videtur, urbs, & una ex Sinarum metropolibus.

Ptol. Thinias, *Capo Tynias* teste Moletio, prom. Thraciæ ad mare Euxinum, inter Bosporum Thracium ad merid. & Apolloniam urbem ad Bor. cum opp. cognom. quod vulgo *Sagora* dicitur.

Bedæ. Thinus, fluv. Albionis in ora Angliæ orientali, per Northumbriam fluens, Tina Ptol. Vulgo *Tyne* teste Moletio, vel *Tine*, apud Boderiam, cum portu *Tynemouth* vel *Tinmouth*.

Xenoph. Strab. Plin. & al. Thisbe, quæ & Ogygia, & Hyantis dicta est, *Ianizi* nunc teste Nigro, opp. Bœotiæ mediterr. sub Helicone monte, haud procul tamen ab ora sinus Crissæi & Thespiis, inter Creusam & Thespias, à Sicyone 160. stad. in ortum teste Strab. per sin. Corinthiacum. Ibi columbarum copia, uti apud Homer.
" *Copas, Eutresin, Thisben ditemque columbis.*
Eutresis autem pagus erat Thespiis proximus.

Sil. Thisse, Tissa Ptol. opp. Siciliæ mediterr. excisum apud Nebrodidem montem teste Fazello, inter Petram opp. & Amestratam urbem. Aliis Tussa castrum *Tussa* vel *Tosa*, apud Tussam arcem, 2. mill. pass. distans, Pittiam versus 4. à Cephaledio urbe 18.

Ptol. Steph. Thmuis, Thumuis Ant. urbs olim Ægypti episc. sub patriarch. Alexandrino, apud Mendesium ostium, à Pelusio 66. mill. pass. Alexandriam versus in occasum, ubi Pan colebatur. Thmuitæ hircum colebant, sicuti Mendesii capram, & Suitæ ovem. Erat autem apud eosdem caprarum ingens copia. Unde proverbium emersit *Thmuitarum hircus*, in hominem lascivum & mulierosum, qui non una sed pluribus contentus est, ut hircus capris apud Thmuitas.

Ptol. Thoantium, promontorium & opp. Carpathi ins. à Thoante conditore nominatum, cujus mem. Stat. lib. 5. Theb.
" *Detexit, nato portans extrema Thoanti.*
Ovid. lib. 3. de Ponto.
" *Regna Thoas habuit Mæotide clarus in ora.*

Plin. Thoar, opp. Menyngis ins. Gerrha Ptol. & Girbe Ant. *le Gerbi*. Vide Girba, nam nomen est ins. & opp. illius.

Strab. Thoas, fluv. Acarnanum. Vide Achelous.

Ptol. Thogara, *Tocara* etiam vulgo Castaldo & al. urbs Sericæ mediterr.

Mel. Tholobii, *Tamarid* teste Lud. Pontio, opp. seu pagus nunc Hisp. Tarraconens. in ora Catalauniæ, inter Barcinonem & Tarraconem, apud Subur, cum fluv. cognomine qui *Tardera* Clusio vocatur.

Tholosa, urbs Aquitaniæ. Vide Tolosa.

Herod. Thomanii, pop. Asiæ, quorum opp. *Tomanis* esse videtur in Armenia majore, in via quæ à Trapezunte Tauresium regiam Persarum ducit, inter Arzirim ad occ. & Artaxata ad ortum.

Strab. Thonitis, lacus Ægypti & amnis apud Canopum, cum Thoni urbe; & Armeniæ majoris lacus in conf. Mesopotamiæ, cum fluv. cogn. Dionys.
" *Atque lacum medius Thonites intrat, & exit.*
qui Plin. Thesbites, & Ptol. Thospites dicitur, (Vide ibi) & aliis Arsena. Piscosus est lacus, cujus aqua purgat vestes & polit, teste Eustathio.

Strab. Diod. Thorax, mons Lydiæ apud Magnesiam urb. in quo Daphitas grammaticus, quod reges probris lacesseret, cruci affixus est. Unde ortum est adagium *Cave à Thorace*, id est, à maledictis abstine. Strab. lib. 14.

Xenoph. Str. Mel. & al. Thoricus, vicus Atticæ apud Sunium prom. in ora illius Boreali, ubi smaragdus lapis reperitur, teste Strab. & aliis.

Thoronum, castrum Phœnicis in mont. inter Tyrum & Paneadem super 10. mill. pass. à lacu Tiberiadis 20. vulgo adhuc *Thoron*.

Plin. Thoronus, Othronus Lycophr. *Othoni* teste Galatæo, *Merlere Fanu* Soph. *Fanu* Nigro, ins. maris Hadriaci, seu Ionii apud alios, inter Hydruntum urb. 60. & Corcyram ins. in ort. 40. mill. pass.

Paus. Thorsus, fluv. Sardiniæ. Vide Thyrsus, uti à Ptol. nominatur.

Ptol. Thospia, *Tolgic* teste Moletio, urbs Armeniæ majoris ad Thospitem lacum, & Tigridem fluv.

Thospites, lacus ingens Armeniæ in Mesopot. confinio, quem Tigris efficit, *Gabacu* hodie teste Castal. cum aliis. Cujus mem. Ptolemæus.

Herod. Strab. Plin. & al. Thracia, sic à sævitia incolarum teste Isid. dicta, olim Perca teste Steph. & Sithon teste A. Gell. reg. maxima Europæ, mari Ægæo ad Austrum, Propontide qua ab Asia separatur ad ort. & mari Euxino definita, à Mysia super. & infer. ad occ. & Bor. Hæmo monte

divisa,

divisa, à Macedonia pariter ad occid. Nesto fluv. disterminata, *Romania* vulgo Soph. & al. In ea Mars ubique colebatur, sic & apud Getas, unde Odrysius dictus est. Pop. Thraces Polybio & al. Hi Bithyniam anno à Troja capta 203. occupant. Thracius nom. gent. Ovid. in Ibin.

" *Pugnabunt jaculis dum Thraces, Iazyges arcu.*
Virg. lib. 3. Æn.

" *Thraces arant, acri quondam regnata Lycurgo.*
Idem Ægl. 4.

" *Non me carminibus vincet nec Thracius Orpheus.*

Urbes Thraciæ olim claræ apud Ptol. in ora littorea, Abdera, Ænos, Callipolis, Lysimachia, Perinthus, Byzantium, & Apollonia: intus, Nicopolis ad Hæmum, Develtus, Philippopolis, Hadrianopolis, Trajanopolis, & Apros. Thraces perfidiæ notantur apud Zenodot. nam pactis cum Bœotis induciis per aliquot dies, nocte ab incursionibus & præda non abstinebant: expostulantibus autem Bœotis non servari pacta, responderunt, se inducias per dies pacto fecisse, non per noctes. Unde ortum est adagium *Thracium commentum*, in eos, qui pacta astu aliquo infringunt. Thraces à poetis varie nominantur, Bistonii, Ismarii, Mantini, Odrysii, Oeagrii, Pangæi, Rhodopæi.

Strab. Thracium mare, pars Ægæi, quod Thraciam ad merid. alluit.

Virg. & al. Thrasimenus lacus. Vide Trasimenus. Thrasimena littora Ovid. lib. 6. fastor.

" *Sunt tibi Flaminius, Thrasimenaq; littora testes.*

Plut. Thrasyllus, mons Æolidis in Mysiæ seu Troadis conf. apud Caicum fluv. qui & Teuthras dictus est teste Plutarcho.

Steph. Threchis opp. fuit Trechiniæ reg. seu Phthiotidis juxta Thermopylas.

Threicius, nom. gent. à Thracia deductum apud poetas, (cujus fœmin. Threissa) idem quod Thracius. Virg. lib. 3. Æn.

" *Infelix Priamus furtim madarat alendum*
" *Threicio regi*----------
Idem lib. 11.

" *Dixit, & aurata volucrem Threissa sagittam*
" *Deprompsit pharetra*----------

Herod. Strab. Plin. Thriasius, pagus [& littus] Atticæ, cum fluv. cognomine inter Athenas & Eleusin in mare influente contra Salaminem insulam.

Strab. & Calab. Thrius vel Thryus opp. fuit Peloponnesi prius sub Patris, postea sub Elide, inter illas, una cum fluv. ejusdem nominis in Alpheum labente; Thrion Stat. lib. 4. Theb.

" *Quos Thrion, & summis ingestum montibus Æpy.*

Ptol. Throni, *Pile* teste Steph. Lusignano, urbs (cum promont.) Cypri olim episc. nunc pagus in ora Australi ubi orientalis incipit, & prom. *Capo di Pile*. Aliis vero urbs *Saline*, urbs pene jacens proxima; & promont. *Punta delle Saline* paulo occidentalius.

Strab. Plin. Ptol. Thronium, opp. Achaiæ geminum: unum in finibus Locrorum Epicnemidiorum, à Scarphia 30. stad. in merid. distans; alterum Phocidis, Lilææ finitimum, inde 75. stad. recedens: forte idem superiori, utrique reg. ob vicinitatem attributum.

Thulcis, fluv. Vide Tulcis.

Strab. Plin. & al. Thule, *Islandt* Mercat. & aliis, ins. maris Germanici Borealissima, ultra Orcades in Arctos, & ultra Norvegiam in occid. maxime distans, ut apud vet. ultima terrarum cognitarum diceretur, in longitudinem 100. leuc. Germ. patens, lata vix dimidio. Ibi urbes 2. tantum episc. absque mœnibus. A Scotia 5. dierum navigatione in Bor. distat teste Solino, sed apud recent. plus duplo, à Norvegia, cui subjacet, supra 100. leuc. in occid. recedens. Thyle etiam scribitur. Sunt qui illam, partem seu region. Norvegiæ (*Tilemarck* dictam) esse velint, teste Procopio. Pytheas Massiliens. primus de illa scripsit teste Strab. Ejus mem. Virgil. lib. 1. georg.

" *Numina sola colant: tibi serviat ultima Thule.*

Hic in ora Boreali Hecla mons nive perpetua in cacumine tectus, & ad radices flammis æstuans. Ubi etiam dæmonum spectra videntur. Thule tantam piscium copiam habet, ut illis exsiccatis lignorum loco ad ignem nutriendum utatur, præsertim ossibus, adeo sunt ingentes.

Thunicates, [pro Rhunicatæ] pop. Vindeliciæ, quorum tractus hodie *im Thunca* (teste Jo. Aventino) in Bavaria appellatur: Consuanetibus finitimi. Ptol.

Thuria, Thurium Ptol. Thyrea ut videtur Plin. opp. Messeniæ apud fines Laconicæ, *Calamata* nunc teste Nigro, *Cumestra* Moletio. Thurii animi fortitudine & constantia apud veteres celebrantur. Unde natum adagium *Thurium lema* apud Suid. de intrepido, & ad bellum parato; lema enim animum sonat apud Græcos. Strab.

Thuria, *Acqua Favella* teste Leandro, fons Magnæ Græciæ apud Turios seu Thurios, de quibus mox. Diod.

Thuriæ, Thurii Strab. seu Thyræi, *Turi* nunc, opp. Apuliæ Peucetiæ Cælio proximum, & Nucibus oppid. à quo 6. mill. pass. abest, à Cupersano urbe 9. Forte Turres Ant. Liv.

Thuringi *Duringer*, pop. German. quorum reg. Thuringia, inter Hassiam ad occ. & Misniam ad ort. ac inter Franconiam ad merid. & Saxoniam ad Arctos. Cujus Erphordia caput est, urbs ex maximis Germaniæ. Ab Othone imperatore victi & cæsi anno sal. 1069. urbis conditæ 1820. Olymp. 461. anno 4. Suida.

Thurium, Thurii Cic. Liv. Plut. Varr. & aliis, *Terra nova* teste Barrio, quasi Thurium novum, colonia & urbs olim episc. Magnæ Græciæ, quondam clarissima, in ora, inter ostia Sybaris & Crathis flum. non longe à loco Sybaris, cui suffecta est, à Philoctete teste Trogo condita post excidium Sybaris, à Crotone 25. mill. pass. teste Strab. cum plus duplo distet, à Rosciano 12, in Bor. Tarentum versus 64. Locus illius nunc vicus *Buffalora* vel *Buffalara*, non *Terra nova* opp. longius distans ab ora littorali, (ubi erat Thurium) quasi 8. mill. pass. recedens; nisi quis dicat Thurios, urbe sua excisa, inde ad 8. mill. recessisse, & Terram novam opp. condidisse. Pop. Thurii. Hinc sinus Thurinus, qui Tarentini pars est. De quo Ovid. lib. 15. metam. Ptol. Strab. Plin. & al.

" *Thurinosque sinus, Temesenque, & Iapygis arva.*

Thuscia & Tuscia *la Toscana*, reg. Italiæ notissima & præclara, ubi lingua Italica floret, longa inter Macram ad occ. à Liguria separantem, & Tiberim ad ortum à Latio dividentem, 284. mill. pass. teste Plin. à meridie Tyrrheno mari terminata, ad Bor. monte Apenn. à Gallia Tog. illam discludente, ἀπὸ τοῦ θυΐζειν, hoc est à sacrificando, vel à thure dicta, ibi enim ritus sacrificiorum apud veteres primum cœpit. Pop. Thusci seu Tusci, & Thuscus nomen gent. Ovid. in Ibin. Strab. Liv. Ptol. Plin. & al.

" *Dum Tyberis liquidas Thuscus habebit aquas.*
Vide Hetruria sive Etruria.

* Thyamis, *Capo Nista* teste Nigro, promont. Epiri, quod Thesprotiam reg. à Cestrinia separat, inter Buthrotum ad Arctos & Sybota ad Austrum, ad ostia fluv. cognominis Thesprotiam à Cestrinia dirimentis teste Thucydide. [*Θύαμις in man. Seld.] Ptol.

Thyamus, Thyamis Cic. & Ptol. fluv. Thesprotiæ in Epiro, apud Thyamim prom. Sybota versus in mare Ionium fluens, *Calama* nunc incolis teste Thheveto. Ibi Strab. Thucyd. Pausi.

mons ejusd. nominis teste Thucyd. Thesprotos à Cestriis dividens, Chimerio finitimus.

Plin. Liv. Ptol. & al. Thyatira, *Tire* teste Leunclavio, vel *Tyre*, urbs Lydiæ (non Ioniæ, ut in Thes. ling. Lat.) episc. sub archiep. Sardiano, ad Lycum fluv. Pelopia, & Euhippa aliquando dicta, teste Plin. Semiramis. & Mysorum ultima teste Steph. inter Sardes ad merid. 30. & Pergamum ad Bor. 58. mill. pass. una ex septem ecclesiis Asiæ in apocalypsi D. Joannis memoratis: non longe Cacus fluv. decurrit.

Plin. Thyatira quoque ins. parva maris Ionii apud Echinades. Immo est una Echinadum, teste Plin. lib. 4. cap. 12.

Steph. Thyella, Hyella Herod. *Ayello* ut videtur aliquibus, opp. Brutiorum, ab Oenotriis habitatum, apud Amantiam urbem in Calab. citer. Sed Barrio *Thyeto*, seu *Gineto* opp. ejusdem tractus à littore 3. mill. pass. ab Artemisio (*S. Agatha* dicitur) 4. quot à Bombicino, ab Argentano seu Marcopoli 20.

Thyllesium. Vide Tyllesium.

Hanno. Thymaterium, Thymiateria Steph. *Azamor*, ut Joanni Marianæ & Ramusio videtur, urbs Maurit. Tingit. ad ostia Rutubis, extra columnas Herculis, in ora oceani Atlantici, inter illas 197. & Atlantem mont. majorem 120. mill. pass. sub Lusitanis.

Strab. Plin. Thymbre, Thymbrium Xenoph. opp. Troadis ubi Thymbra sylva Vibio Seq. & Thymbrassus mons Festo, seu Thymbræus, apud Trojam, unde Apollo Thymbræus nominatus; licet Macrob. lib. 1. Saturn. aliam hujus nominis rationem afferat. Virg. lib. 3. Æn.

" *Da propriam, Thymbraee, domum, da mœnia fessis.*

Steph. Thymbrara, opp. Lydiæ apud Pactolum fluv. videtur idem superiori: sed Thymbra in Troade est ad fluv. Thymbrim sive Thymbrium, teste Steph. cum Strabone.

Strab. Thymbria, pag. Cariæ à Myunte urbe apud Mæandrum fluv. ad 4. stad. distans.

Liv. Thymbris, Thymbrius Strab. Tembrogius Plin. Tembrius Orph. Tiberis Procop. fluv. Bithyniæ, qui oriens in Galatia in Sangarium influit.

Plin. Mel. Thymnias, sinus Doridis reg. Cariæ, ubi Thymniæ prom. à quo nomen accipit, inter Gnidum ad occ. & Larumnam ad ort. ubi etiam Schenus & Bubessius sinus parvi, contra Rhodum insulam.

Claud. Thyni, pop. Thraciæ exadverso Bithyniæ, ubi Thynias prom. & opp.

Plin. Arrian. Strab. Thynias, *Sagora* teste Nigro, opp. Thraciæ in ora maris Euxini ad Thyniam prom. apud Apolloniam, ab ea in merid. Byzantium versus. Inde Thyniacus seu Thynniacus sinus *Golfo di Sagora* ab Ovid. mem. Prom. *Capo Tenia*.

Thynias item, seu Thynnias Plin. Mel. & aliis, ins. maris Euxini in ore Ponti, Bithyniæ adversa, (quam Bithynida vocat Mela) Thynias Ptol. Thyneis Orph. Thynia & Thyne Steph. Apollonia Arriano, *Farnasia* nunc teste Nigro. Catull. ad Sirmionem.

" *Vix mihi ipse credens Thyniam, atq; Bithynos*
" *Liquisse campos, & videre te in tuto.*

Strab. Thyræi, pop. Salentinorum inter Tarentum & Brundusium, quorum oppid. *Turi* in Apuliæ Peucetiæ finibus apud Nuces opp. à Cupersano urbe 10. mill. pass.

Herod. Thucyd. Thyrea, ins. Peloponnesi apud Hermionen, unde sinus Thyreaticus, qui & Hermionicus. Thyrea item Strab. Thuc. & Herod. Thyræa Paus. opp. Peloponnesi mediter. in Argivorum & Spartanorum conf. Thyræum Steph. nunc *Burdagna* teste Nigro. Thyre etiam oppid. Messeniorum fuit, cujus mem. Stat. Theb. lib. 4. Cum de Thyreate agro bellum esset inter Argivos & Lacedæmonios, res pugnæ 300. militum utrinque commissa est: quibus omnibus interfectis, Othryades Spartanus, qui solus evaserat, se interemit, & aliis se comitem dedit. Statius loco citato.

" *Et Lacedæmonium Thyre lectura cruorem.*

Thyrides, vertex Tænari mont. seu prom. in Laconicæ ora, ab ipso 30. stadiis distans. *Paus.*

Thyrides, ins. tres parvæ maris Ionii oræ Messeniæ adjacentes in sinu Asinæo. *Plin.*

Thyrium opp. fuit Acarnanum: cujus pop. Thyrienses à Xenoph. dicuntur. *Liv. Steph.*

Thyrreni, pop. Italiæ. Vide Tyrrheni, & Thusci in Thuscia.

Thyrrenia, reg. Italiæ, quæ & Hetruria, & Thuscia. Vide ibi. Ovid. lib. 14. metam. *Ovid.*

" *Concurrit Latio Thyrrenia tota, diuque.*

Thyrsagetæ, pop. Sarmatiæ, Gelonis & Turcis finitimi, sylvas incolentes, victumque sibi venatu comparantes, qui etiam Budinis & Basternis finitimi sunt, Tyrregetæ Strab. Thussagetæ Plin. & alibi Thyrsagetæ, in utraque Sarmatia, apud Mæoticam paludem. De quibus Val. Flac. 6. Argon. *Mel.*

" *Non ego sanguineis gestantem tympana bellis*
" *Thyrsageten, cinctumq; vagis post terga silebo*
" *Pellibus*——————

Thyrsus, *Torso* in tab. recent. fluv. Sardiniæ in ora occid. apud Arboream urbem mari exceptus, Thorsus apud Paus. per agrum Arborensem, ubi olim pop. Ilienses, decurrens. *Ptol.*

Thysdrus, Tisdrus A. Hirt. Tisdrum Capitol. Tusdrum seu Tusdrus Antonino, Tusdritanum opp. Plin. aliis Thysdritanum, colonia & urbs olim Africæ mediterr. à Tevesta 185. mill. pass. ex Ant. distans. *Ptol.*

Thyssagetæ, Thyrsagetæ Mel. pop. Scythiæ Europææ juxta Mæotidem paludem. Vide Thyrsagetæ. *Herod.*

Thyssus, Thysus Herod. Thyssa Strab. opp. fuit Macedoniæ in monte Atho. *Steph. Plin. Thucyd.*

Tiarantus, *Sereth* teste Peucero, fluv. Scythiæ Europææ per Daciæ fines, seu per Moldaviam, ubi oppidum cognomen alluit, in Istrum influens. *Herod.*

Tiar Julia, *Tervel* teste Molet. urbs Hisp. Tarraconens. in Celtiberis, episc. sub archiep. Cæsaraugustano, in regno Arragonio, apud fines Valentini, inter Valentiam 25. & Cæsaraugustam 35. leuc. quæ Terulium seu Turulium, à fluv. Turuli dicitur. Est tamen Tiar Julia in finibus Hercaonum, non in Celtiberis. Hic tumulus duorum amantium visitur; quorum alter, hoc est mas, ob basium sibi ab amasia negatum obiit; altera, hoc est amasia, ob basium amasio mortuo datum illico exspiravit. *Ptol.*

Tiasum, *Diod* teste Laz. opp. Daciæ in Valacchiæ & Transylvaniæ confinio. *Ptol.*

Tibareni, pop. Cappadociæ apud Chalybes intra montes, inter Chalybes ad ort. & Cotyorum ad occ. incolentes. De quibus Val. Flac. lib. 5. Argon. *Xenoph. Strab. Plin.*

" *Inde Genetæi rupem Iovis, hinc Tibarenum,*
" *Dant virides post terga lacus*——

Tiberiacum, quod & Gabeum, & Ad Caballos in antiq. Ravennatum monumentis, teste Hieron. Rubeo, *Bagnacavallo*, opp. amplum in territ. Ravennate, à Ravenna 13. mill. pass. Ferrariam versus, apud Anemonem fluv. Luco proximum, ab eo 3. à Foro Cornelii 12. *Vet. mon.*

Tiberiacum alterum, *Bercheim* teste Ortel. oppid. Germaniæ infer. in ducatu Juliacensi, ad Erpum fluv. inter Coloniam Agrippinam ad ort. & Juliacum ad occident. 3. leuc. Aliis est *Berick* oppid. ad Rhenum ejusdem tractus. *Anton.*

Tiberias, *Tabarie* nunc teste Nigro cum aliis, urbs Palæstinæ ad lacum cognominem in Galilæa, episc. sub archiep. Nazareno, inde supra 10. mill. pass. in ort. inter Scythopolim ad merid. & Capharnaum ad Bor. inde 16. mill. distans, habitatoribus ob serpentum multitudinem plane vacua. Hinc Justus, qui Judaicarum *Bibl. Josepho.*

daicarum rerum texit historiam. Ab Herode in honorem Tiberii Cæsaris condita, teste Steph. Lacus autem Tiberiadis, qui & Genesara, & mare Tiberiadis, ac mare Galilææ nominatur, *Lago di Genesareth* dicitur; per quem Jordanis fluit. Vide Genesara.

Tiberina, & Augusta Tiberii dicta est Ratisponâ, ut lib. 4. Itin.

"*Qua fundata jacent Augustæ mœnia, quondam*
'*Nomine dicta fuit quæ Tiberina suo.*

Vu. Insc. Tiberina castra, *Peringen* teste Lazio, pagus Vindeliciæ in Bavaria apud Dingelfingum opp. à Landshuto urbe 4. leuc. in ort. quot à Straubinga in meridiem.

Vitruv. Suet. Tiberina insula, quæ & Æsculapii insula apud Sueton. appellatur, & Lycaonia apud Dionys. Halycarn. *Isola di S. Bartolameo* nunc, ins. in urbe Roma, quam Tiberis fluv. efficit inter duos pontes, sic vulgo dicta à templo D. Bartholomæi apostoli. Ibi Jupiter etiam colebatur, (qui propterea Lycaonius cognominabatur) templo sibi dicato. Templum vero Æsculapii erat, ubi nunc cœnobium monialium.

Virg. Tiberina ostia duo, quibus Tiberis fluv. in mare Tyrrhenum apud Ostiam & Portum Augusti urbes excisas, ab urbe Roma 16. mill. pass. exoneratur, in Thusciæ Latiique confinio, ab ostio Macræ 284. mill. pass. teste Plin. Virg. lib. 1. Æn.

"*Carthago, Italiam contra, Tiberinaq; longe*
'*Ostia*----------

Liv. Tiberinus campus, antea Tarquinius, & postea Martius, nunc quoque *Campo Martio* vulgo dictus, in urbe Roma.

Ptol. Tiberiopolis, urbs gemina: una Phrygiæ magnæ episc. sub archiep. Hierapolitano, apud ortum Caystri fluv. Eumeniæ & Silbio proxima, inter illas, à Philadelphia ad 60. mill. pass. in Cæciam; altera in Thracia, in Mysiæ infer. confinio, *Strumitza* Curopal. vel *Stromitza*, *Varna* Leuncl. episc. olim sub archiep. Heracliensi. postea metrop. effecta. Vide Dionysiopolis. Strummeza, aut Strumitza teste Nicet. Gregora lib. 8. oppidulum est Triballorum in Macedoniæ finibus, inter Strymonem & Axium fluv. à Scupi tridui itinere dissitum, in monte prærupto ac saxoso, sed à Barna diversum.

Cic. Plin. Tiberis, Tyberis Strab. & aliis, (scribitur enim passim per *i* & per *y*, sicuti & Tibur, quod & Tybur) fluv. Italiæ notissimus, Hetruriam ab Umbria, Sabinia, & Latio disterminans, Romamque interluens, ac in Tyrrhenum mare ad Ostiam & Portum Rom. exiens, à Tiberino rege Albano, in eo anno urbis conditæ 163. submerso, nomen habens, qui & Albula dicitur, vulgo *il Tevere*. De quo Hor. lib. 1. carm. od. 2.

"*Vidimus flavum Tiberim, retortis*
'*Littore Hetrusco violenter undis.*

Ovid. lib. 5. fast.

"*Mittite me in Tiberim, Tiberinis vectus ut undis*
'*Littus ad Inachium pulvis inanis eam.*

Virg. l. 2. georg.

"*Quæ Tuscum Tiberim, & Romana palatia servas.*

Ovid. 2. fast.

"*Albula, quem Tiberim mersus Tiberinus in undis*
'*Reddidit*----------

Tiberis inundationes magnas, magnæ solent calamitates belli, famisve sequi. Tyberis autore Plin. lupum inter pisces gignit, ut Ravenna rhombum, elopem Rhodus, Sicilia murænam: sed muræna Tartessia teste Quintil. laudatissima est. Tiberis ostia ab ostiis Aterni 136. mill. absunt: inter ostia Vari Italiam à Gallia discriminantis 495. & Leucopetram prom. ultra Rhegium 449; à quo prom. Tarentum 230. mill. pass. mari numerantur; inde ad Iapygium prom. 84; à quo Garganus mons mari pariter 233. abest; inde ad Crumerum prom. apud Anconam 183, Ravennam 102, Aquileiam totidem, ad ostia Arsiæ (ubi Italia terminatur) 144; unde per Alpium radices ad ejusdem Vari ostia 742. Ita ut totus Italiæ ambitus 2854. mill. pass. fere fit. De qua re in nostra Europæ descriptione.

Tiberis alter, fluv. Vide Tyberis.

Tibilitanæ aquæ, locus Africæ mediterr. ubi Tibili opp. erat, seu Tibilis urbs, ab Hippone Regio 54. mill. pass. in merid. distans. Anton. D. Aug.

Tibisca, *Sophia* nunc teste Nig. & Moletio, urbs Mysiæ infer. in Bulgaria, (non illa Sophia in Mysia superiore, hodie satrapæ totius Græciæ sedes, à Nicopoli ad Hæmum ad 60. mill. pass. distans, à Thessalonica supra 100. à Justiniano imperat. teste Procop. condita) à qua Tibisena ostia quædam apud Val. Flac. lib. 6. Argonaut. Ptol.

"*Progenuit viridem Maracen, Tibisenaq; juxta*
'*Ostia*----------

Sed hic locus in Sarmatia Asiatica est, non in Europa.

Tibiscum, *Titul* teste Lazio, opp. Daciæ in Iazygum conf. ad Tibiscum fluv. in Hungaria Transdanubiana, Acuminco finitimum, inde 4. leuc. in Bor. Segedinum versus, à Tauruno urbe 6. Locus nunc cum præpositura. Ptol.

Tibiscus, Tibesis Herod. Pathissus Plin. *Tyssa* Laz. & al. fluv. Daciæ maximus, illam ab Iazygibus Metanastis sive ab Hungaria Transdanubiana separans, ex Carpate monte fluens in Austrum, ac Danubio contra Acumincum inter Petrovaradinum 6. & Taurunum 2. leuc. congrediens. Ptol.

Tibius, & Tybius ut ab aliis legitur, *Teifi* vel *Tivy*, fluv. Albionis per Walliam in oceanum Hibernicum apud Cardengam opp. fluens. In cod. Græco Ptol. desideratur. [Et in Latino uti videtur; idem tamen forsan cum Tuerobi Ptol.] Ptol.

Tibula, *Locosardo* in tab. recent. apud Molet. opp. olim, nunc pagus Sardiniæ in ora Boreali, contra Corsicam, apud Juliolam, inter Turrim Libissonis ad occ. & portum Liguidonis ad ort. à quo 50. mill. pass. à Carali 213. in Bor. à Bonifacio opp. Corsicæ 9. in Austrum, ab Olbia urbe 18. ex Itin. Ant. sed numeri distantiæ depravati sunt, cum Olbia hinc in ora orientali maxime distet. Anton. Ptol.

Tibur, Tybur Ovid. & al. Tiburis Procop. Tibyra Steph. cui & Polystephanos, *Tivoli* urbs Latii episc. ad Anienem fluv. in Sabinorum confinio, à Catillo Arcade classis Evandri præfecto ante Romam condita, à qua 16. mill. pass. in Bor. versus Marsos distat. Pop. Tiburtes Plin. De ea Virg. lib. 7. Æn. Cic. Strab. Liv. & al.

"*Telanovant, Atina potens, Tiburq; superbum.*

Hic maxima pomorum copia, teste Colum. de cura hortorum.

"*Hic Turni lacus, & pomosi Tyburis arva.*

Tiburnia, *S. Veit* teste Jo. Aventino, urbs Norici in Carinthia, (quæ Teurnia Ptol. esse videtur) media inter Villacum & Neomarchum, 6. leuc. utrinque distans, Clagenfurto propior.

Tiburtina villa, hodie *Villa d' Adriano*, villa in agro Tiburtino. Altera villa in eodem territorio, cujus mem. Vitruv. nunc *Taurina* teste Cæs. Cæsariano. Spartian.

Ticaria *Trucula*, ins. Illyrici inter Phariam ad occ. & Corcyram nigram in ort. seu Eurum occurrens. Vide Trucones.

Ticarius, *Grosso* teste Leandro, sed aliis potius *Liamone*, unus ex 3. majoribus fluv. Corsicæ, ex medio illius in Austrum in Talabensem sinum fluens. Qui vero Grossus dicitur in occid. fluit, inter Pauconiam ad Bor. & Fiseram ad meridiem. Ptol.

Plin. Tichis, *Tec* teste Gasp. Varrerio, fluv. Hispaniæ citerioris apud Gerundam decurrens, & pelago ad Rhodam exceptus. Vide Thicis apud Melam.

Polyb. Strab. Plin. & al. Ticinum *Pavia*, urbs Insubrum post Mediolanum (à quo in Austrum distat 20. mill. pass.) clarissima, episc. & academia, ac olim Longobardorum regia, ad Ticinum fluv. à Liguribus, Levis & Maricis, ante Mediolanum, condita; postea Flavia Papia vocata, & Papia apud P. Diacon. cum eversa, rursus opera D. Epiphanii ejus episcopi reædificata fuisset. Principatus titulo illustris, multa antiquæ nobilitatis servat monumenta, pontemque habet lapideum, & magnitudine, & structura nulli in tota Italia secundum. Hanc insigni errore Steph. vicinam Ravennæ facit, à qua 50. mill. pass. abest. Hæc Othoni imperat. se dedit anno salutis 911. Ticini Authores Langobardorum rex, cum 6. annos cum Theodolinda uxore regnasset, dolo domesticorum poculo venenato è vivis sublatus est, ut Paul. Diac. lib. 4. de gest. Langob. scribit.

Strab. Liv. Plin. & al. Ticinus *Tesino*, fluv. Insubriæ clarissimus, atque navigabilis, ex Adula monte in Helvetiorum conf. (unde & Rhodanus in Galliam, & Rhenus in German. fluunt) erumpens, ac per lacum Verbanum fluens, Ticinique urbis mœnia radens, in Padum post 4. mil. pass. excipitur, aquas suas perspicuas ad 10. mill. pass. immixtas aquis Padi turbidis conservans. Alicubi arenas aureas habet, thymallo etiam pisce nobilis. De quo Claud. in 6. cons. Honorii.

" *Colla levant pulcher Ticinus & Addua visu.*

Sil. lib. 4.

" *Cæruleas Ticinus aquas, & stagna vadoso*
" *Perspicuus servat turbari nescia fundo.*

Gemblac. Tiela *Tielt* vel *Tiel*, opp. Germ. infer. in Geldriæ ducatu, in Batavorum finibus, ad Vahalim fluv. à Noviomago Geldriæ metrop. 4. leuc. in occ. Vorcum versus topid. Bomelæ opp. proximum.

Pauſ. Tiessa, Tiassus Athenæo, fluv. Laconicæ per Spartam & Amyclas in Eurotam fluens.

Liv. Festo, & al. Tifata, Tiphata Plin. *Monti di Capoa & di Caserta*, mons Campaniæ, cum opp. olim cognomine, inter Capuam & Nolam extensus, Campaniamq; à Samnio disterminans. Cujus inter alios mem. Stat. lib. 4. sylvarum, carm. 4.

" *Cessat apex procul ista tuis, Tifata, Teate.*

Tifata apud Festum locus est prope Capuam.

Plin. & al. Tifernum, urbs gemina Umbriæ: unum, Tiberinum cognomine, Tiferaum seu Tiphernum Ptol. urbs episc. in planitie, non procul à Tiberi fluv. à quo denominatur, vulgo *Citta di Castello*, à Perusia fere 24. mill. pass. in Bor. & Cæc. ab Eugubio 20. in occ. Aretium versus; alterum, Metaurense cognominatum, *S. Angelo in Vado*, ad Metaurum fluv. in valle, à priore 20. mill. pass. Urbinum versus 26. urbs olim episc. nunc oppid. haud obscurum ducatus Urbinatis. Pop. Tifernates Plinio.

Plin. Mel. Tifernus, Phiternus Ptol. ut aliquibus videtur, fluv. Frentanorum illos ab Apulis Daunis dividens, ex Apenn. monte in mare Hadriaticum per Larinum ad Thermulas influens, medius inter Frentonem ad ort. & Trinium ad occ. vulgo etiam *Tiferno* dictus; licet nonnulli *Fortore* illum indigitent, cum Frentone eum confundentes. Hic lector monendus est, ne ex Thes. ling. Lat. decipiatur, Tifernum opp. cum Tiferno fluv. juxta Teanum & Larinum describente, ex Plin. lib. 3. c. 14. in 6. reg. Italiæ: ubi nihil de his; cum de Tiferno tantum fluv. agat cap. 11. De quo fluv. in lib. 2. Itiner. sic:

" *Et qua Tifernus flavas evanidus undas*
" *Exonerans, rapidum sese diffundit in æquor.*

Plin. Ptol. Tigava, Tigava castra Anton. Tigavis Ammiano, urbs olim episc. Maurit. Cæsariens. mediterr. Oppido novo proxima, inde 2. mill. pass. distans. Episcopi Tigabitani mem. D. Augustinus.

Tigis, Tigisi Ant. urbs olim Mauritaniæ Cæsariens. episc. sub archiep. Cæsariens. Rusuccuro finitima, inde 12. mill. in merid. Cujus episcopus Tigisitanus à Victore Vticensi memoratur. Ptol.

Tignia, *Tenna* teste Francisco Pamphilo, *Tinna* al. fluv. Piceni apud Tignium opp. fluens, inter Chientum & Asonem flum. mari ad portum Firmanum exceptus. Vet. Tab.

Tignium, *S. Maria in Giorgio* hodie teste Pamphilo, opp. Piceni in colle non obscurum, medium fere inter Firmum & Tollentinum, unde 16. mill. pass. abest, à Monte Alto urbe recenti 10. versus Tollentinum. Cæſ. Cic.

Tigranaana, urbs Armeniæ majoris, quæ *Tauris* à Nigro & Theveto indigitatur, *Simolachach* Georgianis. Sed situs apud Ptol. haud convenit, cum *Tauris* in Media sit, non in Armenia. Ptol.

Tigranocerta, urbs Armeniæ majoris, quæ & Tigranopolis, & Tigranopetra teste Appiano dicta est, à Nisibi urbe Mesopotamiæ 36. mill. pass. in Bor. ad Nicephorium fluv. teste Tac. apud Masium mont. qui Gordyæo finitimus est, teste Strab. Ea hodie *Sultania* Jovio dicitur, & Bonacciolo *Sava*: quæ urbes in Media sunt apud Parthorum confinia, uti tab. habent neotericorum. Strab. Plin. Tac. & al.

Tigris, sic à velocitate dictus, quasi sagitta, teste Plin. Tigres Xenoph. *Tegil* Castal. & al. fluv. notissimus & maximus Asiæ, (minor tamen Euphrate teste Plin.) Mesopotamiam ad ort. terminans, eamque ab Assyria & Susiana dirimens, in Armenia majore oriens ab Euphratis fontibus 2500. stad. teste Strab. in Niphatis mont. parte australi, juxta Gordyæos montes decurrens, eique ad Seleuciam ex parte, & infra toti apud Apamiam se commiscens, inque sinum Persicum ad Teredonem urb. una cum illo exceptus. Pasitigris teste Plin. ubi totus confluit (alicubi enim in plures alveos dividitur) dicitur; etiam vulgo *Sir* & *Ser* teste Pincto & Josepho Barbaro, *Morato* Tenrerio & Postello. Principio absorbetur à terra. Luc. lib. 3. Herod. Strab. Plin. & al.

" *At Tigrim subito tellus absorbet hiatu.*

Virg. egl. 1.

" *Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrim.*

Tigris non solum rapidus supra omnes Asiæ fluv. est, sed etiam sub terram multo intervallo conditur; quod & Lycus in Asia, Erasinus in Argia, & Anas in Lusitania, rursus toti emergentes. Ubi ab Euphrate maxime in ort. recedit 360. mill. pass. numerantur, quanta est Mesopotamiæ longitudo. Tigris alter in Paphlagonia decurrit in Euxinum mare teste Xenoph.

Tigulia seu Tigullia, (utroque enim modo legitur) *Sestri di Levante* teste August. Justiniano, oppid. Liguriæ in ora littorali ad ort. medium inter Genuam urb. ad occ. & Ericis portum ad ort. utrinque 30. mill. pass. Vide Segesta Tigulliorum. Tametsi Segesta à Tigulia apud Plin. diversa videtur; hæc enim maritima, illa interius recedit. Plin. Ptol.

Tigurinus pagus, Tigurum posterioribus, *Zurich*, urbs Helvetiorum ad Tigurinum lacum, ubi Limagus fluv. egreditur, primum sibi inter 13. conventus juridicos locum vendicans, inter Constantiam 6. & Luceriam 4. leuc. à Basilea 8. Pop. Tigurini Strab. & Eutropio. De Tiguro lib. 7. Itiner. Cæſ. Liv.

" *Quam Tiguri celsam tacitus miraberis urbem.*

De lacu Tigurino lib. 6. sic:

" *Inde lacus alandes Tigurinus ubi influit urbem,*
" *Inque duas partes findit - - - -*

Tilaventum majus, & Tilaventum simpliciter Ptol. *Tagliamento*, fluv. Carnorum ex Alpibus Juliis in mare Hadriaticum inter Concordiam & Aquileiam influens, ad 15. mill. pass. utrinque; Tilaventum in cod. Græco Ptol. longe lateque per agros, cum nivibus aut imbribus intumescit, exundans. Plin.

Tilaven-

Plin. Tilaventum minus, *Stella* teste Ortel. ex tab. fluv. Carnorum brevis decursus, in mare apud Maranum opp. inter illud & Tilaventum majus labens.

Beda. Tileburgum *Tilbury*, vicus Albionis apud Thamesim fluv. infra Londinium urb. haud procul.

Ptol. Tillium, *S. Reparata* teste Anania, cum Moletio, opp. olim, nunc pagus Sardiniæ in ora Boreali contra Corsicam, à Tibula 6. mill. pass. in occident. distans.

Ptol. Tilogrammum, *Catigan* teste Cast. urbs Indiæ citer. marit. ad ostium Gangis occiduum, ab orientali 80. leuc. Hisp. in occ. distans.

Plin. Tilos, ins. maris Rubri, cum opp. cognomine, margaritis, palmis, oleis, aliisque arboribus semper virentibus ornata; ubi etiam arbores sunt lanigeræ, authore Plin. lib. 22. Vide Tylos.

Ptol. Tilox prom. *Capo Revelat* Molet. *Capo Chevelar* Pineto, aliis *Poggio di Guino*, prom. Corsicæ apud Calviam opp. Sed *M. Tignoso* potius juxta prædictum opp. videtur.

Strab. Tilphossa, Tilphusia Apollodoro, fons est Bœotiæ sub Tilphosio monte labens, ubi Tiresiæ vatis sepulchrum est, qui ibi, ex aqua frigida epota, interiit, teste Aristoph.

Ptol. Timacum, *Tiques* Molet. ad Timacum fluv. seu Timachum Plin. opp. Mysiæ super. in Dardania reg. inter Orrheam ad occ. & Vendenidem ad ortum, ab Aribantio 3. mill. pass. in Boream.

Polyb. Strab. Liv. Plin. & al. Timavus *il Timavo*, fluv. maximus Carnorum, sed brevissimi decursus, novem fontibus ex vicino monte erumpens, quibus confluentibus vix ad 2. mill. pass. latissimus Hadriaticum pelagus ultra Aquileiam 7. Tergeste versus petit. Locus apud quem oritur, Fanum Diomedis, & vulgo *S. Giovanni* appellatur. In eo pingues & optimæ anguillæ teste Æliano inveniuntur. Ejus mem. Virg. lib. 1. Æn.

"*Regna Liburnorum, & fontem superare Timavi.*
Mart. lib. 4. ep. 25.

"*Et tu Ledæo felix Aquileia Timavo.*
Ante ostia Timavi sunt aliquot ins. parvæ, sed claræ ob fontes calidos æstu maris crescentes, teste Plin. l. 2. cap. 103.

Ptol. Timethus, *il Pattese* teste Faz. sic ab urbe nominatus, *Traina* aliis, fluv. Siciliæ in ora occidua, inter Agathyrium ad Austrum & Tyndarium ad Bor. urbes extinctas fluens, juxta urb. Pactensem mari exceptus.

Plin. Ptol. Timici, *Tremesin* & *Telensin* Marmol. urbs Maurit. Cæsariensf. mediterr. olim episc. sub archiep. Cæsariensf. hac tempestate clara & ampla, ac quondam regia, à Siga urbe excisa in ora 14. mill. pass. in Austrum distans, à Julia Cæsarea supra 250. in occ. quæ etiam *Telmucent* incolis dicitur, inter Maluam & Quizam, à qua supra 75. mill. pass. abest. Pop. Timiticenses, unde episcopus Timiticensis in concilio Carthaginensi.

Anton. Timogittia, opp. Mysiæ infer. apud oram maris Euxini, inter Dionysiopolim ad merid. 24. & Calatim ad Bor. 18. mill. pass. ex Itin. Anton.

Ovid. Timolus, mons Lydiæ. Vide Tmolus. Ovid. lib. 11. metam.

"*Cumque choro meliore, sui vineta Timoli*
"*Pactolonque petit*------

Steph. Timonium, castellum Paphlagoniæ, cujus tractus Timonitis Strab. ac Ptol. pop. Timoniacenses Plin.

Ptol. Tina vel Tinna, *Tine* Camd. fluv. Albionis per Northumbriam in ort. fluens; ad cujus ostium opp. & port. Tinomoutum *Tinmouth*, à Bervicio urbe in confinio Scotiæ 50. mill. in meridiem.

Plin. Tinda, Stabulum Diomedis Ant. opp. olim Thraciæ mediterr. inter Philippos ad occ. 61. & Maximianopolim ad ort. 18. mill. pass. Trajanopolim versus, quæ à Maximianopoli 37. mill. abest.

Tindus, fluv. Albionis in Anglia, ubi monasterium Maikas. Beda.

Tingi, Tingis Ptol. Tingios Steph. male pro Tingis, *Tangari* seu *Tangeri* Marmolio, & aliis *Tanger*, colonia & urbs olim archiep. & Mauritaniæ, cui nomen dedit, caput, nunc episc. sub archiep. Eborensi, in ora marit. Tingitanæ, extra Herculis columnas, inter Septam ad ort. 60. & Ziliam ad occ. 24. mill. pass. à Lixa 54. sub Lusitanis, ab Antæo, quem Hercules vicit, condita, ad fretum Herculeum. Hinc Tingitanus nom. gent. De ea Sil. lib. 3. Strab. Plin. Ptol.

"*Et Tingin rapido mittebat ab æquore Lixus.*
In Thes. ling. Lat. *Tamar* indigitatur; cum ab omnibus *Tangeri* vulgo dicatur.

Tinia, Teneas Strab. *Topino* nunc, fluv. Umbriæ ex Apenn. monte apud Nuceriam manans, mœniaque Fulginii alluens, ac infra Mevaniam accepto Asio in Tiberim influens: ubi Ortel. decipitur, Tiniam Assisium urb. alluere scribens; cum id Asius, non Tinia faciat. De quo Sil. lib. 8. Plin.

"*In Tiberim properans, Tiniaque inglorius humor.*

Tinia item, *Tine* vulgo, urbs Liburniæ mediterr. apud ort. Titii fluv. episc. sub archiep. Spalatensi, à Sebenico 25. mill. pass. in Bor. distans. Prov. Rom.

Tinisa *Tunisi*, urbs Africæ ampla, & regia, in ora, à Carthagine 15. mill. pass. in ortum distans. Vide Tunis. Lib. conc.

Tinnetio, *Tinczen* teste Simlero, & *Tenezone*, pag. Rhætiæ, qui *Tintschen* Germanis teste Scudo, medius inter Curiam urb. ad Bor. & Stampam pag. in merid. Clavennam versus 23. mill. pass. Anton.

Tinurtium *Tornus*, opp. Gall. Celt. ad Ararim fluv. in Burgundia ducatu, inter Matisconam ad merid. 6. & Cabilonum ad Boream fere 5. leuc. Legio XIV. Anton. Æliano Spart.

Tiora, quæ & Matiena, opp. olim Latii, seu Sabinorum, ad Velinum lacum, ubi Mars colebatur, à Batia 30. stad. Ibi ecclesia Thorana; cujus mem. Baron. in not. ad martyrolog. Dionys. Halycarn.

Tios, oppid. Paphlagon. Vide Tium. Tion à Tio Milesio sacerdote conditum scribit Steph. Pop. eidem Tii. Mel. Steph.

Tipasa, *Taves* Mercat. *Sasa* Morali, *Tener* Castald. colonia & urbs olim episc. sub archiep. Cæsariensf. in ora Maurit. Cæsar. inter Juliam Cæsaream ad occid. 16. & Icosium ad ort. Episcopi Tipasitani mem. Victor Uticensf. Abest à Cirta 58. mill. in Circium teste Antonino. Anton. Ptol.

Tiquadra, (Triquadra legit Hermolaus) *Conejera* teste Ant. Beuthero, ins. maris Balearici parva ante Palmam urbem majoris Balearis; sic ob figuram dicta. Plin.

Tiracienses, pop. Siciliæ, quorum opp. *Randazzo* dici videtur, ad Ætnæ montis radices, à Catana supra 20. mill. pass. in occ. Vide Trinacia. Plin.

Tirallum, urbs Thraciæ. Vide Arzus, & Tzurulum. Anton.

Tiriscum, (quod jam Taros dicitur; ita Lat. codices) *Tura* teste Lazio, opp. Daciæ, aliis *Grossechana* in Valacchia. Ptol.

Tirissa, *Lesterocori* teste Moletio, urbs episc. Macedoniæ in Emathia. Vide Tyrissa. Ptol.

Tirista *Drista*, (non *Tervisch*, ut Laz. indigitat, quæ in Dacia est, Valacchiæ metropolis) urbs Mysiæ infer. episc. sub archiep. Ternobitano, hodie metrop. in Bulgaria. Ptol.

* Tiristria prom. *Capo Lemano*, prom. Mysiæ infer. in ora maris Euxini, inter Dionysiopolim & Odessum. [* Τεισγετ in Seldman.] Ptol.

Tiriza Steph. erat opp. Paphlagoniæ.

Tirnavia *Tyrnau*, *Dyrne* Lazio, urbs Iazygum in Hungaria Transdanubiana episc. sub archiep. Strigoniensi. Prov. Rom.

niens. inde 8. leuc. in Circium, à Posonio 6. in Bor. & Cæc. post Strigonium occupatum à Turcis sedes archiepiscopi Strigoniensis.

Scrip. Germ. Tirolis seu Tyrolis *Tyrol*, (quæ vox apud vet. minime legitur) reg. Germaniæ non obscura, titulo comitat. insignis, partem Rhætiæ, partem Norici magnam, & partem minimam Cenomanorum Italiæ complectens, Austriacis principibus parens: cujus urbes & opp. clariora sunt, Tridentum, olim ad Italiam spectans, cum Roboreto oppid. Bocenum sive Bolzanum, emporium amplum; Sabiona, olim Sublavio, urbs olim episc. nunc sine sede, ac ferme excisa; Brixina, quæ & Brixinum, ac Brixino, episc. Oenipons, conventus reg. juridicus, & sedes principis; Halla, urbs proxima Oeniponti; Sebatum sive Sevatum, Tullum, Stiriacum sive Sterzigum, Aguntum, cum aliquot aliis.

Ivoni. Tiron, fluv. Gall. Celticæ apud Mauritaniam opp. comitat. Perticensis fluens.

Hesi d. Apoll. Tiruntha vel Tiryntha, Tiruns ut videtur Xenoph. Herod. & Steph. opp. olim Peloponnesi in Argia mediterraneum.

Capitol. Tisdrum, Tisdrus A. Hirt, Vide Thysdrus.

Ptol. Tisobis, Tisis aliis, *Tese* vulgo, fluv. Albionis in ora Walliæ. In Thes. ling. Lat. [sicuti & Camden.] *Conwey*; sed prior nomenclatura magis consona. Vide Tœsobis.

Ptol. Tissa, opp. Siciliæ mediterr. eversum; cujus locus adhuc *Tissa* dicitur teste Faz. apud Gangium opp. Aliis *Tussa* arx, à Cephalodio 18. mill. pass. aliis *Tussa* castrum & arx esse videtur, inter Cephalodium & Amestratam. Pop. Tissenses Cicer. Ejus memin. Sil. lib. 14.

" *Venit Amastra viris, & parvo nomine Tisse.*

Ptol. Tisurus, *Teusar* ex tab. recent. opp. Africæ mediterr. Thysdro finitimum, & apud Bagradam fluv. inter Carthaginem, & Tebestam in merid. ab ea fere 100. mill. pass. in Arctos.

Claud. Titana, urbs Ægypti, eadem Heliopoli. Vide ibi. Est & Titana apud Pauf. & Steph. opp. Peloponnesi in Sicyonia reg. à Sicyone 60. stad. quod & Teutanium dictum fuit. Titana apud Steph. est regiuncula Sicyoniæ in Peloponneso.

Plin. Titanus, fluv. & opp. Mysiæ in Asia, seu potius Æolidis apud Plin. Titanus etiam Ptol. portus Corsicæ in ora occid. inter Fiseram opp. & Ticarium fluv. Titanus item mons Thessaliæ, cujus mem. Hesych. & Eustathius.

Vet. Tra. Titanus mons *San Marino*, mons Æmiliæ in Umbriæ conf. cum opp. cognomine, excelsus, ab Arimino urbe 10. mill. pass. in merid. super quo oppid. liberum, inter Leopolim ad ort. 12. & Cæsenam ad occ. 18. mill. quot à Tiferno Metaurensi in Boream.

Vib. Seq. Titaressus, Titaresius Strab. & Philostrato, Titaresus Luc. fluv. Thessaliæ apud Pharsalum urbem fluens, ac ex Titaro monte in Peneum influens, *Titareso* etiam vulgo in tab.

Titarum, opp. Lycoph. & Steph. & Titarus mons Strab. ex quo Titaresius fluv. profluit; cujus aquas aquis Penei haud permisceri ferunt, teste Vibio. Qua de re Luc. lib. 6.

" *Defendit Titaresus aquas, lapsusque superne*
" *Gurgite Penei pro siccis utitur arvis.*

Suidæ. Tithrasus, fluv. & opp. Libyæ inter. ubi Gorgones nascebantur, apud oram occiduam.

Plin. Titius, Titus Ptol. *Cercha* Moletio & Favolio, *Variecha* Nigro, fluv. Illyrici, terminus Liburniæ, illam à Dalmatia discriminans, apud Scardonam fluens, mari Hadriatico inter Iaderam ad occ. & Scardonam ad ortum exceptus, ultra Iaderam 48. mill. pass. ab Aquileia 200. teste Plin. Appellatur etiam *Polischa* teste Ortel. contingit enim eundem fluv. plura habere nomina.

Titoneus, fluv. Latii circa Circæos, à terra absorptus, parvus, rivi potius quam amnis modum præ se ferens. *Lycophr.*

Titopolis, quæ & Titiopolis, urbs fuit Isauriæ episc. sub archiep. Seleuciensi. Hodie haud memoratur. *Lib. conc.*

Tituacia, Titulcia Ant. *Xetafe* Moletio & Ortelio, opp. Hispaniæ Tarracon. in finibus Carpetanorum in Castella nova, inter Madritum 2. & Illescas 3. leuc. Toletum versus. Sed Morali & H. Coquo est *Vayona*, pagus apud Madritum. Inter Segoviam 48. & Complutum 30. mill. pass. ex Itin. Antonini. *Ptol.*

Tityrus, mons Cretæ: de quo nihil apud alios scriptores legi. *Strab.*

Tium, Tion Ptol. Teium Strab. *Tio* etiam hodie teste Moletio, urbs maritima Paphlagon. episc. sub archiep. Heracleensi, inde 38. mill. pass. in ort. Cotyoram seu Cytorum versus 65. inter Psyllium & Amastrida, à Milesiis condita teste Mela. Quidam confundunt hanc urbem cum Teo urbe Ioniæ patria Anacreontis, unde Teius, a, um. Vide ibi & Teium. *Plin.*

Tlos urbs fuit Lyciæ mediterr. ad Tloum fluv. episc. sub archiep. Myrensi, inter Xanthum ad merid. & Araxam ad Arctos. Illam à Tlo Milesio nomen habere scribit Steph. Hinc nom. gent. Tlous. Una fuit ex maximis reg. urbibus: reliquæ sunt Xanthus, Olympus, Pinara, Myra, & Patara. *Strab. Ptol.*

Tmarus, qui Tomarus Plin. & Sol. dicitur, mons Epiri in Thesprotia reg. in quo 100. fontes sunt teste Theopompo: Tamarus etiam dicitur apud Strab. Est & mons Peloponnesi apud Coryphasium prom. & nomen proprium viri apud Virg. lib. 9. Æn. *Strab. Plin. Sol. & al.*

" *Et præceps animi Tmarus, & Mavortius Hæmon.*

Tmolus, qui & Timolus seu Tymolus teste Steph. (ex quo Pactolus fluv.) *Tomalitze* nunc teste Leuncl. mons Phrygiæ magnæ in conf. Lydiæ (ad fluv. cognominem in Mæandrum per Sardes, quas alluit, influentem, cujus mem. Herod. & Plin.) in agro Trallensi & Sardensi, vitibus consitus; qui & Tempsis dictus est teste Plin. Hinc Tmolius nom. gent. Tmolus inter alia crocum plurimum gignit; quod Virg. in 1. georg. illis verbis adnotavit: *Strab. Plin. Sol. & al.*

" *Gramina nonne vides croceos ut Tmolus odores.*

De Tmolia terra Ovid. lib. 4 de Pont. el. 15.

" *Africa quot segetes, quot Tmolia terra racemos,*
" *Quot Sicyon baccas, quot parit Hybla favos.*

Toani, pop. Arabiæ felic. ad fretum sinus Arabici, seu apud fauces ejusdem. *Plin.*

Tobius, *Towy* seu *Tovy* Camden. & Lhuydo, fluv. Albionis per Walliam in oceanum ad Maridunum urbem decurrens. *Ptol.*

* Tobrus, *Ubros* hodie in tab. recent. urbs Africæ mediterr. media fere inter Tabracham ad Arctos, & Tuburbem in merid. ad 80. mill. pass. Vide Tuburbis. [* Τόνγος in man. Seld.] *Ptol.*

Tochari, pop. Sericæ, Ptol. Bactrianæ. De quibus Dionys. *Plin. Dion. Eustah.*

" *Flumen Iaxartem juxta quibus arva coluntur*
' *Tochari, Phruriqu———*

Tochari pop. Indiæ Tzetzæ, vel Scythiæ apud Dionys. & Eustath. Sericæ vero apud Plin. qui illos optimos textores facit.

Tochata *Tocato*, urbs Cappadociæ hodie præcipua, ad Lycum fluv. ubi sedes est satrapæ, inter Neocæsaream & Comana. Tametsi aliis ipsa Neocæsarea sic appellatur. *Græc. script.*

Tocolosida, *Mergo* seu *Amargo* teste Marmolio, opp. Mauritaniæ Tingitanæ proximum Volubili coloniæ, ad 4. mill. pass. distans, à Tingi 148. ex Itin. Anton. [* Τικολόσιδα in man. Seld.] *Anton. Ptol.*

Tœsobis *Cluyd*, fluv. Albionis per Walliam fluens, pelago apud Asaphensem urb. exceptus: quem G. Camd. eundem Conovio facit; sed aliis diversa flum. sunt. *Ptol.*

Plin. Togisonus, *Sciocco* teste Leandro, fluv. Venetiæ per agrum Patavinum in Medoacum fluv. post Plebem Sacci opp. influens, à Patavio 8. mill. pass. Clodiam versus, teste Sabellico. Sed Plin. Togisonum & Athesim confluere, & Brundulum portum efficere scribit. Hermol. & Scardeonius Vigisonus legendum putant, & lacum esse qui *Vigazolo* nominatur, ab Ateste 6. mill. pass. ex quo fluv. in Athesim influens effluit. Aliis Togisonus *Tessena*, fluv. per agrum Vicentinum in Medoacum minorem labens, esse videtur. Nomen arridet, sed verba Plin. adversantur.

Tur. Tolbiacum, *Toulpie* Gallis, *Tulpick* Germanis teste P. Divæo, *Zulch* & *Zulpick* aliis, opp. German. infer. à Colonia Agrippina 4. leuc. Treviros versus, quot à Juliaco in Austrum, à Bonna 3. in occ. Tolpia Ant. Tulpiacum Reginoni.

Plin. Tolen, opp. olim Æthiopiæ sub Ægypto, à Meroe itinere 5. dierum teste Plin. in Bor. distans.

Vet. Insc. Tolentinum, colonia & urbs Piceni (Pop. Tollentinates Plin. unde Tollentinum scribitur) episc. sub archiep. Firmano, apud Chientum fluv. inter Maceratam 10. & Camerinum 15. mill. pass. à Septempeda 6. in ort. *Tolentino* etiam nunc. In Thes. ling. Lat. Tolentum urbs legitur, unde Tolentinates populi ; qui non à Tolento, sed à Tolentino dicuntur.

Oros. Tolenus, & Telonus, seu Thelonus Ovid. fluv. Marsorum in Lirim labens, ubi Rutilius cum 7. millibus Rom. à Marsis cæsus est, teste Orosio.

Plut. Steph. Tolerium opp. fuit Latii antiqui. Pop. Tolerienses Plin. & Tolerini apud Steph. more Græco. Sed locus hodie ignoratur.

Liv. Ptol. Toletum *Toledo*, col. & urbs Hisp. Tarracon. archiep. Carpetanorum caput, in umbilico Hisp. ad Tagum fluv. circumfluentem, inter Burgos ad Arctos & Cordubam ad merid. 50. leuc. inter Valentiam ad ortum 60. & Ulyssipponem ad occ. 83. à Madrito 12. olim clarissima sedes regum Gothorum, & metropolis amplissima, cui suberant urbes episc. Oretum, Biatia, Mentesa, Acci, Basti, Urci, Illici, Bigastrum, Setabis, Dianium, Valentia, Valeria, Segobrica, Arcabrica, Complutum, Segontia, Uxama, Segobia, Palentia : quæ urbes cum Toleto sub Constantino magno archiep. Carthaginensi, una cum Caracca & Castulone, subjectæ fuerunt. Hæc anno salut. 1085. ab Alphonso rege, ejectis Mauris, recuperata fuit. Toleti mem. Ven. Fort. lib. 6.

‘ *Qua me dimittis, dura Tolete, vale.*

Nunc conventus Castellæ novæ juridicus, & academia.

Ptol. Toliapis, *Sheppye* vel *Sheppey* teste Ortel. *Shepey* Camd. ins. Albionis in mari Germanico contra Trinobantes, & Thamesis ostia : ubi etiam Counos *Goeyinge* haud procul ab ostio Thamesis. Vide Tanetos.

Liv. Tolistobii, * Tolistobogi Strab. & Ptol. qui & Tectosages, pop. Galatiæ in Asia, quorum urbes Germa colonia, & Pessinus. Hi ex Gallia Narbonens. in Asiam commigrantes, ibi consedere, nomenque regioni indiderunt. [Τολιςωβοι in man. Seld.]

Tollentinum, Vide Tolentinum.

Strip. Germ. Tollium *Dol* seu *Dosle* vel *Dole*. Vide Dola. Sed Tollium potius *Dol*, quam *Dosle* scribitur.

Plin. Ptol. & al. Tolosa *Tolouse* vel *Tolose* Gallis, *Tolosa* Italis, Palladia cognomine apud Martialem & Sidon. Apollinarem, colonia & urbs Gall. Narbonens. in Aquitan. confin. ad Garumnam fluv. archiep. & Occitanæ reg. caput, ac conventus juridicus, urbs amplissima, inter Narbonem 24. & Burdigalam 30. leuc. Pop. Tolosates Cæsar. Tolosani Plin. A Trojano quodam condita, & nominata traditur. Olim episc. erat sub archiep. Narbonens. sed archiep. à Joanne 22. Pont. maximo effecta. De ea Auson. in catal. urbium clararum.

“ *Non unquam altricem nostri reticebo Tolosam,*
“ *Coctilibus muris quam circuit ambitus ingens;*
“ *Perq; latus pulchro prælabitur amne Garumna.*

Tolosanum aurum adagium est à Gell. lib. 3. cap. 9. relatum, in eum qui quasi fatalibus malis afficitur, sive in calamitosos, seu in eum qui pœnas dat sacrilegii, ut Cæpioni Rom. cons. contigit, cum sacram pecuniam Tolosæ abstulisset, ut Strabo cum aliis narrat. Summa auri erat teste Trogo 110000. pondo, (sunt autem singula pondo non minora 100. aureis nummis) argenti vero quinquies decies centena millia. Apud Tolosam in Gallia inito inter Attilam Hunnorum regem & Theodoricum regem Gothorum certamine, Ætio Romano auxiliante, cæsa sunt 180000. militum, teste Paulo Diacono.

Tolpia, legio 10. Vide Tolbiacum.

Tomadæorum, *Soridan* teste Ortelio ex tab. recent. Anton. Ptol.
ins. sinus Arabici. Sed *apud Ptol. non legitur ; nisi sit ins. Dæmonium. [*Legitur in codicibus nonnullis ; & in Seld. man. Τομαδαίων.]

Tomæa *Tomiswar*, vel *Temeswar* teste Lazio, opp. Strab.
seu pagus Mysiæ infer. in ora maris Euxini, apud Tomos, inde 250. stad. Sed aliis Tomi ipsi sic indigitantur.

Tomæum seu Tomæus, mons Peloponnesi juxta Thucyd.
Coryphasium promont. Steph.

Tomarus, mons Epiri, ad cujus radices 100. fontes Plin.
sunt teste Sol. Vide Tmarus. In Ætolia situs est, seu in Ætoliæ & Epiri confinio, cum teste Steph. Dodonam, quæ est in Epiro, attingat.

Tomeriæ S. *Pons de Tomieres*, urbs Galliæ Narbo- Strip.
nensis episc. sub archiep. Narbonensi, inde 4. leuc. in Gall.
Bor. à Joanne 22. Pont. max. episcopali sede ornata.

Tomis, Tomi Ptol. Tomos Plin. quæ & Miletis O- Strab.
vid. eleg. 9. lib. 3. trist. *Tomiswar* Cælio Calcagnino, *Kiow* Ciofano, sic ab incisione Absyrti fratris Medeæ ibi secti dicta, ut Ovid. testatur, urbs Mysiæ infer. in ora maris Euxini, ubi Ovid. exulavit, (ubi lacus qui *Ouvidoune Iezeoro* adhuc nominatur) Odesso proxima, inter Callatiam ad merid. 30. & Istropolim ad Bor. 36. mill. pass. Sed Kiovia in Lituania ad Borysthenem longissime hinc in Arctos abest supra 300. mill. pass. nisi alia urbs sit in Mysia quæ *Kiow* nunc dicatur. Pop. Tomitæ Ovid. & Tomitani. Ejus memin. Ovid. pluribus in locis. Libro 4. de Ponto, eleg. 14.

“ *Tam mihi chara Tomos, patria quæ sede fugatis.*

Idem lib. 1. eleg. 1.

“ *Naso Tomitanæ jam non novus incola terræ.*

Eleg. 3. ejusdem libri.

“ *Non vacat, in qua sint positi regione Tomitæ*
‘ *Quærere*---------

Tomissa, regiuncula Cappadociam à Tauro monte separans, teste Stephano.

Tonaciacum, locus Gall. Celt. cujus in vita S. Mar- Fortun.
tini fit mentio.

Tongri Ptol. Vide Tungri. Hos author Thes. Ptol.
ling. Lat. Brabantinos indigitat: sed Brabantia non solos Tongros, at plures alios pop. complectitur. Nomen adhuc retinent.

Tonice, *Zazella* nunc teste Stuchio, urbs & empor. Ptol.
Æthiopiæ sub Ægypto ad fin. Barbaricum, inter Sarapionis portum & prom. ad Bor. & Raptam metrop. ad merid. Al. est *Mombaza*, urbs regia & ampla in eadem ora.

Topazos, ins. maris Rubri topazum lapidem gig- Plin.
nens, à continenti 300. stad. distans. Topaza Strab. sed in India. Topazios Steph. pariter in India ; cujus incolæ Topazii.

Topiris, Topirium Ant. Doberus Thucyd. Toprus Ptol.

seu Toparum Procop. *Rusio* nunc teste Jo. Lydo, urbs Thraciæ episc. sub archiep. Philippensi, inde 38. mill. pass. in ort. Maximianopolim versus 16. ab Hadrianopoli 132.

Strab. Mel. Toreatæ, pop. Sarmatiæ Asianæ ad Mæoticam pal. incolentes. Toretæ apud Steph. ex Apollodoro.

Sidon. Toringi, aliis Turingi, vel Thuringi. Vide ibi. Sidon. paneg. Avito.

" *Chunus, Bellonotus, Neurus, Basterna, Toringus.*

Val. Flacc. Torini, pop. Scythiæ, seu Sarmatiæ Europ. Iaxamatis proximi, ubi perfecti mellis copia. Flacc. lib. 6. Argonaut.

" *Mellis honos Torinis, ditant sua mulctra Satharchey.*

Anton. Tornacum, Baganum Ptol. Nervii Cæsar. & Plin. *Tournay* Gallis, *Dornick* Germanis, urbs Belgii ad Scaldem fluv. episc. Flandriæ sub archiep. Cameracensi, inde 14. leuc. in Cæc. & Bor. Valencenis urbe Hannoniæ in medio, inter Duacum urbem Flandriæ extremam, & Aldenardum in Cæc. 8. ab Insula 5. Hæc primum Hostilia, à Tullo Hostilio condita & nominata traditur, deinde Nervia, postremo Tornacum à Torno Trojano dicta. Pop. Nervii Cæs. Plin. & al. Tornacenses. In pugna contra Cæsarem 60000. ex suis amiserunt teste eod. Cæsare.

G. Tur. Tornodorum *Tonnerre*, opp. & comitatus Galliæ Celticæ in ducatu Burgundiæ, & territorio Lingonensi. Vide Ternodorum, utroque enim modo legitur.

Ptol. Toronaicus sin. *Golfo di Rampo* vel *Rampa* Nardo, *Golfo di Agiomana* seu *Aiomana* Castaldo, sinus Macedoniæ inter Singiticum & Thermaicum.

Ptol. Torone, opp. geminum: unum Epiri, in ora littorea, inter Sybotam & ostium Acherontis fluv. *Parga* seu *Perga* Nigro, & *Torona* Moletio; alterum Plin. Mel. opp. Macedoniæ ad sin. Toronaicum, inter Derrim & Casandriam, à Torone filia Neptuni teste Steph. varie hodie indigitatum, *Longo* Soph. *Castel Rampo* Nardo & Pineto, *Rainero* vel *Reinero* Nigro, & *Agiomana* aliis. Torone portum habet, ubi sinus Toronæus: ibi tantus fit (ut certo dicitur) maris fragor, ut nihil exaudiatur inter loquendum; unde ortum adagium *Surdior Toronao portu*, in surdos. Steph. Torone altera cum portu in Thracia esse traditur. Sed ob vicinitatem, quod Macedoniæ tribuendum erat, is Thraciæ tribuit. De Torone Epiri lib. 2. Itiner. sic:

" *Qua Thesprotai Thyamis circundata lymphis*
" *Mœnia constiterant in littore celsa Torona.*

App. Torpidi, pop. Thraciæ in Macedon. confinio, circa Philippos.

Athen. Tortyra, opp. Asiæ, una ex 7. urbibus à Cyro Pytharcho suo familiari elargitis.

Polyb. Torus, mons Siciliæ in ora Australi, inter Agrigentum & Heracleam.

Pontico Virunnio. Totonesium littus, & opp. Britanniæ ins. circa Cantium, nunc *Totnes* oppidulum teste Camdeno. [* Verum in comitatu Devoniæ, non Cantii.]

Anton. Tottaium, urbs Bithyniæ episc. olim sub archiep. Nicæno, inter Nicæam 34. & Dablim in ort. 28. mill. pass. ex Itin. Ant. Ejus mentio fit in codice Theodosiano.

Strab. Tougeni, pop. Helvetiorum, *Zugger* teste Æg. Scudo, quibuscum Marius Rom. bellum gessit. Quorum urbs Tuggium seu Tougium *Zug*, unus ex 13. Helveticis conventibus, ad lacum Tugiensem, inter Luceriam ad occ. 2. & Tigurum ad Cæc. 3. leuc.

Plin. Amm. Toxandri, pop. Belgii, quorum reg. Marcellino Toxandria, cum Taxandro opp. cognomine, in Brabantia. Reg. *Tessanders*, & opp. *Tessanderloo* teste Divæo, & Becano, Diesto urbi finitimum, inde 2. leuc. in Boream.

Ovid. Trachas, urbs Latii. Vide Tarracina. Ejus mem. Ovid. 15. metam.

" *Antiphataque domus, Trachasque, obsessa palude.*

Plin. Trache, ins. parva, instar scopuli, in mari Ionio, apud Corcyram.

Trachia, seu Trachea apud Strab. tota Isauria dicitur teste Steph.

Trachina in Thes. ling. Lat. (quæ postea Tarachina, ut ibid. legitur) urbs non Campaniæ, sed Latii est: nec Tarachina, sed Tarracina Plin. & aliis dicitur.

Thucyd. Trachinia, regiuncula Phthiotidis in ora sinus Maliaci, ubi Heraclea urbs cognomine Trachin, & montes seu petræ Trachiniæ. Cujus urbis mem. Ovid. lib. metam. 11.

" *Herculeam Trachina jube, sub imagine regis.*
Hinc Trachinius nom. gent.
" *Hac quoque qua sequitur ventis Trachinia puppis.*

Ptol. * Trachiris, *Gambea* Maffæo & Barrosio, fluv. Libyæ inter, qui in oceanum Atlanticum labitur haud procul à Nigiri. [* Στάχειρος in man. Seld.]

Steph. Trachis, aliis Trachin, urbs Phthiotidis, à qua Trachinia reg. ad sin. Maliacum sub monte Oeta. Vide Heraclia, & Trachinia.

Strab. Trachones, colles duo Cœlesyriæ apud Damascum, Hippos mons Ptol. Inde Trachonitæ pop. Arabiæ, à Ptol. memorati.

Strab. Trachonitis, *Bacar* hodie teste G. Tyrio, reg. Palæstinæ, quæ & Ituræa Strab. & Petræa Hegesippo, in Cœlesyria, inter Aquas Meron (per quas Jordanis decurrit antequam in lacum Genesaram recipiatur) & mont. Hermon, ac inter terram Hus, & regnum Basan Borealius.

Thucyd. Plin. Tragia & Tragias, Tragæa Steph. ins. maris Ægæi parva apud Samum: quam Strabo ante Miletum urb. Cariæ describit, quasi inter illam & Samum. Patria Theogitonis philosophi Peripatetici familiaris Aristot. fuit. Est & opp. Naxi ins. ubi Apollo colebatur, & Tragæus dicebatur teste Steph.

Tragilos, oppid. Cherronesi Thraciæ, teste Stephano.

Strab. Plin. Tragurium *Trau*, ins. Dalmatiæ proxima, ac pene juncta continenti, cum urbe cognomine episc. sub archiep. Spalatens. inde 15. mill. pass. in occ. Sebenicum versus 30. Salonis etiam finitima, à Lissa ins. 115. ab Apsoro 140. in ort. A Venetis, una cum Epidauro & Chio, anno salut. 1169. Olymp. 486. anno 4. occupabatur.

Paus. Tragus, fluv. Arcadiæ in Alpheum influens.

Ptol. Trajana, (non Triana, ut aliqui legunt) Trea Antonino, *Montecchio*, opp. Piceni in monte non contemnendum teste Pamph. inter Auximum ad Bor. 12. & Septempedam in Austrum 10. mill. pass. Cingolo quoque finitimum, & propius. In Thes. ling. Lat. accipitur pro Potentia; quæ à Trajana diversa est.

Anton. Trajana colonia, *Keysersiverd* vel *Keisersiverd* teste Ortel. cum aliis, opp. Germaniæ infer. ad Rhenum, inter Nuetium ad merid. 2. & Teutoburgium (sive, ut nunc vocant, Duysburgum) in Bor. 3. leuc. Sed distantia apud Anton, minime congruit. Aliis, ut Pighio, est *Santen* opp. Cliviæ.

Ptol. Trajana legio, *Drechshausen* teste Ortelio, oppid. Germaniæ superioris ad Rhenum, Bingio proximum, inter illud 1. & Wesaliam in Bor. 2. leuc. in via inter Magontiam & Colon. Agrippinam. Aliis *Remmagen* pagus videtur.

Vet. Inscr. Trajana via in Apulia, inter Beneventum in Hirpinis, & Brundisium in Salentinis.

Amm. Trajani monumentum *Cronburg*, vel *Tranburg* teste B. Rhenano, locus Germaniæ superioris, seu oppidulum apud Rhenum, & Francphordiam urbem, seu *Kastel* pagus ejusdem tractus in ulteriore Rheni ripa,

pa, contra Mogontiacum urbem, teste Goropio.

Vet. Insc. Trajani pons, *Puente de Alcantara* Clusio & aliis, opp. Hispan. Lusitan. in Extremadura ad Tagum fluv. apud Norbam Cæsaream, inter Placentiam ad Bor. & Turrim Juliam ad merid. 12. leuc. à Cauria supra 8.

Anton. Trajani portus. Vide Trajanus portus.

Anton. Ptol. Trajanopolis, adhuc *Trajanopoli* dicta in tab. recent. urbs Thraciæ archiep. inter Maximianopolim ad occ. 58. & Apros ad ort. 23. mill. pass. à Cypsella 25. in merid. ab Hadrianopoli in Euronotum 86. Fuit & Trajanopolis urbs Phrygiæ magnæ epis. sub archiep. Laodiceno: cujus mem. Ptol. & lib. conciliorum.

Vipiano Trajanopolis altera, nunc *Traina* & *Troyna*, urbs Siciliæ mediterr. olim episc. Dragina à Græcis teste Curopal. dicta, quæ D. Gregorii magni tempestate episcopum habebat, à Nicosia 10. mill. pass. in Cæc. ab Argyra totidem in Bor. ab Enna duplo intervallo distans.

Ptol. Trajanus portus, *Porto Trojano* nunc, (non *Pescara*, ut Niger indigitat) opp. olim & portus Thusciæ in ora, inter Populonium ad occid. & Telamonem ad ort. Populonio prom. ubi Plumbinum oppid. propior, inter illud, & Scaprim seu (ut hodie vocant) Scarlinum.

Anton. Trajectum, geminum: superius, quod & ad Mosam; & inferius, quod & ad Rhenum nominatur. Superius *Maestricht*, urbs Germ. infer. in Brabantia, ad Mosam fluv. interfluentem, ubi pons lapideus, olim episc. sub archiep. Coloniens. inde 12. leuc. in occ. Antverpiam versus, à Leodio (quod illi in episcopatu successit, sicuti ipsum Trajectum successerat Tungris) 4. leuc. in Bor. quot ab Aquisgrano in occ. Inferius *Utrecht*, Utricesium Amm. urbs Germ. infer. in Batavis, ad Rhenum, olim episc. sub archiep. Coloniens. unde 23. leuc. in Bor. distat, postea archiep. sub Philippo 2. rege Hisp. ac Belgii domino curante, à Paulo 3. Pontif. maximo effecta, olim Antonina ex vet. inscrip. dicta, à priore Trajecto 21. leuc. in Bor. & Cæc. recedens, à Noviomago urbe Geldrica 7. Lugdunum Batavorum versus 8. & Amsterodamum 8. Ultrajectum quoque Latine dicitur, ut lib. 4. Itin.

" ----------- *& sylvas inter amœnas,*

" *Sacrificum sedes, Vltrajectina subimus*

" *Mœnia, pars Rheni secto qua perfluit amne.*

Trajectum item Francorum geminum; unum ad Mænum, alterum ad Oderam fluv. urbes Germaniæ præclaræ. Prius in Franconia, emporium maximum, & urbs libera, apud Moguntiam, ab ea 4. leuc. à Spira 12. posterius in Marchia, academia, à Berlino 10. leuc. in ort. à Stetino 16. in meridiem: utrumque *Francfurdt*. Est & Trajectum Suevorum *Schwinfurdt*, urbs Germ. in Franconia ad Mœnum libera, inter Carlostadium 5. & Bambergam ad ort. 6. ab Herbipoli 6. in Cæciam.

Anton. Trajectus *Austelive*, al. *Aust-clive* teste Camdeno, locus seu pag. Albionis ad Sabrinam fluv. in Angliæ & Walliæ confinio, Bristolio Chepstovioque vicinus.

Cæs. Cic. Liv. & al. Tralles, & Trallis num. sing. Plin. & Ptol. quæ prius Euanthia, Seleucia, & Antiochia dicta est, teste Plin. *Chora* Nigro & al. urbs Lydiæ episc. sub archiep. Ephesino, inde ad 30. mill. pass. in Eurum, vel sub archiep. Sardiano, ut aliis videtur, pene extincta, inter Magnesiam ad Bor. 140. & Mæandrum fluv. ad Austrum 80. stad. ab Epheso 260. stad. Laodiceæ proxima, ad 10. mill. pass. recedens. Pop. Trallenses Plin. & al. Juven. sat. 3.

" *Hic Andro, ille Samo, hic Trallibus, aut Alabandis.*

Trallibus palma viridis in æde Victoriæ sub statua Cæsaris enata traditur, quo tempore is Pompeium in Macedonia devicit: quo etiam tempore Pergami sonus tympanorum in delubris exauditus est.

Tralli & Trallii, pop. Illyrici, quorum reg. Trallia Stephano.

Tranium seu Tranum *Trani*, urbs Apuliæ Peucetiæ archiep. non obscura, in ora, inter Barolum ad occid. 6. & Barium ad ort. 24. mill. pass. à Canusio 18. Andriæ proxima. Trajanopolim à Trajano imp. conditore dictam volunt Tranenses ex vet. tradit. Trinium à Plin. dictam Volaterranus, cum aliis, non sine manifesto errore, putat; cum Trinium fluv. sit Frentanorum apud Plin. *Prov. Rom.*

Transaquæ *Transacco*, opp. Latii ad lacum Fucinum in finibus Marsorum, ab Alba Marsorum 9. mill. pass. in occ. quot à Taliequitio in Austrum, apud egressum Anienis fluv. inde 4. ab urbe Roma 40. *Martyrol. Rom.*

Transcudani, pop. Hisp. Lusit. qui juxta Cudam fluv. inter Tagum & Mandam fluentem incolunt. Quorum tractus *Ribera de Coa* dicitur teste Jac. Vasconcello. *Vet. Insc.*

Transilucum, *Landtuberwaldt* teste Ortelio, locus Daciæ Ripensis. *Lib. Not.*

Transmarisca, *Marice* teste Laz. opp. Mysiæ infer. cis Dorostorum, ab eo 25. mill. pass. in occ. quod Tromarisca Ptol. dicitur. *Lib. Not.*

Transpadani, pop. Gall. Transpadanæ, in qua Insubres Cenomani, & Veneti comprehenduntur. Vide Gall. Transpadana. *Cic.*

Transtyberina, reg. urbis Romæ, in qua Vaticanus mons, hodie *Borgo di S. Pietro* & *Trastevere*. Mart. lib. 1. *P. Vict.*

" *Pulchra quidem, verum Transtyberina domus.*

Trapeza, prom. Troadis, ubi primum Hellespontus se concitat: & Steph. opp. fuit Arcadiæ apud Tricolonum, quod Trapezus Paus. dicitur. Incolæ Trapezenses. *Plin.*

Trapezopolis urbs fuit Cariæ apud Mæandrum episc. sub archiep. Laodiceno, Antiochiæ ad Mæandrum finitima. *Ptol. & Lib. conc.*

Trapezum, collis Syriæ Antiochiæ magnæ imminens. *Strab.*

Trapezus, Sinopensium colonia, *Trabisonda* ac *Trebisonda* Europæis, *Tarabosan* Turcis teste Leuncl. urbs Cappadociæ marit. & præcipua, archiep. ubi ora in Boream versus Colchos flecti incipit, in Armeniæ majoris conf. inter Polemonium ad occid. 60. (quod ab Amiso 120.) & Absarum in ort. & Cæc. 130. mil. pass. (quod à Phaside 75. abest) à Satalis urbe Armeniæ minor. 135. in Cæc. monte non parvo cincta, hac etiam tempestate clara, satrapæ Turcarum sedes, in quorum potestatem venit sub Maumethe. Pop. Trapezuntii. De hac Honterus lib. 3. *Strab. Plin. Mel. & al.*

" *Vertice montano Trapezus inclusa recessit.*

Trapezus à Græcis condita sita est inter Amisum & Phasim, inde 2200. hinc 2400. stad.

Trasimenus, Trasumenus Liv. ac Trasymenus, scribitur & Thrasimenus ac Thrasymenus, *Lago di Perugia*, lacus Hetruriæ inter Perusiam 12. mill. & Cortonam fere totidem, qui & *Lago di Passignano* & *Lago di Castiglione*, ab oppidulis ad eum sitis, nominatur. Hic Romani cum Flaminio ab Hannibale ingenti strage cæsi. De qua re Sil. lib. 6. *Polyb. Plin. & al.*

" *Interea rapidas perfusa cruoribus alas,*

" *Sicut sanguinea Thrasimeni tinxerat unda.*

Trasumenus. Vide Trasimenus; unde Trasimenus adject. ut Trasimena littora apud Ovid. lib. 6. fastor.

Trausi, pop. Thraciæ ad Hæmum mont. in Mysiæ inf. confinio incolentes. Hos à Græcis Agathyrsos appellari scribit Steph. sed hi in Sarmatia, non in Thracia sunt. *Herod. Liv.*

Treba, oppid. Latii apud ortum Anienis fluv. ubi *Ptol.*

montes

montes Trebani; locus adhuc *Trevi* nominatur. Inde aqua Romam perducta adhuc nomen habere videtur, *Fonte di Trevi*.

Polyb. Plin. Liv. & al. Trebia, fluv. Galliæ Togatæ quo Æmilia finitur, & à Liguria separatur, ex Apenn. monte in Padum apud Placentiam influens, à Genua 15. mill. pass. oriens, & Bobium urb. alluens; etiam vulgo *la Trebia* dictus, in plures alveos, cum ex nivibus aut imbribus intumescit, divisus, difficilisque transvadari; ubi Romani cum Hannibale confligentes fere omnes submersi. De qua re Sil. lib. 4.

" *Tum Trebia infausto nova prælia gurgite fessis*
' *Inchoat*---------

Trebia quoque urbs Umbriæ; de qua mox. Trebia fluv. in Thes. ling. Lat. in Subalpina reg. & apud Dertonam urb. describitur, cum longe ab utraque fluat, atque apud Placentiam.

Plin. Trebiates, Trebiani Auson. pop. Umbriæ, quorum urbs Trebia in lib. concilior. & ex Arnobio, episc. olim, nunc opp. *Trevi*, in colle, inter Fulginium 6. & Spoletium 9. mill. pass. Mutuscæ Virgilio.

Halicarn. Frontin. Trebula, *M. Leone* teste Ortel. opp. Sabinorum caseo celebre, à Reate 60. stad. teste Halicarn. à Nomento 8. mill. pass. in Cæc. (ex quo error patet Thes. ling. Lat. in quo Trebula proxima Romæ scribitur) Sed hoc opp. quod Mons Leonis appellatur, multo remotius à Reate. Ibi montes Trebulani Plin. apud quem casei Trebulani commendantur. Fuit & Trebula Liv. & Ptol. opp. Campaniæ inter Capuam & Suessulam, ubi Trebulanum villa, cujus mem. Cic. lib. 5. epist. ad Att. à Benevento supra 25. mill. pass. De caseo Trebulano Mart. lib. 13. ep. 30.

" *Trebula nos genuit, commendat gratia duplex.*

Plin. Trecasses, Tricases Ant. Tricasii Ptol. Tricassini Amm. *Troyes*, pop. & urbs Galliæ Celt. in Belgicæ conf. sive è contra, episc. sub archiep. Senonens. inde 14. leuc. in ort. ad Sequanam fluv. Lingonas versus 22. à Rhemis 26. in Austrum. Quæ urbs varie nominatur, Augustomana Ptol. Trecæ Turonens. & lib. concil. Urbs Trecassium lib. provinc. Augusta Trecarum in vita S. Germani episcopi.

Lib. Conc. Ivoni. Trecorium, & Trecorensium urb. Osismi Cæs. *Triguier*, & *Lantriguier*, urbs Galliæ Celt. in ora Bor. Britanniæ minoris, inter Briocum ad ortum 6. & Leonam ad occ. 7. leuc. à Rhedonibus 26. in Bor. episc. sub archiep. Turonensi. Vide Osismi pop.

Tac. Tremerus, sive ut alii cod. habent Tremetus, *Tremiti*, ins. una Diomedearum, maxima ac præcipua, Apuliæ Dauniæ adjacens, ante mont. Garganum ad 30. mill. pass. distans: ubi insigne canonicorum seu clericorum regularium, qui earum insularum sunt domini, cœnobium. Vide Trimerus.

Steph. Tremile olim Lycia dicta fuit, à Tremylo, & pop. Tremilenses, authore Stephano.

Steph. Suidæ. Tremithus, Trimethus Ptol. *Tremithusa*, seu *Tremituge* teste Steph. Lusignano, urbs Cypri olim episc. mediterr. nunc pagus apud Cetium: cui Nicosia successisse traditur, nunc totius ins. metropolis in ora Boreali.

Scrip. Germ. Tremonia, quæ & Drotmania, *Dortmund*, urbs Westphaliæ non contemnenda, inter Rhodam & Wernam proxima opp. à Monasterio 6. leuc. Moguntiam versus, à Padeborna 8.

Strab. Plut. Treres, reg. Thraciæ parva in Macedoniæ & Mysiæ confinio. Pop. Trieres. Regio etiam Trereas dicitur apud Callimachum.

Strab. Trerus *Trero*, & *Omme* aliis, fluv. Latii ad Fabrateriam opp. fluens, ac in Lirim infra ad Fregellas, seu Pontem curvum, influens.

Tres Casæ *Treca*, pagus ingens Novariens. à Novaria 5. mill. pass. Viglebanum versus distans. Trecatum seu Tercatum quoque dicitur. Vide ibi.

Tres Tabernæ *Cisterna*, urbs olim Latii episc. nunc pag. seu vicus in via Appia (teste Cello Cittad. & Baronio) occurrens, inter urbem Romam 26. & Forum Appii 22. mill. pass. ultra Velitras 6. Ad tres Tabernas Severum imp. à Maxentio occisum tradunt autores miscell. hist. & Zosimus. Sunt & Tres Tabernæ Ant. locus Maced. inter Scampes, & Lychnidum 27. mill. pass. Cic. Anton.

Tretum, & Tretus, mons Peloponnesi apud Mycenas, & Nemeam sylvam, ubi Hercules leonem interfecit. Paus. Diod.

Tretum, Tritum Strab. *Capo Ferrato* Castaldo, & incolis *Buicramel* teste Mercat. prom. Africæ inter Cullu ad occ. & Tacatuam ad ortum. Ptol.

Treva, *Travemund* in tab. recent. urbs German. in Saxoniæ & Holsatiæ conf. apud Trevæ fluv. ostium, qui ex Holsatia fluens Lubecam urb. proximam alluit, & post 2. mill. Germanica ad Travemundam mari Baltico excipitur. Ptol.

Treventinates, pop. Samnii Frentanis finitimi, quorum urb. Treventum colonia Frontino, urbs episc. sub archiep. Beneventano, inde 40 mill. ad Trinium fluv. vulgo *Trivento*, in comitatu Molisio, inter Bovianum ad merid. 24. Histonium ad Bor. totidem, & Anxanum 28. mill. pass. Plin.

Trevidon, pag. Gall. Aquit. apud Ruthenos. Sidon.

Treviri, Treveri Plin. & Melæ, Triviri Ptol. pop. & urbs archiep. Gall. Belgicæ ad Mosellam fluv. Augusta Trevirorum Melæ, Col. Aug. Pat. Trevirorum in vet. inscript. Urbs Treverica Auson. Treviris lib. conc. *Trier* Germ. *Treves* Gallis, *Treveri* Italis, urbs præclara, antiquissima omnium urbium Europæarum, à Trebeta Nini Assyriorum regis fratre condita & nominata, anno ante Christum Dominum natum 1496. Roma multo antiquior, inter Metas seu Mediomatrices 13. & Colon. Agrippinam 16. leuc. à Moguntia 18. De qua Luc. lib. 1. Cæs. Liv.

" *Tu quoque lætatus converti prælia Trevir.*

Auson. in catal. urb.

" *Trevericæq; urbis solum, quæ proxima Rheno.*

Hujus urbis archiepiscopus unus est ex imp. electoribus, urbis, ac Trevirensis ditionis, multis oppidis constantis, dominus.

Triadiza, urbs Thraciæ archiep. prius Sardica: de qua ibi. Ejus mem. Zonaras tom. 2. annal. Zonar.

Trianenses ut legit Pintianus, Triacenses ut legunt alii, pop. Piceni, quorum opp. Trajana Ptol. & Triana aliis, Trea Ant. *Montecchio*. Plin.

Triballi *Bulgari*, pop. Mysiæ infer. teste Niceph. & Laonico, cum Lazio & aliis, quorum reg. *Bulgaria*, & metropolis in spiritualibus (ut aiunt) Ternoba, & Sophia caput regionis, ac sedes satrapæ. In Triballis pop. feruntur fuisse, qui visu fascinabant, & interimebant quos irati diutius & fixis oculis aspexissent, teste Plin. Hos Steph. in Illyrico perperam collocat, cum à plerisque in Mysia describantur. Strab. Plin. Ptol.

Triboces, Tribocci Ptol. Tribochi Plin. *Elsasser* teste Pyramio, pop. Germ. superior. quorum reg. Alsatia Lat. rec. & vulgo *Elsas*; cujus caput est Argentoratum. De qua urbe quidam poeta. Cæs.

" *Urbs antiqua fuit (populi tenuere Triboces)*
" *Argentoratum, ripis contermina Rheni.*

Tribulium, Tribunia lib. concil. & provinc. Roman. *Trebigna* vel *Tribigna*, urbs Dalmatiæ episc. sub archiep. Epidaurio seu Ragusino, inter Epidaurum 16. & Rhizanam in ort. & Cæc. 20. mill. pass. Plin.

Triburia opp. fuit Germaniæ superioris ad Rhenum, apud Moguntiam urb. inter illam & Oppenhemium; ubi concil. Triburiense habitum est. Locus nunc desertus *Tribur* adhuc dicitur teste Ortelio. Sigebert.

Tribus, à tributo quod pendebant, (teste Festo) dictæ sunt partes in quas populus vel civitas dividitur, ab

ab aliquibus ortum ducentes. Veluti tribus Israel à filiis Jacob originem trahentes; quibus terra promissionis, hoc est Palæstinæ, divisa fuit. Has hic non abs re fuerit recensere.

Tribus Israel.

1. Juda, amplissima, quæ utrumque mare, mortuum & Syrium, Idumeam, & torrentem Ægypti attingebat, urbes supra 50. (in quibus Hebron, Gaza, Ascalon, Azotus, & Accaron) possidens. Hinc Judæa reg. nominata est. Habet ad ort. montes Seir, & Edom reg. ulterius Petram deserti, & Hor mont.

2. Ruben, ultra Jordanem, inter eum, Arnon torrentem, & mare Mortuum, seu ut vet. vocant lacum Asphaltitem, in reg. Sehon & Amorrhæorum; ubi urbes Areopolis, Medaba, & Hesebon, inter alias.

3. Gad, à superiore in Bor. recedens, juxta Jordanis ripam ulteriorem, & fines Ammon, & Sehon in terra Galaad, inter Hesebon & Ramoth. Cujus urbes primariæ Galaad, Socoth, & Ramoth.

4. Aser, in ora maris apud mont. Carmelum Sidonem usque, & interius usque Canam Galileæ, ubi fines Zabulon. Ibi reg. Cabul, & Ptolemais inter alias urbes. Cæterarum tribuum Borealissima est, uti Simeon Australissima.

5. Dan, inter Hierosolymam & oram maris occiduam, ubi Ioppe urbs. Habuit urbes 20. in quibus Thanna, Emmaus, Modin, Arimathia, & aliæ.

6. Nephthali partem Galileæ & Cœlesyriæ, inter Aser tribum & Jordanem, occupabat, habens Zabulon ad Austrum. In ea urbes 18. erant, inter quas Nephthali, & Cedes: cui regnum Basan ultra Jordanem ad ort. incumbit, cum reg. Trachonitide.

7. Manasse, cis & trans Jordanem. Pars trans Jordanem ultra Gad, inde in Bor. recedens, erat, inter Socoth & Corozain ex adverso Capharnaum, ac inter Ramoth ad Austrum, & Rabbath in Cæc. apud fines Ammonitarum: inter urbes Iabes erat, & Zeb, juxta fines Amorrhæorum. Pars cis Jordanem inter Cæsaream & Maggeddo campum Samariæ incolebat.

8. Simeon, ad Austrum, inter fines Ægypti & tribus Juda, in Idumæa, urbes habuit 17. in quibus Sceleg versus ort. Bersabee versus Austrum, & Cades orientalior, cum Rumath ad occid.

9. Levi nullas partes habuit in divisione terræ, inter alias tribus habitans.

10. Issachar ab ora littorali, ubi mons Carmelus est, usque ad Jordanem extendebatur, Samariam habens ad meridiem, & terram Zabulon ad Sept. inter montes Gelboe ad Austrum, & Thabor ad Bor. seu ad Cæc. Urbes habuit 18. in quibus Jezrael, & Dor.

11. Zabulon inter mare Galilææ & mare Syrium, apud mont. Carmelum extenditur, mont. Thabor & magnam Galilææ partem occupans. Urbes 12. habebat, in quibus Nazareth, Bethsaida, Cana, & altera Bethleem.

12. Joseph, seu Manasse primogeniti illius, & Ephraim, inter mare Syrium & Jordanem; Manasse totam fere Samariam occupante ad Septentr. ubi Cæsarea Palæstinæ, & Maggeddo apud mont. Gelboe, & Hermon usque Dor; Ephraim versus Austrum, ubi Gazer, & Bethoron versus mont. Ephraim, & Joppen.

13. Benjamin, inter tribum Juda ad merid. & Joseph ad Septentr. urbes habens 25. in quibus reperiuntur Hierico, Bethleem, atque Jerusalem. Ex his Juda, Dan, Ephraim, Manasse, Issachar, & Aser mare Syrium attingunt; Ruben, Gad, & Manasse ultra Jordanem sunt orientem versus; Simeon australissima juxta fines Ægypti & Idumeæ: interiores sunt Benjamin in Judæa, Joseph in Samaria, Zabulon in Galilæa, & Nephthali inter Galilæam & Cœlesyriam.

Tribus in magnis urbibus, veluti familiæ, antiquæ & præclaræ esse solent; præsertim in urbe Roma, in qua plures fuere, quas hic recensere paucis libet.

Tribus Romanæ antiquæ 35. quarum 4. primæ Urbanæ, sequentes Rusticæ dicebantur.

1 Palatina, à Palatino monte dicta, quæ apud Varron. in ordine quarta est.
2. Suburbana, seu Suburana, à Subura, prima apud Varronem
3. Collina, à collibus Quirinalibus, apud Varronem etiam tertia
4. Esquilina, ab Esquilio monte, apud Varronem secunda
5. Romilia, sic appellata quod sub Roma esset, in agro à Romulo Veientibus adempto
6. Æmilia, ab Æmilia gente nobilissima, ab aliis 14. loco posita
7. Crustumina, à Crustumina urbe Tuscorum
8. Cornelia, à gente Cornelia clarissima, 15. loco numerata
9. Fabia, à Fabia gente, & 16. loco: cujus mem. Hor. lib. 1. epist. 6.
'------hic multum in Fabia valet, ille Velina.
10. Galeria, à loco, cujus tamen memoria non extat
11 Lemonia, à Lemonio pago apud portam Capenam in via Latina; ab aliis 7. loco memorata
12. Mentina, seu Menenia, à gente Menenia, locum 16. apud alios obtinet
13. Ocriculana, ab Ocriculo oppid. Sabinorum. Sed hoc loco Claudia ab aliis reponitur.
14. Papiria, à Papirio viro nobilissimo, à quo nomen genti: loco 19. aliis
15. Pollia
16. Popillia
17. Pupinia
18. Sergia
19. Veientina, ab agro Veienti nominata: ab aliis 9. loco reposita
20. Voltinia
21. Claudia
22. Stellatina
23. Tromentina
24. Arnensis
25. Sabatina
26. Pomptina
27. Poblilia
28. Mæcia
29. Scaptia
30. Oufentina
31. Falerina
32. Aniensis
33. Terentina
34. Velina
35. Quirina

Ordo secundum alios.

1. Suburana, à sub muro terreo
2. Esquilina, ab Esquilio mont. ex Varrone
3. Collina, à collibus
4. Palatina Cic. à Palatio
5. Romilia, à Romulo, Varr. l. 4.
6. Crustumina, ab opp. in Sabinis, Sext. Pomp.
7. Lemonia, à Lemonio pag. via Lat. apud port. Capen. Sex. Pomp.
8. Pupenia, ab agro Pupino, Sex. Pomp.
9. Veientina, ab agro Veienti, Cicer.

10. Galeria, ex loco, Liv. lib. 27.
11. Pollia, ex loco, Liv. l. 8.
12. Voltinia, ex loco, Cic. pro Planco
13. Claudia, ex gente, Liv. lib. 2.
14. Æmilia, ex gente, Liv. lib. 38.
15. Cornelia, ex gente, Liv. lib. 38.
16. Fabia, ex gente, Sueton. in Aug. Horat. in epist.
17. Horatia, ex vet. inscript.
18. Menenia, al. Mentina, Joseph. lib. 13. de bello Judaico
19. Papiria, à Papirio, Sex. Pomp.
20. Sergia, ex gente, Front. l. 2.
21. Vetrovia, ex Liv. 36.
22. Stellatina
23. Tromentina, à campo Tromento in Tuscia, Sex. Pomp.
24. Sabatina, à lacu Sabato, Sext. Pomp.
25. Arniensis, seu Arnensis, ab Arno fluvio Tusciæ, Liv. l. 6. Hæ quatuor à censoribus additæ fuerunt, teste Liv. lib. 6.
26. Pomptina, ab agro Pomptino, Liv. lib. 7.
27. Popilia, à popila, Sex. Pomp.
28. Mæcia, à castro sic dicto, Sex. Pomp.
29. Scaptia, ab opp. sic dicto, Sex. Pomp.
30. Ousentina, à fluv. Ousente, Sexto Pomp.
31. Falerina, ab agro Falerno, Joseph. l. 13.
32. Aniensis, ab Aniene fluv. Cic. l. 8. epist.
33. Terentina, à Terento loco, Cic. pro Planco
34. Velina, à lacu Velino, Livio lib. 19.
35. Quirina, à Curensibus Sabinis, Sext. Pomp.

Aliæ tribus, ex antiq. inscript.

1. Ocriculana, ab oppido
2. Pinaria, ex Sex. Pompeio
3. Suppinia, ex Liv. lib. 31.
4. Camilla, seu Camillia, à Camillo
5. Cestia, ex antiquo lapide; Cluentia, à Cluetia nob. familia
6. Cluvia, sic ab urbe Samnitum
7. Dumia, ex antiq. lapide
8. Minucia, à gente nobilissima
9. Papia, à Papio Mutilo
10. Tauria, ex lapide
11. Veturia, ex lapide
12. Ælia, ex Ælia nobilissima familia, sicuti sequens
13. Julia, ex Dione 44.
14. Flavia, à gente Flavia, ex qua Vespasianus
15. Ulpia, à Trajano imperat. nomen accepit.

Vet. Trà. Tributum Cæsaris *Tribbesees* ex scriptoribus German. urbs Germaniæ in Pomerania, inter Deminum 3. & Sundim seu Sundium urbem in ora maris Baltici 4. leuc.

Trica urbs fuit Apuliæ à Diomede una cum Apina condita, teste Plin. lib. 3. c. 11. quæ eversa in proverbium abiit; nam *Tricæ* pro nugis rebusque futilibus accipiuntur, ac etiam pro impedimentis, ut frequenter apud Cic. unde tricari verbum, & tricones, qui nugis alios detinent, & tricinus quæstus, qui tardo fit, & tricæ Atellanæ apud Varr. pro nugis impeditissimis. Fuit & Trica vel Tricca (Vide ibi) teste Steph. urbs Thessaliæ, à Tricca Penei filia nomen habens. Triccæ (quæ Dolopibus vicina est, & Pindo monti) templum erat Æsculapio sacrum: qui in Coo inf. & Pergami etiam cultus fuit; sed maxime Epidauri in Peloponneso, ubi natus; unde Epidaurius dicitur. Ovid. lib. 15. metamorph.

" *Æquore placato patrias Epidaurius aras*
' *Linquit*--------

Ptol. Tricadiba, *Queilloa* teste Cast. inf. Indiæ citer. in sinu Colchico, ex earum numero quæ *Maldivar* hodie nominantur.

Tricala, opp. Siciliæ. Vide Triocala. *Steph.*

Tricara, opp. Phlasiæ teste Stephano.

Tricaricum *Tricarico*, urbs Lucaniæ in Basilicata episc. sub archiep. Acherontino, seu Mateolano, inde 15. mill. pass. Potentiam versus 18. quot ab Acherontia, monti Pelusio proxima, 8. mill. distans. *Prov. Rom.*

Tricasii, Tricassini Ammiano. Vide Trecasses. *Ptol.*

Tricastini, & Tricasteni ut aliqui codic. habent, *S. Paul de trois Chasteaux*, pop. & urbs episc. Gall. Narbonens. in Delphinatu, in Provinciæ conf. sub archiep. Arelatensi, inter Mont. Æmarorum seu Limarium opp. ad Rhodanum 3. & Vasionem urb. comitatus Avenionens. 7. leuc. De Tricastinis Sil. lib. 3. *Plin. Liv. Lib. prov.*

" *Iamque Tricastinis incedit finibus agmen.*

Tricca, Trica Strab. & Liv. *Tricala* Soph. & aliis, urbs Thessaliæ mediterr. episc. sub archiep. Larissæo, inde 50. mill. pass. à Pharsalo 30. in ort. Gonno & Pindo mont. vicina, hac tempestate primaria, & sedes præfecti. Hic templum Æsculapio sacrum erat. *Liv. Strab. Plin. Ptol.*

Tricesima legio, Legio Trigesima Ulpia Ptol. *Berck* teste Divæo, opp. Germ. infer. ad Rhenum. Sed potius est *Alpen* apud Bercum, inter illud & Santas sesquileuca, quantum à Wesalia in merid. Bercum versus recedit. *Amm.*

Tricesimum, adhuc *Tricesimo*, oppid. seu castrum Carnorum apud Forum Julium, ab Utino 7. mill. pass. Julium Carnicum versus 30. ex Ant. Itinerario. *Anton.*

Tricoloni, & ut aliqui legunt Tricolonum, opp. fuit Arcadiæ in Peloponneso, à Tricolono filio Lycaonis teste Stephano. *Pauf. Steph.*

Tricollori, pop. Gall. Narbon. quorum oppid. *Tallard* apud Druentiam fluv. in Delphinatu, apud fines Provinciæ, inter Sistaricam 3. & Ebredunum ad ort. 8. leuc. distans, esse putatur. *Plin.*

Triconium, Trichone Plin. Trichonium Polyb. & Steph. opp. fuit Ætoliæ. Pop. Trichonitæ & Trichonii apud eund. Steph. appellantur. *Pauf.*

Tricorii, Tricores Lucano, pop. Gall. Narbon. quorum opp. Tricorium Liv. *le Craux* teste Pineto, in Provincia, inter Arelatum 5. & Massiliam 9. leuc. occurrens, à Cabellione 6. in merid. *Strab. Liv. Plin.*

Tricornesii, pop. Mysiæ super. quorum reg. *Topliza* à Castaldo nominatur, & urbs Tricornium vulgo *Topliza*, & aliis *Columbacz*, à Singiduno 5. leuc. in ortum. *Ptol.*

Tricornium *Columbacz*, seu teste Nigro *Galumbatz*, opp. seu urbs Mysiæ in Servia apud Danubium, & Pontem Trajani, ultra Singidunum 6. leuc. seu 5. in ort. è regione Severini opp. Daciæ. Sed Laz. cui major fides habenda, est *Corusceve* pagus proximus Galumbació. *Ptol.*

Tricrena, locus Arcadiæ in Peloponn. ubi tres fontes sunt: in quo Mercurium natum tradunt. *Pauf.*

Tridentum, Tridente Ptol. *Trento* Italis, *Trient* Germanis, *Trent* Anglis, urbs Cenomanorum Venetiæ ad Athesim fluv. episc. sub archiep. Aquileiensi, à Verona 48. circiter, & à Mantua 60. mill. pass. in Bor. hodie in Germania in comitatu Tirolensi, ab Oeniponte sede principis 23. leuc. in Austrum, concilio Tridentino ibi indicto anno salutis 1545. Olymp. 580. anno 4. clara. Pop. Tridentini Plin. & al. De ea lib. 4. Itin. *Tiog. Ptol.*

'------------- *mox inde Tridentum*
" *Venimus, Italicæ quæ prima janua terræ.*
Et alibi.
" *Inde Tridentinæ portas intravimus urbis.*

Tridinum & Tridinium *Trino*, Gallis *Trin*, opp. Gall. Transpadanæ in ducatu Montisferrati ad Padum præcipuum, ab urbe Casalensi 7. mill. pass. Taurinum versus, à Vercellis 8. *Vet. Trà.*

Trieres apud Arrian. pop. Bithyniæ fuere, & oppid. Syriæ teste Stephano.

Tri-

Ptol. Trierorum (seu Trieron num. sing.) prom. *Capo Sudeyca* Marmol. *Capo della Giudeca* al. prom. Africæ inter ostia Cinyphi fluv. ad occ. apud Leptim magnam, & Macomacam villam ad ort.

Liv. Trifernum, *Bisano* teste Blondo, mons & opp. Pelignorum in Aprutio non longe à Boiano. Sed hic locus non in Pelignis est, sed in Samnitium & Frentanorum confinio.

Plin. Martial. Athenæo. Trifolinus seu Tripholinus, (varie enim scribitur) *M. di S. Martino*, mons Campaniæ Neapoli imminens, sic à trifolii copia dictus. Unde vinum Trifolinum apud vet. commend. Mart. lib. 13. epigr. 111.

" *Non sum de primo fateor Trifolina Lyæo.*

Liv. Amm. Trigemina porta. Vide Ostiensis porta, nam eadem est.

Ptol. Trigesima legio. Vide Tricesima.

Ptol. *Triglypton, *Pegu* teste Cast. urbs Indiæ ulterioris sive extra Gangem regia, à Gange ad 160. leuc. Hisp. in Euronot. distans, ab ora sinus Gangetici 40. in ort. Aliis Trilingum dicitur. Apud Triglypton corvos albos nasci ferunt, sicuti Trœzene in Asia. Gallos etjam apud Triglypton barbatos esse ferunt. [* Τρίγλυφον τὸ καὶ Τρίλιγγον in man. Seld.]

Regin. Trigoria, regiuncula Germaniæ super. apud Rhenum, & Wesaliam superiorem, inter illam, & Bodobrigam ad Bor. ubi op. S. Goaris *S. Gower* vel *S. Gewer*, à Bodobriga 2. leuc. in merid. Ficeliam versus 1.

Ptol. Trileuci, *Pennas de Guzan* teste Ortel. tres scopuli oceani Cantabrici in ora Hisp. Bor. apud Scythicum prom. Asturum.

Ptol. Trileucum, quod & Lapatia Cori, Scythicum Melæ, *Cabo de Pennas*, prom. Hisp. Tarracon. in ora Asturum contra Trileucos scopulos, inter Gygiam ad ort. & Abulas ad occ. 2. leuc. ab Oveto urbe fere 10. in Boream.

Ptol. Trimerus, (forte Trimetus legendum) Teutria Plin. *S. Maria di Tremiti*, ins. maris Hadriatici ante mont. Garganum, ab eo 15. mill. pass. (licet alii 30. scribant distare) major Diomedearum. Vide Tremerus; nam utroque modo legitur. Diomedæa Stephano.

Ptol. *Trimmanium, Trimammion Anton. Trimammium lib. Notitiæ, *Drimago* teste Ortelio, opp. Mysiæ infer. apud Istrum fluv. ultra Galacium urbem Moldaviæ supra 30. mill. pass. Sed distantia apud Antoninum non videtur congruere. [* Τριμάμμιον in Seld. man.]

Ptol. Trimontium, opp. Albionis in Selgovis apud oram occid. inter Angliam & Scotiam, *Atterith* nunc teste Camd. aliis *Altrip*. Trimontium quoque urbs Thraciæ, eadem Philippopoli. Vide ibi. Trimontium sic à 3. circumsidentibus montibus. Uzelium quoque dicitur * Trimontium Scotiæ, vulgo *Atterith*, non *Altrip*, ut alii indigitant, ab ostio Solvei (qui Scotiam ab Anglia separat) ad 6. mill. pass. distans. [* Apud Ptol. diversa sunt Trimontium, & Uzellum vel Uxelum; ita enim scribendum videtur. Vide Uxellum.]

Diod. Trinacia, Tyracinæ Steph. *Randazzo* teste Aretio, opp. Siciliæ à Tauròminio 30. mill. pass. in occid. Verum hæc urbs, quæ maxima olim fuit, & præcipua Siciliæ teste Diod. hodie jacet teste Fazello, à Syracusanis excisa; ejusque vestigia adhuc monstrantur apud Catalbanum castrum à Palica 3. mill. pass. à Menis 5. Tiracienses pop. Plin.

Strab. Plin. & al. Trinacria dicta est Sicilia à tribus promontoriis, Peloro, Pachyno, & Lilybæo. Similiter ob eandem causam & Rhodus teste Plin. Hinc Trinacrius nom. gent. Virg. lib. 3. Æn.

" *Ante & Trinacria tentandus remus in unda.*

Ptol. Trinassus, Trinasi mœnia Paus. oppid. seu portus Peloponn. in ora Laconicæ, juxta quod tres ins. parvæ, à quibus nomen habet, inter Gythium & ostia Eurotæ.

Trinemii, pop. Achaiæ, seu Hellادis, apud quos Cephisus fluv. oritur. Strab.

Trinesia, *Rhesiphe* Castal. ins. Indiæ citer. in sinu Colchico. Ptol.

Trinium *Trigno*, fluv. Frentanorum in Aprutio, (cum oppid. cognomine) ex Apennino monte ubi is Maiella appellatur profluens, ac inter Tifernum ad ortum & Sarum ad occid. ad Histonium opp. in mare Hadriaticum labens, Trivento urbe & Trinio opp. irrigatis. Plin.

Trinobantes, Trinovantes Tac. pop. Albionis, quorum reg. *Middlesex*, quasi Mediosaxonia, (à Saxonibus enim Anglia occupata & inhabitata fuit) & urbs, Augusta Trinobantum, Londinium. Vide ibi. In Thes. ling. Lat. pro Trinobantes Trinobates, & pro Trinovantes Trinoantes legitur; forte errore calchographi. Continent & Essexiam reg. inter Thamesim, & Stourum fluv. eam à Suffolcia separantem. Middlesexia vero inter Buchingamiens. ad occid. Hertfordiens. ad Septentr. Essexiam ad ortum, Surreiamque ad Austr. extenditur. Cæs.

Triocala, Triocla Ptol. Tricala & Tricalum Steph. urbs Siciliæ apud oram Australem, (olim episc.) à Rom. post bellum servile excisa. Cujus locus in monte apud Calatabellotam opp. vix milliario in Austrum distans cernitur, *S. Giorgio di Triocala* adhuc incolis dictus; à Thermis in ora Australi (Saccam hanc urbem nunc dicunt) 14. mill. pass. in ortum recedens, Agrigentum versus. Pop. Triocalini Plin. Ejus meminit Sil. lib. 14. Diod. Sil.

" *Et mox servili vastata Triocala bello.*

Triopia, Triopium Thuc. & Herod. urbs & prom. Cariæ apud Gnidum urb. imo apud Plin. ipsa Gnidus, *Chio* nunc, & prom. *Capo Chio* teste Soph. Vide Gnidus. Triops appellatur apud Theocr. Hinc nom. gent. sive adject. Triopicus, a, um. Steph.

Triorena locus est Arcadiæ, ubi tres fontes, & ubi Mercurium natum ferunt, teste Paus. [Errore scripturæ pro Tricrena. Vide ibi.] Pauf.

Tripholinus mons. Vide Trifolinus. Athenæo.

Triphulum, *Filesia* teste Lazio, opp. Daciæ in Valacchia. Quod alii *Tergowisch* urbem regionis primariam indigitant, à Cibinio ad 20. leuc. in Eurum. Ptol.

Triphylia, Triphilia Polyb. regiuncula Elidis in Peloponneso, quam Steph. eandem Elidi facit. In ea Pylus opp. ad Scollim mont. qui Triphyliacus ad Pyli alterius in ora Messeniæ apud Coryphasium prom. differentiam cognominatur, ab illo 400. stad. teste Strab. ab Elide urbe 12. mill. pass. Triphyllis etiam apud Dionys. Afrum nominatur. Polyb. Strab. Paus. & al.

" *Cingitur à quibus, Zephyrumque Triphyllidis arva*
' *Excipiunt---------*

Triphylia & Triphylis à tribus portis, vel a Triphyle Clytii matre dicta est teste Steph. Pop. Triphylii & Triphyli apud eundem dicuntur.

Tripolis, urbs gemina: una Phœnicis marit. archiep. & emporium, ac sedes præfecti, inter Orthosiam ad Arctos 50. & Byblum ad merid. 36. mill. pass. ab Antiochia 90. a Damasco 100. ab Haleppo 120. *Tripoli di Soria* Europæis, Turcis vero *Tarapolo* teste Leuncl. *Trabelos* aliis dicta; sic vocata, quod tribus urbibus stadio inter se distantibus olim constaret, seu quod trium urbium, hoc est Aradi, Tyri & Sidonis esset colonia, teste Steph. Tripoli Theodosius poeta, qui de æstate versibus scripsit, ortus est. Hæc à Sultano Babyloniæ capta, igne ferroque vastata anno salutis 1289. Olymp. 516. anno 4. postea refecta pristinam magnitudinem recepit. Altera Tripolis Solino, Leptis magna Plin. Ant. & Ptol. (qui Neapolim & Leptim magnam eandem urbem facit) urbs Africæ littoralis apud Syrtim parvam, ex tribus urbibus & ipsa constans Strab. Plin. Anton. Ptol. & al.

ſtans, Taphris, Abrotono, & Lepti magna, quæ ad eam conſtituendam convenere, *Tripoli di Barbaria* ab Europæis nominatur, inter Carthaginem ad occid. 634. & Cyrenen in ort. 456. mill. paſſ. Erant aliæ hujus nominis urbes: una in Theſſalia teſte Livio; alia in Caria Stephano, & alia in Lydia teſte Plin. Pop. Tripolitani. De priore Dionyſ. Afer de ſitu orbis.

" *Et pinguem Tripolim, nec non Orthoſida ſacram.*

Herod. Tripolus, locus Cretæ, in quo Plutonem genitum fabulantur. Tripodus Diodoro.

Anton. Tripontium, *Torceſter* teſte Camdeno, oppid. olim Albionis, nunc pagus Angliæ in comitatu Northamptonenſi, inter Londinium 85. & Lindum in Bor. 73. mill. paſſ. ex Anton. Itinerario.

Plin. Triquetra appellatur Sicilia. Vide ibi. De qua Hor. lib. 2. ſerm. ſat. 6.

" *Si quicquam. Quid? militibus promiſſa Triquetra*
' *Prædia Cæſar*-------

Hinc Triquetrus, a, um, adject. Lucr. lib. 1. penult. corripitur.

" *Inſula quem Triquetris terrarum geſſit in oris.*

Ptol. Triſanton, **Southampton* Lhuydo & Camd. (quod potius nomen eſt tractus illius) ſeu verius *Hampton*, fluv. Albionis cum opp. cognomine, in Auſtrali ora, contra Vectim inſ. decurrens. Opp. Italis *Antona* dicitur, & eſt portus ac emporium. [*Lhuydo & Camdeno *Southhampton* vel *South-Hanton* eſt opp. & portus, Triſantonis portus, *Hanton* vel *Anton* Triſanton fluv. *Hamſhire* vel *Hantſhire* tractus.]

Iſacio. Triſchene *Taverna*, urbs olim epiſc. Magnæ Græciæ mediterr. hodie non obſcura, apud mont. Silam, Catacio urbi primariæ proxima, 8. mill. paſſ. in Bor. diſtans, à Beſidiano 29. à Neocaſtro 12. inter Crotalum & Semirum flumina. Cujus ſedes epiſcopalis Catacium tranſlata eſt. Sunt qui Triſchenen Tres Tabernas urbem Latii exciſam eſſe velint, in actibus apoſtolorum memoratam.

Ptol. Triſidis, *Tenzert* nunc teſte Marmolio, *Tehart* ab Arabibus dicta, opp. Mauritaniæ Tingit. mediterr. à Tocoloſida 10. mill. paſſ. diſtans in ort. al. *Tenſor*.

Ptol. * Triſmis, Troſmis Ant. *Trachina* teſte Nigro, opp. Myſiæ infer. ad Iſtrum fluv. inter Axiopolim ad occ. 78. & Noviodunum ad ortum 38. mill. paſſ. [* Τϱοσμις in Seld. man.]

Ptol. Tritolus, *Tamoriza* Moletio, (quod nomen etjam reg. eſt) opp. Macedoniæ mediterr. in reg. Sintica, ab Heraclea in occ. diſtans. Sed *Tamoriza* reg. ibi putatur, ubi Taulantii pop.

Ptol. Herod. Thucyd. Tritæa opp. fuit Achaiæ in Phocide mediterr. juxta Locros Ozolas.

Trite opp. fuit Hiſpaniæ apud Herculis columnas, teſte Steph.

Tritea urbs fuit Troica ab Ariſbæis condita, teſte eodem.

Plin. Anton. Ptol. Tritium, Metallum à Ptol. cognominatum, oppid. Hiſp. Tarracon. in finibus Autrigonum exciſum: locus adhuc *Trejo* teſte Mor. apud Nagaram urbem Caſtellæ vet. inter Dominicopolim & Logronium 4. leuc. à Calaguri 12. verſus Burgos monſtratur; quæ urbs *Najara* dicitur, & Tritium novum nominari poteſt, quaſi ex Tritii vet. ruinis excitatum, inde tamen 2. leuc. diſtans. In Theſ. ling. Lat. male *Tafalla* indigitatur, cum locus Tritii adhuc monſtretur ab hoc opp. diſtans.

Ptol. Tritium alterum, Tuboricum à Ptol. & Tobolicum à Mela cognominatum, *Mondragon* hodie teſte Henr. Coquo, opp. Hiſp. Tarracon. in finibus Vardulorum, ad Devam fluv. inter Salinas ad Auſtrum, & Vergariam ad Bor. oppida ſuper eodem fluv. 2. leuc.

Plin. Tritolinus mons (ut aliqui legunt) apud Plin. in Campania, inter Puteolos & Baias, apud Avernum lac. qui *Salviati* teſte Georg. Fabricio. Sed aliis idem eſt Triſolino apud Neapolim. De eo in lib. 3. Itin.

" *Nondum ſudor erat membris deterſus & ori,*
" *Quem toto excierat Tritolini montis hiatus*
' *Corpore*---------

Triton, fluv. Africæ, ex Tritonide palude (quæ & Pallantia teſte Plin. à Pallade dicitur) in mare Africum apud Tacapen urbem (ex qua nominatur, dicitur enim teſte Marmol. *Rio di Caps*) influens, proximus hortis Heſperidum, uti poetæ fabulantur, à Tacapis 6. mill. paſſ. Claud. de laud. Stilic. lib. 1. Plin. Mel. Ptol.

" *Heſperidum Triton, & Gir ditiſſimus amnis.*

Triton item fluv. parvus Bœotiæ apud Alalcomenas urbem fluens; ubi Minervam natam educatamque ferunt. Verum hoc alii ad Tritonem fluv. Cretæ teſte Diod. referunt; alii ad Tritonem fluv. Africæ. Strab. Pauſ.

Tritoniaca palus, in Thracia, ſeu potius in Macedonia, circa Pallenen, in quam paludem qui ſe novies immerſiſſet, in avem converti fabulantur. Sed Ovid. hanc paludem Pallenen Hyperboream vocat, & Tritoniacam lib. 15. met. Vib. Seq.

" *Eſſe viros fama eſt in Hyperborea Pallene,*
" *Queis ſolent levibus velari corpora plumis*
" *Cum Tritoniacam novies ſubiere paludem.*

Tritonias, Tritonis Ptol. Triton Plin. (qui eodem nomine flu. & lacum appellat) *Lago di Caps* teſte Marmol. palus Africæ ex qua Triton fluv. emittitur. Sed Strab. Tritoniadem pal. in finibus Cyrenes una cum Templo Veneris deſcribit. De ea palude Sil. lib. 3. Strab.

" *Hinc qui ſtagna colunt Tritonidis alta paludis.*

Trituritā, inſ. ſeu villa parva Hetruriæ apud Arni fluv. oſtia: quam aliqui *Livorno* male indigitant; cum Liburnus portus ſit ab oſtio Arni 15. mill. paſſ. in ortum diſtans. Rutil. lib. 1. Rutil.

" *Inde Trituritam petimus, ſic villa vocatur.*

Triventum *Trivento*, urbs Samnii in confin. Frentanorum, ac in comit. Moliſio, ad Trinium fluv. epiſc. ſub archiep. Beneventano, inter Boianum ad merid. & Anxanum ad Bor. 24. mill. paſſ. plus minus. Vide Treventinates. Ptol. Rom.

Triviæ lacus, Stagnum Dianæ Ovid. Lacus Hippolyti Statio, Lacus Nemorenſis Tranquillo, Speculum Dianæ Servio, *Lago di Nemo* Erythræo, *Lago di Ienſano* vel *Lenſano* teſte Ciofano, lacus Latii apud Ariciam opp. ab eo 4. mill. paſſ. diſtans. Circumſtant Nemus & Cynthianum oppidula. Virg. lib. 7. Æneid. Virg.

" *Audiit & Triviæ longe lacus, audiit amnis.*

Triviæ lucus, Nemus Triviæ Silio, Gallinaria ſylva Cic. locus Campaniæ in ſinu Cumano. Vide ibi. Sed aliis *Selva di Nemo* in Latio apud lacum Triviæ, prout ex Virg. lib. 6. Æn. Virg.

" *Iam ſubeunt Triviæ lucos, atque aurea tecta.*

Trivicus *Trevico*, urbs Hirpinorum epiſc. ſub archiep. Beneventano, inde 24. mill. paſſ. inter illud & Compſam, Nuſco & Frequento finitima ad 8. mill. ab Ariano 10. Cujus mem. Hor. lib. 1. ſerm. ſat. 5. Hor.

" *Nunquam erepſemus, niſi nos vicina Trivici*
' *Villa excepiſſet*--------

Triumpilini, pop. Alpini Cenomanorum in territorio Brixienſi: quorum tractus *Val Triompa* hodie nominatur, à Brixia 20. mill. paſſ. diſtans. *Triplever* aliis vocantur. Plin.

Troas, reg. Aſiæ, (quæ & Myſia, & Phrygia minor dicitur) cum urbe ejuſdem nominis (quæ & Alexandria, ac Troas Alexandri nominatur) ep. ſub archiep. Cyziceno, apud Lectum prom. à Byzantio 1500. ſtad. diſtans in Auſt. teſte Strab. inter Abydum 27. & Antandrum 35. m. paſſ. à Sigæo 12. Locus nunc *Ceraſia* Turcis dicitur teſte Leuncl. & noſtris *S. Maria*. Virg. lib. 5. Æn. Strab. Plin. Ptol.

At

" *At procul in sola secretæ Troadis acta.*
Apud Troadem tanta olim murium copia fuit, ut incolas abire compulerint; sicuti & ex Gyaro inf. homines fugatos à muribus scribit Plin. Quorum tanta multitudo est in Argello monte Thraciæ, ut is ab illis nomen acceperit; mus enim lingua Thracum Argillas dicitur.

Ptol. Liv. Trocmi, Trocmeni Steph. & Strab. qui etiam Troginos vocat, pop. Galatiæ in Asia, quorum urbes Tavium, Androsia, Claudiopolis, & Carissa. Trogini etjam Plin. dicuntur: sed Trogmi legendum est.

Hom. Virg. Troes, pop. Phrygiæ apud poetas, qui & Trojani. Vide Troja. Tros num. sing. Hom. lib. 4. Iliad.
" *Troes, & Argolici pergunt defendere reges.*
Virg. lib. 1. Æn.
" *Troes te miseri, ventis maria omnia vecti.*

Strab. Pauf. Steph. Trœzen, à Trœzene filio Pelopis dicta, *Damala* teste Nig. urbs Peloponnesi in ora Argiæ ad sinum Argolicum episc. sub archiep. Corinthio, postea metrop. *Trezena* aliis, dissyllabum & trissyllabum apud poetas; Trœzena Ptol. Posidonia Strab. Anthia & Hyperia Pauf. Saronia, Apollonia, Aphrodisias Steph. inter Corinthum, & Scyllæum prom. ad 45. mill. pass. à littore 15. stad. Trœzene Ovid. lib. 2. fast.
' *Altaque Trœzene, Parrhasiæque nives.*
Metamorph. lib. 15.
" *Est prope Pittheam tumulus Trœzena sine ullis*
' *Arduus arboribus---------*

Ptol. Trœzen altera, opp. Messeniæ mediter. vulgo etiam *Trezina* in tab. recent. Ithomæ finitimum, ab ea in ortum supra 15. mill. pass. Trœzenes aquæ pedibus noxiæ sunt, omnia fere vitia illis afferentes, præsertim podagram, quam aquæ Cydni in Cilicia tollunt, autore Plin. lib. 31. c. 2. Apud Trœzenem portus est, qui Barba nominatur teste Eustath. Unde proverbium natum, *Trœzenem navigat*, in eos qui, cum imberbes sint, pilis tamen appositiis barbam sibi effingunt.

Strab. Trogilia, Trogilias Plin. *Gatonisi* Soph. inf. parva Ioniæ apud Trogilium promont.

Steph. Trogilium, * Trogylium Ptol. Mycale Herod. *Capo Tigrua* Molet. sed Sophiano *Gatonisi*, nomine ab insula Trogilia vicina accepto, prom. Ioniæ in ora, inter Ephesum & ostia Mæandri, contra Samum inf. inde 5. mill. pass. distantem in occ. à Sunio prom. Atticæ 1600. stad. teste Strab. [* Τρωγύλιον in man. Seld.]

Liv. Trogilorum portus, hodie *Stinctino* teste Fazello, portus Siciliæ in ora inter Syracusas, & Tapsum peninsulam ad Bor. 2. mill. pass.

Thucyd. Steph. Trogilus, opp. olim, nunc pagus, *Targia* teste Aretio, aliis *Stinctino* apud portum Trogilorum. Apud Steph. non opp. sed reg. appellatur. Pop. Trogilii.

Strab. Plin. Mel. & al. Troglodytæ, pop. Æthiopiæ sub Ægypto apud oram sinus Arabici, & Barbarici; quorum reg. *Sirfia* nominatur teste Castaldo. Hi in specubus habitantes paupertatem perpetuo colebant, serpentibus vescentes, teste Mel. Hic esse lacum, cujus aqua ter in die fit amara, & dulcis, & ita nocte, refert Plinius. Apud Troglodytas, qui in tavernis degunt, myrrha (quæ & in Assyria, & in Syria apud Orontem fluv. præcipue vero in Arabia) multa est. Hi serpentibus degunt, venationibus dediti, velocissimi, ab uxore & colloquio alieni. Idem Plin. lib. 31. c. 2. ibi ait esse serpentes 20. cubitorum Reg. margaritis abundat.

Plin. Troglodyticus sinus, *Golfo di Melinde* ex tab. recent. ad mare Barbaricum, & Asperum, quod Æthiopiam sub Ægypto alluit; idem quod sinus Barbaricus.

Trogylium prom. Vide Trogilium.

Ptol. Strab. Plin. & al. Troja, quæ & Ilium, urbs Phrygiæ minoris apud Idam mont. & oram marit. notissima, & quondam regia clarissima, (à qua Troja reg. quæ & Troas, & Trojani pop. Troes apud poetas, & Teucri) nunc prorsus excisa, cujus ruinæ apud oram à præternavigantibus cernuntur, adhuc *Troia* nostratibus dicta, à Turcis *Carasia*, à Troade urbe sive Alexandria 16. mill. pass. in Bor. distans, Dardanum versus 12. a Byzantio 200. circiter in Austrum. Sub principibus Christianis instaurata episc. fuit sub archiep. Cyziceno. De ea Ovid. lib. 1. trist. el. 2.
" *Mulciber in Trojam, pro Troja stabat Apollo:*
' *Æqua Venus Teucris, Pallas iniqua fuit.*
Hinc Troius nom. gent. apud poetas trissyllabum. Virg. lib. 1. Æn.
" *Arma virum, tabulæque, & Troia gaza per undas.*
Et Trojanus etiam nom. gent. ibidem.
" *Hac fugerent Graii, premeret Trojana juventus.*
Excidium porro Trojæ, Græcis illam obsidentibus, anno ante Christum natum 1282. contigit. Trojani luxus in conviviis taxantur; adeo ut *porcus Trojanus* in proverbio sit apud Macrob. lib. 3. Saturnal. de opiparis conviviis, aut de homine variis deliciis delectato. *Troja non producit Thracem* apud Græcos proverbio dicitur, significaturque ex degenere prosapia non gigni generosum, sicuti nec aquila ferox imbellem gignit columbam, apud Flaccum. A Troja capta ad urbem conditam anni 432. fluxere, ad Albam vero tantum 400. *Trojanus equus* frequenter à Cic. veluti adagium usurpatur pro insidiis occultis, & pro tacita impostura, ut in orat. pro Muræna, Intus, inquit, est equus Trojanus.

Troja quoque (cognomine parva) urbs fuit Epiri mediterr. in Chaonia, & Cestria reg. Troja item ex provinc. Roman. urbs Apuliæ Dauniæ episc. sub archiep. Beneventano, inde 36. mill. pass. in Bor. Sipontum versus totidem, a Luceria 17. in ott. olim Æcæ Ant. & Urbs Æcana. Vide ibi. Steph.

Trojanopolis (aliis Trajanopolis) *Troyna*, urbs Siciliæ mediterr. olim episc. Vide Trajanopolis. Ulpiano

Tronodorum, *Tonnerre* teste Belforestio, opp. Gall. Celticæ in Burgundia ducatu. Vide Tornodorum; idem enim videtur. Aimoin.

Tropæa, & Postropæa, prius Trophæa, *Tropia*, urbs Brutiorum marit. apud Vaticanum prom. ubi sinus Hipponiates desinit, contra Amantheam urbem Calabriæ citer. ipsa in ora Calabriæ ulter. sita, episc. sub archiep. Rhegino, inde 50. mill. pass. in occ. ab Hipponio 12. in Austrum. Steph.

Tropæa Augusti *Torbia* vel *Turbia*, opp. olim, nunc pagus Liguriæ in ora apud Monœcum 2. mill. pass. distantem, à Nicæa urbe 10. mil. in ortum. Ibi adhuc turris antiqua miræ structuræ. Ptol. Ant.

Tropæa Drusi opp. Germaniæ fuit inter Rhenum & Salam; ubi Drusus obiit, & Tiberius Augustus à militibus imperator salutatus, teste Tacito. Strab. Ptol.

Trophonium antrum, locus Bœotiæ apud Lebadeam urbem. Plut.

Tropia, Tropas Cedr. & Curopal. *Tropea*, urbs Brutiorum marit. ad finem sinus Napitini episc. sub archiep. Rhegino, ab Hipponio & Mileto 12. mill. pass. (Vide Trophæa) non longe à Portu Herculis. Lib. conc.

Trossulum opp. fuit Thusciæ mediterr. inter Volsinios & Ferentinos 8. mill. pass. excisum: Locus adhuc *Trossulo* dicitur, apud Meonium oppidulum, inter Balneoregium & Hortanum. Ex eo equites Trossuli dicti teste Plin. lib. 33. cap. 2. A Volsiniis 9. mill. pass. Plin. Festo.

Trotilum, locus Siciliæ in ora ad Pantagiam fluv. inter Syracusas & Leontinos, *Curcuraci* nunc teste Aretio. Thucyd.

Trotmania *Dortmund*, urbs Westphaliæ inter Coloniam Scrip. Germ.

loniam & Monasterium, inde 10. hinc 6. leuc. distans. Vide Tremonia.

Mel. Trucones, *Trucule* seu *Trucula* teste Hermolao, insulae parvae Illyrici inter Phariam & Corcyram nigram.

Plin. Mel. & al. Truentum, Truentinum Ptol. *Tronto*, fluv. Piceni ex Apennino monte in Sabinis apud Nursiam oriens, ac per Asculum urbem, quam circumfluit, in mare Hadriaticum ad Truentum oppid. excisum, nunc *Porto d' Ascoli*, vel juxta illum influens. Opp. Truentinum Strab. ac Truentinum castrum Cic. nominatur. Hinc Truentinus nom. gent. Sil. lib. 8.

" *Quiq; Truentinas servant cum flumine turres.*

Lib. conc. Trullum, locus (& nomen templi Constantinopolitani) ubi concilia celebrabantur apud Byzantium, olim sede episc. decoratus.

Vet. Insc. Trutavia *Forcheim*, urbs libera Germaniae in Franconia, inter Noribergam & Bambergam. Vide Locoritum.

Tac. Trutulensis portus Albionis in Cantio apud Rutupias: sed codex Taciti depravatus videtur B. Rhenano, & Rutupensis legendum est.

Ptol. Trybactra, *Buccara* ex tab. Castaldi, urbs Sogdianae; quae aliis Bactra, Bactrianae regia, dicitur.

Polyb. Tryphalia, Triphylia aliis, regiuncula Peloponnesi, pars Elidis, inter Eleos & Messenios. Vide ibi.

Ptol. Tuaesis *Tuede* vel *Twede*, fluv. Albionis in ora orientali Angliam à Scotia discludens, ubi Bervicium oppid. ab Eboraco 110. mill. in Bor. & Cac. (Al. potius *These* vel *Tees* est, à Tueda 70. mill. in Austrum) cum opp. cognomine. Vide Tuesis.

Prov. Rom. Tuama *Toam*, urbs Hiberniae archiep. & Connaciae metrop. ab Armaca Hultoniae metrop. supra 100. mill. pass. in occ. (sub qua Duacum *Galway*, Achada *Achde* [vel *Achonry*] Alachda *Kill-alla* vel *Killalo*, Olfinum *Elphen*, Clonfertum *Clonefert*, Ruscomia *Roscomon*, urbes episc. continentur) Duaco seu Galviae, urbi & emporio, proxima, ad 24. mill. pass. recedens, à Cassilia metrop. Momoniae ad 40. in occ. aestiv. recedens, Labero seu Lumbrico urbe intercedente, 25. mill. distante, à Dublinio 80. & Armaca metrop. (illa Laginiae, hac Ultoniae) in occ. supra 100. Dura, Rapa, Dunnagalla, Belaisena, Slego, Elsina, urbibus intercurrentibus.

Vet. Tra. Tubal seu Tuballa, *Tafalla* teste Beuthero, oppid. Hisp. Tarracon. in Vasconibus & regno Navarrae praeclarum, inter Pompelonem ad Bor. 6. & Tutelam ad Austrum 10. leuc. quod & Tuboricum metallum dictum videtur Ptol. & Tobolicum Melae.

Tac. Tubantes, pop. Germaniae, quorum reg. *Twendt* teste Pyramio, in Transisalana, apud Frisiae & Westphaliae confinia, in qua Almeloa & Ghuria oppida, à Daventria supra 4. leuc. in ortum distantia, una cum Saliis veteribus, & Marsis. Licet aliqui horum oppid. Benthemum *Benthem* esse velint, comitatum Westphaliae, inter Monasterium 8. & Covordiam ad occid. 6. leuc. à Marsis 2. à Daventria 9. Prior tamen interpretatio verior.

Ptol. Tubanti, pop. Germaniae, quorum urbs est Tubinga teste Lazio, ad Nicrum fluv. in Suevia, & ducatu Wirtimbergensi, à Stutgardia ducat. metropoli 3. leuc. ab Ulma supra 7. Sed aliis iidem Tubantibus sunt supra descriptis.

Scrip. Germ. Tuberum, urbs Germaniae (cum fluv. cognomine per Franconiam in Moenum influente, *Tauber* vulgo) *Rotenburg*, ab Herbipoli 4. leuc. in merid. Fluv. Tuberis & Tuberus vocatur apud poetas Germ. uti lib. 5. Itin.

" *Tuberis attigeram ripas, & Moena fluenta.*

Et lib. 6.

" *Tuberus irriguis urbem praeterfluit undis.*

Scrip. Germ. Tubinga *Tubingen*, (quae & Augusta ex vet. inscript.) urbs Sueviae in ducatu Wirtimbergens. ad Necarum fluv. Stutgardiae sedi principis proxima, ad 3. leuc. in occ. academia non ignobilis. Abest à Vienna Austriae 91. in occ. per Lenciam, Pataviam, Ratisponam, Neoburgum, & Ulmam.

Anton. Ptol. Tubucci, *Abrantes* teste Vasconc. opp. Lusitan. in regno Portugalliae ad Tagum fluv. inter Scalabim ad occid. & Fraxinum ad ort. 8. leuc. Medobrigam versus.

Plin. Tuburbis, Tuburbi D. August. Tuburbum Ant. colonia & urbs Africae mediterr. olim episc. sub archiep. Carthaginens. à Musti 60. mill. pass. Alterum, quod minus cognominatur ab Ant. inter Carthaginem 46. & Vicum Augusti 56. mill. *Casal Romol* hodie nominari putatur.

Ant. Ptol. Tuburnica, colonia & urbs Africae mediterr. olim episc. sub archiep. Carthaginens. Tuburnicense oppid. Plin. quam quidam *Constantina* indigitant, sed haec potius est Cirta.

Plin. Tubursica, urbs episc. sub archiep. Carthaginens. ex libro conciliorum.

Ptol. Tubusuptus urbs fuit Maurit. Caesariensis episc. sub archiepisc. Caesariensi, proxima Saldis teste Antonino.

Script. Germ. Tubynga, al. Tubinga, urbs & academia ducatus Wirtimbergens. ad Necarum fluv. ut lib. 4. Itin. Haec Augusta in vet. inscr. ut supra.

" *Alluit Heidelberga tuam, claraeque Tubingae.*

Plin. Ptol. Tucca, urbs Africae in Mauritaniae confinio apud ostia Ampsagae, quae à Ptol. Mauritaniae Caesariensi tribuitur, (sed haec ab illa longe diversa) patria Melchiadis Papae, olim episcop. sub archiepisc. Carthaginensi.

Anton. Tucca Terebenthina, urbs Africae mediterr. inter Musti 42. & Suffetulam 50. mill. pass. Assuro urbi finitima, inde 12. mill. Haec videtur eadem Tuccae Ptol. Assuro vicinae, olim episc. sub archiep. Carthaginens. & patriae Melchiadis; licet alii eam Tuccam alteram esse velint.

Plin. Ptol. Tucci, quod & Augusta Gemella teste Plin. Tuccis Strab. Col. Aug. Gemella Tuccitana in vet. inscr. *Martos* hodie teste Moral. cum aliis, urbs olim episc. Baeticae Hisp. sub archiep. Hispalens. nunc oppid. non obscurum in Vandalitia, inter Gienensem urbem 3. & Illiturgim 4. leuc. ab Aegabra 5. à Ferdinando rege anno sal. 1226. una cum Illiturgi recuperatum, ejectis Mauris.

Sil. Tucia, fluviolus prope Romam decurrens instar rivuli. Sil. lib. 13.

" *Tucia deducit tenuem sine nomine rivum.*

Vide Turia, uti alii codices legunt.

Ant. Ptol. * Tude *Tuy*, urbs Hisp. Tarracon. in Gallaecia ad Minium fluv. contra Valentiam oppid. Portugalliae, episc. sub archiep. Compostellano, inde 21. leuc. in Austrum, Bracaram versus 8. ab Auria 10. Vide Tyde. In Thes. ling. Lat. *Tyde* hodie dici male scribitur; cum hoc sit nomen antiquum. [* Τοῦδαι in man. Seld.]

Strab. Plin. Tuder, Turde Ptol. Turdetia Plut. Tyderta Steph. Tudertum lib. concil. *Todi*, colonia & urbs Umbriae episc. in colle apud Tiberim fluv. media inter Perusiam & Narniam, 20. mill. pass. dissita, patria D. Martini Pontific. max. Hinc Tuders, & Tudertes pop. Sil. lib. 4.

" *Et Gradivicolam celso de colle Tudertem.*

Tuderti & Ameriae in tertio Marii consulatu visa sunt arma coelestia inter se ab ort. & occident. concurrere, autore Liv. qui etiam narrat in agro Mutinensi L. Marcio & Sext. Jul. cons. duos montes magno crepitu accessisse & recessisse, fumo & flamma exeuntibus, pereuntibus cunctis animantibus, villisque concussis.

Anton. Tudernum, *Muderno* teste Leandro, oppid. sive castrum

strum Hetruriæ. Vide Sudernum; nam idem aliquibus videtur.

Ptol. Tuerobis, *Tivy* teste Camd. fluv. Albionis per oram Walliæ occiduam decurrens, & in mare Hibernicum apud Octapitarum prom. prolabens. *Aberdewy* in Thes. ling. Lat. male indigitatur.

Ptol. Tuesis, *Varwick* teste Camd. opp. Albionis mediterr. in Anglia, à Conventria urbe 6. leuc. in merid. Glocestriam versus. Sed hic error insignis in thesauro geograph. Ortel. est, nam pro *Varwyck*, legendum est *Barwyck*, urbs munitissima in ora orientali, ac in Angliæ & Scotiæ confinio, ubi ostia Tuesis fluv. de quo supra in Tuæsis; quem Ptol. inter Varam & Celnium fluv. describit.

Ant. Tugia, opp. Hispaniæ Tarracon. mediterr. inter Castulonem 35. & Acci 72. mill. pass. ex Itin. Anton. quod aliis *Alcaraz*, urbs à Toleto 28. leuc. in Cæc. distans, aliis *Villa nueva de Alcaraz*, oppid. 8. leuc. distans ab Alcaratio, esse videtur. Inde saltus Tugiensis, de quo infra.

Plin. Tugiensis saltus, Argenteus Strab. Argentarius Avieno, mons Hisp. Tarracon. unde Bætis fluv. profluit, varia accipiens nomina; nam *Sierra de Alcaraz* dicitur Clusio, *Sierra de Segura* Floriano & Gometio: utrumque mihi probatur; ut Tugiensis sit *Sierra de Alcaraz*, unde Bætis uno capite manat, & Argenteus *Sierra de Segara*, unde altero capite Bætis derivatur.

Rup. Abbat. Tuitium *Deutsch*, pagus German. cum cœnobio ad ulteriorem Rheni ripam, contra Col. Agrippinam, veteribus Divitense monimentum. Vide ibi.

Mel. Tulcis, qui & Thulcis cum aspirat. scribitur, *Francolin* teste Henr. Coquo, fluv. parvus Hisp. Tarraconens. Tarraconem urb. præterfluens, milliario ab urbe decurrens.

Cæs. Tulingi, pop. Germaniæ Rauracis & Latobricis finitimi, inter Rhenum & Danubium; quorum tractus comitatus est Nellemburgens. teste Scudo, & opp. *Stulingen* ad Danubium in Suevia, inter Constantiam 8. & Rotovillam in Bor. 3. leuc. à Tubingo & Rotemburgo 5. in Austrum. Marlianus Lotharingos longe hinc distantes esse putat.

Ptol. Tuliphurdum, *Dreckfurdt* teste Appiano, opp. Germaniæ in Westphalia, inter Osenburgum urb. & Vechtum oppid. 3. leuc. in Bor. à Linga supra 5. in ortum. In Thes. ling. Lat. *Cottingen* pro *Gottingen* dici putatur.

Ptol. Tulisurgium, *Brunswick* teste Appiano, urbs Germaniæ, maxima inter urbes Saxoniæ, ducatus Brunsuicensis caput, media fere inter Erphordiam ad merid. & Lubecum ad Bor. 22. leuc. per Luneburgum 13. à Magdeburgo 11. in occ. Brunopolis à conditore dicta. Dicitur & *Braunswyck*.

Sex. Ruf. Tullianus carcer in urbe Roma erat, ubi nunc ædes S. Petri in carcere, sic à Tullo rege nominatus.

Anton. Ptol. Tullum *Toul*, urbs Gall. Belgicæ episc. sub archiep. Trevirensi, Leucorum metrop. in Lotharingia, à Tullo Hostilio 3. Romanor. rege condita & nominata, ut Galli scriptores tradunt. Ea sita est ad Mosellam fluv. à Nanceio urbe sede ducum 5. leuc. in occid. Lutetiam versus, à Metis 10. à Viroduno fere totidem in Austrum recedens.

Strab. Tullum item mons Illyrici mari Hadriatico obversus, *Delez* seu *Telez* teste Laz. Tullum quoque in tab. Peutinger. *Telfs*, oppid. seu pag. Rhætiæ ad Oenum fluv. in com. Tirolensi, ab Oeniponte 2. leuc. in occas.

Anton. Ptol. Tulonium vel Tullonium, *Puente de la Reyna* ut aliquibus videtur, oppid. Hisp. Tarracon. inter Pompelonem 3. & Stellam in occ. 5. leuc. Sed situs non congruit; nam apud Ant. Tullonium inter Virovescam & Pompelonem 56. mill. pass. locatur, & à Ptol. in Vardulis describitur.

Tunes, Tunis Strab. Tunicense opp. Plin. [Thinissa forsan Ptol.] *Tunisi*, urbs Africæ olim episc. sub archiep. Carthaginensi in ora ad stagnum, à Carthagine 15. mill. pass. in ortum, hac tempestate clara, & regia, amplissima satrapæ sedes. Non longe Romani fracti & cæsi à Carthaginensibus, Xantippo Lacedæmonio auxiliante; quo tempore M. Attil. Regulus captus est. Hinc Tuniseus, a, um, apud Sidon. in pan. Anthem. Ptol. Liv.

" *Torrida* * *Tuniseos infert mihi Byrsa furores.*

[* in al. cod. *Caucaseos*.] Tuneta à Carthagine 12. mill. pass. distare scribit Liv. lib. 10. dec. 3. Hic gignuntur equi velocissimi, quos Barbaros vocamus; qui & in Massylia & Numidia passim reperiuntur. Hæc urbs ab Arcadeno Ænobarbo rege Cirtæ capta an. sal. 1530. an. sequente à Carolo 5. recuperatur.

Tungri *Tongeren*, pop. & urbs Belgii in Brabantia olim episc. sub archiep. Coloniensi, à Leodio (ubi sedes episc. est) & Trajecto 3. leuc. in occid. Lovanium versus 8. Cæs. Tac. Plin. & al.

Tungrorum fons, *Iserborn* teste And. Baccio, locus apud Tungros; sed teste Gilberto Limburgio *Savenier* apud pagum *Spa*, à Lymburgo urbe 3. leuc. distantem, à Leodio 5. à Tungris 8. Cujus aquæ calidæ salubres adversus cujuscunque generis morbos fere esse perhibentur. Aquas hujus fontis scribit Plin. 31. cap. 2. stillantes plurimis bullis, esse saporis ferruginei (ut in fine potus deprehenditur) febres tertianas discutere, & calculorum vitia. Plin.

Tunicates pop. sunt Vindeliciæ, inter Augustam & Ratisponam, ubi rura Tunicatea, quorum mem. poeta Germ. lib. 5. Itin. Ptol.

" *Parva mora est, per rura animo Tunicatea latus*
' *Et Pladlingiaci per fora longa volo.*

Tunnocelum, *Tinmouth* hodie Camd. castrum Albionis in ora Northumbriæ, à Dunelmo urbe 20. fere mill. in ort. & Cæc. Vide Tina. Lib. Not.

Tuntobriga, *Braganza* ut aliquibus videtur, urbs Hisp. Tarracon. ducatus titulo insignis, in regno Portugallico, inter Mirandam ad ort. 8. & Bracaram in occ. 27. l. Bragantia Latine etiam dicta. Ptol.

Tuola, *Golo* teste Leand. fluv. Corsicæ per oram orientalem apud Marianam urb. fluens, ex magnis insulæ, apud Niolum opp. ex lacu mont. Aurei oriens haud procul à Rhotani & Locræ fluminum ortu. Ptol.

Turcæ *Turchi*, & *Musulmani*, pop. Sarmatiæ Asiaticæ ad Mæoticam olim palud. incolentes, qui inde egressi magnam Asiæ, Europæ, & Africæ partem occuparunt, sede regni demum Byzantii constituta, cum prius an. salutis 1361. ex Asia in Europam trajicientes Hadrianopoli consedissent, Amurathe rege. Hi Bossinam, Croatiam, & maximam partem Illyrici anno salutis 1390. occupant. Horum monarchia anno salut. humanæ 1300. initium accepit. Plin. Mel.

Satrapiæ Turcarum in Asia, superiore tempestate 30. nunc pauciores, multis à Persis occupatis.

Albaniæ, sedes Alexandria seu Portæ ferreæ *Demircapi*
Arabiæ felicis ad sinum Arabicum, sedes Saba *Zibit*.
Arabiæ felicis extra sinum Arabicum, sedes Arabia *Aden*
Armeniæ majoris citerioris, sedes Chorsa *Chars*
Armeniæ majoris ulterioris, sedes Artaxata *Teflis*
Armeniæ majoris in conf. Mediæ, sedes Rivanum
Armeniæ minoris, sedes Melitene *Malatia*
Assyriæ, sedes Seleucia *Mosul*
Babyloniæ citerioris, sedes Babylon *Bagdet*
Babyloniæ ulterioris, sedes Teredon *Balsara*
Bithyniæ, Prusa sedes
Cappadociæ citerioris, sedes Amasia *Amasia*

Cappadociæ ulterioris, sedes Sebaste, al. Sebastopolis *Suvas*
Cappadociæ Ponti Polemoniaci, sedes Neocæsarea *Tocato*
Carmaniæ, sedes laxa, nunc sub Persis, ab eis recuperata
Ciliciæ, sedes Cæsarea penes Anazarbum *Acsar*, & intus Adana *Adena*
Cœlesyriæ, sedes Damascus *Scham*
Colchidis, sedes Phasis *Fasso*
Cypri, sedes Fama Augusta *Famagosta*
Iberiæ, sedes Barinum
Iberiæ item, sedes Tzildiris
Iberiæ etiam, sedes Sochum
Ioniæ, sedes Smyrna
Lycaoniæ, sedes Iconium *Cogni*
Mediæ Atropatiæ, sedes Cyropolis *Sumachi*, nunc Persarum
Mediæ citerioris, sedes Sarvanum sive Servanum, hodie Persarum
Mediæ item in conf. Mesopotamiæ, sedes Iban *Van*
Mesopotamiæ, sedes Amida *Caramit*
Phrygiæ, sedes Cotiæum *Chiutay*, sub quo præfecti 16.
Phœniciæ, sedes Tripolis *Tarapoli*
Syriæ in Armeniæ minoris confinio, sedes Marassia, quæ Metita vet. dicta putatur
Syriæ in Comagene, sedes Hierapolis *Haleppo*
Ex quibus à Persis multæ recuperatæ sunt, uti Albaniæ, Armeniæ majoris, Mediæ, Assyriæ, & Babyloniæ.

Satrapiæ in Europa 7.

1 Bosnæ, sedes Banialucha: sub quo 9. præfecti
2 Daciæ ripensis, sedes Temeswaria: sub quo 8. præfecti
3 Græciæ, sedes Sophia: sub quo præfecti 21. totidem namque præfecturas continet hæc satrapia, quæ sunt ex ordine infrascriptæ.

Præfectura Romeliæ, sive Græciæ satrapiæ.

1 Sophia in Mysia *Sofia*
2 Nicopolis ibidem *Nigeboli*
3 Quadraginta ecclesiæ in Thracia *Kirckliſſe*
4 Byzia ibidem *Vyza*
5 Germia in Thracia *Kirmen*
6 Silistria in Mysia *Silistra*
7 Justiniana prima in Maced. *Giustandil*
8 Tegina in Sarmatia Europæa *Bender*
9 Hermonassa ibidem *Akerman*
10 Scupi in Maced. *Vscopia*
11 Prisdena ibid. *Prisrien*
12 Thessalonica ibidem *Salonichi*
13 Trica in Thessalia *Triccala*
14 Lacedæmon in Peloponneso *Misitra*
15 Patræ ibidem *Patras*
16 Cassiope in Epiro *Ianna*
17 Delvina ibidem *Delvino*, nom. rec.
18 Elabassanum in Maced. *Elbassaw*, nom. rec.
19 Aulon ibidem *la Valona*
20 Dyrrachium ibidem *Dulcagini*
21 Scodra in Illyrico *Iscodar* seu *Scutari*

4 Hungariæ, sedes Buda: sub quo 15. præfecti

Præfectura Hungariæ ex ordine.

1 Novigradus *Novigrad*
2 Filecum *Fileck*
3 Zerzenum *Zerzen*
4 Zolnocum *Zolnock*
5 Strigonium *Gran*
6 Segedinum *Segedin*
7 Alba Regalis *Stulweissenburg*
8 Sexardum *Sexard*
9 Simontorna *Smonturn*
10 Copanum *Kopan*
11 Muharzum *Muharz*
12 Zigetum *Zigeth* vel *Saswar*
13 Quinque ecclesiæ *Funfkirchen*
14 Sirmium *Sirmisch*
15 Samandria *Semender*

Quarum Novigradus, Filecum (à Christianis recuperatum) Zerzenum, Zolnocum, Segedinum in Hungaria Transdanubiana sunt. Nomina sunt fere recentia, Sirmii, Albæ Regalis, Strigonii, Quinque ecclesiarum, Segedini, Solnoci exceptis.

5 Maris, sedes Callipolis *Gallipoli*: sub quo 14. præfecti, qui in locis marit. & insulis resident, hoc est, Galatæ, Nicomediæ, Callipoli, Lemni, Mitylenæ, Chii, Naxi, Eubœæ, Rhodi, Cabylæ, Naupliæ, Naupacti, Leucade, & Alexandriæ.
6 Mysiæ sup. seu Serviæ, sedes Taurunum *Belgrado*, vel Samandria *Zenderin*.
7 Sarmatiæ, sedes Theodosia Tauricæ *Caffa*

Satrapiæ in Africa 4.

Ægypti, sedes Babylon nova *Alcayro*: sub quo 16. præfecti
Africæ propriæ, sedes Tunes *Tunisi*
Byzacenæ, sedes Tripolis *Tripoli di Barbaria*
Mauritaniæ Cæsariensis, sedes Julia Cæsarea *Algeri*

Augentur indies, novis provinciis occupatis, minuuntur deperditis, & sedes permutantur. Vide nostram Europæ descript. ubi singulos satrapiarum præfectos videre poteris, cum illorum sedibus.

Turde. Vide Tuder, sic enim apud Plin. & Strab. [Ptol.]

Turdetani, Turduli veteres Melæ & Strab. *los Algarve*, pop. Lusitaniæ in regno Portugalliæ ad meridiem: quorum urbes, Silvæ (loco Ossonabæ) Lacobrica, Pharus, & Balsa; opp. Orichium, Villa nova, Sacræ, & alia. Turdulis iidem apud Liv. quorum opp. Turdetum erat, inter Cæsarianum & Arcobricam, in Vandalitia seu Hisp. Bætica. Turdetanos adeo opulentos fuisse refert Strabo, ut præsepibus uterentur argenteis. Turtutani Steph. qui eos una cum Turdulis confundens, circa Bætim describit. [Strab. Ptol.]

Turduli alii Ptol. & Mel. pop. Hisp. Bæticæ inter Mellariam & Bariam incolentes, partim in Vandalitia, & partim in regno Granatensi, Bastulis finitimi. Alii in Lusit. in ora inter Mundam & Durium flum. inhabitantes, quorum tractus *Beira* teste Jacobo Vasconc. nominatur.

Turegum, *Turgaw* teste Rhenano, pagus erat Helvetiorum, cujus locus & tractus inter Tigurum & Abbatiscellam, apud Sangallum urbem, sic nominatur; licet Ortel. Turegum cum Tiguro confundat. [Ex diplom. Lud. Pii.]

Turia, urbs Hisp. Tarracon. in Celtiberis ad fluv. cognominem, ab Ausonibus Italiæ pop. anno urbis conditæ 640. exstructa, ac postea Lobetum dicta (vide ibi) teste Beuth. Aliis videtur potius *Tervel* urbs finitima, in Arragonio regno, episc. sub archiep. Cæsaraugustano, inde 36. leuc. Valentiam versus, à Lobeto 3. in ort. Turia item fluv. sive potius rivulus Latii via Appia 6. ab urbe milliario occurrens, teste P. Marso. [Vet. Tra.]

Turia quoque, & Turias, ut alii legunt, Turium Plin. Durias Mel. *Guadalaviar* teste Clusio, flu. Hisp. Tarracon. haud procul à fontibus Tagi & Sucronis, à Turulio urbe 10. leuc. oriens, ac in mare Ibericum juxta Valentiam influens. Juxta quem Sertorii copiæ à Pomp. magno dissipatæ à Liv. referuntur, quando is Calagurim se recepit. Is Turulis Ptol. dici videtur. De eo Claud. de laud. Serenæ. [Sol. Vib.]

"*Floribus, & roseis formosus Turia ripis.*

Turiaso, Turiasso Plin. *Tarazona*, urbs Hisp. Tarracon. episc. sub archiep. Cæsaraugustano, in regno Arragonio, apud fines Castellæ vet. & Navarræ, inter [Ptol. Anton.]

Cæsar-

Cæsaraugustam ad ort. & Numantiam aut Soriam urbem Castellæ ad occ. 12. leuc. à Tutela urbe Navarræ 4. in Austrum.

Cæs. Turii, Thurii Strab. Thurium Plin. pop. & urbs Magnæ Græciæ apud oram sin. Tarentini, & ostia Crathis & Sybaris fluv. excisa. Vide Thurium. Sunt & Turii apud Strab. vel Thuræi opp. Apuliæ Peucetiæ, inter Cupersanum & Aquam vivam, ad 6. mill. pass. dissitum, *Turi* vulgo.

Sidon. & Vegetiv. Turingi, & Toringi, ac Thuringi, (varie enim scribitur) *Duringer*, pop. Germ. quorum reg. Turingia, & Cassiod. Thoringia, & aliis Thuringia: cujus urbes claræ Erphordia, Gotha, Wimaria, Iena, Isenacum. De ea lib. 4. Itin.

" *Iam lætos aperit Turingia fertilis agros.*

Anton. Turmoli, seu Tumuli ut alii legunt, locus Hisp. Lusitanicæ in Vectonibus, seu pagus, vulgo *Roccha fria* teste Jac. Delgado, vel *Roccha Fredda*, inter Emeritam 66. & Caparam 44. mill. pass. ex Itin. Ant.

Plin. * Turni, (forte Sturni, cum apud Plin. pop. Sturnini vocentur) opp. Calabriæ in Salentinis mediterr. quod quidam *Stigliano* indigitant: Sed hoc opp. est Lucaniæ, inter Tursum, Marsicum, & Tricaricum ad 20. mill. pass. apud Allianum 6. à Ferrandina 12. longe à finibus Calabrorum distans. [Στῦρνοι in Seld. man.]

Scrip. Belg. Turninum, *Doerne* teste Ortel. pagus Brabantiæ apud Antuerpiam, milliario distans. Cujus mentio in vitis Sanctorum Belgii habetur.

Plin. Turobrica, *Alcantara* teste Beuthero, oppid. olim Hisp. Bæticæ apud Alcantaram.

Cæs. Tac. Plin. Turones, pop. & urbs Gall. Celt. archiep. & academia, apud Ligerim fluv. inter Aurelianos ad ort. 34. & Andegavos ad occ. 30. mill. Gall. Regio Turonia *Touraine*; & urbs Turo Sidon. Turonica urbs Greg. Turon. *Tours*. Penult. aliquando brevis, aliquando longa. Ven. Fort. lib. 5.

' *Dulce caput Turonis, relligionis apex.*

Act. Syncerus.

" *Donec fatales Turonum accedere muros.*

Sidon. in paneg. Major.

" *Defendit Turones. Aberas post tempore parvo.*

Cavm. Turrena Augustalis, *Bornea* vel *Burnea* teste Leandro, opp. olim, nunc pagus Thusciæ apud Volturnam in agro Viterbiensi.

Turrena vallis. Vide Volturrena, & Vallis Telina.

Anton. Turres *Turi*, opp. Apuliæ Peucetiæ, proximum Cælio. Vide Thuriæ, & Turii.

Anton. Turres, *S. Severa* teste Leand. opp. olim Hetruriæ littorale inter urbem Romam 30. & Centum cellas 28. mill. pass. Locus nunc desertus, sola ibi turre exstante, Alsio proximus, inde 4. mill. Pyrgos versus 12.

Anton. Turres, *S. Biaso* teste Barrio, opp. seu cast. Brutiorum in Calabria citer. in conf. ulterioris, ad sinum Hipponiatem, à Martorano urbe 6. mill. pass. in Cæc. Hipponium versus.

Anton. Turres item, *Thurn* teste Lazio, opp. Liburniæ mediterr. inter Tarsaticum ad occid. & Seniam ad ortum 20. mill. pass.

Mel. Turris Augusti, opp. Hispan. Tarracon. Vide Aræ Sextianæ.

Aur. Vict. Turris Ferrata, specula altissima circa Sirmium urb. Pannoniæ, ubi Probus imp. à militibus interfectus est teste Aur. Victore.

Vet. Tra. Turris Julia *Trugillo*, urbs Hispaniæ Lusit. in Extremadura, ab Emerita 12. leuc. inter Castra Cæcilia 10. & Castra Cæsaris 8. Metallino propior. Vide Castra Julia.

Plin. Turris Libissonis, Turris Bissonis Ptol. Turres lib. concilior. *Torre*, urbs Sardiniæ archiep. in ora occid. extincta, (manet sacra ædes, & portus) à Sassari urb. quæ illi successit 13. mill. pass. In Thes. ling. Lat. *Sardos* hodie dici legitur, non sine manifesto errore. Locus inter portum Liguidonis seu Longones 50. & Algarium 60. mill. pass. ab Ampuriis 20. conspicitur.

Turris Syllana *Tordesillas*, opp. Hisp. Tarrac. ad Durium fluv. in Vaccæis, inter Methymnam Campestrem 4. & Vilalpandum in Bor. 8. leuc. ac inter Valisoletum ad ort. 8. & Zamoram ad occ. 15. leuc. Octoduro propius. Vet. Tra.

Turrus *Torre* vel *Turre*, fluv. Carnorum apud Forum Julium decurrens, & in mare Hadriaticum apud Aquileiam influens. Plin.

Tursus, urbs Lucaniæ in Magnæ Græciæ conf. sedes episcopi Anglonæ, inde 12. mill. pass. distantis, & sedes ducis, *Tursi*. Scrip. Ital.

Turulis, *Rio de Morvedre* teste Ortel. *Rio Segura* teste Coquo, fluv. Hisp. ad urb. cognominem (quæ & Turulium, vulgo *Teruel*, episc. sub archiep. Cæsaraugustano, inde 36. leuc. Valentiam versus 24. quot à Dertusa) & Saguntum decurrens. In Thes. ling. Lat. *Turia* vulgo scribitur; cum hoc Latinum nomen sit, sicut & Duria. Ptol.

Turulum, Tzurulum Cedreno, *Ciorlo*, & *Ciorlich* vel *Zorlich* teste Leunclavio, urbs Thraciæ in via inter Hadrianopolim & Byzantium occurrens, inde 75. hinc 54. mill. pass. episc. sub archiep. Heracliensi, (eadem Turulea à Græcis nominatur) metropolis recens. Suidæ.

Turuntus, *Duina* teste Becano, fluv. Sarmatiæ Europææ ex Lituaniæ finibus per Livoniam fluens, ac in sinum Venedicum ad Rigam Livoniæ metropolim sese exonerans: licet aliis *Duina* Rubo apud veteres esse videatur. Ptol.

Tusca, *Guadilbarbar* teste Jo. Leone, fluv. Africæ in sinum Numidicum influens. Plin.

Tuscanienses, pop. Hetruriæ, quorum urbs Tuscania *Toscanella*, episc. inter Castrum ad occ. & Viterbium ad ortum, ac inter Mont. Physconem ad Bor. & Cornuetum ad Austrum 10. mill. pass. dissita, ad Martham fluv. Cujus episcopatus Viterbiensi copulatus est. Ibi equorum nundinæ frequentes. Ab Ascanio Æneæ filio condita putatur, uti marmorea inscriptio docet. Plin.

Tusci, & Thusci, pop. Italiæ antiquissimi, qui & Hetrusci, *Toscani*; & reg. Tuscia sive Thuscia, (utroque enim modo scribitur) quæ & Etruria, sive Hetruria, *la Toscana*, provincia Italiæ nobilissima, & antiquissima, peramplaque, inter Liguriam ad occ. Macra fluv. divisa, & Latium Umbriamque ad ort. Tiberi discreta, ad Arctos mont. Apennino à Gallia Togata separata, ad merid. pelago Tyrrheno definita, longa 284. mill. pass. lata nullibi 100. In duas regiones dividitur: in eam quæ passim *Toscana* nominatur, magno duci Hetruriæ subjecta, in qua Florentia, Sena, Pisa, & Aretium urbes claræ; & eam quæ patrimonium ecclesiæ dicitur, summo Pontif. subjecta, ab altera Pelia & Osa flum. fere separata (præter Perusiam, & Plebem ecclesiasticæ ditionis, extra patrimonium) in ea Viterbium cæteris urbibus præstat. Virg. lib. 10. Æneid. Strab. Plin. Liv. & al.

" *Quæ manus interea Tuscis comitetur ab oris.*

Idem lib. 11.

" *Bis Tusci Rutulos egere ad mœnia versos.*

Hic cavendus error in Thes. ling. Lat. ubi in Tuscia Pisaurum & Assisium, urbes Umbriæ, locantur.

Tusculanum *Grotta ferrata*, & *S. Maria di Grotta ferrata*, villa Ciceronis apud Tusculum, ubi M. Tul. Cic. quæstiones scripsit Tusculanas: nunc ibi cœnobium insigne monachorum. In Thes. ling. Lat. Tusculum pro Tusculanum villa Cic. dicitur. Cic.

Tusculum *Frascati*, colonia & urbs Latii episc. eversa apud Frascatam oppidulum, quod nomen Tusculi servat Stra. Liv. Plin. & al.

ſervat in pontificiis diplomatibus, quo ſe Pontifices tempore æſtivo recipere ſolent; urbs antiquiſſima, ante Ulyſſis & Circes tempora, inter urbem Romam & Labicum 12. mill. paſſ. Pop. Tuſculani. Hinc Tuſculus nom. gent. Mart. lib. 9. ep. 60.

" *Seu tu Pæſtanis genita es, ſeu Tyburis arvis,*
' *Seu rubuit tellus Tuſcula flore tuo.*

Tuſculum urb. à Friderico Ænobarbo exciſam traditur. Alii hoc à Telegono Ulyſſis filio conditum ſcribunt, velut Propert. lib. 2. eleg. 23.

' *Quid petis Æai mœnia Telegoni?*

Tyſclos à Steph. & Tyſclani pop. dicuntur, ſed male.

Plin. Mel. Tuſcum mare, idem Tyrrheno, *il Mar Toſco*, & *il Mar di Toſcana*, non ſolum Hetruriam, ſed & Latium, ac regnum Neapolitanum uſque ad fretum Siculum alluens.

Anton. Tuſdrum, opp. ſive urbs Africæ. Vide Thyſdrum, aut Thyſdrus.

Anton. Tutatio, *Iſchel* teſte Lazio, opp. Norici in Salisburgenſi ditione ad lacum Gemundenſem, unde Draunus fluv. effluit, inter Salisburgum ad occ. 7. & Raſtadium ad ort. 4. leuc.

Martial. Tutela *Tudela*, urbs Hiſp. Tarracon. ad Iberum fluv. in finibus Vaſconum, & regno Navarræ, à Pompelone regia 16. leuc. in Auſtrum, inter Cæſaraugustam ad ort. 15. & Calagurim ad occ. 8. Tutela item ſive Tutelæ *Tulle* urbs epiſc. inter recentes à Joanne 22. Pontif. maximo effecta, à Lemovicenſi diœceſi avulſa, ſicuti Maleaſa ex cœnobio Pictavenſ. diœceſeos.

Ptol. Tuticum, quod & Equotuticum Cic. & Ammiano, *Foggia* teſte Celſo Cittadino, opp. Apuliæ Dauniæ, in via olim inter Beneventum & Canuſium occurrens, inter Luceriam 12. & Sipontum ad Arctos 18. mill. paſſ. quod Hor. lib. 1. ſerm. ſat. 5. memorat, dicens; ----*quod verſu dicere non eſt*. Opp. hac tempeſtate primarium.

Prov. Rom. Tuvera, *Tuver*, urbs Sarmatiæ in finibus Moſchorum epiſcop. & principatus, à Moſcha regia 36. leuc. in Boream.

Strab. Plin. Ptol. Tyana, adhuc *Tiana* vulgo, urbs Cappadociæ archiep. inter Saſima ad occid. 32. & Fauſtinopolim in Eurum 18. mill. paſſ. apud Antonin. media fere inter Cæſaream ad Bor. & Tarſum urbem Ciliciæ ad merid. 75. mill. paſſ. utrinque apud Antonin. Hinc Tyanæus, & Tyanæius apud poetas, nom. gent. Ovid. lib. 8. metam.

" *Ora frutex oſtendit adhuc Tyanæius illic.*

Hic Apollonius natus fuit, maxime apud omnes ſcriptores celebris, qui diſcendi cauſa tot regiones peragravit. Scripſit inter alia de aſtrologica divinatione lib. 4. Eudoxi Gnidii Platonis contemporanei inſignis aſtronomi præceſſor. Hic * Septhiam, Meſſagetas, Albaniam, Iberiam, Mediam, Parthiam, Perſiam, Aſſyriam, Babyloniam, Arabiam, Palæſtinam, Ægyptum, Æthiopiam, & alias quamplurimas regiones diſcendi cauſa peragravit, teſte Cœlio Rhodig. [* Forſan Scythiam.]

Strab. Tyberis, qui & Albula, & Tyberinus, (eſt enim Tyberinus nomen fluvii, & regis) vide Tiberis. De quo Enn. lib. 5.

" *Teque pater Tyberine tuo cum flumine ſancto.*

Tyberis quoque à Virg.

' *Tuque O Tybri tuo genitor cum flumine ſancto.*

Eſt & Tyberis fluv. Ciliciæ Adanam urbem interluens, ubi pons lapideus mirabilis ſtructuræ, *Schelichmarch* vel *Schalechmarch* à Turcis dictus teſte Bellon.

Tybii pop. ſunt inter Getas & Thraces, à Philarcho, & à Plin. lib. 7. cap. 2. memorati, ſervilis & abjectæ conditionis, unde adagium ortum eſt (ut Syneſ. ad Euoptium ſcribit) *Inter Soſias & Tybios referre*, quoties immeritos in claſſem inferiorem quam merentur redigimus.

Tybur, urbs Latii. Vide Tibur. (Hæc namque nomina, Tyberis, & Tiberis, Tybur, & Tibur, paſſim ſcribuntur apud vet.) Pomis abundat. Ovid. lib. 1. de Ponto eleg. 4. *Mel.*

" *Quid referam veteres Romanæ gentis, apud quos*
' *Exſulibus tellus ultima Tybur erat?*

Hinc Tyburtinus nom. gent. Item Tyburtius, Virg. lib. 7. Æn.

" *Tum gemini fratres Tyburtia mœnia linquunt.*

Hor. lib. 2. ſerm. ſat. 4.

" *Picenis cedunt pomis Tyburtia ſucco.*

Tybur à Catillo Arcade conſtructum tradit Virgil. lib. 7.

" *Tunc gemini fratres Tyburtia mœnia linquunt,*
" *Fratris Tyburti dictam cognomine gentem.*

Pomis adeo abundat, ut pomoſum nominetur à Columella.

Tyde, Tudæ Ptol. (licet Ortel. neget) *Tuy*, urbs Hiſp. Tarracon. in Callaicis ad Minium fluv. epiſc. ſub archiep. Compoſtellano, inde 21. leuc. inter Bracaram ad Auſtrum 8. & Auriam ad Bor. 10. De qua Sil. lib. 3. *Plin. Sil.*

" *Oenea miſere domus, Ætolaque Tyde.*

A Diomede condita, & de patris nomine dicta.

Tyella, *Iudica* nunc teſte Fazello, opp. Siciliæ olim fuit Megaræ finitimum, ſeu, ut aliis videtur, erat Centuripis & Ineſſæ vicinum, quod & Hybla dictum putatur. *Diod. Sic.*

Tylleſium, ſeu Tyleſſium, & Tyleſſos apud Stephan. *Aiello* teſte Barrio vel *Agello*, opp. Brutiorum apud oram Calabriæ citer. & ſinum Terinæum, à littore 7. mill. paſſ. quot ab Amantia urbe, & à Tylleſio prom. (quod *Corica* nunc dicitur) opp. non incelebre, ſuper ſaxo conditum. *Lycophr.*

Tylus, inſ. ſinus Perſici, ab oſtio Euphratis navigatione 24. horarum in ortum diſtans. Hujus nominis duas inſ. habet Plin. in mari Rubro, 10. mill. paſſ. inter ſe diſtantes. Prior *Baharen* eſſe videtur, ab Armuza 100. leuc. Hiſp. in occid. diſtans, ubi unionum & margaritarum copia eſt. Tylos etiam oleis, ficubus, palmis, vitibus, variiſque pomorum generibus, præter gemmas, abundat. Ejus Dionyſ. lib. de ſitu orb. mem. ſic: *Arrian. Plin.*

" *Hic Tylos eſt ſuperans vaſtæ miracula terræ.*

Tymbriani, pop. inter Piſidiam & Lycaoniam; quorum urbs Tymbra, ſeu Tymbria in libro concil. epiſc. erat in Piſidia, Tymbrion Xenoph. ab Iconio 1500. ſtad. in Corum diſtans, verſus campum Cayſtri fluv. Erat & Tymbria vicus Cariæ apud Mæandrum fluv. & Myuntem urbem, inde 4. ſtad. ubi Avernus teſte Strabone. *Plin.*

Tympania, Tympanæa Polyb. Tympaneæ, & Typaneæ Stephano, *Strovifi* Nigro, *Verdogna* Caſtal. & Moletio *Leondari*, opp. Elidis mediterr. in Arcadiæ conf. Leprio finitimum, Typania Plin. Typanei populi. *Ptol.*

Tymphæi, pop. inter Epirum ad occ. & Theſſaliam ad ort. quorum oppid. Tymphæa Stephan. & Æginium Strab. *Strab.*

Tymphe, mons Epiri in Theſprotia reg. teſte Steph. Hic gypſum (quod Tymphaicum appellatur, Tymphaeticum Plin.) magna in copia reperitur.

Tymphreſtus, ſive Tymphryſtus, (ut alii legunt) mons Phthiotidis apud ſinum Maliacum. *Strab.*

Tyndaridæ, pop. Sarmatiæ Aſianæ, inter Zygios & Colchos. De quibus Dionyſ. Afer.

" *Intima ſed Ponti poſt fines Tyndaridarum*
" *Ægypto miſſi Colchi tenuere coloni.*

Tyndaris, Tyndarium Ptol. *lo Tindaro* & *S. Maria di Tindaro*, colonia & urbs Siciliæ olim epiſc. nunc exciſa, in ora littorali, ſive potius mari abſorpta, à Tyndaro Lacedæmonio patre Ledæ condita, & nominata. *Strab. Plin.*

Nunc

Nunc ibi tantum ruinæ, & sacra ædes Deiparæ Virgini dicata, inter Mylem ad occ. & Bor. 10. ac Pactis ad Austrum, 6. mill.pass. distans, à Messana 66. Pop. Tyndaritani Cic. Est & nomen Helenæ à Tyndaro dictæ: cujus mem. Virg. lib. 2. Æn.

" *Tyndarida aspicio: dant clara incendia lucem.*

Hinc Tyndarius nom. gent. Sil. lib. 15.

" *Tunc & Tyndarii Latias fortuna Tarenti*

' *Auxit opes*--------

Q. Smyrnæo. Typhonis ins. maris Ægæi ante Trojam: quæ & Calydna, & Typhonis scopuli apud Lycophr.

Steph. Typhrestus opp. fuit, & mons Trachiniæ, unde Sperchius fluv. ortum habet, idem Tymphresto apud Strab. Est & mons Milesiorum in Caria teste Lycophr.

Steph. Tyracinum & Tyracinæ *Randazzo*, opp. Siciliæ apud Ætnam mont. Vide Trinacia. Parvum appellat Steph. sed felix: cujus incolæ Tyracinæi dicuntur.

Strab. Ptol. Tyrambe, *Trapano* teste Molet. urbs Sarmatiæ Asiaticæ ad Mæoticam palud. inter ostia Rhombitis & Atticiti fluminum.

Herod. Ptol. Tyras, Tyra Strab. Plin. *Nester* Mart. Cromero & Herberstenio, fluv. cum urbe apud Ptol. & Steph. Sarmatiæ Europææ ex monte Carpate apud Premysliam urbem Roxolanorum (seu Rhutenicam) oriens, ac in mare Euxinum inter ostia Istri & Borysthenis ad Tyram urbem exiens. Cujus ostia ab ostio Istri Boreali 300. stad. in Bor. distant teste Strab. Ovid. lib. 4. de Ponto, eleg. 10.

" *Labitur, & nullo tardior amne Tyras.*

Ptol. Steph. Tyras, urbs Sarmatiæ ad ostia Tyræ fluv. quæ nunc *Moncastro* teste Herberstenio dicitur, *Zothezavia* Nigro, urbs præclara, à Taphris regia Precopensium Tartarorum 24. leuc. Germ. in merid. distans, in medio Oczacovia occurrente.

Iltin. Tyrii vel Tyrus, *Tiriolo* teste Barrio, oppidulum Magnæ Græciæ in colle apud Catacium urb. inde 6. mill. pass. Martoranum versus, à Scyllacio 9.

Virg. Tyrinthia, Tyrintha aliis & Tiryntha, urbs fuit Argis vicina, in qua Hercules nutritus traditur, unde & Tyrinthius cognominatur; cujus Virgil. mem. lib. 7. Æn.

' --------------*postquam Laurentia victor*

" *Geryone extincto Tyrinthius attigit arva.*

Ptol. Tyrissa, *Ceresei* teste Mercat. opp. Macedoniæ mediterr. in Emathia. Aliis est *Dinorigriza*, à Gyrtona 15. mill. pass. in Austrum, inter Castoriam 46. & Gonnum 35. Atraci finitima. Pop. Tyrissæi Plin.

Plin. Tyristasis, Tiristasis Demostheni, *Peristasi*, urbs Chersonesi Thraciæ episc. sub archiep. Heracleensi, in ora ad Propontidem. Vide Peristacium, seu Peristasis, quæ à Lysimachia 18. mill. pass. abest in Bor. & Cæc. sed extra Chersonesum.

Herod. Tyritæ, Tyrangitæ Ptol. Tyrigetæ Strab. Tyragetæ Plin. pop. Sarm. Europææ circa ostia Tyræ, & loca finitima incolentes.

Tyrolis. Vide Tirolis.

Plut. Herod. Halicarn. Tyrrheni, pop. insulares maris Ægæi, Lemnum, Imbrum, & alias insulas oræ Thraciæ incolentes; à quibus Tyrrhenicus sinus dictus est.

Strab. Sol. Tyrrheni item pop. Hetruriæ, iidem Thuscis & Hetruscis. De quibus Virg. lib. 11. Æn.

" *Tyrrheni, quæ tanta animis ignavia vestris?*

Hinc Tyrrhenia reg. Strab. eadem Tusciæ. Ovid. l. 14. metam.

" *Concurrit Latio Tyrrhenia tota: diuque.*

Hos omnes scriptores superstitiosissimos fuisse tradunt, uti inter alios Plutarch. in sympos. scribit. A quibus Romani ceremonias sacras edocti fuere. Thyrrheni à celeritate dicti sunt, antiquiores Pelasgis, qui nauticam ab illis didicerunt.

Vet. Insc. Tyrrhenica stagna, paludes circa ostia Iberi fluv. Unde etiam Tyrrhenum mare à Paulino & à Latino Pacato appellatur Hispaniam ibi alluens, idem Iberico.

Tyrrhenum mare, quod & Tuscum, & Inferum, & Notium teste Plin. dicitur, Thusciam, Latium, Campaniam, Picentes, Lucaniam, & Brutios, usque ad fretum Siculum alluens, vulgo *il Mar Tosco*, & *Mar di Toscana*. De quo Virg. lib. 1. Æn. Plin. Virg. & al.

" *Gens inimica mihi Tyrrhenum navigat æquor.*

Tyrseta apud Steph. opp. fuit Taunicum: cujus incolæ Tyrsetini.

Tyrsis, regia Saturni in ins. Beatis; locus fictus à poetis. Hom. Pind.

Tyrus, *Sur* Nigro, Postello, & aliis, urbs Phœnicis archiep. quondam clarissima, in ora, extincta, apud Palætyrum, inde 30. stad. quæ adhuc *Paletiro* dicitur, olim insula, ab Alexandro Magno juncta continenti, ut Q. Curt. l. 4. scribit, inter Sidonem ad Bor. 24. & Ptolemaidem ad Austrum 32. mil. urbes olim claras, nunc eversas, olim sub patriarch. Antiocheno, postea Hierosolymitano Innocentio 3. Pont. max. attributa. Durat archiepiscopatus. Sarra quondam dicta (ex quo nunc *Sur* nominatur) testibus Festo, & Aulo Gell. lib. 14. cap. 6. Unde ostrum Sarranum olim in pretio habitum. Hæc à Sultano Ægypti capta, & funditus eversa fuit, anno salutis 1292. urbis conditæ 2043. Olympiadis 517. anno 3. Populi Tyrii. Ejus mem. Virg. lib. 1. Æn. & alibi, cum aliis, quos inter Lucan. lib. 3. Cic. Strab. Plin. & al.

" *Et Tyros instabilis, pretiosaque murice Sidon.*

Hinc Tyrius nom. gent. Ovid. lib. 2. de arte amandi.

" *Sive erit in Tyriis, Tyrios laudabis amictus.*

Tyrus ab Alexandro magno expugnata, mirisque affecta malis, continenti aggeribus juncta fuit, ut Q. Curt. de gestis Alex. Hinc proverbium manavit, *Quæ ex antiqua Tyro*, de extremo malo. *Tyria maria* etiam apud Pomp. Festum proverbialiter dicuntur de re periculosa, valdeque turbulenta, qualia fuere maria Tyria; in quibus Tyrii transeuntes insequebantur, & capiebant. Tyrus ab Agenore Phœnicum rege ortum habuisse traditur, sicuti Sidon à Sichene. Hæc primum navigare cœpit teste Tibullo, lib. 1. eleg. 8.

' *Prima ratem ventis credere docta Tyrus.*

Tyrus, ins. parva ante Tyrum urb. quæ nunc *Pendoli* dicitur incolis teste Ortelio. Ptol.

Tyrus etiam, *Isola Bisentina*, insula intra lacum Volsinium, in qua S. Christina Virgo martyrium passa est, sic nunc à Bisento opp. illius dicta, inter Volsinios & Martham occurrens. Martyrol. Rom.

Tysca, regiuncula Africæ optime habitata, in qua olim 50. oppida erant: de qua lis inter Carthaginenses & Massinissam regem Mauritaniæ erat. App. Alex.

Tysdrus. Vide Thysdrus, & Tisdrus. A. Hirt.

Tzurulum *Zorlich*, & *Ciorlo* teste Leunclavio, urbs Thraciæ episc. media fere inter Byzantium & Hadrianopolim teste Crusio. Quæ aliis à Byzantio 20. mill. distare traditur in occ. Vide Turulum. Cedren. & al. Græcis

V.

VAbar, *Bismeo* teste Castaldo, oppid. Mauritaniæ Cæsariensis marit. inter Rusazum ad occ. & Saldas ad ort. occurrens. Ptol.

Vabrense castrum, & aliis Vabræ, *Vabres*, opp. olim, nunc urbs episc. Gall. Narbonens. sub archiep. Tolosano, in reg. Occitana, Biteris proxima, inde quatuor leuc. in Circium distans Albigam versus, à Joanne 22. Pont. maximo sede episcopali donata, & urbs ex cœnobio effecta. Pop. Umbranici Plinio esse videntur. G. Turo.

Vacallineus pag. *Vachlendorff* teste Ant. Morillonio, in Germania inferiori apud Arnwillerium oppid. pro- Vet. Insc.

proximus Bonnæ, inde 2. leuc. à Colonia Agripp. 6. in meridiem.

Cæs. Vacalos *Wael*, pars Rheni fluv. qui in Batavis Mosæ miscetur. Vide Vahalis. Vachalis Fort. lib. 6.

" *Perstrepit hoc Vachalis, illud Iberus aquis.*

Plin. Vacca, Vacua Strab. Vacus Ptol. Baccia Oros. *Vouga*, fluv. (cum opp. seu pago) Hisp. Lusit. inter Durium ad Bor. & Mundam ad Austrum in oceanum occid. fere medius decurrens, inter Lacobrigam & Portum: opp. vero ab Æminio in Bor. & à littore 3. leuc. in ort. recedit. Vacca item urbs Africæ, unde pop. Vaccenses, apud Sallust. de bello Jugurthino.

Strab. Plin. Vaccæi, pop. Hispan. Tarracon. per quos Durius fluv. labitur. Quorum reg. *Regno di Leon* dici potest: urbes Palantia, Pintia seu Vallisoletum, Octodurum, Sarabris, Sentica, Eldana, & alia oppida. Quos Sil. mem.

' ------------- *lateque vagantes*

' *Vaccæi* --------

Ven. For. Vachalis. Vide Vacalos, & Vahalis.

Ptol. Vacomagi, pop. Albionis in Scotia: quorum oppid. *Sterling* teste Hect. Boetho, præclarum, ubi reges coronari solebant, à Glasquo 20. & Dumblana 10. mill. distans. Aliis sunt Horestis & Taizalis finitimi, & in plures regiones seu tractus dividuntur, qui Boena, Gareotha, & Neslandia. Horum opp. Culenum & Bamsum. Ibi mons auri ferax. [Camdeno sunt ubi Moravia *Murray*.]

Ptol. Vacorium, *Villach* Jovio & Sabellico, urbs Norici non obscura ad Draum fluv. in Carinthia, inter Salisburgum ad occ. 24. & Labacum in ort. 12. leuc. atque inter Utinum ad merid. urbem Carnorum in Italia 14. & Claudiam seu Clagenfurtum in Bor. 6. in via quæ Flavianum seu Vienam ducit. Sed Laz. est *Straesburg*, opp. Gurco urbi proximum, milliario Germanico in Bor. Altenhoffum versus distans: vel ipsum *Altenhofen*, à Viruno 1. mill. in Austrum Vitopolim versus recedens.

Strab. Vacua, Vacos Ptol. *Vouga*, fluv. Lusitaniæ. Vide Vacca.

Hor. Vacunæ fanum *Vocone*, pag. Sabinorum Curibus proximus, inde 4. mill. pass. à Tybure supra 20. in occ. & Bor. à Reate 12. in occid.

Plin. Vacunæ nemora in monte Fiscello, ubi sacra Vacunæ à Sabinis fiebant. Ovid. lib. 6. fastorum.

" *Nunc quoque, cum fiunt antiqua sacra Vacunæ,*

' *Ante Vacunales stantq; sedentq; focos.*

Fuit Vacuna Dea (à qua nomen loco) quæ præerat otiosis & vacuis; cui post collectas fruges sacrificabant à laboribus vacantes, uti ex Ovid. loco citato.

Tac. Vada, *Wagening* teste Divæo, oppid. Batavorum in ducatu Geldriæ, inter Noviomagum 2. & Trajectum inferius 6. leuc. ad Rhenum, à Batavoduro 3. in ortum.

Strab. Vada Sabatia, Vadum Sabatium Plin. *Vai*, portus oræ Liguſticæ ad Sabatam urbem extinctam, (unde ei nomen) apud Savonam urb. ab ea 3. mill. pass. in occid.

Cic. Plin. Rut. & al. Vada Volaterrana, *Vada* etiam hodie, portus Hetruriæ ad ostia Cecinæ fluv. à Volaterris 8. mill. pass. in merid. distans, ubi nihil hodie præter turrim, à portu Liburno 20. mill. pass. in ort. Populonium versus.

Mart. Vadavero *Vadavicor*, mons Hisp. Tarracon. in Celtiberis, ab aliis montibus separatus teste Hieron. Paulo Barcinonensi. Alii legunt divisim Vada Veronem, seu Vada Veronis, illumque Celtiberiæ fluv. in Salonem influentem faciunt. De eo Mart. lib. 1. ep. 49.

Ptol. Vadeo regia, urbs Arab. felicis. Vide Badei regia vel Badeos.

Plin. Vadicasses, Vadicassii Ptol. pop. Gall. Celt. quorum tractus *le Vez de Constantin* (teste Pin.) nominatur in Normannia, & oppid. *Quarentan*, portus in ora Bor. à Baiocis urbe 8. leuc.

Plin. Liv. Vadimonis lacus, *Lago Vadimone* teste Fabricio, & *Lago di Viterbo*, in Hetruria, apud Viterbium. Sed Leandro est *Lago di Bassanello*, apud Hortam urbem, inde 4. mill. pass. & apud Tiberim; cui sententiæ locus Plin. magis arridet. Apud hunc lacum Romani Hetruscos insigni clade affecere anno urbis conditæ 470. Sed Vadimonis lacus alter ab eo qui describitur à Plinio, (in quo insulæ natare dicuntur) apud Longulam, ubi Hetruscorum exercitus in extremo discrimine fuit, apud Liv. legitur. Prop. lib. 4. el. 2.

" *Sex superant versus: te, qui ad Vadimonia curris,*

' *Non moror* -------

[Ubi vadimonia potius nomen appellativum.]

Ptol. Vaga, Vagense opp. Plin. urbs Africæ olim episc. sub archiepisc. Carthaginens. mediterr. extincta, ubi Hunnericus rex Vandalorum catholicorum persecutor misere obiit, Bagai D. Aug. & Vagal Ant. Sunt qui Vagalitanum episcopum à Vict. Uticens. memoratum hujus urbis episcopum putent; sed Vagalitanus à Vagensi apud Vict. diversus est. Sil. l. 3.

" *Tum Vaga, & antiquis dilectus regibus Hippon*

Anton. Ptol. Vaga altera, urbs episc. Maurit. Cæsariens. mediterr. hodie *Tegdemet* Villanov. & Molet. ab Oppido novo 72. mill. pass. hodie pene deserta, Juliæ Cæsareæ finitima.

Scrip. Brit. Vaga, *Gowy* vel *Gwy* Britannis, *Wy* Anglis, fluv. Albionis in Wallia, in Sabrinam apud Chepstovium opp. influens, teste Lelando.

Sil. Vagedrusa, fons Siciliæ apud Syracusas, eadem Arethusæ. De qua Sil. lib. 14.

" *Qui fontes Vagedrusa tuos, & pauperis alvei*

' *Hypaten*

Sil. Vageni, Vagienni Plin. (non Vageni, ut in Thes. ling. Lat. ex Plin.) Bagienni Varroni, Batieni Ptol. Bacienni Paterc. pop. Liguriæ apud ortum Padi fluv. quorum opp. vulgo *Vigon* quasi Vagenum, inter Taurinum 10. & Pinnarolium 8. mill. Bacienni tamen & Batieni diversi sunt à Vagenis: horum enim opp. Augusta Batienorum ad Padum in agro Ticinensi est, Vide ibi. De Vagenis Sil. lib. 8.

" *Tum pernix Ligur, & sparsi per rura Vageni.*

Script. Germ. Vagenum, oppid. Germ. quod *Wagenheym* vocant vulgo.

Ant. Vagniacum, *Maidstone* teste Camd. opp. Albionis in Anglia, inter Londinium 28. & Durovernum 34. mill. pass. ex Ant. in Cantio. Talboto est *Wrotham* pag. ejusd. tractus.

Ptol. Vagoritum, *Vogiron* hodie, olim oppid. Gall. Celt. nunc pagus in Britannia minore apud oram Boreal.

Ptol. Vagum, prom. Corsicæ in ora ad ortum versa, post Marianam urb.

Jornandi Vagus, fluv. Scandiæ, *Waga* teste Erberstenio.

Tac. Vahalis, Vachalis Fort. Vacalos Cæs. *Wael*, fluv. Germ. infer. per Batavos fluens, pars Rheni, ab eo post Embricam urbem descissus, ac penes Noviomagum & Tielam urbes Geldricas fluens, Mosæ ad Vorcum oppid. Hollandiæ congrediens. De eo lib. 4. Itin. German. sic;

" *Dordracum sero appulsimus; dein mane Vahalis,*

" *Sive Mosæ potius (tot enim jam cornua Rheni*

' *Nominibus gaudent) transivimus* -------

Anton. Valcum *Veltz* Simlero, *Valcowar* teste Lazio, oppid. Pannoniæ infer. & Hungariæ, ad Danubium, inter Varonianum ad Bor. & Bononiam ad Euronot. 4. leuc. à Mursa 3. à Quinque ecclesiis 10. in ortum.

Plin. Valdanus, *Valpo* Laz. fluv. Pannoniæ infer. Valpum opp. Hungariæ alluens, ac in Danubium ad Valcum infra Draum fluv. influens.

Va-

Ptol. Valena, *Valbach* Laz. opp. Pannon. super. in Hungaria ad Danubium, nunc pagus Strigonio urbi proximus. Situs tamen apud Ptol. repugnat.

Plin. Mel. & al. Valentia, *Valencia* Hispanis, *Valenza* Italis, urbs Hisp. Tarracon. in ora Contestanorum ad Turiam fluv. regni Valentini caput, ampla, nobilis, & elegans, à Barcinone 49. leuc. in merid. à Toleto 60. in ort. tot à Cæsaraugusta, à Dianio 10. in Bor. olim episc. sub archiep. Toletano, postea sub Alexandro 6. Pont. maximo archiep. & metrop. effecta. A Romo rege anno post diluvium 902. condita putatur. Hæc anno salutis 1238. ab Hispanis obsessa, deditione, abeuntibus Mauris, recepta est. De ea And. Resend.

" *Millibus à pelago sejuncta Valentia tangit.*
Hic academia, & totius regni conventus juridicus, elegantia, & pop. frequentia (si Ulyssipponem excipias quoad incolarum numerum) nulli secunda.

Ptol. Valentia altera *Valence*, colonia & urbs Gall. Narbonens. ad Rhodanum fluv. in Delphinatu, episc. sub archiep. Viennensi, inde 14. leuc. in merid. Avenionem versus 23. Valentino episcopatui Diensis hodie copulatus est.

Liv. Valentia item *Valencia al Meño*, opp. Hisp. Tarrac. ad Minium præclarum, in Bracarum & Calaicorum confinio, contra Tydem urb. Gallæciæ, fluvio intercedente, in regno Portugallico, à Bracara 8. leuc. in Bor. Est & Valentia opp. Gall. Cisalpinæ ad Padum fluv. amplum, ab Alexandria Statiellorum 7. mil. pass. à Ticino 27. *Valenza*, Hispanorum præsidium. Vide Forum Fulvii, & Forum Valentinum. Valentia quoque in Brutiis. Vide Vibo, & Hipponium. Pop. Valentini Plin. ibi, & in Sardinia.

Reginon. Valentianæ, Valentinianæ Reginoni, Valencenæ in vitis Sanctorum Belgii, Valentinianenses libro Notitiæ, *Valenchiennes*, urbs Belgii ad Scaldem fluv. Hannoniæ præcipua, & post Montes primaria, inter illos & Cameracum 7. leuc. à Tornaco 8. in meridiem.

Valentinum forum. Vide Forum Fulvii, & Valentia.

Scrip. Hisp. Valeranica *Berlanga*, opp. Hisp. Tarracon. in regno Castellæ ad Durium fluv. inter Numantiam & Uxamam, teste Jo. Mariana.

Anon. Ant. Vict. Valeria, reg. Pannoniæ super. inter Draum & Saum, ultra Draum extensa, nunc *Stiria*, & *Steyrmarck*, non tamen tota, sed ea pars quæ Hungariæ adjacet ad occ. Cujus urbes Græcium primaria & caput, Pœtovio, Castra Variana, Muræpons, & oppid. complura. Sedes principis est Græcium; quod olim Savaria (cum fluv. alluente) dictum putatur.

D. Greg. P. Diac. Valeria item reg. Latii juxta lacum Fucinum (ubi Valeria urb. quæ & Marsi, ad lacum prædictum, episc. ubi nunc Piscina opp. sedes episcopi Marsicani.) cujus urbes, Valeria sive Marsi, Carseoli, Amiternum, Furconium, & Reate. Via vero Valeria, quæ ad eas urbes ducebat per Tybur, à Strab. memoratur, vulgo *il Piano di S. Spirito*, & *della Cella*, teste Ciofano.

Plin. Ptol. Valeria *Valera*, colonia & urbs olim Hisp. Tarracon. episc. excisa, nunc pag. mediterr. apud Sucronem fluv. triplex, *Valera de Suso*, *Valera la Veja*, & *Valera Guemada*, teste Amb. Mor. à Concha urbe (quæ illi successit, episc. sub archiep. Toletano) 7. leuc. quæ in vet. inscr. appellatur Col. Jul. Valeria.

Cic. Valerii villa, Valeriana villa Vopisco, locus Brutiorum apud Rhegium urb.

Ptol. Valerius, *Ciradio* hodie, fluv. Corsicæ apud Niolum opp. oriens, & per agrum Nebiensem in mare Ligusticum decurrens ad arcem S. Florentii. Sed Volerius apud Ptol. in cod. Græco *Rigi* al. nam *Ciradio* est Circidius.

Vet. Tra. " Validum, *Gualdo* teste Blondo, oppid. Umbriæ inter Nuceriam urb. 7. & Sigillum opp. 6. mill. pass. Calium versus.

Vet. Insc. Valinsa, reg. Vallenses lib. Not. Valinsani in lib. concil. pop. Gall. circa Rhodanum, inter Allobroges ad occ. & Lepontios ad ort. ubi Seduni pop. & Veragri, nunc *Wallisserlandt* Germanis, & *Vallesiani* Italis, Helvetiis fœderati; quorum Sedunum urbs caput est.

Anton. Vallata, *Vanenza* seu *Vaneza* hodie teste Clusio, oppid. Hisp. Tarracon. in Vaccæis, & regno Legionens. circa Asturicam urb. inde 2. leuc. Legionem versus.

Ant. Vallatum *Veillenbach*, seu *Feillenbach* teste Lazio, opp. Vindeliciæ olim, nunc pag. Bavariæ, inter Abusinam & Summontorium 4. leuc. plus minus. Aliis *Pfal* dicitur.

Lib. Not. Vallenses. Vide Valinza, seu Valinsa.

Lib. Not. Vallencenæ, quasi vallis cygnorum, *Valenchiennes*, urbs Hannoniæ ad Scaldem fluv. circa Julii Cæsaris tempora condita ex vet. tradit. inter Cameracum ad Austrum 7. & Tornacum in Bor. 8. leuc.

Scrip. Gall. Vallesia, & Vallesii, seu Valesia, & Valesii, olim Seduni (tametsi Valesii magis Sedunis patent) reg. & pop. Gall. Belg. Allobrogibus & Helvetiis finitimi, sic à vallibus longis, vel mulus dicti, per quos Rhodanus fluv. inter ortum suum & Lemannum lacum decurrit, ubi Sedunum primaria urbs. Vide Seduni. Est & Valesia reg. Gall. Belg. inter Picardiam & Campaniam, in qua Silvanectum urbs; vulgo *Valois*.

Plin. Valli, pop. Asiæ inter montes Gordiæos & portas Caucasias.

Anton. Vallis Cariniana, sive, ut alii legunt, Carmiana, *Baboltza Carethna* teste Laz. oppid. Pannoniæ inferioris.

Prov. Rom. Vallis Ecclesiæ, seu Villa Ecclesiæ, urbs Sardiniæ episc. in ora occidua, inter ins. Sulcitanam & Calarim, *Villa di Chiesa*, à Calari 30. mill. pass. cujus episcopatus archiepiscopatui Calaritano junctus est. Appellatur & Ecclesiæ *Yglesias* apud script. Sardiniæ num. plur. eo sede episcopali Sulcitana olim translata.

P. Vict. Vallis Quirini, locus Romæ inter colles Quirinalem & Viminalem, ubi templum S. Vitalis.

Vet. Tra. Vallis regia *Vaire*, pagus in agro Genuensium apud mont. Apenn. à Genua 10. mill. pass. distans.

Scrip. Insub. Vallis Telina *Valtelina*, reg. Insubriæ in Rhætorum confinio, per quam Addua fluv. decurrit, inter ortum illius & Larium lacum 60. mill. pass. longa. A Telio castro nomen habet; licet nonnulli illam, ex quadam nominis allusione decepti, Volturrenam à vet. dictam velint. De hac maxima nostra tempestate inter Hispanos, Gallos, & Venetos decertatio fuit: ab Hispanis (quibus sese Valtelinenses dederunt) Greg. 15. Pont. max. tradita, & ejus judicio commissa; sed sub Urbano 8. Gregorii successore à Gallis & Venetis capta; nunc denique diu ducatu Mediolan. militaribus copiis gravato, pace inter Hispanos & Gallos confecta, rursus Pont. max. qui illam catholicis restituat, anno sal. 1626. amandatis copiis extra Italiam, restituenda putatur.

Vet. Tra. Vallisoletum (olim Pintia, ut aliquibus videtur.) *Valladolid*, urbs Hisp. Tarrac. in Vaccæis, & regni Legionensis confin. ad Pisoracam fluv. quam à Gothis anno salutis 625. conditam tradunt, olim sedes regum, nunc urbs episc. sub archiep. Toletano, ex primis Hisp. urbibus, à Burgis 22. leuc. in occid. & Africum, Salmanticam versus totidem, à Legione 18. à Philippo 2. rege urbs effecta. Ea totius Castellæ & adjacentium region. conventus est juridic. & academia haud obscura.

Ant. Vallum, *the Picts wall* adhuc dictum, murus Albionis, quem Hadrianus imperator inter Britanniam I. hoc est Angliam, & Britanniam II. hoc est Scotiam,

ad

ad reprimendas barbarorum incursiones, ædificavit, teste Æl. Spart. Vide Hadriani murus, sive Murus Hadriani: qui murus 80. mill. pass. in longitudinem à mari ad mare patebat. Vallum quoque seu murus Sinas à Seribus separans in longit. 600. mill. pass. prætenditur.

Ptol. Valon, fluv. Maurit. Tingitanæ in oceanum Atlanticum inter Exilissam ad Bor. & Tingim ad merid. exiens.

Lib.conc. Valvensis episcopus, idem Sulmonensi, in Pelignis, à Valva agro in territ. Sulmonis dictus. Cujus sedes aliquando à Sulmonensi separata fuit.

Ptol. Vanacini, pop. Corsicæ circa Sacrum prom. incolentes, nunc *di Capo Corso*, ubi Centurinum opp. in Bor. maxime vergentes.

Tac. Vandali, qui & Venedi, Fenni, & Sclavi posterioribus, pop. Septentrionales, qui non solum Germaniam ad oram maris Baltici, ubi ducatus Megalopolitanus est, Vandalia olim dictus, tenuere; sed etiam per Pomeraniam, Poloniam, Slesiam, Bohemiam, Russiam, & Dalmatiam, teste Alb. Krantzio effusi sunt; sicut & in Galliam, ac in Hispaniam progressi, ibi sedes in Bætica locarunt, quæ propterea Vandalia seu Vandalitia *Andaluzia*, magna ex parte, nominatur: inde in Africam trajicientes illam occuparunt, diuque hanc tenuerunt, sicuti & Sardiniam, sub Geinserico rege. Alii Vandalos, à Vanda regina dictos, primo in Polonia circa Vistulam fluv. habitasse ferunt. Alii à Vandalo Tuisconis filio. & Manni nepote, dictos volunt, ex Beroso. Reg. Vandalia & Vandalis apud poetas, gemina: una in Germ. *Meckelburg*; altera in Hisp. Bæt. *Andaluzia*. De Vandalis Prud. lib. 2. cont. Symmach.

" *Denique Romanus, Daca, Sarmata, Vandalus,*
Hunnus.

In Thes. ling. Lat. putantur esse qui Plin. & Strab. Vindelici dicuntur, errore manifesto; cum hi in Bavaria, illi in ora maris Baltici fuerint. A Vandalis nom. gent. Vandalicus deducitur. Unde Vandalici gladii apud D. Prosp. Aquitan. cladem Gallis à Vandalis illatum deplorantem sic:

" ---------------*Heu cæde decenni*
" *Vandalicis gladiis sternimur, & Geticis.*

Wandali etiam gem. v. scribitur.

Cæs. Ptol. Vangiones *VVorms*, pop. & urbs Germ. super. ad Rhenum, in Palatinatu, episc. sub archiep. Moguntino, Wormacia nunc, & olim Borbetomagus, inter Spiram ad Austrum 6. & Moguntiam in Bor. 7. leuc. urbs libera. Luc. lib. 1.

" *Vangiones, Batavique truces, quos ære recurvo*
' *Stridentes acuere tubæ*-------

In Thes. ling. Lat. ponuntur vicini Coloniæ Agrippinæ, à qua plurimum distant, intercedentibus Moguntia, Bingio, Bodobriga, Confluentibus, & Bonna.

Ptol. Vannia, (licet aliqui Vaunia legant) *Lovino* teste Ortel. opp. Bechunorum inter Insubres & Cenomanos, Caraccæ seu Carraeæ opp. finitimum.

Anton. Vapingum, Vapinquum Aimoino, Vapincum lib. concil. *Gap* teste Simlero, urbs Gall. Narbonens. in Delphinatu, apud Alpes Cottias, episc. sub archiep. Aquensi, inter Ebredunum 7. & Diam in occident. 9. leuc.

Vet.Tra. Vaprium, *Vavaro* teste Merula, opp. Insubriæ ad Adduam fluv. contra ostia Brembi fluv. in agro Mediolanensi non obscurum, à Mediolano 20. mill. pass. à Tritio 6.

Ptol. * Vara, *Murray Firth* teste Buchanano, fluv. Albionis per Moraviam reg. Scotiæ in ortum fluens. Aliis est *Cloyd*. Sed vide Bara. Quidam Varar perperam legunt. Est autem Varar, seu Vara, uti apud Ptol. etiam opp. Scotiæ ad ostia fluv. cognominis; quod *Dunbar*, quasi Varæ castrum nominatur. [* *Ouáрар* in Seld. man.]

Prov. Rom. Varadinum *Waradin, Wardein, & Varadin*, urbs Iazygum Metanastarum in Hungaria Transdanubiana, apud Transylvaniæ confinia, episc. sub archiep. Colocensi, inter Solnocum ad occ. & Albam Juliam ad ort. supra 12. leuc. inter Budam & Temesuariam, inde ad 80. hinc ad 60. mill. pass. totidem à Cibinio urbe Transylvaniæ.

Plin. Varamus, fluv. Venetiæ in Anassum sive Plavem apud Belunum urb. influens, *Varamo* adhuc nominatus; licet Leander *Caloro* dici scribat.

Ptol. * Varbara urbs fuit Maurit. Cæsariensis mediterr. Celamæ & Lanigaræ proxima, episc. sub archiep. Cæsariensi. [* Urbara rectius, ut in plerisque codicibus.]

Vet.Insc. Varcilienses, pop. Hisp. Tarrac. quorum pag. *Varcile* teste Mor. ad Tagum fluv. apud Toletum. Alibi ab eod. Mor. *Valtierra* op. putatur. Et Henr. Coq. est *Arganda*, opp. Compluto finitimum, inde 4. leuc. Cincum versus.

Plin. Vardæi, pop. Dalmatiæ, apud Cumanum sive Onæum prom. nunc *Pilari*; quorum urbs Stagnum nominatur. Hos Plin. vocat populatores Italiæ.

Plin. Mel. Ptol. Varduli, pop. Hisp. Tarracon. ad oram oceani Cantabrici, in Aquitaniæ confinio, inter Vascones & Cantabros. Quorum reg. *Guipuscoa* teste Steph. Garibæo dicitur: cujus Tolosa opp. primarium est.

Anton. Varentanum *Valentano*, opp. Thusciæ mediterr. apud lacum Volsiniensem in ducatu Castrensi, ab Aquula 10. mil. pass. in merid. quot à Mont. Physcone in oc.

Ptol. Vargiones, pop. Germaniæ in Suevia circa ortum Danubii; quorum tractus *Bar* vel *Baar* comitatus nominatur.

Strab. Plin. Ptol. Varia, *Varea* teste Steph. Garibæo, opp. Hispan. Tarracon. ad Iberum fluv. ubi is incipit navigari, quasi 2. mill. pass. à fluv. distans, apud Logronium; sed teste Mor. est ipsum *Logronno*, urbs in confinio Castellæ vet. & Navarræ ad Iberum: quod potius Varia nova dici debet, Varia vero vetus *Varea* nunc pagus.

Anton. Variana, quæ & Variana castra lib. Not. *Warasdin* teste Lazio, opp. Pannoniæ super. in Stiria, apud fines Hungariæ & Croatiæ, à Pœtovione 4. leuc. in ortum, apud Draum fluv. Vel teste eodem *Waram* pagus ejusdem tractus.

Variana item Antonino, *Braunicero* teste Laz. oppid. Mysiæ infer. apud Danubium, ultra Ciabrum fluv. 30. mill. pass. ab Oesco 15. in occid. Licet Ortel. Variana Mysiæ cum Varianis Pannoniæ confundat.

Anton. Varianus vicus, *Figarolo* teste Leand. quasi vicus Aurelii, pag. Venetiæ apud Padum fluv. à Ferraria urbe 15. mill. pass. in occ. Licet distantia apud Ant. repugnet; ponitur enim à monte Aneiano 17. mill. pass. distans: ubi forte 27. legendum est.

Tac. Varini, Varrini Plin. pop. Germaniæ, quos varie indigitant: nam Willichio *Neuwe Marckt* i. e. Nova Marchia eorum reg. est, in qua Francfurtum urbs ad Oderam; Althamero sunt Warmienses in Prussia (sed hi sunt in Sarmatia, non in Germ.) Lazio vero horum opp. *Veringen* est in Suevia, inter Pfullendorfum ad Austrum 3. & Reutlingam ad Bor. supra 2. leuc. à Tubinga 3. in Euronotum.

Anton. Varis, *Bod-Vary* Camd. opp. Albionis in Wallia in comitatu Flintensi, inter Segontium ad occ. 43. & Devam in ort. 32. mill. pass. non longe ab urbe Asaphensi, & ostio Tœsobis fluv. Igeniæque *Tegengil* oppid. vicinum.

Ptol. Varisti, qui Narisci Tac. videntur (utroque enim modo apud Capitolinum legitur) pop. German. Vide Narisci.

Scrip. Pol. Varmia *Warmerlandt*, reg. Prussiæ in Sarmatia & regno Polonico; cujus episcopus Varmiensis Brunsbergæ urb. claræ inter Dantiscum & Regium mont. residet.

Niceph. Varna, quæ & Barne, urbs arch. Mysiæ inf. apud oram maris Euxini, Calati nunc *Calliacra* finitima, in Austrum

Austrum recedens, olim Dionysiopolis, eadem metrop. cum Tiberiopoli, licet urbes distinctæ sint.

Anton. Varonianum, *Baronivar* teste Lazio, opp. Pannoniæ infer. apud Danubium, inter Altinium ad Bor. & Valcum ad merid. supra 4. leuc. à Quinque ecclesis 7. in ortum, comitatus non obscurus.

Cæs. Strab. Plin. & al. Varus, *le Var* Gallis, *il Varo* Italis, fluv. Liguriam Italiæ reg. à Gallia Narbonensi, sive à Provincia, separans, ex monte Cema profusus, ac in mare apud Nicæam urbem, inter illam & Antipolim, prolabens. Cujus ostia à Templo Veneris, sive à Venere Pyrenæa, 277. mill. pass. in Bor. distant, seu 2600. stad. ex Strab. Ejus mem. inter alios Luc. lib. 1.

" *Finis & Hesperiæ promoto milite Varus.*

Auson. Sidon. Amm. Vasatæ, & Vasates (Vassatæ Anton. Vassei Plin. Vasarii Ptol.) licet Ortel. Vassates scribat, *Bazas*, pop. & urbs Aquitaniæ episc. sub archiep. Auscensi, inter Burdigalam 10. & Auscos 18. leuc. Tractus *Bazadois*. Auson. edyll. 2.

" *Vicinas urbes colui, patriaque domoque;*
' *Vasates patria, sed lare Burdigalam.*

Scribitur passim Vassatæ, & Vassates, ac Vasatæ, & Vasates.

Plin. Tac. Ptol. Vascones, pop. Hisp. Tarracon. ad mont. Pyrenæi radices, in Aquitaniæ confinio (quorum reg. *Navarra* teste Tarapha cum aliis) qui montes Pyrenæos in Aquitaniam transgressi, illi nomen suum indidere: nam pars Aquitaniæ inter dictos montes, & Garumnam, & oceanum Aquitanicum comprehensa, *Gascoigne*, & Italis la *Guascogna* nominatur. Porro regnum Navarræ, suo rege defuncto, Ferdinandus rex Castellæ & Arragoniæ, post regnum Granatense recuperatum, victis Arabibus & ejectis, regno Hispaniæ adjunxit anno sal. 1492. Romani Pontificis autoritate. Juvenal. sat. 15. Vasconum mem.

" *Vascones (ut fama est) alimentis talibus usi.*

Auson. Vasconiæ saltus, Vasconum saltus Plin. tractus inter mont. Pyrenæum & oceanum, pars Hisp. in Guipuscua reg. Vasconiæ mem. Auson. in epist. ad Paulin. 25.

" *Vasconiæ saltus, & ninguida Pyrenæi.*

Plin. Mel. Vasio, Vasion Ptol. Vassionensis urbs Sidonio, Forum Vocontiorum Cic. *Vaison* teste Cœnali, urbs Gall. Narbon. in Provincia, apud fines Delphinatus, in comit. Avenionensi, episc. sub archiep. Avenionensi, inde 10. leuc. in Bor. ab Arausione 6. à Carpentoracte supra 4.

Auson. Vassates. Vide Vasatæ & Vasates.

Plin. Vassei. Vide Vasatæ, nam iidem putantur.

Script. Ital. Vastalla *Guastalla*, opp. Galliæ Tog. haud obscurum ad Padi fluv. ripam, Luceriæ opp. proximum, inter Regium Lepidi & Mantuam, utrinque 18. mill. pass. Parmæ propius, nuper ducali titulo insignitum. Vide Guardistallum sive Guardastallum, varie enim apud scriptores Latine nominatur.

Mart. Vaternus, (Vide Vatrenus) fluvius.

Vaticanum *Baticano* vel *Vaticano*, prom. Bruttiorum in ora Calabriæ ulterioris, inter Tropeam & Nicoteram ad 4. mill. pass. apud Ioppolim opp. ubi sinus Hipponiates terminatur.

Juven. Prud. Vaticanus mons, unus ex 7. montibus urbis Romæ, *il Vaticano*; ubi S. Petri basilica, omnes alias basilicas in toto orbe terrarum magnitudine superans, & palatium Pontificium amplissimum: sic à vaticiniis, quæ ibi fiebant, teste Gell. lib. 16. cap. 17. dictus. Cujus memin. Juven. sat. 6.

" *Et Vaticano fragiles de monte patellas.*

Plin. Martial. Vatrenus, Vaternus Mart. *Santerno*, fluv. Æmiliæ ex Apenn. monte supra Florentiolam oppid. oriens, ac penes Forum Cornelii decurrens, & in Padum infra Lucum oppid. inter Ravennam & Argentam 15. mill. pass. influens. Cujus memin. Mart. lib. 3. epigr. 67.

" *Cessatis pueri, nihilque nostis,*
' *Vaterno Rasinaque pigriores?*

Vatuca, *Valckenburg* teste Marl. opp. Germ. infer. in finibus Eburonum, apud Trajectum superius, inde 2. leuc. in ort. Aliis est *Hertzogenrode* oppidulum inter Juliacum & Aquisgranum, & Varnica legendum volunt. Aliis est ipsum Juliacum. Sed errant, cum apud Cæsar. Atuatuca legatur, idem quod Atuacutum Ptol. urbs Tungrorum, quæ *Tongeren* adhuc appellatur. Vide Tungri, & Atuacutum. Cæs.

Vaunia, opp. Venetiæ, Insubriæ finibus propinquum: quod hodie *Lovino* dici putatur. Vide Vannia. Ptol.

Vaurium & Vaurinum *la Vaur*, urbs Gall. Narbon. episc. sub archiep. Tolosano, inde 6. leuc. in Bor. à Joanne 22. Pont. max. sede episcopali decorata, & à Ruthenensi diœcesi separata, sicuti urbs Castrensis ab eodem Pont. ab Albigensi episcopatu divisa & episc. effecta. Prov. Rom.

Ubii, pop. Germ. infer. qui & Agrippinenses: quorum exstat adhuc pag. *Ubich* in territ. Juliacensi, teste Ortel. His Trevirenses contermini, ut lib. 6. Itin. Plin. Tac.

" *Post Ubios, tandem Trevirum succedimus urbi:*
' *Mox claram petimus, magnificamq; Metim.*

Ubisci, Vibisci Ptol. pop. Gall. Aquit. suntque Burdigalenses, uti Cubi Bituriges. De quibus vide ibi. Plin.

Ucetia *Usetz* & *Uzes*, urbs Gall. Narbonens. à Nemauso 4. leuc. Vide Utica. G. Tur.

Ucubis, *Lucubi* adhuc teste Andrea Navagerio, olim opp. nunc pagus Hisp. Bæticæ apud Alcalam Regalem in regno Granatens. & Ateguam. Videtur idem Atubi; sed Attubi Plin. & Liv. scribitur, ab Aspavia 20. mill. pass. distans. A. Hirt.

[Ucultiniacum, Hispaniæ Bæticæ urbs, quæ nunc Curiga dicitur inquit Plin. Acurgia à Ptolem. vocari scribit Pintianus; apud quem tamen Curgia legitur.] Plin.

Udini, pop. Asiæ in Albania ad fauces maris Caspii. Plin.

Veca *Villa Viciosa*, oppid. Hisp. Tarracon. in ora Asturum, medium inter Saliam ad ortum, & Gygiam ad occ. 9. leuc. portus, & opp. non ignobile. Plin.

Vecilius, mons Latii circa Algidum oppid. & nemus. Liv.

Vectis, Vecta Eutrop. Victesis Ptol. cui alibi Vectis, *Wight* Anglice, & *Gwyah* Britannice teste Lhuydo, ins. Albionis, oræ Australi Angliæ proxima, contra Trisantonis fluv. ostia, & Antonam urbem & emporium. Plin.

Vectones, Vettones Strab. & App. ac aliis, pop. Hisp. in Lusitania: quorum reg. Vettonia à Prud. dicitur, vulgo *Extremadura*, extra regnum Portugallicum. Hos Andr. Resend. usque ad Durium fluv. in Arctos ex Plin. sententia extendit: vel alios esse Vectones, qui ad Durium extra Lusitaniam pertingunt, à Vettonibus, qui ad Lusitaniam spectant, circa Tagum in ortum extensis, quorum metrop. fuit ex Prud. Emerita, & penultima in illis corripitur; in Vectonibus autem producitur. De Vectonibus Luc. lib. 4. Cæs. Plin. Liv. & al.

" *Vectonesque leves, profugiq; à gente vetusta*
' *Gallorum*--------

De Vettonibus vide infra.

Vedra, *Were* teste Camd. (non *Twede* ut habet Ortel.) fluv. Albionis per Northumbriam * ex Cheviota mont. in ortum fluens, ac Dunelmum urb. alluens, Tueda Australior. [* Non ex Cheviota, nec per Northumbriam fluens, sed in agro Dunelmensi oriens, secundum Camdenum & alios.] Ptol.

Vediantii, Vesdiantii Ptol. pop. Alpini Liguriæ (licet nunc in Gall. Narbonensi censeantur) ad Alpes maritimas. Quorum urbs Sanitium *Senes*, in Provincia, episc. sub archiep. Ebredunensi, inde 5. aut 6. leuc. in meridiem. Plin.

Scrip. Belg. Vegesatum, Vinsatum Gemblacensi, *Weset*, & Gallis *Vise*, opp. Belgii in finibus Eburonum, ad Mosam, medium inter Leodium & Trajectum 2. leuc.

Ant. Vegesela, Vegesila D. August. urbs fuit Africæ mediterr. in Numidia, à Sufetula 30. mill. pass. à Thevesta 40. in Boream.

Ptol. * Vegia, Vegium Plin. *Veggia* etiam hodie, ins. Liburnicæ oræ proxima (cum urbe cognomine episc. sub archiep. Jaderensi) longa 30. mill. pass. inter Absyrtides ad occid. & Arbam ad ort. circuitu 80. olim juncta continenti, cujus urbs inter Crepsam ad occid. & Seniam ad ortum quasi 12. mill. pass. dissita est. [Οὐετία in Seld. man.]

Suet. Veientanum villa erat Liviæ Augustæ apud Veios. Cui Augustæ in eo loco moranti aquilam advolasse ferunt, ac gallinam albam cum ramulo lauri in illius gremio demisisse. Quæ gallina mox tantam pullorum sobolem protulit, ut locus adhuc Ad Gallinas vocetur. De qua re Tranquil. in Galba.

Liv. Plin. Veii, Veiens Cat. lib. orig. cui & Larthenianum, colonia & urbs olim episc. antiquissima Hetruriæ, apud Tiberim, media fere inter urbem Romam & Fescenniam 14. mill. pass. à Comero condita, & à Camillo longa 10. annorum obsidione capta, & excisa, posteaque refecta. Locus hodie *Marteniano* teste Leandro, & aliis *Veiana* in Ursinorum ditione. Hæc urbs à Romanis capta & excisa fuit anno urbis conditæ 358. Ex cujus ruinis Urbs Castellana in finibus Faliscorum condita videtur, ex multis ibi repertis inscript. marmoreis, licet à loco Veiorum supra 12. mill. pass. absit. Quæ urbs Fabiorum cæde memorabilis est. Ovid. lib. 2. fast.

" *Hæc fuit illa dies in qua Veientibus arvis*
' *Ter centum Fabii ter cecidere duo.*

Apud Veios puer biceps natus est, & Sinuessæ unimanus sub Tib. Sempr. Graccho, & Romæ tres soles visi sunt, teste T. Liv. l. 1. dec. 5. Pop. Veientes Liv. & Veientani Plin. Veientana vina Martial. lib. 3. epigram. 49.

" *Veientana mihi misces, tibi Massica potas.*

Luc. lib. 7.

" *Fabula nomen erit: Gabios, Veiósque, Coramque.*

Vet. tab. Veiturii, *Voltagio* seu *Ottagio* teste August. Justin. opp. Liguriæ in finibus Genuensium, intra mont. Apennini radices, medium inter Genuam & Dertonam 20. mill. pass. Aliis potius *Voltri*, *Vultri* seu *Vutri* esse videtur, opp. aut pag. oræ Ligusticæ à Genua 10. mill. pass. in occ. Savonam versus: nomen enim magis arridet.

P. Vict. Velabrum, vicus olim Romæ celebris: locus nunc in foro olitorio apud mont. Aventinum, *S. Giorgio in Velabro* nominatur; erat enim inter illam ædem, & ædem S. Anastasiæ. Cujus memin. Tibull. lib. 2. eleg. 5.

" *At qua Velabri regio patet, ire solebat*
' *Exiguus pulsa per vada linter aqua.*

Hinc Velabrensis nomen gent. Martial. lib. 13. epigram. 29.

" *Sed Velabrensem qui bibit, iste sapit.*

Velabrum à velatura dictum est teste Varrone. Alterat in foro boario, ubi olim templum erat Herculis, & Vestæ, seu Matutæ: nunc ibi ædes S. Stephani rotundi.

Plin. Ptol. Velauni, Vellaunii Cæs. Vellæi Strab. pop. & urbs Aquitaniæ ad mont. Cemmenum, Arvernis, Gabalis & Ruthenis finitimi. Quorum reg. *Velay*; urbs vero *S. Flour*, teste Jo. Poldo, Ptol. Ruesium, episc. sub archiep. Bituricens. à Jo. 22. Pont. max. sede episcopali donata, inter Claromontem 14. & Ruthenos 10. leuc. Gabalis propior. Aliis urbs Velaunorum est Podium, *le Puy en Velay*, episc. antiquior: quod verius est, cum Floropolis sit urbs recens. Apud Plin. Velauni sunt pop. Alpini in Gall. Narbon.

* Velcera, *Boccariz* & *Bocckarin* Thev. & Mol. vel *Bacharin*, opp. Liburniæ marit. inter Tarsaticam ad occ. 12. & Seniam urbem ad ort. 24. mill. pass. [* Οὐολκέρα in Seld. man.] *Ptol.*

Velcurium *Feldkirck*, urbs Rhætiæ, Campus ecclesiæ Latine, à Curia 5. leuc. Campidonam versus distans, non obscura. De qua lib. 6. Itin.

" *Hic quoque Velcurio natus, qui physica scripta*
' *Edidit*---------

Ant. Plin. Veldidena, *Wilten* teste Laz. opp. olim, nunc pagus Norici in Vindeliciæ conf. in com. Tyrolensi, apud Oenipontem, à Parthano 18. mill. pass. Oenipontem versus, in Bavariæ confinio.

Ptol. Velia, * Veleia lib. Not. Beleia Anton. *Veleja* teste Mor. opp. Hisp. Tarracon. inter Virovescam ad occ. 41. & Aram Cœli 47. in ort. Pompelonem versus, ex Ant. in Castella vet. Pop. Velientes Plinio. [* Sicut & in Seld. man.]

Cic. Strab. Plin. & al. Velia, quæ & Helia à Plin. Elea & Hyela teste Strab. dicta est, urbs Lucaniæ episc. in ora littorali excisa ad fin. Pæstianum, inter Pæstum 200. & Talaum ad ort. 400. stad. à Phocensibus sub Cyri tempora condita, seu post Æneæ in Italiam adventum ann. 600. una cum Massilia, teste Aul. Gell. lib. 10. cap. 16. Ea nunc jacet ubi *Castel à mar della Brucca*, ab ostio Silari 50. mill. pass. in ort. versus Talaum. De ea Hor. lib. 1. epist. 15.

" *Quæ sit hyems Veliæ, quod cœlum, Valla, Salerni.*

Flor. Ptol. Velica, seu Vellica, *Victoria* ut nonnullis videtur, vel *Vittoria*, urbs Hisp. Tarracon. in Cantabris, inter Logronium ad merid. & Flaviobrigam seu Bilbaum ad Arctos 10. leuc. Sed Victoria est urbs recens, ab Hispanis ob devictos Mauros condita.

Sidon. Velicer, *Berckel* in tab. recent. fluv. Germaniæ ex territ. Monasteriens. in Westphalia oriens, ac per Transisalanam reg. fluens, Isalæ ad Zutphenum urb. Geldricam congrediens. Ortel. *Aa* videtur, qui & per Transisalanam in Isalam labitur: quod minus probatur.

Cic. Plin. Tac. Velinus lacus *Lago di Pie di Luco*, Sabinorum in Umbriæ confinio, inter Reate urbem Sabinam, & Interamnam urbem Umbriæ ad 12. mill. pass. per quem Velinus fluv. labitur, apud Reate fluens. Appellatur apud Varron. palus Reatina. Est & Velinus portus apud Veliam urb. Lucaniæ eversam: cujus mem. Virg. lib. 6. Æn.

' ---------------aut tu mihi terram
" *Injice, (namque potes) portusq; require Velinos.*

Idem de fluvio lib. 7.

" *Sulfurea Nar albus aqua, fontesque Velini.*

Velina vero reg. urbis Romæ monti Palatino juncta fuit, unde Velina tribus teste P. Victore. In Thes. ling. Lat. hinc lacus Velinus dictus scribitur; cum longe absit ab urbe, in Sabinis.

Liv. Halicarn. Suet. & al. Velitræ, Belitra Steph. Vælitræ Dioni, *Veletri* & *Belitri*, colonia & urbs Latii episc. in via Appia, à Roma 20. mill. pass. in Eurum Privernum versus distans, Albæ & Ariciæ vicina ad 3. & 4. mill. antiquissima, ab Anco Martio rege expugnata. Ibi nunc sedes est episcopi Ostiensis. Pop. Veliterni Plin. & Liv. Velitrani Halycarn. De ea Sil. lib. 8.

" *Setia, & incelebri miserunt valle Velitræ.*

Velitræ oviferæ, à magnitudine & copia ovorum, dicuntur. Veliterni cum Romanis diu & non semel bellum gessere, ut apud Liv. legitur.

Ptol. Vellanis, *Larzii* teste Lazio, opp. Mysiæ super. Vendenidi proximum, in ortum distans.

Cæs. Vellaunii, pop. Aquit. Vide Velauni.

Cæs. Vellaunodunum, opp. Gall. Celt. quod Cœnalis & Ortelius idem faciunt Antissiodoro Ant. & Autrico Ptol. Aliis est *Chasteaulandon* teste Vigenereo. Aliis *Veron*, oppidulum apud Senones: quod magis probatur,

tur, cum Cæs. illud opp. Senonum vocet, & nomen arrideat. Vellaunodunum vero aliis oppid. est quod nunc Villanova dici putatur.

Ptol. Vellica, urbs Cantabrorum mediterr. quæ Villanovano & Henr. Coquo *Victoria* urbs, Alavæ reg. caput, esse putatur, inter Bilbaum 10. & Burgos 23. leuc. à Pompelone 16. in occ. Sed Garibaius refragatur, quod Victoria urbs sit recens, ab Hispanis condita ob victoriam adversus Mauros habitam.

Plin. Velocasses, Veneliocasii Ptol. pop. Gall. Belg. in conf. Celticæ, circa Sequanam fluv. [*Vergassins* Divæo, *Veulquessins* Ortel.] quorum reg. *Vilcassin* & *Vulxin* vel *Vexin*, inter Picardiam & Normanniam. Cujus reg. caput est Gisorium seu Cæsortium opp. *Gisors*, quasi Cæsaris otium, Bellovacis propinquum, inde 5. leuc. Lutetiam versus 12. Verocasses videntur Cæs. Sed puto Velocasses esse Baiocenses in Normannia; Verocasses autem Vilcassinos circa Sequanam: Cæsar enim eos inter Caletes & Veromanduos recenset.

Ptol. Veluca, Voluce Ant. *Cannatanazor* teste Hieron. Zurita, opp. Hisp. Tarracon. inter Uxamam & Numantiam 25. mill. pass. ex Itin. Antonini.

Anton. Vemania, *Wangen* teste Siml. opp. Rhætiæ in Suevia, medium inter Campodunum & Lindavium ad lacum Brigantinum 3. leuc. ab Augusta 13. à Brigantia 14. mill. pass. Campodunum versus 15. ex Antonino.

Cic. Strab. Plin. & al. Venafrum *Venafri*, colonia & urbs Samnii (non Campaniæ, ut in Thes. ling. Lat.) in Campaniæ confinio, ad Vulturnum fluv. episc. sub archiep. Capuano, inde 22. mill. pass. Aquilam versus, inter Atinam ad occ. 19. & Eserniam ad ort. 10. olei ferax. Apud Venafrum fons Acidulus est, qui calculosis medetur teste Plin. libro 31. c. 2. Hinc Venafranus nom. gent. Ejus, & olei Venafrani memin. Martial. lib. 13. epigram. 95.

' *Hoc tibi Campani sudavit bacca Venafri.*

Venafrus etiam nom. gent. ut oleum Venafrum apud Varr. lib. 1. de re rustica.

Script. Brit. Venantodunum, quasi Mons Venatorum, *Huntendune* teste Lelando, *Huntingdon* nunc, opp. Albionis in Anglia.

Plin. Mel. Venaria, inf. parva maris Tyrrheni inter portum Veneris & ostia Macræ, angustissimo freto à portu Veneris divisa, vulgo *il Giro*. Veneria inf. à S. Venerio abbate dicta; & sic forte legendum apud Plin. Venaria vero apud Melam est inf. parva in sinu Formiano.

Script. Pol. Venda *Wenden*, urbs Livoniæ episc. sub archiep. Gnesnensi, à Sixto 5. Pont. maximo sede episcopali donata, inter Rigam 12. & Torpatum 16. leuc.

Ptol. Vendenis, *Ravenicz en* teste Laz. opp. Mysiæ sup. ad Nestum fluv. Nesso opp. proximum, à Scupi 25. mill. pass. in occ. versus Nessum.

Strab. Vendum, *Windischgratz* teste Laz. op. Iapodum in Norici, Pannoniæ, Liburniæque confinio, apud Colapim fluv. Metullo opp. finitimum.

Plin. Tac. Venedi, Venedæ Ptol. pop. Germ. Boreales, quorum reg. *Winlandt*, seu *Finlandt* teste Erberstenio, ad fin. Venedicum, ad Suedicum regnum spectans, Finlandia Lat. rec. Cujus urbs episc. Viburgium sub archiep. Upsalensi, inter Stocholmiam Suediæ regiam, & Novogardiam maximam Moschorum urbem in Cæciam, supra 80. leuc. Germanic.

Ptol. Venedicus sinus, Clylipenus Plin. *Frischaff* teste Mario, *Pautzkerwyck* teste Ortel. sinus maris Baltici inter Finlandiam & Livoniam. [Forsan potius apud Dantiscanos.]

Script. Brit. Venedotia, *Gwinedhia* teste Lelando, reg. Albionis in Cambria i. e. Wallia, ad Boream, *North-Wales* Anglice.

Ptol. Cæs. Plin. Veneli, Unelli Cæs. pop. Gall. Celt. qui *Percherons* hodie, quasi Pertienses, & reg. *la Perche* comitatus teste Becano dicuntur, inter Carnutes, Normannos, & Cenomanos. Cujus op. primaria Bellismum *Bellesme*, inter Carnutes 15. & Alenconium 7. leuc. & Mauritania *Mortaigne*, à Bellismo 7. leuc. in Bor. Sed errant qui hic Venelos indigitant: nam illos Cæsar inter civitates Armoricas oceanum attingentes reponit, & Ptol. eos locat inter Lexovios & Biducesios; Perticenses autem longe distant ab ora maris Britannici.

Veneliocasii, pop. Gall. juxta Sequanam fluv. Verocasses Cæs. quorum reg. *Vulxin*, & opp. primarium Gisorium *Gisors*, à Bellovacis 5. leuc. in occ. & à Pontisara 6. in Bor. Vide Velocasses. Ptol.

Veneria, inf. Vide Venaria. Fuit etiam cognomen Siccæ urbis in Africa, & Nebrissæ urbis in Hisp. Bætica teste Plin. Plin.

Veneris fanum, Aphrodisium Ptol. Venus Pyrenæa Plin. *Cabo de Creuz*, prom. & opp. Hisp. citer. in conf. Gall. Narbonens. Vide Aphrodisium. Strab.

Veneris inf. in Marmarica. Vide Aphrodites, & Læa; ubi error detegitur eorum, qui illam Marmaricæ tribuunt, cum illam Ptol. Cyrenaicæ tribuat, & alteram Ægypto ad sin. Arabicum. Ptol.

Veneris portus *Porto Venere*, oppidulum oræ Ligusticæ cum arce contra Portum Ericis oppid. apud ostia Macræ, inde 5. mill. pass. in occ. (quanta est latitudo portus Lunens.) Genuam versus 55. Anton.

Veneris urbs, urbs & nomus Ægypti, Aphrodites & Aphroditopolis Ptol. ad Nilum, inter Lycopolim & Crocodilopolim. Plin.

Veneti *Vannes*, pop. & urbs Gall. Celt. inter civitates Armoricas (quæ urbs etiam Venetia à Cæs. dicitur) episc. sub archiep. Turonens. in ora occid. Britanniæ minor. à Rhedonibus 16. mill. Gall. in occ. à Nannetibus totidem in Bor. Sunt & Veneti pop. Italiæ, de quibus mox. Cæs.

Ptol. Strab. Plin. & al. Venetia, reg. Italiæ maxima, ab Addua fluv. (quo ab Insubria ad occ. separatur) usque ad Timavum fluv. quo ab Istris dividitur, protensa, Pado ad merid. à Gallia Togata divisa, Alpibus vero Rhæticis & Juliis ad Arctos à Rhætia & Norico separata, sub se Carnos complectens: tametsi Ptol. Venetiam à Carnis distinguat. Pars occidua inter Adduam & Athesim flum. *Lombardia* nominatur, seu sub Longobardia continetur (Longobardia enim latius patet, Insubres & alios pop. continens.) Inter Athesim & Liquentiam fluv. (qui Venetos dividit à Carnis) *Marca Trivisana* vel *Trivigiana* dicitur. Reliquum, in quo Carni & Forojulienses sunt, usq; ad Timavum, *Friuli*, quasi Forum Julii, & *la Patria* nominatur. Pop. Veneti ab Henetis pop. Paphlagoniæ in Asia dicti, & derivati. Caput Venetiæ olim fuit Aquileia; nunc Venetiæ, urbs maxima intra stagna Hadriatica, post Aquileiæ excidium constructa super palis in terra sub aqua defixis, & insulis parvis cohærentibus, ut inter orbis miracula merito adnumerari possit, urbs libera, mari terraq; longe dominans, episc. antea, nunc patriarch. patriarchali sede Gradensi ad se translata, *Venetia* Italis, *Venedig* Germ. *Venise* Gallis, *Venice* Angl. inter urbem Romam ad merid. 290. & Vienam Austriæ in Bor. 375. mill. pass. à Mediolano 165. in ort. emporium maximum, ab omnibus nationibus frequentatum, respublica præclarissima, optimis legibus constituta, quæ Romanæ æmula diutissime perdurat. De Venetis Claud. de 6. conf. Honorii.

" *Sic fatus Ligures, Venetosque erectior amnes*
' *Magna voce ciet*------

Sil. lib. 8.

" *Nec non cum Venetis Aquleia perfurit armis.*

Urbes Venetorum in Italia.

Ægida. Vide Justinopolis
Æmonia. Vide Civitas nova
Ateste *Este*, olim episc.

Belunum *Cividal di Belluno*, episc. sub patriarch. Aquileiensi
*Bergomum *Bergamo*, episc. sub archiepisc. Mediolanensi
* Brixia *Brescia*, episc. sub archiep. Mediolanensi
Caprulæ, ins. cum urbe episc. sub patriarch. Aquileiensi, *Caorle*
Ceneta *Ceneda*, episc. sub patriarch. Aquileiensi
Ciuitas nova *Citta nova*, gemina ; una Venetiæ, altera Histriæ
Clugia *Chioza*, episc. sub patriarch. Veneto, olim Clodia Fossa
Concordia, sic vulgo: sedes in Portu Romatino sub patriarch. Aquileiensi
Crema, sic vulgo, episc. recens sub archiep. Bononiensi
† Equilium *Iesolo*: sedes ad Urbem novam
Feltria *Feltri*, episc. sub Aquileiensi patriarch.
Forum Julium *Cividal del Friuli*, sine sede
Fossa Clodia. Vide Clugia
Gradus *Grado*, olim patriarch. sedes Venetias translata
† Hadria *Adri*; sedes Rhodigii sub archiep. Ravennate
Justinopolis *Cavo d' Istria*, episc. sub patriarch. Aquileiensi
Opitergium *Uderzo*, olim episc. pro quo Ceneta
Parentium *Parenzo*, episc. Histriæ sub patriarch. Aquileiensi
* Patavium *Padoua*, academ. & episc. sub patriarch. Aquileiensi
Pola, sic vulgo, episc. Histriæ sub patriarch. Aquileiensi
Tarvisium *Treviso*, episc. sub patriarch. Aquileiensi
Torcellum, pro Altino, episc. sub patriarch. Veneto
* Venetiæ *Venetia*, patriarch. emporium, respublica, & urbs prodigiosa
* Verona, sic vulgo, episc. sub patriarch. Aquileiensi
* Vicetia *Vicenza*, episc. sub patriarch. Aquileiensi
Utinum *Udine*, sedes patriarch. Aquileiensis, convent. jurid. Carnorum
Interiere etiam Altinum, & Heraclia

Mel. Venetus lacus, *Cellersee* Munstero, & *Undersee* Scudo, lacus Sueviæ in Helvetiorum confinio, qui Acronio in Austrum vergenti jungitur apud Constantiam urb. (unde etiam *Lago di Constanza* ab Italis nominatur) & ex quo Rhenus egreditur, in Acronium antea ingressus.

Ptol. Venicnium, *Rameshead* teste Camdeno, & *Capo Ligra* teste Nigro, prom. Hiberniæ in ora Boreali, inter Boreum & Rhobogdium promontoria. Ubi pop. Venicnii.

Plin. Vennenses, pop. Hispaniæ Tarracon. quorum opp. *Duegna* vel *Duenas* videtur Pineto, ad Pisoracam fluv. in Vaccæis, inter Palenciam 2. & Vallisoletum in merid. 6. leucis.

Anton. Vennonæ, * *Bensford-bridge* Camd. opp. Albionis in Anglia, inter Bennaventam 17. & Etocetum 18. mill. pass. à Lindo 63. in occ. à Londinio 73. in Circium. [* Camdeno videtur esse *Highcrosse* pag. agri Leicestrensis non longe à *Bensford-bridge* distans.]

Strab. Vennones, Venones Plin. * Vinnones Ptol. pop. Rhætiæ, (non Helvetiæ, ut scribit Ortel.) quorum regio Lat. recent. Vallis venusta apud Luitprand. *Vinstgoew* vulgo, *Engadin* teste Scudo, *Wunitz* Lazio, per quam Oenus fluv. principio decurrit. [* Ουεννονες in Seld. man.]

Plin. Vennonetes, pop. Rhætiæ Alpini in Italiæ confin. quorum regio *Veltlin* Germanis, *Valtelina* Italis, quasi Vallis Telina ; sive, ut ait Ægid. Scudus, Ventonini: per quam vallem Addua fluv. decurrens, lacum Larium ad Arcem Fontanam ingreditur. Ejus opp. præcipua Morbonium, Sondra, Tiranum, & Bormium, à Curia metrop. Rhætorum 30. mill. pass. distans, ab Arce Fontana 58.

Vensiensis vel Venciensis urbs, Ventia Dioni, Vintium Ptolem. *Venza* teste Cœnali, & *Vence*, urbs Galliæ Narbon. episc. in Provincia, in ipsis Alpibus maritimis, sub archiep. Ebredunensi, inde 20. leuc. in merid. proxima Nicææ, inde 4. leuc. in Bor. Sanitium versus 13. Sedes Grassensi copulata est anno salutis 1592. *Lib. prov.*

Venta Belgarum, Vintonia Lat. rec. *Wintchester* ac *Winchester* Anglice, *Caer Gwent* Britannice, & *Wintancester* Saxonice, teste Camdeno, urbs Albionis in Anglia episc. sub archiep. Cantuariensi, inter Londinium ad ort. 52. & Exoniam ad occ. 90. mill. à Sarisberia 20. in ort. Est & Venta Belgarum altera, urbs Angliæ episc. & emporium præclarum ad ostia Sabrinæ fluv. quæ Bristolium postea dicta est, *Bristow*, (Vide ibi) à Londinio 95. mill. in occ. Vide Venta Silurum. *Anton.*

Venta Icenorum, quæ videtur Venta Simenorum Ptol. *Nordwich* teste Prisæo, vel *Norwich* (seu *Caster* pagus Norvico proximus, ad 3. mill. distans) urbs Albionis in ora Angliæ orientali, 14. circiter mill. ab ostio Garienni fluv. à Londinio 80. mill. in Eurum, à Cantabrigia 40. in ort. in Norfolcia regione. *Anton.*

Venta Silurum, postea Bristolum, * *Bristow* Anglice, & *Caer-Went* Britannice, testibus Camdeno & Lhuydo, urbs Angliæ clarissima post Londinium, episc. & emporium ad ostia Sabrinæ. Aliis Venta Silurum est *Caer Went*, opp. Walliæ, comitat. Monumetens. Bristolio adversum in altera ripa Sabrinæ, non procul ab ostiis Rhatostathybii fluv. Sunt qui Bristolium Ventam Belgarum, non Silurum esse putant. [* Camdeno & Lhuydo est *Caer Went*, opp. Walliæ, uti prius dictum est, non *Bristow*.] *Anton.*

Ventia, urbs Galliæ Narbonensis in Provincia. Vide Vensiensis urbs. *Dion.*

Venus Pyrenæa, opp. olim, & promont. Hispaniæ citerioris in Galliæ Narbonens. confinio, *Cabo de Creuz*. Vide Aphrodisium. *Strab. Plin.*

Venusia, Venusium Horatio, *Venosa*, colonia & urbs Apuliæ Peucetiæ in Lucaniæ confinio, episcop. sub archiep. Acherontino, inde 24. mill. pass. in occ. inter Neapolim 93. & Tarentum in ort. 83. mill. patria Horatii Flacci. Pop. Venusini Plin. & Venusinus nomen gentile Horat. lib. 2. serm. sat. 1. *Ptol. Strab. Plin. & al.*

"*Nam Venusinus arat finem sub utrumq; colonus.*

Veragrani vel Veregrani, pop. Piceni; quorum oppid. *M. Fano* teste Francisco Pamphilo, inter Auximum urb. ad Arctos 5. & Trajanam opp. ad Austrum 7. mill. pass. Vel *Monte Granario*, castrum proximum, teste eodem Pamphilo. *Plin.*

Veragri, pop. Galliæ Narbonens. inter Allobroges ad occ. & Sedunos ad ort. apud Rhodanum fluv. quorum opp. Octodorus Cæsari, nunc *Martenach*, inter Sedunum ad ort. 15. & Agaunum ad occid. 12. mill. pass. Eorum tractus pars Vallesiæ, *Pays de Gavot* teste Scudo ; sed Pingonio *Chablais* appellatur. *Cæs.*

Verbanus lacus *Lago maggiore*, lacus Insubriæ, per quem Ticinus fluv. per mill. pass. 30. labitur, in longitudinem ad 40. mill. extensus, nullibi supra 5. aut 6. latus, à Lario 24. recedens, eo minor, licet major appelletur lacubus circumstantibus comparatus, & apud Strab. 400. stad. longus legatur. Abest à Novaria 17. mill. pass. à Mediolano 36. Illum opp. plura circumstant : in his Angleria opp. olim præclarum, Arona in adversa ripa opp. frequens cum arce ; intra Palantia, Canobium, Locarnum, & Sextum ad egressum Ticini ; (cum aliis pagis) pleraque familiæ Borrhomeæ, cujus ditio longe lateque introrsum patet. In eo *Strab. Plini.*

insula

insula est ejusdem familiæ malis medicis consita, quæ ob miram elegantiam & amœnitatem, Tempe dici posset, ac hortis Alcinoi & Hesperidum comparari, apud Palantiam, inde mill. pass. tantum distans. De eo libro 4. Itinerarii.

" *Stagnaque Verbani, summas ostendit & Alpes.*

Cæs. Verbigenus, sive, ut alii legunt, Urbigenus, Urba Anton. *Orbe* nunc, opp. Helvetiorum, in Equestrium confinio, apud mont. Juram, juxta Burgundiæ comitatus limites, à Lausonio urbe 5. leuc. in Bor. inter Ebredunum ad ort. 2. & Nozeretum urbem Burgundiæ in occ. 6. leuc.

Ant. Verbinum *Vervin*, opp. Galliæ Belgicæ in Picardia in finibus Laudunensium (non Veromanduorum, ut scribit Ortel.) ad initium Isaræ fluv. medium ferme inter Rhemos ad merid. & Malbodium oppid. Hannoniæ ad Arctos 12. leuc. à Lauduno 8. in Cæciam.

Plin. Ptol. & al. * Vercellæ, etiam vulgo *Vercelli*, urbs Libycorum in Insubrum & Salassiorum confinio, ad Sessitem fluv. episc. sub archiep. Mediolanensi, olim in ducat. Mediol. nunc in principatu Pedemontano, media inter Mediolanum & Augustam Taurinorum 35. mill. pass. ab urbe Casalensi 10. quot à Novaria. Sil. lib. 8.

" *Vercellæ, fuscique ferax Pollentia villi.*

[* Οὐεϱκέλλαι in Seld. man.]

Prov. Rom. Verda *Verden* seu *Ferden*, urbs Germaniæ episc. sub archiep. Moguntino, sub Carolo magno cathedra episcopali insignita, in Saxonia, Bremæ finitima, ab ea 4. leuc. in ort. Brunopolim versus 15. apud Visurgim fluv. media inter Mindam ad merid. & Hamburgum in Bor. 11. leuc. Est & Verda seu Werda Danubiana urbs Sueviæ, *Wert Tonaw* vel *Dunawert*, ab Augusta Vindelicorum 7. leuc. in Boream. De qua lib. 5. Itiner.

" *Sole cadente fere VVerdæ successimus urbi,*
Urbs Tiberina, tuus quam modo præsul habet.

Ven. For. Vereduna *Verdun*, urbs Galliæ Belgicæ. Vide Verodunum. Ejus mem. Fortunat. lib. 7.

" *Urbs Vereduna brevi quamvis claudaris in orbe.*

Strab. Veresis, *Veresto* nunc teste Leandro, *Verde* aliis, fluviolus Latii per agrum fluens Prænestinum.

Ptol. Veretum, opp. Salentinorum excisum, (cujus locus *S. Maria di Vereto* adhuc teste Celso Cittadino nominatur) ab Uxento & Leuca 4. mill. pass. distans, Iapygio prom. vicinum. Uretum apud Ptol. legitur à Vereto diversum; quod aliis est *Usano*, aliis *Orta* urbs episcopalis.

Liv. Vergæ, postea Vergianum, *Rogiano* teste Barrio, opp. Brutiorum mediterraneum in Calabria citer. ad Isaurum fluv. inter Balbiam & Besidianum, à Balbia 10. mill. pass. Malvito & Torano finitimum, 4. mill. distans.

Val. Max. Vergellus, qui & Gellus, fluv. Apuliæ apud Cannas fluens, quem Hannibal ponte ex Romanorum interfectorum cadaveribus confecto trajecit. Is in Aufidum labitur, & *Fiume di Canne* nominatur.

Mercul. Vergeminum, Viglebanum Hermol. Barbaro, (quæ nomina recentia sunt, & confecta; nam primum ad loci amœnitatem, alterum ad sterilitatem soli indicandum, quasi vilis gleba, inventum est) *Vigevano*, urbs recens Insubriæ apud Ticinum fluv. episcop. sub arch. Mediolanensi effecta, inde 20. mill. pass. quot à Ticino in occ. Novariam versus 12. Eo animi gratia duces Mediolanenses frequenter se recipere, ibique morari solebant.

Liv. Vergia & Vergianum, *Rogiano* teste Barrio, oppid. Brutiorum. Vide Vergæ (varie enim legitur.)

Ptol. Vergilia, *Venta Loquera* putatur ex tab. rec. oppid. Hispan. Tarracon. in Bastitanis, & regno Murciensi, inter Caravaciam, & Ventam Moralem 4. leuc. Oscam versus in merid. 11. Pop. Virgilienses Plin.

Ptol. Verginium mare, *Mor VVeridh* teste Lhuydo Britannice, mare inter Albionem & Hiberniam interjectum.

Vergium, Bergidum Ptol. ut videtur, *Vierzo* nunc teste Moral. opp. Hispan. citer. in Catalaunia, in finibus Ilergetum, nunc pagus. De eo à Romanis capto loquitur Liv. lib. 4. dec. 4. Vergestani pop. apud eundem. Liv.

Verlucio, *Werminster* Camd. opp. olim, nunc pagus Albionis in Anglia, inter Aquas solis sive Bathoniam ad occ. 15. & Cunetionem ad ort. 20. mill. pass. ex Itin. Antonini. Ant.

Vernemetes, *Verines* teste Helia Vineto, pagus Aquitaniæ apud Burdigalam urb. Cujus mem. Fortun. lib. 1. Ven. For.

" *Nomine Vernemetis voluit appellare vetustas.*

Vernicones, Ceronibus seu Creonibus (quorum reg. *Argyle* sive Argathelia vocatur, ejusque urbs episc. *Lismore* dicitur) ac Carnonacis (quorum reg. Lorna & Atholia, urbs vero Euonium, nunc *Dunstaphage*) finitimi, maxime in ortum extenduntur. Eorum reg. *Fife* nominatur, 60. opp. seu urbibus constans; in quibus Fanum S. Andreæ in ora ad ort. archiep. Dumblanum introrsum episc. Abernæthum Pictorum sedes, & Fanum S. Joannis.

Vero, fluv. Hisp. Tarracon. per Celtiberos fluens: cujus pop. Berones Ptol. dici videntur. Cujus mem. Mart. lib. 1. ep. 49. Mart.

" *Sterilemque canum nivibus effractis sacrum*
' *Vada Veronem montibus?*

Is *Huecar* hodie teste Jo. Mariana nominatur, Concham urb. circunfluens, seque Sucroni commiscens: nisi sit alter, à priore diversus: hic enim in Castella nova oriens, per regnum Valentiæ labitur cum Sucrone; prior per Arragoniam.

Verocasses, pop. Gall. Belg. juxta Sequanam incolentes, Caletibus finitimi, vulgo *Vulxin*, in Normanniæ & Picardiæ confinio. Vide Velocasses. Sunt qui horum opp. Cassetum dicunt in Picardia. Cæs.

Verodunum, & Virodunum, Veredunum, & Vereduna Ven. Fort. *Verdun*, urbs Gall. Belg. ad Mosam episc. Lotharingiæ, in Campaniæ confinio, sub archiep. Trevirensi, inter Catalaunum urbem Campaniæ ad occ. & Metas ad ort. 12. leuc. à Tullo 10. in Bor. & Circium. De ea lib. 4. Itin. Anton. Lib. Conc.

" *Dehinc Veredunum celebratam præsulis urbem,*
" *Hic ubi fertilibus floret Lotharingia campis.*

Verolamium, Verulamium Tac. Urolanium Ptol. *Werlam* seu *Verulam*, urbs olim Albionis, nunc pag. Angliæ apud Tamesim fluv. & opp. Sancti Albani, inter Londinium ad ort. 21. & Oxonium ad occid. 30. mill. pass. In Thes. ling. Lat. Verolamium putatur esse opp. S. Albani: sed error est, cum adhuc nomen retinet. Ant.

Veromandui, Viromandui Liv. pop. & urbs excisa, olim episc. Gall. Belg. sub arch. Rhemensi, nunc pagus & abbatia; quorum reg. *Vermandois* in Picardia, & urbs *Vermand* apud opp. Sancti Quinctini (quod regionis est caput, probe munitum, ad Somonam fluv. medium inter Noviomum ad Austrum & Cameracum ad Bor. 11. leuc.) urbs Augusta Veromanduorum (licet apud Ptol. Augusta Romanduorum legatur) à Fano S. Quinctini 2. leuc. in occ. Peronam versus distat, nunc, ut dictum est, abbatia *Vermand* appellata. Cæs. Liv. Plin.

Verometum, *Burrow* teste Camd. opp. olim Albionis, nunc pagus Angliæ in Leicestria comit. eo loco qui hodie *Burrow hill* dicitur, inter Margidunum & Ratas 12. mill. pass. à Lindo 40. in Austrum Londinium versus. Ant.

Verona, *Verona* quoque vulgo, colonia & urbs Cenomanorum Venetiæ, ad Athesim fluv. interluentem, episc. sub patriarch. Aquileiens. urbs clarissima & maxima totius Venetiæ, si Venetias excipias, inter Ferrariam Ptol. Strab. Plin. Liv. & al.

riam ad Euronot. & Tridentum in Circium 50. mill. pass. à Brixia 40. in ort. Venetias versus 62. A Maximil. imperatore Venetis erepta anno salut. 1509. & anno 1516. ejusdem, pace sequuta, reddita fuit. Ibi ingens amphitheatrum conspicitur. Col. Aug. Verona in vet. inscr. A Gallis, cum Brixia & aliis urbibus, condita, dictaque Verona, quasi Brennona, à conditore, vel quasi vere una. De ea Mart. lib. 14. epigram. 193.

" *Tantum magna suo debet Verona Catullo,*
' *Quanta parva suo Mantua Virgilio.*

Sil. lib. 8.

" *Tum Verona Athesi circumflua, & undique sollers.*

Veronæ natus est Æmilius Macer, qui de herbis versu scripsit post Nicandr. Colophonium, obiitque in Asia paulo post Virg. teste Crinito, Messalæ Corvini contemperaneus. Hunc præcessit Q. Catullus longe celebrior, Terentii & Varronis temporibus, qui & hic natus est.

Plin. Verona altera, urbs Helvetiorum *Bern* ut aliquibus videtur, urbs, & conventus juridicus inter Helveticos maximus, inter Basileam ad Arctos 8. & Sedunum ad Austrum 10. leuc. Helveticis, media inter Tigurum in Cæc. & Lausonium ad Libonot. 8. à Friburgo & Salodoro 3. Pop. Bernenses Plin. Sed qui sic scribunt, falluntur; cum Plin. tam Veronem quam Bernenses in Rhætis commemoret.

Sil. Verones, pop. Hisp. Tarracon. quos Vero fluv. alluit. Vide Berones, nam videntur iidem. Sil. lib. 3.

" *At Veronum alas Balarus probat æquore aperto.*

Anton. Veroviacum *Werveck, Warwyck* seu *Werwyck*, pag. Belgii in Flandria ad Legiam fluv. inter Insulam & Corteriacum 3. leuc. Messinæ proximus. Vide Viroviacum.

Scrip. Brit. Verovicum *Warwick*, oppid. Albionis in Anglia, Conventriæ urbi finitimum, ab ea 6. mill. in Austrum recedens.

Fort. Verreginis villa, quæ & Vorreginum legitur, *Borechs* teste Vineto, pagus Aquitaniæ apud Burdigalam urbem.

Diod. Verreginum, Verrugo Liv. Ferrugo Val. Maximo, opp. fuit Latii in Volscis ad lacum cognominem, cujus hodie nullum exstat vestigium.

Liv. Verrugo, opp. Latii in finibus Volscorum, à Romanis cum arce Carventana captum, ut Liv. l. 4. dec. 1. scribit.

Vet.Insc. Vertacomacora *Vartema*, opp. Insubriæ in agro Mediolanensi, à Mediolano 20. mill. pass. Vertacomacori Vocontiorum apud Plin.

Ant. *Lib.Not.* Verteris, *Burgh under Stanemore* teste Camd. opp. Albionis in Anglia, in comitatu Westmariæ, medium inter Caturactonium 31. & Luguvallum 42. mill. pass. ex Ant.

Strab. Vertinæ, *Verzine* teste Barrio, opp. Magnæ Græciæ in Calabria citer. à Cerentia 6. mill. pass. in Bor. quot fere à Brystacia sive Umbriatico, à Cariato 12.

Cassiod. Veruca, *M. Falcone* teste Leand. opp. Carnorum, inter Natisonem fluv. & Timavum, ab Aquileia 6. mill. pass. in Bor. ab Utino 20. in ort. à Gradisca 6. Sed teste Nigro Veruca longe hinc distat, in agro Veronensi, ad Athesim fluv. *la Chiusa* vulgo, inter Veronam 12. & Tridentum 36. mill. pass. Est & Veruca arx firmissima in Gallia Subalpina ad Padi ripam, contra Crescentinum opp. edito loco constructa, media fere inter Hastam Pompeiam & Vercellas, ab Augusta Taurinorum ad 15. mill. pass. versus Casale Montis Ferrati caput recedens, frustra olim à Gallis tentata, sed & hac tempestate ab Hispanis incassum obsessa, neque expugnata cum hæc scriberem, anno à partu Virg. MDCXXV. Ea vulgo *Verua* appellatur.

Lib.conc. Verulum, (non Verulanum, ut scribit Ortel.) Verulæ Frontino, *Veruli* vulgo, colonia & urbs Latii episc. in Hernicis apud Cosam fluv. media fere inter Anagniam ad occ. & Soram ad ortum 10. seu 9. mill. pass. Frusinoni finitima. Pop. Verulani Plin. & Liv. In Thes. ling. Lat. vicini Tusculanis & Veliternis dicuntur; cum supra 40. mill. pass. à Tusculanis, & pluribus à Veliternis distent.

Veruvium *Cap S. Andres*, prom. Albionis in ora Scotiæ orientali apud Andreapolim urbem. Vide Berubium. *Ptol.*

Vesbius, sive, ut alii cod. habent, Vesvius, mons est Campaniæ, qui aliis Vesevus, & Vesuvius dicitur. Vide ibi. Ejus mem. Val. Flac. lib. 3. *Val.Flac.*

' ----------*magis ut mugitor anhelat*
' *Vesbius*--------

Vesci, quod & Faventia, Vescis Ptol. *Guesca* seu *Huesca* ex tab. recent. urbs Hisp. Bæt. mediter. in regni Murciensis & Granatens. confinio, inter Ventam Moralem ad Arctos & Basti in merid. 7. leuc. Nigro est *Velez el Ruvio*, vel *Velez el Blanco*. *Plin.*

Vescianum villa fuit Campaniæ inter Capuam & Nolam, in agro Vesciæ urbis extinctæ à Liv. memoratæ inter Atellam & Vesuvium. *Cic.*

Veseris, fluv. Campaniæ apud mont. Vesuvium fluens in Craterem sinum. *Liv.*

Vesevus, Vesbius Sil. Vesuvius Strab. Plin. Liv. & aliis, *Monte di Somma* hodie, sic ab opp. in eo dictus, mons Campaniæ ignivomus, olim incendiis memorabilis, oræ littoreæ vicinus, inter Neapolim & Stabias 8. mill. pass. à Nola 6. Virg. lib. 2. georg. *Virg.*

" *Talem dives arat Capua, & vicina Vesevo*
' *Ora jugo*---------

Ubi Nola jugo legebatur.

Vesontio, Visontium Ptol. Bisuntio Amm. quæ & Chrysopolis in lib. concil. *Besanzon*, urbs maxima Sequanorum archiep. & metrop. Burgundiæ comitatus, ad Dubim fluv. circumfluentem, emporium, & urbs libera, inter Dolam ad occ. & Mont. Bellicardum ad ort. 12. leuc. à Basilea 20. in occid. A Trojanis post Trojæ excidium condita putatur. *Ges.*

Vespasiæ, pagus Umbriæ in monte juxta fines Sabinorum, à Nursia 6. mill. pass. Spoletium versus; unde nomen Vespasiano imperatori. *Suet.*

Vespolatu, pagus amplus agri Novariens. antiquus, à Novaria ad 8. mill. pass. Viglebanum versus distans. Hic à Conrado imperatore anno salut. 1028. ecclesiæ Novariensi donatus est. *Vet.mon.*

Vesprinium *Vesprin*, urbs Pannoniæ superioris in Hungaria, episc. sub archiep. Strigoniensi, inde 8. leuc. in merid. Albæ Regali proxima, inde 3. leuc. in occ. Taurinum versus, seu versus Sabariam, apud lacum * Peisonem, in ora illius Boreali. [* Potius Balatonem lacum.] *Prov. Rom.*

Vessones, pop. Gall. Belg. qui aliis Suessiones dicuntur. Vide ibi. *Ptol.*

Vestini, pop. Italiæ, inter Prægutios ad occid. & Marrucinos ad ort. ac inter Marsos ad merid. & oram maris Hadriaci ad Bor. in Aprutio: quorum caput est Aquila urb. ab urbe Roma 60. mill. pass. à Neapoli 120. ab Asculo 50. Hinc Vestinus nom. gent. Mart. lib. 13. de caseo Vestino, ep. 28. *Strab. Ptol. Plin. & al.*

" *Si sine carne voles jentacula sumere frugi,*
' *Hæc tibi Vestino de grege massa venit.*

Inter Vestinos & Picenos medii sunt Prægutii, & inter eosdem ac Sabinos Marsi & Carseolani.

Vesulus *Monviso*, mons Liguriæ in Gallia Subalpina apud Alpes Cottias, ex quo Padus fluv. Italiæ notissimus profluit, & Druentia fluv. Gall. Narbon. ab Augusta Taurinorum 30. mill. pass. in occid. à Salutiis 16. in Bor. In cujus jugo planities est, unde Padus gemino & visendo fonte manat. De eo Virg. lib. 10. Æn. *Plin. Sol. & al.* *Liv.* *Liv.*

" *Actus*

" *Actus aper, multos Vesulus quem pinifer annos*
' *Defendit*------

Ptol. Vesuna, urbs Gall. Aquit. Vide Petrocorii: nam ipsa Petrocoriensis urbs sic à Ptol. nominatur.

Tac. Vesuvianæ aquæ, eædem Sebeto amni teste Loffredo, sic enim Sebetus fluv. ex monte Vesuvio apud Neapolim fluens appellatur à Tacito.

Strab. Plin. Liv. & al. Vesuvius, Vesvius Stat. si non est error codicis, (Vide Vesevus) *M. di Somma*. Hinc Vesuvina incendia, & Vesuvium opp. *Somma* ad hujus mont. radices situm, à Neapoli 8. mill. pass. in ort. distans, vino hoc tempore in pretio habito clarum. Stat. lib. 2. sylv. carm. 2.

" *Ructassent dites Vesuvina incendia Locros.*

Item lib. 4. sylv. carm. 4.

" *Littoribus, fractas ubi Vesvius egerit iras.*

lib. Conc. Vetaonia, *Vaadonia* nunc, vel *Vandoma*, pag. & cœnobium in regno Portugallico: cujus fit mentio in conc. Lucensi.

Tit. Ptol. Anton. Vetera, quæ & Vetera castra Tac. & Legio XXI. Anton. *Santen* teste Pyramio cum Pighio, urbs German. infer. apud Rhenum in ducatu Clivensi, inter Coloniam Agrippinam in Austrum 12. & Cliviam in Bor. 4. leuc. Sed Simlero est *Berck* opp. ad Rhenum à Santis 2. leuc. Coloniam versus 10.

Vetera Castra, *Pfeter* teste Simlero cum Aventino, opp. Vindeliciæ in Bavaria, nunc pag. apud Danubium, inter Ratisponam ad occ. & Straubingam in ort. 3. leuc.

Plin. Vettionenses, & Vettonenses ex vet. inscript. pop. Umbriæ, quorum opp. *Bittona* quasi Vettonium, apud Tiniæ & Asii fluv. confluentiam, inter Mevaniam 6. & Perusiam 8. mill. pass. olim urbs episc.

Strab. Plin. & al. Vettones, pop. Lusitaniæ, quorum reg. Vettonia Prud. *Extremadura* hodie. Vide Vectones. De quibus Vasconcellus.

" *Et Vetonum terris, atque Ana proxima quondam.*

Sil. Vetulonia, Vetulonium Ptol. *Vetulia*, oppid. olim Hetruriæ apud Populonium (non *Viterbo* urbs, ut in Thes. ling. Lat.) ubi sylva Vetulonia nunc *Selva Vetletta*. Pop. Vetulonii Plin. Erat & Vetulonia apud Viterbium, ex qua & Longula & Turrena ipsum Viterbium constructum est, uti ex tab. regis Desiderii, quæ ibi adservatur, legitur. Cujus mem. Sil. lib. 8.

" *Mæoniæque decus quondam Vetuloniа gentis:*
" *Bissenos hæc prima dedit præcedere fasces.*

Ptol. Vexala, [in Seld. man. Οὐέξαλλα] *Yvelmouth* teste Camdeno, æstuarium Albionis in Cornubia regione, in mare ad Bidfordiam opp. labens apud Herculis promont. Aliis *Molts* ab oppid. vicino nominatur. [Camdeno (qui Uzella scribit) est ostium Pedredi flum. Anglis veteribus *Pedredan muth* dictum; vel, ut alii, ostium Ivelli, vulgo *Evelmouth* aut *Ivelmouth*: quæ duo flumina agri Somersettensis sunt, & in mare fluunt paulo infra *Bridgewater* opp. cum *Bediford* opp. sit comitatus Devoniensis. Idem Camd. Nicolai de *Moeles* viri nobilis in hoc tractu meminit.]

Virg. Sil. Festo. Ufens *l' Aufente*, fluv. Latii juxta Privernum fluens, pelagoque Tyrrheno apud Tarracinam urb. exceptus, qui & *Baldino* teste Ligorio, aliisque *Baudino* dicitur. Cujus mem. Virg. lib. 7. Æn.

" *Quærit iter valles, atque in mare conditur Ufens.*

Hujus ostia ab ostiis Truenti in Picenis 150. mill. pass. absunt, (tanta est inter duo maria distantia) inter ostia Tiberis 72. & Neapolim 82.

Liv. Ufens alter, fluv. Piceni, *Chiente* teste Cæs. Orlando; & alter in Gall. Tog. in ora Semnonum in Æmilia apud Rubiconem fluens.

Liv. Uffugum, *M. Alto* teste Barrio, urbs Brutiorum in Calabria citer. olim episc. (cujus sedes sedi Consentinæ nunc copulata est) media inter Consentiam, & Argentanum seu Marcopolim, 12. mill. pass. utrinque.

Uggade, *Vggel* teste Meyero, opp. Gall. Celticæ in Normannia, a Rothomago 5. mill. pass. in Austrum distans, apud Sequanam fluvium, comitatus. Anton.

Via *Avia*, fluv. Hisp. Tarracon. per Callaicos in Minium influens. Mel. Ptol.

Via Belojum *la Chiusa*, pagus Carnorum intra Alpes Julias, qua in Noricum transitur, à Glemona opp. Carnorum 14. mill. pass. Villacum versus 9. leuc. Germanicis. Anton.

Viacenses, pop. Hisp. Tarracon. in Bæticæ conf. quorum urbs Biatia. Vide ibi. Plin.

Viadus, Guttalus Plin. *Oder* teste Althamero cum al. fluv. Germaniæ ex Moravia oriens, longoque tractu per Slesiam, Marchiam, & Pomeraniam, in mare Balticum in Bor. fluens, Uratislavia, Francfurto, & Stetino, urbibus præcipuis, irrigatis. Ptol.

Viæ urbis Romæ ex P. Vict. & aliis.

Æmilia, à Lepido cons. cum C. Flaminio strata, ab Arimino Bononiam usque perducens, unde nomen reg.

Albana in Latio, per portam Latinam Albam ducens. Tibull. lib. 1. el. 8.

" *Nec taceant monumenta viæ, quæ Tuscula tellus,*
' *Candidaque antiquo detinet Alba lare.*

Alta, per urbem à monte Quirinali ad portam Viminalem

Amerina, pars Flaminiæ, à porta Flaminia Ameriam ducens

Appia, ab App. Claudio strata, per portam Capenam Brundusium usque perducens. De qua Stat. sic, sylv. lib. 2. carm. 2.

" *Appia longarum teritur regina viarum.*

Hæc à Trajano instaurata fuit.

Ardeatina, ab Aventino mont. Ardeam usque ducens

Asinaria, inter * Appiam & Ardeatinam, per portam Cœliomontanam. [* Latinam & Ardeatinam, in epitom. geogr. & in 2. catalogo.]

Augusta, pars Flaminiæ, per Thusciam

Aurelia, per portam Aureliam Forum Aurelii usque per Pyrgos & Centum cellas ducens

Ausonia, eadem cum Latina. Vide Latina

Campana, per portam Asinariam seu Cœliomontanam

Cassia, per portam Flaminiam Forum Cassii deducens

Cimina, per portam Flaminiam ad mont. Ciminum

Claudia, per portam Flaminiam Forum Claudii perducens per Thusciam

Collatina, per portam Collatinam seu Pincianam in Sabinos

Consularis, per portam Aureliam in Thusciam

Cornelia, inter Aureliam & Triumphalem apud S. Petrum seu Vaticanum exiens in Thusciam

Domitiana, ab Appia inter Sinuessam & Puteolos in Campania ducens

Flaminia, à C. Flaminio cos. strata, per portam Flaminiam seu Flumentanam Ariminum usque perducens. De ea Martial. sic, lib. 11. ep. 14.

' *Quisquis Flaminiam teris, viator,*
' *Noli nobile præterire marmor.*

Et lib. 10. ep. 10.

' *Totaque Flaminiæ Roma videnda viæ.*

Gabina, per portam Gabiusam Gabios ducens

Junia, à via Salaria in Sabinos ducens

Lata, per urbem, juxta & ante ædem S. Marcelli, sic & hodie dicta

Latina, per portam Latinam; quæ & Latia, & Ausonia Martial. l. 9. ep. 102.

' *Con-*

" *Consecrat, Ausoniæ maxima fama via.*
Lavicana, per portam Esquilinam Labicos ducens
Laurentina, per portam Ostiensem
Nomentana, per portam Viminalem in Sabinos Nomentum usque. Ovid. lib. 4. fast.
" *Hæc mihi Nomento Romam cum luce redirem,*
' *Obstitit in media candida turba via.*
Nova, per urbem inter ædem S. Mariæ Liberatricis & Velabrum. Ovid. l. 6. fast.
" *Forte revertebar festis Vestalibus illa,*
' *Qua Nova Romano nunc via juncta foro est.*
Hæc per palatium Septizonium usque ad Thermas Antonianas ducebat
Numicia, ab Appia decisa
Ostiensis, per portam Ostiensem seu Trigeminam Ostiam usque
Portuensis, per portam Navalem & Thusciam Portum usque
Prænestina, per portam Esquilinam usque Præneste
Quinctia, per Sabinos, à Salaria decisa
Recta, per campum Martium in urbe. De qua Martial. lib. 8. ep. 74.
" *Dum repetit sera conductos nocte penates*
' *Lingonus à Recta, Flaminiaque via.*
Sacra, per urbem apud ædem SS. Cosmæ & Damiani, ab arcu Constantini ad arcum Titi, ac ad Capitolium usque per Forum Rom. De qua Prop. lib. 2. el. 1.
" *Actiaque in Sacra currere rostra via.*
Salaria, per portam Salariam in Sabinos. Ejus mem. Martial. lib. 4. ep. 64.
' *Ille Flaminiæ, Salariæque*
' *Gestator patet, essedo tacente.*
Sempronia, à via Flaminia forum Sempronii ducens
Setina, ab Appia decisa, Setiam ducens
Tiburtina, per portam Gabiusam Tibur ducens. Sic & porta Tiburtina, quæ & Taurina, *di S. Lorenzo*
Trajana, ab Appia decisa, per Latium
Triumphalis, per portam Triumphalem in Thusciam, ac à Vaticano Capitolium usque ducebat
Tusculana, per portam Asinariam sive Cœliomontanam Tusculum usque
Valeria, per portam Asinariam in Marsos ducens
Vitellia, per portam Ianiculensem in Thusciam ad mare usque

Viæ longius ab urbe distantes.

Æmilia Lepidi, ab Arimino (ubi definit Flaminia) gemina; una Placentiam usque, altera usque Aquileiam
Æmilia Scauri, à Pisis Dertonam. De Æmilia Mart. l. 3. ep. 3.
" *Romam vade, liber: si veneris unde, requiret;*
' *Æmiliæ dicas de regione viæ.*
Postumia, per Galliam Togatam, eadem Æmiliæ, seu pars, seu vicina
Postumia altera ex tab. ænea, à Genua Dertonam ducens, nunc *Costuma*

[*De Viis aliter*] *Viæ per Italiam, ab urbe Roma pleræque incipientes, & à portis ejusdem urbis nomen habentes.*

Æmilia, ab Arimino Placentiam usque & Aquileiam
Albana, per Latium Albam usque
Appia, Brundusium usque
Ardeatina, Ardeam usque
Asinaria, per Latium inter Latinam & Ardeatinam
Aurelia, per Thusciam Alpes usque
Campana, in Campaniam per Latium
Cassia, per Thusciam Forum Cassii usque
Cimina, usque ad Ciminam sylvam per Thusciam
Collatina, in Sabinos
Cornelia, per Thusciam inter Aurel. & Triumphalem
Domitiana, pars Appiæ, in Campaniam
Ferentina, per Latium Ferentinum usque
Flaminia, Ariminum usque
Gabina, Gabios usque
Gallicana, in Sabinos
Junia, in Sabinos
Latina, per Latium Casinum usque, media inter Appiam & Valeriam
Laurentina, inter Ostiensem & Ardeatinam
Navalis, quæ & Portuensis
Nomentana, in Sabinos Nomentum usque
Numicia, pars Appiæ, in Latio
Ostiensis, Ostiam usque
Patinaria, per Sabinos, pars Salariæ
Portuensis, Portum usque
Quinctia, per Sabinos, pars Salariæ
Salaria, per Sabinos, in plures
Setina, pars Latinæ, Setiam usque
Trigemina, eadem Ostiensi
Triumphalis, per Thusciam
Tusculana, pars Campanæ, Tusculum usque
Valeria, in Marsos
Vitellia, per Thusciam

Viana, *Weissenhorn* teste Laz. opp. Rhætiæ in Suevia, ab Ulma 2. leuc. in Austrum, ab Augusta Vindelic. 8. in Corum. Sed alibi eidem Laz. est *Voitsperg*, opp. parvum seu pag. ejusdem tractus. Simlero autem est *Wangen*, opp. ejusdem Sueviæ, inter Lindavium 2. & Memingam 5. Viana autem apud Plin. urbs est Norici, & *Wien* urbs Austriæ caput putatur; licet Viena Austriæ in Pannonia sup. censeatur. Plin. Ptol.

Vibali, pop. Hisp. Tarracon. quorum locus Pineto & Moletio *Fomillan* dicitur. Vide Bibali, & Forum Bibalorum Ptol. Plin.

Vibii forum, & Forum Vibiensium, *Bibiena*, oppid. seu pag. Gall. Subalpinæ in finibus Taurinorum, à Taurino ad 20. mill. pass. in occ. à monte Vesulo, & ortu Padi fluv. 10. Plin.

Vibisci, pop. Aquitaniæ. Vide Ubisci. Ptol.

Vibiscum *Vivis*, opp. Gall. in finibus Sedunorum ad lacum Lemanum, in ora ad ortum, in conf. Equestrium & Helvetiorum, inter Agaunum 15. & Lausonium urb. 18. mill. pass. Vide Bibiscum. Anton.

Vibo Valentia, quæ & Hippo, & Hipponium Strab. *Bivona* teste Barrio, al. *Bibona*, urbs olim, nunc castrum Brutiorum in ora sinus Vibonensis, olim episc. sub archiep. Rhegino, à Monte Leonis (quæ urbs illi successit, & Hipponium à plerisque esse putatur) 4. mil. pass. distans, Tropeam versus 8. Cic. Strab. Plin.

Vibonensis sinus, idem cum Hipponiate, & Terinæo, *Golfo di S. Eufemia*, sinus Brutiorum inter Calabriam cit. & ulteriorem. Plin.

Vicenta, Vicetia Plin. Vicentia Tac. & Vicentia posterioribus, *Vicenza*, urbs Venetiæ episc. sub archiep. Aquileiensi, ad Reronis & Medoaci minoris confluentiam, inter Veronam ad occ. 30. & Patavium in ort. 18. mill. pass. à Gallis teste Trogo cum Verona condita; urbs ampla, & scorpio figura persimilis. In Thes. ling. Lat. Vicentia ex Plin. & Ptol. scribitur; sed non sic apud illos legitur. De ea lib. 4. Itiner. Ptol.
" *Digressis, tenuem se Bacchilionis ad amnem*
" *Frugiferos inter tollit Vicentia campos.*
De Vicentia urbe apud Calepinum, quæ & Vincentia Tac. l. 3. hist. & Vicetia Plin. ut supra; olim Vicania teste Galassio poeta Vicentino, sic:
" *Hic quondam Galli victricia bella gerentes,*
' *In veteri vico mœnia parva locant;*
" *Quo se reciperent, si belli adversa fuisset*
' *Fortuna, & Latio Gallica terga darent.*

" *Hinc*

" *Hinc rem Romanam Latiumq; lacessere tentant,*
' *Seu mare, seu terris bella gerenda forent:*
" *Hæc quoq; Romanas ad mœnia vertere prædas.*
' *Hic quoque pro meritis præmia digna viris,*
" *Post victos hostes, libertatemque receptam.*
' *Hinc Vincentinis nomina dicta viris:*
" *Hinc data sunt terræ præclaræ nomina nostræ;*
' *Hinc Vincentini nomina clara tenent.*
" *Nec Senonas credas dixisse hæc nomina nostros;*
' *Antea Vicanos fama vetusta canit.*

Verba Taciti sunt, Possessa ipso transitu Vincentia; quod per se parum (etenim modicæ municipio vires) magni momenti locum obtinuit, reputantibus illic Cæcinam genitum, & patriam hostium duci ereptam. Pop. Voicetini apud Cic. in ep. ad Att. ubi & Ateistini memorantur. Ubi videtur legendum Vicetini, & Atestini. Vicentia à Maximiliano imp. anno sal. 1509. Olymp. 571. anno 4. urbis cond. 2270. Venetis eripitur; sed anno 1516. secuta pace eisdem restituitur.

Anton. Vicenumum *Trebisazzi*, opp. Lucaniæ in Magnæ Græciæ conf. apud oram sinus Tarentini, ab Arponio 4. mill. pass. Vide Vicesimum.

Anton. Vicesimum, al. Vicensimum, seu ut plerique legunt Vicenumum, *Trebisazzi* Barrio, oppidulum Magnæ Græciæ in Calabria citer. apud sin. Tarentinum, inter Thurios, & Heracleam ad Arctos, à Thuriis sive Terra Nova 14. mill. pass. Amigdolariam versus 6. à Cosano 12.

Plin. Vicetia. Vide Vicenta, & Vincentia.

Herod. Vicodonia, urbs Thraciæ, quæ postea Hadrianopolis dicta est. In ea à Scythis capta, 100000 hominum cæsa sunt.

Vicohabentia *Vicovenza*, urbs Gall. Togatæ episc. sub archiep. Ravennate, nunc pagus agri Ferrariensis, sede episcopali Ferrariam translata, inde 16. mill. pass. Ravennam & Comachum versus distans.

Ptol. * Victoria, *Agobel* teste Marmol. urbs Mauritaniæ Cæsariensis mediterr. proxima Gitlui. [* In Seld. man. Κικτωρία.]

Bede. Ptol. Victoria, *Guith* seu *Caer Guidi* teste Camd. oppid. * Albionis in Damniis. Altera in Anglia, *Wigton*, opp. Lindo proximum; & alia in Scotia apud Candidam Casam, quæ etiam *Wigton* dicitur, à Candida Casa 6. mill. in Bor. ad lacum, cujus pars hyeme congelatur, pars non. [* Camdeno *Caer-Guidi* (de qua an Victoria sit subdubitat) urbs fuit in medio Forthæ æstuarii Scotiæ, ubi nunc *Inch-Keith* ins. procul à Damniis, Angliæ pop. juxta Lhuydum; proxima Lindo, opp. Scotiæ, vulgo *Lin-Lithquo*, non Angliæ (Lindum enim Anglicum *Lincoln*, urbs longe hinc distans) uti nec *Wigton*, qui portus est Gallovidiæ Scotiæ regionis, apud Candidam Casam, ac à nonnullis forsan Victoria appellatur.]

Scrip. Hisp. Victoria item urbs Hisp. Tarrac. in Cantabris, Alavæ reg. caput, anno sal. 1180. teste Jo. Mariana condita, à Pompelone 16. leuc. in occ. à Burgis 23. Bilbaum versus 10. Vide Vellica.

D. Greg. Turon. Aimoin. Victoriacum, opp. Galliæ geminum: unum in finibus Cenomanorum in Britanniæ min. confinio, *Vitray*, inter Alenconium ad ort. 20. & Rhedones ad occ. urbem primariam Britanniæ 7. leuc. unde potius in Britannia est, quam in Cenomania. Alterum in Campania, *Vitry*, ad Matronam fluv. inter Catalaunum urb. & Desideriopolim oppid. in Cæc. 7. leuc.

Plin. Victoriæ Juliobrigensium portus, *S. Vincente* ut videtur, opp. & port. Hisp. Tarracon. in ora Cantabrica, inter Flavionaviam sive Andreapolim ad ort. 9. & Lanas ad occ. 3. leuc. à Juliobriga circa fontes Iberi parum distans.

Liv. Victoriæ mons, *Monzia* Floriano & Jo. Marianæ, opp. Hisp. Tarrac. seu pagus in Catalaunia apud Iberum fluv. circa Dertusam urb.

Tac. Ant. Victrix, cognomen aliquot urbium, seu legionum.

Lib. conc. Vicus *Vich* & *Vique*, urbs Hisp. citer. in Catalaunia, episc. sub archiep. Tarraconensi, apud Ausam urb. extinctam, cui successit, à Gerunda 6. leuc. in occ.

Lib. conc. Vicus Æquensis *Vico di Sorrento*, urbs Picentinorum episc. sub archiep. Surrentino, inde 4. mill. pass. in Bor. Stabias versus totidem, à Neapoli 22. quæ & Æquana urbs, & Æqua, in ora littorali.

Ant. Vicus Aquarius, *Viseo* teste Jo. Mariana. Vide Lancia & Visensis urbs.

Vet. Tra. Vicus Aurelii *Figarolo*, pag. agri Ferrariensis, à Ferraria 12. mill. Veronam versus.

Anton. Vicus Cuminarius, *Zarza* teste Mariana, vel *S. Cruz de Zarza* teste Mor. opp. olim, nunc vic. Hisp. Tarracon. in finibus Carpetanorum, à Titulcia opp. Madrito finitimo 18. mill. pass.

Polyb. Vicus Egonum, *Vicovenza* teste Leandro, urbs olim, nunc pagus Æmiliæ in agro Ferrariensi, à Ferraria (quæ illi successit) 16. mill. pass.

Vet. Insc. Vicus Italicus, *Zagabria* teste Ant. Bonfinio, urbs Pannoniæ super. in Liburniæ conf. ad Segesticam ins. Sai fluv. episc. sub archiep. Colocensi, Croatiæ caput. Vide Sisopa. Alii scribunt *Zagrabia*.

Vet. Tra. Vicus Martius *Vimerca*, Lat. rec. Vicus Mercatus teste Merula, opp. seu potius ingens pagus Insubriæ in agro Mediolanensi, inter Mediolanum 14. & Brpium 12. mill. pass. Bergomum versus.

Vet. Tra. Vicus Varronis *Vicovaro* vel *Vicovarro*, opp. Sabinorum apud Anienem fluv. Nomento urbi excisæ proximum, à Tibure 10. mill. pass. in Cæc. versus Reate. Villa Varronis apud Cic. dici videtur. Aliis Vicus Valerius dicitur.

Vidicini. Vide Urticini.

Ptol. Vidotara, *Rianus* hodie teste Buchanano, lacus, seu sin. Albionis in ora Scotiæ ad occ. inter sin. Rerigonium, & ostia Clotæ fluv.

Ptol. Vidrus, fluv. German. varie à scriptoribus indigitatus; *Schwart Watter* Junio, *Groeninger Diep* Becano, apud Groningam urb. Frisiæ fluens, Althamero *Vecht*, ex Westphalia in Flevum sin. inter Frisiam & Transisalanam ad Gelmudam opp. influens, teste Ortel. Al. est *Regge*, qui in Vecthum labitur ad Ommam opp. Ortelio magis fido, cum Vecthus cæteros amnes longe superet. De eo poeta German. lib. 7. Itiner. sic:

" *Vidrus ubi curvo sinuat sua flumina flexu.*

Ptol. Vidua, *Crodagh* teste Camd. fluv. Hiberniæ per oram Borealem in oceanum inter Venicnium prom. & Argitam fluv. decurrens.

Plin. Vidugasses, pop. Gall. Celt. quorum reg. *la Beaulse* teste Dalechampio nominatur, plures complectens pop. in quibus Carnutes, Cenomani, Turonenses, & Aurelianenses.

Froaldo. Vidula *Vesle*, fluv. Gall. Belgicæ per Campaniam in Axonam labens, apud Catalaunum ad 2. leuc. decurrens, ac Axonæ congrediens apud Brenniam oppid. 2.

Cæs. Plin. Sen. & alii. Vienna *Vienne*, colonia & urbs Galliæ Narbonens. archiep. Allobrogum metrop. in Delphinatu, ad Rhodanum, antiquissima, olimque celeberrima, inter Lugdunum ad Bor. 5. & Valentiam ad Austrum 14. leuc. à Grannopoli 15. in occ. Illam Sylvio rege Rom. & Lycurgo apud Spartanos, Heliæ prophetæ temporibus conditam ferunt. De qua Auson. in catal. urbium, carm. 7.

" *Accolit Alpinis opulenta Vienna colonis.*

Viennæ Arbogastus, cum Valentinianum juniorem dolo strangulasset, ut imperium arriperet, à Theodosio superatus, sibi sua manu mortem conscivit, autore Paul.

Kkk Diac.

Diac. in lib. de gest. Roman. Vienna altera, seu Viena, olim Flaviana, urbs Pannoniæ super. Austriæ caput, ad Danubium, apud Hungariæ fines, urbs clarissima, probeque adversus Turcas munita, quasi media inter Lintium ad oc. & Budam ad ort. ad 30. leuc. (Vide Flaviana Ala, & Vindobona) *Wien* Germ. & *Viena* Italis, episc. sub archiep. Salisburgensi. Hæc ter incassum à Turcis obsessa fuit, annis salutis 1529. 1532. & 1543. De Vienna secunda sic in lib. 2. Itiner.

"-----------*Getisque fluenta*
"*Danubii, Austriacæ contendere ad ampla Viennæ*
"*Mœnia*---------

Vienna hæc abest à Constantinopoli in occ. æstivum ad 207. leuc. Germ. sic: per Budam 32. Taurunum 35. Sophiam 61. Philippopolim 24. Hadrianopolim 18. Byzantium 37. loca memoratiora.

Ptol. Viervedrum, *Duncans-bay* & *Dunsby* Camd. prom. Albionis in ora Scotiæ orientali apud Borealem, inter Tarvedum sive Orcadem ad Bor. & Berubium ad Austrum prom. contra Orcades ins.

Floriac. Vigenna, Vingenna Fort. & Turonensi, *Vienne*, fluv. Gall. per Pictavos, in Ligerim, inter Turones & Andegavos influens, ad vicum Candacensem, irrigatis Lemovicis, Conflando, Arvallis, Castro Heroldi, & Chinone oppidis.

Prov. Rom. Vigiliæ *Bisegli*, urbs Apuliæ Peucetiæ littoralis episc. sub archiep. Tranensi, inde 5. mill. pass. in ortum, Barium versus 19.

Plin. Vigisonus. Vide Togisonus, ut alii codices habent.

Prov. Rom. Viglebanum (quod & Vicevenum) *Vigevano*, urbs Insubriæ recens episc. sub archiep. Mediolanensi, inde 20. mill. pass. Casale versus totidem, quot à Ticino, Novariam versus 12. Vide Vergeminum. Sic autem appellatur à glebæ vilitate, quasi Vilis gleba, teste Gaud. Merula.

Scrip. Brit. Vigornia *Worcester*, urbs Albionis in Anglia, episc. sub archiep. Cantuariensi, inter Varvicum ad ort. & Herefordiam ad occid. 30. fere mill. pass. ad Sabrinam fluv. Vide Branovium, seu Brannogenium, & Brangonia.

Scrip. Belg. Vilica *Bellich*, pag. Germ. inferioris ad Rhenum, apud Dusseldorpium & Nuesium, à Colonia Agrippina 5. leuc. in Bor. ex vitis Sanctorum Belgii.

Ptol. Villa, *Beni Arax* teste Marmol. opp. Maurit. Cæsar. mediterr. inter Lanigaram & Altaum.

Villa Caninii Rufi apud Plin. Jun. in epist. in ora Latii lacus erat apud Comum, ubi postea cœnobium Humiliatorum conditum fuit in ejusdem urbis suburbiis

Anton. Villa Faustini, *S. Edmunds Bury* teste Talboto, oppid. Albionis in Anglia, in via inter Londinium & Lindum occurrens, inter Coloniam 35. & Icianos 18. mill. pass.

Vet. Tra. Villa Marii *Marino*, opp. seu castrum hodie Latii in colle, in via Appia, medio itinere inter urbem Romam & Velitras 10. mill. pass.

Villa Mariana quoque à superiore diversa, nunc *Zagarolo* dici putatur, opp. Latii apud Prænestе inde 5. mill. pass. Labicum versus.

Cic. Villa P. Valerii, *la Motta* teste Gab. Barrio, pag. Brutiorum in Calabria ulteriore, ultra Rhegium, apud Leucopetram.

Scrip. Pol. Vilna *Wilde*, urbs Sarmatiæ, Lituaniæ caput & metrop. in regno Polonico, episc. sub archiep. Gnesnensi, inter Cracoviam 100. & Smolencum in Cæc. 80. leuc.

Ptol. Vilumbri, pop. Umbriæ inter Umbros orientaliores: quorum caput est Spoletium urbs.

Lib. Not. Vimania, *Altorff* teste Lazio, opp. olim, nunc pagus Rhætiæ apud *Wyngarten* opp. in Suevia, apud Ravensburgum urbem, 1. leuc. distans. Sed aliis videtur *Wangen*, urbs libera, inter Ravensburgum 2. & Campodunum in Eurum 5. à Lindavio 3. leuc.

Vet. Tra. Vimaranum *Guimaranes* seu *Guimaraes*, opp. Lusitaniæ in regno Portugallico, & agro Bracarensi à Bracara 3. leuc. in ortum. S. Damasi papæ patria putatur, teste Onuphrio.

Anton. Lib. Not. Viminacium, *Vidin* teste Nigro, sed Lazio *Wuczidern*, urbs Mysiæ superioris ad Danubium in Servia, archiep. & sedes satrapæ, à Singiduno 20. leuc. in ortum, Bydena à Græcis recentioribus dicta. Fuit & Viminacium Ant. apud Palantiam urb. Hispan. in Vaccæis.

Ælian. Spart. Viminacium alterum, *Vimy* teste Paradino, pagus Gall. Celt. apud Rhodanum fluv. & Lugdunum urb.

Sex. Ruf. Viminalis collis in urbe Roma, à viminibus circa aram Jovis natis dictus est, & Jupiter ipse Vimineus cognominabatur.

P. Vict. Viminalis, porta Romæ. Vide porta.

Scrip. Germ. Vinaria *Weinmar* vel *Weimar*, urbs præclara Thuringiæ, sedes ducum, ac olim Othonis imperat. sede decorata, inter Erphordiam & Neoburgum, hinc 5. inde 3. leuc. Altera, opp. Palatinatus, ab Heidelberga 2. leuc. Francofurtum versus.

Lib. Not. Vincentia, *Wenicza* teste Lazio, opp. Pannoniæ super. seu Valeriæ Ripensis, ad Draum fluv. in Stiria, inter Pœtovionem ad occ. & Variana castra ad ort. 2. leuc. Vincentia vero urbs Cenomanorum in Italia urbs est non obscura. Vide Vicenta, & Vicetia; varie enim scribitur.

G. Tur. Vincium *Venza*, urbs Gall. Narbon. episc. Provinciæ, sub archiep. Ebredunensi, proxima Nicææ, 4. leuc. in Bor. distans. Vide Vensiensis urbs.

Script. Pol. Vinda *Winden*, urbs episc. Livoniæ, inter Rigam metrop. 12. leuc. & Torpatum 16. Alia in Curlandia, *Windaw*, cis Rigam 20. leuc. Vide Venda.

Ptol. Vindana portus, *Brest* teste P. Jovio, portus, & opp. Gall. Celt. in ora occid. Britanniæ minoris, à Leona 8. seu 7. leuc. terra in Libonot. Sed teste Bertrando Argent. *Vilaine* fluv. ejusdem oræ.

Vindedivii apud script. Hibernos opp. Laginiæ, vulgo **Droithat* seu *Droith*, inter Dondalchum & Dublinium, inde 16. hinc 20. mil. pass. Hibernic. distans, ab Armaca 40. [* Forsan *Tredagh* vel *Drogheda*.]

Ptol. Vindelicia, reg. Europæ Danubio, Lico, & Oeno fluv. contenta, cujus nomen adhuc durat in tractu qui *Lintzgow* teste Scudo nominatur. Porro Vindelicia nunc *Bayern*, & Italis *Baviera* dici potest, teste Aventino; tametsi Bavaria paulo magis patet, partem Norici ultra Oenum, ubi Salisburgensis tractus est, complectens. Pop. Vindelici Strab. Plin. & al. Nomen habet à Vinda & Lico fluv. De eis Claud. de vict. Stiliconis.

"*Vindelicos saltus, & Norica rura tenebant.*

Anton. Vindelis, *Portland* ut videtur Camd. ins. maris Britannici, inter Albionem (cui propior est) & Galliam, à Vecti ins. 10. leuc. in occid. versus extrema Cornubiæ, & Garnseiam ins. 14.

Ptol. Vinderius, *the Bay of Knocfergus* teste Camd. fluv. Hiberniæ in ora orientali, inter Isamnium & Rhobogdium promontoria, ubi * *Droghedah* opp. [* Potius ubi *Knoc-Fergus* (Hibernis *Carig-Fergus*) opp. longe hinc in Bor. distans.]

Scrip. Brit. Vindesorium *Windsor*, opp. Albionis in Anglia ad Tamesim fluv. à Londinio 20. mill. pass. in occ. in quo reges inaugurari solent. Kingstonum vero in medio est, ubi ungebantur.

Ptol. Vindinum, Vindocinum Fortun. *Vendosme* teste Villanovano, urbs Gall. Celt. non obscura, & ducatus in Belsia reg. à Carnutibus 24. leuc. in occ. Turones versus.

Flor. Ptol. Vindius, *M. d'Oca* & *de Asturias* Villanov. & ulterius in occ. *Irneo* & *Ernio* Jo. Marianæ & Garibæo, in Asturibus autem *Sierra d'Oviedo* H. Coquo, mons Hisp. Tarracon, à Pyrenæis creatus, longeque

in occ. extensus, ac propterea varie nominatus; qui & Hirmius & Vinnius veteribus dictus est teste Mariana; in quo Segisama opp.

Fort. Vindo, (licet aliqui Virdo legant) *Wertach* teste Ortel. fluv. Vindeliciæ una cum Lico Augustam urb. Vindelicorum alluens. Cujus mem. Fortun. in vita S. Mart. l. 4.

" *Pergis ad Augustam, quam Vindo Licusque fluentant.*

Lib. Not. Vindobala, opp. Albionis in Northumbria, quod & Vindomora apud Anton. Aug. legitur teste Camd. Vide ibi.

Anton. Vindobona, quæ & Juliobona, & Ala Flaviana, *Wien*, urbs Pannon. super. Austriæ caput. Vide Ala Flaviana.

Anton. Vindogladia, *Winburn* teste Camd. op. Angliæ, inter Sorviodunum 12. & Durnovariam 9. mill. pass. apud Antonin. (Aliis est *Hulford* in Wallia.) Hoc opp. ad comit. Dorsettens. spectat, à Dorcestria ad 16. mill. pass.

Lib. Not. Vindolana, oppid. Albionis in Anglia ad Vallum in Northumbria, *Winchester in the Wall* vel *old Winchester* teste Camd. ita dictum ad alterius oppid. quod *Winchester* etiam vulgo nominatur, & Latine Venta ac Wintonia, differentiam. Vide ibi.

Lib. Not. Vindomana. Vide Ala Flaviana.

Ant. Vindomora, *Wallsend* teste Camd. opp. Albionis in Anglia inter Vallum 29. & Cataractonum 40. mill. pass. in Northumbria.

Anton. Vindomus seu Vindonus, Vindonum aliis, *Silceaster* seu *Silcester* Camd. oppid. Albionis in Anglia, inter Callevam 15. & Ventam Belgarum seu Wintoniam in occ. 21. mill. pass.

Tac. Vindonissa, Vindonense castrum lib. Not. *Windisch*, urbs olim episc. nunc pagus Helvetiorum, à Constantia (quæ illi in episcopatu subrogata est) 6. leuc. in occ. proximus Badæ, milliario distans, medius inter Tigurum & Basileam. Lazius tamen ruinas Vindonissæ in Kunigsfeldensi cœnobio apud Sempachium opp. ubi comitum Habspurgensium sepultura, non longe à *VVindisch* pago, monstrari scribit; ut credi possit hunc pag. ex ruinis Vindonissæ ædificatum nomen ex illa obtinuisse. Ejus mem. poeta Germ. lib. 6. Itiner.

' *Cumque inde ad veteris vestigia Vindonissæ,*
' *Me comitaretur Frisius ille meus.*

Scrip. Germ. Vineta, sic hodie, urbs Pomeraniæ in Rugia [vel Usedomia potius] ins. excisa, una cum Arcona, Carento, & Julino, urbibus ejusd. ins. extinctis, pro quibus hodie Sundis, & Volinum.

Fort. Vingenna, (Vide Vigenna) fluv. Gall.

Scrip. Germ. Vinisima, quæ & Vinshemia, *VVinshaim*, urbs Franconiæ inter Noribergam, & Mergethum ad 7. leuc. Spiram versus; cujus fit mentio à poeta Germ. lib. 5. Itiner.

" *Et me Vinisimam properantem nigra ruens nox*
' *Egit in obscuræ rustica tecta casæ.*

Varro. Vinius, *Fiume di S. Germano* teste Sanfelicio, fluv. Samnii apud Casinum decurrens, atque in Lirim influens.

Anton. Vinovium, opp. Albionis in Anglia, inter Vallum, & Cataractonum 22. mill. pass. ex Itin. Ant. Camdeno est *Binchester*, opp. agri Dunelmens. quod alio nomine Latin. Viconia nominatur. [Vinnovium forsan Ptolem. Vide Bimonium.]

Varr. Vintimilium *Vintimiglia*, urbs Liguriæ in ora episc. sub archiep. Mediolan. sub Genuensi republ. inter Albingaunum ad ort. 40. & Nicæam ad occ. 17. mill. pass. Vide Albintemelium.

Ptol. Vintium *Venza*, urbs Liguriæ in Alpibus maritimis, nunc episc. in Provincia, proxima Nicææ, ab ea 4. leuc. in Bor. sub archiep. Ebredunensi. Vide Vensiensis urbs. In Thes. ling. Lat. appellari vulgo *Montvisol* dicitur, non sine aperto errore; cum *Montvisol* sit mons Vesulus.

Vinuli, Winuli P. Diac. populi Germaniæ, iidem Langobardis seu Longobardis, sic appellati antequam in Italiam irrumperent. Helmoldo

Vinundria, *Windischgratz* teste Laz. qui alibi Vendum sic interpretatur. Qui Laz. etiam Vindomanam sic appellari scribit. Ptol.

Vipitenum, *Stertzingen* teste Siml. oppid. Rhætiæ in com. Tyrolensi, inter Oenipontem 6. & Brixinum urb. ad Austrum 4. leuc. Aliis est *Lug*, pagus inter Oenipontem, & Stertzingum 3. leuc. ab Oeniponte paulo remotior. Ant.

Virbii clivus locus erat Latii ab urbe Roma 5. mill. pass. Ariciam versus. Persio.

Virbius, fluv. Laconicæ in Peloponneso, ad quem Æsculapius Hippolytum curasse traditur. Et nom. proprium viri Aricini, cujus mem. Virg. lib. 7. Æn. Vib. Seq.

" *Virbius insignis, quem mater Aricia misit.*

Vircao opp. erat Hisp. Bæt. inter Cordubam 46. & Illiturgim 34. mill. pass. ex Itin. Ant. in quo numeri distantiæ depravati, cum inter Cordubam & Illiturgim vix 46. mill. pass. intersint. Anton.

Virena *Francolise* teste Bapt. Porta, locus Campaniæ apud Teanum urb. & mont. Gallicanum, à Teano mill. pass. distans; ubi fontes acidi. Vitruv.

Virgao, *Roda* teste Jo. Mariana, opp. Hisp. Bæt. apud oram oceani Gaditani, in Vandalia, inter Fanum Luciferi & Menesthei portum, hinc 2. inde 4. leuc. à Cæpione 3. Plin.

Virgi, *Vera* teste Clusio, vel *Bera*, urbs olim epis. Hisp. Tarrac. in ora Bastetanorum littorali, in confinio regni Murciensis & Granatensis, inter Carthaginem novam 9. & Charidemum prom. ad occ. 5. leuc. Ortel. Virgi Melæ cum Urce Ptol. confundit, cum Urce sit mecht. Error insignis in Thes. ling. Lat. occurrit, ubi *Almeria* indigitatur, urbs diversa, longius distans. Mela

Virgitanus sinus, à Virgi nominatus, *Golfo di Cartajena*, inter Scombrariam prom. apud Carthaginem, & Charidemum prom. Bæticæ contentus. Mela

Viriballum *Capo d' Aiazzo*, prom. Corsicæ in ora occidua apud Adiacium urb. Sed si Adiacium est Urcinium Ptol. Rhium (non Viriballum longius in Bor. distans) est prom. quod nunc *Capo d' Aiazzo* dicitur. Ptol.

Viritium, *Gripswald* teste Althamero, urbs Germaniæ in ora Boreali Pomeraniæ, ad mare Balticum, inter Sundim ad occ. 4. & Volgastum ad ort. 3. leuc. à Stetino 15. academia regionis clara. In Thes. ling. Lat. pro *Gripswald* scriptum est *Griefnagen*. Ptol.

Viroconium, postea Vigornia, urbs Albionis episc. ad Sabrinam fluv. in Angliæ & Walliæ confinio. Vide Vigornia, & Branovium. [Camdeno vero aliisque oppid. diversum à Vigornia, in comitatu Salopiensi, *Wroxcester* vel *Wroxceter* vulgo.] Ptol.

Virodunum *Verdun*, urbs episc. Gall. Belg. sub archiep. Trevirensi in Austrasia. Vide Verodunum. Est & Virodunum *Verdun*, seu *Vertun*, opp. Gall. Celt. in Burgundiæ duc. ad Ararim fluv. inter Cabilonum ad merid. & Belnam ad Bor. 4. leuc. à Divione 12. De illa lib. 7. Itiner. Anton.

" *Dehinc Virodunum celebratam præsulis urbem*
' *Venimus*---------

Virosidum, *Werewic* vel *VVarwick upon Eden* teste Camd. oppid. Albionis in Anglia apud Carleolum urbem. Lib. Not.

Virovesca, (non Virvesca, ut in Thes. ling. Lat.) Burvesca Ptol. *Birviesca* seu *Briviesca*, opp. Hispan. Tarracon. in Castella vet. non obscurum, apud fines Cantabrorum, inter Burgos ad Austrum 8. & Hordoniam urbem Cantabricam ad Arctos 13. leuc. Plin. Anton.

Anton. Viroviacum, quod & Veroviacum legitur, *VVarwyck* teste Jac. Meyero, opp. Belgii in Flandria, Insulæ urbi proximum, inde 3. leucis in Bor. Hypras versus totidem, similiter inter Armentarium ad occ. & Corteriacum ad ort. 3. leuc.

Pollioni. Virtingui seu Virtingi, pop. Germ. in Suevia trans Danubium, qui nunc Wirtimbergenses sunt teste Rhenano, quos Aurelius imperat. vicit teste Pollione Trebellio. Durat nomen partim regioni, quæ *VVirtimberg* dicitur.

Plin. Virucinates, *Friesinger* (hoc est Frisingenses) nunc teste Siml. pop. Vindeliciæ in Bavaria, inter Ambram & Isaram flum. quorum urbs est Frisinga, inter Augustam ad occ. 8. & Landshutum in ort. 6. à Ratispona 11. in merid. Monachium versus 8.

Ptol. Virvedrum, *Capd' Abroth* nonnullis, prom. Albionis in ora Scotiæ ad ortum, in oceanum maxime prominens, inter Berubium ad Austrum, & Tarvedum ad Arctos. Vide Viervedrum.

Ptol. Virunum, *Friesach* teste Laz. quasi *Vriesach*, opp. Norici in Carinthia, inter Vitopolim 4. & Neomarchum in Bor. 2. leuc. à Claudia sive Clagenfurto 6. Sed Siml. est *Bruneck*, opp. Norici in comitatu Tirolensi, inter Brixinam ad occ. & Aguntum in ortum 5. leuc. Villacum versus 20.

Lib. Conc. Visensis urbs *Viseo*, urbs Lusit. in regno Portugallico episc. sub archiep. Bracarensi, inter Guardiam 10. & Portum 14. leuc. Vide Lancia.

Vet. Insc. Visentum, *Bisento* teste And. Fulvio, opp. olim Hetruriæ, & teste Leandro castrum ejusdem nominis ad * Sinum fluv. in Aprutio, apud Pinnam & Lauretum opp. [* Forsan Salinum.]

Anton. Visio, *Vignonnet* teste Paradino, opp. seu pagus nunc Galliæ Narbonensis in Allobrogibus, & Sabaudia.

Ptol. Visontum, *Vibicio* teste Lazio, opp. olim, nunc pagus Pannoniæ superioris in Hungaria apud Capronizam opp. [Est & Visontium Ptol. urbs Hisp. Tarrac. in Pelendonibus, *Viseo* Villanovano: Viseum autem Portugalliæ oppid. est, longe à Visontio Ptol. distans.]

Plin. Ptol. Vistula, qui & Vistillus Plin. & Istula Ptol. Visula Melæ, Bisula Amm. *VVixel* vel *VVeixel*, fluv. magnus, & extremus Germaniæ, illam à Sarmatia ad ortum separans, ex Slesiæ & Moraviæ confinio oriens, ac per Poloniam in sinum Balticum decurrens, Cracovia, Sandomiria, Warsovia, Torunia, & Gedano, claris urbibus, irrigatis. De illo lib. 7. Itiner.

" *Utque tuas veniens subeo Casimiria portas,*
' *Transgressus ripas, Vistula magne, tuas,*
" *Vidi Paoniis ubi Vistula montibus exit,*
' *Vistula par fluvio, maxime Rhene, tuo.*

Plin. Dioni. Visurgis, Visurigis Ptol. Bisurgis Strab. Iturgis Ovid. *VVeser*, fluv. ingens Germ. ex Meliboco monte in Franconia oriens, ac inter Hassiam ad occ. Thuringiam ad ortum, Westphaliam ad Austrum, & Saxoniam ad Bor. in oceanum Germanicum, in Frisia orientali, quasi medius inter Amasium & Albim, sese exonerans, Hamelam, Mindam, Werdam, & Bremam, urbes alluens. Visurgis alter *VVeser*, fluv. Belgii ex territ. seu ducatu Juliacensi per Limburgum in Mosam apud Leodium influens.

Beda. Vitæ, pop. Germaniæ, quorum caput & urbs *VVittenberg*, quasi mons Vitarum, urbs Saxoniæ, & academia præclara, ad Albim fluv. inter Torgam ad Austrum 4. & Magdeburgum ad Arctos 10. leuc.

Vitaliana, insula, sive potius scopulus, & turris firmissima in lacu Verbano conspicitur, à Ludovico Borrhomæo (quæ familia ab antiquissima Vitaliana, cujus Vitalianus, princeps Patavinus, D. Justinæ virg. & martyris pater, ac D. Maximi episcopi ejusdem urbis avus, autor fuit, ortum duxisse traditur, Basilio Sereno clerico canonico autore) cum ab hostibus premeretur condita, quasi unicum perfugium in quo se tutaretur: cui insula alia longe major adjacet, malis aureis consita, & amœnissima. In ea turri carmina hæc insculpta leguntur.

" *Vitaliana vocor Verbani turris in undis,*
' *Edita primævæ nomina stirpis habens.*
" *Me Ludovicus sic Borrhomæus in altum*
' *Extulit, ut pateat Vitalianus honor.*
" *Simque locus fidis semper patefactus amicis;*
' *Hostibus at nostris sim moribunda lues.*

A Canobio opp. 3. mill. pass. abest.

Vitellia colonia fuit Roman. in finibus Æquorum, cujus mem. Liv. l. 2. dec. 1. cujus nullum durat vestigium, sicuti nec Verruginis oppidi vicini.

Vet. Tra. Vitellianum, *Viadana* teste Alciato, oppid. amplum Gall. Transpadanæ ad Padum, è regione Brixelli, in ducatu Mantuano, inde 20. mill. pass. Parmam versus 10. nomen à Vitellio imp. habens.

Vet. tab. Viterbium *Viterbo*, urbs Hetruriæ ad mont. Cimini radices, prius Vetulonia teste Platina, ex illa, Longola, & Turrena conflata, episc. loco Ferentii urbis vicinæ ad 5. mill. pass. excisæ, inter Volsinios 14. & urbem Romam 40. mill. pass. Patrimonii caput. De eo l. 3. Itin.

" *Præcipiti ingredimur positum sub monte Viterbum.*

Plin. Vitis, *Montone* Leand. *Rocone* aliis, & apud Ravennam *Aquedotto*, fluv. Gall. Togatæ ex Apenn. monte per Æmiliam, viam secans Æmiliam apud Forum Livii, in mare Hadriaticum apud Ravennam labens. Ad hunc amnem à Ravenna 3. mill. pass. anno sal. 1512. acriter inter Gallos & Hispanos pugnatum est, 18000. cæsis, incerta victoria.

Ant. Vitodurum, *VVinterthur* teste Scudo, oppid. Helvetiorum, medium fere inter Constantiam urbem Sueviæ, & Tigurum urbem Helveticam, 3. leuc. utrinque.

Vitulia apud vet. dicta est Italia, à vitulorum, quidus abundat, copia: deinde Italia voce Græca ab eisdem vitulis, quos Græci ἰταλὰς, hoc est italos, teste A. Gellio, vocant.

B. de. Vituli insula, *Selsey* teste Camdeno, ins. Albionis Angliæ adjacens.

Lib. Decr. Vivariensis urbs, Vivarium alibi, *Viviers*, urbs Gall. Celticæ ad ulteriorem Rhodani fluv. ripam (cujus reg. *Vivaretz* dicitur, pop. Ambibareti apud Cæs.) episc. sub archiep. Viennensi, inde 24. leuc. in Austrum, media fere inter Avenionem ad merid. & Valentiam ad Bor. 10. leuc. Fuit & vivarium locus Romæ apud portam Prænestinam, & castrum prætorium, à Vitige rege impugnatus, teste Procop. l. 1. de bello Gothico. Sic hodie adhuc dicitur. Vivariensis reg. Occitanæ finitima, licet montibus undique quasi turribus cincta sit, maxime tamen fertilis est, omnium fere fructuum copia affluens, & vini generosi ferax, quasi à copia vivariorum nominata.

Scrip. Gall. Vivariense monasterium, pagus cum cœnobio Gall. Celticæ in territorio Vivariensi, à Vivario urbe paulo supra 4. leuc. in Austrum versus Nemausum, *S. Andeol*, ex vita S. Andeoli.

Scrip. Ptol. Uladislavia *Vladislaw*, urbs Poloniæ majoris ad Vistulam fluv. episc. sub archiep. Gnesnensi, inde 12. leuc. in ortum distans, Cujaviæ reg. caput, inter Varsoviam ad merid. & Toruniam ad Bor.

Plin. Ulbanectes *Senlis*, populi, & urbs Gall. Belgicæ, nunc Latine Silvanectum, episc. sub archiep. Rhemensi, Vallesiæ reg. caput, proxima Compendio, 6. leuc. distans, inter Lutetiam 10. & Noviomum urbem Picardiæ in Caec. 12.

Ptol. Ulci, Ulciana colonia Frontino, *Lauria* sive *Luria* Moletio & al. *Laorina* aliis, oppid. Lucaniæ mediterr. in Basilicata, in via inter Salernum & Consentiam occur-

occurrens, inter Ebulum 54. & Castrovillarium in ort. 23. mill. pass.

Ptol. Ulcinium *Dolcigno*, urbs Dalmatiæ in ora littorali episc. sub archiep. Antibarensi. Vide Olchinium, sive Olcinium.

Ptol. Ulia, *M. Maior* Mor. & Marianæ, opp. Hisp. Bæticæ in Vandalitia, à Corduba 20. mill. pass. Ulla A. Hirtio, in colle, Cæsaris tempore munitissimum. Al. est *Vaena*, Tucci & Ægabræ proximum; aliis *Velia*.

Plin. Uliarus *Oleron*, ins. oceani Aquitanici contra ostia Garumnæ fluv. & Carantoni, à Rupella urbe, & ins. S. Martini dicta 4. aut 3. leuc. in Austrum recedens, cum opp. cognomine.

Beda. Ulmetum, *Elmesly* teste Camd. locus Albionis in Anglia.

Anton. Ulmi, *Ilessi* Lazio, *Iltz* Simlero, oppid. Pannoniæ infer. in Hungaria, inter Sirmium 26. & Cibalim 24. mill. pass. Mursam versus in Boream.

Ulmus, pag. Mysiæ super. à Naisso urbe 19. mill. pass. in ortum Sardicam versus.

Anton. Ulpia Castra. Vide Castra.

Ptol. Ulpia legio xxx. *Alpen* teste Mercatore, opp. Germaniæ infer. apud Rhenum, inter *Berck* ad Austrum, & *Santen* in Bor. 2. leuc. totidem à Wesalia in occ. Videtur idem quod Castra Ulpia Ant. inter Nuesium 7. & Cliviam in Bor. 6. leuc.

Ulpia Trajana *Varhel*, & Sclavonice *Gradisch* teste Lazio, urbs olim Daciæ, nunc pag. Transylvaniæ, ab Alba Julia 8. leuc. in Austrum.

Ptol. Ulpianum, geminum: unum Mysiæ sup. in Dardania apud Maced. confinia, olim urbs episc. & Justiniana secunda appellata, nunc Lat. rec. Villa Procopiana teste Laz. proxima Scupi, inde ad 12. mill. pass. in occ. Alterum, opp. Daciæ, *Pyrethi* teste Laz. apud Albam Juliam in Transylvania. Aliis est ipsa Alba Julia.

Ultonia, sive Hultonia cum aspirat. apud script. Hibern. *Ulster*, una ex Hiberniæ regionibus, in Bor. contra Scotos vergens, in qua urbes episcopales 25. olim censebantur, nunc 11. duntaxat, quarum metrop. est Armaca, sive Ardamacha, à Dublinio metrop. Laginiæ 55. mill. pass. Hibernicis in Bor. recedens, à Dumbo prom. 40. in Austr. à Tuama metrop. Connaciæ supra 100. in ort. æstivum, à Duno (quod à Dublinio 50. mill. abest) ad 20. per compendium. Cum autem Hibernia manus similitudinem gerat, Ultonia hujus figuræ pollex est, sicuti Connacia index, Laginia medius, Momonia medicus & auricularis, Media seu Midia vola; ut his versibus exprimitur.

" *Pingitur in speciem sinuosa Hibernia palmæ:*
" *Ultonia est pollex studiis asperrima Martis;*
" *Index Connacia; at medius sit Lagnica tellus &c.*

Cic. Frontin. Ulubræ opp. fuit Latii apud Velitras urb. ubi Aug. Cæsar educatus. Pop. Ulubrenses Plin. Hodie nullum illius apparet vestigium. De qua Juvenal. sat. 10.

" *Frangere pannosus vacuis ædilis Ulubris.*
Hor. lib. 1. epist. 11.
" *Est Vlubris, animus si te non deficit æquum.*

Vib. Seq. Ululeus, sive Ululens ut alii legunt, *Argento* teste Ortel. ex tab. recent. & Castal. fluv. Macedoniæ juxta Dyrrachium urb. decurrens.

Mel. & Sol. Ulyssippo, (non Olyssipona, ut in Thes. ling. Lat.) Olissippo Plin. Oliosippon Ptol. *Lisboa* Hisp. *Lisbona* Italis, urbs Hisp. Lusit. caput, seu conventus juridicus, & regia, archiep. & emporio clarissima, omniumque urbium Hispaniæ maxima, septem collibus imposita, ad Tagum fluv. haud procul ab ora occidua distans, à Toleto 83. & ab Hispali 63. leuc. in occid. à Sacro prom. 30. Portum versus in Bor. 50. à Christianis anno salutis 1147. victis Mauris recuperata, una cum Ebora, Heluis, & Pace Julia, à Bonifacio 9. archiep. & metrop. effecta. Ab Ulysse condita nomen habet, teste Plin. cum Solino.

Ulyssis portus, Odyssia Ptol. *S. Giovanni di Decatria* teste Fazello, portus olim Siciliæ in ora ad ortum apud Engyum, nunc lapidibus ex Ætna mont. oppletus. Aliis est *Porto de Lognina*, inter Tauromininum 10. & Catanam 20. mill. pass. Plin. Ptol.

Umber, lacus Umbriæ in Hetruriæ conf. apud Tiberim: idem cum Vadimone, ut aliquibus videtur. Umber item Bedæ fluv. Albionis maximus. Vide Habus Ptol. Prop.

Umbranici, pop. Gall. Narbonensis apud Aquitanicæ fines; quorum urbs Vabræ esse videtur. Vide Vabrense castrum. Plin.

Umbria, etiam vulgo *l' Ombria*, reg. Italiæ ampla Apennino monte divisa, inter Hetruriam ad occ. Tiberi discreta, & Sabiniam ac Picenum ad ort. Nare fluv. ad merid. terminata, mare Hadriatico ad Bor. Ombria olim dicta teste Plin. quasi ab imbribus, vel ab Umbrone fluv. teste eod. Plin. Urbes Cisapenninæ, Narnia, Interamna, Spoletium, Fulginium, Nuceria, Assisium, Eugubium, Tifernum, Tudertum, Ameria; Transapenninæ, Urbinum, Mons Feretranus, Pisaurum, Fanum, Senogallia, Forum Sempronii, & Callium. Pop. Umbri Plin. & al. Mart. lib. 9. ep. 58. Cic. Strab. Plin. & al.

" *Sic montana tuos semper colat Vmbria fontes.*
Stat. 4. sylv. carm. 4.
" *Exta ferat: cur Thuscus aper generosior Vmbro.*
Luc. lib. 2.
" *Tunc Vmbris Marsisque ferax, domitusque Sabello.*

Vrbes Vmbriæ hujus temporis.

Ameria *Amelia*, episc. libera
Assisium, vet. Æsisium, *Assisi*, episc. libera
Burgum S. Sepulchri, sub archiep. Florentino, & magno duce, *Borgo di S. Sepolcro*
Callium *Cagli*, episc. sub archiep. Urbinate
Camerinum *Camerino*, in conf. Piceni
* Eugubium *Gubio*, episc. sub archiep. Urbinate
* Fanum Fortunæ *Fano*, episc. libera
Forum Sempronii *Fossumbron*, episc. sub archiep. Urbinate
* Fulcinium *Foligno*, episc. libera
Hispellum *Spello*, olim episc. sedes Spoletinæ juncta
* Interamna *Terani*, episc. libera
Leopolis *S. Leo*, episc. sub archiep. Urbinate
Manliana *Magliano*, sedes episcopi Sabinensis
Mevania *Bevagna*, olim episcop. sede Spoletium deducta
* Narnia *Narni*, prius Nequinum, episc. libera
Nuceria *Nocera*, episc. libera
Nursia *Norcia*, olim episc.
Ocriculum *Otricoli*, olim episc.
* Pisaurum *Pesaro*, episc. sub archiep. Urbinate
Reate *Rieti*, episc. Sabinorum libera
Senogallia *Sinigaglia*, episc. sub archiep. Urbinate
* Spoletium *Spoleti*, episc. libera
* Tifernum geminum: Tiberinum *Citta di Castello*, episc. libera; alterum Metaurense *S. Angelo in Vada*
Trebia *Trevi*, olim episc. sede Spoletium translata
Vettiona *Bttona*, olim episc.
* Urbinum *Vrbino*, archiepisc. & ducatus Urbinatis caput
Interere Forum Flaminii, Carsula, Interocrea, & Martula seu Martana urbs.

Umbrica sive Umbricum opp. erat Faliscorum prope Fescennium urb. apud Treliam fluv.

Umbro *l' Ombrone*, fluv. Hetruriæ, inter Senam & Aretium oriens, in Austrumque fluens, apud Rosetum urb. Plin. Rut.

urb. quam alluit mari Tyrrheno exceptus, post 7. mill. pass. Rutil. lib. 1.

“ *Tangimus Vmbronem: non est ignobile flumen.*

Ant. Umbro mons, *S. Quirico* teste Jo. Annio, opp. Hetruriæ in monte, à Sæna fere 20. mill. pass. in via quæ Romam ducit occurrens, inter Mont. Alcinoum 3. & Pientiam 2.

Ptol. Una, *Sus* teste Marmol. fluv. Mauritaniæ Ting. in oceanum Atlanticum fluens inter Usadium promont. ad Bor. & Atlantem mont. majorem, apud Surigam urbem.

Strab. Undalus, *Fonte de la Sorgue* teste Paradino, opp. Gall. Narbon. ad Rhodanum fluv. excisum, ubi Sulgas fluv. confluit: vel *S. Remy* pagus teste Jo. Poldo: vel *Port de Traille* teste Scaligero, haud procul ab Avenione.

Eginart. Unni, qui & Hunni plerisque, pop. Germ. qui Thunni Eustathio dici videntur, qui ex Septentrionibus profecti, Italiam & Galliam oppressere. Hi Avares etiam apud Eginarthum, Onogari Agathiæ, unde nunc Hungari. Unni vero apud Dionys. Afrum sunt pop. Scythiæ citer. Caspiis pop. qui Caspium mare attingunt finitimi, & Albanis. Ab his forte Hunni in Germania.

Martial. Voberca, sive ut alii legunt Voberta, *Bobierca*, & *Bubierca* teste Varrerio, opp. Hisp. Tarracon. in finibus Celtiberorum, ac regno Arragonio, inter Bilbilim ad Bor. 3. & Segontiam ad merid. 13. leuc. Mart. lib. 1. ep. 49.

‘ *Præstabit illic ipsa figendas prope*
‘ *Voberta prandenti feras.*

Vet. Insc. Vobernum, *Boarno* teste Helia Capreolo, pag. Cenomanorum in agro Brixiensi.

Ptol. Vobrix, *Lamta* teste Marmolio, opp. Maurit. Tingitanæ mediterr. Babæ & Volubili finitimum.

Cæs. Vocates, pop. Aquitan. (quos Marlianus perperam cum Vasatibus confundit) quorum oppid. *Vique*, ab Auscis 3. leuc. in occ. à Condomo 2. in Austrum Nogeronum versus, in com. Armeniacensi: licet Vigenereus velit horum tractum esse *Bigorre*.

Tac. Vocetus seu Vocetius, *Botzberg* teste Scudo cum Lazio, mons Helvetiorum, pars Jurassi orientalis. Sed Tac. illum in Rhætis memorat. Al. est *Wichen* in Helvet. apud Arburgum.

Vet. Tra. Voconia *Vogogna*, opp. Insubriæ in valle apud Athisonem fluv. inter Mediolanum 60. & Oscellam opp. 7. mill. pass. ab Arona ultra Verbanum lacum 20. mill.

Cæs. Strab. Tac. Mel. Vocontii, pop. Gall. Narbonens. quorum reg. in Delphinatu *Val de Viso* teste Pineto nominatur. Aliis horum urbs Vasio putatur in comit. Avenionensi; quæ & Forum Voconii vel Vocontiorum. Vide ibi. Vocuntius nom. gent. Sil. lib. 3.

“ *Jam faciles campos, jam rura Vocuntia carpit.*

Anton. Vodgoriacum, locus Belgii in Hannonia apud Binchium oppid. teste Ortel. inter Bagacum 12. & Geminiacum 10. mill. pass. à Montibus 3. leuc. in ort. Binchium versus.

Cæs. Plin. Vogesus *Vauge*, mons Galliæ Belgicæ in Lotharingia, in Burgundiæ confinio; nam Lotharingos à Burgundis & Alsatiis separat. Ex eo Mosa & Mosella fluv. profluunt: Mosa quidem apud fines Lingonum. Circa ortum Mosellæ *Kratzer* appellatur. Ejus mem. Luc. l. 1.

“ *Castraque, quæ Vogesi curvam super ardua rupem.*

Vogesus à Gallis *Estay*, à Germanis vero *Auff der Stay* appellatur: in eo asarum herba plurima provenit.

Plin. Volane, vulgo etiam *Volane*, ostium Padi (& portus) quod & Olane teste Plin. dictum est, inter Caprasiam ad Austr. & Sagim ad Bor. 15. mill. pass. à Ravenna 24. Clodiam versus 34. in Arctos.

Volaterræ *Volterra*, colonia & urbs antiquissima Hetruriæ in monte, episc. sub archiep. Florentino, inde 34. mill. pass. inter Sænam ad ortum, & Pisas ad occ. 25. mill. plus minus, una ex primis 12. Tuscorum coloniis, à Jano condita, sive à Tyrrheno Lydio, anno ante urbem conditam 500. Persii poetæ patria. De ea quidam; *Cic. Plin.*

“ *Anne Volaterras, vicinaque mœnibus arva.*

Et Angel. Politianus.

“ *Impensis, ductuque tuo, Volaterra, repulsas.*

Volaterrana vada, quæ cum Volaterris in Thes. ling. Lat. confunduntur, ab ipsa urbe 8. mill. pass. distant ad ostia Cecinæ fluv. Vide Vada Volaterrana.

Volcæ, pop. Gall. Narbon. ultra Rhodanum fluv. quorum reg. *Languedoc*, & Italia *Linguadocca* nominatur; (licet Liv. eos juxta Rhodanum, apud Arelate & Avenionem, describat) nam Arecomici & Tectosages apud Ptol. inter Volcas computantur. Magis tamen patet reg. Occitana, quam reg. Volcarum; etenim Tolosa caput est Occitanæ reg. & tamen extra Volcas est, sicuti & Narbo. De Volcis Sil. lib. 8. *Cæs. Liv. Strab. & al.*

‘ ----------- *per inhospita rura*
‘ *Volcarum populatur iter*--------

Volcææ, *Balaton* & *Platsee* Bonfinio, paludes Pannoniæ super. in Hungaria apud Albam Regalem, inde 3. leuc. juxta Vesprinium, in ora illius Boreali, in Austrum extensæ. *Dionys.*

Volcelum, *Bocino* teste Celso Cittad. opp. Lucaniæ in monte mediterr. inter Silarum & Tanagrum fluv. circa Alburnum mont. ultra Silarum 8. mill. pass. à Salerno 20. in ortum, ab Auleta 6. Pop. Volceiani seu Volcentani Plin. ipsum vero opp. Volceiana urbs in vet. inscript. *Plin.*

Volci, Volsci Plin. Liv. Melæ, pop. Latii, quorum caput est Anxur sive Tarracina urbs, aliæque urbes Privernum, Setia, ac Forum Appii excisum. Liv. autem lib. 2. dec. 1. scribit Volscorum caput fuisse Antium. *Strab. Ptol. Flor.*

Volciani, pop. Hisp. Tarracon. quorum opp. seu pag. *Villa Dolce*, quasi *Volce*, teste Floriano, in Celtiberis, & regno Arragonio, circa ortum Guerbæ fluv. quorum mentio fit in bello Hamilcaris contra Romanos. *Liv.*

Volcientes, pop. Hetruriæ, quorum opp. Volce nunc extinctum: locus adhuc *Voce* nominatur apud Castrum urbem (quæ illi succedit) in tractu qui *Piano della Badia* dicitur, versus oram littoream, & mont. Argentarium. *Plin.*

Volerius, *Fiuminale* Leandro & Moletio, ac al. *Rigi*, fluv. Corsicæ in oram Borealem fluens per agrum Nebiensem, mari exceptus ad opp. S. Florentii. Vide Valerius. *Ptol.*

Voliba, *Falemouth* seu *Volemouth* teste Camdeno, portus Albionis in ora Australi Dumnoniorum, seu Cornubiæ, ab Exonia urbe 60. mill. in occ. Ocrinum prom. versus 19. *Ptol.*

Volochda *Wologda*, urbs Sarmatiæ in ditione Moschorum episcop. à Moscha 80. leuc. in Bor. & Cæciam. *Prov. Rom.*

Volsci, pop. Latii. Vide Volci. Hinc Volscus nom. gent. Virg. lib. 2. georg. *Plin. Mel.*

“ *Assuetumque malo Ligurem, Volscosq; verutos.* *Liv.*

Horum regina Camilla bellicosissima, & robustissima, tantæque fuit celeritatis, ut de ea Virgil. lib. 7. dixerit,

“ *Hos super advenit Volsca de gente Camilla &c.*
“ *Illa vel intactæ segetis per summa volaret*
“ *Gramina, nec teneras cursu læsisset aristas;*
“ *Vel mare per medium fluctu suspensa tumenti,*
“ *Ferret iter, celeres nec tingeret æquore plantas.*

Error manifestus in Thes. ling. Lat. tollendus est: nam Volscos pop. Tusciæ facit; cum longe à finibus Tuscorum absint.

Plin. Volsiniensis lacus, Vulsiniensis Columellæ, Bulsinus Procop. & Agathiæ, *Lago di Bolsena*, lacus Hetruriæ ingens, & fere rotundus, circuitu 30. mill. pass. piscosus, qui ab aliis opp. circumstantibus nominatur: nam dicitur *Lago di Marta* ab opp. Martha, ubi fluv. Martham emittit, & *Lago di Capo di Monte*. In eo insula est parva, ubi Farnesiorum sepultura, & ubi Amalasiuntha regina Athalarici Gothorum regis mater impie occisa est.

Ptol. Volsinium, Volsinii Strab. & Liv. cui alibi Vulsinium, *Bolsena* & *Bolseno*, urbs olim episc. Hetruriæ ad lacum Volsiniensem, nunc oppid. sede Oropitum inde 12. mill. pass. in ortum distans translata, medium fere inter Sænas & urbem Romam ad 54. mill. pass. Pop. Volsinienses Plin. Urbs antiqua, unaque ex 12. primis Thuscorum coloniis, ubi prodigium memorandum contigit; Sacerdote enim inter celebrandum de sacramenti veritate dubitante, ex hostia sacrata sanguis profluxit in subjectam pallam; quæ adhuc illo tincta Oropiti servata monstratur. De ea Juven. sat. 3.

" *Aut positis nemorosa inter juga Volsiniis, aut*
" *Simplicibus Gabiis, aut proni Tiburis arce.*

Liv. Voltumnæ Fanum, Volturnæ fanum Ant. locus Hetruriæ apud Ciminum mont. ubi nunc Viterbium urbs est, ut Annio & al. videtur. Sunt tamen qui Massam esse velint, urbem in Senensi ditione, inter Senas 40. & Populonium 20. mill. pass.

Caton. Volturrena, *Valtelina* teste Leandro, regio Insub. per quam Addua decurrit, quasi Vallis Turrena. Sed errat; nam Volturrena locus fuit Hetruriæ apud Viterbium.

Plin. Ant. Volubile, * Volobilis Ptol. *Fessa* teste Marmol. colonia & urbs ampla Mauritaniæ Tingitanæ mediterr. nunc regia clarissima & ingens Maurorum, à Tingi 144. mill. pass. à Banasa 35. quot ab utroque mari. [* Οὐολουβιλὶς in man. Seld.]

Ant. Voluce, opp. olim Hisp. Tarraconensis. Vide Veluca.

Scip. Hib. Voluntium *Arglas*, urbs Hiberniæ in ora Laginiæ, ab Armaca 22. mill. in ortum. [Voluntios pop. hoc loco habet Ptolemæus.]

Plin. Vomanus, & vulgo *Vomano*, fluv. Piceni in confinio Præcutinorum in Aprutio, ex Apenn. monte in mare Hadriaticum decurrens, medius inter Truentum & Aternum flum. apud Interamnam & Adriam fluens, Vomanum Plin. Cujus mem. Sil. lib. 8.

' ------------*statque humectata Vomano*
' *Adria*-------

Ant. Voreda, * *Old Carlile* teste Camd. id est vetus Carleolum, urbs olim, nunc pagus Albionis in Anglia apud Carleolum urb. [* *Old Penrith* in Camdeni indice.]

Ptol. Vorganium *Triguier*, i. e. Trecorium, urbs Gall. Celt. in ora Britanniæ minoris Boreali, Osismiorum caput, inter Leonam ad occ. & Briocum ad ort. Vide Trecorium.

Martyrol. Vormacia *Worms*, urbs clara Germaniæ superioris, episc. sub archiep. Moguntino. Vide Vangiones. De ea lib. 7. Itin.

" *Incola Vormaciam nomine turba vocat.*

Fort. Vornemetis. Vide Vernemetes.

Fort. Vosagus, Vogesus Cæs. & aliis, mons Galliæ Belgicæ. Vide Vogesus. De eo Ven. Fort. l. 7.

" *Ardennæ, an Vosagi cervi, capræ, Helicis ursi.*

Vet. Tra. Vosavia, quæ & Ficelia, *Ober Wesel*, opp. Germ. super. ad Rhenum, inter Bingium ad Austrum & Bodobrigam ad Bor. 3. leuc. sic vulgo dictum, ad alterius Wesaliæ in Germ. infer. pariter ad Rhenum, urbis liberæ in ducatu Clivensi, differentiam. Hic Mammæa Alexandri Severi imperatoris mater cæsa & sepulta, Christianorum fautrix.

Prov. Rom. Upsala *Upsal*, urbs Scandinaviæ archiep. & metrop. Suediæ seu Sueciæ, ab Eugenio 3. Pont. max. erecta, olim regia, ab Holmia regia 7. leuc. in Bor. recedens.

Ur Chaldæorum, Orche Strab. Orchoe Ptol. urbs Chaldææ reg. sub Babylonia, in Arabiæ Desertæ confinio, & patria Abraham patriarchæ. Bibl.

Ura boos, locus Cypri nomen antiquum adhuc servans teste Lusign. id est cauda bovis, in ora ad ortum, inter Salamina & Carpasiam. Ptol.

Uranopolis opp. erat Maced. sub monte Atho, ab Alexandro Cassandri regis fratre conditum. Fuit & urbs episc. Pamphyliæ apud Ptol. & alia Galatiæ ex lib. concil. Plin.

Uratislavia *Breslaw*, urbs Germaniæ episc. sub archiep. Gnesnensi, Slesiæ reg. caput, ad Oderam fluv. academia, & urbs clara, ex præcipuis Germaniæ, anno salut. 1033. episcopio donata, inter Pragam, & Gnesnam in Cæc. 28. leuc. ac inter Berlinum ad occid. & Cracoviam ad ortum 30. à Gorlitio primaria Lusatiæ 15. in ortum. De illa in lib. 5. Itin. Germ. Scip. G.rm.

" *Slesia, quæ pulchris habet oppida condita muris;*
' *Visa caput quorum culta Vratislavia.*

Urba, opp. Equestrium in conf. Sequanorum. Vide Verbigenus. Ant.

Urba Salvia, Urbs Salvia Ant. Urbisalia Procop. Salvia urbs Plin. opp. olim Piceni, nunc pag. adhuc *Urbisalia* dictus, à Tollentino 10. mill. pass. distans, versus Tignium 6. à Seravalle 5. ab Alarico rege Gothorum excisa. In Thes. ling. Lat. Ursa Balvia pro Urba Salvia, non sine errore, scribitur. Ptol.

Urbevetanum. Vide Oropitum, sive Orobitum. Procop.

Urbicus, Urbiaca Anton. ut videtur Ortel. *Arbeca* Beuth. & Clus. opp. Hisp. Tarracon. in Celtiberis, Albonicæ proximum, à Cæsaraugusta 88. mill. pass. in merid. Est & Arbeca opp. Hisp. citer. in Catalaunia, inter Ilerdam 4. & Tarraconem 8. leuc. Liv.

Urbicus, *Orbego* teste Morali, fluv. Hisp. Tarrac. apud Augustam Asturicam fluens: apud quem Suevi à Theodorico rege cæsi sunt teste Adone Viennensi. D. Isid.

Urbinum, *Urbino* quoque nunc, urbs Umbriæ in monte, archiep. & duc. Urbinatis caput, inter Tifernum Metaurense, & Pisaurum 20. mill. pass. ab Arimino 30. Pop. Urbinates Plin. De eo in lib. 3. Itin. Tac. Procop.

' ---------------*hinc imus in urbem*:
" *Urbinum dixere patres tua regia tecta.*

Urbinus quidam, in agro Reatino à militibus ad necem conquisitus, servum habebat adeo sui amantissimum, ut is domini vestibus & ornamentis indutus, se in cubile receperit, quo Urbinus creditus, pro domino interficeretur, ut factum est: cui Urbinus statuam, quæ fidelitatem illius testaretur, erexit. Cœl. Rhod.

Urbisalia. Vide Urba Salvia. Procop.

Urbs *l'Orba* vel *Urba*, fluv. Liguriæ ex Apenn. monte fluens maxime perspicuus, in Bormiam in agro Alexandrino influens, indeque ad 4. mill. pass. uterque in Tanarum ab Alexandria 2. mill. labitur. Aliis Urbs fluviolus putatur, qui ad Astam urbem, ejus lambens mœnia, in Tanarum influit, *Borbo* ab incolis dictus. Claud. lib. de vict. Stilicon. Claud.

" *Pervenit ad fluvium miri cognominis Urbem.*

Urbs vetus *Orvieto*, urbs Hetruriæ episc. Vide Oropitum. Urbs quoque vetus, quæ Danis Brannesia teste Krantzio dicitur, vulgo *Aldenburg* vel *Oldenburg*, urbs Holsatiæ marit. olim episc. nunc pene extincta, à Lubeca, quæ illi in episcopali sede successit, 6. leuc. in Bor. distans, in ora maris Baltici. Martyrol.

Urcesa, & Urcesia ex vet. monum. *Velez* Clusio & Jo. Marianæ, urbs Hisp. Tarrac. in Celtiberis, & in Castella nova, ubi ordo equitum, à Consaburo 4. leuc. Toletum versus, à Segobriga urbe excisa (quæ nunc *Capo della Griega* dicitur) 2. sive 8. mill. pass. recedens. Ptol.

Plin. Urci, Urce Ptol. *Orce* nunc, opp. Hisp. mediterr. in Bastetanis, & nunc in regno Granatens. Almeriæ & Virgi finitimum, olim urbs episc. quam Jo. Mariana Murciam nunc dici putat, regni Murciensis caput; sed situs repugnat. Recuperatur ab Hisp. anno salut. 1265. Miror hoc opp. in Thes. ling. Lat. appellari *Aquile* vulgo, cum adhuc nomen retineat, ut dictum est.

Ptol. Urcinium, *Aiazzo* sive *Aiaccio* teste Pineto & Moletio, urbs Corsicæ episc. sub archiep. Pisano, Adiacium Lat. recente, in ora occidua, inter Calviam, & Bonifacium 70. mill. pass. à Bastia, ubi præfectus moratur, 80.

Ptol. Uretum, ut in cod. Græco Ptol. Vide Veretum, ut alii legunt.

Vet. Insc. Urgavonense municipium, *Arjona* teste Mor. opp. Hisp. Bæticæ mediterr. in Vandalitia apud Tucci, 3. leuc. distans. Vide Alba.

Prov. Rom. Urgellia *Urgel* seu *Xea de Urgel*, urbs Hisp. Tarrac. in Catalaunia, apud montium Pyrenæorum radices, episc. sub archiep. Tarraconensi. Vide Orgella.

Strab. Urgenum, Enarginum Ant. Ernaginum Ptol. Ugernum Turonens. *Orgon* Dalechampio, oppid. Gall. Narbon. in Provincia ad Druentiam fluv. apud Cabellionem urb. inde 2. leuc. Arelatum versus.

Plin. Mel. Urgo, Orgon Steph. Gorgon Rutil. *la Gorgona*, ins. parva maris Tyrrheni in Ligustici confinio, sub Genuensibus, inter Portum Liburnum, & Corsicam 30. mil. pass. ipsa circuitu 4. à portu Ericis 60.

Strab. Uria *Oria* & *Ora*, urbs Iapygiæ seu Salentinorum episc. inter Brundisium 18. & Tarentum 24. mill. pass. ab Alerio 30. in monte, sub archiep. Tarentino. Hodie Brundusinæ copulata est sedes. Uria item Varr. opp. Magnæ Græciæ apud oram Calab. ulter. in territ. Locrensi, *Condoiani* vulgo.

Ptol. Uriconium, *Wroxcestre* teste Lhuydo, seu *Worcester*, urbs Albionis in Angliæ Walliæque conf. ad Sabrinam fluv. à Salopia 5. mill. in Austrum recedens. Vide Branovium, & Viroconium.

Plin. Urium, fluv. Bæticæ Hisp. inter Bætim & Anam flum. fluens; ubi & Urium oppid. Ptol. fuit. In Thes. ling. Lat. Auriensis alio nomine dici scribitur: sed Auriensis urbs est Gallæciæ.

Plin. Urpanus, *Sarwicze* ex tab. recent. fluv. Pannoniæ apud Vesprinium urb. oriens, & per Albam Regalem fluens in ortum, Danubium petens inter Celociam & Teutoburgium.

Scrip. Germ. Ursa, *Rus* teste Scudo, fluv. Helvetiorum ex Adula monte oriens, perque Uriam, Luceriam, & Vindonissam, in Arolam decurrens.

Plin. Ursentini, pop. Lucaniæ; quorum opp. *Contursio* teste Brusonio, à Silaro fluv. parum in ortum recedens. Aliis videtur *Ursimarso* opp. ejusd. reg. in Brutiorum confinio, apud Laum, inde 6. mill. pass. Quod verisimilius videtur, cum situs non repugnet, & nominis allusio adsit.

Scrip. Belg. Ursidungum, postea Cella S. Gisleni vulgo *S. Gislain*, opp. seu pagus Belgii in Hannonia, ad Haniam fluv. Montibus urbi proximus, ad 2. leuc. distans.

Plin. Strab. Urso, & Genua Urbanorum teste Plin. Ursao A. Hirt. Orsona App. *Ossuna* Mor. & al. opp. præclarum, & academia Hisp. Bæt. in Vandalitia, ab Astigi 5. leuc. in Austrum, ab Hispali 13. Malacam versus, ducatus.

Sex. Ruf. Ursus Pileatus, *S. Bibiana* hodie, locus Romæ apud portam Esquilinam; ubi sacra ædes S. Bibianæ virgini dicata.

Plin. Urticini, pop. Piceni, quorum opp. excisum, nunc *Ortezzano* Pamphilo.

Anton. Urunca, *Ensisheim* teste Siml. opp. seu urbs Germaniæ super. in Alsatia, inter Basileam 4. & Argentoratum 10. leuc. à Colmaria 3. in Austrum.

Urus, *Ouse* teste Camd. fluv. Albionis in Anglia per Eboracum urb. fluens, ac in Abum sive Humbrum influens: super quo pons lapideus est. *Scrip. Brit.*

Ptol. Usadium, *Capo di Alguer* teste Marmol. promont. Mauritaniæ Tingitanæ in ora maris Atlantici, inter Tamusigam & Surigam urbes, cis Atlantem majorem.

Ptol. Usbium, *Ips* hodie teste Lazio, opp. Norici ad Danubium in Austria, Laureaco finitimum, inde 3. leuc. in ort. Vienam versus. Germaniæ Ptol.

Liv. Uscana, Sulcanum Oros. opp. olim Macedoniæ amplum apud Lychnidum, inde 12. mill. pass. recedens.

Ptol. Uscenum, *Persenburg* Moletio & aliis, opp. Iazygum ad Granuam fluv. in Hungaria Transdanubiana, Strigonio finitimum, ab eo in Bor. & Cæciam.

Amm. Uscudama, urbs Thraciæ, postea Hadrianopolis. Vide ibi. De qua lib. 2. Itin.

" *Tandemque Vscudama mutato nomine prisco,*
" *Matricida suo de nomine dixit Orestam.*

Ptol. Usellis *Oselo*, colonia & urbs olim episc. nunc opp. Sardiniæ mediterr. inter Tarram & Osæam, à Sassari 6. mill. pass. distans in meridiem.

Ptol. Usilla urbs Africæ fuit littoralis, olim episc. sub archiep. Carthagin. inter Rhuspas ad occ. & Taphruram ad ortum.

Cæs. Dion. Tac. Usipetes, pop. Germ. quorum locus *Hochrug* dicitur teste Rhenano, inter Rhenum fluv. & Montes Hassiæ. Sed Usipetes apud Cæs. erant finitimi Sicambris, & Tencteris, sic apud Tacitum: quorum urbs *Zutphen* in Geldris ad Isalam fluv. teste A. Junio; aliis *Wesop* opp. in finibus Batavorum, inter Nardam & Mudam opp. proxima, ab Amsterodamo 2. leuc. in Aust. à Trajecto 3. Visipi Ptol. & Usipii Mart. l. 6. ep. 60.

" *Sic leve flavorum valeat genus Vsipiorum.*

De Usipetibus, & aliis pop. Polit. lib. 5. de stellis sic:

" *Helvetii, Vsipitesque, atque effera corda Suevi,*
" *Queis unum prædæ studium, & durare sub ipsis*
" *Corpora fluminibus, telisq; assuescere dextram;*
" *Non urbis, non cura domus, agrive colendi:*
" *Venatu ducunt vitam, atque è lacte liquente.*
" *Bella placent sævis, fususque è corpore sanguis.*

Scrip. Brit. Usocona, nunc *Okenyate* Camd. opp. Albionis in Anglia. Vide Uxacona. Locum apud aliquem haud legi.

Plin. Ptol. Ustica *l' Vstica*, seu *l' Vstega* Faz. ins. Siciliæ, una Æoliarum, Euonymus Strab. à littore Siciliæ 60. mill. pass. quot ab aliis Æoliis in Austrum & Libonotum.

Ant. Usula, Usilla Ptol. urbs Africæ fuit mediterr. inter Tusdrum 32. & Theænas ad ort. 28. mill. pass. Cujus mem. D. Augustinus.

Ptol. Uthina urbs fuit Africæ mediterr. episc. sub archiepisc. Carthaginensi, apud Cuinam coloniam.

Polyb. Cæs. Cic. Plin. & al. Utica, Ityca Polyb. & Ptol. colonia & urbs olim episc. Africæ littoralis, à Carthagine 34. mill. pass. in occ. Tabracam versus, excisa, varie à scriptoribus indigitata, *Porto Farina*, & incolis *Garel Melha* Marmol. & Fazello, *Benfert*, seu *Biserta* (urbs hac tempestate clara) Hub. Folietæ & aliis; *Mazachares* locus ubi erat, Nigro. Pop. Uticenses Cæs. Ego Bisertam Uticam novam esse, ex veteris ruinis ædificatam, existimo. Uticæ diem obiit Gn. Nevius, tertium inter comicos locum tenens apud Volcatium, Roma inimicorum factione ejectus. Scripsit de bello Punico, tragœdias, & comœdias. Ibidem vita functus Cato Uticensis, licet Romanus esset.

Lib. conc. Vtica altera, quæ & Vcetia, sive Vzetia, *Vzes* vulgo, urbs Gall. Narbon. episc. sub archiep. Arelatens. in Occitana reg. inter Nemausum 4. & Lutevam ad occ. 8. leuc.

Ptol. Vtidava *Vtuarhel*, opp. Daciæ excisum teste Lazio.

Vet. Tra. Vtinum & Vtina, Atina Melæ ut aliquibus videtur, *Vdine*, urbs Carnorum, ac Forojuliensium conventus juridicus, patriarchæque Aquileiensis sedes, ab

Aquileia

Aquileia 20. mill. pass. in occ. à Foro Julio 8. à Venetiis 70. in Bor. Villacum seu Vacorium urbem Carinthiæ versus, olim sub Carolo magno urbs episc.

Amm. Vtricesium *Vtrecht*, urbs Batavorum archiep. & metrop. effecta Philippo secundo rege Hispan. & Belgii domino. Vide Trajectum.

Ant. Vtriculum *Otricoli*, urbs olim episc. Vmbriæ, nunc opp. in monte, Tiberi proximum, inter Narniam 8. & Romam 36. mill. pass. Vide Ocriculum. Pop. Vtriculani Plin.

Plin. Vtus, fluv. Mysiæ ex Hæmo mont. in Danubium influens: (ubi Vtus Anton. opp. ab Oesco Triballorum 12. mill. pass. distans Thraciam versus) quo in loco Arugillus ab Attila interfectus est teste Amm. in Dacia ripensi.

Leonic. Vucrina, fluv. Illyrici in Saum fluv. Pannoniæ per Bossinam influens.

He'moldo Wagri, pop. Germ. in Holsatia: quorum urbs primaria Aldemburgum fuit.

Wandali, pop. Vide Vandali. Hi Carthaginem capiunt sub Geinserico rege anno sal. 439. urbis conditæ 1190. Olymp. 303. anno 2. & anno sal. 455. Romam diripiunt sub eod. rege.

Scrip. brit. Welliæ seu Wellæ *Welles*, urbs Albionis in Anglia episc. in com. Somersettensi, Bathoniæ urbi proxima; quarum urbium hodie sedes episcopales unitæ sunt.

Scrip. Germ. Westphalia, reg. Germ. Pop. Westphali; & Westphala arva apud poetas German. Vrbes, Monasterium primaria, Padeborna, & Osnaburga.

Gemblac. Wilteburgum, *Wiltenburg* adhuc, opp. fuit Batavorum in Hollandia, à Trajecto 2. leuc. distans; ubi adhuc rudera illius cernuntur. Ibi sedes erat episc. antea Trajectensis.

P. Diac. Winuli, pop. German. qui & Vinuli, & Langobardi.

Wismaria *Weismar* vel *Wismar*, urbs & emporium Germaniæ in ora maris Baltici, ducatus Magnopolitani. De qua lib. 5. Itin.

" *Wismariam portu celebrem lux prima marinam*
' *Nos duxit--------*

Gemblac. Witlam, sive ut alibi legitur Witham, opp. fuit Batavorum ad ostia Mosæ, à Normannis anno sal. 835. conditum, teste Gemblacensi.

Strab. Liv. Ptol. Vulcani insula, quæ & Hiera & Therasia Plin. ins. Siciliæ, una Æoliarum, ignes emittens, Liparæ proxima ad 4. mill. pass. nunc etiam *Vulcano*, sic dicta, quod ibi templum esset Vulcani teste Strab. Ejus mem. Virg. lib. 8. Æn.

" *Vulcani domus, & Vulcania nomine tellus.*

Eginarth. Vulpiacum *Vlpen*, pagus Germ. infer. circa Juliacum urb. Aliis *Vbich*. Sed prior interpretatio magis arridet. *Vlpen* vero circa Limburgum, inde 2. leuc.

Liv. Vulsinium. Vide Volsinium, utrumque enim legitur. Libro 3. Itiner.

" *Inde lacum, cujus Vulsinia littore quondam*
" *Bis sex Tyrrhenas inter caput extulit urbes.*

Scrip. Gall. Vultunna seu Vultonia *la Boutonne*, fluv. Aquitaniæ per fines Santonum fluens, ex Pictonibus ortus, ac per Engeriacum opp. in Carantonum influens.

Prov. Rom. Vulturaria, Vultura Hor. *Vulturara* etiam hodie, urbs Hirpinorum in Apuliæ confinio episc. sub archiep. Beneventano, inde 28. mill. pass. in Bor. à Luceria 12. Boianum versus. Cujus mem. Hor. lib. 3. carm. od. 4.

' *Me fabulosæ Vulturæ in Apulo*
' *Altrices extra limen Apuliæ.*

Vbi al. cod. habent *Vulture*. Vultur vero mons vel flumen Apuliæ; à quo Vultura urbs nomen habet. In Thes. ling. Lat. citatur Hor. qui de urbe loquitur Vultura, non de Vulture monte.

Strab. Vulturnum, Volturnum Varr. & Ptol. *Castel à mar di Botorno* hodie, urbs olim Campaniæ episc. sub archiep. Capuano, inde 10. mill. pass. ad ostia Vulturni fluv. nunc exiguum castrum, inter Sinuessam ad occ. 8. & Linternum ad ort. 9. mill. Vulturnum urbs prius, postea Capua est appellata, ut scribit Liv. lib. 4. dec. 1. Ex quo Vulturnum geminum fuisse videtur, unum interius, alterum in ora. Liv. Plin.

Vulturnus, *Volturno* etiam vulgo, & *F. di Capua*, fluv. Campaniæ in Samnio oriens apud fines Atinæ, perque Venafrum, Telesiam, & Capuam in mare Tyrrhenum ad Vulturnum urbem decurrens, Calore & Sabbato acceptis. De quo Ovid. lib. 15. metam. Strab. Plin. Liv.

" *Linternum, multamque trahens sub gurgite arenam*
" *Vulturnus, niveisque frequens Sinuessa columbris.*

Wormacia, olim Borbetomagus, *VVorms*, urbs Germaniæ superioris ad Rhenum, libera, & episc. sub archiep. Moguntino, inde 7. leuc. Spiram versus 6. Vide Vangiones. Prov. Rom.

Vurmius *Worm*, fluv. Germ. infer. apud Aquisgranum oriens, & in Ruram, qui Mosæ ad Ruremundam miscetur, influens. Eginart.

Vxacona, seu Vsocona ut alius codex habet, *Okenyate* teste Camdeno, opp. olim, nunc pagus Albionis in Anglia, medius fere inter Rutunium 22. & Etocetum 24. mill. pass. versus Bennaventam, in comitatu Salopiensi. Ant.

Vxama *Osma*, urbs Hisp. Tarracon. apud Durium fluv. in regno Castellæ vet. fere extincta, paucis constans ædibus, à Pompeio magno quod imperata facere recusasset eversa, & refecta, rursus à Mauris in solitudinem pene redacta, episc. sub archiep. Toletano, inter Burgos 20. & Segontiam 10. leuc. à Numantia 12. à Toleto supra 30. in Bor. Burgos versus. Plin. Ptol.

Vxella, *Lestuthiel* teste Camd. vel *Lestithiel*, opp. Albionis in Dumnoniis, seu in Cornubia reg. (aliis est *Kreckornwell*, opp. ejusdem reg. proximum) ab Exonia urbe ultra 40. mill. in occ. Vxela scribendum ex cod. Græco Ptol. Mill. pass. 16. à Tamara est. Uxela etiam æstuarium proximum est; quod teste Camd. *Ivelmouth* appellatur. Vide Vexala. Ptol.

Vxellodunum, *Cadenac* teste Vigenereo, opp. Gall. Aquit. in finibus Cadurcorum, in mont. ad Tarnem præterlabentem, à Cadurcis 9. leuc. distans. Hoc Franc. Junius *Yssouldun* esse putat; sed hoc Exoldunum est, opp. præclarum Biturigum, longissime à finibus Cadurcorum distans. Cæs.

Vxellum, sive Vzellum ut aliqui scribunt, sed Vxelum scribendum est, opp. Albionis in Selgovis in Scotia, apud Carbantorigum & Trimontium. Ptol.

Vxena, *Vzelis* teste Car. Clusio, opp. Hisp. Bætic. nunc pagus. Vet. Insc.

Vxentum *Ogenti* & *Vgenti*, urbs Salentinorum episc. sub archiep. Hydruntino, inde 20. mill. pass. in merid. quot ab Aletio in Cæciam versus Iapygium prom. vicinum, ab Alexano 8. à Gallipoli 20. in ort. proxim. Vereto. Ptol.

Vxentus mons Indiæ est cit. cis Gangem fluv. juxta quem incolunt Adisathri pop. quorum urbs primaria Balantipyrgum est, Palibothra occidentalior. Ptol.

Vxii, montes Armeniæ majoris, ex quibus Tigris fluv. oritur. Vbi Vxii pop. & Vxia reg. Straboni. Diod.

Vxisama, ins. oceani occidui, una ex illis quæ ab Hispania tridui navigatione in occ. distant; quæ *Azores* dici videntur Ortel. Per has in novum orbem navigari solet. Strab.

Vzalis, Vzialis Vict. Vticensi, Vzalitanum (sive, ut alii legunt, Vialitanum) oppid. Plin. colonia & urbs olim episcop. Africæ mediterran. apud Vticam urbem. D. Aug.

Vzecia, *Cayrahon* ut aliquibus placet, opp. Africæ medi- Ptol.

mediterr. Thysdro finitimum, Usceta A. Hirtio, Hadrumeto proximum Thysdrum versus.

Martial. Uzetia, urbs Gall. Narbonens. episc. sub archiep. Narbonens. in Occit. reg. apud Nemausum, inde 4. leuc. (Vide Ucetia, & Utica) vulgo *Vzes.*

Scrip. Brit. Uzella *Lestithiel*, opp. Albionis in Cornubia. Videtur Uxela Ptol. Vide ibi.

A. Hirt. Ptol. Uzita, opp. Africæ mediterr. Ulizibræ sive Ulizibirræ urbi finitimum, à Cæsare teste A. Hirtio deletum.

X.

Steph. Xanthi, pop. Thraciæ, quorum mem. Hecatæus in Europa, ut scribit Steph. Horum urbs archiepisc. Xanthia, inter Masynopolim & Abderam, de qua Nicetas Choniata in annalibus.

Strab. Plin. Plut. & al. Xanthus, fluv. Phrygiæ, seu Troadis notissimus, præsertim apud poetas, ex Ida monte oriens, atque in Hellespontum apud Dardanum urb. influens: idem Scamandro teste Dione Prusæo cum Max. Tyrio; sed diversus teste Plin. sicuti & Simois. Verum quia hi tres amnes confluunt apud oram, propterea iidem ab aliquibus appellantur. Is *Santo*, & postea *Scamandro* nominatur. Virg. lib. 5. Æn.

" *Nec minor in terris (Xanthum Simoentaque testor)*

Ovid. lib. 3. amorum.

' *Cum rapuit vultus, Xanthe, Neæra tuos.*

Herod. Strab. Plin. Xanthus alter, qui & Sirbis Strab. & Glaucus Plin. dicitur, fluv. Lyciæ Xanthum urbem interluens, *Sirbi* etiam vulgo, Cadmo monte oriens. Xanthus item fluviolus Epiri, qui teste Virg. arescit, lib. 3. Æn.

" *Pergama, & arentem Xanthi cognomine rivum*
' *Agnosco-------*

Strab. Plin. Ptol. & al. Xanthus, à Xantho Cretensi nominata teste Steph. quæ & Xanthopolis in lib. concilior. urbs Lyciæ non parva episc. sub archiep. Myrensi, proxima Pataræ, & ab ostio Xanthi fluvii (à quo alluitur) 70. stad. distans. *Sirbi* nunc & *Santo*, de nomine fluv. Ejus episcopus synodo interfuit Florentinæ. Xanthus etiam opp. fuit Lesbi inf. teste Steph.

Vet. Tra. Xanthus item urbs Germ. inferioris apud Rhenum, *Santen* vulgo, à Trojanis anno ab excidio Trojæ 280. condita, ut ferunt script. Belgæ, deque Xanthi fluv. nomine dicta. Ea est in ducatu Clivensi, à Clivia urbe 4. leuc. Coloniam versus 12.

Polyb. Ptol. Xarax vel Zarax, *Xaralasi* Moletio, aliis *Cara* seu *Zara*, opp. Laconicæ in ora orientali ad fin. Argolicum, inter Epidaurum ultra Maleam prom. & Cyphantum portum. Vide Zarex.

Theopomp. Steph. Xera, urbs Hisp. Bæticæ, quæ & Cæsariana colonia *Xerez de la Frontera* vulgo, apud oram Vandalitiæ, contra Gades ins. proximam, inde 2. leuc. Hispalim versus 15. ab Assidonia & Arcensi colonia 5. in occ. Alii legunt Xerea. Hinc nom. gent. Xeræus, a, um.

Catullo. Xerolibya, reg. Africæ arida & deserta inter Tripolim & Pentapolim.

Strab. Steph. Xerxena, reg. Mediæ Borealis inter Iberiam & Albaniam, apud Alazonem fluv. sic à Xerxe Persarum rege ibi orto dicta teste Eutrop. Sed apud Strab. est reg. Mediæ Armeniæ majori contermina. Sic Cambysena à Cambyse rege dicta.

Ptol. Steph. Xilia, Zelis Strab. Zilis Plin. Vide Zilia, sic enim apud Ptol. in cod. Græco legitur, non Xilia, ut citatur ab Ortel. qui potius citare debuit Steph.

Joseph. Xiphene, reg. Palæstinæ apud Steph. cujus mem. Joseph. lib. 6. de antiquit. Judæor. Hinc Xiphenæus nom. gent.

Strab. Xiphoniæ prom. *Capo di Molina* teste Fazello, prom. Siciliæ, (ubi Xiphonia oppid. erat teste Steph.) in ora ad ortum, inter Acis fluv. ostium, & Cyclopum scopulos proximos, à Tauromino 10. mill. pass. Catanam versus 20. Incolæ Xiphoniatæ apud Theopomp. l. 39.

Xois, ins. & urbs Ægypti apud illius continentem, inter Sebennyticum & Phatnicum Nili ostia. Incolæ Xoitæ. *Strab. Ptol.*

Xuchis oppid. fuit Lybiæ apud Artemidor. Cujus nom. gent. Xuchites. *Steph.*

Xuthia opp. fuit Siciliæ, cujus mem. Philistus lib. 3. Nom. gent. Xuthiates. *Steph.*

Xyline, *Sentina* Moletio & al. oppid. Cappadociæ marit. in ora ultra Trapezuntem, inter Chordulam ad occ. & Apsorrum ad ortum. *Ptol.*

Xylos opp. fuit Cariæ, cujus mem. Hecatæus in Asia. Nom. gent. Xyleus, a, um. *Steph.*

Xynia, Xyniæ Liv. opp. & palus Thessaliæ (quam palud. etiam Bœbeidem vocant) in Bœotiæ conf. Sed Liv. Xynias in Epiro commemorat, forte in confinio Epiri; vel Xyniæ Livii diversæ sunt à Xynia Stephani. Vide Liv. lib. 2. & 9. decad. 4. De Xynia Polyb. lib. 9. apud quem & Steph. Xynieus, a, um, nomen gent. Palus vero Xynias dicitur, quam Steph. Bubaida vocat. *Apoll. Steph.*

Xystis oppid. erat Cariæ teste Steph. unde nomen gent. Xystianus. Sed hac tempestate non videtur extare. *Steph.*

Y.

Ybla, tergemina urbs Siciliæ teste Steph. major, parva, & minor, ab Yblo rege dicta. Pop. Yblæi; sed parvæ (quæ & Megara) etiam Galeotæ, & Megarienses dicti. Minor & Hera vocata fuit. Vide Hybla. *Steph.*

Yela, seu Hyela, urbs Lucaniæ marit. excisa. Vide Velia. *Strab.*

Yggade. Vide Uggade, ut alibi legitur. *Anton.*

Ysna *Isne*, urbs Rhætiæ in Suevia libera, inter Campodunum & Lindavium.

Yungus, qui & Ungus apud aliquos legitur, pagus Gall. Belg. medius inter Durocortorum ad occid. & Epoissium (nunc Yuodium) in ort. 22. mill. Orolaunum versus. *Anton.*

Yuodium sive Ivodium, opp. Gall. Belg. *Yuoix*, in ducatu Lucemburgensi, inter Macerias urbem Campaniæ ad Mosam ad occ. 4. & Lucemburgum ad ort. 12. leuc. Vide Ivodium. *Scrip. Gall.*

Z.

Zaaram, *Gisam* teste Villanovano, reg. Arabiæ felicis mediterr. sic Ortel. referente: sed Zaaram urbs est regia ad sinum Arabicum, *Gezan* teste Molqui, ut alibi, hic quoque divinare videtur. *Ptol.*

Zabatus, Zaba Callisto & Cedreno, fluv. Mesopotamiæ apud Ninivem urbem fluens, ac in Tigrim labens. *Xenoph.*

Zabi, Zaba lib. Notit. opp. fuit Mauritaniæ Cæsariens. in mediterr. inter Juliam Cæsaream & Cirtam occurrens, à Milevo 150. mill. pass. Cæsaream versus supra 200. *Ant.*

Zabii, pop. Indiæ, qui cum Deriade adversus Dionysium seu Bacchum pugnaverunt teste Stephano. *Steph.*

Zabulon urbs fuit (& tribus) Palæstinæ in Galilæa, apud fines Ptolemaidis, hodie excisa: rudera monstrantur. Cujus mem. Juvenc. lib. 1. *Bibl.*

" *Terra Zabulonum, & regio cui Nephtala nomen.*

Zacantha opp. fuit Hispaniæ ab Hannibale eversum teste Apollod. Incolæ Zacanthæi. *Steph.*

Zacatæ, pop. Sarmatiæ Asianæ circa fontes Tanais fluv. in Moschorum finibus. *Ptol.*

Zacyn-

Strab. Plin. Liv. & al. Zacynthus *il Zante*, insula (cum urbe episc. cognomine sub archiep. Corcyrens. à Zacyntho Dardano condita, unde nomen teste Steph.) maris Ionii, Peloponneso ad occ. adjacens, contra Chelonitem prom. inter Cephaleniam ad Arctos & Strophades ad Austrum 30. mill. pass. circuitu 36. Plin. à Berenice urbe Cyrenaicæ 412. sub Venetis. Plin. illam à Cephalenia 22. mill. pass. distare scribit, Strabo 60. tantum stad. De ea Virg. lib. 3. Æn.

" *Iam medio apparet fluctu nemorosa Zacynthos.*

Et Ovid. in ep. 1.

" *Dulichii, Samiique, & quos tulit alta Zacynthos,*

" *Turba ruunt in me luxuriosa proci.*

Hinc nom. gent. Zacynthius, a, um. Hic Diblobatazius imperator Græcorum 71. per annos 33. imperavit, inchoato imperio anno sal. 1221. Olymp. 499. anno 4.

Ptol. Zadris, *Caltichea* Mol. & al. urbs Colchidis mediterr. apud Albaniæ fines, à Surio in ortum recedens.

Prov. Rom. Zagabria, urbs Pannoniæ super. ad Saum fluv. & ad Segesticam ins. episc. sub archiep. Colocensi, Croatiæ reg. caput, Sisciæ, cui successit, proxima. Vide Sisopa. Hic D. Marci evangelium manu ejusdem scriptum asservari fertur.

Laonic. Cedren. Zagoria, reg. Thraciæ, in qua Deueltus urbs, quæ sic vulgo hodie nominatur; uti & reg. seu tractus ipse. Vide Deueltus.

Ptol. Zagri pylæ, angustiæ mont. Zagri, per quas ex Assyria in Mediam trajicitur, hodie *Semirami* teste Nigro, quod à Semiramide regina 15. mill. pervius factus sit; sicuti & Strongylus in Carmania, inter illam & Gedrosiam, Semiramidis mons appellatur à Ptolemæo.

Strab. Plin. Ptol. Zagrus mons, *Adilbegian* teste Castal. mons Asiæ excelsus, qui Mediam ab Assyria separat, Niphati monti finitimus, à quo in ort. recedit, Zagrius à Strab. dictus.

Ptol. Zagylis, *Cazales* Mercat. vicus olim, nunc oppid. Marmaricæ marit. inter Catabathmum ad occ. & Parætonium ad ort. inde 50. hinc 78. mill. pass. Anton. apud quem Zigilis.

Ptol. Zalacum seu Zalacus, *Guanser* incolis ex tab. recent. mons Mauritaniæ Cæsariens. in occ. vergens.

Ptol. Zaliscus, fluv. Cappadociæ in conf. Galatiæ, seu potius ipsius Galatiæ, per Paphlagoniam in mare Euxinum inter Sinopen ad occ. & Amisum ad ort. fluens: super quo urbs ejusdem nominis episc. est sub archiep. Amaseno, in mediterraneis, vulgo *Bolli*, regionis primaria, eam denominans, teste And. Theveto.

Ptol. Zalissa, *Scander* hodie teste Thev. urbs Iberiæ regia, in Armeniæ majoris confinio, à Georgianis habitata. Dicitur autem *Scander*, quasi Alexandria, ab Alexandro principe, sive illius reg. regulo.

Polyb. Plin. Strab. & al. Zama, *Zamora* teste Marm. Zamamizon Ptol. colonia & urbs Africæ episc. olimque Jubæ regia, à Carthagine teste Liv. itinere quinque dierum distans, & ab Hadrumeto 300. mill. pass. teste Æmil. Probo, ubi Hannibal à Scipione mortali strage victus est. Cujus vet. inscript. Col. Ælia Hadriana Aug. Zama Regia. De qua Sil. lib. 3.

" *Et Zama, & uberior Rutulorum sanguine Tapsus.*

Plin. Vitruv. Zamæ fons Africæ canoras voces reddens (autore Plin. lib. 31. c. 2. & Isid. ex Vitruv.) iis, qui aquas illius potant.

Ptol. Zametes seu Zames, *Zimat* nunc in tab. recent. mons Arabiæ felicis apud oram Australem, ex quo Betius fluv. oriens in sinum Arabicum influit. De quo Pontanus lib. 5. Uran.

" *Betius hinc Zamete fluens lavat herbiger amnis.*

Zammale, *Samael* nunc teste Ort. & *Molle*, voce detruncata, vicus Belgii in Brabantia apud Ghelam oppid. inde 2. leuc. distans in ortum, ab Arscotio in occid. 4. Scrip. Belg.

Zamora, olim Sentica, seu Sarabris, nunc *Zamora*, urbs Hisp. Tarracon. ad Durium fluv. in confinio regni Portugallici, ad Legionense spectans, episc. sub archiep. Compostellano, à Salmantica 12. leuc. à Vallisoleto 13. in occ. Mirandam urbem Portugalliæ versus. Prov. Rom.

Zancle; sic Messana urbs Siciliæ olim appellata traditur, licet alii diversam à Messana faciant: Zancle enim ab Anaxila Rheginorum tyranno eversa, non longe Messanam à Messeniis pop. Peloponnesi ædificatam tradunt Olymp. 29. A Zancle autem gigante condita traditur anno mundi 1435. sive teste Diod. ab Orione gigante. Aliter scribit Nicand. lib. 10. illam à falce Saturni ibi abscondita dictam fuisse. De ea Ovid. lib. 15. metam. Strab. Plin.

" *Nunc freta circumeunt: Zancle quoque juncta fuisse*

' *Dicitur Italiæ*-----

Pop. Zanclæi, & Zanclæus nom. gent. Sil. lib. 14.

" *Nec Zanclæa gerunt obscurum mœnia nomen.*

Inde etiam Zancleius nom. gent. quadrisyllabum, Ovid. lib. 14. metam.

" *Oppositumque petens contra Zancleia saxa.*

Zaoportus, locus Gall. Narbonens. apud Citharisten prom. Sed lectio hujus loci suspecta est Dalechampio, cum apud neminem hujuscemodi nomen legatur. Plin.

Zaraspæ, pop. Asiæ in Drangiana reg. inter Ariam & Arachosiam; quorum urbs primaria est Prophthasia. Vide ibi. Plin.

Zarattha urbs fuit Maurit. Cæsariens. episc. sub archiep. Juliæ Cæsareæ, in mediterr. Ptol.

Zarcæus, mons Mediæ qui à Semiramide pervius factus est, ab eaque denominatus. Vide Zagrus, nam est idem. Diod.

Zareta apud Steph. est fons maris Chalcedonii, ubi crocodili gignuntur, qui Zaretii dicuntur.

Zarex, Zarax Polyb. *Cara* seu *Zara* teste Nigro, opp. mons & portus Laconicæ ad sinum Argolicum. Vide Xarax. Pausf.

Zariaspa, urbs Bactrianæ olim regia, & primaria, quæ Bactra Ptol. & Strab. Bactrum Plin. per quam Zariaspis fluv. fluit. Vide Bactra. Pont. lib. 5. Strab. Plin. Ptol.

" *Hac quos Cardamonis populos, quos & Zariaspes*

" *Alluit*-----

Abest ab Alexandria Ariorum 3870. stad. in ortum teste Strab. l. 11. Alexandria vero à portis Caspiis 6400. Dissita est inter Indiæ fines 3700. stad. & Iaxartem fluv. Sogdianæ 5000.

Zarmigethusa, & * Zarmisogethusa, quæ & Ulpia Trajana ex antiq. inscript. *Veczel* nunc, & *Venecz*, & incolis *Varhel*, ac Sclavonice *Gradisch* teste Lazio, urbs Daciæ olim regia, nunc pagus, ab Alba Julia 8. leuc. in Austrum, paulo à Cibinio remotior. Cujus vetus inscriptio, Col. Ulp. Trajana Aug. Dac. Zarmis. Hæc Corona *Cronstadt* dici putatur in Thes. ling. Lat. Sed Lazio fides habenda est viro earum regionum peritissimo. [* In Seld. man. Ζαρμιζεγέθουσα.] Ptol. Ulpiano

Zea, quæ & Zæa, urbs olim Bœotiæ primaria, cujus tamen hodie nulla exstat memoria. Hujus mem. Steph. ex Herodiano. Herod.

Zeb oppid. fuit Palæstinæ in tribu Manasse ultra Jordanem, seu lacum Genesara, ac ultra Ramoth & Jabes opp. proxima, ab eis paululum in ort. recedens.

Zebes, reg. Maurit. Cæsariens. apud mont. Aurasium: quæ *Zeb* nunc etiam nominatur teste Jo. Leone, & mons *Auraz* incolis dicitur. Procop.

Scip. Hisp. Zecarus *Zecaro* vel *Zezaro*, fluv. Lusitaniæ in Tagum cum Nabane influens. Vide Ozecarus.

Ptol. Zegira vel Zigira potius, *Gezira* vulgo, urbs Assyriæ ad Tigrim fluv. in Mesopotamiæ conf. à Marde 60. mill. pass. in Bor. teste Ammiano.

Strab. Ptol. Zela, urbs Capppadociæ nunc plane jacens, nomen tamen antiq. adhuc retinens, in Ponto Polemoniaco, apud Neocæsariam, olim clara, episc. sub archiep. Amaseno. Zielam vocat Steph. quam dicit à Ziela Nicomedis filio conditam. Zela vero apud eundem est locus Armeniæ, qui & Artemidisacea dictus est.

Liv. Zelasium, prom. Thessaliæ Demetriadi urbi imminens.

Hom. Strab. Zelia, à Zeleo heroe condita teste Steph. opp. Mysiæ in Asia ad mont. Idæ radices, & ad Æsapum fluv. Cyzico urbi proximum, ad 190. stad. inde distans, ab ostio Æsapi 80. teste Strab. Zelea Hom. 2. Iliad.

" *Quique colunt Zeleam extrema radice sub Idæ*

Strab. Zelis (Vide Zilia & Xilia) *Arzila*, urbs Maurit. Tingit. in ora maris Atlantici extra Herculis columnas, sub Lusitanis, episc. olim sub archiepisc. Tingitano.

P. Diac. Zellia, reg. Pannoniæ super. quæ nunc Ciliensis comitatus in Stiria dicitur. Vide Celia, uti urbs apud Ptol. nominatur.

Eutrop. Zemene, urbs Peloponnesi in Laconica episc. sub archiep. Corinthio, nunc vero metrop. Mainæ sive Tænaro finitima; sic & vulgo dicta.

Ptol. Zenobii insulæ, septem ins. Arabiæ fel. parvæ ad ortum in sinu Sachalite. Vide Sarapidis insula.

App. Dion. Zenodotia, Zenodotium Steph. opp. fuit Mesopotamiæ Nicephorio urbi proximum. Mem. illius Arrian. Hinc nom. gent. Zenodotius, a, um.

Eutrop. Zenophrurium, seu potius Cœnophrurium, id est novum castellum, locus Thraciæ ad Propontidem, medius inter Byzantium & Heracleam, ubi Aurelianus imperator interfectus est.

Porphyrogen. Zenopolis, urbs olim Pamphyliæ episc. sub archiep. Seleuciensi in mediterr. cujus fit mentio in synodo Constantinopolitano; sic à Zenone imperatore dicta.

Plin. Mel. Zephyre, ins. parva Cretæ ante Samonium promont.

Strab. Ptol. Zephyrium, prom. & urbs Ciliciæ episc. sub archiep. Seleucienſ. inter ostia Calycadni ad occ. & Corycum urb. & prom. ad ort. *Tarsu* nunc teste Nigro. Zephyrium item appellatum fuit Halycarnassus urbs Cariæ, ut scribit Stephanus.

Strab. Ptol. Steph. Zephyrium, prom. multiplex: Unum Magnæ Græciæ, in ora Calabriæ ulter. apud Locros, inde 3. mill. pass. à quo Locri Epizephyrii denominati, inter Rhegium 420. & Stylum in Bor. 320. stad. *Capo Bursano*, seu *Capo Bruzano* vel *Bruzzano* teste Mazzella. Alterum Cretæ, in ora ad ortum, *Capo d' Altelin* teste Lusign. sed Pineto *Capo di Mirabello* apud Chersonesum urb. Tertium Cypri, in ora occidua, apud Paphum veterem, *Capo Chelidonio* teste Lusign. aliis *Punta Malota*, aliis *Melonta* inter Paphum & Drepanum. Quartum Cyrenaicæ, in ora apud Darnim urbem, prox. Naustathmo, *Capo di Bonandrea* Nig. potius *Cataltym* Marm. De Zephyrio Magnæ Græciæ Ovid. lib. 15. metam.

" *Zephyriumq; legit, Caulonaq;, Naritiamque.*

Ubi alii legunt *Romechiumque legit*; cum Zephyrium prima sit brevis.

Plin. Zerbis, fluv. Mesopotamiæ per Alonos pop. in Tigrim influens.

Ovid. Lycophr. Steph. Suidæ. Zerynthus & Zerinthos, opp. & antrum Hecates in Samothracia ins. A Lycophr. Canis antrum dicitur. Inde Zerinthius nom. gent. Ovid. l. 1. trist. el. 9.

" *Inde levi vento Zerinthia littora nacta*

" *Threiciam tetigit fessa carina Samon.*

Zeteon, opp. Arcadiæ, cujus mem. Pauſ. lib. 28. quod & Zœteon Steph. dicitur. Steph.

Zetta, *Zerbi* teste Mercat. opp. Africæ marit. apud Zetham prom. (cujus mem. Ptol.) inter Syrtem parvam & magnam, sic à Girba ins. vicina hodie dictum, à Tacapis 85. mill. pass. in ortum. Vide Zetha apud Ptol. Cæs.

Zeugitana, reg. Africæ in ora littorali, Numidiæ finitima, Tusca fluv. eas separante. Zeugitana gens chiromantica fuisse putatur, & hinc quos *Cingaros* dicimus, Belgæ *Egyptenaren*, & *Heylieden*, Angli *Gipsyes*, qui divinando ex manus inspectione circumvagantur, profectos tradunt. Plin.

Zeugma urbs fuit Syriæ episc. in Comagene ad Euphratem fluv. sub archiep. Hierapolitano, à Samosatis 72. mill. pass. in Austrum, inter Germaniciam 30. & Edessam 45. à Dolicha 10. apud Anton. Ibi pons erat super Euphrate, cujus adhuc vestigia durant. Ab Isso urbe Cilica 400. stad. Strab. à Seleucia Pieria 132. mill. pass. teste Plin. ab Oruro Mesopotamiæ, termino imperii Romani, 250. mill. pass. in occid. à Seleucia magna 527. pariter in occ. Ejus mem. Stat. lib. 3. sylv. carm. 2. Cic. Strab. Plin. & al.

" *Antiquæ Babylonis opes, & Zeugma Latinæ*
Pacis iter---------

Contra Zeugma in altera Euphratis ripa Apamia urbs erat munitissima, & ampla, 65. stad. ambitu patens, sedes satraparum, ubi tributa solvebantur, teste Plin.

Zeugma item, *Zazsebes* nunc teste Laz. & *Mulenbach* Germanice, opp. Daciæ in Transylvania, Lat. recenti Zabeus, à Claudiopoli 3. leuc. in Austrum. In Thes. ling. Lat. *Klausenburg* nunc dici putatur; sed Lazio magis fido. Ptol.

Zeugminium, urbs Pannoniæ inferioris apud Savi cum Danubio confluentiam. Vide Sirmium, nam eadem urbs est, teste Niceta Choniata. Nicet.

Zichnæ, vulgo etiam *Zichne* teste Leuncl. urbs Macedoniæ episc. prius sub archiep. Serrano, postea archiep. seu metrop. effecta, Serris proxima. Curopal.

Zigæ, Zygi Steph. pop. Sarmatiæ Asianæ proximi paludi Mæoticæ oram maris Euxini incolentes, vulgo hodie *Circassi*, Christicolæ. Ab his Zygopolim opp. apud Trapezuntem conditum scribit Steph. Plin.

Zilia, Zelis Strab. *Arzila* teste Marm. urbs Mauritaniæ Tingit. olim episc. sub archiep. Tingitano, inter Tingim ad Bor. 24. & Lixum in Austrum 32. mill. pass. Sed apud Ptol. est mediterr. Castal. *Alger* est, non illa quæ Julia Cæs. nominatur. Est & fluv. nomen Ptolem. Ptol.

Zimara, urbs Armeniæ majoris sub mont. Capotis radicibus, unde Euphrates fluv. erumpit. Sol.

Zimyra, urbs Ariæ in ora ad ortum. Ptol.

Zingis vel Zengisa, prom. Æthiopiæ sub Ægypto in ora Azaniæ, apud Oponem, seu, ut alii legunt, Oponenem emporium. Ptol.

Zioberis, fluv. Asiæ proprie dictæ, qui sub terram conditus ad 300. stad. decurrens, rursus emergens in Rhyndacum influit. Q. Curt.

Zioncellus, fluv. Thraciæ per Drusiparam urb. fluens: cujus fit mentio in passione sancti Alexandri martyris. Vide Zorolus; nam videtur idem. Sim. Metaphr.

Ziph opp. fuit Judææ in tribu Juda, inter Carmelum & Hebron, Ceilæ propius, & Carmelo. Bibl.

Ziridava, *Scharessten* teste Laz. opp. Daciæ in Valacchia. Ptol.

Zitha, prom. & opp. Africæ. Vide Zetta. Ptol.

Zoara, Segor libro Genes. olim opp. nunc pagus Palæstinæ apud lacum Asphaltitem, in Arabiæ petrææ confinio, nunc quoque *Segor*. Zoara item apud Steph. urbs fuit Persidis: cujus incolæ Zoaratæ dicti sunt. Egesippo Ioseph. & Lib. Not.

Zoelæ, pop. Hisp. Tarracon. in ora Asturum: quorum urbs Zoela. Plin.

* Zo-

Ptol. * Zogocara, urbs Armeniæ majoris, quæ *Teflis* videtur Thomæ Minadoio. Sed hæc aliis potius est Artaxata, Zogocara paulo orientalior. [* Ζογόκαρα in Seld. man.]

Herod. Plin. Zona, opp. Thraciæ circa ostia Hebri, ubi mons ejusdem nominis est teste Plin. & Nicandro. Zone Steph. dicitur, & opp. Ciconum fuit. Hinc Zonæus nomen gent. Hodie haud exstare videtur.

Ptol. Zoriga, urbs Armeniæ majoris, quam Mol. *Caramit* indigitat; cum hæc sit Amida urbs Mesopotamiæ, longe ab ea distans.

Plin. Zoroanda, locus in monte Tauro in Armeniæ & Mesopotamiæ confinio, ubi Tigris sub terram conditus, paulo post emergit.

Ex vita S. Alex. mart. Zorolus, fluv. Thraciæ à Drusipara 14. mill. pass. fluens, sic à Tzurulo proxima urbe dictus; cum potius Zurulus, vel Turulus dici debet.

Ptol. Zoropassus, urbs Armeniæ majoris, inter Cotænam & Nysam, proxima Comanis Cappadociæ, ab ea in Bor. recedens. An exstat hodie incertum est.

Cic. Strab. Herod. Zoster, opp. & promont. Atticæ, inter Piræum portum & Ceam ins. cujus mem. Cicer. lib. 5. epist. ad Att. licet Strabo illud apud isthmum describat; sicut & Stephan. qui sic dictum ait, quod ibi Latona zonam solverit, ubi incolæ pisces illi & Dianæ immolabant.

Zurobara. Vide Zuroedra.

Zuroedra, oppid. Daciæ, quod Niger *Temeswar* urb. hac tempestate claram esse putat. Sed apud Ptol. Zurobara legitur, ut in cod. Græco. Ptol.

Zurulum. Vide Tzurulum; varie enim scribitur. Vide etiam Turulum. Choniat.

Zarzura, urbs Armeniæ majoris, quæ *Erzil* hodie dicitur teste Meletio, proxima Gervæ & Magustanæ, ab eis parum in ortum recedens. Ptol.

Zuzidava, urbs Daciæ, quam Laz. *Galumbacz* interpretatur: Sed hæc apud Danubium in Mysia est, non in Dacia. Ptol.

Zygactes, fluv. Thraciæ juxta Philippos urbem Macedoniæ in conf. fluens: ubi Plutonem currum, quo Proserpinam raptam vehebat, fregisse fabulantur. App.

Zygi, pop. Sarmatiæ Asiæ apud Bosporum Cimmerium incolentes. Vide Zigæ. Strab. Steph.

Zygopolis, urbs Cappadociæ ultra Trapezuntem in Colchorum confinio. Strab.

Zygris, *Solonet* teste Castal. urbs episc. Marmaricæ marit. inter Catabathmum magnum ad occ. & Parætonium in ort. Zygritæ ibidem pop. Ptol. Episcopi Zygrorum mem. D. Athanasius. Ptol.

Zymna, opp. Syriæ inter Cyrrhum & Edessam; cujus hodie nulla exstat memoria apud recentiores. Ant.

Zyras, fluv. Thraciæ apud Dionysiopolim (quam alluit) Pontem Euxinum subiens in Mysia infer. licet ex Thraciæ montibus originem trahat. Plin.



Urbes in Europa à quibus conditæ. Nota † excisam significat.

ABdara Hispaniæ à Phœnicibus, *Adra*
Abdera Thraciæ à Diomede, *Polystylo*
† Acesta Siciliæ ab Aceste comite Æneæ
† Adria Venetiæ à Thuscis, *Adria*
† Ægesta Siciliæ ab Ægesto Trojano, *Barbara*
Agatha Galliæ Narbonensis à Massiliensibus, *Agde*
Agrigentum Siciliæ à Gelois, vel ab Ionibus, *Girgenti*
Agylla Thusciæ à Pelasgis, *Cervetere*
Alata castra Scotiæ à Cruthneo rege, *Edenburgh* vel *Edenborrow*
† Alba longa Latii ab Ascanio Æneæ filio, *Alba*
Alba Pompeia Liguriæ à Pompeio magno, *Alba*
Albingaunum Liguriæ ab Ingaunis pop. *Albenga*
† Aleria Corsicæ à Sylla dictatore
Alexandria Statiellorum à Mediolanensibus
† Alsium Thusciæ ab Aleso Argivo, *Ceri*
Ambracia Epiri à Tolgo Cypseli filio, *Larta*
† Amyclæ Laconicæ à Spartanis; Latii à Læstrygonibus
Anchialus Thraciæ ab Apolloniatis
Ancon Piceni à Syracusiis
Andros insf. & urbs ab Andro incola
Anthedon Atticæ ab Anthedone
Anticaria Hispaniæ ab Hispanis post Mauros muro cincta
† Antium Latii ab Ascanio
Aquæ Liguriæ à Statyellis pop.
† Aquileia in Carnis ab Aquilo Trojano
Aquisgranum Germaniæ inferioris à Grano Romano
Ardea Latii à Danae Persei matre
Aretium Thusciæ ab antiquis Etruscis sive à Græcis, *Arezzo*
Argos Peloponnesi à Phoroneo
Argos Amphilochium Epiri ab Alcmæone
† Argyripa sive Arpi Apuliæ à Diomede
Aricia Latii ab Archilocho Siculo, *la Rizza*
Ariminum Æmiliæ à Romanis
Arrabo Pannoniæ super. à Romanis
Asculum Apuliæ à Diomede; Piceni vero ante Herculem
Astigis Hispaniæ ab Astige auriga Memnonis
† Athenæ Atticæ à Cecrope
Bardovicum Saxoniæ à Bardis pop.
Bardum Pomeraniæ à Langobardis
Barium Apuliæ ab Iapyge, *Bari*
Basilea Germaniæ superioris sub Juliano, à matre dicta
Beneventum Hirpinorum à Diomede
Bituricæ Galliæ à Græcis, & à Carolo magno auctæ
Blesæ Galliæ à Cæsare cœptæ
Bononia Æmiliæ ab Etruscis, *Bologna*
Bracara Hispaniæ à Gallis Celtis ante Christum natum 290.
Brema Saxoniæ à Libentio episcopo cœpta, ab Alberto episcopo instaurata
Brixia Cenomanorum Italiæ à Gallis Senonibus
Brixina comitatus Tirolensis anno 1000 urbs effecta
Brugæ Flandriæ in Belgio à Balduino Calvo muro cinctæ
Brundusium Salentinorum à Cretensibus
Brunopolis Saxoniæ à Brunone duce
Buda Pannoniæ à Buda fratre Attilæ, vel à Budinis pop.
Byzantium Thraciæ à Megarensibus
Cære Etruriæ à Pelasgis, *Cervetere*
† Calasarna Lucaniæ a Samnitibus
Calcaria Cliviæ a comit. Clivensi
Callatis Mysiæ infer. ab Heracleotis
† Callipolis Siciliæ a Naxiis
Callipolis Thraciæ a Græcis
† Camarina Siciliæ a Syracusanis
† Cannæ & Canusium Apuliæ a Diomede
Cantabrigia Angliæ a Cantabris
Cantuaria Angliæ a Romanis
Capua Campaniæ a Capy
Caralis seu Calaris Sardiniæ ab Aristæo, *Cagliari*
Carnutes Galliæ a Druidibus
Carystus Eubœæ a Marathoniis
Cassandrea Macedoniæ a Cassandro rege
Catana Siciliæ a Naxiis sive a Chalcidensibus
Caulon seu Caulonia Magnæ Græciæ ab Achivis
† Cenæum Eubœæ ab Atheniensibus
Cephalene insf.& urbs a Cephalo incola
Chonis seu Chona Magnæ Græciæ a Philoctete
Clivia Germaniæ inferioris a Friderico comite urbs effecta
Clusium Etruriæ a Thuscis primis
Coldinga Cimbricæ a piscatoribus cœpta, a Vuldemaro rege ornata
Comum Insubriæ a Gallis Insubribus
Consentia Brutiorum a Locrensibus
Constantia Germaniæ & Galliæ a Constantino imperatore
Cora Latii a Dardano
Corcyra insf. & urbs à Corinthiis
Corinthus Peloponnesi a Corintho Orestis filio
Cortona Etruriæ a Coryto, vel a primis Etruscis
Craccovia quasi Gracchovia Poloniæ a Gracchо
Crema Venetiæ a Cremete
Crimisa Magnæ Græciæ a Philoctete
Croton Magnæ Græciæ a Miscello
† Cumæ in Campania a Chalcidensibus
Cupra Piceni a Thuscis
Cydon Cretæ a Cydone
Cythera insf. & urbs a Cythero Phœnice
Delphium Hollandiæ a Gothofredo duce Austrasiæ
Demetrias Thessaliæ a Demetrio Poliorceta
Dertona Liguriæ a Liguribus antiquis
† Dodona Epiri a Pelasgis
† Dyme Peloponnesi a Cauconibus, vel a Cleombroto
Dyrrachium Macedoniæ a Corcyræis
Eboracum Albionis a Brigantibus
Elis Peloponnesi ab Elæis
Ellopia Eubœæ ab Ellope Jovis filio
Emerita Augusta Lusitaniæ ab Augusto
Emporiæ Hispaniæ Tarracon. a Phocensibus
Enna Siciliæ ab Enao
† Entella Siciliæ ab Entello Trojano
† Eubœa Siciliæ a Syracusiis
Eupatoria Tauricæ a Diophante sub Mithridate
† Faleria & Falisca Etruriæ ab Argivis
Fanum Fortunæ Umbriæ a Romanis
Felsina Æmiliæ a Felsino rege Etruriæ
† Ferentium Etruriæ a Faliscis
† Fescennium Etruriæ ab Argivis, vel a Pelasgis
† Fesulæ Etruriæ ab antiquis Etruscis
Fidenæ apud Romam a Sabinis
Flaviobriga Hispaniæ a Didaco Lopeo refecta
Flavionavia Hispaniæ a Noe fil.
Florentia Etruriæ a militibus Syllæ
† Formiæ Latii a Læstrygonibus
† Forum Appii Latii ab Appio
Forum Cassii Etruriæ a Cassio
Forum Claudii Galliæ Subalpinæ a Claudio
Forum Cornelii Æmiliæ a Cornelio
† Forum Decii Etruriæ a Decio
† Forum Flaminii Umbriæ a Flaminio

Forum

Forum Fulvii Liguriæ a Fulvio
Forum Julii in Carnis, & Gallia Narbonensi a Cæsare
Forum Livii Æmiliæ a Livio
Forum Popilii Æmiliæ a Popilio
Forum Sempronii Umbriæ a Sempronio
Friburgum Misniæ ab Othone sub Friderico 1. imperatore
Friburgum Helvetiæ a Bertholdo Zeringensi
* Frugium Bavariæ a Romanis [* forsan Fruxinum]
Fulginium Umbriæ a Tudertibus ex traditione
Gades Hispaniæ Bæticæ a Tyriis
Gallipolis Salentinorum a Gallis
Gandavum Flandriæ a Gordunis
Gedanum Prussiæ a Getis & Danis
Genua Liguriæ a Jano ex traditione
Geryon Dauniæ a Geryone
† Gnosus seu Gnossus Cretæ a Minoe rege
Gorlitium Lusatiæ a Bohemo in regiam refectum
† Gortyna Cretæ ab eodem, vel a Tauro rege
Gratianopolis Allobrogum a Gratiano imperatore
